13
11 I
5

C. 27. C.

13-11.C.5

Digitized by Google

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM

STEPHANI GRATIANI ROMANI. V. I. D.

Tomus Quintus.

IN QVO PRÆTER VARIAS, ET DISCREPANTES vtriuſque iuris ſententias iuxta Sacræ Rotæ Romanæ decreta, & probatorum auctorum documenta terminatas, multa quoque acceſſerunt neceſſaria perfectæ ſcientiæ eorum, quæ in quatuor Tomis, & Deciſionibus anteà editis explicantur.

NVNC PRIMVM IN PVBLICVM PRODIT CVM DVPLICI INDICE Rerum, & Argumentorum.

CVM PRIVILEGIO.



Conuent' Sanctę Marię de Scala

ROMÆ, Typis Iacobi Maſcardi, Anno Iubilæi Menſe Martij. MDCXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. M. Sacri Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

IAm Quintum Volumen *Diſceptationum Forenſium Eminentiſſimi Doctoris D. Stephani Gratiani Romani* prodit, quod ad me tranſmiſſum à Reuerendiſſimo P. Fr. Nicolao Rodulfio Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro, auidiſſime, vt cætera eiuſdem opera perlegi; tu etiam candide Lector perlege, & in vno hoc Volumine quid aſſiduum ſtudium, longa experientia, negotiorum frequentia, ac ingenij acumen poſſit, conſidera; deprendesq. in eo omnia diligenter examinata, ac ſumma cum iudicij maturitate compoſita, nihilq. quod pias mentes, aut Religionem Chriſtianam lædere poſſit. Vale Romæ duodecimo Kalendas Nouembris 1623.

Ita eſt Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Romano Pontificij Iuris Profeſſor In prima ſede Horis Pomeridianis.

Imprimatur,

Fr. Vincentius Martinellus Mag. & ſocius Reuerendiſſimi P. F. Nicolai Rodulfij Ord. Præd. Sacri Apoſt. Pal. Mag.

Tenor Priuilegij ad decennium eſt poſitus in Tomo Secundo, & Tertio Diſceptationum.

VRBANO
OCTAVO
PONTIFICI
OPTIMO MAXIMO.

Omnium virtutum, & ſcientiarum inſignibus claro

Quarum quæ emineat difficile dictu

Quia omnes eminent.

STEPHANVS GRATIANVS

ROMANVS

Perpetuam Felicitatem precatur.

INDEX
SINGVLORVM CAPITVM,
IN QVIBVS CVIVSLIBET DISCEPTATIONIS MATERIA BREVITER CONTINETVR.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

CAPVT DCCCI.

CAPTI in bello quando efficiantur ſerui.¶ Et an ſit ſeruanda conſuetudo, vt iura captiuitatis, & poſtliminij non ſeruentur quo ad Chriſtianos. ¶ Et quando illam teneantur Reges, & Principes, & Pontifices obſeruare in ſuis regnis. ¶ Et an Miniſtri regij, & eorum officiales valeant aliquid contra eam ſtatuere. ¶ Conſuetudo vniuerſalis quando habeatur pro lege. ¶ Iniuſtè captus an poſſit aufugere, itaut non teneatur redire, & licitum ſit ei cooperari ad fugam. ¶ Manutentio an detur ſtante manifeſta poſſeſſione contra ius. ¶ Teſtamentum, & contractus quo caſu poſſit fieri per obſidem, & Chriſtianum captiuum.¶ Compẽſatio damnorum, & expenſarum belli quando concedatur. ¶ Talleæ an licitè imponantur captis in prælio, & poſſint cedi, & illas ſoluens repetat à captiuis. ¶ Et an ſit ſoluendum pretium redemptionis, & qualiter illud ſit taxandum,& cui acquiratur ¶ Pro redimendis Chriſtianis captis in bello grauatis bona reſtituere an liceat euertere fideicommiſſum.¶Res in bello captæ tàm mobiles,quàm immobiles, an efficiantur capientium, ſeu Principis. ¶ Et quomodo, & per quem ſint diuidendæ. ¶ Ratio quæ ſit, vt captiui efficiantur ſerui, & eorum bona ſint quæſita capientibus. ¶ Et quid ſeruetur tam inter Romanos, quàm externos etiam in foro conſcientiæ. ¶ Lex qualis ſit, vt potentiores dominentur imbecillioribus tàm in hominibus, quàm feris beſtijs. ¶ Libertas an ſit cauſa pia & priuilegiata.

CAPVT DCCCII.

In die mercati ſi quis habeat tres partes pedagij,alius autem quartam partem in die nundinarum, ſi occurrat eadem die mercatum & nũdinæ,quomodo ſit facienda diſtributio pedagij. ¶ Stante cõſuetudine,vt Archipresbyter Eccleſię habeat oblationes Dominicales: Sacriſta autem illas, quæ fiunt in feſto dictæ Eccleſiæ, ſi contingat feſtũ venire in die Dominica,cui ſpectabunt, & qualiter inter eos diuidantur. ¶ Intellectus *l. qui ſolidum.* 8o. *§.1.ff.de legat.* 2.¶ Duo iura concurrentia in vno quando faciãt illum haberi pro duobus.

CAPVT DCCCIII.

In contractibus innominatis an ſit locus pęnitentiæ de iure canonico propter non adimplementũ. ¶ Remiſſoria quo caſu denegetur ob irreleuantiam articulorum. ¶ Et propter periuriũ incurſum.¶Et in materia inferente delictum. ¶ Donatio facta Eccleſiæ quando poſſit reuocari,ſi modus nõ impleatur.¶ Vel ſolum ſit agendum ad obſeruantiam. ¶ Et quid ſi adſit clauſula non aliter,nec alio modo.¶ Et de illius effectu.¶ Et quid in dote, libertate, & ſimilibus caſibus priuilegiatis. ¶ Conuentio an ſit valida, vt donans Eccleſiæ recuperet rem donatam, ſi non ſeruetur conditio appoſita,etiam quod ſolus Pręlatus contraueniat. ¶ Et qualiter ſuccurratur donanti,& Eccleſiæ ob talem contrauentionẽ. ¶ Pęnitentia an habeat locum antequam impetretur beneplacitum Apoſtolicum. ¶ Res quando dicatur eſſe de Eccleſia, vt per Prælatum non poſſit alienari. ¶ Et an ſit in eius facultate approbare contractum inualidum.

CAPVT DCCCIV.

In dote an attendatur hypotheca tacita & expreſſa iuxta tẽpus promiſſionis, vel ſolutionis ipſius dotis.¶ Et an requiratur ad iſtum effectum,vt matrimonium eſſet contractum. ¶ De differentia inter conditionem poteſtatiuam, & caſualem,& mixtam ad hoc,vt hypotheca retrotrahatur ad diem contractus. ¶Dans fidem etiam cum iuramento de contrahendo matrimonium an poſſit & debeat cõpelli ad illud contrahendum.¶ Et quando ſit excommunicandus,ſi non pareat.¶ Et abſolutio ſit ei danda,quãuis illam non petat. ¶ Contractus ante traditionem quo caſu ſit imperfectus. ¶ Promittens contrahere matrimonium,an dicatur contrahere ſponſalia, quæ ſunt promiſſiones futuri matrimonij.

CAPVT DCCCV.

Senes, & infirmi quando æquiparentur, vt non poſſint carcerari pro debito ciuili,& fiſcali. ¶ Et obtineant abſolutionem ab Epiſcopo propter percuſſionē clerici, abſque eo quod vadant ad Summum Pontificem. ¶ Et liberentur à lege ieiunij. ¶ Et non perdant ſucceſſionem filij ob non petitum tutorem. ¶ Et obtineant coadiutoriam. ¶ Et diſtributiones quotidianas in abſentia. ¶ Et non cogantur pro examine ire ad domum Iudicis. ¶ Non torqueantur, neq; ferula cedantur, itaut talis confeſſio non valeat. ¶ Et de alijs priuilegijs illi competentibus. ¶ Coadiutor an debeat reſidere,& inſeruire Eccleſiæ, & quando priuetur. ¶ Et an illius reſidentia ſit præciſa, non cauſatiua quo ad obligationem ſoluēdi fructus proprietario ob non reſidentiam perditos. ¶ Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & in potentatibus octuaginta iuxta Pſalm. 89. quid ſignificetur. ¶ Excedens annum ſeptuageſimum quibus officijs vacare debeat. ¶ Homines ante diluuium & proximè poſt illud, cur longiſſimè vixerint.

CAPVT DCCCVI.

In mandato quando cēſeatur data facultas attentādi,& delinquendi. ¶ Factum Sindici an noceat Capitulo. ¶ Promiſſio reficiendi expenſas, de quibus intelligatur. ¶ In ſuſceptione omnium caſuum fortuitorum qui caſus compræhendantur. ¶ Abſens pro tuendis iuribus ſui beneficij, & carceratus iniuſtè, an acquirat fructus, & diſtributiones quotidianas. ¶ Et quando illæ veniant appellatione fructuum,& redditoum. ¶ Reſidentia an ſufficiat pro lucrandis diſtributionibus quotidianis,vel etiam requiratur intereſſentia.

CAPVT DCCCVII.

Legatum vſusfructus intra quantum tempus ſit agnoſcendum, ad hoc vt per non vſum non dicatur amiſſum. ¶ Et an poſſit conſiſtere, niſi adſit aliquis,qui pro eo vtatur. ¶ Et fiat ſeparatio fructuū. ¶ Et quando tranſeat ad hæredes,ſeu ad proprietarium. ¶ Et an aliquid pro rata debeatur eiſdem hæredibus vſufructuarij decedentibus ante recollectionē fructuum. ¶ Propter ignorantiam tàm iuris, quàm facti, & abſentiam quo caſu quis reſtituatur aduerſus non vſum vſusfructus, & lucrum deperditum. ¶ Et an talis reſtitutio operetur recuperationem omnium etiam bona fide conſumptorum. ¶ Coniunctio re, & verbis qualis dicatur. ¶ Ius accreſcendi an habeat locum etiam in verbali coniunctione tantū,ſicut in reali,& verbali. ¶ Portio vſusfructus debiti vni legatario quādo accreſcat alteri collegatario. ¶ Decretum Concilij de diſpoſitionibus faciendis cum licentia Epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem an procedat ſolum in actibus inter viuos. ¶ Teſtamentum nouitij ante profeſſionem quando ſit validum,& ſit reuocatum per profeſſionem ſubſecutam,quamuis nihil fuerit relictum Monaſterio pro ſua legitima. ¶ Fructus qui deciderunt in terram caſu an acquirantur vſufructuario, ſeu bonæ fidei poſſeſſori niſi per eū, aut alium ſuo nomine fiat amotio de loco ad locum. ¶ In legato vſusfructus ſingulis annis an ſufficiat vnica præſcriptio. ¶ Ius petendi legitimam,& eius ſupplementum etiam non agnitum an tranſmittatur ad quoſcumq; hæredes extraneos, itaut talis tranſmiſſio præferatur iuri accreſcendi. ¶ Legitima an præſcribatur triginta annis, vel potius in ea ſeruandum ſit ſtatutum Vrbis minus tempus requirens in præſcriptionibus,

CAPVT DCCCVIII.

Subrogatus in emphyteuſi an intelligatur cum omnibus qualitatibus, iuribus,& renouationibus, ac alijs quæ competebant ei, cui eſt facta ſubrogatio. ¶ Et quando in inueſtituris coniunctis, ſeu diuerſo tempore factis conditiones ad omnia præcedentia referantur, & ad cuncta ſubſequentia ſint repetita. ¶ Ius primogenituræ, & legatum translatum an tranſeat cum eiſdem oneribus, & commodis prioris diſpoſitionis. ¶ Emphyteuſis ſi priua concedatur maſculis, & eorum deſcendentibus vſque ad quartam generationem, & poſtea fœminis abſque repetitione dictæ quartæ generationis an debeat intelligi cum repetitione eiuſdem quartæ generationis.

CAPVT DCCCIX.

Conſtitutio Pij IV. annullans collationes beneficiorum vacantium ex cauſa priuationum facta per iudices affinibus, & familiaribus an compræhendat beneficia iuriſpatronatus, de quibus fuit quis priuatus per Epiſcopū, ſeu Vicarium, ſi illa conferantur per eumdem Epiſcopum ſuis familiaribus. ¶ Appellatione beneficij prolati à lege quando veniant omnia beneficia. ¶ Extenſio in quibus caſibus detur à paritate rationis in materia penali,& fauore animæ. ¶ Declaratoria an requiratur in priuatione ipſo iure. ¶ In materia extrauagantis ambitioſæ, & regulæ reſeruatoriæ an veniant beneficia iuriſpatronatus. ¶ Et an illa contineantur in Bulla Pij V. prohibente Epiſcopis, ne conferāt beneficia in eorum manibus reſignata ſuis familiaribus,& conſanguineis. ¶ Collatio, electio, & prouiſio facta criminoſo ex crimine non inducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad beneficia, an ſit ipſo iure nulla, ſeu valida. ¶ Vicarius an habeatur pro eadem perſona cum Epiſcopo, itaut ſi cōferat inhabili

bili

bili fiat deuolutio ad Epiſcopum. ¶ Et an habens facultatẽ conferendi beneficia, poſſit illa conferre Epiſcopo. ¶ Et quid ſi collatio fiat tanquam à delegato, nõ tanquam ab ordinario. ¶ Epiſcopus ſi fuerit ſuſpectus, an dicatur etiam ſuſpectus Vicarius. ¶ Et quo caſu proponat iudicium coram Vicario, tàm de re ad eum pertinente, quàm ad alium. ¶ Familia tota an ſit ſuſpecta, ſi Domini & Barones ſint ſuſpecti. ¶ Et quando per eos poſſit eligi Iudex. ¶ Suſpitio an perſonam ſolum ſigillet, vel etiam tollat iuriſdictionem. ¶ Succeſſor quando recuſetur, ſi anteceſſor erat ſuſpectus. ¶ Et quid ſi ſuſpitio erat cauſata ratione dignitatis, non perſonæ. ¶ Conſuetudo an ſit valida, vt Domini exigant iura dominicalia propria auctoritate, & Epiſcopi cenſus, & decimas ſuæ eccleſiæ.

CAPVT DCCCX.

Emphyteuſi finita abſque culpa emphyteutæ, quomodo fructus vltimi anni ſint diuidendi inter illius hæredes, & Dominum. ¶ Vſufructuarius an æquiparetur emphyteutæ circa tranſmiſſionem iuris percipiendi fructus ad hæredes. ¶ Melioramenta an debeantur domino poſt mortem emphyteutæ. ¶ Et quid in hoc operetur cõuentio, vt illa cedant Domino. ¶ Expenſæ factæ gratia fructuum recolligendorum, an ſint debitæ cuicumque poſſeſſori. ¶ Et an in feudo deuoluto Dominus, vel agnatus volẽs gaudere fructibus ad illas teneatur. ¶ Diuiſio fructuum, & penſionũ qualiter ſit faciẽda, ſi vaſallus moriatur ante, vel poſt calendas martij vſque ad auguſtum, vel poſt auguſtum inter hæredes vaſalli, & Dominum, ſeu agnatum, ad quorum fauorẽ feudum aperitur. ¶ Et quid in fructibus piſcinarum, viuariorũ, ſiluæ ceduæ, iuriſdictionis, & in prouentibus, qui minore, vel maiore temporis ſpatio, quam anni recolliguntur, & meliorationibus, & augmentis feudi. ¶ Et quæ remedia poſſeſſoria pro illis dẽtur hæredibus vaſalli contra Dominum & agnatũ. ¶ Diſpoſitio loquens de fructibus quando procedat etiam in penſionibus. ¶ Feudo aperto an ſubfeudum commiſſum hæredi vaſalli defuncti debeatur inſtar fructuum. ¶ Intellectus *c. 1. ſ. his conſequenter. tit. hic finitur lex.*

CAPVT DCCCXI.

Legatum mobillium quando cõpræhendat pecunias. ¶ Et quid ſi vna cũ mobilibus relinquatur aliqua ſumma pecuniarum. ¶ Verba generalia quo caſu reſtringantur ad ſpecies expreſſas. ¶ In legato de omni marmore, & duabus ſtatuis marmoreis an veniãt aliȩ ſtatuæ. ¶ Statutum requirens ſubhaſtationem mobilium, quando habeat locũ in pecunijs, & in alijs rebus, quarum pretium poteſt certificari in nundinis, vt in frumento, vino, & ſimilibus. ¶ Et quid in annuis redditibus, cenſibus, & margaritis, ac gemmis, & alijs, in quibus cadit affectio. ¶ Retractus an detur in fructibus pẽdentibus, ſi diuiſim ſine fundo vendantur. ¶ Cenſus, penſiones, & redditus annui an cõputentur inter immobilia poſtquam fuerunt ceſſi. ¶ In diſpoſitione teſtatoris quod diſtrahantur omnia ſua mobilia an contineantur fructus immobiliũ pendentes, itaut ſint habendi pro collectis tãquam cito colligẽdi. ¶ Datio inſolutum rei immobilis quando ſit valida ſine ſubhaſtatione, ſi probetur illam non potuiſſe vendi, niſi pro precio, pro quo fuit data in ſolutum. ¶ Æſtimatio annonarum, & victualium vnde ſumi debeat. ¶ Subhaſtatio ad quem effectum ſit facienda. ¶ Iudex ſi proceſſit tanquam in notorio, licet tunc non haberet probationes illius an ſententia valeat, ſi poſtea de eo appareat.

CAPVT DCCCXII.

Executores, tutores, & adminiſtratores an habeant poteſtatem inſolidum, itaut vno mortuo, abſente, & nolente alter poſſit adminiſtrare. ¶ Et Epiſcopus ſuppleat tam negligẽtiam ipſorum, quam caſum fortuitũ, & alium ſubroget. ¶ In deputatione ſimultanea quando habeat locum ius accreſcendi. ¶ Et quid ſtãte clauſula, quod vnus ſine alio nihil agat. ¶ Vel quando ſunt dati plures executores quam duo, vel tres. ¶ Vel ſi deputetur executor Titius, & Sempronius, ſiue Titius vna cũ Sempronio. ¶ Tutela data pluribus quando extinguatur deficiente vno, itaut ſit admittenda mater tanquam tutrix legitima. ¶ Iudex vnus an ſolus poſsit proferre ſentẽtiam diffinitiuam, ſeu interlocutoriam ſine alijs. ¶ Et per eos licitè ratificetur ſi eorum nomine etiam fuerit prolata. ¶ Executores teſtamentarij an æquiparentur tutoribus, & procuratoribus, & habeant facultatem ſubdelegandi, & agant contra debitores hæreditarios. ¶ Mandatum in rem ſuam, & irreuocabile an expiret poſt mortem mandantis.

CAPVT DCCCXIII.

Fauor maſculorum quando cõſideretur ad excluſionem fœminarum. ¶ Statutũ, & pactum an ſit validum, quod ingredientes monaſteriũ ſint contentæ ſua dote. ¶ Et an illa poſsit eſſe minor, quàm ea, quȩ datur pro matrimonio carnali. ¶ Pater quando valeat relinquere filiæ nubenti in ſeculo plus quàm ſi ingrediatur monaſterium. ¶ Coniecturæ quales debeant eſſe, vt relictum pro matrimonio carnali debeatur etiam pro ſpirituali. ¶ Statutum excluſiuum fœminarum quando requirat, quod maſculi, & fœminæ adſint mixtim tàm ex primo, quàm ex ſecundo matrimonio, vel ſufficiat, quod exiſtant fœminæ ex vno, & maſculi ex altero.

¶ Frater vrerinns an eacludat ſororem vterinam, vigore ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos. ¶ Emphyteuſis quo caſu dicatur ex pacto, & prouidentia. ¶ Et in ea quando veniant maſculi, & fœminæ ſimul, vel ordine ſucceſſiuo. ¶ Proximiores quando ſint renouandi in emphyteuſi. ¶ Et quid ſi Eccleſia velit pro ſe retinere. ¶ Et an valeat pactum, quod talis renouatio eis ſit facienda. ¶ Et quæ probatio requiratur ad iſtum effectum. ¶ Et an Prælatus poſſit cogi ad renouandum pro eodem pretio, vel pro eo quod dabitur ab extraneo, etiam quod ſimus in re ſolita locari.

CAPVT DCCCXIV.

Renuncians beneficium realiter, an teneatur etiam ad verbalem dimiſſionem coram ordinario faciendam. ¶ Et quando cenſeatur à ſe abdicare omne ius, quod in eo habebat, itaut ad illud non poſſit amplius regredi. ¶ Et quid ſi ſuperueniat noua cauſa. ¶ Et quæ dicatur talis. ¶ Voluntas quando ſufficiat ſine verbis, & illis præualeat. ¶ Et an probetur ex coniecturis etiam veriſimilibus. ¶ Dimiſſiones verbales beneficij ob quam cauſam requirantur.

CAPVT DCCCXV.

Alimenta an extinguantur per profeſſionem. ¶ Et quid in vſufructu debito patri in bonis filij, vel alteri extraneo. ¶ Clauſula in vita, ſeu donec vixerit an ſit intelligenda de vita naturali. ¶ Filius an poſſit petere legitimam à Monaſterio, in quo pater profeſſionem emiſit. ¶ Incertitudo diei an operetur effectum conditionis quo ad impediendam trāſmiſſionem. ¶ Verba ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus quo caſu excludant monaſterium. ¶ Mors ciuilis an ſufficiat per profeſſionem quando ſumus in religione capace bonorum ſaltem in communi. ¶ Loca pia an debeant eſſe immediatè ſubſtituta, vt monaſterium non habeat priuilegium illa excludendi. ¶ Vſusfructus & alimenta non præſtita quando debeantur.

CAPVT DCCCXVI.

Lucrum dotis quando dicatur debitum neceſſarium. ¶ Vxor legans marito an cenſeatur legaſſe animo compenſandi, ſiue ſimus in dote ſoluta, ſiue promiſſa. ¶ Legatarius ſimpliciter agnoſcens legatum an videatur ſuſcepiſſe onus iniunctum, itaut nihil aliud petere poſſit. ¶ Æs alienum quando ſit in bonis, & hæreditate teſtatoris. ¶ Animus compenſandi ex quibus colligatur. ¶ Verba quod nihil debeat peti de bonis ſuis quo caſu excludant compenſationem. ¶ Legatum pro omni eo & toto, quod maritus poſſet prætendere pro portione dotis, an operetur, vt non debeat reſtituere aliam partem dotis per eum receptam. ¶ Hæredi, vel legatario an ſit magis fauendum.

CAPVT DCCCXVII.

Cardinalis mandans corpus ſuum ſepeliri in Eccleſia ſui tituli tempore obitus, an intellexerit de eccleſia epiſcopali, quam tunc obtinebat. ¶ Et qui ſint tituli Cardinalium. ¶ Electio ſepulturæ ex quibus colligatur. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingulares, & tacitus conſenſus. ¶ Corpora defunctorum an ſint humanda in ſepulchro maiorum, ſeu in parochia. ¶ Eccleſia quando poſſit vendicare corpus defuncti cum oblationibus. ¶ Voluntas teſtatoris an ſumatur ex teſtamento imperfecto. ¶ Eccleſiæ appellatione an veniat epiſcopalis.

CAPVT DCCCXVIII.

Feudum & emphyteuſis an poſſit concedi per priuatum, ſeu eccleſiam viuente primo inueſtito, & ſine eius conſenſu. ¶ Et quid ſi conferatur in tempus habile poſt illius obitum, & cum clauſula ex nunc, prout ex tunc. ¶ Et de effectu eiuſdem clauſulæ. ¶ Feudalia & emphyteotica an differant ab vſufructu. ¶ Pactum futuræ ſucceſſionis, an reprobetur propter votum captandæ mortis, tàm in hæreditate, quàm in feudis, emphyteuſi, officijs merè temporalibus, & mixtis, maioratu, fideicommiſſo, beneficijs, coadiutoria, & ſimilibus. ¶ Et quando requiratur conſenſus viuentis, de cuius ſucceſſione agitur. ¶ Et an poſſit interuenire ex interuallo, itaut ex eo conualidetur actus. ¶ Diſpoſitio quando ſit nulla ſi fiat tēpore permiſſo, & conferatur in prohibitum, vel è contra ſi fuerit facta tempore prohibito, & ſit collata in permiſſum. ¶ Dominus an poſſit concedere bona ad ſe pertinētia in proprietate viuēte vſufructuario. ¶ Contractus omnes facti cum Principe an habeant naturam bonæ fidei. ¶ Prælatus quando poſſit reuocare feudum nulliter conceſſum. ¶ Inueſtitura quo caſu dicatur de caducitate ſucceſſionis, vel ſub voto captandæ mortis. ¶ Conſuetudines, & conſtitutiones feudales an ligent perſonas eccleſiaſticas, etiā in foro conſcientiæ, & canonico. ¶ Conceſſio ob benemerita an ſit valida de emphyteuſi viuentis in præiudicium ſucceſſoris. ¶ Et quando intelligatur facta ob benemerita. ¶ Diſpoſitum in feudo an trahatur ad emphyteuſim. ¶ Magiſtri, & ſcholares an poſſint conducere domos ante finitam conductionem conferendo cōtractum poſt tempus conductionis. ¶ Et quid in Bononienſibus, & de pœna excommunicationis ſuper iſtis contractibus incurrenda. ¶ Et an locator illam incurrat, ſicut conductor.

CA-

Digitized by Google

Epitome Capitulorum:

CAPVT DCCCXIX.

Canonicatus, & beneficia qnando poſſint ſupprlmi cum cauſa per epiſcopum abſque conſenſu capitnli. ¶ Et qualis debeat eſſe iſta cauſa. ¶ Et qnomodo ſit probanda diminutio redditunm. ¶ Et quid ſi auctoritate Papæ fueriut dicti canonicatus confirmati cum præfixione nnmeri, & clauſula decreti irritantis. ¶ Et qnando conſenſus Capituli prçſumatur adhibitns in ſuppreſſiooe ex ſpatio longi temporis. ¶ Et an ſit adhibendus in ipſo actu ſuppreſſionis, vel poſſit ex interuallo interuenire. ¶ Et an alius præter Capitulum poſſit opponere defectũ huiuſmodi conſenſus. ¶ Et an idem ſit in alienatione rerum eccleſiæ nulliter facta. ¶ Augmentum reddituum beneficij an faciat, vt debeat augeri numerus canonicorum, nnn obſtante confirmatione ſummi Pontificis, ſicut diminutio operatur ſuppreſsionem. ¶ Applicatio fructuum beneficij ſuppreſſi in quam cauſam ſit facienda. ¶ Et an in menſam epiſcopalem, & capitularem. ¶ Et quæ ſit talis menſa. ¶ *Et* quid in bonis communibus Epiſcopi cum Capitulo. ¶ Seu in diuiſis. ¶ Et in applicatiooe facienda ſingulis canonicis.

CAPVT DCCCXX.

Filiusſamilias habitans ſeorſum à patre, & pnblicè contrahens per longum tempus quando præſumatur ſui Iuris, & emancipatus. ¶ Et ad iſtum effectnm quale tempns debeat eſſe. ¶ Poſſeſsio ſola emancipationis an ſufficiat abſque curſu temporis, ſi agatur inter patrem, & filium ad confirmandum actum per eum geſtũ, itaut teneatur creditoribus, non obſtante ſtatuto prohibente filium contrahere abſque conſenſu patris. ¶ Et quid ſi fuerit quæſtio inter patrem, & filium, ſeu fratrem. ¶ Exiſtentis quaſi poſſeſsionis ſui inris an operetur validitatem teſtamenti per filiumfamilias conditi, vel ſit docendum etiam de titulo. ¶ Et quando idem filius poſſit teſtari de conſenſu patris. ¶ Acquiſita per filiumfamilias an ſpectent ad patrem quo ad vſumfructum duraturum, etiam poſt mortem ciuilem, ſeu naturalem, ſiue epiſcopatum filij, donec pater ſuperuixerit. ¶ Decedente filiofamilias relicta filia infante, & patre, & vxore, & matre reſpectiuè, quamuis pro dicta infante nullus adiuerit hæreditatem, an ei ſuccedat mater, excluſo auo paterno. ¶ Mortuo patre apud hoſtes, ob qnam rationem filia tranſmittat eius hæreditatem non aditam ad matrem. ¶ Hæreditas non adita an tranſmittatur ad hæredes, quando ſumus in minore tàm infante, quàm non infante. ¶ Et quando minor non adiens dicatur ſtatim læſus, itaut tranſmittat beneficium reſtitutionis in integrum ad hæredes. ¶ Iudices quo caſu debeant mediã viam ſequi, & pro æquis portionibus ſucceſsiones diuidere. ¶ Lucrum dotis an ſit deducendum tanquam æs alienum. ¶ Filij quo inre ſuccedant æqualiter patri ab inteſtato, excluſis omnibus, itaut præferantur etiam auo.

CAPVT DCCCXXI.

Vxor relicta hæres vniuerſalis per maritum in vſufructu omnium bonorum donec vixerit cnm ſubſtitutione alteri facta poſt eius mortem an ſit etiam hæres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere hæreditatem ſubſtitutis. ¶ Trebellianica quando poſsit detrahi per vſufructuarium, & inſtitutum in re certa, & per vocatum poſt obitum vſufructuarij, & grauatum per fideicommiſſum reſtituere bona alijs vocatis. ¶ Ius accreſcendi an ſit prohibitum per dictiones taxatiuas. ¶ Ius detractionis quartæ trebellianicæ an conſumetur in primo hærede. ¶ Et quando fideicommiſſarius reſtituat alteri fideicommiſſario bona ſine einſdem quartæ detractione. ¶ Verbum ſubſtituo an ſit obliquum, vel commune. ¶ Secundus gradus vocatorum quo caſu poſsit habere locum primi gradus caducati.

CAPVT DCCCXXII.

Hæres grauatus an poſsit de iure cogi per fideicommiſſarium ad cauendum de hæreditate ſeruanda, & reſtituenda. ¶ Et quid de conſuetudine. ¶ Vel ſi ceſſet cauſa timoris dilapidationis. ¶ Et an in præſtanda tali cautione ſufficiat cauere iuxta facultates grauati, non conſiderato valore bonorum reſtituendorum. ¶ Et quando ad taliter cauendum cogantur vxor, & pater, & frater, & ſimiles perſonæ dilectæ teſtatori. ¶ Vſufructuarius quo caſu admittatur ad iuratoriam cautionem. ¶ Et an difficultas cauendi probetur per iuramentum. ¶ Et quomodo illud ſit concipiendum, & quid debeat continere. ¶ Inuentarium an debeat confici per grauatum ad requiſitionem vocatorum. ¶ Et an ſufficiat ſola deſcriptio. ¶ Et cuius expenſis, & coram quibus ſit facienda. ¶ Et in quo differat ab inuentario.

CAPVT DCCCXXIII.

Dos legata per virum vxori an intelligatur tantum de parte ſoluta, ſeu de tota. ¶ Et quid ſi exprimatur quantitas. ¶ Vel ſi vxor non promiſit dotem, ſed pater, aut extraneus. ¶ Vel ſi mandetur reſtitui integram dotem. ¶ Et de intellectu verbi integrè. ¶ Et quando per illud cẽſeatur prohibita falcidia. ¶ Et an illius detractio admittatur in legato dotis facto per maritum vxori. ¶ De differẽtia ſi teſtator confitetur & legat, vel ſi confitetur & non legat, vel ſi legat, & non confitetur.

tectur. ¶ Fructus dotis, & lucri dotalis cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergẽtis, an debeantur viduæ ob retardatam illius ſolutionem. ¶ Et quo caſu requiratur interpellatio, tam de iure communi, quam vigore ſtatuti Vrbis. ¶ Et an illud habeat locum in lucro dotis, ſicut in dote, tam quo ad fructus, quàm reſpectu prælationis. ¶ Dos quando ſit reſtituenda patri. ¶ Maritus ſuſtinens onera matrimonij, an acquirat ſtatim abſque aliqua petitione fructus dotis etiam conſiſtentis in pecunia. ¶ Ratificatio actus nulli quando cenſeatur facta per minorem. ¶ Et quid in hoc operetur curſus temporis. ¶ Et quando debeat verificari ſcientia nullitatis, & læſionis. ¶ Error ex quibus probetur. ¶ Calculus approbatus an poſſit reuideri vſque ad triginta annos. ¶ Læſio quando arguat dolum per quem annulletur contractus, etiam cum maiore geſtus.

CAPVT DCCCXXIV.

Appellatione dotis quando veniat tota dos, ſeu pars ſoluta. ¶ Præſumptio vna quo caſu tollat aliam. ¶ Verbum reſtituere, & reddere quid ſignificet. ¶ Dos quando minuatur propter expenſas factas pro illius recuperatione. ¶ Verba enunciatiua quo caſu inducant diſpoſitionem fauore dotis. ¶ Confeſſio debiti cum termino ad ſoluendum quando non præiudicet probato errore. ¶ Et quomodo dicatur de illo conſtare. ¶ Promiſſio ſub fide Principis, vel per Deum quem effectum operetur. ¶ Et quando ita promittens teneatur ſtare contractui. ¶ Et ſit ei ſuccurrendum ſtante læſione. ¶ Et quanta debeat eſſe. ¶ Præſentia Principis quem defectum ſuppleat. ¶ Forenſis an comprehendatur in ſtatuto habilitante minorem ad contrahendum in vigeſimo ſuæ ætatis anno. ¶ Et quid in concernentibus ſolemnitates contractuum. ¶ Habitatio qualis debeat eſſe, vt exterus ligetur ſtatuto loci, in quo inhabitat. ¶ Domicilium ex quibus contrahatur. ¶ Et an ſufficiat habitatio decennalis, ex qua ſit præſumendus animus non recedendi, etiam abſque aliqua declaratione. ¶ Et an habitatio debeat eſſe continuata. ¶ Læſio quomodo ſit probanda ad effectum reſcindendi contractum, & tranſactionem. ¶ Et an ſit neceſſarius defectus cauſæ finalis tranſigendi. ¶ Et quæ dicatur talis. ¶ Ratihabitio minoris de contractu nullo, & læſiuo quo caſu detur poſt quinquẽnium. ¶ Vidua an acquirat fructus dotis ſine interpellatione. ¶ Et quando illi ſint reſtituendi reducto titulo ad non titulum. ¶ Geminatus conſenſus an tollat remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* & exceptionem non numeratæ pecuniæ, & errorem, & ignorantiam defectus contractus.

CAPVT DCCCXXV.

Præſumptiones, & coniecturæ an ſufficiant ad probandum errorem notarij, tam in omittendo, quàm in committendo. ¶ Tabellio deponens de errore inſtrumenti per eum conditi an habeatur loco vnius teſtis, itaut cũ alio teſte poſſit dici error legitimè probatus. ¶ Obſeruantia quando debeat attendi ad effectum corrigendi errorem. ¶ Solemnitas de qua in *c. fin. de confeſſ.* in docendo de errore an ſit neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ. ¶ Per correctionem erroris an dicatur aliquid de nouo factum, vel potius declaratũ, quod antea fuit geſtũ.

CAPVT DCCCXXVI.

Ceſſio iurium, & actionum quando ſit valida. ¶ Et quid ſi fiat clerico, & conſanguineo, & potentiori, & pro modico pretio, & ſimul cum donatione. ¶ Et qualiter circa prædicta Iudex debeat arbitrari. ¶ Et ad illum effectum quis dicatur potentior. ¶ Et an requiratur iuriſdictio, & poteſtas. ¶ Vel ortus ex familia nobili, & bellicoſa. ¶ Statutum prohibens ceſſiones in potentiores an comprehendat eccleſias. ¶ Coniecturæ quando arguant ſimulationem ceſſionis. ¶ Cauſa ſenectutis, paupertatis, ſexus muliebris, neceſſitatis, vel ſimilis impedimenti, per quod lis non poſſit defendi, an conualidet ceſſionem iurium, & actionum factam in potentiorem. ¶ Et an talis ceſſio confirmetur iuramento. ¶ Vel quando adeſt ius clarum, & indubitatum cum obligatione camerali. ¶ Et quomodo ſit iurandum ad hoc, vt excludatur ſimulatio ceſſionis. ¶ Et an illius reuocatio iuuet quo ad euitandam pœnam. ¶ Æſtimatio rerum dotalium quo caſu faciat emptionem, & quo tempore ſit facienda. ¶ Et quando dicatur iniuſta. ¶ Emphyteuta reuocans alienata ſine conſenſo Domini an illis priuetur. ¶ Diminutio, & augmentum bonorum dotalium an ſpectet ad vxorem. ¶ Et quando hæredes viri teneantur de illorum deterioratione. ¶ Executores vltimarum voluntatum an poſſint cogi ad confectionem inuentarij, & ad aliquam cautionem. ¶ Et quando ſufficiat ſola deſcriptio ad effectum reddendi rationes. ¶ Mulier an ſit repellenda ab officio executoris teſtamentarij, tam in bonis prophanis, quàm ad pias cauſas. ¶ Et quid ſi fuerit nupta. ¶ Vel tranſierit ad ſecunda vota. ¶ Cauſa finalis, quæ ſit ad hoc, vt poſſit recedi à donatione. ¶ Solutio ex quibus probetur. ¶ Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti, quando ſit admittenda. ¶ Electio an ſpectet ad maritum, ſi ei dentur res dotales æſtimatæ, cum pacto, vt illas reſtituat, ſeu earum valorem.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DCCCXXVII.

Inſinuatio an cenſeatur facta, ſi inſtrumentum fiat coram Iudice decretum interponente, quamuis non pronunciauerit ſuper inſinuatione. ¶ Et quid ſi Iudex adeatur ad alium effectum per ſtatutum requiſitum. ¶ In inſinuatione an requiratur decretum, & cauſæ cognitio. ¶ Diſpenſatio quo ad vnum defectum, an debeat trahi ad alium. ¶ Et quid ſi vnum impedimentum contingeret alterum. ¶ Vel ſi tacitum augeret expreſſum. ¶ Vel in vna irregularitate. ¶ Et abſolutione excommunicationis ab vna cenſura, & vna diſpenſatione ad contrahendum matrimonium cum ſimilibus. ¶ Clauſula non obſtante an tollat plures defectus. ¶ In donatione facta per minorem vigintiquinque annis, an requiratur decretum Iudicis competentis, ratione loci, in quo bona ſunt ſita, vel donatarij.

CAPVT DCCCXXVIII.

Prohibitio alienationis inducta cum ſubſtitutione præcedenti quando reguletur ab ea, & inducat nouum fideicommiſſum, tàm ſi fiat continuatiuè, & relatiuè, quàm principaliter per verba ſeparata. ¶ Et quid ſi adſit diſpoſitio intermedia, & non immediatè ſubſequatur. ¶ Repetitio qualitatum, & conditionum, quo caſu cenſeatur inducta per dictiones relatiuas poſitas inter duas orationes imperfectas, ſeu perfectas, & inceptiuas. ¶ Et an ratio conſeruandæ agnationis excludat talem repetitionem. ¶ Seu vocatio magis ampla contenta in ſecunda diſpoſitione, quæ non erat in prima. ¶ Seu adiectio perſonarum, cum ſimilibus. ¶ Subſtitutio præcedens comprehendens omnia bona an poſſit dici correſpectiua cum ſubſequenti prohibitione alienationis continente bona particularia, vel potius vtraq; ſit conſideranda tanquam principalis. ¶ Capitula connexa, quæ dicantur quando plura incontinenti ſunt poſita. ¶ Et an ſit neceſſe, vt vnum veniat ad determinationem alterius. ¶ Prohibitio alienationis inducés fideicommiſſum abſolutum ad fauorem deſcendentium quando extendatur ad tranſuerſales. ¶ Et quid in hoc operetur ratio generalis, & vis cauſæ finalis conſeruandi bona in agnatione. ¶ Dictiones relatiuæ quando dicantur habere reſpectum ad præcedentia, cum repetitione qualitatum. ¶ Et an referant expreſſa in termino referente, vel ſolum illa quæ non ſunt ſpecificata. ¶ Reſtrictio ad perſonas comprehenſas in prohibitione alienationis quo caſu inducat fideicommiſſum abſolutum. ¶ Mentio hæredis an verificetur in hærede ſcripto, ſeu in eo qui hæreditatem adiuit. ¶ Et quid ſtante grauamine per teſtatorem impoſito. ¶ Reciprocum fideicommiſſum ex quibus inducatur inter lineas diuerſas. ¶ Et an debeant eſſe verba expreſſa. ¶ Vel ſufficiant coniecturæ cum neceſſario antecedenti, & nominibus collectiuis, & prohibitione reali. ¶ Et quando talis prohibitio tranſeat reciproce cum ſuo onere ad quemcumque vadat ſiue vocatum, ſiue poſitum ſub conditione. ¶ Extenſio de perſona ad perſonam an admittatur ob rationem maioris dilectionis. ¶ Copula, &, quem effectum habeat. ¶ Subſtitutio conditionalis quando euaneſcat propter obitum cum filijs.

CAPVT DCCCXXIX.

Creditor accipiens pecunias ſub vſuris propter moram debitoris non ſoluentis an poſſit illas repetere, non probata qualitate, quod ob talem moram fuit coactus pati huiuſmodi intereſſe. ¶ Et quando debeat denunciare debitori neceſſitatem capiendi pecunias ſub vſuris. ¶ Et an huiuſmodi denunciatio ſit facienda perſonaliter. ¶ Et an illa requiratur ſtante facultate data per debitorem creditori, vt accipiat pecunias ad cambium ob non ſolutum debitum. ¶ Præſumptio an ſit admittenda, quod damnum non contigiſſet creditori, ſi debitor ſoluiſſet, vel potius debeat præcisè iuſtificari cauſa damni propter carentiam pecuniarum non ſolutarum. ¶ Mercator an repetat damna, & intereſſe, etiam non probatis requiſitis per *Caſtr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* ¶ Et quid in intereſſe primi intereſſe, & fructibus fructuum, & vſuris vſurarum.

CAPVT DCCCXXX.

Curatores, defenſores, & adminiſtratores an veniant appellatione tutorum, & è contra. ¶ Verba bonorum cuſtodiam & adminiſtrationem, quando inducant conſtitutionem procuratoris, ſeu tutoris. ¶ Error nominis appellatiui quo caſu vitiet diſpoſitionem. ¶ Datio tutoris, ſi non valet tanquam facta de inhabili, vel ab eo qui non habebat facultatem illum dandi, an reſoluatur in gubernium, & adminiſtrationem. ¶ Clericus an poſſit dari tutor in teſtamento, itant neque volens debeat admitti. ¶ Et quid in Epiſcopo, & Monacho, & alijs regularibus. ¶ Communio bonorum cum pupillo an ſit cauſa ſufficiens, vt quis remoueatur à tutela etiam teſtamentaria. ¶ Et quis contractus oriatur ex tali communione. ¶ Tutor vnus an remaneat ſolus in tutela deficientibus alijs contutoribus. ¶ Vel ſint ſubrogandi alij loco deficientium. ¶ Et quid ſi fuerint dati ita, vt vnus non poſſit ſine alio adminiſtrare. ¶ Et quo caſu attendatur tutela vnius, ſi eſt ſufficienter conſultum pupillo per ſolum ſuperſtitem idoneum ad illam gerendam.

CA-

Digitized by Google

CAPVT DCCCXXXI.

Recognitio bonæ fidei pro exoneratione conſcientiæ an poſſit fieri per mulierem abſque ſolemnitatibus. ¶ Decretum iudicis quid operetur in contractu, in quo interponitur. ¶ Et an idem efficiat ſi fuerit interpoſitum à Iudice minore, ſicut à maiore. ¶ Conſenſus conſanguinei adhibitus pro conualidando actu ex neceſſitate ſtatuti quando præiudicet conſentienti. ¶ Fideiuſſor quo caſu cenſeatur approbare contractum, & alienationem prohibitam. ¶ Et qualis ſcientia requiratur. ¶ Et an conſenſus debeat eſſe expreſſus. ¶ Et quid ſi pro forma ſit adhibendus. ¶ Statutum quod filius non poſſit obligari ſine conſenſu patris an habeat locum, ſi pro eo pater fideiubeat, itaue talis conſenſus ſufficiat. ¶ Taciti & expreſſi an eadem ſit virtus. ¶ Et quando diſpoſitio loquens de actu expreſſo procedat in tacito.

CAPVT DCCCXXXII.

Fideicommiſſum quando dicatur fauorabile. ¶ Et quo caſu compræhendat fœminas, ſeu maſculos ex fœminis, ſi fuerit relictum deſcendentibus maſculis. ¶ Et quid ſi fœminæ velint ſuccedere ex perſona propria. ¶ Linea tranſuerſalis, quādo debeat eſſe potior illis, qui recto iure deſcendunt. ¶ Qualitas maſculinitatis expreſſa in vna parte teſtamenti an ſit repetita in alia. ¶ Alienatio bonorum fideicommiſſi quando permittatur. ¶ Et an ſubſtituti poſſint talia bona alienata vendicare viuo alienante, ſiue ſint ſtabilia, ſiue mobilia. ¶ Et quid ſi offeratur cautio tàm ante, quàm poſt diſtractionem huiuſmodi bonorum. ¶ Vſusfructus an amittatur propter dilapidationem bonorum. ¶ Hæredes quando poſſint cōtinuare negotiationes defuncti, vel nouas conſtituere, & plures ſocietates contrahere, ſi vna tantum fuerit permiſſa. ¶ Et an teneantur rationem reddere de conſumptis, & ad omnia damna, & intereſſe. ¶ Æs alienum quando debeat ſolui de bonis fideicommiſſi. ¶ Alimenta an ſint præſtanda patri, ſi propter eius malam adminiſtrationem bona reſtituuntur filio. ¶ Grauatus an poſſit cogi fideicommiſſum reſtituere ſtante neceſſitate alimentorum. ¶ Dotes quando ſint detrahendæ ex bonis ſubiectis reſtitutioni. ¶ Et quid in hoc operetur prohibitio teſtatoris. ¶ Vel quando reſtitutio eſt facienda locis pijs. ¶ Vel ſi adſunt bona libera. ¶ Et cui incumbat probatio exiſtentiæ illorum. ¶ Vel quando filius habuit legitimam ſufficientem ad alimenta & dotem, & illam poſtea alienauit. ¶ Fructus per filiam grauatam percepti an ei imputentur in cauſam dotis, & alimentorum, vt fideicommiſſum minus grauetur. ¶ Verba eodem modo, ita demum, ſicut, prout, non alias, & ſimilia quid ſignificent, & quando inducant repetitionem.

CAPVT DCCCXXXIII.

Condemnatio in expenſis, damnis, & intereſſe an compræhendat pœnam, prout eſt amiſſio cauſæ. ¶ Et quando de ea ſit facienda ſpecialis mentio. ¶ Damna extrinſeca, & intrinſecà qualia ſint. ¶ Et an illa veniant in ſententia. ¶ Et quādo in ea ſint intelligenda verba ſtrictè, & propriè. ¶ Amiſſio lucri an veniat ſub appellatione dānorum. ¶ Et quid in artifice, ſeu alio, qui diſtrahitur à ſuis operibus propter defenſionem litis. ¶ Falſum committens, ſi perdit cauſam ex diſpoſitione iuris communis, vel ſtatuti an aduerſarius obtineat, ſi non probauit ſuam intentionem. ¶ Stante ſtatuto quod producens falſum inſtrumentum amittat cauſam, ſi contingat actorem, & reum falſa inſtrumenta produxiſſe, an reus ſit abſoluendus etiam in damnis.

CAPVT DCCCXXXIV.

Primogenitus, & primus deſcendens, & ſenior, & antiquior an dicatur maior ætate, ſeu dignitate. ¶ Et in quibus ſit præferendus tàm de iure, quàm ex conſuetudine. ¶ Et quid ſi exiſtunt plures æquales in gradu, ſi diſpoſitio non poteſt cadere niſi in vno proximiore. ¶ Verba quando ſint potius intelligenda in actu naturali, ſeu ciuili. ¶ In renunciatione iuriſdictionis quo caſu compręhendatur etiam titulus. ¶ Et quid ſi renuncietur ſolum loco, vel loco & dignitati. ¶ Comites, Duces & ſimiles titulati an gaudeant eorum priuilegijs poſt refutationem factam de ſtatu cum titulo. ¶ Et quando retineant nomen & titulum eiuſdem ſtatus renunciati, ſeu amiſſi. ¶ Renunciatio generalis iurata quo caſu trahatur ad incognita. ¶ Et quando iuſiurandum habeat vim expreſſi.

CAPVT DCCCXXXV.

Reſignatio, aut permutatio nulliter facta quando abdicet ius à reſignante ſiue ſit inualida ob contradictionem patroni, ſiue eo ſpreto, ſiue non facta derogatione iuriſpatronatus, vel ſimili cauſa, itaut non poſſit amplius rediri ad beneficium reſignatum, ſeu permutatum. ¶ Et quid ſi adſit clauſula non aliter, nec alias, nec alio modo. ¶ Et de eius ſignificatione. ¶ Falſa expreſſio an faciat, vt quis careat impetratis. ¶ Et an illa ſint ipſo iure nulla. ¶ Permutatio an habeat in ventre reſignationem, adeo vt omnis diſpoſitio loquens de reſignatione includat reſignantem ex cauſa permutationis. ¶ Patronus quando poſſit præſentare alium ad beneficium reſignatum abſque illius conſenſu.

CA-

Epitome Capitulorum.

CAPVT DCCCXXXVI.

Verba ordine ſucceſſiuo an excludant repræſentationem, itaut filius non ſubintret in locum patris, & non concurrat cum patruo. ¶ Et quid in clauſula de vno in alium. ¶ Seu ſalua gradus prærogatiua. ¶ Vel ex æquis portionibus. ¶ Vel ſtante ſpeciali vocatione fratrum. ¶ Seu reſtricta ad ſupradictos, & ſupra ordinatos, & nominatos. ¶ Simultanea ſucceſſio ex quibus verbis excludatur. ¶ Prius vocati quando cenſendi ſint magis dilecti, itaut eis ſit debita hæreditas potius quam alijs. ¶ Ordinatio teſtatoris an ſignificet ſeriem, & collocationem vocatorum, quæ debeat adimpleri abſque aliqua ſuppletione.

CAPVT DCCCXXXVII.

Excommunicatio an incurratur per iactum haſtæ in clericum, ſi non ſequatur percuſſio, quamuis adſit animus percutiendi. ¶ Et quando licitum ſit vim vi repellere, etiam cum exceſſu in ſe defendendo, & occurſu ante tempus, ne quis à clerico percutiatur abſque metu cenſurarum. ¶ Repercuſſio an permittatur, ſi quis poteſt euadere, & non euaſit, itaut non habeat locum pœna excommunicationis. ¶ Abſolutio ad cautelam an detur ab omnibus cenſuris latis ab homine, ſeu à iure. ¶ Epiſcopus quando poſſit abſoluere ſubditum in foro interiori à ſuſpenſione reſeruata Sedi Apoſtolicæ. ¶ Et quo caſu diſpenſet ab irregularitate poſt delictum in iudicium deductum. ¶ Cauſæ omnes in prima inſtantia an debeant cognoſci per Epiſcopum. ¶ Et an illius conſenſus ſufficiat, vt alibi cognoſcantur, ſi partes contradicãt. ¶ Et quid ſi lis adſit cum Epiſcopo. ¶ Adiunctus quando ſit dandus tam Iudicibus in Curia, quàm extra. ¶ Ordinarius an poſſit recuſari in totum tam de iure Canonico, quàm ciuili.

CAPVT DCCCXXXVIII.

Verba concedo, applico, & approprio, an inducant tranſlationem dominij, & donationem, & facultatem alienandi. ¶ Nomen proprietatis quid ſignificet. ¶ Et an idem ſit quod dominium. ¶ Bona feudalia redacta ad allodialia quando poſſint liberè alienari. ¶ Vtilitas euidens eccleſiæ qualis dicatur, itaut valeat alienatio abſque ſolemnitatibus. ¶ Verbum habere quando referatur ad dominium, & poſſeſſionem. ¶ Et an eum habere dicamus, qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur re quolibet modo acquiſita. ¶ Ex impoſitione cenſus facta ſuper domo, quam quis habet, an ſit probata poſſeſſio. ¶ Alienatio in augmentum feudi an valeat abſque aſſenſu domini directi. ¶ Eccleſia an poſſit inuito creditore ſtare contractui nullo ob defectum ſolemnitatum.

CAPVT DCCCXXXIX.

Emphyteuſis, aut feudũ quando cenſeatur conceſſũ pluribus pro rata. ¶ Donatio quo caſu debeat intelligi de portione, de qua poteſt donans diſponere. ¶ Expreſſio confinium an operetur, vt ſit datum quod eſt intra fines. ¶ Confiſcatio ob delictum an extinguat omne ius ex antiquis inueſtituris, itaut nouum feudum reputetur. ¶ Mutuans pecuniam reprobatam quando poſſit agere pro reſtitutione bonæ, ſi pro tali fuit per debitorem expenſa. ¶ Reintegratio cum verbis reſtituimus, an faciat vt feudum dicatur antiquum. ¶ Relatio an ſit facienda ad illud, de quo ſpecialiter fuit prouiſum. ¶ Caſtrum an poſſit eſſe vnius, iuriſdictio autem alterius. ¶ Acceſſorium quando contineatur in tranſlatione principalis. ¶ Adminiſtratio feudi iuriſdictionalis an poſſit relinqui per patrẽ filio primogenito. ¶ Frater nominans fratrem condominum caſtri, & illud poſſidens communiter, & ſoluens canonem pro eo an ſibi præiudicet. ¶ Bona quando ſpectent ad filios pro æquis portionibus.

CAPVT DCCCXL.

Pœnæ, & confiſcationes an poſſint applicari, & ſolui alijs quam Cameræ. ¶ Sententia an ſit valida, in qua condemnatur reus in pœnam particularem pecuniariam pro treugua rupta, & confiſcationis omnium bonorum pro homicidio, itaut vna aliam non perimat. ¶ Et ad quem effectum iſta cumulatio pœnarum ſit permiſſa. ¶ Fiſcus an teneatur ſoluere omnia debita condemnati in pœnam confiſcationis bonorum ſiue proueniant ex contractu, vel quaſi, ſiue ex illius delicto. ¶ Et quando in eis idem fiſcus ſit præferendus. ¶ Et quid reſpectu intereſſe partis offenſæ. ¶ Officiales quibus applicatur aliqua portio pœnarum an ſint creditores fiſci, ſeu delinquentis. ¶ Hæreditas an poſt aditionem dicatur amplius hæreditas, ſeu proprium patrimonium hæredis. ¶ Et an ſtatim dominium rerum hæreditariarum illi acquiratur. ¶ Et quid in fiſco poſt publicationem bonorum. ¶ Et an dicatur hæres anomalus condemnati, vel ſucceſſor iuris, vel quaſi hæres loco ſucceſſoris in prælatura. ¶ Ius exequendi quod ſit per Iudicem an æquiparetur conuentioni partium. ¶ Pœna conuentionalis quæ ſit. ¶ Et cui ſit applicanda. ¶ Et an debeatur per delinquentem vltra legalem, itaue vna non confundat aliam. ¶ Et quando veniat augmentum pœnæ ratione contumaciæ, ſeu inficiationis, & ad illud ſoluendum fideiuſſor poſſit cogi. ¶ Treu-

gna

gua an ſit efficacior, quam pax. ¶ Et an facilius vna rumpatur ex noua cauſa, quam alia. ¶ De multiplicatione pœnarum remiſſiuè. ¶ Regalia & prærogatiuæ ob quam cauſam dentur Iudicibus.

CAPVT DCCCXLI.

Notario, & Nuntio, & ſimilibus an credatur de commiſſione ſibi facta per Iudicem. ¶ Denunciationes in matrimonio ao debeant fieri ab vtroque parocho contrahentium. ¶ Et ao poſſint remitti per Vicarium Epiſcopi. ¶ Et an illarum omiſſio redat prolem illegitimã, & annullet matrimooium, & reddat illud clandeſtinum. ¶ Et quid ſi per conſtitutionem ſynodalem, aut conſuetudinem illæ requirantur. ¶ Habitatio diuturna coniugum in figura matrimonij quando faciat pręſumi omnem diſpenſationem legitimam. ¶ Et an ſufficiant decem, vel viginti anni cum communi reputatione. ¶ Vicarius Epiſcopi an compræhendatur ſub nomine ordioarij, vel dicatur medius ioter ordinarium & delegatum. ¶ Et an ab eo poſſit appellari ad Epiſcopum. ¶ Et quid in vicario foraoeo. ¶ Sola fides parochi an probet, quod matrimonium fuerit legitimè contractum etiam abſqoe iuramento.

CAPVT DCCCXLII.

Iuramentum in ſupplementum an deſeratur Iudæo, litiganti cum iudæo, vel Chriſtiano. ¶ Hebræi an ſubſint ſtatuto, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. ¶ Et quando ligentur iureiorando. ¶ Et qua pœna ſint puniendi, ſi fuerint periuri. ¶ Et an illis ſeruandus ſit rigor, ſeo æqoitas. ¶ Et an eis carceratis debeantur alimenta per Chriſtianos creditores. ¶ Pœnitentia an admittatur in contractu, de quo partes voluerunt fieri inſtrumentum. ¶ Notarius de facto proprio minutæ per ipſum faciendæ an probet. ¶ Ius retractus, & inquilinatus an competat iudæis io domibus, quas habitant. ¶ Et an idem ſit quod Gazaga. ¶ Et quando illud ſit ceſſibile, & traoſmiſſibile. ¶ Conſors an præferatur in re vendita. ¶ Portio domus an conſiſtat in haoſtu aquæ, puteo communi, balneo, acceſſu, aditu, fiſtula, canali, & ſimilibus. ¶ Retractus an detur in vſu communi, & commoditate vſusfructus, & habitatione domus, & alia ſeruitute, & decimis, & actione perſooali, quam plures habent ad fundum, & in rebus mobilibus. ¶ Statutum Vrbis de conſortibus an procedat inter venditorem, & emptorem, cum pacto reuendendi. ¶ Bulla iuris congrui an habeat locum in iuribus incorporalibus, & vbi ceſſat ornatus, & ad fauorem vtilis domioi, vendente proprietario. ¶ Seruitus quando ſit tota in toto, & tota in qualibet parte domus. ¶ Et quo caſu recipiat diuiſionem.

CAPVT DCCCXLIII.

Dementia qoomodo probetur. ¶ Et an debeat eſſe totalis alienatio mentis ad hoc vt teſtamentum noo valeat. ¶ Et quando in concurſu probationum præferantor teſtes loqoentes de ſaoa mente, alijs de furore deponentibus. ¶ Negatiua conſignationis teſtamenti factæ per notariom an probetur, ſi teſtes non deponant, quod conſignatio oon potuit fieri, niſi ipſi vidiſſent. ¶ Teſtis quando debeat reddere rationem quamuis non interrogatus tam in cauſa criminali, quàm ciuili. ¶ Oſtenſio teſtamenti clauſi facta per notarium teſtatori cum interrogatione ſi illud eſſet ſuum teſtameotum, & reſponſione affirmatiua an habeat vim realis conſignationis. ¶ Rogitus teſtium an valeat, ſi oon fiat per teſtatorem, ſed per alium ipſo præſente. ¶ Tabellio an poſſit puniri, ſi ſcribat quod teſtator nominauit hæredem ore proprio habita relatione ad interrogatiooem per aliom factam. ¶ Octauus teſtis an ſit adhibendus pro teſtatore neſciente ſcribere. ¶ Et quid ſtante clauſula codicillari, omni meliori, vel ſimili. ¶ In crimine falſi an teſtes etiam ioſtrumeotarij debeant eſſe omoi exceptione maiores. ¶ Nominatio hæredis an poſſit fieri ad interrogationem alterius tàm in teſtamento nuncupatiuo, quàm in ſcriptis.

CAPVT DCCCXLIV.

Legatum quando ſit acceptandum com ooere. ¶ Et an factum in recompenſationem ſeruitiorum, & pro eo, qood poſſet prætendi quocumque modo, cauſa, & ratione compræhendat quæcumque iura legatario competentia etiam diſſimilia ab expreſſis. ¶ Et quid importent huiuſmodi verba. ¶ Et quaodo trahantur ad caſus ioſolitos, & improprios, etiam in ſuperlatiuo. ¶ Per litem, & moleſtiam datam hæredi, an legatarius priuetur legato, quamuis fuerit à teſtatore prohibita. ¶ Et quid ſi lis noo habuerit effectum. ¶ Et quando illi poſſit renunciari refectis expenſis. ¶ Verba generalia, & vniuerſalia, quæ ſint, & in quibus differant.

CAPVT DCCCXLV.

De præcedentia Præceptoris S. Spiritus in Capella Papæ, & alijs ſeſſioolbus. ¶ Et de inſtitutione præceptoriæ, ſuppreſſione, & reſtitutione; ob quam aotiqua priuilegia, an remanſerint, ac ſi nunquam ſuppreſſio fuiſſet facta. ¶ Et an illa ſit inter mendicantes, de quibus loquitur Bulla Pij V. ¶ Cauſa præcedentiæ an ſit magni præiudicij. ¶ Et quando de-

debeat prætendi. ¶ Et quid in ea operetur obſeruantia, antiquitas, ſenectus, iuriſdictio, pluralitas dignitatum, electio à maiore prælato, adminiſtratio, habitus, Mozzetta, Rocchettum, & Mantellettum, cum ſimilibus. ¶ Canonicus renuncians canonicatui, ſi poſtea illum obtineat, quando poſſit gaudere priuilegijs antiquis, & habere primum locum. ¶ Et quid in ſubrogatione, & vnione. ¶ Reſtitutio quando reponat omnia in priſtinum ſtatum, & gradum, etiam quod ſint alteri acquiſita. ¶ Generales ordinum an ſint prælati, & in dignitate conſtituti. ¶ Canonici regulares an præcedant Benedictinos. ¶ Abbates quando habeant adminiſtrationem perpetuam. ¶ Et an illis æquiparentur Commendatarij. ¶ Et quando exigant ſubſidium charitatiuum, & exerceant iuriſdictionem, ſicut Epiſcopi. ¶ Dignitas maior quando conſideretur in congregationibus. ¶ Et quid in Camerario, Vicecancellario, Epiſcopis, & Auditoribus Rotæ. ¶ Præcedentia in capella Papæ quo caſu debeat attendi etiam extra eam tam in Subdiaconis, quam *Epiſcopis* aſſiſtentibus, & ſimilibus. ¶ Veſtes reſeruatæ ad decorem dignitatis an poſſint per quemcumque deſerri. ¶ Et quid ex eis arguatur.

CAPVT DCCCXLVI.

Transactio an veniat ſub nomine alienationis, & permittatur in bonis fideicommiſſi, & feudis Cameræ Apoſtolicæ litigioſis. ¶ Et quando in ea ſit adhibenda eadem ſolemnitas, quę in alienatione requiritur. ¶ Dimiſſio rei penes poſſeſſorem an ſit prohibita, ſicut alienatio, itaut potius bona ſint recuperanda ſoluta pecunia poſſidenti, vt poſſit licitè ſuper eis tranſigi. ¶ Pater adminiſtrator an habeat maiorem auctoritatem in bonis filij, quam tutor, & prælatus. ¶ Poſt Conſtitutionem Clem. VIII. an vnquam fuerit tranſactum occaſione feudorum in lite exiſtentium cum Camera Apoſtolica. ¶ Et quid in bonis conſiſcatis per delictum, aut emptis à Baronibus. ¶ Verba vniuerſalia quos caſus comprehendant tàm in materia fauorabili, quàm in odioſa.

CAPVT DCCCXLVII.

Fideicommiſſum an expiret, ſi deficit conditio ſi ſine filijs etiam ſi momento vixerint, & quamuis ſimus in poſthumo ex ventre matris extracto. ¶ Et quando illud inducatur propter rationem conſeruandi agnationem tàm expreſſam, quàm tacitam. ¶ Extenſio quando admittatur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum. ¶ Nepotes an veniant appellatione filiorum in ſubſtitutione fideicommiſſaria. ¶ Filij poſiti in conditione an dicantur vocati. ¶ Et reſpectu cuius portionis. ¶ Prohibitio alienandi facta filijs an debeat extendi ad nepotes. ¶ Et quæ dicatur realis, ſeu perſonalis. ¶ Et quando operetur fideicommiſſum ad fauorem nepotum. ¶ Et an illi cenſeantur magis dilecti, quàm filij.

CAPVT DCCCXLVIII.

Fructus legati conſiſtentis in quantitate quando debeantur legatario. ¶ Et quid in relicto occaſione dotis. ¶ Vel ſtante prohibitione, ne ſors principalis ſoluatur. ¶ Interuſuria dotis an petantur potius ob cauſam alimentorum, vel propter retardatam ſolutionem tam in patre, quam in extraneo. ¶ Et quando ſint debita ex pignore. ¶ Et an requiratur ad iſtum effectum realis ipſius traditio. ¶ Dos conſtituta in quantitate, quam dotans voluit eſſe fundatam ſuper re ſtabili, an ſit fundus dotalis. ¶ Et de ſignificatione verbi ſundare, & dictionis ſuper an inducat hypothecam. ¶ Ceſſio fructuum dotalium an ſit valida. ¶ Et quando illi tranſeant ad hæredes. ¶ Et quomodo eis ſuccurratur, vt licita ſit illorum perceptio.

CAPVT DCCCXLIX.

Probatio quando excludat probationem. ¶ Et quid in his, quæ committuntur conſcientiæ alicuius. ¶ Parentes, fratres, ſorores, & ſimiles quando poſſint eſſe teſtes in cauſa matrimonij, ſtante illius clandeſtinitate & magna diſparitate inter coniuges. ¶ Examinatus in cauſa criminali quando probet in ciuili. ¶ Præſentia, & intelligentia parochi an ſufficiat in matrimonio contracto intermedio pariete, vel requiratur viſus. ¶ Et quando teſtes deponentes de tali matrimonio faciant fidem. ¶ Et quomodo debeant habere notas voces contrahentium. ¶ Et an requiratur, quod prius illos vidiſſent, & audiſſent, & poſt modicum interuallum contraxiſſent, & quod alij non adeſſent. ¶ In rimula an detur poſſibilis viſus plurium teſtium vnico contextu. ¶ Et an debeant deponere, quod vnus poſt alium vidit. ¶ In inuentario, & alijs ſimilibus quando ſit neceſſarius viſus. ¶ Aſſeres, ſeu axes, & ſectiles quid ſignificent. ¶ Teſtamenta, & codicilli an valeant, ſi teſtes non potuerunt videre teſtatorem, quamuis deponant habere notam vocem illius. ¶ Et an poſſint fieri de nocte. ¶ Et quot luminaria ſint in eis neceſſaria. ¶ Cautela an admittatur, vt creditor poſſit probare ſuum creditum, quod teſtes ſtent poſt parietem, cum debitor ipſi ſoli creditori fatetur debitum. ¶ Et an hoc procedat in criminalibus. ¶ Cecus an poſſit teſtificari in cauſa matrimonij.

Digitized by Google

CAPVT DCCCL.

Repetitio clauſularum poſitarum in prima commiſſione quando intelligatur in alijs. ¶ Verba conſtito de intereſſe an inducant conditionem, ita vt illo non verificato, non competat iuriſdictio. ¶ Maritus quando ſit manutenendus, ſeu reintegrandus ad poſſeſſionem vxoris quo ad cohabitationem, & copulam. ¶ Et quo caſu ſit locus ſequeſtro. ¶ Et quid ſi adſit timor peccati. ¶ Vel matrimonium fuerit conſummatum. ¶ Renunciatio anni probationis an valeat de conſenſu Prælati, ſeu Monaſterij. ¶ Tertius admiſſus pro intereſſe quando intelligatur in ſtatu, in quo cauſa reperitur. ¶ Notorium grauamen an operetur validitatem appellationis, quæ alias non eſſet admittenda. ¶ Exceptio monachatus an poſſit opponi contra maritum agentem ſpolio ad recuperandam vxorem.

CAPVT DCCCLI.

Obligatus adimplere an habeat actionem, ſi fuerit impeditus tam ex facto partis, cui eſt adimplendum, quàm alterius. ¶ Et quando excuſetur à mora, & pœna. ¶ Et an requiratur oblatio, quod impeditus eſt paratus facere omnia, quæ ſibi incumbunt. ¶ Et an ſufficiat ſola interpellatio. ¶ Conditio, litis conteſtatio, præſcriptio, & ſimilia quo caſu dicantur habuiſſe effectum propter contumaciam litigantis. ¶ Cambia quando debeantur, quamuis non ſint intimata, & non ſint verè acceptæ pecuniæ, non obſtante pacto, quod illa poſſint fieri, ſi eſſetur in ſolutione debiti. ¶ Confeſſio an poſſit diuidi. ¶ Productio in parte, & partibus quando admittatur. ¶ Inſtitor an præiudicet domino. ¶ Connexa quæ dicantur, vt illorum idem ſit iudicium.

CAPVT DCCCLII.

Societas an diſſoluatur quo ad omnes per mortem naturalem, & ciuilem, & ingreſſum monaſterij vnius ex ſocijs. ¶ Et quando tranſeat ad hæredes, cum lucris, & actionibus, tàm actiuis, quàm paſſiuis. ¶ Et quid ſtante iuramento, & clauſula, & eorum quemlibet inſolidum. ¶ Et an poſſit renouari per alios ſuperſtites, itaut ſit eadem cum prima. ¶ Mors quando diſſoluat negotia præterita. ¶ Executio inſtrumenti an detur pro illis, quæ in eo non leguntur, ſed virtualiter continentur, & in conſequentiam neceſſariam veniunt. ¶ Iudex declarans aliquem debitorem an cenſeatur etiam eum condemnare ad ſoluendum debitum. ¶ Actio vna quando contineatur ſub alia. ¶ Conuentio inter ſocios, vt fiat æqualis diuiſio finita ſocietate, an operetur, vt competat eadem via executiua pro reddenda ratione adminiſtrationis, quæ competebat ex pacto diuiſionis. ¶ Reſtitutio rei mutuatæ an inſit de natura mutui, quamuis non ſit expreſſa. ¶ Confeſſio receptionis dotis, an includat reſtitutionem illius, & augmenti dotalis. ¶ Deſcriptio rei in æſtimo facta per fratrem communi nomine aliorum fratrum, an transferat in eos dominium. ¶ Et quid in re communiter empta. ¶ Societas generalis, & vniuerſalis ex quibus inducatur. ¶ Acquiſitum nomine proprio, quando ſit communicandum ſocijs. ¶ Futuræ acquiſitiones an veniant in ſocietate. ¶ Promittens reſtituere granum cum intereſſe, an teneatur ad intereſſe quanti plurimi ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa reſtitutio. ¶ Officia empta per patrem filijs, an eis acquirantur, ſi poſtea fuerit facta deſcriptio in eorum perſonam, quamuis nulla interuenerit traditio. ¶ Iuſiurandum quando ſuppleat conſenſum, & trahatur ad ſpecialia.

CAPVT DCCCLIII.

Exceptio inobſeruantiæ quando retardet immiſſionem in poſſeſſionem. ¶ Et an ſit ſupplenda per Iudicem. ¶ Et quo caſu excuſet impedimentum. ¶ Creditor fructuum rei vacantis an poſſit capere poſſeſſionem propria auctoritate. ¶ Et qua actione poſtea conueniatur per hæredem poſtquam adimpleuit adimplenda. ¶ Inſtitutio hæredis quæ bona comprehendat. ¶ Sequeſtrum quando detur propter timorem dilapidationis, & vbi conſtat de poſſeſſione. ¶ Et an concedatur ei, qui non docuit de adimplemento, quamuis peteretur ex non iure rei cōuenti, & poſſeſſoris. ¶ Pendente lite ſuper exceſſu fructuum aſſignatorum, an competat manutentio. ¶ Et quando illi poſſint percipi non data facultate petendi ſortem, & non adiecta pœna dationi quantitatis, ſed facto ad onus hæredis. ¶ Scientia procuratoris, quando dicatur ſcientia domini. ¶ Teſtator an poſſit mandare hæredi, vt faciat cenſum contra Bullam in pecunia non numerata. ¶ Et quando hæres contraueniat præcepto defuncti. ¶ Subſtantia negotij an ſit prius terminanda, antequam deueniatur ad cognitionem qualitatum, & accidentium. ¶ Forma quo caſu debeat in totum ſeruari. ¶ Oppoſitio inobſeruantiæ an detur ex diuerſo iure. ¶ Et quid in actibus correſpectiuis. ¶ Et quando dicantur talia. ¶ Cenſus an ſit licitus fine pecunia, ſi conſtet de vero credito. ¶ Ex quibus verbis colligatur, quod ſolutio non fiat in bonis. ¶ Et quando illa poſſint dari loco pecuniæ, ſi agatur inter coniunctos. ¶ Et quid ſtante iuramento. ¶ Et quo caſu illud ſit ſpecifice ſeruandum. ¶ Interpellatio an ſit neceſſaria in obligatione ad diem incertum. ¶ Legitima, & melioramenta quādo ſint

Digitized by Google

ſint ſoluenda in pecunia. ¶ Debitor an ſit expectandus poſt interpellationem. ¶ Et quando ſit concedenda dilatio procuratori abſentis ad illum certiorandum, tàm ſi velit agere, quàm ſi conueniatur. ¶ Mentio alicuius partis inſtrumenti, an inducat ſcientiam omnium in eo contentorum. ¶ Priuilegium petendi compromiſſum quando compræhendat cauſas iuratas. ¶ Et an debeat eſſe cauſa magna, vt recedatur à iuramento. ¶ Dictio ſuper an inducat ſolum hypothecatam, ſed etiam operetur, vt ſolutio facienda in quantitate poſſit fieri in bonis hypothecatis. ¶ Poſſeſſio in quo differat à fructuum acquiſitione. ¶ Defectus dominij quando impediat immiſſionem. ¶ Aliud pro alio, quo caſu poſſit ſolui inuito creditore. ¶ Debitum deſcendens ex bonis redactũ ad pecuniam, an ſit ſatisfaciendum in bonis.

CAPVT DCCCLIV.

Verbum diſponere an intelligatur ſolum de actu vltimæ voluntatis, vel etiam inter viuos. ¶ Et quid ſtantibus clauſulis liberè, & prout videbitur, & dictionibus vniuerſalibus, & verbis diſcretiuis. ¶ Et de effectu ſimilium clauſularum. ¶ Et quando liberent à cognitione iudiciali. ¶ Confirmatio alicuius diſpoſitionis per Principem facta, an cenſeatur iuxta naturam illius quo ad reuocabilitatem, ſeu irreuocabilitatem. ¶ Facultas teſtandi per Papam conceſſa an conſummetur in primo actu. ¶ Vel ſit neceſſarium exprimere, vt poſſit reuocari primum teſtamentum, & aliud confici. ¶ Et quando in conceſſione reuocationis veniat actus iuratus. ¶ Donatio inter viuos an poſſit reuocari etiam ex reſcripto Principis. ¶ Et quid ſi non fuerit inſinuata. ¶ Et de varijs effectibus inſinuationis. ¶ Et an illa ſit probanda per ſcripturam. ¶ Seu ſtetur confeſſioni donantis, & donatarij, quod fuerit facta. ¶ Et quid in alijs ſolemnitatibus. ¶ Dictio quatenus, & dummodo an importet conditionem. ¶ Donans cum reſeruatione vſusfructus an dicatur donaſſe poſt mortem, itaut illa ſecuta donatio ſumat effectum, & ſit prohibita Prælatis quo ad redditus eccleſiaſticos. ¶ Obligationes, & clauſulæ omnes dependentes à principali donatione an expirent non ſecuta inſinuatione. ¶ Et ad quem effectum illa requiratur. ¶ Facultas reuocandi quaſcumque diſpoſitiones an compræhendat donationes inter viuos. ¶ Primogenitura, aut fideicommiſſum an poſſit fieri in bonis, in quibus Papa conceſſit indultum donandi, & teſtandi. ¶ Et quando per huiuſmodi indulta ſit ſolũm remotum obſtaculum iuris ciuilis, & nihil noui tribuatur. ¶ Prælatus an poſſit inſtituere maioratum ex bonis, & fructibus Epiſcopatus tàm in vita, quàm in ægritudine, ex qua poſtea obijt. ¶ Et quid in foro tàm fori, quàm poli. ¶ Et an teneatur reſtituere de bonis ſui patrimonij, quod conſumpſit in primogenitura per eum facta. ¶ Concilium Tridentinum an inducat præceptum circa dicationem conſanguineorum ex bonis Eccleſiæ. ¶ Clerici an ſint domini redditcuum eccleſiaſticorum. ¶ Conſuetudo an valeat, vt ſuccedatur in bonis clericorum acquiſitis ex redditibus eccleſiaſticis.

CAPVT DCCCLV.

Proceſſus factus cum tutrice exiſtente in poſſeſſione adminiſtrationis tutelæ, an ſit validus. ¶ Identitas rei ex quibus probetur. ¶ Bona expreſsè, ſeu tacitè prohibita alienari an veniant in generali obligatione. ¶ Aſſociatio ad poſſeſſionem ratione hypothecæ quo caſu detur contra tertium vigore conſtituti. ¶ Caducitas an incurratur per alienationem ſolum domino volente. ¶ Et an interim, donec non declaratur per eum, poſſit tertius illam allegare. ¶ Hypotheca quando ſit nulla, ſi conſtituatur ſuper re prohibita alienari. ¶ Et an de huiuſmodi nullitate poſſit tertius opponere. ¶ Et quando dicatur ius excluſiuum agentis, itaut habens intereſſe licitè illud deducat. ¶ Et quid ſi nullitas fuit detecta. ¶ Vel ſi prætendatur defenſio poſſeſſionis, quamuis talis poſſeſſio non ſit probata, ſed debeat probari. ¶ Ceſſante hypotheca an ceſſet etiam retentio, & ſaluianum. ¶ Conſtitutum, quid operetur in contractu cenſuali.

CAPVT DCCCLVI.

Hypotheca quando veniat in obligatione generali. ¶ Et an confirmetur, ſi tempore, quo venit cauſa confirmationis, non reperiatur res in bonis debitoris. ¶ Et quando tempus exiſtentis conditionis dicatur habile, tàm reſpectu rei, quàm perſonæ, vt conditio poſſit retrotrahi, ſiue ſit mixta, ſiue poteſtatiua, ſiue caſualis. ¶ Creditor prior an ſit præferendus ſecundo etiam in bonis quæſitis per debitorem poſt obligationem factam ſecundo, ſiue obligatio ſit pura, ſiue conditionalis. ¶ Intellectus *l. balneum. §. titia prædium. ff. qui potior. in pignor. habeant.* ¶ Conditio an poſſit retrotrahi, ſi donans ſub conditione ſit mortuus tempore purificatæ conditionis. ¶ Et an in legatis, ſicut in contractibus illa retrotrahatur. ¶ Donatio quando cenſeatur conditionalis ſuſpenſiua, ſeu reſolutiua. ¶ Bona donata ſub conditione an debeant eſſe donantis tàm tempore donationis, quàm purificatæ conditionis, vt dicantur compræhenſa ſub hypotheca.

Epitome Capitulorum.

CAPVT DCCCLVII.

Receptio dotis an præiudicet, vt non poſſint peti fructus. ¶ Et quid ſtante ſtatuto Vrbis, aut promiſſione mariti de reſtituendo dotem cum damnis, & intereſſe. ¶ Expenſæ litis cum alimentis quando ſint ſubminiſtrandæ per virum vxori pendente iudicio ſeparationis thori. ¶ Et ad quam ſummam etiam in cauſis grauiſſimis, & inter Principes, & in dote ampliſſima. ¶ Reſtitutio dotis ob vergentiam viri ad inopiam an ſit propria, & vera reſtitutio, ſicut illa, quæ fit ob mortem viri, ſeu ob ſeparationem thori. ¶ Maritus quando teneatur reſtituere dotem vna cum fructibus, ſi propter ſuam culpam non poteſt vxor cum eo habitare. ¶ Et quando ſint per eum præſtanda alimenta vxori, iuxta neceſſitatem, itaut illud quod ſupereſt ex fructibus ipſi viro acquiratur. ¶ Et quid ſi nulla dos fuit conſtituta, vel adeo parua, vt non ſufficiat ad eam alendam. ¶ Fructus an debeantur ex augmento dotis, & donatione propter nuptias, ſicut de ipſa dote.

CAPVT DCCCLVIII.

Teſtamentum an poſſit condi per mulierem abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Et an ſine illis contractus in eo facti ſubſiſtant. ¶ Et quando reuocentur, ſi teſtamentum reuocetur. ¶ Et quid ſi in vltima voluntate donentur omnia bona, vel fiat renunciatio hæreditatum delatarum, & deferendarum, cum remiſſione iuris tàm quæſiti, quàm quærendi. ¶ Et quando in eis requiratur inſinuatio, & ſolemnitas ſtatutaria, & certioratio iurium remiſſorum, & ſcientia omnium in teſtamento contentorum. ¶ Diſpoſitio *l. de his. ff. de tranſact.* in quibus caſibus procedat. ¶ Mater an poſſit diſponere, vt filiæ, & deſcendentes nihil petant à ſuis fratribus occaſione bonorum paternorum, & maternorum, & cuiuſcumque hæreditatis deuolutæ, & deuoluendæ etiam ſi aliquid receperit.

CAPVT DCCCLIX.

Exemplum quado fidem faciat, ſi non exhibeatur originale. ¶ Et an requiratur citatio partis. ¶ Et an illa poſſit remitti, ſi fuerit extractum de mandato Iudicis, ſeu Legati de latere, ſeu Papæ. ¶ Solemnitates quando præſumantur interueniſſe in exemplo ſpatio triginta annorum. ¶ Et quid ſi aliquæ ſolum enuncientur, & non omnes. ¶ Inſcriptiones in domibus quam probationem faciant. ¶ Adminicula quando coadiuuent defectum ſcripturæ. ¶ Archiuium an det robur exemplo non authentico. ¶ Et quid extra territorium, & contra non ſubditos. ¶ Originale teſtamenti ſi amittatur, quomodo illius tenor ſit probandus. ¶ Exemplum exempli quam fidem inducat etiam ſi eſſet ſolemniter factum. ¶ Et quid in hoc operetur Innocentiana.

CAPVT DCCCLX.

Bona ſubiecta fideicommiſſo quando poſſint alienari per hæredem pro ſatisfaciendis debitis teſtatoris, & legatis, & impenſa funeris, & ſuo credito. ¶ Fideicommiſſarius an reuocet alienata reſtituto pretio emptori. ¶ Obligatio ciuilis, & naturalis quando tollatur per præſcriptionem. ¶ Trebellianica quo caſu ſit danda hæredi à quo aufertur hæreditas, & alteri applicatur propter contrauentionem præcepti teſtatoris. ¶ Et an debeat præcedere declaratio Iudicis ſuper priuatione. ¶ Præſcribens an æquiparetur ſoluenti. ¶ Hæres an cadat à tota hæreditate per alienationem vnius rei, vel ſolum à re alienata. ¶ Et quid in emphyteuta. ¶ Et quando per eum præſumatur fuiſſe factam alienationem alicuius rei tanquam liberæ, & allodialis in præiudicium domini directi.

CAPVT DCCCLXI.

Tranſactio propter cauſam, & timorem litis quando ſit valida. ¶ Et an præſumatur vtilis minori, & Eccleſiæ, quamuis de vtilitate non conſtet. ¶ Et quid ſi iuſtitia ſit clara, & euidens, & lis de facto mota. ¶ Et an debeat eſſe læſio enormiſſima, vt detur reſciſſio. ¶ In alienatione rerum Eccleſiæ, ſeu minoris qualis vtilitas requiratur. ¶ Et quando in eis ſint adhibēdæ ſubbaſtationes. ¶ Decretum Iudicis an valeat, ſi fuerit ſtatim interpoſitum, abſque eo, quod præcedat cauſæ cognitio, tàm de iure, quàm de conſuetudine. ¶ Stylus variè obſeruatus quid operetur. ¶ Curator dementis an pro eo conſtituat domicilium, ſicut tutor pro minore. ¶ Mulier an habeat facultatem vendicandi fundum dotalem alienatum per tutorem, quamuis contra eum habeat actionem. ¶ Conſuetudo an ſit probata ex pluribus inſtrumentis per notarios confectis. ¶ Iudex domicilij an poſſit interponere decretum in tranſactione facta per minorem, quamuis bona ſint alibi ſita, itaut aliud decretum non ſit neceſſarium.

CAPVT DCCCLXII.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota an amittat omnia acquiſita per obitum primi viri. ¶ Et quid in dote lucrata vigore ſtatuti. ¶ Et in iocalibus. ¶ Et an talis priuatio dicatur pœna. ¶ Et ab illa excuſetur, ſi fue-

Digitized by Google

ſi fuerit minor, ſicut excuſatur, ſi non petijt tutorem filio. ¶ Donatio quando ſit correſpectiua ad dotem. ¶ Et an ſit ſimplex, & pura, ſeu propter nuptias, ſi fiat per maritum propter cauſam eiuſdem dotis. ¶ Vel in recompenſationem nobilitatis vxoris. ¶ Priuatio iuris quæſiti an dicatur pœna. ¶ Bona quæſita laboribus primi viri, an cedant in vtilitatem vitrici, & eius filiorum, vel potius ſint reſeruanda filijs primi matrimonij. ¶ Et quid in donatione facta vxori contemplatione mariti. ¶ Filij hæredes matris quo caſu poſſint impugnare factum illius.

CAPVT DCCCLXIII.

Conditio non nubendi quando poſſit apponi inſtitutioni, ſeu legato. ¶ Et de quibus nuptijs intelligatur. ¶ Exhæredatio an valeat, ſi filius, ſeu filia contrahant matrimonium cum turpi perſona. ¶ Caſte viuere in concubinatu, quid ſignificet tâm reſpectu ſucceſſionis, quàm aliorum caſuum. ¶ Vxor indigna, quæ dicatur. ¶ Quærela an detur fratri contra fratrem inſtituentem concubinam, ſicut ſi inſtitueret meretricem. ¶ Conditio ſi ſteterit in concubinatu an ſit turpis, tâm de iure antiquo, quàm nouo. ¶ Diuiſio cum clauſula de non contraueniendo, an retractetur rebus in eodem ſtatu non permanentibus. ¶ Contraueniens conditioni an ſit malæ fidei poſſeſſor, itaut debeat reſtituere rem cum fructibus, ſiue diſpoſitio ſit conditionalis, ſiue pura ſub conditione reſoluenda. ¶ Priuatus hæreditate ob ſpretum præceptum teſtatoris an cenſeatur grauatus illam reſtituere per fideicommiſſum ſubſtitutis.

CAPVT DCCCLXIV.

Emptor quando dicatur renunciaſſe exceptioni rei non traditæ, ſi ſciebat illam eſſe alteri obligatam tâm in genere, quàm in ſpecie. ¶ Et quid ſi fuerit promiſſa traditio libera. ¶ Nouatio quo caſu fiat etiam ſine aliqua expreſſione. ¶ Taxatio ad ſeptem pro centum an ſit exceſſiua in materia *l. curabit. C. de action. empt.* tâm de iure, quàm de conſuetudine, & more regionis. ¶ Et an interim ſit impedienda executio Inſtrumenti iurati, cum obligatione camerali, quamuis talis exceſſus prætenderetur vſurarius. ¶ Pretium rei venditæ an poſſit retineri per emptorem, ſi fuerit ſibi ſatisfactum per æquipollens pro ſuis prætenſionibus. ¶ Et quæ ſit differentia, ſi pro illis relinquatur pars pretij eidem emptori per modum temperamenti, & prouiſionis, ſine ſimpliciter, & abſolutè, ad effectum, vt non retardetur executio contractus pro reſiduo pretij conuenti.

CAPVT DCCCLXV.

Cura animarum in quo conſiſtat, & ex quibus arguatur. ¶ Et an ſpectet ad Archidiaconum, tâm de iure, quàm ex conſuetudine. ¶ Et quando illa poſſit transferri per Epiſcopum de vno in alium, itaut quis ſit cogendus eam ſuſcipere. ¶ Beneficium quando conferatur inuito. ¶ Præſcriptio an habeat locum in cura fori contentioſi, & pœnitentialis. ¶ Fons baptiſmalis, aut ſepultura, & actus ſepeliendi, an faciat Eccleſiam parochialem. ¶ Plures deputati ad exercitium curæ animarum cum Rectore an ſint coadiutores, ſeu principales curati. ¶ Epiſcopus an ſit ſolus Rector omnium parochialium totius diœceſis. ¶ Cura animarum exiſtens in Eccleſia collegiata, an ſpectet ad ſingulos canonicos, ſeu ad capitulum. ¶ Et quomodo debeat adminiſtrari. ¶ Decimæ, & oblationes Eccleſiæ parochialis an pertineant ad Rectorem, ſeu ad Epiſcopum. ¶ Ad effectum concurſus quando beneficia dicantur curata. ¶ Epiſcopus quo caſu poſſit examinare deputatos à Capitulo ad exercendam curam animarum non obſtante immemorabili.

CAPVT DCCCLXVI.

Fideicommiſſum iniunctum cum verbis ſi ſine filijs quando expiret relictis filiabus. ¶ Et quid ſi filiæ fuerint diſcretiuè inſtitutæ in ſola dote, filij autem maſculi ſint vocati ad totam hæreditatem. ¶ Vel adſit prohibitio alienationis. ¶ Vel ſit contemplata agnatio. ¶ Vel fuerint vocati tranſuerſales. ¶ Vel ſit excluſa propria filia. ¶ Vel concurrat ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, & propter conſeruandam agnationem. ¶ Qualitas maſculinitatis quando cenſeatur repetita in qualibet parte teſtamenti. ¶ Diſpoſitio excluſionis proximiorum per remotiores, quo caſu dicatur odioſa odio irrationabili. ¶ Argumentum à ratione agnationis quando ſit validum.

CAPVT DCCCLXVII.

Canonici nouiter erecti an frangant numerum antiquorum. ¶ Et quid ſi adſint verba cum plenitudine iuris canonicalis. ¶ Et de ſignificatione talium verborum. ¶ Et quando gaudeant omnibus priuilegijs, diſtributionibus, emolumentis, prouentibus, oblationibus, funeralibus, & alijs iuribus, quibus potiuntur antiqui. ¶ Clauſula ſine præiudicio, quid praſeruet tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio etiam quo ad effectum manutentionis. ¶ Et quando faciat actum conditionalem. ¶ Et intelligatur de alio præiudicio, quàm expreſſo. ¶ Et quid

ſi ſequantur alij actus ſimpliciter geſti abſque reſeruatione præiudicij. ¶ Per erectionem Eccleſiæ collegiatæ in cathedralem, vel diſmembrationem vnius Eccleſiæ ab altera, in quibus cenſeatur præiudicatum quo ad iura vni competentia. ¶ Statutum an ſit validum taxans numerum canonicorum in præiudicium expectantium, & quod impetrans canonicatum extra numerum non habeat vocem in capitulo. ¶ Et an illi cenſeatur derogatum per clauſulam non obſtante, abſque eo, quod fiat mētio de vtraque parte in eodem ſtatuto contenta. ¶ Nomen prouentus, & emolumentorum, quid comprehendat. ¶ In materia præcedentiæ quando attendatur conſuetudo. ¶ Tranſactio anteceſſoris an præiudicet ſucceſſoribus. ¶ Et quando in ea habeat locum remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ¶ Et an ſit valida in præeminentijs abſque beneplacito Apoſtolico. ¶ Et quo caſu illud præſumatur, licet non ſit enunciatum, & quod tempus ſit neceſſarium. ¶ Obſeruantia an declaret, quę emolumenta ſint danda canonicis antiquis, & nouiter erectis. ¶ Legata Canonicis pro miſſis, & alijs operibus pijs an eis ſint debita, ſeu Capitulo, & Eccleſiæ.

CAPVT DCCCLXVIII.

Egregiæ perſonæ quales ſint ad effectum, vt Iudex teneatur mittere notarium pro reſponſione articulorum, vel ſimilium. ¶ Et an conſenſus partis, & illius citatio, & præſentia requiratur. ¶ Originarius an ſortiatur forum loci originis. ¶ Et quid ſi ibi non fuerit repertus. ¶ Vel quando ſumus in loco domicilij. ¶ Vel in contractibus. ¶ Vel in delictis. ¶ Abſens cauſa Reipublicæ, ſeu Principis an ſit cogendus dimittere procuratorem. ¶ Et quando detur reſtitutio. ¶ Et quid ſi talis incumberet etiam ſuis negotijs. ¶ Et an debeant eſſe cauſæ graues. ¶ Et abſentia perpetua, & diuturna, & ante litem conteſtatam. ¶ Et quod tempus dicatur longum. ¶ Petens dimiſſionem procuratoris an teneatur probare, quod adſunt perſonæ idoneæ ad huiuſmodi munus ſuſcipiendum. ¶ Proximior, ſeu emphyteuta abſens ex iuſta, & neceſſaria cauſa an excuſetur, ſi non petit inueſtituram infra annum, quamuis non dimiſerit procuratorem.

CAPVT DCCCLXIX.

Inſinuatio teſtamenti quando præſumatur. ¶ Et an illa ſit neceſſaria iuxta ſtatutum Peruſinum. ¶ Confeſſio in vno iudicio quando præiudicet in alio. ¶ Agens ad fideicommiſſum an debeat probare non ſolum hæredem mortuum, ſed etiam deceſſiſſe ſine filijs. ¶ Sententia cum actis, & atteſtationibus in cauſa ſtatus an præiudicet tertio. ¶ Verba vt tota hæreditas reſtituatur, vel abſque diminutione an inducant prohibitionem trebellianicæ. ¶ Clauſula conſtito de intereſſe, quid operetur. ¶ Agnatus an teneatur probare non ſolum agnationem, ſed etiam legitimam agnationem, quamuis non opponatur. ¶ Qualitas proximioritatis an ſit probanda. ¶ Vel ſufficiat, quod ſolum conſtet de proximitate. ¶ Poſſeſſio defuncti an faciat, vt res præſumatur in eius bonis, quamuis non appareat de dominio. ¶ Confeſſio inualida quando conualidetur ex adminiculis. ¶ Et quo caſu admittenda ſit illius reuocatio. ¶ Dictiones quandocumque, & ſine filijs poſitæ in ſubſtitutionibus an comprehendant compendioſam, & fideicommiſſariam. ¶ Et quid ſi fuerit progreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum. ¶ Mutationes nominum, & cognominum quando poſſint fieri tam per liberum hominem, quàm per ſeruos.

CAPVT DCCCLXX.

Monaſteria, & loca, in quibus Abbates, & Generales, aut capita ordinum habent ſedem ordinariam principalem quando eximantur à viſitatione Epiſcopi. ¶ Et quibus ad hunc effectum ſit concedenda manutentio. ¶ In præſcriptione quadragenaria, quo caſu requiratur titulus. ¶ Producens quando approbet iura producta etiam in parte, & partibus, & etiam quo ad ea, quæ incidenter in illis exprimuntur. ¶ Confeſſio Prælati, Monaci, & procuratoris quando noceat Eccleſiæ. ¶ Enunciatiuæ inſtrumentorum, quam probationem faciant. ¶ Conceſſio exemptionis an comprehendat viſitationem. ¶ Qualitates plures quando ſint probandæ. ¶ Poſſeſſio iniuſta, & cui ius reſiſtit, an ſit manutenenda. ¶ Teſtes pauci ſuper affirmatiua deponentes, an præferantur mille negantibus. ¶ Abbates, & Generales quando poſſint eligere ſedem in vna ex ſuis Eccleſijs. ¶ Scientia, & patientia an ſit neceſſaria, vt acquiratur alicui poſſeſſio viſitandi. ¶ Mandatum de manutenendo an detur habenti aſſiſtentiam iuris etiam non docto de poſſeſſione.

CAPVT DCCCLXXI.

Abbas non habens benedictionem ab Epiſcopo quando poſſit conferre ordines minores. ¶ Et quo caſu huiuſmodi collatio ſit per Epiſcopum approbata. ¶ Et quid ſignificet talis benedictio. ¶ Et quando requirat examinationem. ¶ Vel ſolum ſufficiat profeſſio fidei. ¶ Et quo tempore ſit facienda. ¶ Et an ſit ad bene eſſe, vel de ſubſtantia, itaut valeat conſuetudo in contrarium. ¶ Et quando ante illam poſſint exerceri omnia, quæ ad eumdem Abbatem pertinent, cum

viu

Digitized by Google

vſu baculi paſtoralis, & mitræ, & pontificalium. ¶ Et an ſtatim vacent beneficia per eius electionem, quidquid ſit in Epiſcopo, in quo vacant poſt conſecrationem. ¶ Priuilegiorum communicatio quid operetur. ¶ Priores, & Abbates an idem ſint quo ad dignitatem. ¶ Et quibus alijs nominibus vocentur. ¶ Capita ordinum quæ ſint, & quam poteſtatem habeant. ¶ Facultas Abbatis habentis iuriſdictionalem Epiſcopalem, an extendatur ad ordines. ¶ Præſcriptio quadragenaria an ſufficiat contra Epiſcopum quo ad iura viſitationum, & ſimilia. ¶ Collatio ordinum an proueniat ex benedictione Abbatis, ſeu ex virtute propria, & ex diſpoſitione iuris. ¶ Obſeruantia an attendatur in his, quæ ſunt contra naturam actus. ¶ Poſſeſſio anteceſſoris in conferendis ordinibus an iuuet ſucceſſorem. ¶ Manutentio quando concedatur habenti aſſiſtentiam iuris. ¶ Diaconus an habeat concionem ad populum ratione ordinis, vel ex poteſtate ſibi per ius conceſſa. ¶ Abbas an debeat eſſe ſacerdos aptitudine, vel actu. ¶ Et quando poſt benedictionem petitam, & ab Epiſcopo recuſatam poſſit ordines conferre. ¶ Et an ſit locus appellationi, ſi non admittantur cauſæ recuſationis. ¶ Nouitius an ſit ordinandus ab Abbate durante anno probationis. ¶ Et ſi ordinetur an ordinans peccet, & ſit ſuſpenſus. ¶ Et an talis ordinatus, ſi recedat à monaſterio, gaudeat priuilegio ordinis. ¶ Epiſcopus, & Abbas ordinans in aliena parochia clericos alienos an imprimat characterem, & conferat ordinem, & executionem.

CAPVT DCCCLXXII.

Executio tranſactionis iuratæ cum obligatione camerali, quando retardetur per exceptiones vſurariæ prauitatis, vel ſimiles. ¶ Et qualis nullitas, & iniuſtitia debeat eſſe ad effectum prædictum. ¶ Et quid ſi eadem executio fuerit cepta. ¶ Vel de exceptione fuerit cognitum. ¶ Et an ſola cognitio ſufficiat, quamuis illa non fuerit expreſsè reprobata, itaut ſatis ſit fuiſſe progreſſum ad vlteriora. ¶ Obligatio cameralis an competat pro non expreſſis. ¶ Confitens receptionem dotis an teneatur ex eodem Inſtrumento ad illius reſtitutionem. ¶ Retentio pro dote quando detur contra creditores exequentes in bonis viri ſtante vergentia illius ad inopiam, quæ poſtea ſit probanda. ¶ Et an ſufficiat ſemiplena probatio, ſi agatur inter virum, & vxorem ſuper huiuſmodi vergentia. ¶ Et quid inter creditores, & mulierem. ¶ Fructus dotis an ſint debiti ſoluto matrimonio. ¶ Et ob quam cauſam concedantur. ¶ Clauſula non retardata executione quid operetur. ¶ Et an afficiat tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe.

CAPVT DCCCLXXIII.

Confeſſio procuratoris an præiudicet domino. ¶ Et quid ſi fuerit de recepto. ¶ Scriptura abſque teſtibus quando præſumatur antidata. ¶ Et an illius recognitio retrotrahatur ad diem, in quo fuit confecta. ¶ Mandatum quando potius dicatur, ſeu ceſſio ¶ Et quo caſu expiret per mortem mandantis. ¶ Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, & lite, & appellatione pendente an iuuet. ¶ Conſtitutio procuratoris irreuocabilis, & in rem propriam quando transferat dominium, itaut ad eum ſpectet lucrum, & damnum. ¶ Et an ſtatuta loquentia de procuratoribus compræhendant iſtos, qui conſtituuntur in rem propriam. ¶ Mulier, quamuis non poſſit eſſe procuratrix, & in iudicio comparere, an validè conſtituatur in rem propriam. ¶ Veriſimilitudo an debeat attendi in quacumque materia. ¶ Poſt ceſſionem quando ius alteri quæſitum poſſit auferri. ¶ Aſſertio iudæi an probet contra Chriſtianum. ¶ Inſtrumentum quando habeat executionem paratam.

CAPVT DCCCLXXIV.

Conſors quando præferatur in re vendita, ſeu locata per conſortem. ¶ Et conſortium, ſeu participatio dominij quid ſignificet, & quem effectum operetur. ¶ Diuiſio inter ſocios quando excludat retractum. ¶ Et quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum appoſitione terminorum, itaut non ſufficiat intellectualis. ¶ Et quando faciat diuerſos fundos, ſi fiat gratia commodioris culturæ. ¶ Paries intermedius an requiratur, vt poſſint dici duæ domus, ſi vna diuidatur in duas. ¶ Et quando ſola deſtinatio patrisfamilias inducat diuiſionem. ¶ Habens minimam partem an ſit præferendus in retractu. ¶ Æſtimatio, & illius relatio, quando valeat ſine iuramento, & præſentia, & citatione partis, ſiue ſimus in æſtimatore iudiciali, ſiue extraiudiciali. ¶ Princeps, ſeu Iudex, cuius declarationi ſtandum eſt, an poſſit iudicare partibus abſentibus. ¶ Tempus quando præcisè, & in ſpecie ſit probandum. ¶ Societas an contrahatur inter eos, qui qui eamdem rem ſimul conduxerunt.

CAPVT DCCCLXXV.

Captura ſuſpecti de fuga, quando poſſit concedi per Iudicem incompetentem. ¶ Et quis dicatur fugitiuus ad iſtum effectum. ¶ Et an requiratur deterioratio bonorum, & mutatio ſtatus. ¶ Et qualis illa debeat eſſe. ¶ Et an idem operentur mali mores cum deficientia fidei, & non ſolutione debitorum. ¶ Datio in ſolutum pro ſe liberando è carceribus, quo caſu ſit nullius roboris, & momenti.

menti, ¶ Faciens carcerari aliquem per Iudicem non habentem iuriſdictionem an perdat cauſam, & teneatur actione iniuriarum. ¶ Contractus factus per metum quando ſit validus. ¶ Iuriſdictio an ſit prorogata per obligationem de ſe repræſentando, vel de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. ¶ Poſſidens bona ſtabilia an poſſit capi tanquam ſuſpectus de fuga. ¶ Et an debeant eſſe æquiualentia debito. ¶ Tutor quando ſit remouendus à tutela propter malos mores. ¶ Nobilitas perſonæ quid operetur in materia ſuſpitionis fugæ. ¶ Incompetentia Iudicis an poſſit opponi ſtante obligatione camerali, & clauſula vbique locorum. ¶ Exceptio litis pendentiæ an iuuet eum, qui executiuè tenetur.

CAPVT DCCCLXXVI.

Vicinus an præferatur habenti cenſum in re vendita retrahenda. ¶ Et de intellectu Bullæ Pij V. ſuper cenſibus. ¶ Et quando per Bullam Gregor. XV. de iure congrui ſit illi derogatum. ¶ Inter plures habentes cenſus ſuper re vendita quis eorum ſit præferendus. ¶ Cenſus an extinguatur per emptionem rei cenſuatæ factam per dominum eiuſdem cenſus. ¶ Simulatio contractus quando poſſit opponi per vnum ex contrahentibus. ¶ Et an præiudicet tertio. ¶ Allegans turpitudinem ſuam an audiatur contra eum, qui non fuit particeps turpitudinis. ¶ Vltima quando derogent prioribus. ¶ Promiſſio obſeruandi omnia, & ſingula contenta in inſtrumento, tanquam vera an excludat exceptionem ſimulationis. ¶ Et quando requiratur abſolutio à iuramento. ¶ Nouatio ex quibus ſit inducta. ¶ Beneficium retractus an competat in actu alienationis ſpontaneo, ſeu neceſſario. ¶ Proceſſus ſuper retractu an debeat retardari propter litem motam ſuper nullitate ſubhaſtationis.

CAPVT DCCCLXXVII.

Facultates transferendi penſiones quando præſumantur per Iudices viſæ, itaut dicantur eſſe certi de eorum iuriſdictione. ¶ Et an ſufficiat ſola regiſtratio illarum in actis. ¶ Scientia contentorum in mandato procuratoris, & executoris ex quibus probetur. ¶ Pluralitas inſtrumentorum, & iteratio actus, quo caſu ſit præſumenda. ¶ Suſpitio falſi in ciuilibus quando habeatur pro falſitate. ¶ Inſtrumentum publicatum à notario an ſit originale, vel exemplum, itaut faciat fidem, quamuis non reperiatur in prothocollo. ¶ Dictio, poſtea, quid ſignificet. ¶ In actu translationis penſionis geſto incontinenti poſt primum an requiratur alia regiſtratio facultatum Iudicis, vel ſatis ſit illas eſſe prius regiſtratas. ¶ Et quid in hoc operetur obſeruantia. ¶ Aſſertioni Iudicis, & notarij an ſit ſtandum, quod viderit facultatem ſuæ iuriſdictionis. ¶ Repetitio præcedentium quando debeat fieri in ſequentibus, & è contra.

CAPVT DCCCLXXVIII.

Confeſsio tutoris an obliget pupillum in actu inuentarij, & in reſponſione ad poſitiones, & ſimilibus. ¶ Et quid ſi fiat ad probandum veritatem, vel ad obligandum minorem, vel quando concurrunt adminicula. ¶ Et qualia debeant eſſe. ¶ Et quo caſu requirantur ſolemnitates pro validitate talium confeſſionum, & declarationum, quæ fiunt per mulieres pro exoneratione conſcientiæ. ¶ Cauſa ſimulationis quando ſit probanda. ¶ Et an ſit neceſſaria in ſimulatione facta de perſona ad perſonam. ¶ Hæres an poſſit grauari in bonis proprijs. ¶ Et quando debeat parere præcepto teſtatoris, ſi vult hæreditatem conſequi. ¶ Veriſimilitudo quando confirmet actum inualidum, & de varijs illius effectibus. ¶ Confitens extraiudicialiter an poſſit cogi perſeuerare in iudicio in eadem confeſſione.

CAPVT DCCCLXXIX.

Mutuum quo caſu dicatur confeſſionatum. ¶ Et ex quibus probetur vera numeratio. ¶ Et quando ex illo obligetur minor, & mulier, & filiusfamilias abſq; ſolemnitatibus. ¶ Conſuetudo vicinorum locorum an debeat attendi quo ad interpretationem alicuius ſtatuti, ſiue ſit declaratiua, ſiue diſpoſitiua. ¶ In modica ſumma recepta per mulierem an excludantur ſolemnitates. ¶ Numeratio pecuniæ mutuatæ an probetur ex verbis habuit & recepit appoſitis in apocha priuata. ¶ Et quid ſi fiat mentio numerationis. ¶ Recipiens mutuum à tertio nomine mutuantis an poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Et an illius renunciatio ſit valida, ſi fiat in eadem ſcriptura, vel ſit neceſſarium temporis interuallum. ¶ Executio trium conformium ex quibus impediatur. ¶ Adoleſcens ſagax, & integræ mentis, & iudicij ſtabilis quis habendus ſit, vt eius obligatio valeat, & relaxentur iura, & ſtatuta. ¶ Minor an reſtituendus ſit accipiens pecuniam mutuo gratuito, ſeu fœneratitio. ¶ Et cui incumbat probatio locupletationis.

CAPVT DCCCLXXX.

Equites Hieroſolymitani an ſint verè, & propriè religioſi, & ſuccedant in feudis, & habeant teſtamenti factionem, & ſint capaces bonorum, & ſibi, vel religioni acquirant, & diſponant de rebus ſuis patrimonialibus, &

alijs

alijs tàm ante, quàm poſt profeſſionem acquiſitis in vita, ſeu in morte, cum varijs effectibus, quæ competunt regularibus. ¶ Et quid de conſuetudine ſeruetur circa prædictas diſpoſitiones. ¶ Et quando huiuſmodi conſuetudo valeat. ¶ Et qualiter ſit probanda. ¶ Et an iuuet aliqua præſcriptio. ¶ Et quo caſu requiratur licentia Magni Magiſtri, vt ſint validæ diſpoſitiones militum de eorum bonis. ¶ Commendatarij, & alij Milites an teneantur eodem arcto vinculo quo ad faciendam eleemoſynam, prout Clerici beneficiati. ¶ Et an eis concedantur facultates alienandi, quæ dantur Prælatis. ¶ Et quomodo ſit ſatisfaciendum per religionem creditoribus Militis defuncti. ¶ Et an talis religio ſit capax bonorum etiam feudalium. ¶ Regulares, & ſimiles quando licitè donent illud, quod parcius viuendo acquirunt. ¶ Monachus factus Epiſcopus an poſſit condere teſtamentum. ¶ Et an habilitetur per conſuetudinem ad illud faciendum.

CAPVT DCCCLXXXI.

Interdictum Saluianum, & hypotheca quanto tempore præſcribatur per tertium, & ſucceſſorem ſingularem, vel vniuerſalem. ¶ Et quid in dote, ſeu fiſco. ¶ Bona emphyteutica an poſſint dari in dotem, & licitè obligari. ¶ Per prohibitionem alienationis quando cenſeatur prohibita hypotheca. ¶ Dos an dicatur cauſa pia. ¶ Falcidia an ſit detrahenda de legato dotis, ſicut de legato pio. ¶ Via executiua an detur contra tertium. ¶ Præſcriptio quando habeat vim pacti, & ſolutionis. ¶ Et illius interruptio an iuuet eum, qui in iudicio ſuccubuit. ¶ Fructus dotis an debeantur marito poſt mortem vxoris etiam extantibus liberis.

CAPVT DCCCLXXXII.

Dos conſtituta per patrem filiæ primo nubenti, & ad eum reuerſa poſt ſolutum matrimonium, an debeat in totum conſeruari pro ſecundis nuptijs, ſiue conſiſtat in quantitate, ſiue in ſpecie, ſiue fuerit promiſſa, ſiue ſoluta. ¶ Et quando poſſit minui, & in ea apponi aliquod pactum, quod prius non erat appoſitum. ¶ Et an intelligatur de quocumque matrimonio tam carnali, quàm ſpirituali. ¶ Renunciatio iuris de futuro an ſit valida in præiudicium creditorum. ¶ Et quid in hæreditate, legato, prærogatiua ſuccedendi, iure primogenituræ, lucro dotali, & legali, legitima, & illius ſupplemento. ¶ Filia ingrediens religionem an habeat actionem conſequendi maiorem dotem, quàm ſolitam dari monaſterio. ¶ Dos quo caſu cenſeatur donata. ¶ Et quando ſuccedat loco legitimæ vigore ſtatuti Vrbis, ſeu legati dotis facti per patrem filiæ.

CAPVT DCCCLXXXIII.

Identitas ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant duo confines. ¶ Et quid ſi illi ſint diuerſi, aut generales, & conueniant pluribus corporibus. ¶ Vel quando non poſſunt adaptari, niſi rei, de qua agitur. ¶ Et in illorum probatione an ſtetur cōiecturis, & adminiculis. ¶ Domus quo caſu dicatur comprehenſa in confinibus, ſi non reperiatur alia domus, cui correſpondeant demonſtrationes, quæ illi conueniebant, quamuis adeſſent aliæ, quæ ei non conuenirent. ¶ In annuis præſtationibus an requirantur tot præſcriptiones, quot ſunt anni non obſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Expreſſio loci cum confinibus, quamuis requiratur pro forma, an ſatis ſit vt vnus locus, vel illud confuſe exprimatur, ſi quod exprimitur non poteſt alteri conuenire, quam illi de quo quæritur.

CAPVT DCCCLXXXIV.

Solutio quo caſu ſit facienda de moneta noua, ſeu de antiqua in contractibus, ſententijs, reſcriptis, mandatis Principum, & in obligatione cauſata ex lege, & ſtatuto, & ſimilibus. ¶ Et quid ſi debitor pro pluri illam expendiſſet propter ſuam induſtriam. ¶ Promiſſio cambiorum quando dicatur facta iuxta cābia noua, ſeu antiqua. ¶ Et an in eis conſideretur, quod valor monetæ accreſcat, ſeu decreſcat. ¶ Cauſa ſuperueniens quando ſit cōprehenſa in contractu etiam iurato. ¶ Et de effectu clauſulæ rebus ſic ſtantibus. ¶ Ducatus, quamuis non mutetur, an dicatur mutatus, ſi mutatur valor monetarum, ex quibus componitur. ¶ Et an moneta groſſa ſit æſtimanda per minutā, itant decreſcente valore monetæ decreſcant omnia, quæ ex ea cōſtantur. ¶ Suſceptio caſuum fortuitorum an extendatur ad inſolitas mutationes prouenientes ex facto Principis. ¶ Taxatio monetæ ex quibus colligatur. ¶ Tēpus contractæ obligationis an debeat attendi in ſolutione monetarum. ¶ Et quid ſi adſit timor crebræ mutationis illarum. ¶ Et quando talis ſuſpitio ſit conſideranda. ¶ Et quid ex præſumptione iuris, & veriſimilitudine contrahentium ſit ſtatuēdum circa ſolutiones, quæ debent fieri propter mutationes monetarum. ¶ Litteræ cambij an habeant executionem paratam. ¶ Expoſitio rei incertæ, & dubio euentui an ſit præſumenda inter contrahentes. ¶ Princeps mutando monetam quando cenſeatur tollere obligationes iam contractas.

CAPVT DCCCLXXXV.

Cenſus, ſeu annui redditus conſtituti ſuper re immobili quando iudicentur tanquam ſtabilia, & iura cohærentia ipſi rei. ¶ Et quo caſu in eorum alienatione requirantur ſolemnitates,

Digitized by Google

tates, cum varijs illorum effectibus. ¶ Statutum loquens de venditione, ſeu alienatione quando compræhandat permutationem. ¶ Argumentum à contrario ſenſu litteræ an ſufficiat, niſi etiam adſit contrarius ſenſus ſtatuentium.¶ Extinctio cenſus quando conſideretur ſtante dominio reducibili ad reuocationem.¶ Venditio an dicatur, ſeu permutatio, ſi præponderet pecunia ſpeciei permutatæ. ¶ Et talis exceſſus in quanta parte debeat eſſe. ¶ Cenſus an ſit potius de loco contractus, vbi deſtinatur ſolutio, & vbi adeſt perſona creditoris, vel de loco, in quo fuit impoſitus. ¶ Lapſus termini an inducat renunciationem retractus.¶ Et an illius priuilegium concedatur in cenſibus. ¶ Seu in re immobili permutata cum altera re immobili redimibili. ¶ Seu in permutatione rerum ſtabilium cum cenſibus.

CAPVT DCCCLXXXVI.

Vxor quando mutet proprium domicilium, & aſſumat illud viri, & efficiatur de eius familia, & ciuis illius ciuitatis cuius eſt vir. ¶ Et ad quem effectum hoc debeat intelligi. ¶ Et quo caſu ligetur ſtatutis loci originis, extra quem fuit nupta. ¶ Et an valeat illius teſtamentū nō ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis in loco, vbi eſt orta. ¶ Et quid ſi fuerit non ſimpliciter prohibita relinquere marito, ſed ſolum vltra quartam partem ſine dictis ſolemnitatibus. ¶ Statutum excludens ſororem à ſucceſſione extantibus fratribus an excludat etiam nuptam extra territorium. ¶ Forum non ſortiri, & ſtatutis non ligari quando paria iudicentur.¶ Subditi Epiſcopi delinquentis extra diœceſim, & poſtea ad eam redeuntes an poſſint puniri pœnis per eundem Epiſcopum ſtatutis.

CAPVT DCCCLXXXVII.

Inſinuatio donationis an concernat ſolemnitatem illius loci, in quo fit.¶ Et quando forenſis donans teneatur ad eam faciendam. ¶ Promiſſio de donando, an ſit idem, quod donatio, itaut in vtroque caſu ſit neceſſaria inſinuatio.¶ Intellectus *l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donation.* ¶ Hæres quando poſſit opponere defectum inſinuationis. ¶ Ratificatio contractus an admittatur mortuo vno ex contrahentibus.¶ Circuitus quando ſint euitandi. ¶ Per pactum de donando, ſeu vendendo an acquiratur ius in re, vel ſolum detur actio perſonalis ad intereſſe.¶ Promittens ſe obligatorum an poſſit conueniri ad rem promiſſam tradendam. ¶ Venditio, conductio, ceſſio, depoſitum, mutuum, & ſimilia an differant à pacto de vendendo, conducendo, mutuando, cedendo, & deponendo. ¶ Donatio requirens inſinuationem an valeat, ſi non fuerit facta in ſcriptis. ¶ Et quomodo ſuccurratur ei, cui fuit donatum coram teſtibus, quo ad inſinuationem faciendam. ¶ Donatarius an faciat fructus ſuos rei ſibi donatæ, & traditæ ante inſinuationem. ¶ Et an illa ſit adhibenda, tàm in donatione facta extraneo, quàm coniuncto. ¶ Et an facultas illam inſinuandi competat hæredibus.

CAPVT DCCCLXXXVIII.

Prohibitio trebellianicæ an poſſit deſumi ex verbis tacitis, & generalibus, & ex coniecturis. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Et an hæres dicatur alienare, qui trebellianicam detrahit, ſiue ſimus in fideicommiſſo vniuerſali prohibente alienationem, ſiue in particulari. ¶ Intellectus *auth. ſed in ea. C. ad leg. falcid.* ¶ Prohibitio trebellianicæ in vno caſu quando extendatur ad alium. ¶ Verba totam hæreditatem reſtituas cum prohibitione alienationis an excludant trebellianicam. ¶ Et quando ad iſtum effectum debeant determinare executionem, ſeu præſtationem, itaut ſint ponenda ipſi ſubſtitutioni. ¶ Et quid in clauſula codicillari, ſeu omni meliori modo. ¶ Trebellianica an habeatur pro ære alieno, & ſit detrahenda ex primogenitura.

CAPVT DCCCLXXXIX.

Tabellio quando poſt datam copiā parti etiam non authenticam poſſit aliquid minuere, ſeu addere in originali, ſeu prothocollo.¶ Et quomodo correctio ſit facienda, ſi prætendatur notarium erraſſe. ¶ Verba abſque diminutione an habeant vim prohibitionis trebellianicæ. ¶ Inſtrumentum authenticum datum per notarium parti an probet, ſi non reperiatur in prothocollo. ¶ Suſpitio falſi an oriatur ex diuerſitate ſcripturæ factæ per notarium. ¶ Et an vtraque ſit infirmanda, vel potius præualeat illa, quæ eſt magis plena, ſeu minima.¶ Error notarij qualiter probetur. ¶ Et an ſufficiat oſtenſio prothocolli. ¶ Et quale illud debeat eſſe, vt ex eo poſſit probari error. ¶ Folia reperta extra prothocollum quando fidem faciant. ¶ Inſtrumentum quo caſu dicatur originale, ſeu exemplum. ¶ Falſitatis ſuſpitio an habeatur pro falſitate in ciuilibus.

CAPVT DCCCXC.

Mulier excluſa per ſtatutum propter dotem an excludatur ſolum à ſucceſſione dotantis, ſeu aliorum. ¶ Voluntas teſtatoris quando ſit colligenda ex teſtamento reuocato, & annullato. ¶ Et an teſtes ſingulares admittantur ad illam declarandam. ¶ Probatio teſtium non ritè examinatorum quomodo conualidetur facta repetitione præuijs interrogatorijs.

Digitized by Google

tijs. ¶ Et an illorum depoſitio valeat, ſi ſe ceferunt ad examen nullirer, & abſque citatione factum. ¶ Confeſſio patte abſente, an præiudicet. ¶ Et quid ſi adſint coniecturæ. ¶ Et an per illas probetut ſolutio dotis. ¶ Statutum excludens filias ſtantibus filijs maſculis, vel fratribus an extendatut, ſi illi non adſunt. ¶ Et an ſatis ſit, vt exiſtant filij fratrum. ¶ Fœmina ſemel excluſa an remaneat ſemper excluſa. ¶ Cippus domus quid ſignificet. ¶ Et qui dicantur eſſe de cippo. ¶ Teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam quo caſu ſint admittendi.

CAPVT DCCCXCI.

Falſitas cauſarum quando inducat defectum intentionis, itaut cottuat conceſſio Principis ſiue ſit motuproprio, ſiue ad inſtantiam partis. ¶ Et in quibus talis falſitas conſiſtat. ¶ Et quid operetur clauſulæ ampliſſimę non obſtantibus, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, cum ſimilibus. ¶ Succeſſor in dignitate an reuocet contractus geſtos cum ſubdito ex cauſa oneroſa. ¶ Et quando illi ſint bonæ fidei. ¶ Ius alterius an poſſit tolli per Principem propter commodum priuatum, ſeu publicum. ¶ Et an ſint reficienda per eum damna cum reſtitutione pretij. ¶ Et quid ſi fiat pet viam legis generalis. ¶ Et quando dicatut aliquid factum ad vtilitatem priuatam. ¶ Condonatio pœnarum ad quem ſpectet. ¶ Facultates percipiendi pretium officiorum, & de eis diſponendi an ſint reuocatæ per regulam Cancellariæ. ¶ Et de quibus officijs illa intelligatur. ¶ In conceſſione iuriſdictionis an ſit ſpeciale, vt Princeps quandocumque poſſit illam reuocare, & ſupprimere, ſiue ſit gratuita, ſiue lucratiua, ſiue ſit in parte, ſiue in totum. ¶ Et quomodo Doctores in hac materia loquantut, & in quibus terminis debeant intelligi. ¶ Iuriſdictio quando cenſeatut conceſſa cumulatiuè, ſeu priuatiuè. ¶ Et an illa poſſit vendi, & recipiat æſtimationem tàm de iure, quàm de conſuetudine. ¶ Et quando Baro ſit illa priuandus, & cogatut eam vendere propter ſæuitiã. ¶ Conceſſio iuriſdictionis, vel ſimilis an ſit gratuita, ſi pretium pro ea datum non æquiualet dignitati, & prærogatiuæ illius. ¶ Iuriſdictio, & dominium quando ad paria iudicentur, & de vno ad aliud arguatur. ¶ Continentiæ cauſarum quo caſu poſſint diuidi. ¶ Princeps quando ligetur eiſdem legibus, quibus ligantur priuati.

CAPVT DCCCXCII.

Vniones Epiſcopatuum quando cenſeantut factæ æquè principalitut, vel ſubiectiuè. ¶ Et quales effectus inde reſultent. ¶ Epiſcopus an poſſit in quolibet loco ſuæ diœceſis erigere tribunal, & cauſas ſubditorum cognoſcere vbi voluerit. ¶ Et quando teneatur ad conſtitutionem Vicarij generalis in amplo Epiſcopatu, pet quem ſine incommodo litigantibus iuſtitia adminiſtretur. ¶ Cauſæ an ſint trahendæ de tribunali vnius Eccleſiæ vnitæ ad aliam. ¶ Adiuncti quando ſint eligendi per Capitulum, de quorum conſenſu, & conſilio debeat per Epiſcopum, ſeu Vicarium formari proceſſus cum alijs actibus vſque ad finem cauſæ. ¶ Et an capitulum debeat eſſe exemptum ad talem effectum. ¶ Et quid in portionarijs an dicantut de capitulo. ¶ Et an iſti adiuncti ſint coniudices. ¶ Et an electio ſolum habeat locum in cauſis criminalibus. ¶ Vel priuationis propter non reſidentiam, vel non promotum intra certum tempus ad ſacros ordines annexos prębendæ. ¶ Et quid ſi totum Capitulum deliquerit ad quem deuoluatur iuriſdictio. ¶ Epiſcopus Calciaten. an poſſit carcerare in diœceſi Calaguritana capitularem Calciaten. delinquentem in dicta diœceſi Calciaten. ¶ Et an tales Epiſcopatus ſint vniti, itaut vnaquæque Eccleſia vtatur ſuis iuribus, & priuilegijs, quibus ante vnionem gaudebat.

CAPVT DCCCXCIII.

De Epiſcopatu Sulmonen. & Valuen. ¶ Et de iuriſdictione Canonicorum, & cognitione cauſarum criminalium, & matrimonialium ad eos ſpectantium. ¶ Et electione Epiſcopi dictarum Ciuitatum. ¶ Et tempore, quo illę fuerunt decoratæ Epiſcopali dignitate. ¶ Et quæ iſtarum Eccleſiarum præcedat. ¶ Et de varijs earum denominationibus. ¶ Verba enunciatiua quando probent. ¶ Beneplacitum Apoſtolicum an ſit præſumendum ex diuturnitate temporis. ¶ Libri hiſtoriarum, & legendæ Sanctorum, & inſcriptiones marmoreæ, quam probationem faciant. ¶ Tranſactio inter Canonicos Sulmonen. & Valuen. ex quibus dicatur obſeruata. ¶ Vnio Eccleſiarum quando ſit æquè principalis, ſeu ſubiectiua. ¶ Et quale ſit argumentum vnionis. ¶ Actus quando præſumatur factus in vim præcedentis diſpoſitionis. ¶ Probatio inobſeruantiæ concordiæ ad quem ſpectet. ¶ Nomen Valuen. an ſit particulare, vel compræhendat totam regionem. ¶ Ciuitatis appellatione an veniat territorium. ¶ Et an nomine diœceſis contineatut Ciuitas. ¶ Dictio cum quando coniungat acceſſoriè, ſeu principaliter. ¶ Communicatio dignitatum, ex quibus dicatur adimpleta. ¶ Cathedraticum, ſeu Synodaticum quare ſit debitum Epiſcopo. ¶ Reuocatio vnionum, & gratiarum an habeat locum, ſi ſaltem vnio, & gratia in parte fuit ſortita effectum. ¶ Succeſſores quando ligentur concordia facta per anteceſſores.

CAPVT DCCCXCIV.

Contrarietas ex qnibus indncatur. ¶ Et quando diſpoſitiones dicantur diuerſæ, ſeparatæ, & contrariæ. ¶ Statutum Epiſcopi an valeat, vt non habeat vocem in capitulo, qui non habet ordinem diaconalem. ¶ Vel quod nullus recipiatur in canonicum, niſi omnes conſentiant. ¶ Conſuetudo an ſit admittenda, quod prudentiores re, & ætate habeant tantum vocem in capitulo. ¶ Et qnalis ordo requiratur pro habenda huiuſmodi voce tàm ex diſpoſitione iuris, quàm Concilij. ¶ Priuilegium conceſſum regularibus, vt poſſint habere vocem, quamuis non eſſent ſubdiaconi, an ſit ſublatum per Concilium. ¶ Et an in eo compræhendantur Monaſteria, & pia loca religioſa, dum loquitur de cathedrali, vel collegiata ſeculari, vel regulari. ¶ Subdiaconus an poſſit optare præbendam, aut domum vacantem. ¶ Obtinens dignitatem, & canonicatum, ſeu portionem in eadem Eccleſia an teneatur per ſe ipſum ſubire onera vtriuſque beneficij, & non per ſubſtitutum. ¶ Et quando percipiat duplices fructus, & diſtributiones quotidianas.

CAPVT DCCCXCV.

Ad effectum impediendi immiſſionem an admittantur exceptiones contra perſonam teſtatoris, quod non potuerit teſtari. ¶ Et quando poſſidens cum titulo illam impediat. ¶ Filiusfamilias quando poſſit condere teſtamentum, & de quibus bonis. ¶ Et an ſufficiat conſenſus patris. ¶ Et quando illud reconualeſcat, ſi efficiatur ſui iuris. ¶ Et quomodo probetur perſeuerantia voluntatis, & per quot teſtes, & per quæ indicia, vt poſſit reconualidari diſpoſitio teſtatoris inualida. ¶ Teſtamentum vſurarij, Equitis Hieroſolymitani, Monaci, Pupilli, Arrogati, & ſimilium, quando reconualidetur propter ſuperuenientiam habilitatis. ¶ Imperfectio voluntatis, & ſolemnitatis qualis dicatur. ¶ Et quid operetur conuocatio notarij, & teſtium, & publicatio ad hoc, vt teſtamentum non poſſit dici nullum. ¶ Et quando illud valeat in vim nuncupatiui, ſi teſtator volebat teſtari in ſcriptis. ¶ Recognitio ſchedulæ teſtamenti qualiter fiat. ¶ Et quando adminicula ſufficiant ad plenam illius probationem. ¶ Et quo caſu habeat locum ſtatutum Vrbis mandans recognitionem apocharum eſſe faciendam per tres teſtes. ¶ Legatarius quando ſit teſtis idoneus deponens de contentis in teſtamento. ¶ Verba inducentia fideicommiſſum an inducant validitatem diſpoſitionis nulliter factæ per teſtatorem inhabilem. ¶ Æquitas prætoria quando præualeat iuri ciuili in eiſdem diſpoſitionibus conualidandis tam agendo, quàm excipiendo. ¶ Apocha teſtamenti an præſumatur facta tempore habili. ¶ Et quando in ea ſit neceſſaria appoſitio diei, & anni. ¶ Verba bonæ memoriæ, & quondam an probent mortem. ¶ Multa notabilia quo ad probandam perſeuerantiam teſtatoris tàm in teſtamento, quàm in codicillis, & tàm in cauſis non priuilegiatis, quàm pijs. ¶ Et de differentia inter confirmationem, ſeu declarationem teſtamenti.

CAPVT DCCCXCVI.

Habens murum, ſeu ædificium penes vicinum quando poſſit per eum cogi ad illius communicationem. ¶ Et quo caſu licitum ſit officere luminibus alterius. ¶ Et quid ſeruetur fauore religionis. ¶ Pro ampliatiatione viridarij monialium, quando eccleſia, vel laicus teneatur vendere rem ſuam. ¶ Et quæ debeant concurrere ad iſtum effectum. ¶ Intellectus *l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. public.* ¶ Dictio qualequale quid ſignificet. ¶ Damnum ſecundarium quando ſit conſiderandum. ¶ Hortus an veniat in venditione, ſeu in legato domus. ¶ Et quando dicatur paratus ob cauſam domus. ¶ Et an ſit res ruſtica, ſeu vrbana. ¶ Et an efficiatur feudalis, ſi domus erat talis.

CAPVT DCCCXCVII.

Immixtio pecuniarum quando faciat ceſſare hypothecam. ¶ Et quid ſi accipiantur pro ſolutione rerũ emptarum, quomodo ſit præſumenda illarum identitas. ¶ Et ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Actus correſpectiui qui dicantur. ¶ Et an conſiderentur poſt perfectionem rei geſtæ. ¶ Et quam probationem requirant. ¶ Et quid operetur vicinitas actuum, & breuitas temporis. ¶ Et an ſit neceſſe, quod ſint facti eodem loco, & die, & coram eiſdem teſtibus. ¶ Hypotheca reſeruata in mercibus, grege, grano, vino, oleo, rebus venalibus, & mobilibus an remaneat in illis, quæ eorum loco ſubrogantur. ¶ Multiplicatio pecuniarum an præſumatur, ſi adſit diuerſitas ſummarum.

CAPVT DCCCXCVIII.

Tabernarij an ſint ſolum illi, qui recipiunt comedentes, non qui hoſpitantur. ¶ Et an ſint idem, quod hoſpites, & Albergatores. ¶ Monaſteria, Eccleſiæ, profeſſores artium, & Doctores legum, eorumque vxores an eximantur ob hoſpitio, ſeu albergo. ¶ Triclinia, ſeu hoſpitiola, ſeu cubicula, vel hoſpitalia, quæ antiquitus dicerentur. ¶ Sententia lata diebus feſtiuis an ſit valida de conſenſu partium. ¶ Defectus citationis an poſſit ſuppleri. ¶ Mandatum de manutenendo

do an debeat concedi habenti aſſiſtentiam iuris etiam non docto de poſſeſſione. ¶ Sententia an ſit reuocata, ſi in ſubſtantia vna contradicit alteri. ¶ Terminus pro ſernato quando ſit attendendus, vt ſententia non dicatur nulla defectu citationis. ¶ Exceptio trium conformium quando poſſit retardari. ¶ De hoſpitalitate, & eius laudibus. ¶ Et quo loco ponendus ſit hoſpes. ¶ Mercatorum nomine an veniant tabernarij, nautæ, caupones, & ſtabularij. ¶ Habens hoſpitium in aliquo loco an poſſit prohibere, ne aliud ibi vicinum conſtruatur.

CAPVT DCCCXCIX.

Decretum Iudicis incompetentis, ſeu procedentis abſque citatione an transferat poſſeſſionem manutenibilem, & priuet poſſidentem ſua antiquiori. ¶ Et cui ſit danda manutentio. ¶ Donatio quando dicatur perfecta, ſi donans ſuſpendit diſpoſitionem in tempus futurum confectionis inſtrumenti. ¶ Clauſula actum quid operetur. ¶ Et ſi deficiat in inſtrumento an reddat inualidam ſtipulationem, quamuis teſtes ſint deſcripti. ¶ Prædo quo caſu ſit manutenendus in ſua poſſeſſione, & ad eam reſtituendus. ¶ Renunciatio ante profeſſionem qualiter ſit facienda. ¶ Manutentio quando competat proprietario poſt obitum vſufructuarij contra illius hæredes. ¶ Vſufructuarius poſt factam ſpoliationem, ſi eſt vita functus, ſeu capite minutus an illius hæres reſtituatur poſſeſſioni, vel ſolum debeat conſequi detrimentum paſſum propter vſumfructum amiſſum. ¶ Proprietarius an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate vſufructu finito, vel potius alia actione ſit agendum. ¶ Appoſitio loci an ſit vna de perfectionibus inſtrumenti.

CAPVT DCCCC.

Societas contracta ſuper officio tam Rotæ, & Auditoris Cameræ, quàm aliorum, quod poſtea reſignatur cum decreto, & reſeruatione dominij, & omnium emolumentorum, & fructuum ac prohibitione alienationis an dicatur extincta. ¶ Et quid ſi contrahatur ſuper duobus officijs, quorum vnum reſignatur, aliud autem retinetur. ¶ Et quando poſſit contrahi ſuper officio non vacabili. ¶ Reſeruatio dominij quem effectum operetur. ¶ Per mutationem perſonæ an ſocietas ſit finita. ¶ Fructus quando computentur in ſortem per diſſolutionem ſocietatis.

CAPVT DCCCCI.

Subſtitutio proximiorum de cippo de linea maſculina, ſi extiterint, ſin autem fœmina, an intelligatur, vt linea fœminina ſit vocata ſolum in defectum lineæ maſculinæ. ¶ Et an ſit conſiderandum, quod filia deſcendat à patre maſculo, vt poſſit dici de linea maſculina. ¶ Deſcendentia per virilem ſexum, & per lineam maſculinam in quo differant. ¶ De affinibus an idem ſit iudicium, quod de principio affinitatis, & de cauſa cauſæ, ſicut de cauſato, & de initio, ſicut de his, quæ ab ipſo initio ſequuntur. ¶ Cippi appellatione qui veniant. ¶ Et quando compræhendantur fœminæ. ¶ Et quid ſi dictum ſit de cippo domus. ¶ Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori an reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, qui poſtea deceſſerunt. ¶ Vſufructuarius quando teneatur ad cautionem non petitam. ¶ Et quo caſu fructus perceptos reſtituat, & perdat vſumfructum. ¶ Duo ſi copulatiuè requirantur an vno deficiente, corruat diſpoſitio. ¶ Et quando qualitas maſculinitatis, & proximioritatis ſit probanda.

CAPVT DCCCCII.

Solemnitas ſeptem teſtium an requiratur in ademptione totius inſtitutionis, ſeu partis factæ per patrem filio in teſtamento. ¶ Hæreditas quando poſſit dari, ſeu adimi in codicillis directè, vel per obliquum. ¶ Et in eis quando ſit permiſſa declaratio, & diuiſio bonorum, & quod vnus ex hæredibus ſit indignus ſua hæreditate. ¶ Et quando cauſæ expreſſæ eiuſdem indignitatis ſint probandæ per hæredem. ¶ Teſtator ſi dicat in codicillis, quod nolebat hæredem in teſtamento inſtitutum quicquam habere de ſua hęreditate an ex iſtis verbis illa dicatur adempta. ¶ Voluntas minus ſolemnis, & ſchedula patris etiam priuata ſine teſtibus quando debeat attendi inter filios. ¶ Diſpoſitio *auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* an habeat locum tam ſi teſtator ſecundo diſponat ad fauorem extranei, quam filiorum. ¶ Et an debeat eſſe ad commodum omnium liberorum, vel aliquorum tantum. ¶ Clauſula codicillaris in teſtamento nullo, quando operetur, vt venientes ab inteſtato dicantur grauari relinquere bona hæredibus ſcriptis detracta eorum legitima, & trebellianica.

CAPVT DCCCCIII.

Cenſus quando ſit inualidus, ſi conſtituatur ſuper re emphyteotica abſque conſenſu domini directi. ¶ Et an ius dicendi de illius nullitate poſſit cedi. ¶ Bulla iuris congrui an ſolum requirat ornatum. ¶ Dictio quotquot quid ſignificet, & an ſit vniuerſalis, vel recipiat reſtrictionem de habilitate, ſi proferatur per modum legis. ¶ Ius ſuperueniens pendente lite, & non habens cauſam de præterito quo caſu conualidet iudicium. ¶ Proprietarius an præferatur in retractu domus venditæ, excluſo cenſuario, & vicino. ¶ Em-

ptor

ptur cum pacto redimendi an poſſit petere prælationem. ¶ Vicinitas ex parte retrò an attendatur ad effectum iuris congrui. ¶ Iura omnia tranſmiſſibilia ad hæredes an poſſint cedi. ¶ Et quid in iure redimendi, & prælatione, ſeu retentione rei feudalis, vel emphyteoticæ cum ſimilibus. ¶ Renunciare appellationi, vel illam non proſequi an idem ſit quod approbare ſententiam.

CAPVT DCCCCIV.

Socij omnium bonorum an debeant reſtituere dotem per vnum ex ſocijs receptam. ¶ Et quando ſocius vniuerſalis teneatur ad dotandam filiam alterius ſocij. ¶ Et ad debita contracta etiam extra cauſam ſocietatis. ¶ Verſio ad commodum ſociorum quando ſit probanda. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Lucrum dotale, quod acquirit vnus ex ſocijs, an communicetur toti ſocietati. ¶ Pretium auctum ex bonis æſtimatis datis in dotem an ſit communicandum omnibus ſocijs. ¶ Æſtimatio quando faciat emptionem. ¶ Differentia an ſit facienda inter ſocietatem omnium bonorum expreſſam, ſiue tacitam ad effectum acquiſitionis vndecumq; quæſitorum, & proſperæ, & aduerſæ fortunæ. ¶ Pars dotis vnius ex ſocijs, ſi fuerit ſoluta omnibus ſocijs, an inducat præſumptionem ſolutionis reliquarum partium eiſdem ſocijs factæ. ¶ Portio dotis per maritum recepta an faciat indicium, vt totam dotem receperit, quamuis fateatur receptionem.

CAPVT DCCCCV.

Prohibitio diuiſionis in perpetuum realis, ſeu perſonalis qualis ſit. ¶ Et quando præceptum, ſeu pactum etiam iuratum de nunquam diuidendo ſit validum, & intelligatur donec prohibiti vixerint. ¶ Dictio omninò, & nunquam quid ſignificet. ¶ Locatio permiſſa ad certum tempus, ſeu ad tertiam generationem, ſi fiat pro maiori tempore, vel vſque ad quartam generationem an vitietur in totum, ſeu valeat pro tempore permiſſo. ¶ Res quæ patitur diuiſionem an debeat vni aſſignari, data alteri æquiualentia. ¶ Diuiſioni an præſcribatur, quamuis adſit tempus immemorabile. ¶ Pœna de non diuidendo quomodo euitetur. ¶ Prohibitio, quod turris, ſeu palatium, ſeu certa bona nunquam diuidantur an ſit ſeruanda. ¶ Et quid ſi fiat per viam conditionis, non diſpoſitionis. ¶ Communio quem effectum pariat inter fratres, & ſocios.

CAPVT DCCCCVI.

Denunciatio quando ſit facienda debitori per depoſitarium antequam ſoluat. ¶ Citatus coram vno Iudice, ſi poſtea efficiatur alterius fori an poſſit declinare forum primi Iudicis, etiam in ſummarijs, & executiuis. ¶ Exceptio, quæ obſtat cedenti, & auctori an debeat etiam obſtare ceſſionario, & ſingulari ſucceſſori. ¶ Præſumptio doli ex quibus colligatur. ¶ Poſt actionem in iudicium deductam, an poſſit alius illam proſequi, etiam in caſu, in quo eſt licita ceſſio, itaut illa permittatur lite pendente ad effectum tranſferendi iudicium in ceſſionarium. ¶ Soluens ad mandatum Iudicis an liberetur non præcedente contradictione. ¶ Actio litigioſa legata an ſit proſequenda per hæredem, ſeu legatarium. ¶ Iudicium ceptum ex neceſſitate ſuſpitionis fugæ, vel actionis tempore perituræ, aut ſimilis cauſæ coram vno Iudice an poſſit agitari coram alio. ¶ Sequeſtrum perſonæ an inducat litis pendentiam, vel cauſet attentata. ¶ Ceſsio actionis realis an permittatur ante litis conteſtationem.

CAPVT DCCCCVII.

Paupertas quando ſit probanda reſpectiuè ad negotium, de quo agitur. ¶ Poſsidens auctoritate Principis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ quo caſu ſit tutus, itaut non poſsit à quocúque moleſtari actione perſonali, ſeu reali. ¶ Et quando habeat locum præſcriptio quatuor annorum iuxtà *l. bene à zenone. C. de quadrien. præſcript.* ¶ Et an illius diſpoſitio procedat etiam de iure canonico, & ſit neceſſe, vt Princeps poſſederit, & quod vendiderit bona tanquam ſua, & quod ſimus in Imperatore, ſeu Papa. ¶ Et quid in inferioribus à Principe, tã non recognoſcẽtibus ſuperiorem, quàm recognoſcentibus, ſeu in alijs habentibus iura regalia, & fiſcalia Imperij. ¶ Pro re iudicata quando præſumatur. ¶ Notoria iniuſtitia qualis debeat eſſe ad hoc, vt competat reſtitutio in integrum poſt lapſum quadriennij. ¶ Negatiua quomodo probetur ex reuolutione actorum. ¶ In exemplatione inſtrumenti, quando requiratur citatio intereſſe habentium, vnà cum auctoritate Iudicis, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici, & illius commiſsione, vt Notarius poſsit exemplare. ¶ Et quando eius aſſertioni ſtandum ſit circa facultatem exemplandi, & faciendi fidem de executione citationis.

CAPVT DCCCCVIII.

Captatoria diſpoſitio quare reprobetur. ¶ Et an per ſtatutum, conſuetudinem, aut obſeruantiam poſsit fieri, vt illa valeat. ¶ Teſtamenta correſpectiua duorum vicißim ſe, eorumque filios hæredes inſtituentium eodem loco, & tempore pro conſeruatione familiæ quo caſu ſuſtineantur. ¶ Et an ſint

duo,

Digitized by Google

duo, vel vnum. ¶ Et quando poſſint reuocari. ¶ Et an per reuocationem ab altero factam poſſit dici alius deceptus. ¶ Libertas teſtandi an dicatur reſtringi cauſa lucri, & metu pœnæ.

CAPVT DCCCCIX.

Confeſſio extraiudicialis abſente parte per quot teſtes probetur. ¶ Et ad debeant deponere de eodem tempore, & loco, tàm de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Et quid ſeruetur in Vrbe. ¶ Calculatio etiam confirmata auctoritate rei iudicatæ an poſſit ex officio per iudicem retractari. ¶ Iuramentum calumniæ an ſit præſtandum vbi eſt facta plena probatio. ¶ Per conſtitutionem noui procuratoris an primus ſit reuocatus. ¶ Abbas conſtituens ſyndicum vnà cum Capitulo an poſſit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli. ¶ Modus obſeruatus in concedendo quando ſit ſeruandus in tollendo. ¶ Mandatum factum cum auctoritate Iudicis an reuocetur, ſi fiat ſecundum abſque illius auctoritate. ¶ Et quando illud præſumatur ex ſola ſcientia, & patientia principalis. ¶ Exhibitio librorum quo caſu ſit facienda. ¶ Iudex quando debeat habere fidem teſtibus incongrua deponentibus, & famulis ſalariatis, & ſingularibus.

CAPVT DCCCCX.

Traditio inſtrumenti quando transferat poſſeſſionem, & dominium rei in eo contentæ. ¶ Et an requirat præſentiam eius, cui poſſeſſio traditur. ¶ Donatio in recompenſationem onerum, & laborum an poſſit fieri ſine ſolemnitatibus. ¶ Legatum traditum in vita per teſtatorem, quando extinguat in totum ipſum legatum, itaut aſſumat naturam donationis irreuocabilis. ¶ In concurſu manutentionis qualis poſſeſſio ſit præferenda. ¶ Teſtis vnicus de facto proprio, quam probationem faciat. ¶ Et quid ſi dicat ſciiſſe de commiſsione alicuius. ¶ Iudex in materia probatoria quando debeat ſequi veriſimilitudines. ¶ Duo ſpecialia in quibus caſibus poſsint ſimul concurrere. ¶ Inſtrumentum an debeat tradi in conſpectu rei ad effectum translationis poſſeſsionis. ¶ Teſtis vnicus an ſufficiat pro concedenda manutentione. ¶ Tertius quando acquirat poſſeſſionem pro alio, ſi non habeat mandatum. ¶ Depoſitio reſtis regularis an valeat ſine licentia ſuperioris.

CAPVT DCCCCXI.

Intereſſe quando validè taxetur à principio. ¶ Et an talis taxatio faciat, vt non poſsit poſtea peti illud, quod aliàs honeſtè deberetur. ¶ Conuentio de ſoluendo fructus pendente dilatione data ad ſoluendum quo caſu ſuſtineatur. ¶ Emptor differens ſoluere pretium quando obligetur ad fructus recōpenſatiuos. ¶ Et quid ſi res venditæ fortuito perierint. ¶ Iuſtus valor quando iudicetur ex qualitatibus rei latentibus, & impotentia cautionis pro euictione, & inopia venditoris, cū ſimilibus. ¶ Vendentes carius ad tempus an ſint vſurarij. ¶ Damnum emergens, & lucrum ceſſans quando debeatur. ¶ Reſeruatio dominij an faciat, vt fructus poſſint percipi, donec pretium ſoluatur. ¶ Et quæ ſint aliæ cautelæ ad effectum illos licitè percipiendi. ¶ Dilatio ſolutionis quando ſit implicitum quoddam mutuum. ¶ Res vendita, quo caſu ſit obligata ipſi venditori. ¶ Hypothecaria an ſit merè realis. ¶ Et quando poſſit intentari tàm in loco rei hypothecatæ, quàm in loco domicilij. ¶ Reſeruatio ſpecialis hypothecæ, quid operetur circa auocationem bonorum à tertio poſſeſſorum, donec pretium conuentum fuerit ſolutum.

CAP. DCCCCXII.

Dominium quomodo ſit probandum, ſiue agatur principaliter ad deuolutionem, ſiue incidenter ad effectum non ſolutionis canonis. ¶ Enunciatiuæ quam fidem faciant. ¶ Deponens de facto proprio qualem probationem inducat. ¶ Exactiones canonum àn probentur ex libris Eccleſiæ. ¶ Et quando in eam tranſeat dominium ex ſolo contractu abſque aliqua traditione. ¶ Teſtis quo caſu dicatur relatiuè deponere. ¶ Recognitio facta de bonis feudalibus, emphyteoticis, & cenſualibus an operetur, vt illa efficiantur talia, quamuis alias eſſent libera. ¶ Et quo caſu præiudicet tàm recognoſcenti, quàm ſucceſſori. ¶ Et quid ſi non fuerit acceptata, vel facta abſque cauſa. ¶ Et quando error poſsit contra eam probari. ¶ Et an per talem recognitionem ſtatim acquiratur ius eccleſiæ, itaut non proſit venditio poſtea facta de eadem re tanquam non grauata canone. ¶ Ex culpa auctoris an ſit priuandus ſucceſſor, & emptor re alienatæ, & breui manu fiat executio contra venditorem pro euictione promiſſa. ¶ In cauſa appellationis quando poſsint produci, & probari non producta, & probata in cauſa principali. ¶ Propter non ſolutionem Canonis per ſpatium quadraginta annorum contra Eccleſiam an ſit inducta aliqua præſcriptio libertatis. ¶ Et quando ſcientia domini in ea requiratur. ¶ Emphyteuta ceſſans ſoluere canonē an ſit in mala fide, itaut nunquam præſcribat. ¶ Et quomodo mala fides probetur. ¶ Præſcriptio an poſsit opponi quo ad canones futuros eccleſiæ debitos. ¶ Mandatum Iudicis quando priuet poſſeſſorem ſua poſſeſsione abſque aliqua eiectione. ¶ Et quo caſu contra ſententiam Iudicis dentur remedia poſſeſſoria.

*** CA-

Digitized by Google

CAPVT DCCCCXIII.

Bona emphyteotica an poſſint donari, & eorum poſſeſſio capi abſque conſenſu domini. ¶ Conuentio, & conſuetudo an valeat, vt Prælatus teneatur renouare emphyteuſim proximioribus. ¶ Et quando ſit facienda talis renouatio pro eodem pretio, ſeu pro illo, quod contingeret per alios offerri. ¶ Et quid ſtante *Statut. Vrb. c. 124. lib. 1.* ¶ Et quando illud comprælendat clericos, & perſonas eccleſiaſticas. ¶ Augumentum penſionis quo caſu faciat nouam locationem. ¶ Feudum, ſeu emphyteuſis antiqua renouata an debeat regulari iuxta naturam, & qualitatem illius. ¶ Faciens actum de neceſſitate ſiue ex pacto, ſiue ex ſtatuto an poſſit aliquid de nouo apponere in præiudicium eius, cui debet fieri conceſſio ſubrogata loco primæ emphyteuſis. ¶ Venditor recuperans rem venditam vigore conuentionis de retrouendendo an habeat illam ex noua cauſa, ſeu antiqua non recipiente nouas conditiones. ¶ Melioramenta an ſint reficienda, ſi fuerint facta, vt propter impotentiam non poſſint refici per eum, qui alias teneretur ad eorum refectionem. ¶ Conſuetudo relocandi bona eccleſiæ abſque beneplacito an ſit admittenda, etiam quod eſſet eidem eccleſiæ læſiua.

CAPVT DCCCCXIV.

Fratres quando ſint legitimi tutores ſuorum fratrum, ſiue fuerint in poteſtate, ſiue emancipati. ¶ Reuocatio, ſiue deputatio tutelæ an poſſit fieri ſine citatione. ¶ Satiſdatio tutoris an ſuppleat defectũ inquiſitionis. ¶ Minor viginti annis, & maior quatuordecim an inuitus curatorem accipiat. ¶ Et quando pater poſſit in teſtamento dare filio curatorem poſt pubertatem abſque eius conſenſu. ¶ Mutatio perſonarum, rei, & actionis an faciat cauſas diuerſas, & ſatis ſit, ſi vna tantum ex eis adſit. ¶ Adminiſtratio an debeat ſtare penes tutorem, ſtante maiori numero fratrum, qui ſunt ſub eius tutela. ¶ Diuerſitas cauſarũ, quo caſu faciat attentata. ¶ Inhibitio an concedatur, ſi nõ præcedat cauſæ cognitio. ¶ Datio tutoris debitoris pupilli, & habentis bonorum communionem cum eo, quando ſit valida. ¶ Et quid ſi fiat à ſciẽte. ¶ Et qualiter talis ſcientia probetur, itaut etiam ſufficiat cogitatio. ¶ Subſtantia ſatiſdationis tutelæ an requirat, vt facultates fideiuſſorum ſint maiores, quam patrimonium pupilli. ¶ De differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis ſublata quo ad effectum ſucceſſionis, & tutelæ.

CAPVT DCCCCXV.

Mora quando poſſit purgari tàm in pœna conuentionali, quàm legali. ¶ Et an illius renunciatio debeat eſſe in genere, vel in ſpecie. ¶ Et quid ſi fuerit relaxatum mandatum, & proceſſum ad executionem, & ſubhaſtationem an detur amplius illius purgatio. ¶ Vel quando ſumus in mora geminata. ¶ Vel vbi eſſet factum ius deterius creditoris. ¶ Præſtatio cedulæ bancariæ ob non ſeruata pacta an ſit pœna, ſeu natura, & pars contractus. ¶ In obligationibus facti quo caſu veniat intereſſe. ¶ Et quando poſſit peti pœna iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis. ¶ De differentia moræ in omittendo, & in committendo. ¶ Per obligationem cameralem an ſit renunciatum omni legum auxilio, & ſic purgationi moræ. ¶ Diſpoſitio, quando ſit pœnalis, licet in ea non fiat mentio pœnæ. ¶ Ademptio cum aduerſatiua tacita, vel expreſſa ſi non fecerit, an faciat actum pœnalem.

CAPVT DCCCCXVI.

Diſpoſitio quando dicatur continere pœnam, & meram commiſſionem miniſterij, itaut executor non ſit cogendus præſtare, niſi illud, quod percepit. ¶ Promiſſio dotandi ex fructibus alicuius rei quo caſu ceſſet, ſi tales fructus in totum, vel in parte ceſſent. ¶ Habens ius de re perfectè diſponendi quomodo poſſit de ea diſponere. ¶ Dos taxata ad fauorem filiæ per teſtatorem, an licitè per hæredem diminuatur. ¶ Intellectus *l. cum pater filius. 79. §. pater certam. ff. de legat. 2.* ¶ Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligans ſe ad ſolutionem legatorum an illo iuuetur, ſi bona hæreditaria non ſufficiunt. ¶ Remiſſio penſionis quando ſit facienda conductori, & emphyteutæ. ¶ Vaſſallus an præſtet alimenta domino vltra fructus feudi. ¶ Habens vtilitatem ex aliqua re quando recuſet eiuſdem rei onera. ¶ Verba quo caſu ſtent demonſtratiuè potius quam limitatiuè. ¶ Eccleſia, cui fuit donata domus cum onere præſtandi alimenta donatori, an illa deſtructa teneatur illum alere. ¶ Factum propter aliquam cauſam quando ad eam reſtringatur.

CAPVT DCCCCXVII.

Fideicommiſſum quando inducatur ex prohibitione diuiſionis, ſeu alienationis per ſuos hæredes alicuius rei, quæ firma debeat remanere pro nepotibus, & alijs de generatione ſub aliqua pœna. ¶ Diuiſio quando dicatur alienatio, & illius appellatione veniat. ¶ Et quid ſi adſint verba aliquo modo, omninò, vel ſimilia. ¶ Et de illorum ſignificatione. ¶ Prohibitio alienandi nuda, & abſque cauſa quando ſit valida, ſi veſtiatur à pœna propter contrauentionem. ¶ Succeſſorum appellatione an veniant ſolum ſucceſſores ſanguinis. ¶ Præceptum perſonale de

nun-

Digitized by Google

nunquam diuidendo an intelligatur tantùm, quouſque prohibiti vixerint. ¶ Et quando debeat extendi quo ad dominium, non autem quo ad fructus.

CAPVT DCCCCXVIII.

Loca exempta quando ſint in diœceſi, ſeu diœceſi, & conſtituant territorium per ſe. ¶ Terra Prati an ſit in diœceſi Piſtorienſi. ¶ Et ſituatio illius qualis ſit. ¶ Statutum Pratenſium mandans, vt nullus præſumat allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non habeat in terra Prati iuriſdictionem, an ſit contra libertatem eccleſiæ. ¶ Enunciatiuæ tàm antiquæ, quàm de recenti qualem probationem faciant. ¶ Priuilegia exemptionum an ſolum eximant à ſubiectione, non autem à ſituatione, ſeu denominatione. ¶ Exempti an habeant iuriſdictionem ſolùm in perſonis, non in locis. ¶ Epiſcopus an gaudeat alternatiua, ſi tempore vacationis beneficij ſit in loco exempto. ¶ Indultum de percipiendis fructibus beneficiorum alicuius diœceſis an comprehendat beneficia exempta. ¶ Eccleſia viſitata an ſit in diœceſi Epiſcopi viſitantis. ¶ Petens exemptionem an præſupponat eſſe in diœceſi. ¶ Exemptio perſonarum quando faciat locum exemptum, itaut excludatur diœceſis, quamuis eſſet præſcripta iuriſdictio Epiſcopalis priuatiuè. ¶ Præſcriptio quadragenaria in quibus caſibus ſuffragetur ſine titulo, & priuilegio. ¶ Et quando tollatur per contrarios actus, & quod tempus ſit neceſſarium. ¶ Impetrans indultum exemptionis an dicatur renunciaſſe præſcriptioni ſibi quo ad eam competenti. ¶ Exemptio an tollat habitum dignitatis Epiſcopalis, vel ſolum impediat exercitium illius in exemptos. ¶ Tutor, cui adminiſtratio interdicitur, an deſinat eſſe tutor. ¶ Iuriſdictio ordinaria, ſeu delegata ad vniuerſitatem cauſarum, & perſonarum an detur ſine territorio, vel illi cohæreat paſſiuè, & materialiter, actiuè autem Iudici. ¶ Locus exiſtens intra confines an ſit in diœceſi. ¶ Rectores ſcholarium, Arbitri iuris, Iudices cartularij, Inquiſitores hæreticæ prauitatis, Conſeruatores, & ſimiles an habeant iuriſdictionem ſine territorio. ¶ Exemptiones conceſſæ abſque cauſa an ſint inualidæ. ¶ Verba præteriti temporis quando denotent conſummationem actus, & ſignificent tempus futurum, itaut diſpoſitio in vtroque tempore verificetur.

CAPVT DCCCCXIX.

Datio tutoris quando reſoluatur in guberniũ. ¶ Error nominis appellatiui an vitiet diſpoſitionem. ¶ Tutor quo caſu debeat præſtare officium ſuum gratis, nec quid minimum lucrum facere ex tutela. ¶ Et ſi aliquid fuerit acceptum an poſſit repeti. ¶ Curator, defenſor, & adminiſtrator, quando accipiatur pro tutore, prout è contra tutor pro curatore. ¶ Vſusfructus omnium bonorum relictus matri ſtantibus filijs quando reſtringatur ad alimenta, ſicut reſtringitur, cum relinquitur vxori. ¶ Et quid ſi adſint verba, vt non poſſint reuideri computa cum facultate de fructibus liberè diſponendi. ¶ Verbum, liberè, quàm ſignificationem habeat. ¶ Ex qualitate adiuncti quando legatum vſusfructus mutet naturam ſuam, & trahatur ſolum ad gubernium, & adminiſtrationem.

CAPVT DCCCCXX.

Statutum loquens de dote an habeat locum in donatione propter nuptias. ¶ Diuturna ſolutio fructuum quando inducat præſumptionem interpellationis, & confeſſionem debiti. ¶ Certa quantitas ſoluenda pro intereſſe dotium an poſſit taxari per pactum, legem, ſtatutum, & conſuetudinem. ¶ Conuentio de ſoluendis fructibus dotis, etiam ſoluto matrimonio quando ſit valida. ¶ Et an illi debeantur viduæ etiam diuiti, & habenti aliunde alimenta ſecundum ſtatutum Vrbis. ¶ Et an requiratur interpellatio, & poſſit fieri per æquipollens. ¶ Fructus quo caſu poſſint licitè percipi per virum ex pignore dotali poſt mortem vxoris. ¶ Maritus an de iure ciuili habeat actionem de dote, vel ex ſtipulatu. ¶ Et an illa ſit bonæ fidei, itaut ſtante mora admittat vſuras tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio. ¶ Pecunia quando faciat pecuniam. ¶ Et quid ſi eſſet dotalis. ¶ Vel deberet reinueſtiri in bonis ſtabilibus. ¶ Legatarius prohibitus petere legatum ad tempus an interim licitè percipiat vſuras à teſtatore relictas. ¶ Et an idem ſit in dote, & alijs cõtractibus. ¶ Fructus bona fide conſumpti quo caſu computentur in ſortem. ¶ Executio contractus iurati cum obligatione camerali, quando retardetur per exceptionem vſurarum. ¶ Vidua quæ impeditur petere ſortem an licitè percipiat fructus dotales. ¶ Imputandum quando ſit ei, qui coniecit ſe in neceſſitatem.

CAPVT DCCCCXXI.

Regreſſus ad beneficium reſignatum propter non ſolutionem penſionis an habeat cauſam de præterito, & operetur continuationem iuris ſui, itaut poſſit concedi manutentio poſſeſſionis. ¶ Et quando declaratoria requiratur, vt ſit locus eidem regreſſui. ¶ Et quid ſi fuerit conceſſus cum verbis liberè, & propria auctoritate cum ſimilibus. ¶ Et de duplici praxi capiendi

*** 2 poſ-

Digitized by Google

poſſeſſionem ante, vel poſt liquidatum negotium. ¶ Captura an poſſit iuſtificari probato poſtea debito. ¶ Mora an purgetur poſt rem in iudicium deductam. ¶ Penſionarius, & cenſuarius exiſtens in poſſeſſione exigendi penſionem, ſeu cenſum quando habeat manutentionem etiam contra ſucceſſorem, quamuis nunquam ſoluerit. ¶ Poſſeſſio acquiſita contra emphyteotam an ſit manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem. ¶ In iudicio retinendæ, quando conſideretur ius ex parte actoris, itaut illud non mutetur, licet adſit mutatio perſonæ ex parte rei.

CAPVT DCCCCXXII.

Species narratæ poſt generalem diſpoſitionem, quo caſu cenſeantur poſitæ limitatiuè, ſeu gratia demonſtrationis. ¶ Et quando genus legatum reſtringatur per ſpecies poſtea enũciatas. ¶ Legans omne penum præter vinum, quod erat Romæ an dicatur reſtringere legatum ad penum Romæ exiſtens. ¶ Domus an ſignificet patrimonium, & ædes. ¶ Verba quod nihil poſſit peti quid operentur. ¶ Iura, & actiones quando veniant in legato bonorum mobilium, & immobilium. ¶ Declaratio reſpiciens inſtitutionem hæredis an debeat probari per ſeptem, vel duos teſtes. ¶ Legatum primum, & ſecundum quando poſſit peti per legatarium.

CAPVT DCCCCXXIII.

Translatio periculi vitæ in ſocietatibus an debeat eſſe certa, & ſit concludenter probanda, non autem per coniecturas. ¶ Et in quibus talis ſubſtantia conſiſtat. ¶ Falſa & erronea demonſtratio quando noceat, & vitiet actũ, & tranſlationem periculi vitæ. ¶ Et quomodo error in ea probetur. ¶ Dictio immo quando tollat præcedentia, & illa extinguat in totum, ac ſi nunquam fuiſſent prolata. ¶ Et quo caſu ſtet ampliatiuè, ſeu electiuè, vel correctiuè. ¶ Interpretatio ad cuius fauorem ſit faciẽda, ſi tractetur de damno euitando, vel de lucro captando. ¶ Culpa in transferente periculum vitæ qualiter remaneat punita.

CAPVT DCCCCXXIV.

Contractus correſpectiui quales dicantur, & an detur vnus ſine alio, & de vtroque idem iudicium ſit ferendum. ¶ Donatio pro ſacerdotio aſſumendo, ſeu matrimonio contrahendo an ſit ſimplex, ſeu ob cauſam. ¶ Et quando ſit irreuocabilis, & nullam recipiat additionem, ſeu diminutionem. ¶ Et de pœna alienantium, vel retrodonantium talia bona donata. ¶ Obligans ſe ad conſequens quo caſu cẽſeatur ſe obligaſſe ad omne neceſſarium antecedens, & è contra. ¶ Dictio pro, vt, & ſimilis an operetur cauſam finalem, & immediatam, & quod diſponens aliàs non eſſet facturus. ¶ Verba poſita in proœmio quando ſint repetita in ſequentibus. ¶ Donatio facta filio, & eius deſcendentibus an dicatur facta pro conſeruatione familiæ. ¶ Conuentio an debeat extendi ad acceſſoria, itaut ſi fiat ſuper ſorte comprehendat etiam vſuras. ¶ De differentia inter ſolutionem, & liberationem ad effectum eximendi ſe ab obligatione. ¶ Contemplatio matrimonij an cenſeatur appoſita in donatione demonſtratiuè potius, quàm limitatiuè. ¶ Bona donata alicui pro contrahendo matrimonio quando ipſi ſoli dicantur quæſita.

CAPVT. DCCCCXXV.

De priuilegijs fratrum ordinis Prædicatorum circa exemptionẽ à ſolutione cuiuſuis quartæ funeralis, & aliorum obuentionum, & legatorum piorum. ¶ Et ob quam cauſam fuerint eis conceſſa. ¶ Et an ſint reuocabilia. ¶ Medietas funeralium quando reſeruetur Eccleſiæ parochiali. ¶ Et an æſtimatio iſtius medietatis ſit debita, ſi non recipiat diuiſionem. ¶ Portio indumentorum, & aliorum, quæ cum cadauere deferuntur an ſit danda Parocho, vel ſolum ei ſit debita medietas ceræ. ¶ De intellectu motus proprij Pij V. quo ad funeralia, & alias obuentiones aſſignatas pro congrua ſuſtentatione Vicarij perpetui in Eccleſijs parochialibus. ¶ Notorium an ſit allegandum, quamuis non indigeat probatione. ¶ Et an æquiparetur confeſſioni, & ſententiæ.

CAPVT DCCCCXXVI.

Promittens impetrare beneplacitum quatenus opus ſit an poſſit cogi ad illud obtinendum, niſi prius de eius neceſſitate appareat. ¶ Cenſus quando licitè imponatur ſuper re emphyteotica abſque conſenſu domini. ¶ Contractus ex quibus iudicetur potius cenſualis, quam emphyteoticus ſaltem ad euitandam caducitatem, & neceſſitatem conſenſus. ¶ Et quo caſu coniecturæ ſufficiant. ¶ Et quid ſi ſolutio fiat in fructibus. ¶ Vel in pecunia. ¶ Seu in modica reſponſione. ¶ Vel quando dictum eſt pro cenſu, ſeu pro canone. ¶ Et quomodo talia verba ſint intelligenda. ¶ Pretium affectionis an attendatur. ¶ Et quod tempus valoris rei conſideretur ad agnoſcendam læſionem. ¶ Et an illa debeat eſſe vltra dimidiam iuſti pretij ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem. ¶ Peritis an ſit ſtandum potius, quam teſtibus, quamuis nullam redderent rationem ſuæ relationis. ¶ Retentio melioramentorum an detur, ſi probentur in genere. ¶ Decretum

Digitized by Google

cremoni iudicio ſtante exceſſu an in totum corruat. ¶ Exceptio læſionis quando retardet remedium manutentionis, & iudicium executiuum. ¶ Et an illud ſit concedendum contra tertium. ¶ Iudex quando priuet poſſeſſorem omni poſſeſſione ciuili, & naturali etiam non expulſis colonis.

CAPVT DCCCCXXVII.

Decretum camerale anni ſancti quid cótineat, & ob quam cauſam fuerit factum, & quas perſonas comprahendat. ¶ Et an in eo veniant non ſolum domus, ſed apothecæ, granaria, fœnilia, & ſimilia. ¶ Et de ſignificatione talium rerum. ¶ Et an granarium ſit prædium urbanum. ¶ Clauſula decreti irritantis quid operetur. ¶ Qualitas cedulæ bancariæ, & modi ſoluendi penſionem appoſita in ſecunda locatione, quando faciat nouum contractum, itaut non poſſit dici continuatio primæ locationis, ſed ſit contrauentum decreto anni Sancti. ¶ Iudex quo caſu poſſit interpretari dubia iuris in conſtitutione, ſeu ſtatuto contenta. ¶ Et quando pro tali interpretatione ſit recurrendum ad ſuperiorem.

CAPVT DCCCCXXVIII.

In conditione poſiti quando cenſeantur vocati. ¶ Siue ſimus in filijs, & deſcendentibus, ſiue in extraneis. ¶ Vel adſit clauſula in ſtirpes, & non in capita. ¶ Seu concurrat pia cauſa poſt ſubſtitutiones factas. ¶ Vel ſit probibita trebellianica, & falcidia. ¶ Siue teſtator grauauerit vltimum ex vocatis. ¶ Et uſus fuerit verbis ablatiuis abſolutis. ¶ Et quales coniecturæ debeant per Iudicem admitti ad effectum prædictum vocationis eorum, quos teſtator in conditione poſuit.

CAPVT DCCCCXXIX.

Tempus litis ſuper feudo quando ſit ſubducendum ad fauorem vaſſalli non ſuſcipientis inueſtituram infra annum, vel in ſimilibus caſibus. ¶ Impedimentum an excuſet impeditum, itaut habeatur pro facto, quod erat faciendum. ¶ Tempus conuentionale præfixum à partibus ad æſtimandum an currat impedito. ¶ Et quid in tempore legali. ¶ Si cauſa committatur infra certum terminum decidenda an per lapſum dicti expiret iuriſdictio, niſi partes prorogent. ¶ Citatio partium an requiratur ad hoc, vt relatio periti ſit valida. ¶ Et quando poſſit dici informatus de qualitatibus rei æſtimandæ. ¶ Et an in tali relatione ſit neceſſarium iuramentum. ¶ Pœna an poſſit apponi in compromiſſis. ¶ Et quando cenſeatur potius appoſita facto, ſeu non paritioni laudi, quam dationi quantitatis.

CAPVT DCCCCXXX.

Adoptati quando excludant ſubſtitutum, & ſuccedant in feudis, & alijs quibuſcumque bonis non ſecus ac ſi eſſent de naturali familia. ¶ Amicitia magna quid operetur, & multa de eius effectibus. ¶ Et an facultas iurandi conceſſa defuncto tranſeat in hæredem magna amicitia coniunctum. ¶ Per fideicommiſſum relictum familiæ quando veniant fœminæ etiam nuptæ. ¶ Qualitas maſculina expreſſa in vna parte teſtamenti, an cenſeatur repetita in alia. ¶ Familia aggregata quando dicatur de ſtirpe, & ſanguine illius, cui fuit facta aggregatio. ¶ Fideicommiſſum abſolutum an ſit inductum, ſi teſtator mandat, vt loca montium ſint pro perpetuo uſu alicuius familiæ. ¶ Re prohibita alienari extra familiam, ſi non ſupereſt, niſi vnus an ille poſſit vendere. ¶ Prohibitio alienationis extra familiam quando excedat quartum gradum.

CAPVT DCCCCXXXI.

Conſtitutio Paulina an habeat locum, ſi res fuerit alienata ſine ſolemnitatibus propter neceſſitatem. ¶ Et quando iuſta cauſa excludat pœnas in ea contentas, itaut taliter alienans ad illas non teneatur. ¶ Prælati, tutores, & ſimiles an poſſint retinere pecunias per eos reinueſtiendas in ſtabilibus pro neceſſitatibus Eccleſiæ. ¶ Et quando requiratur probatio occaſionis proximæ, & paratæ ad reinueſtiendū. ¶ Et an ſoluendo intereſſe liberentur. ¶ Pecunia magnæ quantitatis exiſtens in proprietate Eccleſiæ, & conuertenda in illius vtilitatem an poſſit alienari ſine ſolemnitatibus. ¶ Et quando ſit habenda pro re mobili, ſeu immobili, ſiue ſit minoris, ſiue Eccleſiæ ad effectum adhibendi ſolemnitates. ¶ Prædia Eccleſiæ quo caſu poſſint locari poſt triennium, ſi illorum fructus non percipiuntur quolibet anno. ¶ Emphyteuta an cadat ab emphyteuſi, ſi ceſſauit in ſolutione canonis ob fructus non recollectos quolibet anno. ¶ Et quando biennium, triennium, & quinquennium reputetur pro vno anno.

CAPVT DCCCCXXXII.

Æſtimatio fundi dotalis, quando faciat emptionem, itaut maritus efficiatur dominus irreuocabilis. ¶ Et quid operetur in hoc clauſula ad habendum, vel ſimilis poſita in diſpoſitionis vnà cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus per ſtatutum requiſitis. ¶ Debitor quantitatis reſpectu ſpeciei an æquiparetur debitori ſpeciei. ¶ Separatio bonorum pro credito dotali quando concedatur vxori hæredi ſui viri. ¶ Et quæ ad dictum effectum ſint neceſſaria. ¶ Damna quo-

modu ſint verificanda, vt ſit locus executioni quo ad deteriorationem. ¶ Mulier ſoluto matrimonio an poſſit pro ſua dote accipere quæcumque bona viri etiam fideicommiſſo ſubiecta, non autem in ſubſidium, ſi non exiſtens bona libera. ¶ Renunciatio iurata hypothecæ facta per vxorem ſuper aliquibus bonis mariti quo caſu illam excludat, vt non poſſit amplius regredi ad bona remiſſa. ¶ Dies reſtitutionis dotis an potius debeat attendi ad cognoſcendum ſi maritus ſit ſoluendo, ſeu remiſsionis hypothecæ factæ per vxorem. ¶ Et cui incumbat onus probandi non adeſſe alia bona mariti, ſuper quibus poſsit prætendi ſatisfactio dotis, præter quam illa, quæ fuerunt renunciata. ¶ Promittens dotem in quantitate conſiſtente in domo an promiſerit domum, vel quantitatem. ¶ Teſtatur mandans bona vendi, & pretium dari pauperibus an dicatur feciſſe pauperes legatarius pretij, & quid è contra. ¶ In ſpecie debita ex teſtamento quando veniant vſuræ ex mora, ſi illa ſit redigenda ad pecuniam. ¶ Vel ſi fuerit legata pecunia, vt inde emant ſpecies. ¶ Subſtantia fundi dotalis an immutetur, ſi per licentiam alienandi debeat aſſecurari quantitas ex dicto fundo detrahenda. ¶ Promiſsio mariti de reſtituenda dote poſt factam æſtimationem illius an intelligatur de reſtitutione quantitatis, ſeu rei dotalis.

CAPVT DCCCCXXXIII.

Maior pars conſiliariorum an debeat interuenire, vt ſint valida decreta, quæ fiunt in Collegio, Conſilio, ſeu Capitulo. ¶ Et an iſta maior pars conſideretur reſpectu minoris partis, quæ interuenit, ſeu totius Collegij, & omnium, qui illud conſtituunt. ¶ Et quid in Conſilijs congregatis de mandato Superioris. ¶ Et quando ius vniuerſitatis reſideat in illis, qui comparuerunt, quamuis non conſtituant duas partes conſilij ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas. ¶ Et quo caſu requiratur, vt Vniuerſitas congregetur ad certum quid faciendum, ſeu in genere, non declarando quid in ſpecie debeat tractari ad effectũ, vt licentia Superioris de congregando conſilium habeat vim decreti approbatiui eorum, quæ poſtea fient. ¶ Vota conſiliariorum an ſint danda diſtinctè, vel viua voce ad hoc, vt ſint valida per eos geſta. ¶ Diſpoſitio *l. fin. C. de vendend. reb. ciuitat. lib.* 11. an extendatur ad Caſtra, & alias ſimiles diſpoſitiones. ¶ Et an poſsit contentis in dicta lege renunciari. ¶ Ratificatio prohibita expreſsè quando prohibeatur etiam tacitè. ¶ Et quo caſu requirantur ſolemnitates in ratificatione, quæ ſunt neceſſariæ in conficiendo actum. ¶ In negotio voluntario an ſit adhibendus conſenſus omnium de Collegio, vel maioris partis. ¶ Ratificatio actus geſti contra formam iuris, & conſtitutionum quando admittatur.

CAPVT DCCCCXXXIV.

Proximiores emphyteutæ quando poſsint petere renouationem emphyteuſis ab Eccleſia, ſiue priuato. ¶ Et an iſta conuentio ſit valida. ¶ Et quod tempus requiratur ad talem renouationem faciendam. ¶ Melioramenta an debeant ſolui per dominum, ſi deuoluatur emphyteuſis ob generationem extinctã, ſeu ob culpam illius. ¶ Clauſula promittens relaxare emphyteuſim potius melioratam, quam deterioratam an impediat repetitionem melioramentorum. ¶ Et quando illa poſsint deduci ſtante pacto, vt deuoluantur cum emphyteuſi etiam abſque culpa emphyteutæ.

CAPVT DCCCCXXXV.

Adminiſtrator quando ſit in dolo præſumpto, ſeu vero. ¶ Et quo caſu in bonis ipſius competat tacita hypotheca pro reſtitutione eorum, quæ malè percepit, & pro intereſſe. ¶ Et an illa incipiat currere à die acceptæ adminiſtrationis, ſeu malè geſtionis. ¶ Et quando pro iniuſtè ablatis verſetur fauor animæ, itaut iſta ſola ratio ſit conſideranda, & habeat vim expreſſæ. ¶ Priuilegium prælationis quando detur tacitæ hypothecæ. ¶ Dolus malus in quo conſiſtat. ¶ Aſſerens mendacium, & negans exiſtentiam pecuniarum an teneatur actione furtiua, ſicut ille, qui contrectat rem alienam inuito domino, quamuis habuerit originem ex contractu. ¶ Mulier quando poſsit ſe iuuare ex ſua expreſſa hypotheca contra tacitam habentem vim expreſſæ cum prælatione. ¶ Clauſula ſine præiudicio innouationis, & iura iuribus addendo quid operetur. ¶ Cumulatio plurium actionum ciuilium, & criminalium, & mixtarum quando ſit admittenda. ¶ Adminiſtrator habens animum reſtituendi rem domino ſubtractam an dicatur fur, & prædo. ¶ Et quando actio ciuilis contra eum intentata faciat ceſſare criminalem. ¶ Bona vſurarij, quando ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum. ¶ Hypotheca expreſſa poſterior quo caſu debeat præferri tacitæ anteriori fauore dotis. ¶ Et quando dicta tacita ſit eiuſdem virtutis, cuius eſt expreſſa quo ad priuilegium prælationis. ¶ Et quid in concurſu plurium hypothecarum priuilegiatarum.

CAPVT DCCCCXXXVI.

Teſtamentum, in quo ſpurius fuit inſtitutus hæres, præteritis fratribus, quando ſubiaceat querelæ inofficioſi. ¶ Habilitationes illegitimorum, vt ſuccedant in portione eis aſsi-

aſsignanda per parentes an habeant vim legitimationis. ¶ Diſpenſatio quando tollat omnem maculam, per quam quis redderetur incapax ſucceſsionis. ¶ Diſpoſitio *l. fratres. C. de inoffic. teſtam.* in quibus caſibus procedat. ¶ Et per quas clauſulas ſit illi derogatum ad effectum, vt de ea non ſit facienda mentio. ¶ Vitium ſubreptionis an ſit ſublatum per verba ex certa ſcientia, quorum tenores, motu proprio, non obſtantibus, cum ſimilibus derogationibus. ¶ Bona acquiſita ex illicitis negotiationibus an acquirantur Cameræ ipſo iure abſque aliqua traditione excluſis omnibus alijs. ¶ Cogitatio in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida. ¶ Statutum Vrbis prohibens, vt per patrem non poſsit relinqui filijs legitimatis, niſi medietas ſuorum bonorum, exiſtente fratre, ſeu nepote de quibus bonis intelligatur.

CAPVT DCCCCXXXVII.

Qualitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in ſequenti ſtante dictione, item, pariter, vel ſimilibus clauſulis repetitiuis. ¶ Et an coniecturæ ſufficiant ad inducendam, vel adimendam repetitionem. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Legatū quando tranſmittatur ad hæredes legatarij. ¶ Et quid ſi fiat ad vſum illius, & pro eius alimentis, vel eiuſdem vita durante, vel per alia verba limitatiua temporis. ¶ Æqualitas quando ſit ſeruanda inter fratres. ¶ Acceſſorium quo caſu ſequatur naturam principalis, ſiue tractetur de illo inducendo, ſeu tollendo, ſeu confirmando. ¶ Et an translato, ſeu finito principali transferatur, & finiatur acceſſorium, ſi vnum ab alio poteſt diuidi. ¶ Deſtinatio quando ſit habenda pro facto. ¶ Et quo caſu illa ſit adempta per legatum rei deſtinatæ. ¶ Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles quando ſtent limitatiuè. ¶ Quid ſeruandum ſit in materia repetitionis qualitatum inter plura, quæ reguntur ſub eodem nomine, vel habent prælationem perfectam, vel identitatem, ſeu diuerſitatem rationis cum ſimilibus.

CAPVT DCCCCXXXVIII.

Opinio Iudicis an habeatur pro perfecta ſcientia, ſi pronunciauit iuxta formam calculi in actis exhibiti per peritum ab eo electum, quamuis illius tenorem non viderit. ¶ Et quo caſu noticia intellectualis æquiparetur notitiæ ſenſuali, itaut comperta veritate, ſententia ſit valida. ¶ Iudex an debeat pronunciare ſuper cauſa reſtitutionis in integrum, ſeu reuiſione calculi, & ſimili, vel potius procedere ad vlteriora ſuper negotio principali executiuo ad euitandam appellationem. ¶ Reſtitutio ſemel denegata in beneficialibus an ſit amplius concedenda ex inſtrumentis de nouo repertis. ¶ Iudici atteſtanti de pertinentibus ad cauſam, in qua iudicauit an ſit credendum. ¶ Relatio periti ſtatim quod eſt poſita in actis an cenſeatur per Iudicem viſa, & cognita, & ſecundum illius tenorem iudicatum. ¶ Reuiſio calculi commiſſa Iudici an adimpleatur, ſi per peritum mandauit illum reuideri.

CAPVT DCCCCXXXIX.

Patientia quando habeatur pro traditione, ſeu adimplemento in iudicialibus. ¶ Poſſeſſio quo caſu dicatur acquiſita, ſi ſtat per eum, qui debet acquirere, & non acquirit. ¶ Et quid in litis conteſtatione, & ſimilibus, quando impedimentum attendatur. ¶ Appoſitio cuſtodis an operetur acquiſitionem poſſeſſionis, & rei traditionem. ¶ Et quando ſit neceſſe, vt talis cuſtos habeat animum poſſidendi pro eo, qui illum poſuit. ¶ Emens ex quibus dicatur noluiſſe accipere poſſeſſionem rei emptæ. ¶ Fructus recompenſatiui quando ſint præſtandi per emptorem venditori. ¶ Et an ſufficiat oblatio pretij. ¶ Et quid ſi adſit periculum euictionis. ¶ Vel impedimentum moleſtiarum. ¶ Vel inobſeruantia conuentionum. ¶ Vel non probetur perceptio fructuum. ¶ Vel ſi ceſſent moleſtiæ. ¶ Et ſequatur adimplementum. ¶ Res quando ſit habenda pro facta, ſi obligatus ad faciendum non curat facere id quod tenetur.

CAP. DCCCCXL.

Priuilegia poſtquam ſunt conceſſa an dicantur contra ius commune. ¶ Et quando in eis ſit neceſſaria clauſula non obſtantibus. ¶ In præcedentijs an attendatur obſeruantia. ¶ Et ſint fructus, & emolumenta poſſeſſionis rectoriæ. ¶ Conſuetudo, vt Canonici ſint in ſacris quando cenſeatur ſublata per priuilegium Summi Pontificis. ¶ Et quo caſu mentio ætatis ſit in eo repetita, itaut non debeat vlterius exprimi. ¶ Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, an ſit neceſſaria in actu de ſui natura præiudiciali. ¶ Decreta omnia Concilij Tridentini an ſint facta ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, itaut Papa poſſit facere quaſcumque gratias abſque illius derogatione. ¶ Conceſſio generalis ad inſtar aliarum dignitatum an ſit intelligenda, vt ſit conformis alijs, præter expreſſa. ¶ In diſpoſitione emanata vnico contextu, & coniunctim an qualitas ætatis, vel ſimilis ſit repetita, tàm in prærogatiuia, quàm in ſede, & voce. ¶ Diſpenſatus quo ad principale, quando cenſeatur diſpenſatus quo ad omnia acceſſoria. ¶ Ordines ſacri an requirantur ad hoc, vt quis debeat admitti ad vocem in Capitulo tàm de iure communi,

modo ſint verificanda, vt ſit locus executioni quo ad deteriorationem. ¶ Mulier ſoluto matrimonio an poſſit pro ſua dote accipere quæcumque bona viri etiam fideicommiſſo ſubiecta, non autem in ſubſidium, ſi non exiſtent bona libera. ¶ Renunciatio iurata hypothecæ facta per vxorem ſuper aliquibus bonis mariti quo caſu illam excludat, vt non poſſit amplius regredi ad bona remiſſa. ¶ Dies reſtitutionis dotis an potius debeat attendi ad cognoſcendum ſi maritus ſit ſoluendo, ſeu remiſsionis hypothecæ factæ per vxorem. ¶ Et cui incumbat onus probandi non adeſſe alia bona mariti, ſuper quibus poſsit prætendi ſatisfactio dotis, præter quam illa, quæ fuerunt renunciata. ¶ Promittens dotem in quantitate conſiſtente in domo an promiſerit domum, vel quantitatem. ¶ Teſtatot mandans bona vendi, & precium dari pauperibus an dicatur feciſſe pauperes legatarios pretij, & quid è contra. ¶ In ſpecie debita ex teſtamento quando veniant vſuræ ex mora, ſi illa ſit redigenda ad pecuniam. ¶ Vel ſi fuerit legata pecunia, vt inde ematur ſpecies. ¶ Subſtantia fundi dotalis an immutetur, ſi per licentiam alienandi debeat aſſecurari quantitas ex dicto fundo detrahenda. ¶ Promiſsio mariti de reſtituenda dote poſt factam æſtimationem illius an intelligatur de reſtitutione quantitatis, ſeu rei dotalis.

CAPVT DCCCCXXXIII.

Maior pars conſiliariorum an debeat interuenire, vt ſint valida decreta, quæ fiunt in Collegio, Conſilio, ſeu Capitulo. ¶ Et an iſta maior pars conſideretur reſpectu minoris partis, quæ interuenit, ſeu totius Collegij, & omnium, qui illud conſtituunt. ¶ Et quid in Conſilijs congregatis de mandato Superioris. ¶ Et quando ius vniuerſitatis reſideat in illis, qui comparuerunt, quamuis non conſtituant duas partes conſilij ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas. ¶ Et quo caſu requiratur, vt Vniuerſitas congregetur ad certum quid faciendum, ſeu in genere, non declarando quid in ſpecie debeat tractari ad effectũ, vt licentia Superioris de congregando conſilium habeat vim decreti approbatiui eorum, quæ poſtea fient. ¶ Vota conſiliariorum an ſint danda diſtinctè, vel viua voce ad hoc, vt ſint valida per eos geſta. ¶ Diſpoſitio *l. fin. C. de vendend. reb. ciuitat. lib.* 11. an extendatur ad Caſtra, & alias ſimiles diſpoſitiones. ¶ Et an poſsit contentis in dicta lege renunciari. ¶ Ratificatio prohibita expreſsè quando prohibeatur etiam tacitè. ¶ Et quo caſu requirantur ſolemnitates in ratificatione, quæ ſunt neceſſariæ in conficiendo actum. ¶ In negotio voluntario an ſit adhibendus conſenſus omnium de Collegio, vel maioris partis. ¶ Ratificatio actus geſti contra formam iuris, & conſtitutionum quando admittatur.

CAPVT DCCCCXXXIV.

Proximiores emphyteutæ quando poſsint petere renouationem emphyteuſis ab eccleſia, ſiue priuato. ¶ Et an iſta conuentio ſit valida. ¶ Et quod tempus requiratur ad talem renouationem faciendam. ¶ Melioramenta an debeant ſolui per dominum, ſi deuoluatur emphyteuſis ob generationem extinctã, ſeu ob culpam illius. ¶ Clauſula promittens relaxare emphyteuſim potius melioratam, quam deterioratam an impediat repetionem melioramentorum. ¶ Et quando illa poſsint deduci ſtante pacto, vt deuoluantur cum emphyteuſi etiam abſque culpa emphyteutæ.

CAPVT DCCCCXXXV.

Adminiſtrator quando ſit in dolo præſumpto, ſeu vero. ¶ Et quo caſu in bonis ipſius competat tacita hypotheca pro reſtitutione eorum, quæ malè percepit, & pro intereſſe. ¶ Et an illa incipiat currere à die acceptæ adminiſtrationis, ſeu malè geſtionis. ¶ Et quando pro iniuſtè ablatis verſetur fauor animæ, itaut iſta ſola ratio ſit conſideranda, & habeat vim expreſſæ. ¶ Priuilegium prælationis quando detur tacitæ hypothecæ. ¶ Dolus malus in quo conſiſtat. ¶ Aſſerens mendacium, & negans exiſtentiam pecuniarum an teneatur actione furtiua, ſicut ille, qui contrectat rem alienam inuito domino, quamuis habuerit originem ex contractu. ¶ Mulier quando poſsit ſe iuuare ex ſua expreſſa hypotheca contra tacitam habentem vim expreſſæ cum prælatione. ¶ Clauſula ſine præiudicio innouationis, & iura iuribus addendo quid operetur. ¶ Cumulatio plurium actionum ciuilium, & criminalium, & mixtarum quando ſit admittenda. ¶ Adminiſtrator habens animum reſtituendi rem domino ſubtractam an dicatur fur, & prædo. ¶ Et quando actio ciuilis contra eum intentata faciat ceſſare criminalem. ¶ Bona vſurarij, quando ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione vſurarum. ¶ Hypotheca expreſſa poſterior quo caſu debeat præferri tacitæ anteriori fauore dotis. ¶ Et quando dicta tacita ſit eiuſdem virtutis, cuius eſt expreſſa quo ad priuilegium prælationis. ¶ Et quid in concurſu plurium hypothecarum priuilegiatarum.

CAPVT DCCCCXXXVI.

Teſtamentum, in quo ſpurius fuit inſtitutus hæres, præteritis fratribus, quando ſubiaceat querelæ inofficioſi. ¶ Habilitationes illegitimorum, vt ſuccedant in portione eis

aſsi-

aſsignanda per parentes an habeant vim legitimationis. ¶ Diſpenſatio quando tollat omnem maculam, per quam quis redderetur incapax ſucceſsionis. ¶ Diſpoſitio *l. fratres. C. de inoffic. teſtam.* in quibus caſibus procedat. ¶ Et per quas clauſulas ſit illi derogatum ad effectum, vt de ea non ſit facienda mentio. ¶ Vitium ſubreptionis an ſit ſublatum per verba ex certa ſcientia, quorum tenores, motu proprio, non obſtantibus, cum ſimilibus derogationibus. ¶ Bona acquiſita ex illicitis negotiationibus an acquirantur Cameræ ipſo iure abſque aliqua traditione excluſis omnibus alijs. ¶ Cogitatio in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida. ¶ Statutum Vrbis prohibens, vt per patrem non poſsit relinqui filijs legitimatis, niſi medietas ſuorum bonorum; exiſtente fratre, ſeu nepote de quibus bonis intelligatur.

CAPVT DCCCCXXXVII.

Qualitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in ſequenti ſtante dictione, item, pariter, vel ſimilibus clauſulis repetitiuis. ¶ Et an coniecturæ ſufficiant ad inducendam, vel adimendam repetitionem. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Legatū quando tranſmittatur ad hæredes legatarij. ¶ Et quid ſi fiat ad vſum illius, & pro eius alimentis, vel eiuſdem vita durante, vel per alia verba limitatiua temporis. ¶ Æqualitas quando ſit ſeruanda inter fratres. ¶ Acceſſorium quo caſu ſequatur naturam principalis, ſiue tractetur de illo inducendo, ſeu tollendo, ſeu confirmando. ¶ Et an translato, ſeu finito principali transferatur, & finiatur acceſſorium, ſi vnum ab alio poteſt diuidi. ¶ Deſtinatio quando ſit habenda pro facto. ¶ Et quo caſu illa ſit adempta per legatum rei deſtinatæ. ¶ Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles quando ſint limitatiuæ. ¶ Quid ſeruandum ſit in materia repetitionis qualitatum inter plura, quæ exgeruntur ſub eodem nomine, vel habent orationem perfectam, vel identitatem, ſeu diuerſitatem rationis cum ſimilibus.

CAPVT DCCCCXXXVIII.

Opinio Iudicis an habeatur pro perfecta ſcientia, ſi pronunciauit iuxta formam calculi in actis exhibiti per peritum ab eo electum, quamuis illius tenorem non viderit. ¶ Et quo caſu notitia intellectualis æquiparetur notitiæ ſenſuali, itaut comperta veritate, ſententia ſit valida. ¶ Iudex an debeat pronunciare ſuper cauſa reſtitutionis in integrum, ſeu reuiſione calculi, & ſimili, vel potius procedere ad vlteriora ſuper negotio principali executiuo ad euitandam appellationem. ¶ Reſtitutio ſemel denegata in beneficialibus an ſit amplius concedenda ex inſtrumentis de nouo repertis. ¶ Iudici atteſtanti de pertinentibus ad cauſam, in qua iudicauit an ſit credendum. ¶ Relatio periti ſtatim quod eſt poſita in actis an cenſeatur per Iudicem viſa, & cognita, & ſecundum illius tenorem iudicatum. ¶ Reuiſio calculi commiſſa Iudici an adimpleatur, ſi per peritum mandauit illum reuideri.

CAPVT DCCCCXXXIX.

Patientia quando habeatur pro traditione, ſeu adimplemento in iudicialibus. ¶ Poſſeſſio quo caſu dicatur acquiſita, ſi ſtat per eum, qui debet acquirere, & non acquirit. ¶ Et quid in litis conteſtatione, & ſimilibus, quando impedimentum attendatur. ¶ Appoſitio cuſtodis an operetur acquiſitionem poſſeſſionis, & rei traditionem. ¶ Et quando ſit neceſſe, vt talis cuſtos habeat animum poſſidendi pro eo, qui illum poſuit. ¶ Emens ex quibus dicatur noluiſſe accipere poſſeſſionem rei emptæ. ¶ Fructus recompenſatiui quando ſint præſtandi per emptorem venditori. ¶ Et an ſufficiat oblatio pretij. ¶ Et quid ſi adſit periculum euictionis. ¶ Vel impedimentum moleſtiarum. ¶ Vel inobſeruantia conuentionum. ¶ Vel non probetur perceptio fructuum. ¶ Vel ſi ceſſent moleſtiæ. ¶ Et ſequatur adimplementum. ¶ Res quando ſit habenda pro facta, ſi obligatus ad faciendum non curat facere id quod tenetur.

CAP. DCCCCXL.

Priuilegia poſtquam ſunt conceſſa an dicantur contra ius commune. ¶ Et quando in eis ſit neceſſaria clauſula non obſtantibus. ¶ In præcedentijs an attendatur obſeruantia. ¶ Et ſint fructus, & emolumenta poſſeſsionis rectoriæ. ¶ Conſuetudo, vt Canonici ſint in ſacris quando cenſeatur ſublata per priuilegium Summi Pontificis. ¶ Et quo caſu mentio ætatis ſit in eo repetita, itaut non debeat vlterius exprimi. ¶ Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, an ſit neceſſaria in actu de ſui natura præiudiciali. ¶ Decreta omnia Concilij Tridentini an ſint facta ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, itaut Papa poſſit facere quaſcumque gratias abſque illius derogatione. ¶ Conceſſio generalis ad inſtar aliarum dignitatum an ſit intelligenda, vt ſit conformis alijs, præter expreſſa. ¶ In diſpoſitione emanata vnicō contextu, & coniunctim an qualitas ætatis, vel ſimilis ſit repetita, tàm in prærogatiuis, quàm in ſede, & voce. ¶ Diſpenſatus quo ad principale, quando cenſeatur diſpenſatus quo ad omnia acceſſoria. ¶ Ordines ſacri an requirantur ad hoc, vt quis debeat admitti ad vocem in Capitulo tàm de iure communi,

Digitized by Google

ni, quàm iuxta concilium. ¶ Et ex quibus ſit illi derogatum. ¶ Legans cameram ſuam conductam, an intelligatur legare contenta in camera. ¶ Abbas patronus veteris Eccleſiæ an ſit etiam compatronus nouæ capellaniæ, quæ ibi ædificatur. ¶ Contentum quando ſequatur naturam cõtinentis. ¶ Et vnum veniat appellatione alterius. ¶ Et quando ſit abrogatum contentum, ſi abrogetur continens. ¶ Papa quo caſu dicatur ſe conformare diſpoſitioni iuris, & ſtatutorum.

CAP. DCCCCXLI.

Creditores, qui præuenerunt in capienda poſſeſſione, & ſubhaſtatione bonorum debitoris an poſſint impediri per mulierem ratione ſuæ dotis. ¶ Et quando illi detur retentio, donec fuerit ſatisfacta de dote ſibi per virum debita. ¶ Et an debeat præſtare patientiam, vt vendantur bona per eam retenta ad effectum, vt de pretio retrahendo creditum ſuæ dotis ſoluatur, deducto reſiduo pro poſterioribus creditoribus. ¶ In mandato delegatorio ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa eſt capta, an perpetuetur iuriſdictio quo ad illam ſolum, vel etiam quo ad omnes alias non ceptas. ¶ Iuriſdictio delegati in quibus caſibus non expiret per mortem delegantis. ¶ De capitulo ſuccedente Epiſcopo defuncto quo ad conſtitutionem Vicarij. ¶ Facultas conceſſa per Papam Protectori delegandi Iudicem an oporteat, vt iuriſdictio talis delegati non expiret per obitum eiuſdem Protectoris. ¶ Verba imperſonaliter prolata an faciant diſpoſitionem, tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. ¶ Hæres obligatus ad reinueſtiendum pecunias ad commodum legatarij, an teneatur ſtatim illas reinueſtire, & fructus ſoluere abſque interpellatione. ¶ Onus exequendi voluntatem defuncti an ſpectet ad hæredem, non dato executore.

CAP. DCCCCXLII.

Legitima auiæ, ſeu matris quo caſu ſit tertia pars totius hæreditatis, ſeu tertia eius quod habitura eſſet ab inteſtato. ¶ Filiæ excluſæ per ſtatutum an faciant partem in legitima matris. ¶ Et an illud habeat locum tàm ab inteſtato, quàm condito teſtamento. ¶ Et quando trahatur ad commodum aſcendentium. ¶ Vel ſolum ad fauorem eorum, qui rigore ſtatuti excluduntur. ¶ Legatum factum ſorori quando ſit detrahendum de legitima matris. ¶ Filia inſtituta in eo, quod ſibi debetur an poſſit petere ſolum tertiam tertiæ. ¶ Et ſi quid aliud petit an veniat iure accreſcendi. ¶ Et quando tale ius ſit excluſum. ¶ Priuatus, ſeu remotus à ſucceſſione, ſeu lucro an illud ſolum tranſmittat ad eum, cuius contemplatione remouetur, itaut nulli alij accreſcat. ¶ Nepos ſi inſtituat extraneum præterita ſorore, & inſtituta auia in eo, quod ſibi debetur, an illius legitima ſit tertia dimidiæ, & ſic ſexta, ſeu tertia totius. ¶ Statutum, quod mater non ſuccedat filio habenti fratres, an eam excludat, ſi vnus filius deceſſit fratre præterito, & extraneo inſtituto. ¶ Actus priuationis, an præcedat actum tranſlationis in alterum, vel ſit vnus, & idem actus.

CAPVT DCCCCXLIII.

Saluianum interdictum quando detur in pecuniis, & locis montium, & officiis vacabilibus, ſeu non vacabilibus, prout in ſtabilibus. ¶ Et quid in re ſubrogata loco alterius, in qua prius aderat hypotheca. ¶ In depoſito pecuniæ, vt tantundem reddatur an ſit tranſlatum dominium. ¶ Et quæ actio competat contra depoſitarium. ¶ Et quando talis pecunia habeatur pro conſumpta, & realiter ſoluta, & commixta. ¶ Et quo caſu illius repetitio ſit danda anteriori contra poſteriorem. ¶ Dos conſtituta per extraneum an habeat tacitam conditionem ſi matrimonium ſequatur. ¶ Pecunia reinueſtienda quando æquiparetur rei immobili. ¶ Et executio iudicati an poſſit in ea fieri, prout in ſtabilibus abſque iudicis decreto.

CAPVT DCCCCXLIV.

Ratificatio ſocietatis officij, quid debeat continere, vt præiudicet ratificanti. ¶ Et quomodo nominatio in ea ſit facienda, vt afficiat. ¶ Et quando per receptionem fructuum, ſeu petitionem ſortis principalis ſit comprobata. ¶ Et quo caſu fructus computentur in ſortem, ſi fuerit contracta ſuper officio, quod non vacabat, niſi per obitum plurium. ¶ Verba aſſertiua, & narratiua alterius diſpoſitionis quid operentur. ¶ Et quando ad illius limites ſint reſtringenda. ¶ Noticia partis contractus an inferat ad ſcientiam totius. ¶ Et quando illa præſumatur de omnibus contentis in inſtrumento in eo, qui potuit illud legere, & eius copiam accipere. ¶ Futura quando ſint conſideranda, & ad Iudicem pertineant. ¶ Societas qualiter poſſit contrahi ſuper officio alieno. ¶ Exceptio adimplementi per quem poſſit opponi, & an requiratur ſpeciale mandatum. ¶ Et cui incumbat onus probandi talem defectum. ¶ Et quando poſſit adimpleri capto iudicio. ¶ Et an iuuet adimplementum aliquorum promiſſorum, niſi omnia adimpleãtur. ¶ Obligatus dare fideiuſſorem loco abſentis, de qua abſentia debeat intelligi. ¶ Et ad dictam renouationem faciendam an requiratur citatio perſonalis. ¶ Dies, & annus poſitus in vno folio an cenſeatur in alio repetitus. ¶ Declaratio voluntatis domini-

an

an poſſit explicari per eum, qui non habet ſpeciale mandatum. ¶ Et an illud etiam ſit neceſſarium in renunciatione, ſeu diſdicta ſocietatis, prout in illa cōtrahenda. ¶ Agens ex contractu ſuo nomine celebrato, an illum approbet vnà cum perſona, quæ geſſit. ¶ Proſecutio iudicij cœpti per procuratorem non legitimum quam ratificationem inducat. ¶ Filiusfamilias in bonis eccleſiaſticis an habeatur pro patrefamilias, & ligetur ſtatuto Vrbis.

CAP. DCCCCXLV.

Dos minor legitima an dicatur congrua, ſi moribus ſit recepta. ¶ Pater an poſſit diſponere, vt filiabus volentibus contrahere matrimonium ſpirituale detur dos monachalis. ¶ Voluntas puellæ in eligendo monaſterium quomodo ſit intelligenda. ¶ Conuerſæ, ſeu ſeruitiales an ſint aſtrictæ ad clauſuram, & ad habitum, ac profeſſionem. ¶ Et an per eas augeatur numerus monialium velatarum. ¶ Dos ordinaria, ſeu extraordinaria, quæ dicatur. ¶ Et de differentia inter munera ordinaria, & extraordinaria, & ſeruos ordinarios, & Vicarios. ¶ Conſuetudo, & obſeruantia diſpoſitiua, ſeu declaratiua an reguletur à locis vicinis etiam in onetoſis. ¶ Dos quæ datur pro ingrediente monaſterium an debeat eſſe minor, quam ſi fiat matrimonium carnale. ¶ Prælati monialium qualiter poſſint taxare dotes.

CAPVT DCCCCXLVI.

Confeſſio debitoris relatiua ad inſtrumentum an illi præiudicet, ſi non appareat de debito. ¶ Et quando clauſula, quod relatio habeatur in omnibus & per omnia ad aliquam ſcripturam operetur, vt tenor illius ſit de verbo ad verbum repetitos. ¶ Reſeruatio dominij quem effectū habeat. ¶ Notarius ſtipulās pro omnibus & ſingulis quorum intereſt an acquirat actionem intereſſe habenti ſine ceſſione. ¶ Sors principalis quādo ſuccedat loco intereſſe pro ſecuritate eius, cui debet impleri. ¶ Verbum ſatisfacere quid ſignificet. ¶ Citatio domi dimiſſa copia quomodo ſit facienda, vt ſit valida. ¶ Et quando nullitas illius conualidetur per comparitionem partis, itaut etiam poſſit deueniri ad excommunicationem, non obſtante alia forma citandi data per ſtatutum. ¶ Appellatione partis quando veniat totū, ſeu dimidia. ¶ Et quid ſi adſit incertitudo, & veriſimilis mens contrahentium. ¶ Legans eam partem domus, quam habitabat, quo caſu cenſeatur legaſſe totam domum. ¶ Iuramentum litis deciſiuum, & promiſſorium an habeat executionem paratam. ¶ Appellatione anni an veniat totus, & perfectus annus, tam in præſcriptionibus, quàm in quacumque alia diſpoſitione. ¶ Statutum loquens de penſionibus, de quibus intelligatur. ¶ Error in facto proprio de longinquo an excuſet. ¶ Iuramentum litis deciſiuum an detur, ſi adeſt præſumptio obliuionis ſpatio decem annorum. ¶ Et an requiratur exceſſus decennij. ¶ Et quando ſit prius iurandum de calumnia, antequā quis teneatur reſpondere ſuper partito litis deciſiuo. ¶ Obligatus ad aliquid faciendum an teneatur facere ante petitionem. ¶ Obliuio an debeat attendi in facto proprio alteri obligatorio, etiam ſtante antiquitate temporis.

CAP. DCCCCXLVII.

Diuiſio facta gratia vberioris, & commodioris culturæ an faciat diuerſos fundos. ¶ Appellatione domus an veniat tota. ¶ Et quid in rebus incorporalibus, vſufructu, ſeruitutibus, & ſimilibus, & in materia retractus. ¶ Beneficium iuris congrui quando detur ſuper vna re vendita ſine alia. ¶ Et an inſpiciatur ſola neceſſitas. ¶ Vel publicus ornatus. ¶ Vel vicinitas à parte anteriori. ¶ Dictio quotquot quid ſignificet. ¶ Et an recipiat reſtrictionem de habilitate. ¶ Diſpoſitio loquens de vno caſu quando compræhendat alium. ¶ Promiſſio venditoris de faciendo conſentire omnem intereſſe habentem an intelligatur de vicino volente retrahere. ¶ Propter vitium vnius rei venditæ an omnes poſſint redhiberi. ¶ Legatum certi fundi quando contineat quidquid ſub tali nomine per teſtatorem nuncupabatur. ¶ Deſtinatio ſola patrisfamilias an ſufficiat ad conſtituendum, dilatandum, & limitandum fundum. ¶ In re vendita vnico pretio an ſit retrahenda pars, ſeu tota.

CAPVT DCCCCXLVIII.

Compenſatio, & retentio in quibus caſibus concedatur. ¶ Et an poſſit opponi per debitorem nomine ſocietatis, qui etiam ſit creditor nomine proprio. ¶ Et quando creditum debeat eſſe clarum, & indubitatū. ¶ Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi an ſit concedenda non obſtante ſententia lata, vel pendentia litis ſuper reſtitutione in integrum poſt tres conformes. ¶ Et an debeat denegari penſionatio, ſi beneficiatus probaret valorem beneficij eſſe minorem, quam fuit expreſſum. ¶ Deponens de facto proprio quam probationem faciat. ¶ Et an credatur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius. ¶ Pluralitas Inſtrumentorum an ſit præſumenda. ¶ Teſtes an dicantur conteſtes, etiam quo ad tempus, & locum, quamuis non ſe nominent tales. ¶ Quantitas mutui an probetur per iuramentum mutuantis, ſi conſtet de ſubſtantia mutui. ¶ Verba

di

di ſtare al male e'l bene, quid ſignificẽt. ¶ Veriſimilitudo in probationibus quid operetur. ¶ Teſtis deponens ſe ſcire, & poſtea dicẽs ſe neſcire an ſit ſibi contrarius. ¶ Vnus quãdo poſſit repræſentare duplicem perſonam. ¶ Actio ſpolij in quibus caſibus detur ſocio contra ſociũ. ¶ Et quando per eos incurratur pœna *l. ſi quis in tantam*. C. *unde vi*. ¶ Quilibet ſociorum quando habeat portionem cuiuslibet partis etiam minimæ in re communiter poſſeſſa. ¶ Et quomodo ſit prouocandum ad diuiſionem pro vſu portionis ſuæ abſque participatione conſocij. ¶ Iudicium executiuum an detur in habentibus ſimilem, & parem titulum prouenientem ab eodem fonte, ac perſona, & cauſa. ¶ Societas qualiter contrahatur inter cohæredes ſimul inſtitutos.

CAPVT DCCCCXLIX.

Minor an dicatur alienare transſigendo ſuper bonis, quæ prætenduntur deuoluta, ſi ea dimittat apud illum, cum quó tranſigit. ¶ Verba tranſactionis ſalua & reſeruata licentia ſuperioris quando tollant pœnam, & caducitatem. ¶ Alienatio facta ſub conditione, vel ſi & in quantum de iure poteſt fieri, vel ſi domino placuerit an dicatur alienatio, & præiudicet prohibito illam facere. ¶ Clauſula nec alias aliter nec alio modo quando inducat præciſam conditionem, & formam, itaut nulla incurratur caducitas, quamuis traditio eſſet ſubſecuta. ¶ Pœna incurſa propter alienationem an ſit ſublata per illius reuocationem. ¶ Et an dicatur facta incontinenti ante quæſtionem motam. ¶ Teſtator interdicens alienationem an cenſeatur voluiſſe prohibere tranſactionem. ¶ Et quo caſu illa ſit valida, & liget ſequẽtes vocatos.

CAPVT DCCCCL.

Dos & donatio inofficioſa re, & conſilio, quando reuocetur in totum, ſeu quo ad legitimam tantum. ¶ Et an competat talis actio filijs in vita parentum. ¶ Et quid ſi ipſi conſenſerint. ¶ Mater dotans vnam ex filiabus inofficioſè an dicatur dotare, ſeu donare. ¶ Filia an teneatur relinquere legitimam matri binubæ. ¶ Et an illa ſit deducenda ex lucro mariti, ſi dos eſt inofficioſa. ¶ Clauſula inſolidum cum alijs pactis ſolitis, etiam pœnalibus an poſſit apponi per procuratorem pro executione mandati. ¶ Propter euictionem rei in ſolutum datæ an ſit licitum redire ad primæua iura. ¶ Et quando res dicatur euinci, ſi poſſeſſio fuit ablata. ¶ Sententia prout in cedula quo caſu ſit nulla, & poſſit ſanari. ¶ Ignorantia Iudicis minoris ætatis, vel ſimilis defectus an operetur, vt ſententia per eum lata non ſit inualida. ¶ Poſſeſſio acquiſita ſeruatis ſeruandis quãdo debeat manuteneri. ¶ Teſtis vnicus an ſufficiat in poſſeſſorio plenario, ſeu ſummariſſimo. ¶ Et quando qualitas teſtis, quod ſit omni exceptione maior ſit probanda. ¶ In poſſeſſione rerum mobilium, an intret præſumptio continuationis, ſicut in ſtabilibus. ¶ Solutio de pecunijs proprijs, & poſſeſſio capta rei emptæ quando faciat præſumptionem ſimulationis de vna perſona ad aliam. ¶ Et an hoc caſu ſit probanda cauſa ſimulationis. ¶ Pecuniæ ſolutæ per manus alicuius an dicantur propriæ ipſius ſoluentis, vel potius quod tanquam miniſter ſoluerit. ¶ Confirmatio ſententiæ nullæ an faciat, vt amplius non poſſit opponi de nullitate illius parte non opponente. ¶ Et an ſufficiat oppoſitio generalis, ſeu etiam requiratur ſpecialis.

CAPVT DCCCCLI.

Confeſſio in ſcriptura priuata quam probationem faciat. ¶ Et quid ſi non adſit dies, & annus. ¶ Et quando per obſeruantiam ſit illa comprobata. ¶ Inæqualitas quo caſu excludat præſumptionem diuiſionis. ¶ Et qualis debeat eſſe huiuſmodi exceſſus. ¶ Cõfeſſio teſtatoris quando præiudicet hæredi. ¶ Diuiſio inter fratres an probetur ex libro æſtimi, & ex poſſeſſione decennali, & ex alijs coniecturis abſque ſcriptura. ¶ Verba vltra quid ſignificent. ¶ Executio obligationis cameralis quando retardetur ex ſolutionibus præſumptis. ¶ Quietatio pro fructibus pecuniarum, quas aliquis habet ad cenſum an faciat probationem, vt dicatur cenſus ad eum iure dominij ſpectare. ¶ Pluralitas actuum quando præſumatur. ¶ Nomen cenſus an ſit generale compræhendens plures contractus pecuniarum datarum ad cenſum. ¶ Bona aſſignata in diuiſione quando acquirantur ſine traditione.

CAPVT DCCCCLII.

Obligatio mulieris an ſit valida pro viro eximendo è carceribus, vel impediendo ne carceretur tàm in bonis dotalibus, quàm parafernalibus. ¶ Et quando poſſit ei concedi reſtitutio in integrum propter talem contractum. ¶ Et quid in filiofamilias obligante ſe pro patre ob ſimilem cauſam. ¶ Fideiuſſio mulieris an valeat, niſi fuerit ex cauſa vtili, vel ſufficiat veritas eiuſdem cauſæ. ¶ Emptor cenſus an teneatur probare verſionem pecuniarum in vtilitatem mariti, pro quo fuit impoſitus per vxorem. ¶ Filius an obligetur præcisè ad liberãdum patrem, vel ſolum ſub comminatione exhæredationis. ¶ Statutum Vrbis diſponens, quod reſcindatur contractus mulieris læſiuus, & iuramentum illi adiectum habeatur pro dolosè extorto an habeat locum in contractibus, in qui-

quibus hinc inde aliquid nõ datur, ſeu vnum pro allo non promittitur. ¶ Tempus contractus quando ſit conſiderandum pro illius validitate, non babito reſpectu eius, quod euenit. ¶ Decretum Iudicis quo caſu faciat præſumere, quod omnia ſint verificata. ¶ Minor quando ſit audiendus ſuper læſione tàm enormi, quàm enormiſſima.

CAPVT DCCCCLIII.

Fructus percepti per colonum in fundo locato an ſint obligati domino pro affictu, itaut ſit præferendus omnibus anterioribus creditoribus. ¶ Et quando ſcientia requiratur ad iſtum effectum. ¶ Et quid in bonis inuectis, & illatis in domo locata. ¶ Et an illa debeant eſſe incluſa in fundo, & non alibi tranſportata. ¶ Et an ſit facienda differentia inter fructus naturalca, ſeu induſtriales, quo ad hypothecam, quæ datur locatori. ¶ Colonus quo caſu habeat ius percipiendi fructus, itaut poſſit illud in alium transferre. ¶ Et quando requiratur, vt ſit habita fides de pretio. ¶ Et ex quibus dicatur habita. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Diſpoſitio *l. interdum. 5. ff. qui potior. in pign. habeant.* quomodo procedat. ¶ Locator quando poſſit ante diem habere proſecutionem rerum inquilini ſuſpecti quo ad ius pignoris, & exactionem penſionis. ¶ Et an pro aſſecuratione futuri affictus ſit ei cõcedenda prælatio in fructibus prædij locati.

CAPVT DCCCCLIV.

Vxor quando poſt mortem mariti poſſit retinere eius bona pro reſtitutione ſuæ dotis. ¶ Et an requiratur declaratio mutationis voluntatis circa cauſam poſſeſſionis. ¶ Mandatum de aſſociando an debeat concedi vigore clauſulæ conſtituti. ¶ Et an illud operetur mortuo conſtituente transferendo omnem poſſeſſionem naturalem, & ciuilem. ¶ Et quo caſu requiratur probatio poſſeſſionis eiuſdem conſtituentis. ¶ Statutum de continuanda poſſeſſione an habeat locum ſi poſſeſſio non eſt vacans. ¶ Et in quibus bonis concedatur. ¶ Fideicommiſſarius poſſidens auctoritate Iudicis, & docens incontinenti de iure ſuo an ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem. ¶ Sumptua litis an debeantur, ſi non conſtet de paupertate, & de magna præſumptione pro iure actoris pauperis. ¶ Et qualis debeat eſſe talis paupertas. ¶ Dos quando poſſit peti per vxorem vltra alimenta ſibi relicta, ſeu vſumfructum legatum. ¶ Et qualiter dicta alimenta ſint taxanda. ¶ Et quid in alimentis præteritis. ¶ Compenſatio quando ſit præſumenda in legato continente cauſam diuerſam à debito dotium. ¶ Maritus ao dicatur debitor dotis ex cauſa neceſſaria, ſeu voluntaria. ¶ Reſtitutio verbalia bonorum fideicommiſſi quando ſit neceſſaria.

CAP. DCCCCLV.

Identitas pecuniarum an probetur ex coniecturis, & indicijs. ¶ Et an ſufficiat breuitas temporis traductionis illarom de vno loco in alium, præſertim concurrente paupertate. ¶ Confeſſio veriſimilis an noceat tertio. ¶ Refectio ædificij quo caſu præſumatur facta ex pecunia paulo ante accepta. ¶ Ceſſio an requiratur ad effectum excipiendi, & retinendi. ¶ Res empta ex pecunia eccleſię quando illi acquiratur cum priuilegio tacitæ hypothecæ, & prælationis contra anteriores creditores. ¶ Et quid in pupillo, milite, & ſimilibus. ¶ Et an ſit neceſſe, vt emptio fiat per adminiſtratorem. ¶ Ædificium factum per aliquem in ſuo ſolo ex pecunija eccleſiæ an cedat ſolo, vel potius è contra ſolum cedat ædificio. ¶ Donans, ſeu legans aliquam rem an cenſeatur donare, ſeo legare tantum ius, quod in ea habet. ¶ Et quando hæres debeat liberare talem rem à cenſibus, & hypothecis, & alijs oneribus realibus, & ſeruitutibus in ea exiſtentibus. ¶ Et quid ſi donetur, ſeu legetur loco pio, ſeu coniuncto, & amico, & pro libertate, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, tàm de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Vendens cenſum quo caſu transferat aliquod dominium in emptorem, & an teneatur ad collectas, vel ſimilia onera. ¶ Dominus cenſus quando agat hypothecaria, & perſonali in rem ſcripta contra tertium, tàm pro futuris, quàm præteritis præſtationibus.

CAPVT DCCCCLVI.

Fideiuſſor datus de non offendendo in perſona, vel in rebus an poſſit conueniri ad pœnam derobationis bonorum, & homicidij. ¶ Quarta pars pœnæ, quæ debet ſolui Iudici an ſit debita ei, qui condemnauit, vel potius illi, qui ſententiam exequitur. ¶ Numerus plurium delictorum quando inducat numerum pœnarum. ¶ Et quo caſu pœna conuentionalis confundatur cum pœna delicti. ¶ Et an fiſcus poſſit agere ad totam pœnam conuentionalem ſine mandato partis, vel ſolum ad ſuam portionem. ¶ Et quid in legali ſibi, & offenſo applicanda. ¶ Pœna debita ex contracto treugæ an deſcendat ex cauſa ciuili, ſeu criminali. ¶ Ius accreſcendi an habeat locum, ſi para, vel fiſcus noluerit portionem pœnæ ſibi debitam. ¶ Conſuetudo dandi quartam partem pœnarum Iudici exequenti, non autem condemnanti an ſit valida, & qualiter probetur. ¶ Stylus in deciſorijs, & ordinatorija iudicij quam probationem requirat. ¶ Duplex pœna ſi reſultet

ex

Digitized by Google

ex aliquo malefacto ciuilis, & criminalis an vna coufundat aliam. ¶ Finis quando habeat relationem ad principium.

CAPVT DCCCCLVII.

Procnrator quando præindicet domino tàm in omittendo, qnàm in committendo. ¶ Sciẽtia tutoris quo caſu noceat pupillo, vt ad retractum non poſſit agere tranſacto tempore in ſtatuto præfixo. ¶ Agnati, vel affines quando ſint requirendi, ſi agatur cum perſona non habeute tutorem. ¶ Demonſtratio falſa an vitiet, ſi ex alijs conſtet de corpore. ¶ Conſtitutio iuris congrui quã ſcientiam requirat ad effectum retractus. ¶ Et an ſufficiat præſumpta, & extraiudicialis. ¶ Et an requitatur reproductio intimationis de re vendita retrahenda. ¶ Renunciatio beneficio retractus ex quibus colligatur. ¶ Et an mandatum ſpeciale in eo ſit neceſſarium. ¶ Ratificatio an valeat poſt ius alteri quæſitum. ¶ Et quãdo poſſit retrotrahi. ¶ Scientia officialis iu quibus dicatur ſcientia domini. ¶ Citatio ſi fiat matri ſimpliciter an intelligatur facta tutorio nomine, ſi illa erat tutrix. ¶ Purgatio moræ an detur poſt lapſum temporis legalis. ¶ Præparamenta ad ædificandum an ſufficiant ad inducendam ſcientiam domus venditæ. ¶ Expreſſio, quæ virtualiter ineſt, & quæ procedit ex uatura actus an habeat vim expreſſi. ¶ Prohibitus diſpoſitionem alterare quando poſſit aliquid addere, ſeu declarare. ¶ Dominus directus an habeat facultatẽ retrahendi rem ſub eius proprietate exiſtentem à quocumque emptore, etiam priuilegiato. ¶ Et an talis emptor teneatur intimare iſtam emptionẽ Domino ad effectum, vt poſſit repetere melioramenta per eum facta. ¶ Et an debeant eſſe neceſſaria, & vtilia copulatiuè, non autem vtilia tantum ad hoc, vt ſint reficienda per retrahentem. ¶ Et quid ſi ſint oneroſa excedentia pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur. ¶ Dolus an probetur ex coniecturis. ¶ Tempns datum ad retrahendum an habeatnr pro dennnciatione, & interpellatione. ¶ In meliorationibus non liquidis an ſufficiat cautio præſtanda de illis reficiendis. ¶ Modus in ædificando etiàm contra ius quando poſſit præſcribi per pactum, ſeu ſtatntum, & conſuetudinem. ¶ Et an ex ea ligentur clerici, & foreuſes. ¶ Conſuetudo an valeat, vt dominns non poſſit ædificare in proprio, & quod cogatur vendere vicino parietem. ¶ Error ſiue inris, ſiue facti quando non præiudicet. ¶ Scientia eius, qui patitur ædificari iuxta ſunm ſolum, vel in ſuo ſolo qnando illi noceat. ¶ Et an ſit præciſè probanda de tempore ædificij, non autem quod poſtea interuenerit. ¶ Interpretatio ex æquitate, & medioeritate quando ſit admittenda in coutractibns.

CAPVT DCCCCLVIII.

Immiſſio in poſſeſſionem bonorum iuxta *l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollen.* quando ſit concedenda filio naturali, ſeu legitimato hæredi inſtituto, & pro qna portione. ¶ Et quis dicatnr naturalis, vel ſpurius tam de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Statuta loquentia de naturalibus, & legitimationibus an habeant locum in natis ex famula. ¶ Teſtamentum patris an valeat, in quo inſtituit hæredem filium naturalem. ¶ Et quid ſi adſit proles legitima cum aſcendentibus. ¶ Vncia quando ſit danda filio naturali tam ex teſtamento, quam ex alio titulo donationis, vel ſimili. ¶ Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato an operetur coutra teſtamentum. ¶ Legitimatio non facta mentione filiorum quando ſubſiſtat. ¶ Et qno caſu recipiat latam, ſeu ſtrictam interpretationem. ¶ Filius an præſumatur potius naturalis, quam ſpurius. ¶ Moniales vulgo Bizzochæ an ſint perſonæ religioſæ, & ſubiectæ ſtatutis laicorum, & gaudeant priuilegio fori. ¶ Donatum, ſeu relictum per patrem filio ſpurio an cenſeatur ob cauſam alimentorum. ¶ Et quaudo natus ex virgine, ſeu vidua ſit habendus pro ſpurio, ſeu naturali. ¶ Et quæ ſucceſſio illi ſit debita in bonis patris.

CAPVT DCCCCLIX.

Cauſa iuſta, & probabilis an ſemper præſumatur in Principe, quamuis non ſit expreſſa. ¶ Ad concedendam aperitionem oris an ſola læſio ſufficiat. ¶ Subreptio, & defectus intentionis per quas clauſulas tollatur. ¶ Separatio thori inter coniuges, ex quibus ſit admittenda. ¶ Et quid in hoc operetur ratificatio coniugum, & conuentio reſtitutionis doris facta iu executionem ſeparationis thori per Papam conceſſæ. ¶ Mater quando cogatur præſtare alimenta filijs. ¶ Et quo caſu poſſint per eam repeti ea, quæ præſtitit à patre, ſeu ab alijs, ad qnos ſpectat onns alendi, etiam uulla facta proteſtatione. ¶ Cognitio cauſæ per Summum Pontificem expreſſa an faciat, vt non poſſint reuocari per eũ geſta tàm in matrimonio ſpirituali, quam carnali. ¶ Conceſſum pro bono patris an debeat eſſe perpetuum. ¶ Et an pro illius conſeruatione concedantur, quæ alias non concedereutur. ¶ Appellatio ad vtrnmque effectum quando ſit admittẽda in executiuis, & non obſtante clauſnla appellatione remota. ¶ Per admiſſionem iurium an circumducantur omnia prius geſta. ¶ Et quid ſi Index illa admittat abſque præiudicio actorum, & concluſionis in cauſa, & citationis ad ſententiam. ¶ Iudex inferior an renocet interlocutorias abſque reſcripto Principis. ¶ Proteſtatio, quando cenſeatur

tur

Digitized by Google

tur repetita in iudicialibus, ſeu in extraiudicialibus.

CAPVT DCCCCLX.

Reuocatio ſequeſtri tam tacita, quàm expreſſa quando operetur, vt poſſint conſignari bona ſub ſequeſtro accepta. ¶ Et quo caſu appellatio ſit concedenda ab illius reuocatione. ¶ Et ex quibus iniuſtitia eiuſdem ſequeſtri colligatur. ¶ Fideiuſſio ad omne mandatum Iudicis an debeat referri ad cauſam, pro qua fuit ſtipulata. ¶ Actua quando ſit præſumendus geſtus ex titulo præambulo, & in illius executionem. ¶ Iudex non admittens appellationem, niſi ſi & in quantum an cenſeatur illam admiſiſſe. ¶ Infamia an irrogetur ex condẽnatione criminis priuati, ſicut publici. ¶ Et quando ad iſtum effectum debeat adeſſe dolus, & non ſufficiat lata culpa. ¶ Teſtis quam probationem faciat, ſi dicat ſe velle exponere corpus pro eo, ad cuius fauorem deponit. ¶ Iudex an poſſit cognoſcere de cauſa, in qua alias non habebat iuriſdictionem propter dependentiam, & connexitatẽ, & neceſſariam conſequentiam. ¶ Obligatio fideiuſſoris an ſit perempta variata cauſa, vel actione. ¶ Promittens reficere expenſas in caſu ſuccumbentiæ an teneatur ad eas, in quibus actor fuit condemnatus finita inſtantia. ¶ Attentata poſt inhibitionem an reuocentur, ſi conſtat de bono iure eius, qui prætenditur attentaſſe. ¶ Mandatum Iudicis exceſſiuum an ſit in totum nullum. ¶ Et an executio vigore illius facta debeat etiam in omnibus retractari. ¶ Principali ſublato, quando tollantur omnia, quæ ab eo dependent. ¶ Teſtis depoſitio, quo caſu ſit concordanda ſi dixerit prius ſcire, & poſtea neſcire.

CAPVT DCCCCLXI.

Falſitas cauſæ quando reddat inualidam obligationem mulieris, etiam factam cum ſolemnitatibus ſtatutarijs. ¶ Vxor an poſſit retinere omnia bona mariti, donec ſibi ſoluatur ſuum creditum dotale. ¶ Statutum Vrbis an habeat locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi poſſet. ¶ Priuilegia quo caſu conquaſſentur inter priuilegiatos, tam ſi tractetur de damno, quàm lucro, & tàm in priuilegiatis in ſpecie, quàm in genere. ¶ Et quando recurrendum ſit ad ius commune. ¶ Clauſula conſtituto an faciat executorem mixtum. ¶ Obligatio mulieris cum viro an ſubſiſtat, quamuis fateatur pecuniam ad ſe perueniſſe, & illam verſam in ſui vtilitatem. ¶ Et quid ſi talis confeſſio ſit facta in figura iudicij. ¶ Præſumptio vna quando tollatur per aliam. ¶ Periti an præferantur teſtibus in materia æſtimationis. ¶ Cultura vineæ dotalis an ſpectet ad vxorem, ne detrimentum patiatur in dote ſuper ea hypothecata. ¶ Et quando intereſſe ſecundarium debeat attendi.

CAP. DCCCCLXII.

Liberatio fideiuſſorum, qui interuenerunt in prima ſocietate quando cenſeatur facta per debitum in alium tranſlatum, vel per ſocietatem contractam in renouationem, ſeu extinctionem primæ. ¶ Et quid in hoc operetur clauſulá citra præiudicium priorum iurium, & actionum. ¶ Dictio maximè quid ſignificet. ¶ Nouatio an fiat tam expreſsè, quàm tacitè ex coniecturis, ſeu actu incompatibili. ¶ Statutum Vrbis de contractibus mulierum an habeat locum in caſibus, in quibus ſequitur liberatio ipſo iure per legalem diſpoſitionem. ¶ Et an compræhendat contractus per meretrices geſtos. ¶ Et an illæ gaudeant priuilegio *l. unic. C. quand. imp. int. pupill. & vid.* ¶ Et quo caſu poſſit eis dati curator, prout prodigo, & furioſo. ¶ Et quando compræhendantur ſub ſtatuto, quod mulieres non poſſint capi, & quod compareant per procuratorem, & quod eis prouideatur de Aduocato, cum ſimilibus priuilegijs. ¶ Obligatio qualiter cenſeatur ſublata per ſolutionem. ¶ Proteſtatio quando dicatur contraria facto, itaut non debeat admitti. ¶ Soluens aliquid, vt ſtatim recuperet, an liberetur. ¶ Intellectus *l. qui ſic ſoluit. 55. ff. de ſolution.* ¶ Et *deciſionis Rot. coram Card. Pamphil. Romana anterioritatis. 23. Iunij* 1603. ¶ Solutio in quam cauſam præſumatur facta. ¶ Et quando debeat attendi cauſa antiquior, ſeu propria, & magis veriſimilis, & prout ipſemet creditor ſolueret, ſi eſſet debitor. ¶ Obligatus ex contractu, vel ſententia ad rem tradendam an liberetur re tradita, quamuis illa denuo ad eum reuertatur. ¶ Interdictio bonorum an poſſit fieri maſculis luxuriosè viuentibus. ¶ In renouatione ſocietatis quando ſint repetitæ conditiones, & qualitates in prima contentæ. ¶ Verba caſſans & irritans in quibus actibus ſint apponenda. ¶ Fideiuſſor an dicatur ille, ad quem peruenerunt pecuniæ, quamuis ſit principaliter obligatus.

CAPVT DCCCCLXIII.

Societas officij ante ratificationem an dicatur ſocietas, itaut faciat currere periculum vitæ. ¶ Et quando illius validitas conſideretur, vt eſt nunc, ſeu vt eſt tunc. ¶ Conſenſus ſuperueniens an debeat retrotrahi ad tempus actus geſti etiam in requirentibus ſpeciale mandatum. ¶ Ratificans quo caſu poſſit apponere legem magis ſibi viſam, & qualitates ſibi proficuas. ¶ Dictio ſuper an importet ius in re. ¶ Soluens de pecunijs

debitoris, quando poſſit reportare ceſſionem. ¶ Verbũ data an ſit temporis præteriti denotans actum perfectum. ¶ Ratificatio ſubſequens an retrotrahatur in actu penitus nullo, ſicut in eo, qui eſt validus. ¶ Et quando in ea poſſit aliquid apponi in præiudicium eorum, quibus fuit ius quæſitum. ¶ In ſocietate officiorum an ſolutio pecuniæ de ſtylo fiat ſtatim in ipſo contractu, ſeu poſtea. ¶ In materia depoſiti quid ſignificet verbum retinere.

CAP. DCCCCLXIV.

Socius quando poſſit ſine mandato ſociorum obligare bona communia. ¶ Actio de in rem verſo in quibus caſibus procedat. ¶ Pecuniæ dotales datæ marito cum expreſſa hypotheca mercium emptarum, & emendarum ante ſocietatem initam an poſſint ſocijs acquiri in præiudicium anterioris hypothecæ vxoris. ¶ Conditio poteſtatiua quando retrotrahatur ad tempus conuentionis in præiudicium tertij propter priuilegium dotis. ¶ Pecunia data ſocio an poſſit repeti à conſocio, quamuis cum eo non fuerit contractum, ſi illam recipiens conuertat eam in ſocietatem. ¶ Creditum priuilegiatum anterius quando præferatur poſteriori in auocando pecuniam exactam. ¶ Hypotheca anterior mulieris an ſit præferenda quibuſcumque poſterioribus etiam erogantibus pecunias ad emptionem militiæ. ¶ Et quid in fiſco, & cauſa Primipilari. ¶ In generali obligatione an veniant merces, & alia venialia. ¶ Æs alienum quando prius ſit deducendum ante portionem ſocij debitam. ¶ Obligatio, & actio quo caſu debeat retrotrahi ad diem promiſſionis. ¶ Hypotheca ſpecialis an operetur prælationem ad fauorem eius, qui illam ſibi reſeruauit. ¶ Promiſſio de ſe obligando pro reſtitutione dotis an ſit eadem cum ipſa obligatione, itaut poſſit agi, antequam promittens obligetur. ¶ Res empta de pecunia dotali quo caſu efficiatur dotalis. ¶ Diſpoſitio *l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. habeant.* an procedat vbi ceſſat ſuſpitio antidatę. ¶ Actio hypothecaria quando exerceatur contra quemcumque poſſeſſorem.

CAP. DCCCCLXV.

Conſuetudo contraria ſtatuto quando ſit valida. ¶ Et quod tempus requiratur. ¶ Et quo caſu ſit neceſſaria ſcientia ſuperioris. ¶ Vel ſufficiat ſcientia officialium. ¶ Statutum Vrbis excludens fœminas propter maſculos an habeat locum in diſtrictu. ¶ Lex ſeu conſtitutio, quando tollatur per non vſum. ¶ Et quomodo illius probatio ſit facienda. ¶ Hæreditas quando deferatur indiſtinctè tàm maſculis, quàm fœminis. ¶ Confirmatio ſtatutorum Vrbis præſeruans ſtatuta particularia locorum an debeat etiam præſeruare conſuetudines illorum. ¶ Fideicommiſſum relictum duobus cũm expreſsione nominis collectiui an ſit debitum, ſi conditio in perſona vltimi tantum extiterit. ¶ Perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris poſsit excludere ſubſtitutum, qualis dicatur. ¶ Poſiti in conditione quando cenſeantur vocati. ¶ Et an ſit admittenda coniectura, quod ſint legitimi, & naturales. ¶ Et an vocentur ad perſonam patris, & patrui. ¶ Remotior in gradu, quo caſu excludat proximiorem. ¶ Tranſmiſſio fideicommiſsi conditionalis quando fiat ad hæredes. ¶ Et an illa habeat locũ in ſubſtitutione iuncta cum iure accreſcendi. ¶ Subſtitutus quando excludatur per fœminam probibitam per ſtatutum ſuccedere.

CAP. DCCCCLXVI.

Obligatio fideiuſſoris quando extendatur in futurum, & de vna cauſa in aliam, & mutata re, actione, & Iudice. ¶ Verba liberè ſoluere ad omne mandatum Domini an excludant exceptionem prouenientem ex conſenſu non præſtito. ¶ Sententia, confeſsio, liberatio, renunciatio, tranſactio, vel ſimilis actus quando proſit, vel noceat alteri, quamuis ex eadem cauſa plures eſſent inſolidum obligati. ¶ Quietatio ſororis facta vni ex fratribus de hæreditate paterna, an illam excludat, vt non poſsit petere portionem ſuam à cæteris fratribus. ¶ Liberatio de omni eo & toto, quod eſſet debitum an iuuet alterum correum inſolidum obligatum. ¶ Et quando talis debitor cenſeatur ſoluiſſe pro toto debito, & non pro parte. ¶ Exceptiones competentes principali quãdo ipſo inuito dentur fideiuſſori. ¶ Solutio, ſeu acceptilatio partis debiti an diſſoluat totam obligationem. ¶ Interpretatio in dubio an ſit facienda pro eo, qui debet recipere alimenta, & ad fauorem illius, qui liberauit, itaut minus cenſeatur renunciaſſe. ¶ Cauſa ſolutionis an probetur ex coniecturis, ſicut ſolutio.

CAPVT DCCCCLXVII.

Venditor quando poſsit vendicare res venditas, & pretium illarum, quamuis habuerit fidem de pretio. ¶ Et quid ſi emptor habebat animum eamdem fidem frangendi. ¶ Et quomodo ad hunc effectum dolus præſumatur. ¶ Et ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe ad cognoſcendum, vt mercator emens ſit in dolo cedendi foro. ¶ Teſtes quando probent contra producẽtem ¶ Cre-

ditor

ditor quomodo dicatur ſucceſſor ſui debitoris, & debeat vel iure illius cum ſua cauſa, & vitijs. ¶ Separatio ex diuerſitate ſactorum an detur, itaut non ſit ſuſpenſa executio vnius cauſæ ab alia. ¶ Mandatum continens ſolutionem faciendam alicui tanquã ſactori, an operetur, vt ſolutio dicatur ſacta taxatiuè in cauſam negotij ſactoriæ, vel potius demonſtratiuè. ¶ Exceſſus quando ſit inutilis non exiſtente neceſſitate. ¶ Et an onus illam probandi incumbat mutuanti eccleſiæ, ſi ex alijs redditibus poterat per eam debitum ſolui. ¶ Impugnans aliquem actum an ſit excluſus ab omni cõmodo, & vſu illius. ¶ Contrahens cum aliquo tanquam cum hærede an poſſit poſtea negare illum eſſe talem. ¶ Socius quando teneatur inſolidum pro conſocio, tàm inter eos, quàm reſpectu contrahentium, & tàm ſi ipſi gerant actus ſociales per ſe ipſos, quam per inſtitores. ¶ In ſocietate ſingulari an ſocius teneatur de pecunijs verſis in cauſam, & vtilitatem illius. ¶ Et quo caſu vnus ex ſocijs habeat mandatum ad obligandos ſocios, ne in plures diſtringatur qui cum vno contraxit.

CAP. DCCCCLXVIII.

Obligatio cameralis ex quibus dicatur vulnerata, itaut amplius pro ea non detur executio. ¶ Et quando illa poſſit retardari per appellationem. ¶ Clauſula ſi quid exequendum an præſeruet viam executiuam, & impediat effectum ſuſpenſiuum appellationis. ¶ Tranſportatio actorum, tam coram Iudice à quo, quàm in alio iudicio, & cauſa ad quem ſpectet. ¶ Et an præſumatur integrè ſacta. ¶ Et quando omiſſio talis tranſportationis vitiet ſententiam, ſi ſine illis actis poſſet iuſtificari, vel ſi eſſent irreleuantia. ¶ Nouatio an inducatur per delegationem. ¶ Et quæ ad iſtum effectum requirantur. ¶ Pactum conductoris de reſtituendo apothecam, & domum liberam an ſit indiuiduum. ¶ Et quando natura diſpoſitionis copulatiuæ ſit verificanda in vtraque parte. ¶ Appellatione domus, & ſundi an veniat tota domus, & totus ſundus. ¶ Prohibitio circa totum an verificetur in qualibet parte, ſiue totum ſit integrale, ſiue vniuerſale. ¶ Verba manere, ſtare, manſio, & ſtatio quid ſignificent. ¶ Per clauſulam quam & quas an ſit commiſſum totum negotium principale. ¶ Locatio plurium rerum ſub vnico pretio, ſeu diuiſo in ſingulas res an dicatur vnica. ¶ Res diuidua quando poſſit fieri indiuidua ex voluntate contrahentium.

CAPVT DCCCCLXIX.

Conſanguinitas quando ſit probanda in genere, ſeu in ſpecie cum diſtinctione graduum, ¶ Filius an præſumatur legitimus, & agnatus, itaut non teneatur probare qualitatem legitimitatis. ¶ Et ad hunc effectum tempus antiquum quale dicatur. ¶ Et quando ſufficiant teſtes de auditu deponentes ſuper conſanguinitate tàm in materia ſucceſſionis, quàm pro dirimendo matrimonio. ¶ Et cuius qualitatis illi debeant eſſe. ¶ Identitas an ſit probata eo ipſo, quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco. ¶ Scriptura patris ſine teſtibus an ſit valida ad fauorem filiorum, & piæ cauſæ. ¶ Verbum volo, ſeu relinquo quando contineat præparationem ad diſponendum, vel diſpoſitionem. ¶ Teſtator mandans legatarias eſſe alendas expenſis hæredis quando cenſeatur ſe reſtrinxiſſe ad fructus rerum legatarum, ſeu reliquiſſe plena alimenta. ¶ Et quo caſu illa licitè remittantur. ¶ Renunciatio iuris quærendi, ſeu tacita remiſſio iuris mulieri competentis an poſſit per eam fieri abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Et quando illud habeat locum in quacumque diſpoſitione eidem mulieri læſiua. ¶ Diſpoſitio teſtatoris, quod hæres debeat tenere aliquem domi ſuis expenſis an idem importet, ac ſi alimenta eſſent ei explicitè relicta.

CAP. DCCCCLXX.

Coniecturæ in quibus caſibus faciant euidentem probationem. ¶ Et quando ex illis probetur dominium. ¶ Iuſta cauſa credulitatis quæ dicatur, vt quis ſit excuſandus à dolo, & culpa, & pœna. ¶ Et quid in hoc operetur communis opinio, & fama, & aſſertio perſonæ grauis, nobilis, & probatæ vitæ. ¶ Pœna futuri delicti an poſſit minui, ſeu in totum tolli. ¶ Verba per manus quomodo intelligantur. ¶ Perſona nominata, ſeu potius contemplata in aliqua diſpoſitione an debeat attendi ad effectum percipiẽdi commodum, vel incommodum negotij geſti. ¶ Et ex quibus talis contemplatio præſumatur. ¶ Emendatio damni in foro contentioſo an ſit facienda ex lege aquilia, quæ tendit ad conſeruationem patrimonij, licet quis non teneretur in foro conſciẽtiæ. ¶ Remiſſio iuris futuri an poſsit fieri in præiudicium tertij. ¶ Emptores gabellarum an habeant iura Principis, & fiſci. ¶ Et quando dominium rerum, quæ incidunt in commiſſum, ad eos tranſeat. ¶ Et quo caſu poſſint facere compoſitiones, ſeu gratias de pœnis, in quas incurrunt fraudantes gabellas. ¶ Habens furnum, molendinum, ſeu hoſpitium in aliquo loco an poſsit prætendere aliquod damnum, ſi ibidem aliquis velit aliud hoſpitium, ſeu molendinum ædificare. ¶ Fideiuſſor an ſit principalis tàm reſpectu eius, ad cuius fauorem fideiuſsit, quàm illius, pro quo eſt facta fideiuſſio. ¶ Damnum illatum

in prædijs, quando ſit reſarciendum dominis præuia æſtimatione peritorum. ¶ Et in quo illud differat à lucro, etiam radicato.

CAPVT DCCCCLXXI.

Donatio facta per ingredientem religionem an reuocetur propter non emiſſam profeſſionem. ¶ Et quo caſu illa tranſmittatur ad hæredes, & ſit perpetua, & irreuocabilis non obſtante læſione, quamuis ſit facta per minorem. ¶ Et quando ingreſſus ſit cauſa finalis, ſeu impulſiua, ſi etiam donetur propter conſeruandam agnationē. ¶ Verba nec alias aliter nec alio modo quid ſignificent. ¶ Donatum filio quando dicatur datum potius patris contemplatione, quam ipſius filij. ¶ Pater, & mater an ſuccedant æqualiter in bonis donatis filio, ſiue ſimus in quæſitis ex linea paterna, ſiue materna, ſiue tranſuerſali, ſiue vndecumque prouenientibus. ¶ Intellectus *auth. defuncto. C. ad tertull. & l. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber.* ¶ Et in quibus caſibus procedant. ¶ Filius in bonis aduentitijs, & alijs, quod ius habeat tam ante Iuſtinianum, quam poſtea. ¶ Vterinus frater an ſuccedat fratri in bonis à matre profectis excluſo fratre conſanguineo. ¶ Poſt donationem an bona donata ſint transfuſa in bonis donatarij, itaut habeantur pro vnico patrimonio, & vna hæreditate. ¶ Et quando in illius delatione ſit ſpectanda origo, vnde bona deueniant, vel ſolum perſona acquirentis. ¶ Succeſſio in bonis filij an ſit magis debita matri, quàm patri. ¶ Et in dubio quid ſit iudicandum.

CAPVT DCCCCLXXII.

Dies quando intelligatur à media nocte præcedente vſque ad mediam noctem ſubſequentem iuxta *l. more romano. ff. de ferijs.* ¶ Et an illius diſpoſitio ſeruetur in Signatura, & Cancellaria, & in ſolutionibus, contractibus, conuentionibus, & quibuſcumque actibus. ¶ Et quid ſi agatur de officijs, & ritibus eccleſiaſticis, & feſtiuitatibus, an in eis incipiat dies à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas feſti. ¶ Statutum Vrbis mandans ſeruari ius ciuile Romanorum an ſit deciſorium. ¶ Pœna ſi duplicetur delinquenti in die feſto, an debeat duplicari ei, qui commiſit delictum de nocte illius feſti. ¶ Promittens ſoluere, ſeu ſe repræſentare certa die, etiam cum iuramento an dicatur obſeruare promiſſa, ſi ſoluat, vel ſe repræſentet vſque ad mediam noctem ſequentem. ¶ Inter diem, & noctem an detur medium, itaut poſſit dici nox ſtatim poſt ſonum Aue-Maria, vel dies paulò ante ſolis ortum. ¶ Et ad hunc effectum quid attendatur ſecundum vulgi opinionem. ¶ Et quando prima hora noctis computetur in tempore nocturno. ¶ Verba ſimpliciter prolata de die an intelligatur de die naturali.

CAPVT DCCCCLXXIII.

Teſtamentum an ſit validum, ſi fuerit conditum per relationem ad ſcripturam penes alium exiſtentem, & coram teſtibus traditam notario obſignatam. ¶ Et quid ſeruetur de conſuetudine. ¶ Et quando illa contra ius licitè inducatur. ¶ Hæredes quando palam ſint nuncupandi per teſtatorem, & per teſtes ſint exaudiendi. ¶ Et quo caſu talis nominatio, ſeu modus nominandi ſit de forma, itaut non poſſit aliter adimpleri. ¶ Dictio palam, omnino, euidenter, patenter, nominatim, & ſimilis quam ſignificationem habeat, & an excludat expreſſionem relatiuam. ¶ Copula quando reſoluatur in diſiunctiuam. ¶ Et quo caſu in copulatiuis omnium concurſus requiratur. ¶ Inſtitutio teſtatoris ſcribentis quem hæredem codicillis fecero hæres eſto, an valeat ſi poſtea in codicillis Titiū inſtituerit. ¶ Diſpoſitio *l. aſſe toto. 77. ff. de hered. inſtit. & l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat.* an ſit correcta, & quomodo intelligatur. ¶ Teſtamentum in ſcriptis quas ſolemnitates requirat. ¶ Appellatio ab interlocutoria an debeat continere expreſſionem cauſæ pro forma, itaut non ſufficiat expreſſio relatiua. ¶ Hæreditas quando poſſit dari in codicillis. ¶ Correctio legum quo caſu permittatur. ¶ Obſeruantia vnius loci an ſit extendenda ad alios. ¶ Et quando doctoribus de ea atteſtantibus ſit credendum. ¶ Comparatio litterarum quomodo ſit facienda. ¶ Et quæ ſolemnitates in ea requirantur, vt ſit valida. ¶ Clauſula codicillaris an operetur ſolum ſi adeſt defectus ſolemnitatis, non autem ſubſtantiæ. ¶ Particularis inſtitutio hæredis an æquiparetur legatis, itaut valeat ſi fiat nutu, & per coniecturas, & per relationem, prout valent legata, & fideicommiſſa. ¶ Conſuetudo teſtandi per relationem quomodo intelligatur. ¶ Et an res ad quam ſit relatio debeat eſſe indubitata, & non controuerſa. ¶ Et quando relatio habeatur pro genere expreſſi. ¶ Sermo qualificatus an ſit vnum caput indiuiduum. ¶ Et an qualitas debeat eſſe ſubſtantialis, itaut illa ſit verificanda.

CAPVT DCCCCLXXIV.

Mulier pro aſſecuratione ſuæ dotis quando poſſit agere, vt ſibi caueatur de reſtituendis bonis, in quibus habet hypothecam. ¶ Iudicium per patrem cæptum an tranſeat ad filium, quamuis non ſit eius hæres. ¶ In cauſa communi pluribus an poſſit vnus proſequi inſtantiam iudicialem per alium cæptam. ¶ Filij an admittantur ad reuocandam

dam alienationem bonorum maternorum per patrem factam nedum ipſo mortuo, ſed etiam eo viuente. ¶ Actio defendendi bona mariti, quæ datur vxori viuenti pro intereſſe ſuæ dotis, an poſt eius mortem continuetur in filios, itaut ad eos tranſeat inſtantia. ¶ Priuilegium fundi dotalis, quod habet mulier an ſit tranſmiſſibile ad hæredem. ¶ Reſtitutio vera an dicatur, ſi mulier agit ad dotem ob vergentiam viri ad inopiam. ¶ Et an diuitiæ ſuperuenientes marito faciant, vt talis reſtitutio dotis reuocetur. ¶ Interdictum recuperandę poſſeſſionis quando concedatur in proceſſu iudiciali. ¶ Et quo caſu competat hæredi, & contra hæredem. ¶ Prælatus quando validè agat nomine eccleſiæ, vt reſtituatur ad poſſeſſionem, qua fuit ſpoliatus ſuus anteceſſor, quamuis nunquam poſſederit. ¶ Vxor excommunicata an poſſit agere ad dotem, ſi vir ad inopiã vergit. ¶ Et quando filij vtantur iure matris excommunicatæ agendo vtilibus actionibus ad propriam vtilitatem. ¶ Prædium reſtitutum mulieri pro aſſecuratione ſuæ dotis ob inopiam viri ſi fuerit euictum, vel pereat, an loco illius aliud ſit eidem dandum. ¶ Iudex quando cogat patrem ad reſtituendam dotem filijs, ſeu ad illos alendum ex fructibus bonorum maternorum.

CAPVT DCCCCLXXV.

Solemnitates iuris communis, ſeu ſtatuti an ſint ſeruandæ per minorem donantem bona ſua extraneo propter ingreſſum religionis. ¶ Et quando illo deficiẽte donatio ſit reuocanda. ¶ Et an illa æquiparetur donationi cauſa mortis. ¶ Et an in ea requiratur inſinuatio. ¶ Et quid ſtante ſtatuto de donationibus inſinuandis. ¶ Volens ingredi religionem an habeat licẽtiam ſuis vti quo voluerit modo. ¶ Et qualiter iſta verba intelligantur. ¶ Dictio liberè quando inducat facultatem faciendi actum abſque alicuius requiſitione. ¶ Statuta requirentia decretum Iudicis in contractibus minorum an ſint fauorabilia, ſeu odioſa. ¶ Dominium rerum donatarum ob cauſam mortis an ipſo iure tranſeat in donantem, ſi donatio reuocetur cum repetitione fructuum, tàm pendentium, quã perceptorũ. ¶ Decretum Iudicis quando conualidet donationẽ minoris etiam ſi ſtatutũ illum habilitaret pro legitima perſona. ¶ Minor habens curatorem an poſſit donare cauſa mortis ſine illius auctoritate. ¶ Teſtamentum factum per volentem ingredi monaſterium an valeat ſine ſolemnitatibus iuris. ¶ In donatione ob cauſam facta per minores quando requirantur ſolemnitates ſtatuti, ſeu iuris communis. ¶ Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. c. 16.* an procedat ſolum in renunciatione facta ab ingreſſo monaſterium tempore nouitiatus, vel etiam quando eſt in ſæculo. ¶ Præiudicium aliquod an conſideretur in minore donante abſque ſolemnitatibas propter ingreſſum religionis.

CAPVT DCCCCLXXVI.

Status præſens quando ſit conſiderandus non habito reſpectu ad præteritum. ¶ Statutum de non admittendis ad Collegium eluem natum ex obſcuris parentibus quomodo intelligatur. ¶ Et an habeat locum, quamuis deſiſtant à negotiatione, & poſtea nobiliter viuant. ¶ Præſcriptio omnis maculæ, & quællus illiberalis, ſeu nobilitatis quo tempore præſcribatur. ¶ Filia mulieris ſcenicæ nata poſt dimiſſam talem conditionẽ inhoneſtam an poſſit dici filia mulieris ſcenicæ. ¶ Cõſtitutio mandans, quod filius, ſeu vxor banniti non poſſit ſtare in Ciuitate an procedat poſt illius obitum. ¶ Diſpoſitio loquens de primogenito, qui debeat ſuccedere in comitatu an habeat locum ſolum in filio nato poſt adeptam dignitatem comitatus, vel etiam in eo, qui ante illam eſt ortus. ¶ Communis exiſtimatio an faciat probationem circa nobilitatem, & honorificentiam. ¶ Progenitus ex ruſtico an poſſit dici nobilis. ¶ Filij an dicantur eſſe de genere vxoris, quæ poſt finitam ſuam lineam tranſtulit familiam, & omnia ſuà iura in virum, & patrimonium ipſius. ¶ Mulier quomodo dicatur ſequi conditionem mariti, itaut amittat propriam. ¶ Senatoris filius quis dicatur, ſi illius pater ſit amotus à ſenatu.

CAPVT DCCCCLXXVII.

Appellatione parentum, ſeu patris quando veniat auus etiam ex propria ſignificatione in quibuſcumque diſpoſitionibus. ¶ Patria poteſtas an cõcedatur etiam iudæis, ſicut chriſtianis. ¶ Et an illam retineat auus conuerſus ad fidem in filios, & nepotes non catholicos. ¶ Et quando de ea ſit habenda conſideratio in ſpiritualibus. ¶ Paruuli iudæorum an poſſint baptizari inuitis parentibus. ¶ Et quo caſu auus conſentiens baptiſmo nepotis præferatur contradictioni patris. ¶ Et quomodo intelligantur ad hunc effectum verba illa, quod conſenſus parentum, vel alterius ipſorum ſit neceſſarius. ¶ Et quando dictio altero verificetur ſolum in duobus. ¶ Filij patris infidelis an debeant potius aſſignari auo conuerſo propter conditionem magis proficuam animæ. ¶ Fauor religionis an debeat extendi de caſu ad caſum. ¶ Conſenſus matris an præualeat contradictioni patris quo ad baptiſmum dandum filio. ¶ Seruus an habeat liberum arbitrium nubendi filiam. ¶ Et an illa debeat obedire auo potius quam patri. ¶ Oblatio filij impuberis ad religionem an poſſit fieri per patrem inuito auo. ¶ Et quando poſſit

reuocari pupillus oblatus monaſterio per tutorem, vel per parentes. ¶ Et quo caſu tales inuicem ſe impediant.

CAPVT DCCCCLXXVIII.

Ius redimendi quando ſit ceſſibile. ¶ Et an illud habens ex pacto, ſeu mandato Iudicis præferatur vicino, & conſanguineo, qui ex ſtatuto poſſet vendicare rem venditam. ¶ Bona debitoris quando addicantur creditori, ſi non inuenitur emptor. ¶ Intellectus *l. 1. ff. de priuil. creditor.* ¶ Nullitas actus quando conualidetur ex iure ſuperueniente. ¶ Executio ſententiæ an poſſit peti coram primo Iudice, qui illam protulit intentando actionem iudicati. ¶ Lis quando dicatur finita per tres conformes, vel duas habentes vim trium. ¶ Obſeruantia interpretatiua quo caſu inducatur. ¶ Declaratio æſtimationis pretij tam in coactiua venditione, quàm in voluntaria an ſpectet ad Camerarium, & Magiſtros viarum iuxta formam bullæ iuris congrui. ¶ Et quid ſi fuerint latæ ſententiæ per alios Iudices, quam per dictos Magiſtros. ¶ Decretum irritans, quem effectum operetur. ¶ Induſtria perſonæ ex quibus cenſeatur electa. ¶ Et an Iudex appellationis ſubrogatus in locum primi poſſit facere illa, quæ talem induſtriam requirunt. ¶ Ius reluendi in deliberatione reſeruatum an ſit amiſſum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit reluere.

CAPVT DCCCCLXXIX.

Subſtitutio per verba reſtrictiua, tunc & eo caſu, vel ſimilia quando extendatur de vno caſu ad alium. ¶ Et quid ſi fiat de certo tempore an comprehendat alterum tempus. ¶ Ius ſubſtitutionis pupillaris an ſit tranſmiſſibile, itaut ſubſtitutus ſubſtituti ſit ſubſtitutus pupilli. ¶ Primus gradus ſubſtitutionis peremptus an excludat ſecundum. ¶ Mater an priuetur legitima per ſubſtitutionem pupillarem. ¶ Intellectus *l. quandiu. la 3. quæ eſt 68. ff. de acquir. heredit. & l. qui habebat. quæ eſt penult. ff. de vulg. & pupill.* ¶ Subſtitutio facta in morte plurium an verificetur, ſi vnus tantum moriatur, & alius non ſit natus. ¶ Et quid ſi illa fiat in caſu, in quo poſthumus non naſcatur an habeat locum poſthumo nato. ¶ Subſtitutio inutilis, & caduca quando faciat aliam vtilem. ¶ Teſtamentum an poſſit incipere ab expreſſa, ſeu tacita ſubſtitutione vulgari. ¶ Teſtator an videatur voluiſſe concedere plus ſecundis ſubſtitutis, quàm primis. ¶ Natura terminorum inuicem ſe opponentium an operetur, vt vno poſito in eſſe, alter remoueatur. ¶ Subſtitutus vltimus quando ſit admittendus, ſi non fuerit conditio in forma ſpecifica adimpleta.

CAPVT DCCCCLXXX.

Electio periti ad effectum ſciendi valorem domus, cuius prætenditur retractus ſine præiudicio iurium eligẽdorum, an inducat conſenſum tacitum, ſeu expreſſum ſuper eodem retractu. ¶ Et quando clauſulæ præſeruatiuæ iurium dicantur contrariç facto. ¶ Monachus an poſſit eſſe teſtis pro monaſterio, ſi ſit illius procurator. ¶ Probatio dubia qualis dicatur. ¶ Et quando repellat teſtem ſuper ea deponentem. ¶ Conſenſus præſtitus, vt monaſterium poſſit domum retrahere pro illius ampliatione an debeat intelligi ſolum ad effectum illam incorporandi, vel etiam locandi, & in alios vſus conuertendi. ¶ Iuſtitia negotij principalis an faciat, vt recedatur à denegatione audientiæ, & clauſula ſublata. ¶ Conceſſio an ſit præſumenda ex titulo præambulo. ¶ Conſenſus requiſitus ad actum an debeat eſſe expreſſus, non tacitus. ¶ Et quando fauore Reipublicæ, ſeu Eccleſiæ tacens habeatur pro conſentiente. ¶ Pater an poſſit præiudicare filijs in aduentitijs.

CAPVT DCCCCLXXXI.

Auocatio cauſæ quando operetur attentata, & nullitatem eorum, quæ ſunt prius & poſtea geſta. ¶ Habens gratiam motu proprio an ſit præferendus omnibus alijs quamcumque ſignaturam habentibus. ¶ Hæres per aditionem abſque inuentario, quando contrahat veram obligationem de obſeruando quæcumque ad teſtatorem pertinentia. ¶ Et quo caſu teneatur ex contractu defuncti, vel quaſi contractu, tam reſpectu legatariorum, quàm creditorum. ¶ Inuentarium quando plenè probet contra conficientem. ¶ Et an ex illius omiſſione perdatur falcidia. ¶ Et quando illud ſit realiter producendum, itaut non ſufficiat eius indicatio. ¶ Et quid ſignificet verbum producere. ¶ Iudicia poſſeſſoria an dentur pro præſtatione, quæ ſoluitur ratione certæ rei. ¶ Et an pro ea competat hypotheca. ¶ Alienatio cenſuum an poſſit fieri ſine ſolemnitatibus. ¶ Et quando eccleſia dicatur eſſe in poſſeſſione illorum, itaut ſint incorporati tam in proprietate, quàm in poſſeſſione, & vſufructu. ¶ Diſpoſitio facta cum proteſtatione, & clauſula ſine præiudicio an ſit reuocata, quamuis poſtea fierent alij actus abſque tali proteſtatione.

CAPVT DCCCCLXXXII.

Beneficia reſeruata duplici reſeruatione an comprehendantur in facultate conferendi beneficia reſeruata. ¶ Poteſtas diſpenſandi quando ſit largè interpretanda. ¶ Clauſula generalis etiam ſi adſint aliæ quæcumque reſer-

Digitized by Google

reſeruationes, vel affectiones præter quam per obitum apud ſedem quare ſoleat apponi, & quid operetur. ¶ Legatus de latere an poſſit conferre beneficia vacantia in curia. ¶ Et quando illa veniant in indultis Cardinalium, & in facultate conferendi quæcumque beneficia reſeruata etiam motu proprio conceſſa. ¶ Verba generalia quando compræhendant maiora expreſſis, & illa, quæ de facili non eſſet quis conceſſurus.

CAP. DCCCCLXXXIII.

Variatio in legitima an detur filio, & illius ſucceſſori. ¶ Et quando in eam ſint imputanda omnia accepta ex bonis paternis, ſiue titulo legati, ſiue vſusfructus, ſeu alimentorum. ¶ Et an illius petitio tranſmittatur ad hæredes etiam extraneos. ¶ Intellectus *l. cum patronus. ff. de legat.* 2. ¶ Et an per eam limitetur *tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Detractio legitimæ an detur filio, ſi pater ei reliquerit hæreditatem, ſeu legitimam, & filius eamdem hæreditatem acceptauerit. ¶ Diſpoſitio *l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid.* in quibus caſibus procedat. ¶ Hæres filij an poſſit contradicere oneri iniuncto in legitima, ſeu trebellianica, ſi idem filius viuens illud non impugnauit. ¶ Et in quo differat tranſmiſſio legitimæ à grauamine in ea appoſito, itaut reiectio grauaminis ſit priuilegium perſonale ipſius filij non tranſitorium ad hæredes. ¶ Et quid in legitima patroni ſit ſtatuendum. ¶ Prohibitio facta filio, vt eius legitima non tranſeat ad fiſcum ex delicto per eum committendo an contineat prouiſionem ipſi fauorabilem, propter quam fiſcus in ea non poſſit ſuccedere. ¶ Et quando onus appoſitum in legitima admittatur, ſiue filius ſit maior, ſiue minor. ¶ Acceptatio legitimæ in bonis mobilibus an operetur, vt filius debeat accipere ſupplementum in ſimilibus bonis.

CAP. DCCCCLXXXIV.

Donatio facta per virum ſenem, & ignobilem vxori iuueni, & nobili an ſit valida conſtante matrimonio etiam ſine iuramento, & confirmatione obitus. ¶ Et an ſi fiat expreſsè propter benemerita cenſeatur etiam facta propter iuuentutem, licet de ea nihil dictum fuerit. ¶ Et an ſit reſeruanda per vxorem filijs primi matrimonij. ¶ Et quando poſſit detrahi etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis. ¶ Et quo caſu paupertas, & iuuentus mulieris compenſetur cum diuitijs mariti dotantis. ¶ Statutum Vrbis annullans iuramentum in donationibus de quibus intelligatur. ¶ Confeſſio mariti de dote recepta quando ſit ſimulata in fraudem creditorum. ¶ Donatio facta per patrem filio, vt contrahat matrimonium, tàm in genere, quàm cum perſona particulari an ſit ob cauſam finalem, ſeu impulſiuam. ¶ Et an poſſit reuocari propter ſuperuenientiam liberorum, ſeu ingratitudinem. ¶ Et quando in ea ſit neceſſaria inſinuatio. ¶ Et an debeat cõcernere commodum donantis, & cauſam neceſſariam, & vtilitatem tertij, vt non dicatur ſimplex, & pura donatio. ¶ Bona ſubrogata in locum rerum donatarum quando aſſumant naturam, & qualitates illarum. ¶ Et quid ſi euincantur an licitum ſit regredi ad permutata. ¶ Dotes quando habeantur pro magnis, ſeu modicis, tam antiquis, quàm noſtris temporibus.

CAP. DCCCCLXXXV.

Alienatio neceſſaria proueniens ex lege contractus, vt redemptio cenſus dotalis, vel ſimilis an poſſit fieri per maritum abſque conſenſu vxoris. ¶ Et quando in eum tranſeat dominium fundi dotalis. ¶ Vſufructuarius ſolus an redimat cenſum ſine interuentu proprietarij. ¶ Clauſulæ in perpetuum, & in infinitum quid operentur. ¶ Et an ſi illæ fuerint appoſitæ in cenſibus conſtitutis ante bullam Pij V. faciant, vt nunquam poſsint redimi. ¶ Et an dicta bulla compræhendat tantum cenſus creandos in futurum, non præteritos. ¶ Et quando lex noua extendatur ad caſos præteritos, qui expectant perfectionem in futurum. ¶ Procurator agens ſine mandato, vel cum mandato generali in negotio, in quo ſpeciale requiritur, an ſit puniendus tanquam falſarius, & condemnetur in damnis, & intereſſe. ¶ Actio an competat contra inuaſorem, quamuis habuiſſet mandatũ ad inuadendum. ¶ Spoliatus quando poſsit agere contra eum, cuius nomine fuit deiectus. ¶ Et quid in eccleſia, ſeu minore an conueniantur ſpolio per illos, qui ab eorum tutore, & Prælato fuerunt ſpoliati, tàm quo ad reſtitutionem poſſeſsionis, quàm quo ad alias pœnas.

CAP. DCCCCLXXXVI.

Teſtator quando poſsit excludere hæredem à ſua hæreditate caſu quo elegerit vitam ſacerdotalem ducere, itaut alter in eius locum ſuccedat. ¶ Bona an dicantur exire de familia per electionem clericatus ſæcularis, ſicut regularis. ¶ Vocatus in maioratu an ſtatim ſuccedat poſt ſuſceptionem ſacerdotij, ſeu profeſſionem monaci. ¶ Vel potius ſit expectanda mors naturalis. ¶ Hæres quando debeat luere res legatas obnoxias pignori. ¶ Et an præſumatur relictum ſolum ius, quod legans habet in re legata. ¶ Expenſæ veſtium lugubrium an ſint faciendæ vxori, & eius ancillis expenſis hæredis, ſeu vſufructuarij. ¶ Prælatus parcius viuendo

an

Digitized by Google

an ſibi acquirat, quod debuiſſet eapendete pro vſu ſuo, & familiæ .

CAPVT DCCCCLXXXVII.

Intereſſe de intereſſe, ſeu fructus fructuum, ſiue vſuræ vſurarum quando debeantur . ¶ Et quæ ad moram contrahendam ſint neceſſaria . ¶ Damnum emergens quando ſit permiſſum. ¶ Er qualiter probetur , vt iuridicè poſſit percipi . ¶ Er an ſufficiat oſtendere cenſus , & ſocietates officiorum factas per creditorem, qui paſſus eſt moram in ſolutione ſibi facienda. ¶ Lucrum quando licitè petatur per mercatorem. ¶ Er an debeat eſſe in potentia proxima habendo rem , ea qua tantum lucratus fuiſſet, tam in foro fori, quàm conſcientiæ . ¶ Appellatio an ſit admittenda ſi addatur nouum grauamen in ſententia alias inappellabili . ¶ Creditor an poſſit eaigere totum lucrum ceſſans, vel potius arbitrio boni viri .

CAP. DCCCCLXXXVIII.

Demonſtratio falſa quando vitiet legatum . ¶ Et quid ſi non conſtat de certo corpore eapreſſo nomine ſingulari . ¶ Æſtimatio rei alienæ legatæ , quando per hæredem ſit ſoluenda . ¶ Er quo caſu coniecturæ , & præſumptiones admittantur. ¶ Legatarij quando contribuant , ſi aliquod legatum non poteſt ſolui , ſiue conſiſtat in ſpecie , ſiue in quantitate. ¶ Locus in legato quando ſit appoſitus demonſtratiuè, ſeu taxatiuè . ¶ Et quomodo cognoſcatur iſta limitatio , ſeu demonſtratio. ¶ Et quem effectum operetur, quod diſpoſitio ſit facta ſub vnica conceptione verborum , vel ſub diuerſis orationibus . ¶ Legata de locis montium particularis erectionis, quando ſint ſoluenda per hæredem, ſi illa non exiſtãt. ¶ Et ex quibus colligatur error in teſtatore, ſi referat ſe ad diſpoſitionem, in qua veritas aliter ſe haberet.

CAPVT DCCCCLXXXIX.

Eacipiens de non implemento quando efficiatur actor , licet eſſet reus in principali iudicio , itaut teneatur probare exceptionem . ¶ Reuiſio an detur à relatione periti per alios peritiores . ¶ Solutio penſionis an retardetur ſtante obligatione camerali , donec per tres ſententias conformes in iudicatum tranſactas non ſit probatum non adimplementum . ¶ Appellatio an concedatur à liquidatione in materia executiua. ¶ Conductor ſciens ſtatum , & conditionem rei ſibi locatæ quando ſibi præiudicet, ſi ſpecialiter ſuper ea non proſpexerit . ¶ Locatio facta per patrem pro filio quando operetur acquiſitionem poſſeſſionis ad fauorem ipſius filij . ¶ Mater an poſſit priuare patrem vſufructu bonorum relictorum filio, tã expreſsè, quàm tacitè. ¶ Et quid ſtante ſtatuto Vrbis dante vſumfructum patri in bonis aduentitijs filij. ¶ Domus empta ex pretio alterius rei , & loco ipſius ſubrogata an ſit in dominio illius, ad cuius fauorem fuit facta ſubrogatio . ¶ Poſſeſſio quando acquiratur ea locationibus cum exactione penſionum .

CAPVT DCCCCXC.

Reſidentia in beneficijs quando requiratur. ¶ Et quo caſu habear locum pœna contra non reſidentes tam quo ad amiſſionem fructuum , quam priuationem . ¶ Et quibus tales fructus ſint applicandi . ¶ Et quid in prædictis diſponat , tam Concilium , quàm edictum Summi Pontificis in Vrbe publicatum . ¶ Et an per illud cenſeantur reuocata omnia priuilegia conceſſa Cubicularijs , & alijs exemptis ab huiuſmodi reſidentia . ¶ Decreta Concilij an indigeant ſpeciali reuocatione per Papam facienda . ¶ Citatio , & priuatio ſolemnis an requiratur contra beneficiatum non reſidentem. ¶ Vel ſufficiat monitio præcedens, & priuatio ſubſequens . ¶ Licentia conceſſa ad tempus quando contineat contrariam diſpoſitionem poſt illud finitum .

CAPVT DCCCCXCI.

Beneficium quando poſſit reſignari per eum , qui promotus eſt ad illius titulum ad ordines ſacros . ¶ Et an requiratur , vt aliunde viuere poſſit . ¶ Et an iſta qualitas ſit verificanda tàm in reſignatione facta in curia , quam extra . ¶ Et an ad iſtum effectum forma data per Concilium poſſit adimpleri per æquipollens . ¶ Clauſula conſtito, ſeu dummodo reſignans habeat vnde ſe alat an reſpiciat ſubſtantiam gratiæ. ¶ Et quando pro illius verificatione requiratur probatio clara, & aperta non autem præſumptiua. ¶ Verba dummodo , quando importent conditionem, ſi iungantur actui imperfecto. ¶ Beneficiati ſcandaloſè viuentes, quando priuentur beneficijs remota quacumque appellatione, & exemptione. ¶ Et in quibus caſibus poſſit ordinarius accipere eorum reſignationes . ¶ Actio ſpolij quando concedatur reſignanti contra reſignatarium, ſi reſignatio fuit nulla ob conditiones non adimpletas . ¶ Poſſeſſio canonicatus reſignati an ſit capienda per reſignatarium capitulariter . ¶ Et quid ſi caperetur de mandato eaecutoris litterarum Apoſtolicarum .

CAPVT DCCCCXCII.

Vſus vnius eccleſiæ quando ſit diuiduus , itaut poſſit alteri concedi . ¶ Puteus eaiſtens inter domum feudatariam , & domum propriam

Digitized by Google

ptiam directi Domini ad quem perrineat. ¶ Conceſsio de ſui natura præiudicialis an requirat derogationem regulæ de non tollendo iure quæſito. ¶ Iuriſdictio ordinarij quando efficiatur delegata. ¶ Summus Pontifex, & Epiſcopus, quo caſu concedat eccleſiã ſæcularem regularibus inuito Rectore. ¶ Qualitas nominis eccleſiæ, & illius ſituatio quando ſit narranda. ¶ Eccleſia parochialis quo caſu veniat ſub ſimplici nomine parochiæ. ¶ Ignorantia ex quibus tollatur, ſi fuerit narrara ſuperiori tota facti ſeries. ¶ Clauſula abſque præiudicio alicuius an intelligatur ſolum reſpectu eorum, quæ non ſunt in gratia expreſſa. ¶ Confirmans actum inualidum an faciat illum de nouo. ¶ Et quando confirmatio Apoſtolica operetur, vt diſpoſitio ſit papalis.

CAP. DCCCCXCIII.

Abſentes quando dicantur contrahere ſocietatem, ſi communiter poſſideant hæreditatem paternam. ¶ Communicatio in capitali, & proprietate an inferatur, ſi vnus ex fratribus ducat vxorem cum magna dote, & alter incumbat aduocationi, & vterque ponat in communi quæſita in dicto munere, & fructibus dotis. ¶ Pater an habeat aliquẽ vſumfructum in bonis per filium acquiſitis in ſeruitio Principis. ¶ Et quid ſi illa per eumdem Principem fuerint donata filio contemplatione patris, & propter illius merita. ¶ Et quãdo in eis alij fratres poſſint prætendere communionem. ¶ Societas vniuerſalis omnium bonorum ex quibus inducatur. ¶ Et an poſſit contrahi tacitè, ſicut expreſsè. ¶ Donatio maioratus facta per Principem com onere, vt deueniat ad ſucceſſores an ſit acquiſita tam primo donatario, quam ſequentibus, itaut illum habeant liberum abſque eo, quod aliquid pa ri quæratur. ¶ Clericus an debeat conferre bona ex rebus eccleſiaſticis acquiſita. ¶ Et quando illa habeantur pro peculio quaſi caſtrenſe. ¶ Societas reſpectu bonorum communium patriæ an inducat ſocietatem quo ad alia bonã in locis externis exiſtentia. ¶ Principes ſæculares habentes regalem dignitatem an fruantur priuilegijs Romano Imperatori cõceſſis. ¶ Argumentum à collatione bonorum ad ſocietatem an ſit validum. ¶ Peculium caſtrenſe, ſeu quaſi quando ſit communicandum inter fratres tam viuente patre, quam poſt obitum illius.

CAPVT DCCCCXCIV.

Hæres quando dicatur in mala fide poſt acceptationem legati, itaut non poſſit vnquam præſcribere. ¶ Forenſis an ligetur ſtatuto Vrbis loquente de præſcriptione. ¶ Et an illud habeat locum in tranſactione, & executione ſententiæ, ſiue laudi. ¶ Vitium litigioſi an perpetuo duret contra perſonas, aduerſus quas fuit iudicatũ. ¶ Poſt ſeu ante executionem ſẽtẽtiæ petitam quanto tempore præſcribatur. ¶ Et quando præſcriptio ſtatutaria reguletur iuxta eam, quæ cõpetit de iure communi, itaut ſemper ſit neceſſaria bona fides. ¶ Et quo caſu illa interrumpatur per recognitionem debiti.

CAP. DCCCCXCV.

Onus ſoluendi debita donantis, dummodo non excedant fructus ſuorum bonorum vnius anni an intelligatur de ſolutione facienda omni caſu, vel tantum conditionaliter, ſi non appareat de exceſſu. ¶ Argumentum à contrario ſenſu quando ſit validum tam in contractu bonæ fidei, quàm ſtricti iuris. ¶ Dictio dummodo an importet conditionem, ſeu modum. ¶ Er quando ſit ſimilis dictioni quatenus, & aduerſetur narratis. ¶ Penſio reſeruata dummodo non excedat tertiam partem fructuum, an propter exceſſum vitietur in totum, vel reducatur ad dictam tertiam partem. ¶ Penſio ſi reſeruatur per reſignantem beneficium in certa quantitate, & non alias an ſit indiuidua, itaut in minori ſumma deficiat illius conſenſus. ¶ Et quid in ea, quæ reſeruatur per Papam ſuper beneficio vacante per obitum.

CAPVT DCCCCXCVI.

Feudum obligatum per vaſſallum de conſenſu domini tam expreſſo, quàm tacito an poſt illius mortem ſit deuolutum cum onere hypothecæ, itaut idem dominus teneatur creditoribus, quibus per eumdem vaſſallum fuit hypothecatum. ¶ Et quando talis conſenſus debeat extendi etiam ad fructus, & intereſſe. ¶ Facultas obligandi bona pro dote conceſſa donatario an ſit intelligenda in ſubſidium, quatenus non habeat alia bona libera, in quibus conſiſtat obligatio. ¶ Et quid in inſtituente fideicommiſſum, & mandante dotari fœminas quando ſit præſumendum, quod voluerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis loquentis de dote ſubſidiaria.

CAP. DCCCCXCVII.

Diuiſio feudi, & vſus iuriſdictionis quomodo ſit facienda. ¶ Et quando Caſtrum poſſit adiudicari vni, & æquiualentia in bonis, ſeu pecunia dari alteri. ¶ Et an talis compenſatio ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt feudum, & liget etiam ſucceſſores. ¶ Diuiſio feudorum inferiorum an poſſit fieri non conſentientibus omnibus conſortibus. ¶ Et quo caſu ſemel facta, & effectum ſortita, & longo tempore obſeruata reſcindatur, & ex in-

tegro

tegro alia debeat fieri pro bono pacis, & ad preces ſubditorum.

CAPVT DCCCCXCVIII.

Impugnans inuentarium propter omiſſionem bonorum nõ deſcriptorum an teneatur probare, quod adeſſent alia bona per defunctum poſſeſſa tempore mortis. ¶ Singularitas teſtium an præiudicet, ſi tendat ad probandum, quod inuentarium non ſit ritè confectum. ¶ Et an hoc caſu ſit dandum iuramentum in ſupplementum. ¶ Procurator, ſeu negociorum geſtor an poſſit conueniri pro omiſſis, & neglectis, & de culpa etiam leui propter inuentarium non legitimè confectum. ¶ Dolus quando excludatur in eo, qui non deſcribit omnia bona in inuentario. ¶ Et quid operetur clauſula addendi, ſi apparebunt aliqua in eo omiſſa. ¶ Defectus ſubſcriptionis hæredis in inuentario an attendatur, ſi adſit decretum Iudicis. ¶ Et de ſtylo tribunalis Auditoris Cameræ. ¶ Et qualiter per notarios talis ſtylus probetur. ¶ Et quando conſuetudo loci debeat ſeruari circa ſolemnitates in inuentario adhibendas. ¶ Præſens confectioni inuentarij, & recipiens bona hæreditaria an dicatur illud approbaſſe.

CAPVT DCCCCXCIX.

Maſculi deſcendentes per fœminam an ſint compræhenſi in inueſtitura, in qua vocantur deſcendentes, & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ. ¶ Generatio maſculina an propriè verificetur in deſcendentibus per maſculos, non autem in deſcendentibus per fœminam. ¶ Conceſſio iuriſdictionalium an videatur potius facta contemplatione agnationis, ſeu propter ſexum virilem, itaut in ea contineantur maſculi ex fœminis. ¶ Iura maſculorum an minuantur propter inhabilitatem matris de medio, ſi illi veniant iure propriæ vocationis.

CAPVT M.

Executio obligationis cameralis, & datio in ſolutum quando poſſit impediri per tertium venientem ad cauſam. ¶ Et an requiratur, quod ille poſſideat. ¶ Et an debeat admitti pro ſuo intereſſe, ſi aliquid in actis ſit productum, per quod de eo conſtet, quãuis ad dicendum cõtra illud pars non fuiſſet citata. ¶ Vergentia viri ad inopiam an ſit probanda, vt ſit locus reſtitutioni dotis. ¶ Et quando ſufficiat ſemiplena probatio. ¶ Verbum producere quid ſignificet. ¶ Et in quo differat ab allegatione, ſeu repetitione. ¶ Diſpoſitio an vitietur propter incertitudinem tam agendo, quam excipiendo. ¶ Citatus ſi ſua putauerit intereſſe an habilitetur in cauſa, quamuis aliunde illud non probauerit. ¶ Notitia geſtorum an ſufficiat in actu, in quo quis poteſt lædi, itaut non requiratur alia citatio. ¶ Vxor vigore conſtituti in inſtrumento ſuæ dotis appoſito an impediat executionem creditoris, etiam non probata inopia mariti. ¶ Exceptio inobſeruantiæ an cõpetat illi, qui prius non adimpleuit, itaut teneatur ad obſeruandum promiſſa non ſecus ac ſi ei fuiſſet impletum. ¶ Promittens conducere granum quando incurrat pœnam ſi non conduxit propter non ſolutum pretium conductionis. ¶ De differentia inter conſtituentem ſe precario nomine poſſidere, & eum, qui ſe conſtituit poſſidere ad effectum, vt dicatur tranſlata poſſeſſio ciuilis, & naturalis. ¶ Et quid in promittente cum clauſula conſtituti, & precarij.

DISCEPTATIONVM FORENSIVM IVDICIORVM

STEPHANI GRATIANI ROMANI. V. I. D.

TOMVS QVINTVS.

EPITOME.

CAPTI in bello quando efficiantur ſerui. ¶ Et an ſit ſeruanda conſuetudo, vt iura captiuitatis, & poſtliminij non ſeruétur quoad Chriſtianos. ¶ Et quando illam teneantur Reges, & Principes, & Pontifices obſeruare in ſuis regnis. ¶ Et an Miniſtri regij, & eorum officiales valeant aliquid contra eam ſtatuere. ¶ Conſuetudo vniuerſalis quando habeatur pro lege. ¶ Iniuſte captus an poſsit aufugere, itaut non teneatur redire, & licitum ſit ei cooperari ad fugam. ¶ Manutentio an detur ſtante manifeſta poſſeſsione contra ius. ¶ Teſtamentum, & contractus quo caſu poſsit fieri per obſidem, & Chriſtianum captiuum. ¶ Compenſatio damnorum, & expenſarnm belli quando concedatur. ¶ Talleæ an licitè imponantur captis in pręlio, & poſsint cedi, & illas ſoluens repetat à captiuis. ¶ Et an ſit ſoluendũ pretiũ redemptionis, & qualiter illud ſit taxandum, & cui acquiratur. ¶ Pro redimendis Chriſtianis captis in bello grauatis bona reſtituere an liceat euertere fideicommiſſum. ¶ Res in bello captæ tam mobiles, quam immobiles, an efficiantur capientium, ſeu Principis. ¶ Et quomodo, & per quem ſint diuidendæ. ¶ Ratio quæ ſit, vt captiui efficiantur ſerui, & eorum bona ſint quæſita capientibus. ¶ Et quid ſeruetur tam inter Romanos, quam externos etiam in foro conſcientiæ. ¶ Lex qualis ſit, vt potentiores dominentur imbecillioribus tam in hominibus, quam feris beſtijs. ¶ Libertas an ſit cauſa pia & priuilegiata.

Stephani Gratiani

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani capti etiam in bello iuſto nõ ſubijciuntur de conſuetudine iuribus captiuitatis, & poſtliminij, nec habentur pro ſeruis, quicquid aliud ſit in bonis, quæ efficiuntur capientium. n 28. 29. & 30.*

2 *Conſuetudo vt nõ ſeruentur iura captiuitatis quo ad Chriſtianos viget in Francia, Hiſpania, Anglia, & alijs Regnis, & eſt valida, & vbique locorum ſeruanda. n. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Et de ratione. n. 9. & 10.*

11 *Conſuetudo vniuerſalis nõ indiget aliqua probatione. Et habetur pro lege, & pro ipſo iure communi, non autem conſuetudinario. & n. 12.*

13 *Reges an poſſint ſtatuere, vt in ſuis Regnis non ſeruetur conſuetudo, quod Chriſtiani capti in bello iuſto non efficiantur captiui. Et quid in officialibus Regijs. n. 14.*

15 *Miniſtri Regij deputati ad ius reddendum non poſſunt condere legem contra ius, & conſuetudinem vniuerſalem, quæ habetur pro iure.*

16 *Conſuetudo eſt tacitus conſenſus populi, & an per eam Princeps obligetur. n. 17. & 18.*

19 *Princeps quamuis non ligetur lege, ligatur tamen ratione legis.*

20 *Superior in dubio videtur velle ſequi legem & conſuetudinem.*

21 *Mauri Granatenſes baptizati, qui contra Regem Hiſpaniæ rebellarunt, ſi in bello capiantur, non poſſunt effici ſerui. & n. 22.*

23 *Minor baptizatus captus in bello magis debet gaudere libertate, & non redigi in ſeruitutem, & quid in capto tranſcurren-*

Digitized by Google

do, & non in actu dimicationis, & non ſuppoſito iuriſdictioni capientis. n. 24. & 25.

26 *Iniuſte detentus poteſt aufugere, neque tenetur redire, & licitum eſt cooperari tali capto ad fugam.*

27 *Manutentio non datur ſtante manifeſta poſſeſſione contra ius.*

31 *Teſtamentum, & quilibet actus poteſt fieri per Chriſtianum exiſtentem in captiuitate, & n. 32.*

33 *In obſide quando permittatur factio teſtamenti. n. 34. & 36.*

35 *Auctoritas indicentis bellum finitur per illius obitum.*

37 *Summus Pōtifex poteſt Chriſtianos captos in bello iuſto libertate priuare, & in ſeruitutem redigere, non obſtante contraria conſuetudine. Et compenſationem omnium damnorum, & impenſarum belli accipere. n. 38. & 39.*

40 *De pœna per Clem. V. impoſita contra Venetos, & ob quam cauſam, & de venia impetrata per Franciſcum Dandulum, dum ad menſam Pontificis proſtratus tanquam canis iacuit. n. 41. & 42.*

43 *Chriſtiani capti in bello quamuis non efficiantur ſerui, tenentur tamen perſoluere pretium redemptionis, & qualiter ſit illud taxandum, & quando cedat lucro capientium, ſeu Principis. n. 44. & 45.*

46 *Talleæ, quæ imponuntur captis in bello, an poſſint redi, & illas ſoluens repetat à captiuis. & n. 47.*

48 *Pro redimēdis Chriſtianis captis in bello grauatis bona reſtituere licebit euertere fideicommiſſum. & de ratione. n. 49. & 51.*

50 *Libertas eſt res ineſtimabilis, & cauſa pia & priuilegiata.*

52 *Ratio qua ſit, quod capti in bello fiant ſerui victoris, & eorum bona illis acquirantur. n. 54. & 55.*

53 *Lex eſt præfinita tam beſtijs, quā hominibus, vt potentiores dominentur imbecillioribus.*

56 *Non ſolum apud Romanos, ſed etiam apud externos ſeruatur, vt victores acquirant bona, & perſonas captorum.*

57 *Alexandri dictum poſt ſuperatum Darium.*

58 *Res in bello iuſto capta efficiuntur capientiū, etiam in foro conſcientiæ. Declara in rebus mobilibus. n. 61. Et quomodo, & per quem ſint diuidendæ. n. 59.*

60 *Bona immobilia acquiſita in bello acquiruntur Principi, & bellum indicenti. Intellige vt n. 62.*

CAPVT DCCCI.

IVRA captiuitatis, & poſtliminij non ſeruantur quo ad Chriſtianos captos, etiam in bello iuſto, & quo ad eorum perſonas, neque enim tales captiui
1 poſſunt haberi pro ſeruis, † quicquid aliud ſit
in rebus, & eorum bonis, in quibus iura antiqua firma permanent, vt illa efficiantur capientium, iſta eſt communis, & antiquiſſima, & vniuerſalis conſuetudo ſemper hucuſque admiſſa, de qua teſtatur *Abb. in c. 1. n. 2. de conuerſ. infidel. & in c. ſicut. quod eſt 19. n. 8. & ibi Bald. col. vlt. ad med. n. 13. Bellam. n. 20. in*
2 *fin. de iureiur.* † vbi de Rege Franciæ, & Hiſpaniæ, qui poſſunt propriè indicere bellum, tamquam habeant iura Principis, quamuis capti in tali bello quo ad Chriſtianos non efficiantur ſerui. *Idem Bald. in §. ſi ab hoſtibus, in fin. vbi Aret. n. 3. in fin. inſtit. quib. mod. ius patr. poteſtat. ſoluit. Bart. in l. hoſtes. 24. in fin. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Rebuff. in l. hoſtes ij ſunt, 118. in princ. vbi Alciat. n. 2. & 3. ff. de verbor. ſignificat. Idem Alciat. conſ. 4. in princ. lib. 5. tom. 2. fol. 65. Benedict. in c. rainutius in verb. & vxorem nomine adelaſiam. deciſ. 5. n. 262. & 263. de teſtament.*
3 *fol. 115.* † vbi etiam quod ita ſeruatur in Francia. *Ripa in l. obligatione generali. n. 19. de pignorib. Salic. in l. ab hoſtibus. la 2. n. 8. C. de poſtlim. reuerſ. & de redempt. ab hoſtib. Boer. ſuper conſuetud. Bituricen. §. 1. de*
4 *iur. perſonar. & deciſ. 278. n. 1. & 2.* † vbi de Rege Franciæ, Hiſpaniæ, & Angliæ, *poſt Angel in ſua diſputatione incip. renouata guerra* quæ eſt poſita poſt lectur. *Bald. ſuper inſtit. col. 9 verſ. vnde concludo. Couar. in c. peccatū. p. 2. §. 11. n. 6. de regul. iur. in 6. fol.*
5 *578.* vbi quod ita ſeruatur in Hiſpania † iuxta *leg. Reg. 1. tit. 21. part. 4. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 3. n. 2. fol. 105. Cepoll. de ſeruitut. vrban. prædior. c. 1. n. 4. Exea. de pact. n. 263. Caball. reſolut. criminal. caſ. 140. n. 35. & 36. fol. 319. Ang. in §. rurſus. n. 1. poſt med. verſ. in contrarium. vbi Zaſius. n. 14. inſtitut. de actionib. Becc. conſ. 14. n. 2. Petr. Gregor. Tholoſan. ſyntagmat. iur. p. 2. lib. 14. c. 3. n. 17. Iul. Ferret. de iuſt. & iniuſt. bell. n. 73. fol. 33. Io. Lup. de bello. §. ſi ſumus. n. 3. in fin. tom.*
6 *16. fol. 322.* † vbi de Rege Franciæ, & Hiſpaniæ. *Io. de terr. rub. contr. rebell. tract. 3. art. 10. Valaſc. conſult. 30. n. 3. Gaſp. Beat. de inop. debit. c. 2. n. 10. Franciſc. Arias de bell. c. 1. n. 160. Bellin de re militar. tit. 5. p. 1. n.*
7 *11. & p. 2. tit. 18. n. 1.* † Cæteros conſultò omitto, quia eſt concluſio ab omnibus approbata, de qua etiam latè per *Doctor. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* quam etiam tenent *omnes Summiſtæ in verb. bellum. vbi Silueſt. in princ. Angel n. 1. Caietan. col. 3. in fin. fol. 27.* & notat etiam *Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 5. dubitat. 4. n. 12. ad med. verſ. apud chriſtianos tamen. fol. 43. Ferrarius in l. filiusfamilias. col. 2. ff. de regul. iur. Iacob. Septimacenſis de inſtitut. catholic. c. 29. n. 1. Martin. Laudenſ. de bell. q. 19. Io. Lopius Segobienſ. de bell. & bellatorib. §. ſi ſumus. n. 4. Padill. in auth. res quæ. n. 97. C. commun. de legat.*
8 *fol. 87.* † vbi etiam, quod de hoc eſt *lex Regia 1. tit. 29. par. 2.*

Et quamuis aliqui dubitent de validitate, & ob-
ſeruantia huiuſmodi conſuetudinis, Tamen
iſta dubitatio eſt vana, & inanis, nam ſi non
ſeruaretur tenderet ad diminutionem fidei
Chriſtianæ, & ignominiam Summi Pontifi-
9 cis, & Imperatoris, † ideo erit valida, & ſer-
uanda in honorem libertatis, quam ſumus per
Chriſtum conſecuti, & ob fauorem Chriſtianæ
religionis, vt notat *Salic. in l. ab hoſtibus. la
2. n. 7. C. de poſtlimin. reuerſ. & redempt. ab
hoſtib. Aretin. in §. ab hoſtibus. in fin. inſtit.
quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.* vbi *Bal. in
fin.* atteſtatur quod contra eam non potuit ob-
10 tinere quidam Dominus Paduanus, † qui præ-
tendebat quoſdam captos in bello eſſe ſuos ſer
uos. *Idem Bald. in c. ſicut. il 3. vbi Abb. n. 8.
& Bellamer. n. 20. in fin. de iureiurand. Idem
Abb. in c. 1. n. 2. de conuerſ. fidel. Bart. in l. ho-
ſtes. 24. in fin. ff. de captiu. & poſtlimin. re-
uerſ.* iuxta *l. ſi quis ingenuam. §. vlt. ff. eod.
tit. Benedict. in c. raynutius. in verb. & v-
xorem nomine adelaſiam. decíſ. 5. n. 262. &
263. de teſtam. Caball. reſolut. criminal. caſ.
140. n. 35. & 36. Valaſc. conſultat. 30. n. 3. &
4. Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 5. n. 12. ad
med. Aloiſ. de Leo in l. 1. in princ. C. de poſtli-
min. reuerſ. Boſſ. de crimin. læſæ maieſtat. n.
123. & de captur. n. 57. Azor. inſtit. moral. p. 2.
lib. 2. c. 32. in princ. fol.* 133.

Et cum talis conſuetudo vbique locorum exiſtat
tanquam vniuerſalis, & ab omnibus approba-
11 ta, † & fundata in augmentum fidei & religio-
nis non indiget aliqua probatione, ſed haben-
da erit pro lege, & pro ipſo iure communi, &
non amplius pro iure conſuetudinario, prout
in ſimili *Alex. in l. poſt dotem. n. 25. & ibi Iaſ.
n. 105. poſt Bald. col. 2. ff. ſolut. matrim. Odof-
fr. & Ang. in l. dos à patre. C. eod. tit. Bal. in l.
1. in fin. C. de bon. quæ liber. Capic. decíſ. 176.
12 n. 18. vſque ad* 22. † vbi quod propter talem
generalitatem dicitur huiuſmodi conſuetudo
tranſiuiſſe in ius gentium, & ius commune
non ſcriptum *Dec. conſ.* 483. *pro reſolutione
litis. n. 20. Imol. in l. 1. col. 4. ff. ſolut. matrim.
Curt. Iun. de feud. p. 1. q. 1. n. 16. Maſcard.
cõcluſ. 423. n. 38. et concluſ. 428. n. 1. Theſaur.
decíſ. 190. n. 5. & 6.*

Neque obſtat, quod talis conſuetudo non liget
Regem Hiſpaniæ, qui poteſt ſtatuere vt illa
13 non ſeruetur in ſua ditione, † Quia interim
donec non conſtat de intentione Regis volen-
tis derogare huiuſmodi conſuetudini, non eſt
aliquid contra eam ſtatuendum, ſed erit ſer-
uanda, maxime quia iam ſupra oſtenſum eſt
ex *Couar. Valaſ. & alijs allegatis,* quod etiam
in Regnis Hiſpaniæ viget iſta conſuetudo, im-
14 mo adeſt *Lex Regia* 1. *tit. 22. partit.* 4. † con-
tra quam non potuit fieri aſſerta declaratio
Regiorum officialium, dum volunt, quod tales
Chriſtiani inuenti cum Turcis poſſint effici ſer
ui, cum ijdem Officiales non valeant ſtatuere
contra leges Regias, & quamuis habeant iu-
riſdictionem amplam, tamen iſta iuriſdictio
ſolum extenditur quo ad bona, in quibus ſunt
valida eorum ſtatuta, vt eadem bona fiant ca-
pientium, non autem quod capti ſint ſerui,
quia in hoc nullam penitus habent iuriſdictio-
nem, neque aliquid poſſunt ſtatuere. Ita in
ſpecie poſt *Innoc.* concludit *Bald. in c. ſicut.
il 3. col. 3. in fin. n. 9. verſ. item ait quod ha-
bens. de iureiuran.*

Et paſſim Miniſtri Regij, & ſimiles Officiales de-
putati ad ius reddendum non poſſunt condere
legem contra ius, prout huiuſmodi conſuetu-
do tamquam vniuerſalis habetur pro iure ip-
ſo communi, & non pro iure conſuetudinario,
vt dictum eſt *ſupr. n.* 11. contra quod ius non
15 valebit derogatio, † niſi fuerit facta per illum
qui haberet poteſtatem legis condendæ *l. for-
mam. C. de offic. præfect. prætor. Cin. in l. 2.
col. 4. verſ. tertio, circa hoc quæritur cum nos
habemus. C. quæ ſit long. conſuetud. Butr.
in c. fin. verſ. per hoc datur differentia. de
conſuetud. Alex. conſ. 36. n. 10. & 11. lib. 2. Aim.
de antiquit. tempor. p. 4. §. tranſeo. n. 36. verſ.
ideo magiſtratus. Rot. diuerſ. decíſ. 793. n. 3.
p. 1. dixi ſupr. c. 694. n. 53. vſque ad n. 56.*

Nec ſubſiſtit, quod conſuetudo ſit tacitus conſen-
16 ſus populi, † per quam nõ obligatur Superior,
quem ſicut non poſſunt ſubditi ligare per le-
gem *Bald. & Alex. in l. debitorum pactioni-
bus. C. de pact. Card. conſ. 2. Felin. in c. 1. col.
17 1. de conſtitution.* † Ita neque poterunt hoc
facere per conſuetudinem *Roland. de lucr. dot.
q. 83. n. 8. & 9. Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 13. n. 38. Rocc. de conſuetud. ſect. 8. q. 9.
n. 51.* Nam quando conſuetudo eſt fundata
18 ſuper ratione, & naturali æquitate, † tũc verius
eſt, vt etiã per illam Princeps ligetur *Bal. in c.
1. § fin. qui feud. dar. poſſ. Martin. Lau-
denſ. de Princip. notab. 305. Surd. de aliment.
tit. 2. q. 15. n. 59. &* 60. vbi quod Princeps quã-
19 uis non ligetur lege legis, † ligatur tamen le-
ge rationis *Bald. in l. 1. de conſtitut. princip.
Iaſ. conſ. 1. in 1. dub. lib.* 1. Maximè quia
tunc Princeps non ligatur conſuetudine ſubdi-
torum, quando non vult, ſecus ſi non apparet
20 de contraria voluntate, † nam interim præſu-
mitur in dubio velle ſequi conſuetudinem, &
legem *Gloſ. in l. digna vox. vbi Caſtr. C. de
legib. Bald. in l. 4. ff. ad leg. falcid. Roland.
de lucr. dot. q. 84. Picus in l. titia. §. titia cum
nuberet. n. 78. ff. de legat. 2. Surd. de aliment.
tit. 2. q. 15. n. 52. vſque ad* 63.

Et ita etiam in terminis caſus noſtri de Mauris
Granatenſibus baptizatis, qui contra Regem
Hiſpaniarum rebellarunt, ſi in bello capian-
21 tur, † quod non fiant ſerui propter ſupradictã
conſuetudinem concludit *Azor. inſtitut. mo-
ral. p. 3. lib. 2. c. 7. q. 27. fol.* 150. vbi quod ta-
li conſuetudini communiter receptæ tenentur
22 Regij ſtare, neque illi poteſt derogari, † niſi
per nouam legem ſuper hoc faciendã per Prin
cipem præuia illius facultate, & auctoritate,
maxime quia ſumus in eo, qui captus eſt in
23 minori ætate, † in quo nulla poteſt conſidera-

ri opera, aut conſilium in delinquendo contra Regios, quo caſu tanquam innocens magis debet gaudere libertate, & non redigi in ſeruitutem, vt notat *idem Azor. d. q. 27. poſt med.* Præſertim quia non ſumus in capto in actu dimi-
24 cationis, ſed tranſcurrendo † vt tradunt communiter *Doctor. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Franc. deciſ. 168.* Cum etiam ſimus in capto in alieno territorio, vel mari non ſuppoſito iu-
25 riſdictioni capientis, † nam locus captiuitatis dictus caput de leo non eſt in ditione Regis Hiſpaniarum *Ang. in d. l. 1. n. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Bellin. de re militar. p. 2. tit. 18. n. 12.*

Ex quibus ſequitur quod eſt pronunciandum pro libertate Chriſtiani carcerati, qui tanquam Chriſtianus ante captiuitatem nullo pacto potuit fieri ſeruus, ideo neque eſt reſtituendus Dominæ, quæ illum pro ſeruo detinebat, ſed erit dimittendus in ſtatu, in quo erat tempore
26 capturæ, † itaut tamquam iniuſtè detentus per eamdem Dominam potuerit aufugere, neque redire teneatur, cum etiam propter talem fugam non fuerit hic in vrbe iuſta illius carceratio, in huiuſmodi enim caſibus licitũ eſt nedum fugere, ſed etiam cooperari tali capto ad fugam *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 5. dubitat. 5. n. 18. 24. & 25. fol. 45. Sot. Nauar. Maior. Couarr. Mondragenſ. Angleſ. & alij, de quibus late Rebell. de obligationib. iuſtit.*
27 *lib. 1. q. 12. n. 3. cum ſeq fol. 77.* † Itaut ſtante manifeſta poſſeſſione contra ius, nulla detur manutentio *Bart. in l. ſi priuſquam. 17. ff. de nou. oper. nunciation. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. n. 89. ff. de acquir. poſſ. Rot. diuerſ. deciſ. 349. n. 5. & deciſ. 351. n. 1. p. 1.* Et
28 ita † ex prædictis fuit iudicatum per Congregationem Viſitæ, non obſtante vnius contradictione, tanquam conſuetudo, de qua agimus non ligaret Regem Hiſpaniæ, cui tamen rationi fuit plenè ſatisfactum ex ſupra allegatis, & cum ob potentiam Dominæ fuerit impedita excarceratio propter prætenſam iniuſtitiam huiuſmodi decreti, fuit habitus recurſus ad
29 S. D. N. Gregorium XV. † qui viſis omnibus prædictis mandauit non obſtantibus quibuſcunque procedi ad executionem decreti, prout executum fuit cum liberatione carcerati, in honorem libertatis, quam per Chriſtum ſumus conſecuti, cum pia mater Eccleſia eos liberos per baptiſmum regenerauerit in filios, itaut
30 nulla † ratione potuerint fieri ſerui, prout etiã vltra ſuperius allegata late comprobat *Cartagen. in propugnacul. catholic. de iur. bell. Roman. Pontific aduerſ. Eccleſ. iur. violant. lib. 3. c. 6. & 7.*

Obſeruandum eſt etiam in prædictis, quod cum
31 tales capti non efficiantur ſerui, † valebit teſtamentum per eos conditum in captiuitate, prout quilibet actus per eos geſtus, cum enim liberi maneant, non poſſunt priuari libertate faciendi quicquid eis placuerit argumento *l. qui à latronibus. ff. de teſtament. l. poſtliminium. 39. §. à priuatis. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. &* notat in ſpecie *Valaſc. conſul-*
32 *tat. 30. n. 9. & 16.* † vbi etiam quod ſunt capaces omnium acquiſitionum, & ſucceſſionum, & maioratuum, & miratur de quibuſdam Iudicibus non infimæ claſſis, immo etiam Senatoribus, qui non ſemel contrarium iudicarunt, & quidem mirandum eſt, cum etiam in terminis habeamus doctrinam *Bald. in l. 1. q.*
33 *13. n. 19. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* † vbi loquitur de obſide, quando poſſit teſtari, aut enim inquit, ſunt obſides Populi Romani, ſeu Imperatoris, & non poſſunt teſtari, quia iſti fiunt ſerui, Aut aliarum ciuitatum, & non fiunt ſerui, etiamſi bellum eſſet iuſtum, nam quamuis liceat inferioribus indicere bellum, tamen non licet facere, quod obſides, & capti in bello fiant ſerui detinentium, vt notatur in *c. ſicut.*
34 *de iureiuran.* † & ſubdit *ibid. Bald.* audiuiſſe ab Aduocatis antiquis Peruſij; quod ibi fuit quæſtio de hæreditate Burgaritij de Martiano Comitis, qui fuit captus à Piſanis in conflictu de Monte catino, qui fecit teſtamentum in carcere Piſanorum in domibus de Famigliatis, ibique deceſſit, nam cum guerra illa fuiſſet indicta ab Imperatore Henrico, iuſtum fuit
35 bellum, † verumtamen per mortem eiuſdem Henrici finierat auctoritas indicentis *l. 4. ff. locat.* vnde quia Borgaritius fuit captus mortuo Henrico, probabiliter potuit defendi, quod
36 eius † teſtamentum de iure valeret *l. qui à latronibus. ff. de teſtament.* Hæc ſunt verba *Bald. in d. l. 1.* quæ omnia repetit *in l. cum agnatum. 4. C. de ingen. & manumiſſ.* quem ſequitur *Seiſſel. in l. ex hoc iure. n. 28. de iuſtit. & iur. Rimin. Iun. in addit. ad Rim. Sen. conſ. 81. in litter. a. lib. 1. Borell. de Reg. Catholic. præſtant. c. 32. n. 7. fol. 185.*

Item obſeruandum eſt, quod non obſtante tali conſuetudine vniuerſali, quod Chriſtiani capti in bello iuſto non redigantur in ſeruitutem,
37 ſed liberi permaneant, † poſſet Summus Pontifex tamquam ſupremus vindex ſacræ libertatis, & acerrimus catholicæ Eccleſiæ defenſor iuſte priuare huiuſmodi priuilegio, & immunitate Chriſtianos rebelles Apoſtolicis mandatis, & Romani Pontificis cenſur s contemnentes, & ſacros canones violantes, & Chriſtianam libertatem labefactantes, eosq. in captiuitatem, & ſeruitutem redigere, cum enim ob prædictas, & ſimiles cauſas iuſtum bellum geratur à Pontifice, poterit per eum abrogari talis conſuetudo, quæ illum non ligat, tamquam non iure diuino, ſed humano fuerit introducta, adeo vt non ſolum liceat Summo Põtifici in bello iuſto vindictam ſumere pro delictorum quantitate, plectendo eos, qui delicta patrarunt, ſed etiam eoſdem libertate priuare, ſicut poteſt priuare alijs bonis, quæ vulgus vocat fortunæ, inter quæ ab omnibus connumeratur libertas, prout in ſpecie ita late comprobat *Cartagen. de iur. bell. Roman. Põ-*
38 *tific. lib. 3. c. 6. & 7.* vbi etiam, † quod habebit ius accipere de bonis violatorum ſacræ liber-

ber-

bertatis compenſationem omnium damnorū
quæ intulerunt, nec non omnes impenſas bel-
li, & iuſtam mercedem pro laboribus, quos
Duces, & milites eius ſubierunt, & periculis
quibus ſe expoſuerunt, itaut ſi ad omnia hæc
reſarcienda non ſufficiant bona capta, poſſet
etiam contra ſe pugnantes captos in ſeruitu-
tē redigere, vt ita fiat ei compenſatio ad æqua-
litatem iuſtitiæ *Molin. de iuſtit. & iur. tract.*
39 *2. diſputat.* 117. † Cum etiam Chriſtiani iniu-
ſtum bellum gerentes contra ſummum Ponti-
ficem ipſo facto priuentur priuilegio per con-
ſuetudinem inducto, vt non efficiantur ſerui,
ideo in pœnam rebellionis contra ſupremum
caput Eccleſiæ poterunt in ſeruitutem redigi
Mag. Ban. 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. *dub.* 12.

Prout Clementem V. feciſſe legimus, qui cum eſ-
ſet in Gallia, audito Ferrarienſium caſu, vehe-
40 menter excanduit † quod Vrbs Romanæ Ec-
cleſiæ vectigalis hoſtiliter eſſet oppugnata ti-
ranni cauſa, ac nouiſſime incenſa, alienæq. di-
tionis facta, confeſtim Venetos anathematis
ſpiculo defigi, propoſito edicto, vt hos pio-
rum cætu eiectos, Romanæq. Eccleſiæ hoſtes
iudicatos fas eſſet vnicuiq; volenti iure, & in-
iuria interficere: Alij vt mitius, ita ſimilius ve-
ro tradunt, Sacris duntaxat Venetis interdi-
ctum, additumq. nihil impiè facturum, qui
eius nominis hominem in ſuam poteſtatem
redactū pro mancipio haberet; ſed quæcumq;
fuit illius execrationis forma ad Pontificij edi
cti famam, omnibus ferè Galliæ emporijs Ve-
netorum res ſunt Principum permiſſu direptæ,
eadem iniuria accepta eſt circa maritimę Ca-
labriæ, & Apuliæ loca: Cæterum rebus amiſſis,
Veneti vbiq; malè habiti ſunt, quidam etiam
ex his necati, quo accidit, vt ab omni exter-
no commerciorum Veneta ciuitas abſtineret.
Sabellic. hiſtor. ab ord. condit. ænead. 8. *lib.*
7. *col. penult. in princ. & in fin. fol.* 260. vbi
41 etiam ſubdit, † quod Ciuitas Pontificis inter-
dicto, cui ad tempus fuerat obnoxia, vnius ci-
uis opera ſoluta eſt. Nam Franciſcus Dandu-
lus, qui in Galliam ad eam culpam deprecan-
dam publicè acceſſerat, & ſi ſero ad Pontificis
tamen conſpectum admiſſus, illuſtri exemplo
priuatæ pietatis in patriam, publicæ in reli-
gionem, catena ferrea collo iniecta ad eius
menſam tandiu proſtratus iacuit, donec ex-
pugnata Clementis ira, ignominioſam notam
patriæ ademerit, atq; ex eo fuit illi poſtea ca-
nis cognomen inter ſuos, quia vt canis ad pon-
42 tificiam menſam proiectus, iacuiſſet, † Nec
fuit ingrata ciuitas, ſed data ſedulò opera eſt,
vt is qui non multo prius in tam ignominioſo
accubitu vulgi opinione conſpectus eſſet, cul-
tus ſummi honoris inſignibus conſpiceretur.
Idem Sabellic. lib. 7. col. penult. in fin. ænead.
8. Alia multa, & ſimilia exempla omittuntur,
cum non ſit materia noſtra; & ſufficiat iſta
ſolum indicaſſe.

Inſuper obſeruandum eſt, quod licet ſecundum
dictam conſuetudinem Chriſtiani capti in bel-
43 lo non efficiantur ſerui, † Tenentur tamen
perſoluere pretium redemptionis, ſeu relaxa-
tionis ſuæ perſonæ, ad cuius perfectam ſolu-
tionem poſſunt retineri, quod quidem non eſt
improbandum, tamquam hoc ſit inuentum ad
euitandum maius malum, vt milites allecti ſpe
pretij captiuorum, potius eos ſeruent, quam
interficiant *Valaſc. conſult.* 30. *n.* 4. & 5. vbi
44 etiam, † quod hoc pretium redemptionis re-
gulandum eſt ex qualitate, & diuitijs perſonæ
captæ, itaut milites capientes poſſint cogi per
Iudices exercitus pro pretio ſic regulato ca-
ptum relaxare etiam ſi nolint *Petr. Rebuff. in
l. hoſtes.* 118. *ff. de verbor ſignificat.* vbi etiā
quod huiuſmodi pretium redemptionis cedit
lucro capientium inter eos diuidendum, dum
tamen non excedat decem millia, quæ tunc
pertinent ad Principem, cuius eſt liberratem
ſuam capientibus exhibere *Boer. deciſ.* 178. *col.*
45 1. Et quod † captis in bello poſſint imponi tal-
lia *Bald. & Caſtr. in l. nam & ſeruius. ff. de
negot. geſt. Rip. in l. obligatione. n.* 17. *ff. de
pignorib. & in l. fin. n.* 60. C. *de reuocand. do-
nation. Becc. conſ.* 14. *n.* 19. *Peregr. de iur. fiſc.
lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 3. *fol.* 106. *Valaſc. conſult.* 30.
46 *n.* 4. *ad fin.* † & an talleæ ius in captiuum poſ-
ſit alteri cedi *Petr. Belli. de re militar. p.* 4.
47 *tit.* 3. *n.* 2. *fol.* 348. *tom.* 16. & quando ſoluens
taleam pro alijs illam repetat *Franc. Luca. de
fiſc. & eius priuileg. p.* 3. *princip. n.* 29. *tom.*
12. *fol.* 13.

Pro redimendis autem iſtis Chriſtianis captis in
bello grauatis bona reſtituere licebit euertere
fideicommiſſum, quamuis enim non effician-
tur ſerui capientium iuxta conſuetudinem vſu
receptam ex ſupra allegatis † Tamen ſiue ca-
48 pti exiſtant apud Barbaros, ſiue apud gentes
Chriſtianas, inter quas ſæpe bella geruntur,
ſemper militat ratio illa honoris, & famæ, ac
pudicitiæ talium captorum etiam apud Chri-
49 ſtianos, † tanquam parum differant à ſeruien-
tibus *l.* 2. *ff. de liber. homin. exhibend.* quare
etiam pro libertate iſtorum grauatorum idem
concludendum eſt, vt bona fideicommiſſi poſ-
ſint diſtrahi, ſicut ſi redimerentur à barbaris,
cum etiā adſit ratio publicæ vtilitatis, cui in-
tereſt ciues noſtros apud ſuam ciuitatem per-
50 manere, & libertatem conſequi, † quæ eſt rès
inæſtimabilis, & cauſa pia, & priuilegiata *l. li-
bertas omnibus.* 164. *ff. de regul. iur. Dec. in l.
quoties dubia.* 20. *ff. eod. tit. Menoch. conſ.*
1003. *n.* 66. & 67. *lib.* 11. Et ita in ſpecie fi-
51 deicommiſſi concludit *Padill. in authent. res
quæ. n.* 96. & 97. *C. commun. de legat. fol.* 87.

Quæ autem ſit ratio quare capti in bello fiant
ſerui victoris, & eorum bona ipſi acquirantur,
52 cum † de hoc quæreretur, dixi inter alias ra-
tiones illam eſſe, quia primum decet natura-
liter eum dominari, & præeſſe, qui ſit viribus
corporis præſtantior, contra eum ſeruire, ac
omnibus modis cedere, qui ſit infirmior, lex
enim validiſſima eſt præfinita tam feris be-
53 ſtijs, † quam hominibus, vt potentiores im-

becillioribus dominentur, vnde Taurus Leoni,
Ceruus vrſo, aquilæ accipiter, & ſic de cæte-
ris animantibus, quæ ideo dominari videmus,
quod alijs viribus præcellant, vt eleganter diſ-
ſerit Ioſeph apud Egeſippum lib. 5. Exeidij
Hieroſolymitani c. 17. & lib. 6. belli Iudaici.
c. 12. Pindar. Poeta Thebanus, Brennus Rex
Sennorum, & alij, de quibus late Tiraq. in l.
54 1. connubial. gloſ. 1. p. 1. n. 47. & 48. † vbi etiã
quod inter ſeptem rationes imperandi, hæc eſt
quinta, vt potentiores imperent imbecilliori-
bus, cum natura comparatum ſit, vt præſtan-
tior plus habeat, quam inferior, & potentior,
quam debilior. Plato. in Gorgia. & lib. 3. de
legib. Alciat. lib. 2. parad. c. vlt.
Et hanc rationem conſiderarunt Legiſtæ, dum
voluerunt victum, captumq. in bello ſeruum
55 fore † victoris tot. tit. ff. & C. de captiu. &
poſtlim. reuerſ. Doctor. in l. ex hoc iure. ff. de
iuſtit. & iur. Quam legem non apud Roma-
nos tantum, ſed & apud externos fuiſſe conſtat
56 teſtimonio † Ciri Perſarum Regis, qui apud
Xenophontem hæc pronunciat, lex eſt inter
homines perpetua, quando belligerantium
Vrbs capta fuerit, cuncta eorum eſſe, qui cepe-
rũt, & corpora eorum, qui in Vrbe ſunt, & pe-
cunias. Cuius rei meminit etiam Ariſt. lib. 4.
polit. c. 4. Proinde cum Alexander deuicto
Dario, exutis armis balneum intrans dixiſſet
57 Eamus † in Darij balneum, ſudorem pugnæ lo-
turi, familiaris quidam, minime per Iouem
inquit Darij, ſed Alexandri, fortunam enim
victi, & eſſe, & dici bona victoris oportere Plu-
tarch. in Alexandro. Quæ omnia refert Ti-
raq. in d. l. 1. connubial. p. 1. gloſ. 1. n. 48. quod
etiam comprobat ex Dionyſ. Halycar. Ceſar
58 Tull. Liu. & alijs per eum relatis. † ſubdens
hoc quoque obtinere de iure diuino, & in foro
quod appellant conſcientiæ, quando tamen
bellum eſt iuſtum Hadr. lib. 4. ſenten. in tract.
de reſtitut. §. agredior caſus ſpeciales. Bald.
in c. 1. col. 4. verſ. ſed nunquid id quod capi-
tur. de milit. vaſall. qui contumax eſt. & in
l. ſi quis pro redemptione. col. 2. verſ. nota
quod iſta ſpolia. C. de donationib. Ancha-
ran. in c. peccatum. col. 16. verſ. moueor pri-
mo. vbi late Couarr. §. 11. p. 2. n. 1. vſque ad 6.
de regul. iur. in 6. Iaſ. in l. 1. in princ. n. 8. ff. de
acquir. poſſeſſ. & conſ. 60. poſt princ. lib. 1. D.
Thom. de regimin. princip. lib. 3. c. 11. Io. Ma-
ior. in 4. diſtinct. 15. Silueſt. & ceteri omnes
Summiſt. in verb. bellum. Claud. Cotereus de
iur. militar. lib. 2. c. 24. Alciat. in l. hoſtes. ff. de
verbor. ſignificat.
In quibus tamen obſeruandæ ſunt leges, & con-
59 ſuetudines legitimè inductæ † ſecundum quas
res bello captæ ſunt diuidendæ, vt per Couarr.
in d. c. peccatum. p. 2. §. 11. col. 8. in fin.
60 n. 7. † Nam de iure res immobiles captæ in
bello iuſto acquiruntur Principi, & bellum
indicenti, & non efficiuntur militis, aut Ducis
capientis Gloſ. in l. diuus. 31. ff. de iur. fiſc.
Alex. & Iaſ. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſ-
61 ſeſſ. † Quidquid ſit in rebus mobilibus, quæ effi-
ciuntur capientium, licet prius debeant tradi
Duci exercitus, qui eas diuidat inter milites
iuxta cuiuslibet dignitatem, & merita c. ius
militare. diſtinct. 1. l. ſi quis pro redemptio-
ne. C. de donationib. Gloſ. in c. dicat aliquis.
32. q. 1. Bart. in l. ſi quid in bello. ff. de cap-
tiu. & poſtlim. reuerſ. Couar. in d. c. pecca-
tum. p. 2. §. 11. col. 8. n. 7. verſ. res autem ca-
pta in bello. fol. 578. Peregr. de iur. fiſc.
62 lib. 3. tit. 3. n. 49. fol. 202. † vbi tamen hoc in-
telligit in terris hoſtium, nam terræ, & ſta-
bilia recuperata è manibus hoſtiũ iure poſtli-
minij reſtituuntur prioribus dominis l. ſi ca-
ptiuus. §. expulſis. ff. de captiu. & poſtlim.
63 reuerſ. † quod etiam eſt in nauibus, ſeruis, &
equis, & illis qui habent ius poſtliminij l. 2. &
l. poſtliminium §. transfugæ. C. eod. tit. de
captiu. Peregr. d. tit. 3. n. 49. in fin. Anton.
Lanar. conſil. 84.

EPITOME.

IN die mercati ſi quis habeat tres partes pedagij, alius autem quartam partẽ in die nũdinarum, ſi occurrat eadem die mercatum & nundinæ, quomodo ſit facienda diſtributio pedagij. ¶ Stante conſuetudine, vt Archipesbyter Eccleſiæ habeat oblationes Dominicales: Sacriſta autem illas, quæ fiunt in feſto dictæ Eccleſiæ, ſi contingat feſtum venire in die Dominica, cui ſpectabunt, & qualiter inter eos diuidantur. ¶ Intellectus l. qui ſolidum. 80. §. 1. ff. de legat. 2. ¶ Duo iura concurrentia in vno quando faciant illum haberi pro duobus.

SVMMARIVM.

1 *Stante conſuetudine, vt Archipresbyter Eccleſia habeat oblationes dominicales, Sacriſta autem eas, qua fiunt in feſto dicta Eccleſiæ, ſi contingat feſtum venire in die Dominica, cui ſpectabunt, & qualiter inter eos diuidantur. n. 3. 4. 5. 9. 12. 17. & 19.*
2 *Naturale potius inſpicitur, quam accidentale.*
6 *Proconſul deponit imperium, quando intrat portam Vrbis.*
7 *Generi per ſpeciem derogatur.*
8 *Perſona contemplata attenditur.*
10 *In die mercati ſi quis habeat tres partes pedagij, alius autem quartam partem in die nundinarum, ſi occurrat eadem die mercatum & nundina, quomodo ſit facienda diſtributio. & n. 11.*
13 *Oblationes maiores fiunt in die feſto Eccleſia, quam in Dominica.*
14 *Aequalis portio quando attendatur in oblationibus, & eleemoſynis, quæ pluribus debentur. n. 15.*
16 *Intellectus l. qui ſolidum. 80. §. 1. ff. de legat. 2.*
18 *Duo iura concurrentia in vno homine faciunt vt pro duobus hominibus reputentur.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. DCCCII.

CAſus propoſitus eſt deciſus per Bart. in
1 l.vlt.ff. de offic. proconſ. & legat.†vbi
concludit,quod ſi adeſt conſuetudo in Ecelesia
S. Laurentij, vt Archipresbyter habeat oblationes Dominicales, & Sacriſta eas, quæ fiunt
in feſto S. Laurentij, ſi contigerit quod d. feſtum S. Laurentij venerit in die Dominico,dictæ oblationes ſpectabunt ad Archipresbyterum, non autem ad Sacriſtam, cum maior ſit
2 Dominica, quam aliud feſtum, † & quia inſpicitur potius quod eſt naturale, quam accidentale l.3.§.1.ff.de tut. Bald.in l.cum dotem.C.
de iur.dot. Aret.in l centurio.col.7.ff.de vulg.
& pupill. Grat.conſ.9. n.136.lib.1. Menoch.
conſ.1. n.17. & ſic inſpicietur dies Dominica,
non autem feſtum S. Laurentij. Et hanc opi-
3 nionem Bart. † ſequitur Socin. conſ.116. n.8.
ad med. verſ.& vltra alias allegata. lib. 4.
Roman.in l.2.in princip. col.8. in princ.verſ.
tertio deciditur quæſtio. n. 54.ff. de verbor.
obligationib. poſt Cin. in l. vlt. in fin. verſ.
vltimo poteſt induci. & ibi Bellapertic.in
fin.verſ.ego dico.C. de ferijs.

Verum ante Bart. iſtam quæſtionem poſuit Alber. in l. qui ſolidum. 78.alias 80.§. cū poſt.
ad fin.verſ.monachi.ff.de legat.2.vbi cōclu-
4 dit†quod oblationes ſunt dandæ Archipræsbitero,quãtum conſueuerãt dari alijs diebus dominicis,reſiduum vero dabitur Sacriſtę.Alber.
tamen refert ſe ad id quod latius dixit de hac
quæſtione in l. vlt. n. 1. & 2. ff. de offic. pro-
5 conſul. & legat. † vbi ponit quatuor opiniones, vel quod dies dominica præualeat, quaſi
D. Laurentius deponat imperium, cum intrat
feſtiuitatem diei dominicæ tamquam ſolem-
6 nioris, & ita illi cedat, † prout Proconſul deponit imperium, quando intrat portam Vrbis
iuxta d. l. fin. ff. de offic. proconſul. ſtante
præſertim cauſa naturali, quæ præualet accidentali,ideo potius inſpicitur Dominica velut naturalis vt dictum eſt ſupr.n.2.

Vel ſecundo quod potius feſtum S. Laurentij deroget dominicæ, quia illud feſtum venit ſpe-
7 cialiter in anno,† & ſic generi per ſpeciem derogatur, l.vxorem, §. feliciſſimo.ff. de legat.
3. c.generi. de regul.iur.in 6. Surd. conſ. 56.
n. 1.lib.1.vbi quod procedit in quacunque diſpoſitione etiã vbi regula iuris eſſet in contrarium, & non obſtante quod diuerſæ eſſent diſpoſitiones. Ruin. in l.1.§.hoc autem edictum.
n.75. vbi Hermanott. n. 25. ff. de nou. oper.
nunciat. Bero.conſ.57.n.10. lib.2. Natt. conſ.
7. n. 4. & 5.

Vel tertio quod attendatur an in die illa fuerit
celebrata miſſa dominicæ, & tunc Archipresbyter habeat duas partes oblationum, aut
fuit facta miſſa feſtiuitatis S.Laurentij, & tũc
8 Sacriſta illas habebit, † vt attendatur cuius
contemplatione fuerint datæ oblationes. l. ſi
ſerui. & l. ſeq. ff. de vſufruct. l.ſi vero negotium. §. 1. ff. ſolut. matrim. Bald. in l. cum
oportet. n.4. C. de bon. quæ liber. Iaſ. in l.ſed
& ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff.de vulgar.
& pupillar. Menoch.conſ.191.n.10. lib.2.

Vel quarto & melius,quod duæ partes dentur Ar-
9 chipresbitero pro die dominica,† & reſiduum
Sacriſtæ iuxta l.qui ſolidum.§.1.ff.de legat.2.
l.1. & l.debitor.ff.de ſeparat. bonor. l. titius
rogatus. ff. ad trebellian. Quod etiam ſerua-
10 bitur in ſimili quæſtione de eo, † qui in die
mercati habet tres partes pedagij quod exigebatur, & alius quartam partem die nundinarum, ſi enim occurrat in vna die, & mercatum, & nundinæ,idem erit vt ſupra dictum eſt
de Archipresbitero & Sacriſta Alber. in d. l.
11 vlt. in fin. ff. de offic. proconſul. † licet contrarium in hoc caſu de mercato teneat Bellapert. in l.vlt.in fin. C. de ferijs.

Et iſta opinio quod fiat diuiſio oblationum eſt
12 magis recepta † contra Bart. vt teſtatur Iaſ.
in l. ſi eadem. in fin. ff. de offic. aſſeſſor. vbi
quod debet fieri diuiſio æqualis Hieron. Cucchalon. ad Roman.in l.2. in princ.n.54. in
verb. veritas.ff.de verbor.obligat.

Sed quoniam Iaſ. vbi ſupra loquitur de æquali
diuiſione,& ad hoc multos Doctores allegat,
13 obſeruandum † eſt quod per eos non probatur
illius intentio, quia Imol. in l.qui ſolidum.
80. in fin. princ. n.3.verſ. vltimo adducit.ff.
de legat. 2. ſolum dicit,quod multo maior oblatio conſueuit eſſe in die feſti S. Laurentij,quã
in die dominica, ideo pro rata eius quod conſueuit offerri die dominica ſpectabit ad Archipresbiterum,reſiduum autem dabitur ſacri-
14 ſtæ, † & iſta fuit determinatio facta in ciuitate Senarum, non autem pro æquali portione,
vt teſtatur Imol. ibid. n. 3. ſubdens quod ita
quoque determinauit Cin. quem refert etiam
Alex.in l. ſi quis poſthumos. in princ.n.3. ff.
15 de liber.& poſthum.† vbi quod ſi ex quantitate, vel qualitate eleemoſinæ dignoſci poterit
quæ facta fuerit intuitu feſtiuitatis S. Laurentij illa ſpectabit ad Sacriſtam, alia vero ad Ar-
16 chipresbiterum iuxta d.l.qui ſolidum.† Bald.
qui etiam admittit talem diuiſionẽ pro rata in
l. qui habet. 3. poſt princ. n. 2. verſ. quero
modo ſecundum quod ſtatutum. ff. de tutel.
vbi etiam quod non obſtat d.l.qui habet. cum
loquatur in re indiuiſibili, ſecus quando eſt di-
17 uiſibilis, vt eſt quantitas oblationum † & iſta
opinio eſt tenenda, quidquid alij contrarium
ſentiant tanquam verior,& magis æqua, & rationabilis, quam etiam defendit Fulgoſ. in l.
vlt. ad med. verſ.mihi autem videtur. ff.de
offic. proconſul. & legat. vbi quod iſtæ oblationes reputãtur pro duabus,& ſic debent dari
18 pro rata,† prout dicimus quãdo duo iura concurrunt in vno homine,tunc enim pro duobus
hominibus reputantur, & poteſt ipſe ſolus facere, quod plures poterant l. tutorem. ff. de
his quib. vt indign. l. non eſt nouum. ff. de
actionib. empt. l. ſicuti.§. fin.ff.quod cuiuſq;
vniuerſit. nomin. l. ſi mihi & titio. in princ.
vbi Bart. Imol. Caſt. & Alex. ff. de legat. 3.

Surd.

*Surd.conſil.*300. *n.*13. *lib.*2. & ita tenet *Al-*
ber. in d. l. vlt. n. 2. *in* 4. *opinione. ff. de of-*
19 *fic. proconſul. & legat.* † & ſequitur *Iaſ. in l.*
ſi arrogator. n. 50. *ff. de adoption.* quamuis
enim in *l. ſi eadem. ff. de offic. aſſeſſor.* videa-
tur voluiſſe quod fiat æqualis diuiſio, tamen
poſtea ſe remittit ad ea, quæ ponit in *d. l. ſi ar-*
rogator. n. 50. vbi rectius loquitur de diuiſio-
ne facienda pro rata, ſubdens, quod ita fuit de-
terminatum Senis, iuxta *l. qui ſolidum.* 80.
ff. de legat. 2.

EPITOME.

IN contractibus innominatis an ſit locus pœnitentiæ de iure canonico propter non adimplementum. ¶ Remiſſoria quo caſu denegetur ob irreleuantiam articulorum. ¶ Et propter periurium incurſum. ¶ Et in materia inferente delictum. ¶ Donatio facta Eccleſiæ quando poſſit reuocari, ſi modus non impleatur. ¶ Vel ſolum ſit agendum ad obſeruantiam. ¶ Et quid ſi adſit clauſula non aliter, nec alio modo. ¶ Et de illius effectu. ¶ Et quid in dote, libertate, & ſimilibus caſibus priuilegiatis. ¶ Conuentio an ſit valida, vt donans Eccleſiæ recuperet rem donatam ſi non ſeruetur conditio appoſita, etiam quod ſolus Prælatus contraueniat. ¶ Et qualiter ſuccurratur donanti, & Eccleſiæ ob talem contrauentionem. ¶ Pœnitentia an habeat locũ antequam impetretur beneplacitum Apoſtolicum. ¶ Res quando dicatur eſſe de Eccleſia, vt per Prælatum non poſſit alienari. ¶ Et an ſit in eius facultate approbare cõtractũ inualidũ.

SVMMARIVM.

1 *Inobſeruantia contractus non facit, vt poſſit agi ad illius reſciſſionem, & quod ſit locus pœnitentiæ, quando ſumus in Eccleſia, & loco pio, ſed eſt agendum, vt adimpleantur promiſſa. n.* 2. *&* 3. *Amplia in dote, & ſimilibus caſibus priuilegiatis. n.* 4.

5 *In contractibus innominatis de iure canonico non eſt locus pœnitentiæ propter non adimplementum. n.* 6. *&* 7. *Declara vt n.* 9.

8 *Cauſæ Eccleſiarum ſunt terminandæ ſecundum canones in quocunque iudicio ſeculari, & eccleſiaſtico.*

10 *Eccleſia debet reſtitui in integrum, vel ei eſt ſuccurrendum per viam ordinariam aduerſus factum Prælati, qui etiam poterit agere nomine Eccleſiæ quãuis contrauenerit. n.* 43.

11 *Propter irreleuantiam articulorum denegatur remiſſoria.*

12 *Probatio fruſtra expectatur, quæ cum peruenit, nihil operatur.*

13 *Remiſſoria non conceditur in materia obiectiua, & inferente delictum.*

14 *Articuli admittuntur in Curia, ſaluis exceptionibus, dummodo non conſtet de illorum irreleuantia. n.* 15.

16 *Agenti ad reſciſſionem contractus obſtat iuramentum, contra quod non datur remiſſoria, ſed talis repellitur à limine iudicij; & iſta exceptio eſt litis finitæ. n.* 17.

18 *Donatio facta Eccleſiæ ſub conditione, ſeu modo vt aliquid fiat, non poteſt reuocari, etiam non ſecuto implemento. n.* 19. *&* 20. *Amplia etiam ſi adſit clauſula non aliter, nec alio modo. n.* 32. *&* 33.

21 *In donatione facta Eccleſiæ liberalitas cenſetur cauſa finalis, modus autem cauſa impulſiua, itaut etiam circumſcripto modo, credendum ſit donantem fuiſſe donaturum propter Deum, & ſalutem animæ. n.* 24.

22 *Libertas relicta ſeruis ſub cõditione aliquid faciendi non eſt ſuſpenſa, quamuis non pareant iuſſioni, ſed ſtatim ſunt liberi, & ſufficit, vt ex officio Iudicis compellantur ad obſeruandum onus iniunctum.*

23 *Valet argumentum de libertate ad piã cauſã.*

25 *Donatio facta Eccleſiæ poteſt reuocari etiam modo non ſeruato, ſi in ſpecie hoc fuerit cõuentum, & valet huiuſmodi pactum, & quomodo ſuccurratur paciſcenti, vt recuperet rem donatam. n.* 26. 28. 29. 30. 31. *&* 35.

34 *Clauſula non aliter, nec alio modo importat cõditionem & formã, & remouet cõſenſum.*

36 *Prælatus, & Capitulum quando poſſit præiudicare Eccleſiæ, & facere, vt in pœnam incidat ob modum non ſeruatum. n.* 37. *&* 38.

39 *Donans poteſt apponere rei donatæ conditiones ſibi viſas.*

40 *Res quando dicatur eſſe Eccleſiæ, vt per Prælatum non poſſit alienari. n.* 41.

42 *Pactum eſt validum, vt donatio Eccleſiæ reſcindatur, etiam ex facto ſolius Prælati cõtrauenĩetis conditioni per donantẽ appoſitæ.*

44 *Pœnitentia an habeat locum antequam expediatur beneplacitum Apoſtolicũ. n.* 47. *et* 49.

45 *Eccleſia habet facultatem ratificandi contractum, quamuis beneplacitum non fuerit expeditum, itaut alteri contrahenti cum Eccleſia non liceat penitere. n.* 46. *&* 48.

CAP. DCCCIII.

CVm in cauſa Palentina reſciſſionis con-
tractus coram R. P. D. Caualerio, quæ-
reretur an remiſſoria fuerit iuſte per Rotam
denegata, dicebam reſpondendum eſſe affir-
matiuè propter claram irreleuantiam articu-
lorum; Nam etiam data, & non conceſſa in-
obſeruantia exaduerſo articulata, tamen non
1 eſt locus pœnitentiæ, † nec poteſt agi ad re-
ſciſſionem contractus, ſed ſolum ad obſeruan-
tiam implementi eiuſdem contractus, tanquã
fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ non ſit licita pœ-
nitentia etiam re integra, quidquid in alijs
caſibus illa admitteretur, quaſi ea, quæ intui-
tu pietatis conceduntur, ſint irreuocabilia.
Bald. in l. ſicut. 4. *in fin. C. de action. &*
obligation. & in l. ſi pecuniam. col. 2. *ad med.*
vbi Iaſ. n. 2. *verſ. quinto limita. ff. de condic.*
cauſ.

cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Idem Bald. in l.
mandatum. 15. n.6. ad med. vbi Salicet.n.12.
& 13. C. mandat. Alexād. in l.qui romæ. §.
ſi ſuius. n. 8. ff. de verbor. obligation. Bero.
2 conſ. 4. n.19. lib.1. † & quidquid aliter ſenſe-
rit Couarr. lib.1. var.reſolut. c.14.n.16.in
fin. & quidquid indeciſum relinquat Tiraq.
3 priuileg. piæ cauſ. 133. † Iſta eſt verior, & ma-
gis communis opinio, vt teſtatur Surd. de
aliment. tit.9. q.24. n.31. Card. Mantic. qui
late comprobat. de tacit. & ambig. conuen-
tion. lib. 1. tit. 8. n.23. vſque ad 32. cum alijs
per Genuenſ. Epiſcop. Iſerniæ in tract. de
eccleſ. ſeu practicab. eccleſiaſt. q 476. n.2. & 3.

Prout etiam idem dicimus in dote, & ſimilibus
4 caſibus priuilegiatis Bart. in l.2. §. ſi pecu-
niam. ff. de donationib. Surd. de aliment. d.
q.24. n.31. Menoch. conſ. 92 n.79. lib.1. iuxta
l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iur. dot. de cuius intelle-
ctu dixi ſupr. c. 783. n.24. cum ſeq. Dec. cōſ.
35. præſtantiſſime doctor. col. 4. in fin. verſ.
& per illum. n. 10.

Maxime quia neque de iure canonico in contra-
5 ctibus innominatis eſt locus pęnitentiæ, † in
illis enim non poteſt quis repetere rem tradi-
tam, tamquam ei obſtet exceptiō ex naturali
obligatione, cum de iure canonico oriatur ac-
tio ex nudo pacto, prout ex ſtipulatione, & ſi-
cut olim de iure gentium contractus innomi-
nati ſuum ſortiebantur effectum, & non erat
locus pęnitentiæ, ita neque hodie dabitur de
6 iure canonico pęnitentia, tamquam † in eo
ſeruetur æquitas iuris gentium, quæ vult quod
promiſſa ſint obſeruanda, & ideo ſufficit quod
ante implementum oriatur obligatio natura-
lis, quæ obſtat volenti pęnitere, cum ei ſatis
ſit, vt agat ad implementum, vt late per ſu-
7 pradictas, † & alias rationes concludit Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.
1. tit. 8. n. 17. vſque ad 22. poſt Bald. in ru-
bric. C. de rer. permutat. n. 1. verſ. de iure
canonico. & in l. cum quis. n. 15. C. de iur.
& fact. ignorant. & in l. ſiue apud acta. n.4.
C. de tranſaction. Alex. in l. ſi pecuniam. n.
11. vbi Iaſ. n. 2. verſ. ſexto limita. ff. de
condict. cauſ. data cauſ. non ſecut. Galiagul.
in rubr. ff. de verbor obligation n. 84. cum
alijs per Genuenſ. Epiſcop. Iſern. in tract. de
eccleſ. ſiue practicab. eccleſiaſt. q.758. iuxta
Gloſ. communiter receptam in l. petens. C. de
pact. Couarr. in c. quamuis. p.1. §. 4. n.7. de
pact. in 6. Seraphin. priuileg. iuram. 74. n.
8 196. † Itaut cauſæ eccleſiæ in quocumque iu-
dicio eccleſiaſtico, & ſeculari ſint terminandæ
ſecundum canones. Imol. qui de communi in
c. relatum. il 1. de teſtament. Genuenſ. ibid.
q. 476. in fine.

Contraria autem procedunt, quando obligatus
ad faciendum nollet adimplere, nam in hoc
9 caſu eſſet † licitum recedere à contractu inno-
minato etiam, de iure canonico, quaſi tunc nō
ſubſit æquitas fidei ſeruandæ, ſi enim ſit para-
tus adimplere, remanet eadem æquitas, & non
eſt locus pęnitentiæ Bald. de Bartolin. ſeu
Bald. Nouell. in rubr. ff. de verbor. obliga-
tion. n.56. ad med. vol. 6. fol. 13. Genuenſ.
practicab. eccleſiaſt. q.689. ad med. verſ. con-
cluſio intelligenda.

Præterea non ſolum eccleſia acquiſiuit ius vigo-
re donationis, ſed etiam eſt in poſſeſſione
percipiēdi annuas pręſtationes exaduerſo pro-
miſſas, itaut nullo pacto poſſit priuari domi-
nio, & poſſeſſione rerum acquiſitarum, cum
10 eccleſiæ ſuccurratur aduerſus factum Præla-
ti per remedium reſtitutionis in integrum, &
etiam per viam ordinariam, tamquam eccleſia
ſit priulegiata, vt ex facto inutili Prælati non
cadat à dominio, & à poſſeſſione eorum, quæ
acquiſiuit, adeout etiam ipſemet Prælatus, qui
contrauēnit, poſſit agere nomine eccleſiæ tam
in petitorio, quam in poſſeſſorio Gloſ. in c. ſi
quis presbiter. de reb eccleſ. non alienan Dec.
conſ. 142. pro tenui facultate mea. col.3. an-
te med. verſ. & ſecundum iſtam regulam.
Bald. in l. iubemus. §. ſane. il 1. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ. Caputaq. deciſ. 170. n.6. & 7. &
deciſ. 181. & 182. n. 8. p.3.

Stante igitur irreleuantia articulorum, bene
11 fuit denegata remiſſoria, † prout denuo debet
denegari Caſſador. deciſ. 2. de dilation. Caſ.
de Graſſ. deciſ. 1. n. 10. eod. tit. Put. deciſ.
334. in fin. lib. 2. Caputaq. deciſ. 68. p. 3. Rot.
deciſ. 348. n.2. p. 1. in recentior. & deciſ. 589.
n. 1. in fin. p. 2. etiam in recentior. † fruſtra
12 enim † expectatur probatio, quæ cum perue-
nit, nihil operatur Bald. in l ad probationem.
n.3. C. de probation. Pariſ. conſ. 97 n.131. cū
ſeq. lib.1. Honded. conſ. 19. n. 1. lib. 1. Rot. de-
ciſ. 126. n. 2. p. 2. in recentiorib.

Cum etiam articuli concernant contrauentionē
13 ad effectum incurrendi pœnam, † quo caſu ma-
teria eſt obiectiua, & infert delictum ſtante
iuramento, & facit vt remiſſoria ſit denegan-
da Caputaq. deciſ. 62. & deciſ. 63. n.3. p. 3.
Rot. deciſ. 503. p.2. in recentiorib. Non obſtan-
tibus his, quæ nouiter exaduerſo prætendun-
tur, quia propter irreleuantiam probationis
nihil aliud attenditur, & ſemper denegatur re-
14 miſſoria, † quamuis enim articuli admittan-
tur in Curia ſaluis exceptionibus Caputaq.
deciſ. 47. p. 1. Tamen hoc procedit quando
conſtat de releuantia articulorum, nam alias
15 non † admittuntur, vt declarat idem Caputaq.
deciſ. 68. n. 2. p. 3.

Quibus additur, quod in huiuſmodi iudicio Ad-
uerſarius eſt actor, fratres autem ſunt rei, vn-
de agenti ad reſciſſionem contractus obſtat iu-
16 ramentum proprium, † contra quod non con-
ceditur remiſſoria, cum potius talis ſit repel-
lendus à limine iudicij Butr. in c. intellexi-
mus. in fin. de iudic. Specul. de actor. §. 1.
verſ. item quod eſt periurus. Alex. conſ. 17.
n. 6. lib.3. Felin. in c. dilectis. col. 1. de exce-
ptionib. Bald. conſ. 118. ad fin. lib. 4. Itaut
17 talis † exceptio ſit exceptio litis finitæ Iaſ. in
l. ait prætor. la 2. notab. 4. de iureiuran.

Natt.

Natt. ad Alexand. conſ. 17. n. 6. lib. 3.
Quæ autem dicuntur de cauſa finali, non obſtant,
quia res donatæ eccleſiæ ſub conditione, ſeu
18 modo, † vt aliquid per Eccleſiam fiat, ſtatim
illi acquiruntur, nec poteſt reuocari donatio,
etiam modo non adimpleto, cum ſolùm detur
actio ad implementum, itaut neceſſe ſit, quod
in ſpecie exprimatur in donatione, vt poſſit
fieri reuocatio ob tale inplementum non ſecu-
tum, prout eſt tex. in terminis in c. verum n.
4. vbi Abb. in princ. & n. 2. in fin. Butr. n.
4. Cardin. n. 5. de conditionib. appoſ. Bapt.
de S. Blaſ. in rubr. decreti n. 100. tom. 1. fol. 6.
19 vbi † etiam quod contraria procedunt de iure
ciuili iuxta l. 1. C. de donation. quæ ſub mod.
non autem de iure canonico, quod ſeruandum
eſt in cauſis eccleſiæ, vt ſupra dictum eſt n. 8.
20 Quod † etiam voluit Caſtr. in l. 1. n. 5. verſ. ſed
ſi eccleſia. ff. de donat. Rom. in l. ſi pecuniam.
in princ. n. 8. ff. de condict. indebit. Bald.
Nouell. de dot. p. 6. priuileg. 50. Felin. in c.
verum quoniam. 7. col. 4. poſt princ. verſ. nec
obſtat quod ſit dubium. de for. competen. So-
cin. in l. quibus diebus. §. termilius. n. 15. &
16. ff. de condition. & demonſtrat. Aldobran.
conſ. 10. n. 18. lib. 2. Card. Mantic. de tacit.
& ambig. conuentionib. lib. 13. tit. 44. n. 10.
Couarr. lib. 1. var. reſolut. c. 14. n. 6. Genuenſ.
Epiſc. Iſernien practicab. eccleſiaſt. q. 128. n. 1.
Quorum ratio eſt, quia in donatione facta eccle-
21 ſiæ liberalitas collata in pium vſum † cenſetur
cauſa finalis, modus autem adiectus præſumi-
tur cauſa impulſiua, itaut etiam donator cir-
cumſcripto modo credatur eccleſię donaturus
Bald. in l. dictam. n. 5. C. de condict. ob cauſ.
iuxta l. cum iis. §. ſi mulier. ff. de condict. in-
deb. Card. Mantic. d. tit. 44. n. 14. in fin. cum
aliis per Surd. de aliment. tit. 1. q. 48. n.
68. vſque ad 71.
Prout dicimus de libertate ſub hac conditione
22 per teſtatorem relicta ſuis ſeruis, † vt monu-
mento meo alternis menſibus lucernam accẽ-
dant, & ſolemnia mortis peragant, quamuis
enim tales ſerui non pareant iuſſioni teſtato-
ris, tamen non eſt ſuſpenſa libertas ſub condi-
tione, cum ſtatim liberi ſint, licèt officio Iu-
dicis debeant compelli ad obſeruandum quod
eis fuit iniunctum l. meuia. 44. ff. de manumiſ.
teſtam. l. hereditas. §. fin. ff. de petit. hæredit.
l. quintus. ff. de ann. legat. l. militis. 5. C. de
religioſ. & ſumptib. funer. l. ſi quis ſepul-
chrũ. §. sũptus. ff. eod. tit. Bart. cõſ. 4. n. 1. lib. 1.
Valet autem argumentum de libertate ad piam
23 cauſam † l. proxime. vbi Bart. & Imol. in fin.
ff. de his quæ in teſtam. delent. Bald. in l. 2.
in princ. C. de fideicommiſſ. libert. & in l. ſi
iure. C. de manumiſſ. teſtam. Alexand. in
l. centurio. col. 2. ff. de vulgar. & pupill.
Matthesil. notab. 114. Euerard. loco argument.
58. de libert. ad piam cauſ. n. 1.
Ideo erit ſpeciale fauore Eccleſiæ, vt in dubio nõ
præſumatur facta donatio principaliter pro-
24 pter pactum appoſitum, † ſed propter Deum,
& ſalutem animæ Caſtr. in l. 1. col. 2. ff. de
donationib. Socin. in l. quibus diebus. §. ter-
milius. col. penult. ff. de condition. & demon-
ſtrationib. Surd. de alim. tit. 9. q. 48. n. 20. Co-
uar. lib. 1. var. reſolut. c. 14. n. 6.
Quidquid aliud dicendum ſit, quando ſpecialiter
eſſet conuentum, vt modo non ſeruato dona-
25 tio reuocetur, † & res reuertatur ad dominum,
tunc enim fauor eccleſiæ non attenditur, tan-
quam remoueatur conſenſus ab actu Bald. in
l. dictam. n. 5. verſ. hæc omnia vera. C. de
26 cõdict. ob cauſ. † & ita in ſpecie declarat Card.
in c. verum. n. 5. vbi Abb. n. 2. Præpoſ. n. 6.
de condit. appoſit. Rip. in l. vlt. n. 124. in fin.
C. de reuocand. donationib. Tiraq. de retract.
conuention. ad fin. tit. n. 11. 14. & 15. Co-
uarr. lib. 1. var. reſolut. c. 14. n. 6. Card. Mã-
tic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13.
tit. 44. n. 13.
Intelligendo tamen, vt tunc reuertatur ad domi-
27 num præuia auctoritate Iudicis, † non laici, ſed
eccleſiaſtici, cum alias eſſet ſacrilegium Ti-
raq. de retract. conuention. ad fin. tit. n. 12.
Fulgoſ. in l. ſi quis curialis. C. de epiſcop. &
28 cleric. Niſi etiam vltra eſſe dictum, † vt donans
auctoritate propria apprehendere poſſit Fe-
lin. in c. verum quoniam. 6. col. penult. poſt
med. verſ. limita hanc concluſionem. de foro
competent. vbi ponit ſex declarationes, & præ-
29 ſertim † quod debeat præcedere declaratoria
Idem Felin. in c. cum non ab homine. de iu-
dic. Cum etiam ad hoc, vt dominium reuerta-
30 tur ad donatorem ipſo iure, † & ad hoc vt ip-
ſe poſſit experiri vtili in rem actione iuxta
l. 1. ff. de donation. quæ ſub mod. probandum
31 ſit, † quod ipſe fuerit dominus tempore dona-
tionis. Corn. conſ. 110. n. 8. lib. 1. Couarr. lib.
1. var. reſolut. c. 14. n. 6. verſ. erit deinde ani-
maduertendum. Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuentionib. lib. 13. tit. 44. in fin.
Amplius ſi teſtator inſtituerit eccleſiam cum
onere, vt teneatur erogare mille in fabricam
32 Capellæ † cum clauſula non aliter, nec alio mo-
do, non tamen iſta clauſula inducet amiſſionẽ
hereditatis, ſi illa non erogauerit iuxta præ-
ceptum teſtatoris, neque annullabit diſpoſi-
tionem, ſed ſolum importabit præciſam ip-
ſius executionem, quaſi teſtator voluerit om-
nino mille in fabricam erogari, & non in
alium vſum, tamquam fauore eccleſiæ ſit ex-
cludenda pœna priuationis, & ſit ſumenda
33 benignior interpr ætatio, † vt in ſpecie com-
probat Ioan. Andr. Georg. allegat. 31. n. 19.
quem ſequitur Genuenſ. Epiſcop. Iſernienſ.
practicab. eccleſiaſt. q. 129. col. 2. poſt princ.
Quidquid alias iſta clauſula remoueat conſen-
34 ſum, † & importet conditionem, & formam
Alex. conſ. 3. n. 4. lib. 1. Boer. deciſ. 243. n.
11. Menoch. conſ. 38. n. 22. cum ſeq. lib. 1.
& conſ. 322. n. 40. lib. 4. & conſ. 369. n. 25.
eod. lib. Iaſ. conſ. 162. n. 2. lib. 2. Surd. conſ.
268. n. 9. lib. 2. Roland. conſ. 58. n. 48. &
conſ. 56. n. 11. lib. 3. late Barboſ. de clauſul.
& di-

& dictionib. clauſul. 39. fol. 227. Tiraq. de retract. lignag. ʃ. 8, gloſ. 6. n. 1. & 2.
Obſeruandum eſt tamen circa ea quæ ſupra dicta
ſunt de validitate pacti, vt illo non ſeruato per
Eccleſiam, res donata reuertatur ad donãtem,
35 quod † non ſunt attendenda, quæ per aliquos
fuerunt oppoſita ex Specul. Io. Andr. Anchar.
Abb. Butr. & alijs quos adducit Rip in l. fin.
n. 173. C. de reuocand. donat. qui contrarium
tenent non valere huiuſmodi pactum, cum
non ſit licita reuocatio, tamquam Prælatus
36 ſolus, † vel ſolum Capitulum non poſſit præiu-
dicare Eccleſiæ, neque illam facere incidere
in pœnam propter modum nõ ſeruatum Card.
in c. 1. vbi Abb. n. 14. de dol. & contumac.
cum alijs per Menoch. de recuper. poſſeſſ. re-
37 med. 9. n. 104. † vbi extendit etiam ad Præla-
tum, qui cum capitulo committit ingratitudi-
nem, vel in ſimilibus deliquit, tamquam non
poſſint in præiudicium Eccleſiæ aliquid face-
re, nec alienare in detrimentum ipſius Rip.
in c. ſæpe. n. 95. de reſtit. ſpoliat.
Nam quidquid iſti & alij ſequaces concludant,
verior eſt opinio, & magis communis, vt va-
38 leat huiuſmodi pactum, & ſit licita reuoca-
tio ob illud non ſeruatum, quãdo Prælatus vna
cum capitulo ingratitudinem commiſit, quid-
quid aliud ſit in ſolo Prælato illam committen
te Ruin. conſil. 27. n. 14. in fin. lib. 2. cum
alijs ſupra allegatis iuxta c. verum. vbi Hoſt.
Io. Andr. & omnes communiter. de for. com-
39 petenti, † etenim donans potuit apponere rei
ſuæ conditionem, & modum ſibi magis viſum
l. in traditionibus. C. de pact. Cardin. in
clem. quia contingit. notab. 11. de religioſ. do-
mib. Becc. conſ. 101. n. 25. cum ſeq.
Nec ſubſiſtit, quod res facta Eccleſiæ non poſſit
alienari etiam cum interuentu Prælati & Ca-
40 pituli, † quia non agitur de alienanda re Ec-
cleſiæ, ſed de ea auocanda, tamquam ſi fuiſ-
ſet conceſſa ad tempus iam lapſum, talis enim
res numquam facta eſt Eccleſiæ ſimpliciter,
neque poteſt dici ſanctum ſanctorum, ſed cum
eo onere, quod à principio appoſitum fuit,
vnde non mirum ſi reuocatur, tamquam onus
à principio adiectum inficiat dominium rei,
quod libere redit ad dominum ab omnibus
obligationibus interea contractis, cum diſpo-
ſitio reſoluatur ex neceſſitate præcedentis con
uentionis, neque enim tunc poteſt dici tranſ-
ferri, ſed illi reſtitui, cuius antea erat, ita per
41 ſupradictas, † & ſimiles rationes comprobat
Surd. qui pro omnibus ſufficiat de aliment.
tit. 1. q. 48. n. 75. vſque ad 83. vbi etiam ad-
dit, quod valebit pactum, vt donatio reſcin-
42 datur † etiam ex facto ſolius Prælati contra-
uenientis Ang. conſ. 168. teſtator in omnibus.
n. 1. & 2. vbi quod Eccleſia habebit recur-
43 ſum contra Prælatum pro damnis, † & inte-
reſſe, vel reſtituetur in integrum, ſi non po-
teſt aliter ſibi eſſe conſultum Cin. in l. iube-
mus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. de quo tamen
alias Deo dante dicetur in capite particulari.

Non obſtat quod non expedito beneplacito apo-
44 ſtolico per ſexennium, † ſit locus pœniten-
tiæ Rot. coram R. P. D. Dunozet Ferrarien.
bonorum 16. Iunij 1614. quæ eſt deciſ. 624. in
fin. p. 1. in recentior. & coram R. P. D. Vbal-
do Mediolanen. penſionis 1. Iunij 1615. quæ
eſt deciſ. 755. n. 2. p. 2. in recentior. dixi ſup.
c. 514. n. 6. & 7. Put. deciſ. 2. de tranſact.
& deciſ. 353. lib. 3. Caputaq. deciſ. 12. n. 3.
p. 3. Anton. Auguſt. in epit. de pact. n. 8. Achill.
deciſ. 2. n. 3. eod. tit.
Quia hoc eſt negotium diuerſum ab articulis
productis, & à remiſſoria petita, quæ cum
conſeruat examen ſuper re, quæ non releuat
non eſt concedenda ex ſuperius adductis. Præ-
45 ſertim † quia eſt in facultate Eccleſiæ ratum
habere contractum, quamuis beneplacitum
non fuerit expeditum, quo caſu non licebit al-
teri contrahenti cum eadem eccleſia penitere,
tamquam in hoc contractus claudicet ad fa-
uorem eccleſiæ, quæ talem nullitatem poteſt
allegare, vel ſtare contractui, prout voluerit,
& ſibi expedire iudicauerit Innoc. & Abb. in
c. 1. de his quæ fiunt à prælat. ſin. conſ. ca-
pit. Butr. in c. presbiterorum. n. 9. vbi Imol.
n. 21. de reb. eccleſ. non alienand. Ruin. conſ.
35. n. 31. lib. 1. & conſ. 40. n. 7. lib. 5. Dec. in
c. quæ in eccleſiarum. notab. 5. n. 31. de con-
ſtitution. late Rot. coram Card. Mantic. Ro-
mana bonorum 4. Decembris 1592. quæ in
46 impreſſ. eſt deciſ. 201. n. 1. † vbi etiam quod
hæc ſententia fuit ſæpiſſime per Rot. recepta,
vt per Creſcent. deciſ. 122. alias 1 de locat. &
conduct. Put. deciſ. 310. lib. 1. Card. Seraph.
deciſ. 256. n. 2.
Contraria autem procedunt in contractibus ini-
47 tis ſuper beneficialibus, † quæ ſine auctori-
tate Sedis Apoſtolicæ omnino prohibentur.
c. ſuper eo. de tranſaction. & ideo ante bene-
placitum Sedis Apoſtolicæ eſt locus pœniten-
tiæ; diuerſum eſt in alijs contractibus, & alie-
48 nationibus rerum eccleſiæ, † quæ etiam non
adhibita ſolemnitate requiſita fauore eccle-
ſiæ ſuſtinentur, ſi velit eas ratas habere, nam
tunc contrahens cum eccleſia non poteſt di-
cere contractum nullum, vt dictum eſt, & ita
49 in ſpecie diſtinguit Rot. coram Card. Man-
tic. Romana bonorum ſeu domus 4. Decemb.
1592. quæ in impreſſ. eſt deciſ. 201. n. 2. & de
tacit. & ambig. conuentionib. lib. 3. tit. 16. n.
12. & lib. 4. tit. 8. n. 53. cum alijs quos adduxi
ſupr. c. 202. n. 22. vſque ad 26. tom. 2.

EPITOME.

IN dote an attendatur hypotheca tacita & expreſſa iuxta tempus promiſſionis vel ſolutionis ipſius dotis. ¶ Et an requiratur ad iſtum effectum, vt matrimonium eſſet contractum. ¶ De differentia inter conditionem poteſtatiuam, & caſualem, & mixtam ad hoc, vt hypotheca retrotrahatur ad diem contractus. ¶ Dans fidem etiam cum iuramento de con-

contrahēdo matrimonium an poſſit & debeat
compelli ad illud contrahendum. ¶ Et quan-
do ſit excommunicandus, ſi non pareat. ¶ Et
abſolutio ſit ei danda, quamuis illam non pe-
tat. ¶ Contractus ante traditionem quo ca-
ſu ſit imperfectus. ¶ Promittens contrahere
matrimonium, an dicatur contrahere ſponſa-
lia, quæ ſunt promiſſiones futuri matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita, & expreſſa in dote attendi-
tur iuxta tempus promiſſionis, non ſolutionis
ipſius dotis. Intellige quando tempore pro-
miſſionis eſſet contractum matrimonium.
n. 2. 4. & 5. Contrarium n. 7. Sed prima
opinio eſt verior. n. 15. & 27.*
3 *Dos quæ promittitur antequam contrahatur
matrimonium non dicitur propriè dos, nec
illius promiſſio ſubſiſtit. n. 16.*
6 *Mulier non præfertur creditoribus mariti
quamuis habeat inſtrumentum dotale cum
hypotheca bonorum viri celebratum ante
contractum matrimonium.*
8 *Hypotheca accedens obligationi conditionali,
trahitur retro ad diem contractus ſi exiſtat
conditio caſualis & mixta, ſecus in merè
poteſtatiua, & de ratione differentia inter
iſtas conditiones. n. 11. 12. 13. & 14.*
9 *Conditio ſi ſubſequatur matrimonium an
ſit poteſtatiua, ſeu caſualis, & mixta. n. 18.*
10 *Qui dedit fidem etiam iuratam de contrahen-
do matrimonio, an poſſit & debeat compelli
ad illud contrahendum, & quando ſit ex-
communicandus. n. 19. & abſolutio ſit dan-
da etiam non petenti. n. 20. & 21.*
17 *Hypotheca eſt acceſſoria ad principalem obli-
gationem, ſine qua nihil operatur.*
22 *Promittens contrahere matrimonium dicitur
promittere ſponſalia, quæ ſunt promiſſio-
nes futuri matrimonij. & n. 23.*
24 *Contractus ante traditionem rei quando ſint
imperfecti. n. 25.*
26 *Matrimonia debent eſſe libera.*

CAP. DCCCIIII.

PRo dote reſtituenda quamuis attendatur
hypotheca expreſſa, & tacita ſecundum
1 tempus promiſſionis ipſius dotis, † non au-
tem ſolutionis *Socin. conſ. 269. n. 4. lib. 2. Ne-
guſ. de pignorib. p. 2. membr. 4. n. 80. fol. 30.
& p. 5. membr. 1. n. 15. ad med. verſ. & non
obſtant. fol. 71. Boer. deciſ. 331. n. 1. Tiraquel.
de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. limitat. 16. n.
113. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 49. n. 15.
Cephal. conſ. 448. n. 35. lib. 3. Rom. iun. conſil.
186. n. 55. lib. 2.*
Tamen prædicta ſunt intelligenda quando tem-
pore promiſſionis dotis fuiſſet contractum
2 matrimonium, † nam ad hoc vt expreſſa, & ta-
cita hypotheca retrotrahatur ad tempus di-
ctæ promiſſiones requiritur, quod talis pro-
miſſio ſit facta tempore quo extabat matrimo
nium, vel poſtquam illud fuit contractum,
nam ſi eſſet ante matrimonium, tunc hypothe-
3 ca non traheretur ad diem promiſſionis, † li-
cet enim dos ſit promiſſa ante contractum
matrimonium, tamen tunc non dicitur pro-
prie dos *l. fin. C. de donation. ant. nupt. l. do-
4 tis appellatio. ff. de iur. dot.* † Et ita in ſpecie
concludit *Bald. Nouell. de dot. p. 10. col. pe-
nult. in fin. n. 39. fol. 51. Neguſ. de pignorib.
p. 2. membr. 4. n. 79. & 80.* vbi loquitur tam
in expreſſa, quam in tacita hypotheca, am-
5 pliando † quamuis dos fuiſſet ſoluta tempore
ſponſaliorum, ex quo tunc temporis non erat
dos, & per conſequens neque actio dotis prin-
cipalis cōſiſtebat *l. dotis promiſſio. de iur. dot.*
Ex quibus infertur, quod ſi eſſet factum inſtru-
mentum dotale tempore ſponſaliorum cum
6 expreſſa hypotheca bonorum, † puta per an-
num antequam eſſet contractum matrimoniū,
& maritus interim contraxiſſet aliqua debita
cum alijs creditoribus, & cum obligatione
ſuorum bonorum, mulier non eſſet illis præfe-
renda, nam potius tales creditores habent po
tiora iura tanquam non attendatur dies pro-
miſſionis dotis quando non aderat matrimo-
nium, vt per *Neguſ. d. membr. 4. p. 2. n. 79.* vbi
quod eſt multum notandum, quia ſæpe in fa-
cto contingit. *Bald. Nouell. de dot. p. 10. n. 39.*
Verum eſt quod *Io. Criuell. deciſ. Dolan. 133. n.
7 2. cum ſeq.* † contrarium tenet, præſertim in
expreſſa hypotheca, videlicet ſi futurus mari-
tus pactionibus ſponſalitijs, quibus dos pro-
mittitur, promiſerit etiam ſub expreſſa bono-
rum hypotheca ſe dotem illam aſſignaturum,
vel redditurum quamuis non adiecerit clauſulā
illam ex nunc, prout ex tunc; Mouetur ex mul-
tis, & præſertim, quia generale eſt in omni
8 credito, vt hypotheca, † quæ accedit obliga-
tioni conditionali, exiſtente demum condi-
tione, trahatur retro ad diem contractus quā-
do ſumus in conditione caſuali, vel mixta, quid
quid aliud ſit in merè poteſtatiua, quæ depen-
det à ſola voluntate ipſius debitoris *l. penult.
ff. quæ res pignor. obligar. non poſſ. l. 1. & l.
potior. §. videamus. & l. balneum. §. amplius.
qui potior. in pignor. habeant.*
Sumus autem iuxta opinionem eiuſdem *Criuell.
d. deciſ. Dolan. 133. n. 11.* in conditione caſuali,
vel mixta, non autem in poteſtatiua, quando
9 adeſt † conditio ſi ſubſequatur matrimonium,
quæ licet in promiſſione dotis ſemper intelli-
gatur, tamen illa non poteſt dici poteſtatiua,
qui enim dederunt fidem de contrahendo ma-
trimonio poſſunt & debent compelli ad illud
10 contrahendum, † niſi aliquid triſte timeatur
*Abb. in c. requiſiuit. de ſponſalib. Menoch.
conſ. 386. n. 2. lib. 4. & de arbitrar. caſ. 455. n.
1. cum ſequen. fol. 367.*
Ratio autem differentiæ inter conditionem po-
11 teſtatiuam, & caſualem illa eſt, quia in pote-
ſtatiua contractus nullam habet firmitatem,
nec poteſt producere aliquod vinculū efficax.
obli-

Digitized by Google

obligationis, niſi perfecto actu, tanquam ſit
in poteſtate debitoris facere, vt conditio non
exiſtat, puta non accipiendo pecuniam, vnde
non mirum ſi hypotheca non trahitur ad diem
12 contractus. † Quod non eſt in cæteris condi-
tionibus merè caſualibus, ſiue mixtis, in qui-
bus ab initio fuit contracta obligatio valida,
& firma, quæ facit, vt debitor non poſſit impe-
dire quominus debeat, quando conditio exi-
ſtet, vnde merito erit inſpiciendum tempus
contractæ obligationis, nec aliud debet atten-
13 di, † cum euentus ſimilis conditionis nihil af-
ferat, niſi vt poſt illius purificationem, con-
tractus perinde habeatur, ac ſi ab initio purè,
ac ſine vlla conditione geſtus fuiſſet *l. potior.*
§. videamus. ff. qui potior. in pignor. habeãt.
& ita in ſpecie iſtam rationem differentiæ, poſt
14 *Bart. & alios* ponit *Neguſãt. de pignorib. mẽ-*
br. 2. p. 2. n. 10. verſ. ſextodecimo. Pancirol.
conſ. 118. n. 19. & late diximus c. . . .

Quidquid tamen ſit de prędictis, quæ per modum
diſputationis poſſunt deſeruire, non eſt diſce-
dendum in praxi ab opinione prius firmata,
15 quod † huiuſmodi hypotheca non retrotraha-
tur ad tempus promiſſionis dotis, niſi tunc
exiſteret matrimonium, cũ non ſufficiat quod
dos ſit promiſſa ante contractum matrimoniũ
16 tanquam talis promiſſio dotis non † ſubſi-
ſtat, antequam nuptiæ non contrahantur, ex
qua promiſſione nulla principalis actio dotis
debet dari *l. plerunque. ff. de iur. dot. cum*
alijs allegatis ſupra n. 2. & 3. l. ſi conſtante.
ff. ſolut. matrim. Barboſ. in l. 1. p. 3. n. 34. verſ.
poſtremo. ff. eod. tit. Quare ceſſante actione,
neque dabitur pro tali dote aliqua hypotheca,
17 quæ † velut acceſſoria ad principalem obliga-
tionem, non poteſt ſubſiſtere ſine principali
obligatione *Bart. in l. contrahitur. ff. de pi-*
gnorat. action. & in l. fideiuſſor obligari. in
princ. ff. de fideiuſſorib. Alex. conſ. 134. ani-
maduerſis. n. 20. lib. 1. Neguſant. de pignor.
membr. 3. p. 1. n. 8.

Neque conditio, ſi ſubſequatur matrimonium, eſt
18 caſualis, ſeu mixta, † prout præſupponit *Cri-*
uell. d. deciſ. Dolan. 133. *n.* 11. Quia potius di-
citur poteſtatiua, nam ſpeciale eſt fauore
libertaeis matrimonij, quod ſponſus non ſit
compellendus, ſed tantum monendus, vt con-
trahat matrimonium, maxime ſi non inter-
19 uenit iuramentum, † licet etiam ſi adfuiſſet
iuſiurandum, compulſio non eſſet facienda, ne-
que enim Iudex debet adhibere ſtrictã & abſo-
lutam coactionem, ſed ſi promittens recuſet,
ad tempus excommunicatur per modum me-
dicinæ, & ſi fuerit pertinax, abſoluitur, ne li-
ber conſenſus deſideretur, cum ſemper matri-
monia debeant eſſe libera, † ita in ſpecie con-
cludit *Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 29.*
n. 7. 8. & 10. vbi etiam quod talis abſolutio
ſit concedenda, † quamuis ſponſus illam non
peteret *Gloſ. in c. 2. in verb. excommunica-*
uſque. de adulter. Innoc. in c. ex litteris. il
vbi Io. Andr. n. 12. Butr. n. 11. Anchar.
n. 5. Boich. n. 4. Prapoſ. in fin. de ſponſalib.
Gutier. de iuram. p. 1. c. 51. n. 4. Philiarc. de
offic. ſacerdot. p. 2. tom. 1. lib. 2. c. 1. Seraph. pri-
22 *uileg. iuram. 74. n. 10. vſque ad* 13. † vbi etiam
addit rationem, quia quando aliqui promit-
tunt contrahere matrimonium, dicuntur con-
trahere ſponſalia, quæ ſunt promiſſiones futu-
ri matrimonij *l. 1. ff. de ſponſalib. l. oratio. &*
l. omnino. ff. eod. tit. c. noſtrates. 30. q. 5. Si-
gnoroll. conſ. 144. n. 2. Bellon conſ. vlt. n. 10.
Cin. in l. non ſane. C. de bon quæ liber. Butr.
& alij in rubr. de ſponſalib. Corn. conſil. 91.
col. 3. in princ. lib. 3. Vnde cum illa promiſſio
ſit imperfecta reſpectu finis, qui debebat re-
cipere perfectionem per matrimonium con-
23 tractum per verba de præſenti, & † coniunctio-
nem maris & fœminæ *inſtit. de iur. natur.*
gent. & ciuil. in princ. Lup. in rubr. de do-
nation. int. vir. & vxor. §. 46 col. 2. & §. 58.
n. 3. non eſt mirum ſi talis promiſſio poterat
24 reuocari, † prout dicitur de alijs contractibus
qui ante traditionem rei ſunt imperfecti *Ti-*
raq de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 44. tan-
quam traditio ſit vna ex tribus perfectionibus
25 quæ † deſiderantur in contractu *Dec. conſ. 178.*
viſo eleganti. col. penult. n. 3. Aret. conſ 6. col.
2. verſ. ſecundo hoc videtur probari. Sera-
26 *phin. priuil. iuram. 74. n. 11.* † Quamuis re-
ſpectu matrimonij, verior ſit illa ratio, quæ
fauet libertati illius *Abb. in c. requiſiuit. de*
ſponſalib. cum alijs ſupra allegatis. n. 18. Et
diximus late in capite particulari, vbi multa
circa huiuſmodi promiſſionem nubendi quod
ſit conditio poteſtatiua.

Non erit itaque diſcedendum ab opinione *Bald.*
Nouell. & Neguſant. ſuperius firmata *n. 2.*
27 quam † etiam ſequitur *Ponte. conſ. 80. n. 5. lib.*
1. vbi de communi Caualcan. deciſ. 15. n. 14.
p. 4. Barboſ. in l. 1. p. 3. n. 34. verſ. poſtremo no-
tabis. ff. ſolut. matrimon. Paciſic. de Saluian.
interdict. inſpect. 3. c. 4. n. 43.

EPITOME.

SEnes, & infirmi quando æquiparentur, vt non poſſint carcerari pro debito ciuili, & fiſcali. ¶ Et obtineant abſolutionem ab Epiſcopo propter percuſſionem clerici, abſque eo quod vadant ad Summum Pontificem. ¶ Et liberentur à lege ieiunij. ¶ Et non perdant ſucceſſionem filij ob non petitum tutorem. ¶ Et obtineant coadiutoriam. ¶ Et diſtributiones quotidianas in abſentia. ¶ Et non cogantur pro examine ire ad domum Iudicis. ¶ Non torqueantur, neque ferula cedantur, itaut talis confeſſio non valeat. ¶ Et de alijs priuilegijs illis competentibus. ¶ Coadiutor an debeat reſidere, & inſeruire Eccleſiæ, & quando priuetur. ¶ Et an illius reſidentia ſit præciſa, non cauſatiua quo ad obligationẽ ſoluendi fructus proprietario ob non reſidentiam perditos. ¶ Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & in potentatibus octua-

ginta iuxta Pſalm. 89. quid ſignificent. ¶ Excedens annum ſeptuageſimum, quibus officijs vacare debeat. ¶ Homines ante diluuium & proxime poſt illud cur longiſſime vixerint.

SVMMARIVM.

1 *Pro debito ciuili, & fiſcali non poteſt ſeptuagenarius carcerari. n. 2. 3. & 8. Et quid in ſexagenario. n. 4.*

5 *Cuſtos antiquitus oſtendebat ætates carceratorum Iudici. & de ratione. n. 6. & 7.*

9 *Infirmus & ſenex æquiparantur, & ſtatutum loquens de infirmo habet locum in ſene.* Contrarium. *n. 10. Declara ut n. 11. & 12.*

13 *Conſtitutus in ætate annorum ſeptuaginta habet præſumptionem iuris quod ſit æger & infirmus.*

14 *Infirmus non carceratur.*

15 *Percutiens clericum debet abſolui per Summum Pontificem, ſecus in infirmo, & ſene, qui ab Epiſcopo abſoluitur, & de qua infirmitate, & ſenectute intelligatur. n. 16. 17. 18. 19. & 20.*

21 *Senes tam ſeptuaginta annorum, quam ſexaginta liberantur à lege ieiunij, ſicut infirmi. & n. 22.*

23 *Attingens ſeptuaginta annos an perdat ſucceſſionem filij ſi illi tutorẽ non petierit. n. 25.*

24 *Aetas ſeptuaginta annorum præſtat excuſationem à muneribus.*

26 *Agens annum ſeptuageſimum non cogitur ad teſtificandum in domo Iudicis, qui tranſmittet notarium ad ipſius domum ad hunc effectum examinis, & ſtatur arbitrio Iudicis circa talem ætatem. n. 27. Idem in infirmis. n. 28.*

29 *Infirmitas & ſenectus æquiparantur ad obtinendam coadiutoriam, & quæ ætas requiratur. n. 30.*

31 *Coadiutor tenetur reſidere & inſeruire, alias priuatur ſeruata iuris forma. n. 32. & 33.*

34 *Reſidentia coadiutoris debet eſſe præciſa, non cauſatiua quo ad obligationem ſoluendi fructus proprietario ob non reſidentiam perditos. n. 35.*

36 *Exiſtens in ætate ſeptuaginta annorum non poteſt torqueri, neque ferula cædi, & confeſſio taliter extorta non valet. n. 37. & 38.*

39 *Senes ſunt digni multis honoribus, & priuilegijs.*

40 *Diſtributiones quotidianæ quando dentur ſenibus ſeptuagenarijs, & octuagenarijs abſentibus.*

41 *Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta, & in potentatibus ſeptuaginta iuxta Pſalm. 89. quid ſignificent. n. 44. & 45.*

42 *Excedens annum ſeptuageſimum ab omni officio vacuus ſoli ſapientiæ, & ſtudio vacare debet, & tanquam in vltimo ſenij gradu eſt proximus ſepulturæ.*

46 *Homines ante diluuium, & proxime poſt illud cur longiſſime vixerint. n. 47. 48. & 49.*

CAP. DCCCV.

Septuagenarium non poſſe detineri in car- Adde ſup. ad c. 328. & 506.
1 ceribus pro debito ciuili diximus† ſupra
c. 328. & c. 506. iuxta conſ. Anchar. 336. præmitto. n. 2. Verum quia opponitur quod potius *Anchar.* tenet contrarium, obſeruandum eſt, quod iſta oppoſitio diluitur ex lectura eiuſdem *conſ.* nam in eo proponitur caſus de ſententia lata ſuper ætate ſeptuagenarij, & deciditur, quod ſi iſta ſententia non tranſiuit in iudicatum, non iuuabat talem ſenem, cum illa non obſtante poſſet carcerari ob eam rationem, quia non erat probata ætas ſeptuaginta annorum ex huiuſmodi ſententia, à qua fuit appellatum, & non fecerat tranſitum in iudicatum, nam ſi conſtaret de re iudicata eiuſdem ſententiæ, per eam produceretur effectus generalis contra omnes, tamquam eſſet lata ſuper ſtatu, & probaretur ætas ſeptuaginta annorum, quæ impedit, vt in tali ætate conſtitutus non poſſit pro debito ciuili detineri in carceribus.

Ex quibus colligitur, quod *Anchar.* non poteſt
2 magis clarè, & apertè loqui, † quam fuit al-
legatus, prout etiam illum ſequendo tenet
Carpan. ſuper conſuetud. Mediol. p. 1. c. 243.
n. 6. Graſſ. de exceptionib. in prælud. n. 177.
& 178. vbi etiam allegat *Intrigliol. conſ. 18. n.*
1. & Prouenzal. ad Bertacch. in verb. ſenex.
Gaſp. Beat. de inop. debitor. c. 7. per tot. tom. 3.
3 *p. 2. fol. 220.* † vbi etiam loquitur in delicto fi-
ſcali iuxta *l. in metallum. 21. ff. de pœn.*

Et *Anchar.* etiam citat ad hunc effectum *Oſaſc.*
deciſ. 123. n. 3. col. 2. verſ. tertio dicebatur. in
fin. & quamuis *ibid.* contrarium concludat,
4 Tamen † loquitur in ſexagenario, & in eo etiã
teſtatur deciſum fuiſſe, quod ſit habenda ra-
tio talis ætatis, ob quam non erit detinendus
in carceribus, ſed ſolum arreſtandus in domo
Prætoris *Menoch. de arbitrar. caſ. 105. n. 8. fol.*
257. poſt *Gloſ. in l. ſi vt certo. §. cuſtodiam.*
ff. commodat. Marſil. in prax. criminal. §. at-
tingam. n. 14. Foller. etiam in prax. criminal.
in verb. vel carcerentur. n. 6. Caccialup. de
debitor. ſuſpect. & fugitiu. q. 5. n. 6. tom. 3.
5 *p. 2. fol. 150.* † vbi etiam quod cuſtos oſtende-
bat deſcriptas ætates carceratorum, quas lex
voluit eſſe notas Iudici, quia non ita exactam
cuſtodiam vult fieri in carcerato ſene per cu-
6 ſtodem, † qualem in iuuene *l. fin. ff. de cuſtod.*
reor. & quia ſi proſpiciat ſenio confectum in
carceribus exiſtere ciuitatis, Principi nun-
7 ciabit, † vt forte pietate motus dimitti faciat
l. in metallum. 22. ff. de pœn. l. iudices. 10.
8 C. *de epiſcopal. audient.* † Et ita etiam iuxta
opinionem *Anchar.* fuiſſe iudicatum teſtatur
Ricc. deciſ. . . . lib. 3.

Rationes multæ fuerunt adductæ ſupra *c. 328. &*
506. ob quas ſeptuagenarius non poteſt carce-
rari, quibus additur, quod talis æquiparatur
9 infirmo, & valetudinario, † itaut ſtatutum lo-
quens de infirmis procedat etiam in ſenibus

e.1.§. ſin autem epiſcopus. de elerie. ægrotaut. in 6. Abb. in c. magna. col. 1. de vot. Pariſ. conſ. 29. n.68. lib. 2. iuxta e. 1. §. ſin autem epiſcopus. de elerie. agrot. vel debil. in 6.

Neque obſtat, quod de dicta opinione Abb. dubitet Felin. in c. quoniam frequenter. 1. n. 5.
10 vt lit. non conteſtat. †& contrarium ſequatur Gomeſ. de infirm. reſiguantib. q. 7. col. 3. ad med. & ibid. Maudoſ. q. 4. u. 5. in fiu. Rebuff. in prax. eod. tit. gloſ. 2. u. 13. Alciat. præſumpt. vlt. regul. 1. Monet. de diſtribut. quotidian. p. 2. q. 7. n. 3. Quia cum ſinius in
11 ſeptuagenario graui ſenio confecto, † & multis morbis vexato, tunc verior eſt opinio, vt talis ſenex comparetur infirmo, & omnia priuilegia infirmi conſequatur Menoch. qui ita diſtinguit de arbitrar. caſ. 60. n. 11. vſque ad 14. fol. 99. Pariſ. de reſiguat. lib. 5. q. 3. n. 54. Hoied. de incompatibil. beneficior. p. 1. c. 17. n.
12 17. in fin. tom. 15. p. 1. fol. 130. † & ita etiam in ſeptuagenario tenet Alciat. de præſumption. reg. 1. præſumpt. 53. u. 3. verſ. potes di-
13 cere. fol. 142. † vbi quod conſtitutus in tali ætate habet præſumptionem iuris, quod ſit æger, & infirmus, & de iſtis loquitur tex. in l. ciuitatibus. in princ. ff. de legat. 1. l. 2. §. quæ ita ſenio. ff. de vacat. muner. l. 5. ff. de donat. cauſ. mort.

Stante igitur prædicta æquiparatione iſtorum
14 ſenium cum infirmis, † ſequitur illos non eſſe carcerandos, ſicut non carcerantur infirmi Medie. de caſib. fortuit. p. 2. q. 6. n. 14. tom. 7. fol. 216.

Prout etiam ſenes & infirmi æquiparantur quo ad abſolutionem petendam ab excommunica-
15 tione in Curia † propter percuſſum clericum, à qua licèt quis debeat abſolui ſolum per Summum Pontificem, tamen aliud eſt in infirmis, & valetudinarijs, ſeu impeditis quacumque corporis impotentia, qui etiam ab epiſcopis poſſunt abſolui, ſiue infirmitas ſit incurabilis, ſeu periculoſa, ſiue ſit longus morbus, ſiue temporalis, & ex itinere timeatur acceleratio mortis c. quod de his. de ſentent. excommunication. Gregor. Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 28. n.
16 24. † vbi ampliat etiam ſi non immineat periculum mortis, videlicet in febre tertiana, quartana, vel podagra Silueſt. in verb. abſolutio. 4. n. 3. §. 9. Nauarr. in manual. c. 27. u. 88.

Quod etiam eſt in ſenibus, qui poſſunt abſolui
17 ab epiſcopis ſuis, licet ſint fortes † ad ambulandum c. ea noſcitur. & c. quamuis. de ſent. excommunicat. Sair. de cenſur. lib. 3. c. 28. n. 25. vbi etiam quod in propoſito ſenex dici-
18 tur, † qui ratione ætatis iudicio boni viri maxime epiſcopi, tale iter periculoſè aggrederetur, & quamuis ſit fortis, tamen abſoluendus eſt per epiſcopum, tamquam ſit periculoſum ſenem proficiſci, cum ſenectutis impedimentum numquam ceſſet, † ideo non eſt opus vt illi iniungatur, & demandetur, quod ceſſante impedimento ſe repræſentet Sedi Apoſtolicæ Hoſtien. in d. c. quamuis. de ſentent. excommunicat. Silueſt. in verb. abſolutio §. 10. Augel. in verb. excommunicatio. 5. n. 51.
20 Et † dicitur ſenex maior ſeptuaginta annis l. 1. C. qui ætat. ſe excuſ. lib. 5. & l. fin. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10.

Quare etiam ſenes liberantur à lege ieiunij ma-
21 xime ſeptuagenarij, † licet verius ſit, quod ſexagenarij etiam ab ea excipiantur, iuxta opinionem benignam, & ſenibus fauentem, vt notat Azor. inſtitut. moral. lib. 7. c. 28. q. 4. p. 1. fol. 832. poſt Armill. in verb. ieiunium. n. 3. Medin. inſtruct. confeſſor. lib. 1. c. 14. §. 10. & in
22 hoc † æquiparantur infirmis, qui ſunt ſoluti legibus ieiuniorum, itaut ſi dubitetur an infirmitas ſit talis, quæ iuſtam præbeat excuſationem, tunc res erit definienda conſilio Medici, vel ſuperioris indulgentia, & auctoritate D. Thom. in 4. diſtinct. 15. q. 3. artic. 2. q. 4. Nauar. in manual. c. 21. n. 16. cum alijs per Azor. inſtit. moral. lib. 7. c. 28. q. 5. fol. 832.

Quemadmodum etiam tam maſculus, quam fœmina, quæ attingit ſeptuaginta annos, ſi non
23 petat tutorem filio, non priuatur illius ſucceſſione, quaſi tanquam antiqua ſit quodammodo extra memoriam argumẽto l. 1. C. qui ætat.
24 lib. 10. † cum etiam talis ætas præſtet excuſationem à muneribus. §. item ſi maior. inſtit. de excuſat. tut. Quamuis de rigore iuris hoc
25 non ſit tutum, ſecundum quod † iſta ætas non attenditur, & à ſucceſſione repelletur, vt in ſpecie notat Bald. in l. matres. 3. col. 1. in fin. n. 2. C. ad tertull. Gabr. de tutel. concluſ. 1. n. 14. vbi etiam allegat Curt. ſen. conſ. 67. & Neuiz. in ſilu. nupt. p. 1. ampliat. 3.

Ideo etiam agentes annum ſeptuageſimum non
26 poſſunt cogi ad teſtificandum, † ideſt venire ad domum Iudicis ad ſe examinandum, cum debeant examinari in eorum domibus, ad quas Iudex tranſmittit notarium ad hunc effectum examinis Butr. in c. ſi quis teſtium. n. 2. & ibid. Auan. n. 3. verſ. ſed forte. de teſtib. Ign. in l. 3. §. ignoſcitur. n. 19. ff. ad ſyllan. Farinac. de teſtib. q. 77. n. 59. vſque
27 ad 64. † vbi etiam quod in propoſito ſenes dicuntur, qui ſunt maiores annorum ſeptuaginta, licet verius ſit in hoc quoque ſtandum eſſe arbitrio Iudicis. Idem Farinac. de teſtib. q. 76. n. 83. Igneus in d. §. ignoſcitur. n. 21.
28 Quod etiam eſt in infirmis, qui neque poſſunt cogi ad teſtificandum c. ſi teſtes. §. inuiti. 4. q. 3. l. inuiti. la 1. vbi Gloſ. in verb. valetudinarij. Bald. in princ. Alber. n. 1. & 3. Florian. n. 4. in fin. Fulgoſ. col. 1. ff. eod. tit. Farinac. de teſtib. q. 77. n. 63. & 113. & q. 76. n. 225. Campeg. eod. tit. reg. 157. fallent. 1.

Ita quoque ad obtinendam coadiutoriam æqui-
29 paratur infirmitas † & ſenectus c. vnic. de cleric. ægrotant. in 6. Rebuff. in prax. de reprobat. benefic. viu. impetrat. n. 50. Firman. de epiſcop. lib. 1. q. 3. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 9. n. 19. vſque ad 23. Maudoſ. reg. 11. q. 5. n. 2. Adeo vt ad hunc effectum ſufficiat ætas ſexa-
30 ginta annorum † cum infirmitate, vel ſeptua-

ginta annorum ſine Caputaq. deciſ. 129. & 131.
& 311. p. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 9. n.
86. Pariſ. de reſignat. lib. 5. q. 3. n. 55. fol. 249.
Et talis coadiutor datus ſeni, vel infirmo tenebi-
31 tur reſidere, † & inſeruire in beneficio, nam
coadiutoria fuit reperta, vt cultus diuinus non
fraudetur debitis ſeruitijs ad fauorem eccleſię,
quæ habet à Coadiutore illas operas, quas co-
adiutus non poteſt præſtare ob ſenectutem,
vel infirmitatem, vel aliam inhabilitatem c.
ex parte. de cleric. ægrotant. in 6. Put. deciſ.
226. n. 13. lib. 3. Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 7. de
reformat. & c. 6. ſeſſ. 21. etiam de reformat.
Et quamuis Nauar. conſ. 2. n. 4. de cleric. ægro-
32 tant. concludat † coadiutorem non teneri ad
reſidentiam, licèt poſſit, ſi velit, tamen eius opi
nio non admittitur, vt per Congregationem
Rituum ita fuiſſe declaratum teſtatur Rot. de-
ciſ. 276. n. 3. in fin. p. 1 in recentior. vbi etiã
33 quod † poterit non reſidens priuari ſeruata
forma iuris, de qua in c. ex iure. de cleric. non
reſident. Gloſ. in c. quoniam frequenter. in
34 verb. canonibus. vt lit. non conteſtat. † Ideo
debet eſſe talis reſidentia præciſa, non cauſa-
tiua quo ad obligationem ſoluẽdi fructus pro-
prietario ob non reſidentiam perditos, Quid-
35 quid † aliud ſentiat Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5.
§. 9. n. 122. in fin. cum verior ſit opinio ſu-
pradicta iuxta allegatã deciſ. Rot. 276. Garz.
de benefic. p. 4. c. 5. n. 57. in fin.
Cum etiam exiſtentes in tali ætate ſeptuaginta
36 annorum tamquam decrepiti † nõ poſſint vllo
tormenti genere torqueri l. 3. §. ignoſcitur. ff.
ad ſyllan. 10. And. & Abb. in c. cũ in contem-
platione. col fin. de regul. iur. Aret. de male-
fic. in verb. quod fama publica præcedente.
n. 102. q. 6. ad med. verſ. item decrepitus. fol.
90. Bertazol. conſil. crimin. 102. n. 4. lib. 1.
37 vbi † etiam addit, quod neque ferula poſſunt
tales cedi Boſſ. de tortur. n. 20. Plaz. in epi-
tom. delictor. c. 32. n. 10. Duen. reg. 259. ætat.
ampliat. 6. Clar. in §. fin. q. 64. verſ. non etiã.
Viui. in ſuis communib. opin. in verb. ſenes.
38 n. 1. Adeo vt ſi torquerẽtur, & faterẽtur delictũ;
talis confeſſio non valeret Marſil. in l. edi-
ctum. n. 17. ff. de quæſtionib. Bertazol. dict.
conſil. 102. n. 6.
Et quidem meritò hoc concedendum eſt ſenibus
39 in huiuſmodi ætate conſtitutis, † cum ſint di-
gni etiam maioribus priuilegijs, quos recenſe-
re longum eſſet, ideo ſatis erit ſe referre ad
Felin. in c. in noſtra. col. fin. de teſtib. Pur-
pur. in l cum quid. col. 7. ff. ſi cert. petat. Bar
bat. conſ. 23. col. penult. lib. 1. & conſil. 24.
col. 9. lib. 2. & de præſtant. cardinal. p. 1. q. 1.
Maſcard. concluſ. 1296. latiſſime Tiraq. de
primogenit. in præfat. n. 79. vſque ad 121.
Aldobrand. in §. item maior. n. 5. cum ſeq.
inſtit. de excuſat. tutor. Farinac. q. 92. n. 22.
vſque ad 41. Petrarc. dialog. 83. de ſenectut.
Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 5. q. 3. n.
46. vſque ad 67.
Quibus addendum eſt, quod ſenes ſeptuagena-
rij in abſentia percipiunt diſtributiones quo-
40 tidianas † quando ſunt adeo grauati, vt non
poſſint in eccleſia conuenire, & diuinis in-
tereſſe, tunc enim æquiparantur infirmis, itaut
ad eorum exemplum lucrentur dictas diſtribu-
tiones, dũmodo tamen prius eſſent ſoliti inte-
reſſe in eccleſia Prob. ad Monach. in c. vnic.
n. 14. de cleric. non reſident. in 6. Azor. in-
ſtitut. moral. lib. 7. c. 7. q. 12. & ita cenſuit Cõ-
gregat. Concilij, vt teſtatur Monet. de diſtri-
bution. quotidian. p. 2. q. 7. n. 15. & 16. vbi
41 etiam † quod magis excuſabitur agens annum
octuageſimum ab intereſſentia diuinorum of-
ficiorum, ideo percipiet diſtributiones quoti-
dianas, hic enim ex præſumptione iuris, & de
iure iudicatur inhabilis ad conueniendum in
eccleſia, & diuinis intereſſendum iuxta Pſal.
89. Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptua-
ginta anni, ſi autem in potentatibus octua-
ginta anni, & amplius eorum labor, & dolor,
ideſt in ipſis diebus annorum noſtrorum.
ſunt ſeptuaginta anni, ætatis enim noſtræ ſpa-
tium terminatur ſeptuaginta annis, aut ſi fir-
ma ſit valetudo octuaginta, in potentatibus,
in potenti corporis conſtitutione, in natura
viuaciore, & valentiore, & amplius eorum la-
bor & dolor, quidquid vitæ vltra hos annos re-
linquitur laborioſum eſt, & doloris plenum,
nam ob continens defluuium, caloriſque na-
tiui, & ſpirituum imbecillitatem ad extremum
hominis eſtæta, ægra, languidaq. eſt ſenectus,
vt illius vita ſit quaſi non vita, ſed mors, &
mortis certa expectatio, non vitæ productio,
42 Quo † pertinet illud Macrob. lib. 1. de ſomn.
Scipion. c. 6. ſepties deni anni à Phyſicis credi-
tur meta viuendi, & hoc vitæ humanæ perfe-
ctum ſpatium terminatur, quod quiſque exceſ-
ſerit ab omni officio vacuus ſoli ſapientiæ &
ſtudio vacat, & omnem vſum ſui in ſuadendo
habet, aliorum munerum vacatione reueren-
43 dus; † Vnde etiam dicimus, quod ſexagenarius
ad ſenectutem peruenit, ſeptuagenarius ad cõ-
fectam & decrepitam canitiem, eſt tertius, &
vltimus ſenij gradus congruens ſilicernijs, qui-
bus imminet ſepultura: Hæc omnia notat Ge-
nebrard. in Pſalm. 89. n. 12. fol. 570.
Neque eſt admittenda interpretatio, quod illa
verba in potentatibus idem ſit, quod in prin-
44 cipatibus, ſiue imperijs, quia † hoc loco talis
ſignificatio non facit ad rem, non enim Prin-
cipes diutius viuunt, quam alij, cum potius di-
catur eccleſiaſtici c. 10. omnis potentatus bre-
uis vita, Ideo potius hoc loco vox illa ſignifi-
cat vim, & potentiam complexionis, prout
exponunt omnes interpretes, vt teſtatur Card.
Bellarm. d. Pſalm. 89. verſ. 11. vbi etiam
addit communem omnium eſſe ſententiam,
45 quod † ibid. ad litteram definiatur vita homi-
nis ſeptuaginta, vel octuaginta annis, quæ
vtcumque longa eſt, ſi comparetur ad vitam
multarum beſtiarum, breuiſſima tamen, ſi ad
æternitatem conferatur, & ſic Propheta loqui-
tur de ſolo vitio ætatis, & dicit ſecundum
or-

Digitized by Google

ordinarium curſum homines viuere conſueuiſ-
ſe integris viribus & ſenſibus, vſque ad annum
ſeptuageſimum, ſiue octuageſimum, licèt ho-
die communis curſus vitæ robuſtæ & integræ
ſit ad quinquageſimum annum, & in robuſtio-
ribus ad ſexageſimum, & ex eo tempore labo-
rem, & dolorē eſſe, quamuis nō deſint, hoc etiā
tempore pauci quidam ſatis vegeti, & robuſti
46 annorum ſeptuaginta, & octuaginta; † quod
autem antediluuium, & proxime poſt illud ho
mines diutiſſime vixerint, factum eſt ex proui-
dentia Dei, vt genus humanum facilius pro-
pagaretur, prout deinde pertinuit ad eamdem
prouidentiam Dei, vt contraheret tempus hu
manæ vitæ, tum quia æquum eſt, vt ſicut mul-
tiplicantur peccata, ſic contrahatur tempus
vitę, tum etiam quia, ſi propagato humano
genere adhuc homines diutiſſime viuerent,
mundus eos non caperet *Card. Belarmin. d.*
47 *Pſalm.89.verſ.11.in fin. fol.671.* † De cauſa
autem producendæ vitæ ad longam, ſeu bre-
uem vitam diſputat *Mirandulan. 1. de exa-
min. vanit. doctrin gent.c.16.* Et *Pier.lib.5.*
48 *in Geneſ.* ſeptem cauſas dat, † cur tam lon-
gam vitam homines agerent ante diluuium,
bonitatem conſtitutionis, ſobrietatem, præ-
ſtantiam alimentorum, benigniores defluxus,
& aſpectus cælorum, vt propagaretur genus
humanum, vt adinuenirentur artes longa ex-
49 perientia, † licet *D. Thomas* ſenſerit ex diui-
na potius virtute ac miraculo proueniſſe, quā
ex cauſa naturali, de quibus late *Io. Lorin. in
d. Pſalm.89.verſ.10.fol.894.*

EPITOME.

IN mandato quando cenſeatur data facul-
tas attentandi, & delinquendi. ¶ Factum
Sindici an noceat Capitulo. ¶ Promiſſio re-
ficiendi expenſas, de quibus intelligatur. ¶ In
ſuſceptionē omnium caſuum fortuitorum qui
caſus comprehendantur. ¶ Abſens pro tuen-
dis iuribus ſui beneficij, & carceratus iniuſtè,
an acquirat fructus, & diſtributiones quoti-
dianas. ¶ Et quando illę veniant appellatione
fructuum, & reddituum. ¶ Reſidentia an ſuffi-
ciat pro lucrandis diſtributionibus quotidia-
nis, vel etiam requiratur intereſſentia.

SVMMARIVM.

1 *Attentare eſt delictum committere.*
2 *In mandato generali non cenſetur quis man-
daſſe, vt procurator delinquat, & faciat eum
incidere in pœnam. Amplia vt n. 3.*
*Mandatum ſpeciale requiritur ad delin-
quendum.*
*Factum Sindici non præiudicat Capitulo, nec
operatur, vt aliqua pœna poſſit ei infligi.*
*Expenſæ facta propter temeritatem procura-
toris non imputantur domino.*
*Promiſſio reficiendi expenſas intelligitur de
iuſtis.*
8 *In ſuſceptione omniū caſuum fortuitorū nō
veniunt illi, qui ob culpam partis occurrūt.*
9 *Abſens non percipit diſtributiones quotidia-
nas pro tempore, quo manſit in curia, vt tuea
tur iura ſuæ præbendæ.*
10 *Reſidentia non ſufficit ad lucrandum diſtri-
butiones quotidianas, ſed requiritur inte-
reſſentia.*
11 *Fructus præbendæ vix dantur Canonico, qui
abeſt, vt proſequatur iura ſui beneficij.*
12 *Carceratus iniuſtè acquirit diſtributiones
quotidianas.*

CAPVT DCCCVI.

BOna relicta Capitulo cum onere, de quo
in teſtamento exhibito, non poſſunt mi-
nui, neq; in eis aliquid aſſignari prætenſo pro-
curatori pro damnis per eum paſſis occaſione
defendendi eadem bona hereditaria, quia prę-
ſupponitur in facto, quod huiuſmodi damna
prouenerunt, ex quo idem Procurator con-
trauenit inhibitioni Auditoris Cameræ ſibi
per duas vices præſentatæ, quando cępit poſ-
ſeſſionem bonorum dictæ hereditatis, cui de-
bebat parere, & non attentare in ſpretum
1 eiuſdem inhibitionis, † Etenim attentare, &
contrauenire eſt delictum committere *Franc.
in c. bonæ. n. 14. & 39. de appellationib.* Vnde
nunquā in generali mādato cenſetur quis mā-
2 daſſe, † vt procurator delinquat, & faciat do-
minum incidere in pœnas *l. ſi procurator. vbi
Iaſ. n. 4. ff. de condict. indebit. Alex. conſ.
105. n. 27. lib. 3. Roman. conſ. 60. n. 2. & conſ.
70. n. 1. ad. med. vbi Mandoſ. in verb. non
includantur. Bero. conſ. 25. n. 3. lib. 3. vbi*
de communi. *Ferret. conſ. 21. ad fin.* cum
alijs per *Lancellott. de attentat. c. 1. de attenta-
3 tis à parte. n. 12. fol. 10.* † vbi ampliat ſuffi-
cere, vt hoc ex facto procuratoris poſſet domi-
no contingere, quamuis non contingat *Socin.
conſ. 20. col. 3. lib. 1. Cardin. Alban. cōſ. 7. n. 12.*
Ideo ſemper in huiuſmudi materia requiritur ſpe
ciale, & indiuiduum maodatum ad ſic agendū,
4 & † contraueniendum *Calcan. conſ. 77. Natt.
conſ. 441. in fin. Iaſ. in l. præſes. n. 14. C. de
tranſaction. Aret. in §. præterea. n. 26. inſtit.
de exceptionib. Magon. deciſ. Lucenſ. 51. n. 1. &
2. Lancell. d. c. 1. n. 12. ad fin.*
Quod magis eſt in caſu noſtro, cum præſuppo-
natur nullum adeſſe mandatum Capituli in
perſonam illius, qui controuenit, cum neq; ta-
lis tamquam canonicus potuiſſet hoc facere,
5 immo neq; † Sindicus Capituli, cuius factum
in non parendo inhibitioni non inducit aliquid
prę iudicium ipſi capitulo, nec operatur, vt
aliqua pœna poſſit illi infligi, nec quod ad mi-
nimum quid teneatur ſecundum *deciſ. Rot. per
Caputaq. Rauennaten. prætenſorum attenta-
torum 25. Ianuarij 1553.* de qua per *Lancel-
lott. de attentat. c. 1. n. 26. iuxta Gloſ. in l. non
poteſt dolo. de regul. iur. Socin. de citat. ar-
tic. 17. q. 7.*

Imputet igitur ſibi talis procurator, ſi paſſus fuit
damna ob contrauentionem,quæ facto ſuo oc-
currit, cum potuiſſet ab ea abſtinere, procu-
rando reuocationem inhibitionis per vias &
tramites iuris, ideo non eſt æquum, quod ex-
penſæ factæ pro defenſione ab huiuſmodi con-
trauentione cedant incommodo Capituli, &
hereditatis,cum fuerint ob culpam & temeri-
6 tatem ipſius procuratoris, † & ob delictum ab
eo perpetratum, quæ illi & non alteri ſunt im-
putandæ *l.quod quis ex culpa.ff.de regul. iur. c. damnum. eod.tit.in 6.* cum alijs per *Surd. conſ. 64. per tot. lib.* 1. vbi ampliat, quod ne-
7 que iſtæ expenſæ erunt reficiendæ, † quamuis
dominus ſe obligaſſet ad refectionem expenſa-
rum,cum talis promiſſio ſit intelligenda de il-
lis, quæ iuſtè feciſſet, non autem illicitè, &
iniuſtè *Bald. in l. ſi mandauero tibi. §. qui eodem.ff. mandat. Socin. conſ.70. per tot. lib. 3. Alber.in l.quod quis ex culpa. vbi Cagnol.*
8 *n. 3.ff. de regul. iur.* † Itaut neque obſtaret
ſuſceptio omnium caſuum fortuitorum,cum
non veniant illi, qui ex culpa partis occurrunt
Bald. in l. falſus. 19. *n.* 31.C. *de furt. Alex. conſ.* 86. *n.4.lib.4. Aym.conſ.95.n.8.& conſ. 119.n.11. Menoch.cõſ.27.n.52.& cõſ.55.n.13.*
Ex quibus etiam colligitur,quod neq; eidem pro-
9 curatori tamquam Canonico † ſunt aliquo mo
do debitæ diſtributiones quotidianæ,quas prę-
tẽdit percipere tempore,quo fuit abſens à ſua
Eccleſia, & manſit in curia pro defenſione
cauſæ contra eum motæ propter talem con-
trauentionem, cum neq; diſtributiones quo-
tidianæ debeantur Canonico, qui eſt abſens,vt
tueatur iura ſuæ præbendæ, vt late conprobat
Monet. de diſtribut. quotid. p.2.q.11.n. 94. vſq; ad 107. vnde multo magis erunt dene-
gandæ,quando vult ſe ipſum tueri ob delictum
commiſſum, quaſi tunc dicatur potius ſuum
10 negotium agere, † licet proſequatur iura ſui
beneficij; qui habetur quidem pro reſidente,
nõ tamen ſufficit reſidentia ad recipiẽdum di-
ſtributiones quotidianas, ſed requiritur etiam
intereſſentia *c.vnic. de cleric.non reſidentib. in 6. c. licet.de præbend.Ceſar.de Graſſ.deciſ. 5. n. 3. eod. tit. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 13. n.3. Concil. Trident. ſeſſ.24.c.12. §.præterea.de reformat.* itaut vix concedantur tali
11 canonico in hoc caſu fructus, & redditus ſuæ
prębendę, & canonicatus *Abb. in c.ex parte. il 2. de cleric. non reſidentib. Nauarr.conſil. 14.eod.tit.* Vnde multo minus debent concedi
12 diſtributiones quotidianę, † quę non veniunt
appellatione fructuum,& reddituum *Oldrad. conſ.118. Pariſ.conſ.33. n.4. & 5. lib. 4. Caſſador.deciſ.vnic.n.1.de cleric. non reſident. Put.deciſ.464. n.2. lib. 2. Azor. inſtitut.moral.p.2. lib.7. c.7. q.2. Gutier.conſ.8.n.2.Hoied. de incompatib.benefic. p.1.c.12.n.2.Gonzal.ad reg.8.§.7.probem.n.153. Redoan. de ſpol. eccleſ. q.3. n.3.*
Contraria autem procedunt in eo, qui non dedit
13 cauſam delicto, ſed in carcerato, † aut inqui-
ſito iniuſtè, huic enim poſtea abſoluto reſtituuntur omnia, quę amiſit tempore abſentię, & iniuſtę carcerationis, vna cum diſtributionibus quotidianis, vt late per *Nauarr.conſil. 14. de cleric non reſidentib.iuxta c.ſuper cauſa 2. q.4. Felin. in c.cum omnes. n.22. in fin. de conſtitut. & in c.apoſtolica.de exceptionib. Calder.conſ.17. de præbend. Prob. Franc. & aly in c.1.de cleric. non reſidentib. in 6. late Moneta de diſtribut. quotidian. p.2. q.5. n. 80. & 81. Gonzal. ad regul.8. gloſ.5. §.9. n. 15. & 118. Azor. inſtit. moral. p.2.lib.7.c.7. q. 2. Garz. de benefic. p. 3. c. 1. n. 363. Monald.conſ.27. n. 6.*

E P I T O M E.

Legatum vſusfructus intra quantum tempus ſit agnoſcendum, ad hoc vt per non vſum non dicatur amiſſum. ¶ Et an poſſit conſiſtere, niſi adſit aliquis, qui pro eo vtatur. ¶ Et fiat ſeparatio fructuum. ¶ Et quando tranſeat ad hęredes, ſeu ad proprietarium. ¶ Et an aliquid pro rata debeatur eiſdem hęredibus vſufructuarij decedentibus ante recollectionem fructuum. ¶ Propter ignorantiam tam iuris quam facti, & abſentiam, quo caſu quis reſtituatur aduerſus nõ vſum vſusfructus, & lucrum deperditum. ¶ Et an talis reſtitutio operetur recuperationem omnium etiam bona fide conſumptorum. ¶ Coniunctio re, & verbis qualis dicatur. ¶ Ius accreſcendi an habeat locum etiam in verbali coniunctione tantum, ſicut in reali, & verbali. ¶ Portio vſusfructus debiti vni legatario quãdo accreſcat alteri collegatario. ¶ Decretum Concilij de diſpoſitionibus faciendis cum licentia Epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem an procedat ſolum in actibus inter viuos. ¶ Teſtamentum nouitij ante profeſſionem quando ſit validum, & ſit reuocatum per profeſſionem ſubſecutam, quamuis nihil fuerit relictum Monaſterio pro ſua legitima. ¶ Fructus qui deciderunt in terram caſu an acquirantur vſufructuario, ſeu bonę fidei poſſeſſori, niſi per eum, aut alium ſuo nomine fiat amotio de loco ad locum. ¶ In legato vſusfructus ſingulis annis an ſufficiat vnica pręſcriptio. ¶ Ius pętendi legitimam, & eius ſupplementum etiam non agnitum an tranſmittatur ad quoſcumque heredes extraneos, itaut talis tranſmiſſio pręferatur iuri accreſcendi. ¶ Legitima an pręſcribatur triginta annis, vel potius in ea ſeruandum ſit ſtatutum Vrbis minus tempus requirens in pręſcriptionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Vſufructuarius tenetur à die ſcientia agnoſcere legatum vſusfructus infra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſẽtes. alias nõ poterit illud amplius petere. et n.14.*

Vſus-

2 *Vſusfructus conſiſtit in actu eius, cui debetur, nec poteſt conſiſtere, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur fruatur, & per non vſum amittitur. n. 3.*

4 *Vſufructuarius habet ſolum naturalem poſſeſſionem, quæ non eſt potens ex ſe ſine adminiculo ad fructuum acquiſitionem, quod adminiculum acquiſitionis poſſeſſionis fructum requiritur per ſeparationem fructuũ per ſe, vel eius nomine factam.*

5 *Fructus qui deciderunt in terram caſu non acquiruntur vſufructuario, niſi per eum, aut eius nomine moueantur de loco ad locũ, ſecus in bonæ fidei poſſeſſore.*

6 *Vſusfructus non perceptus per vſufructuarium non tranſit ad heredes, ſed ad proprietarium, quamuis fructus coluerit, & ſeminauerit, n. 7.*

8 *Nihil debetur pro rata tẽporis heredibus vſufructuarij decedentis ante fructuum recollectionem.*

9 *Vſufructus legatus ſingulis annis non amittitur per non vſum, & de ratione. n. 10. & 11.*

12 *In legato vſusfructus ſingulis annis non ſufficit vnica præſcriptio, ſed requiruntur tot præſcriptiones quot ſunt anni, ſecus ſi legetur ſimpliciter. n. 13.*

15 *Bona fides & titulus requiritur, vltra legitimum tempus non vtendi, vt vſusfructus dicatur amiſſus.*

16 *Ignorantia teſtamenti, in quo fuit relictus vſusfructus, facit vt vſufructuarius reſtituatur aduerſus vſumfructum amiſſum per non vſum. & n. 17.*

18 *Reſtitutio in integrum an detur propter abſentiam, & ignorantiam iuris & facti, quãdo agitur de lucro captando. n. 19. 20. & 21.*

22 *Reſtitutus ex iuſtitia, & ex cauſa abſentiæ recuperat omnia amiſſa, & fructus etiam bona fide conſumptos, refuſis tamen expenſis, & melioramentis factis per poſſeſſorem cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

23 *Portio vſusfructus debiti ei, qui non acceptauit, quãdo accreſcat collegatario. & n. 29.*

24 *Coniunctio re & verbis qualis dicatur.*

25 *Ius accreſcendi habet locum in reali, & verbali coniunctione, & etiam in verbali tantum. n. 26.*

27 *In vſufructu facilius admittitur ius accreſcendi, quam in proprietate.*

28 *Ius accreſcendi procedit in legato proprietatis etiam inter verbis coniunctos.*

30 *Decretum* Concilij *de diſpoſitionibus faciendis cum licentia epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem non habet locum, niſi in actibus inter viuos.*

31 *Teſtamentum nouitij ante profeſſionem eſt validum, nec reuocatur per profeſſionem ſubſecutam, licet nihil ſit relictum Monaſterio pro ſua legitima. n. 32.*

Ius petendi legitimam, & eius ſupplementum etiam non agnitum tranſmittitur ad heredes extraneos quoſcunque, itaut talis tranſmiſſio præfcratur etiã iuri accreſcẽdi.

34 *Legitima poteſt peti vſque ad trigiuta annos, non obſtante ſtatuto Vrbis, quod in ea non habet locum. & n. 35.*

CAP. DCCCVII.

NVllum ius dixi competere heredibus vſufructuariæ in medietate vſusfructus eidem relicti per eius filium, ſtante præſuppoſito, quod in vita non acceptauerit dictum
1 legatum vſusfructus, † Etenim vſufructuarius tenetur à die ſcientiæ agnoſcere legatum infra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, alias non poſſet amplius illud petere, cum vſufructus tollatur, & extinguatur, & ad proprietarium redeat, & cum eo conſolidetur non vtendo per ſe, aut per alium per ſpatium dicti temporis *l. arboribus. 13. §. de illo. l. non vtitur. 44. cum duabus legib. ſeq. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtar. l. is qui vſumfructum. 20. l. placet. 25. l. pomponius. 29. ff. quibus mod. vſufruct. amittat. l. corruptionem. 16. C. de vſu vſufruct. & habitation. Gloſ. in §. finitur. in verb. per modum. vbi Ricciard. n. 9. & 23. & Picard. n. 10. Eguinar. Baro. verſ. quod vero. inſtitut. de vſufruct. Caſtill. eod. tit. c. 67. n. 1. & 2. Franciſc. Marc. deciſ. 831. n. 1. in fin. p. 1. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. n. 118. fol. 338. Padill. in l. ſicut. n. 1. C. de ſeruitutib. & aqua. Couarr. lib. 1. variar. reſolution. c. 17. n. 11.*

Quorum ratio eſt, quia vſufructus conſiſtit in
2 actu eius, cui debetur, nec poteſt conſiſtere, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur fruatur. *l. 1. in princ. & §. dies. ff. quand. dies vſufruct. legat. ced.* Quare per non vſum vſufructuarij
3 amittitur, † tamquam deficiat actus hominis, in quo vſufructus conſiſtit *Cuiac. recitat. ſolemnium in libros Digeſtor. ad l. 2. verſic. & ideo ſi fructuarius rei mobilis. ff. de vſufruct. legat. Caſtill. de vſufruct. c. 67. n. 4. bene Aret. in §. is ad quem. n. 1. verſ. quæro quæ ratio eſt. inſtit. de rer. diuiſ.* vbi etiam
4 quod † vſusfructuarius habet ſolum naturalem poſſeſſionem, quæ non eſt potens ex ſe ſine adminiculo ad fructuum acquiſitionem, ideo requiritur tale adminiculum acquiſitionis poſſeſſionis fructuum per ſeparationem ſeu per ſe, ſeu per alium eius nomine factam, prout notat *Bald. in l. certum. 22. n. 2. verſ. præterea. & n. 3. verſ. tertia cauſa acquiſitionis. C. de rei vendication.*

Et adeo vſus requiritur, quod ſi fructus, & oliuæ
5 & ſimiles ceciderint in terram caſu, † abſque vllo facto hominis, non efficiuntur vſufructuarij, niſi poſtea idem vſufructuarius, vel alius nomine ipſius moueat dictos fructus decidentes in terram de loco ad locum, vel recondat in horreum, tunc enim efficientur ſui, quidquid aliud ſit in bonæ fidei poſſeſſore, in quo ſuffi-

Digitized by Google

ſufficit ſeparatio à quocumque facta, quamuis nõ eius nomine, & etiam à caſu Aret. in §. is ad quem. n. 1. inſtit. de rer. diuiſ. vbi quod perpetuò eſt menti tenendum Cin. in l. certum. 22. C. de rei vendicat. Guil. in l. licet. C. de acquir. poſſeſſion.

Stante igitur tali extinctione per non vſum, vſusfructus non perceptus per vſufructuarium non
6 tranſit ad heredes, † ſed ad proprietarium §. is vero ad quem. vbi Gloſ. in verb. ipſe. Aret. in princ. Faber. n. 1. & ibi Port. in §. ſi quis à non domino. inſtit. de rer. diuiſion. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 4. des droictz. & appar. §. 6. in tex. ibi pour. en. iouyr. n. 4. fol. 608. Guid. Pap. conſ. 170. n. 1. fol. 223. Tepat. variar. ſententiar. c. 564. c. 12. ad fin.
7 Cum etiam † vſufructuarius licet fructus colligerit, & ipſis maturis, antequam colligantur moriatur, non tamen tranſmittat illos ad ſuos heredes, ſed ſpectent ad proprietarium, tamquam vſufructuarius numquam efficiatur dominus fructuum, licet colat, ſeminet, vel culturam faciat, niſi ipſos perceperit l. ſi fur de-
8 ceſſerit. ff. de vſufruct. legat. † Itaut neq; pro rata temporis de vſufructu aliquid debeatur heredibus vſufructuarij morientis ante recollectionem l. ſi vſufructuarius. ff. quib. mod. vſusfruct. amittat. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. n. 241. Morot. conſ. 18. n. 28.

Contraria autem procedunt, quando vſusfructus
9 eſſet ſingulis annis legatus, † tunc enim non poſſet amitti non vtendo l. ſi vſusfructus. 28. ff. quib. mod. vſusfru. amittat. propter illam
10 rationem, quia tot ſunt legata, † quot anni l. ſenatus. 35. § fin. ff. de donat. cauſ. mort. Et pro primo anno legatum eſt purum, pro ſe-
11 quentibus conditionale, † l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obligationib. Ideo non ſufficiet in eis vnica præſcriptio pro omnibus
12 annis, † ſed erunt neceſſariæ tot præſcriptiones, quot ſunt anni, itaut præſcriptio incipiat quolibet anno, ſiue de anno in annum, & pro illis pro quibus ceſſatur triginta anni, cũ enim in principio cuiuslibet anni noua obligatio, & actio oriatur, quælibet per ſe requirit curſum triginta annorum, & pro futuris nondum ceptis nulla poteſt dici inchoata præſcriptio Bart. & Alex. in l. de pupillo. §. ſi pluribus. in princ. ff. de nou. oper. nunciation. Caſtr. in l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obligationib. Boer. deciſ. 336 per tot. Caſtill. de vſufr. c. 67. n. 33 Gig. de penſionib. q. 83. n. 2. Valaſc. conſultat. 49. in princ. Balb. de præſcriptionib. 4. part. 4. part. principal. n. 3.

Quod non eſt in vſufructu ſimpliciter relicto abſ-
13 que diſtributione temporis, † qui amittitur, & ſufficit vnica præſcriptio, tamquam cenſeatur vnicum legatum Bald. in l. 1. ad fin. q. penult. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitat. Alex. Iaſ. & Zaſ. in d. §. ſtipulatio. Caſtill. d. c. 67. n. 33. ad med. Quia tunc obligatio eſt orta de præſenti, & ſolum dilata exactio in futurum, ideo in tali forma legati, vnica ſufficiet præſcriptio Valaſc. d. conſultat. 49. n. 3. Gomeſ. tom. 2. variar. reſolut. c. 11. de qualitatib. contract. n. 45.

Idem dicendum eſt quo ad Antoniam collegatariam in d. legato vſusfructus, cui obſtabit præſcriptio, ex quo non conſtat, quod per viginti annos & amplius acceptauerit dictum vſum-
14 fructum, † qui cenſetur amiſſus per non vſum ſpatio tanti temporis l. corruptionem. C. de vſufr. cum alijs ſupra allegatis, quæ omnia conueniunt huic dubitationi Caſtill. de vſufr. c. 67. n. 6. vſque ad 18. vbi tamen non ſolum requirit legitimum tempus non vtendi, vt vſus
15 fructus amittatur, † ſed etiã quod cõcurrat bona fides & titulus iuxta d. l. corruptionem. C. de vſufr. & §. finitur. inſtit. eod. tit. l. vlt. verſ. ſit igitur. C. de præſcriptionib. long. tempor. Iaſ. in l. 1. n. 94. vbi Crot. n. 47. ff. de acquir. poſſeſſ. Padill. in l. 2. n. 4. C. de ſeruitutib. & aqua.

Verum eſt, quod ſtante ignorantia prædicti teſtamenti, in quo fuit relicta medietas vſus-
16 fructus Antoniæ, † poterit per eam prætendi reſtitutio in integrũ ex clauſula generali Bart. in l. 1. §. ſi quis. ff. de itiner. actuq; priuat. & in l. æmilius. n. 5. ff. de minorib. Alex. in l. filiusfamilias. §. in hac. n. 4. & 7. ff. de verb. obligationib. & conſ. 169. n. 10. lib. 2. Bertrand. conſ. 201. n. 4. lib. 4. Ruin. conſ. 26. n. 19. & 32. lib. 3. Guid. Pap. conſ. 137. n. 4.
17 Et † nullum contradicere teſtatur Odd. de reſtitut. in integr. p. 1. q. 8. art. 9. n. 45. ad med. fol. 73.

Nec ſubſiſtit, quod ignorantia non proſit, quando ignorans tractaret de lucro captando,
18 tunc † enim non datur reſtitutio cum damno alterius l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fact. ignorant. Quia procedit in ignorantia iuris,
19 ſecus verò facti, † quæ etiam in lucris admittitur Bart. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæreditat. & eſt tex. in l. ſi quis titio. 41. & l. ſi quis ſtipulatus. 43. ff. ex quib. cauſ. maior. vbi ex
20 capite abſentiæ † reſtituitur quis ad lucrum hæreditatis, vel legati propter abſentiam amiſſum, vnde hoc etiam erit concedendum ignoranti, qui in materia reſtitutionis obtinendæ æquiparatur abſenti l. vnic. C. de vſu-
21 cap. transformand. † & ita in ſpecie concludit Oddo. de reſtitut. in integr. p. 1. q. 8. art. 9. n. 55. verſ. ego contrarium. fol. 74. vbi etiã vſque ad 72. late declarat qualis debeat eſſe talis ignorantia.

Qua reſtitutione in integrum obtenta, ſequitur quod fructus pręteriti, & conſumpti ſunt eidem Antoniæ reſtituendi, Quidquid enim aliud ſit in reſtitutione conceſſa ex gratia Principis
22 exulibus, & bannitis, & ſimilibus, † in reſtitutione, quæ conceditur ex iuſtitia ex cauſa abſentiæ, vel ignorantiæ, aut ſimilis cauſæ, ſemper veniunt omnia amiſſa, itaut reſtitutus ius ſuum integrè recipiat, etiam quod non ſimus in fructibus extantibus, ſed conſumptis bona fide per poſſeſſorem; refuſis tamen eidem

poſ-

Digitized by Google

poſſeſſor omnibus expenſis factis circa ipſam
rem colendam, meliorandam, & manutenen-
dam, cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni
emergentis, prout late concludit Odd. de re-
ſtitution. in integr. p. 1. q. 45. art. 2. n. 11.
vſque ad 24. fol. 344. poſt Abb. in c. ad no-
ſtram. n. 8. de reb. eccleſ. non alienand. Bal.
in l. poſt aditam. n. 1. C. de impuber. Socin.
in l. 1. n. 52. ff. de vulgar. Crot. conſ. 198. n.
20. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 159. n. 3. iuxta l. mi-
nor. 41. ff. de minor. l. patri. §. item ex di-
uerſis. ff. eodem.

Ex prædictis etiam ſequitur, quod portio vſus-
23 fructus debiti Abundantiæ, † quæ non accep-
tauit huiuſmodi legatum accreſcit Antoniæ
collegatariæ in dicto vſufructu, ex particula
enim teſtamenti exhibita apparet illas eſſe
coniunctas re & verbis, cum teſtator reliqne-
rit vſufructuarias omnium bonorum ſuorum
Abundantiam eius matrem, & Antoniam ſo-
rorem ſuam pleno iure, & toto tempore earũ
24 vitæ, per quam diſpoſitionem dicuntur tales
collegatarij coniuncti re, & verbis Cardin.
Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat.
lib. 10. tit. 3. n. 9. In iſta autem coniunctio-
ne reali, & verbali habet locum ius accreſcen-
25 di, † non ſolum ante, ſed etiam poſt quæſitam
portionem Bart. & Bald. in l. 1. §. interdum.
ff. de vſufruct. accreſcend. Menoch. præſump.
159. n. 18. lib. 4. Vaſqu. de ſucceſſion. creat.
lib. 1. c. 10. n. 128. cum alijs per Caſtill. de
vſufruct. c. 48. n. 21.

Quæ procedunt etiam inter coniunctos verbis
tantum, nam talis coniunctio in vſufructu
26 operatur, † vt etiam intet iſtos collegatarios
ſit locus iuri accreſcendi ſecundum opinionem
magis communem, de qua teſtatur Crot. in
l. re coniuncti. 89. n. 84. ff. de legat. 3. Craſſ.
in §. ius accreſcendi. q. 9. in fin. Bart. Bald.
& Alber. in l. ſi duobus. ff. de vſufruct. ac-
creſcend. & late defendit Menoch. qui om-
nibus contrarijs reſpondet præſumpt. 159. n.
27 7. vſque ad 18. lib. 4. † vbi etiam, quod faci-
lius admittitur ius accreſcendi in vſufructu,
quàm in proprietate l. 1. §. penult. ff. de iur.
accreſcend. Alciat. in l. ſi mihi & titio. n. 16.
in fin. ff. de verbor. obligationib. In legato
autem proprietatis eſt locus iuri accreſcendi,
28 etiam † inter verbis coniunctos l. cum tripli-
ci. ff. de verbor. ſignificat. l. re coniuncti. ff.
de legat. 3. Vnde idem erit in legato vſus ru-
29 ctus inter eos, † qui ſunt coniuncti verbis,
prout etiam ita in propoſito notat Bolognett.
in d. l. re coniuncti. n. 238. verſ. quinto fa-
cit ratio. Gouean. de iur. accreſcend. col. pe-
nult. Duaren. eod. tit. c. 10. lib. 1. Gomeſ. var.
reſolut. p. 1. c. 10. n. 41.

Neque obſtabit nullitas teſtamenti, in quo fuit
relictus talis vſusfructus, tamquam fuerit
conditum die immediate præcedenti ante
30 profeſſionem, † Quia verius eſt, vt ſit factum
tempore habili, cum decretum Concilij Tri-
dentini ſeſſ. 25. c. 16. de diſpoſitionibus fa-
ciendis cum licentia Epiſcopi, ſeu Vicarij in-
tra duos menſes proximos ante profeſſionem,
non habeat locum in teſtamentis, & codicillis,
& donationibus cauſa mortis, ſed ſolum in
actibus inter viuos, prout late defendit Ve-
laſc. de partition. c. 16. n. 13. vſque ad 17 fol.
89. Gutierez. in c. quamuis. in verb. dum
nuptui. n. 4. Nauarr. de regularib. commen
tar. 2. n. 50. Riccius collectan. 584. Azor. in-
ſtitut. moral. p. 1. lib. 12. c. 2. q. 14. fol. 1464. Leſ-
ſius de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 41. n. 40. dubi-
tat. 4. fol. 581. Barboſ. in remiſſionib. ad Con-
cil. Trident. c. 16. ſeſſ. 25.

Valebit igitur teſtamentum nouitij ante profeſ-
31 ſionem, cum habeat ius teſtandi, † & diſpo-
nendi de rebus ſuis, tamquam dominium ha-
bens ſuorum bonorum, cum ſit ſuę poteſtatis
& iuris ante profeſſionem, quidquid aliud ſit
in religioſo profeſſo c. ſi qua mulier. 19. q. 3.
auth. nunc autem. C. de epiſcop. & cleric. Co-
uarr. in c. 2. n. 4. & 5. de teſtament. Nauarr.
de regularib. commentar. 2. n. 50. Azor. inſti-
tut. moral. lib. 12. p. 1. c. 2. q. 14. in princ. fol.
1464. Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 41. n.
40. Clar. in §. teſtamentum. q. 28. in princ. &
col. 3. verſ. dixi ſecundum. n. 6.

Et tale teſtamentum non poterit intelligi reuo-
catum, aut ruptum per profeſſionem ſubſecu-
32 tam etiam ſi † fiat ab eo, qui nullam pręmiſit
cogitationem religionis, & quamuis nihil re-
linquatur Monaſterio pro ſua legitima Couar.
qui late comprobat, & de veriore opinione te-
ſtatur in c. 2. n. 5. & 6. de teſtament. poſt Bart.
in Auth. ſi qua mulier. n. 7. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. Abb. in c. in præſentia. n. 52. & ibid. Dec.
n. 61. de probation. Rip. in l. ſi vmquam. q. 31.
C. de reuocand. donation. Imol. in l. 1. n. 12. vbi
Aret. n. 5. ff. de teſtam. Spin. eod. tit. in rubr.
p. 6. in fin. n. 3. Valaſc. de partitionib. c. 16. n. 17.

Quamuis autem Abundantia mater collegataria
in dicto vſufructu illum amiſerit ob non acce-
ptationem, ideo non potuit tranſmitere ad he-
33 redes ex ſupra allegatis; † Tamen aliud eſt di-
cendum in legitima ſibi debita in bonis filij,
quam licet per viginti annos numquam petie-
rit dum vixit, Nihilominus ius illam petendi,
eiusq. ſupplementum fuit tranſmiſſum non ſo-
lũ ad filios heredes, ſed etiã ad extraneos quoſ-
cumq. ita ut hęc tranſmiſſio legitimę non agni-
tæ pręferatur etiã iuri accreſcendi Caſtr. cõſ.
345. col. 2. lib. 1. late Cuccus de legitima in
verb. legitima nullum grauamen admittit. n.
91. fol. 400. & 401. vbi ampliat ad legitimam
matris Aim. conſ. 312. col. penult. poſt med.
n. 5. in 4. dubitat. & conſ. 142. n. 2. poſt Salic.
in l. ſcimus. in princ. vbi Iaſ. col. 1. C. de inof-
fic. teſtam. Alex. conſ. 150. n. 8. lib. 2. & conſ.
55. n. 5. poſt med. verſ. tamen iſtis non ob-
ſtantibus. eod. lib. Natt. conſ. 199. n. 5. Dec.
conſ. 81. in caſu propoſito. n. 1. poſt princ. &
conſ. 218. n. 4. & in l. ſi maritus. n. 4. C. de
collationib. Socin. conſ. 92. verſ. circa ſecundã
dubitationem. lib. 1. Pariſ. conſ. 81. col. 2. lib. 2.

Ne-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Neque præſcriptio ſtatutaria Vrbis completa viuentre Abundantia obſtabit filijs & heredibus, qui poterunt petere talem legitimam
34 vſque ad triginta aunos, † cum ſtatutum loquatur ſolum in cauſa mutui, depoſiti, vel contractus cuiuſcunque generis, cōtra quem currit præſcriptio ſexdecim annorum, vt latius in ſtatuto Vrbis *c. 158. lib. 1.* Vnde quo ad caſum legitimæ ibidem non expreſſum, dicendū eſt illum remanere in diſpoſitione iuris communis requirentis ſpatium triginta annorum,
35 quemadmodum † dicimus in cæteris perſonalibus actionibus *Ang. in l. ſi papinianus. §. ſi conditioni. ff. de inoffic. teſtam. & in l. certi conditio. in princ. ff. ſi cert. petat. Alexand. conſ. 8. n. 15. lib. 3. Dec. conſ. 303. in princ. Natt. conſ. 156. n. 5. cum alijs per Cucc. de legitim. in verb. legitima nullum grauamen admittit. n. 94. fol. 402.*

EPITOME.

SVbrogatus in emphiteuſi an intelligatur cum omnibus qualitatibus, iuribus, & renouationibus, ac alijs quę competebant ei, cui eſt facta ſubrogatio. ¶ Et quando in inueſtituris coniunctis, ſeu diuerſo tempore factis conditiones ad omnia præcedentia referantur, & ad cuncta ſubſequentia ſint repetita. ¶ Ius primogenituræ, & legarum tranſlatum an tranſeat cum eiſdem oneribus, & commodis prioris diſpoſitionis. ¶ Emphiteuſis ſi prius concedatur maſculis, & eorum deſcendentibus vſque ad quartam generationem, & poſtea fœminis abſque repetitione dictę quartæ generationis an debeat intelligi cum repetitione eiuſdem quartę generationis.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus in emphiteuſi ſuccedit cum omnibus qualitatibus, & iuribus, quæ inerant ei, cui eſt facta ſubrogatio. n. 3. & 4. Amplia tam in ſubrogatione rerū, quam perſonarum. n. 2. 5. & 17. Declara vt n. 10.*
6 *Paritas rationis facit vt diſpoſitio ſubrogata habeat omnia, quæ competebant ſubrogāti, ſecus vbi eſſet diuerſa ratio n. 20.*
7 *In materia emphiteuſis ſemper attēditur mēs diſponentis ad effectum inducendi repetitionem qualitatum etiam contra regulas iuris.*
8 *In inueſtituris coniunctis copulatiuè, conditiones ad omnia præcedentia referuntur, & ad cuncta ſubſequentia cenſentur repetita.*
9 *Natura copulæ eſt exequare omnia copulata, & illa reducere ad vniformem diſpoſitionem, maxime ſi eſt concepta ſub vnica oratione. n. 10.*
11 *Repetitio qualitatum eſt facienda in inueſtituris factis in eadem oratione, Idem ſi fiant diuerſis temporibus.*
12 *Ius ſucceſſionis, & primogenituræ tranſlata à primo agnato in ſubſtitutum tranſit cum eadem qualitate, & conditione, quæ ſemper intelligitur trāſlata cū ipſa diſpoſitione.*
13 *Legatum, ſi transferatur, videtur transferri cum qualitate prioris legati.*
14 *Quod loco alterius ſubſtituitur in omnibus & per omnia illud repræſentat.*
15 *Repetitio magis inducitur quando actus celebratur inter eaſdem perſonas.*
16 *Emphiteuſis ſi concedatur prius maſculis, & eorum deſcendentibus vſque ad quartam generationem, & deinde fœminis abſque repetitione dictæ quartæ generationis, an debeat intelligi cum repetitione eiuſdem qualitatis. & n. 18.*

CAP. DCCCVIII.

IN facti ſpecie tranſmiſſa prȩſupponitur, quod fuit accepta emphiteuſis à Philippo pro ſe, ſuiſq. filijs & nepotibus maſculis tantū ex legitimo matrimonio, & per lineam directam deſcendentibus vſque ad tertiam generationem benè completam, & quartam ad renouandum, & in defectum filiorum & nepotū pro Conſtantia eius filia legitima & naturali, & filijs maſculis tantum d. Conſtantię per lineam directam ex legitimo matrimonio deſcendentibus.

Quęritur an quarta ad renouandum adiecta in prima parte inueſtiturę, dum vocati fuerunt deſcendentes ex linea maſculina, cenſeatur repetita in altera parte, in qua fuit vocata Conſtantia, & eius filij in defectum maſculorum; & quidem breuiter concludendum eſt affirmatiuè, quod cenſeatur facta talis repetitio, & per conſequens quod Petrus Maria nepos eiuſdem Conſtantię exiſtens in quarta linea iuridicè ſe renouari fecerit in dicta emphiteuſi. Etenim in huiuſmodi inueſtitura Conſtantia fuit ſubrogata in defectum filiorum, & nepotum Philippi, quibus competebat ius in tali emphiteuſi vſque ad tertiam generationem completam, & quartam ad renouandum, vn-
1 de † idem ius debet competere ſubrogato, qui ſuccedit cum omnibus qualitatibus, & iuribus, quę inerant ei, cui eſt facta ſubrogatio *l. vnicuique. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. l. 1. vbi Luc. de Penn. C. de caſtrenſian. & miſterian. eod. lib. Siluan. conſ. 66. n. 17. Buticel. in l. quod te. n. 21. ff. ſi cert. petat. Cephal. conſ. 58. in. 30. & 31. lib. 1. Surd. conſ. 424. n. 16. lib. 3.* vbi ampliat procedere tam
2 in † ſubrogatione rerum, quam perſonarum, itaut dicatur eadem res, & perſona *l. fin. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Bart. in l. penult. C. eod. tit. Socin. de citation. artic. 7. n. 59. verſ. ſimiliter. & in l. filiæ, §. titia. ff. de*
3 *condit. & demonſtration.* † & in materia emphiteuſis late *Caldas de renouat. emphiteuſ. lib. 1. q. 3. n. 4. & 19. cum ſeq. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. n. 27.* & quod
4 in iſtis † ſubrogationibus eamdem naturam, & vim ſortiatur ſubrogatus quo ad omnia.

Idem

Idem Tiraq. de retract. lignag. §.1.gloſ.10.
5 n.81. vbi ampliat † quamuis ſubrogatum in
aliquibus diſcreparet Dec conſ.182. in contro-
uerſia. n.2. poſt Caſtr. conſ.129 iſta domina
liſa n. 1. alias eſt conſil. 73. lib. 1. quod eſt
repetitum conſ.365. eod. lib. Iaſ. in l. cum
qui. §. qui iniuriarum. col.1. in 2. notab. ff.
ſi quis cautionib.
Maxime quia primus acquirens ideo vocauit li-
neam fœmininam, cum non potuiſſet emphi-
teuſim conſeruare in linea maſculina, vnde
cenſendum eſt voluiſſe vocare lineam ſubro-
gatam cum eadem quarta ad renouandum,
6 prout † in prima linea expreſſit ſtante iſta pa-
ritate rationis, quę militat in vtroq; caſu l.
nemo. §. hoc edictum.ff.de teſtam.tut.l. nihil.
ff.de coniungend.cum emancip. liber. Roman.
conſ. 345. n.22. verſ. vel quando repetitio-
nem. Menoch. conſ.688. n.17.lib.7. & conſ.
704. n. 22. lib. 8. Aim. conſ. 450. n. 6. lib. 3.
7 Anchar.conſ. 262. n.2. & 3. † vbi loquitur in
materia emphiteuſis, in qua ſemper attendi-
tur mens diſponentis, & acquirentis ad effe-
ctum inducendi repetitionem etiam cōtra re-
gulas iuris l. iulius paulus. & l.cum ſeruus.
ff. de condition. & demonſtration. Bart. in l.
ſeia. §. caio.ff. de fund. inſtructi. Caſtr. conſ.
22. viſo quodam puncto ſupraſcripto.col.2. ad
med.verſ. per hoc etiam facit veriſimilitudo.
lib.2. Alex.conſ.47. col.2. poſt med. lib.5. So-
cin.conſ.64. col.2. in princ. lib.3. Aim. conſil.
450. n. 7. lib.3.
Cum etiam iſtæ inueſtituræ ſint coniunctæ co-
8 pulatiuè, quo caſu qualitas, † & conditio æ-
qualiter ad omnia præcedentia refertur, vel
ad omnia ſubſequentia cenſetur repetita Bar.
in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. col.3. ff.
de verbor.obligation. Gozadin. conſ. 82. n.9.
Menoch conſ.334. n.10. lib.4. Aret.conſil.2.
n.12. Iaſ.conſ.vlt.n.1. lib. 4. Socin.Iun. conſ.
9 71.n.4.lib.3. † Quaſi natura copulæ ſit exæ-
quare per omnia ipſa copulata, & illa reduce-
re ad vniformem diſpoſitionem Bald.in l.quā-
uis. C.de impuber. & alijs ſubſtitution. Ale-
xand.conſil.100.n.2.lib.6.Surd.deciſ.88.n.25.
10 Maxime quando,†prout in caſu noſtro, eſt ſub
eadem oratione concepta Aret.conſ.1.n.12.co-
lum.4.ad med.verſ.venio nunc ad tertium.
Iaſ.in l.1.in princ.ff. de iuſtit. & iur. Socin.
conſ.71.n.4. lib. 3.
Amplius non ſolum iſta repetitio qualitarum eſt
facienda in inueſtituris in eadem oratione fa-
ctis, vt dictum eſt, ſed deberet fieri, quam-
11 uis † eſſent diuerſis temporibus, ſemper enim
in eis cenſentur repetitæ conditiones, & qua-
litates, quæ aderant in prima late Aldobran-
din. conſ.42. n.6. & 7. lib. 1. poſt Bald. in l.
1. col.penult.C.quand. non petent.part. & in
c.1.§.vlt. col.fin. de feud. guard. dixi ſupr.
c.719. n.1. plenè Schrader.de feud. c. 5. p. 2.
n.31. vſque ad 37. Card. Mantic. de tacit.et
ambig. conuention. lib.23.tit.6. n. 40. & la-
tius lib.23.tit.21.n.1.vſque ad 9.

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, nam ad hoc
vt in caſu noſtro cenſeatur repetita quarta ad
renouandum ſufficit, quod fœminæ fuerint ſub
rogatæ loco maſculorum, quibus tale ius cō-
petebat, tunc enim iſta qualitas intelligitur
repetita in ſubrogatum, vt dictum eſt ſupra,
12 & † vltra allegata bene comprobat Menoch.
conſ.117.n.70.lib.2. & conſ.152. n.30. & 31.
eod. lib. vbi loquitur in iure ſucceſſionis, &
primogenituræ translatæ à primo agnato in
primogenitum ei ſubſtitutum, quod tranſit
cum eadem qualitate, & conditione, tanquam
ſemper cenſeatur translata qualitas cum di-
ſpoſitione Dec.conſ.189.circa primum dubiū.
col 4. in princ. verſ.quinto comprobatur. n.2.
13 Exemplo † legati, quod ſi transferatur, videtur
transferri cum qualitate prioris legati l. caio.
in princ. ff. de aliment. & cibar. legat. l.le-
gatum ff.de adimend. legat. Quod enim lo-
14 co † alterius ſubſtituitur in omnibus, & per
omnia illud repræſentat Iaſ.in l.licet impera-
tor. n.26. & 28. ff. de legat. 1. Maxime quan-
do actus celebratur inter eaſdem perſonas,
15 tunc enim † magis inducitur repetitio Gloſ.in
l.in repetendis. ff.de legat.1. Bart. & Cuman.
in l.titia. n.1. vbi Iaſ.n.4. & 5. ff.de verbor.
obligation. Aret. in l. ſi mihi & titio.col.5.ad
med.ff.eod.tit.Card. Mantic.de tacit. & am-
big.conuentionib.lib.3.tit.3.n.21.
Amplius ſi emphiteuſis cōcedatur prius filijs ma-
ſculis pro ſe & eorum deſcendentibus vſque
16 ad tertiam generationem, † & deinde fœmi-
nis, etiam ſi non dicatur vſque ad tertiam ge-
nerationem, tamen ita debet intelligi cum
repetitione eiuſdem qualitatis, iuxta Corn.cō-
ſil.219.n.5. in fin. lib.2. qui loquitur in caſu
magis dubitabili, cum in eo non adſit aliqua
ſubrogatio, ſeu translatio vnius emphiteuſis
in aliam, vnde multo magis quando, prout in
caſu noſtro, facta eſt ſubrogatio, per quam
17 debetur † ius illius, qui eius loco includitur
Bart. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi titio. ff. de
legat.1. Gabr.conſ.13.n.5. & 6. lib.1.
Neque debet attendi, quod contra Corn. conſu-
luerit Menoch. conſ.111.n.41.verſ.non obſtat
vltimum argumentum. vſque ad n.47. lib.2.
18 Quia Menoch.eſt † ſibi contrarius, cum aliud
ſenſerit conſ.215.n.184. lib. 3. vbi in ſpecie
comprobat Corn.d.conſ.219.n.5.in fin. lib.2.
Et quidquid ſit de veritate præfatæ concluſio-
nis, in caſu noſtro habemus ſubrogationem,
quæ debet attendi in omnibus, vt dictū eſt, nō
19 obſtantibus exaduerſo adductis, † cum illa pro-
cedant in ſubrogatione limitata, & facta quo
ad vnum capitulum tantum, non quo ad om-
nia, vnde quia ſit pro parte, non operatur,
Dec.conſ.38. in fin. Rimin.Iun.conſ.111.n.
56. lib. 2. Honded. conſ. 70. n. 24. vſque ad
27. lib.1. Euerard. loco argumentor. 121. à
vi ſubrogationis. in fin. verſ ſecundo dicta
regula limitatur. fol.705.poſt Cuman. Caſtr.
Imol.Alex. & alios in l.1. ff. de legat.2. Cum
20 etiam prædicta habeant locum, † quando adeſ-
ſet

Digitized by Google

ſet diuerſa ratio in ſubrogato, quæ non adeſt in caſu noſtro, vt dictum eſt ſupra *n.6.* Et ita ſtante diuerſitate rationis loquitur *Alexand. conſ.106. n.17. lib.3. Gomeſ. in §. fuerat. n. 13.limit.5. inſtit. de actionib. Cephal. conſil. 615. n. 101. lib. 3. Menoch.conſ.168. n.22.lib. 2.Pariſ.conſil.49. n.78. lib.3. Felin. in c.ſuper his. n. 16. col. 5. de accuſation. Honded. conſil.70. n.27. lib.2. Rimin. Iun. conſ. 112. n. 129. lib. 2.*

EPITOME.

CONſtitutio Pij IV. annullans collationes beneficiorum vacantium ex cauſa priuationum facta per iudices affinibus, & familiaribus an comprehendat beneficia iuris patronatus, de quibus fuit quis priuatus per Epiſcopum, ſeu Vicarium, ſi illa conferantur per eumdem Epiſcopum ſuis familiaribus. ¶ Appellatione beneficij prolati à lege quando veniant omnia beneficia. ¶ Extenſio in quibus caſibus detur à paritate rationis in diſpoſitione pænali, & fauore animæ. ¶ Declaratoria an requiratur in priuatione ipſo iure. ¶ In materia extrauagantis ambitioſę, & regulæ reſeruatoriæ an veniant beneficia iuris patronatus. ¶ Et an illa contineantur in Bulla Pij V. prohibente Epiſcopis, ne conferant beneficia in eorum manibus reſignata ſuis familiaribus, & conſanguineis. ¶ Collatio, electio, & prouiſio facta criminoſo ex crimine non inducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad beneficia, an ſit ipſo iure nulla, ſeu valida. ¶ Vicarius an habeatur pro eadem perſona cum Epiſcopo, itaut ſi conferat inhabili fiat deuolutio ad Epiſcopum. ¶ Et an habens facultatem conferendi beneficia, poſſit illa conferre Epiſcopo. ¶ Et quid ſi collatio fiat tanquam à delegato, non tanquam ab ordinario. ¶ Epiſcopus ſi fuerit ſuſpectus, an dicatur etiam ſuſpectus Vicarius. ¶ Et quo caſu proponat iudicium coram Vicario, tam de re ad eum pertinente, quam ad alium. ¶ Familia tota an ſit ſuſpecta, ſi Domini & Barones ſint ſuſpecti. ¶ Et quando per eos poſſit eligi Iudex. ¶ Suſpitio an perſonam ſolum ſigillet, vel etiam tollat iuriſdictionem. ¶ Succeſſor quando recuſetur, ſi anteceſſor erat ſuſpectus ¶ Et quid ſi ſuſpitio erat cauſata ratione dignitatis, non perſonæ. ¶ Cõſuetudo an ſit valida, vt Domini exigant iura dominicalia propria auctoritate, & Epiſcopi cenſus, & decimas ſuæ Eccleſię.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium iuris patronatus, de quo fuit quis priuatus per Epiſcopum, ſeu Vicarium, an poſſit per eũdem Epiſcopum conferri ſuo familiari, ſtante Bulla Pij IV. in qua annullantur collationes beneficiorum vacantium ex cauſa priuationis factæ affinibus & familiaribus iudicantis. n. 2.*

3 *Beneficia iuriſpatronatus non comprehenduntur in conſtitutione Pij V. prohibente Epiſcopis, ne conferant beneficia in eorum manibus reſignata ſuis familiaribus, & affinibus. Et de ratione n.6. & 7.*

4 *Appellatione beneficij à iure, ſeu conſtitutione prolati veniunt omnia beneficia, etiam in materia ſtricta.*

5 *In caſu extrauag. execrabilis, & regulæ reſeruatoriæ veniunt beneficia iuriſpatronatus eccleſiaſtici, ſecus laicorum, & mixta clericorum, & laicorum.*

8 *Verba in prohemio poſita inducunt cauſam finalem.*

9 *Extenſio eſt licita à paritate rationis etiam in materia pœnali.*

10 *Conſtitutio condita fauore animæ extenditur, quamuis ſimus in pœnalibus, & odioſis.*

11 *Collatio inualida nullum tribuit titulum; neque ius ipſi beneficiato.*

12 *Quod potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit.*

13 *In caſibus, in quibus datur priuatio ipſo iure, eſt neceſſaria declaratoria.*

14 *Collatio, electio, ſeu prouiſio facta criminoſo, infami, & indigno ex crimine non inducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad beneficia non eſt ipſo iure nulla, ſed valida.*

15 *Vicarius habetur pro eadem perſona cum Epiſcopo, ideo ſi conferat inhabili non fit deuolutio ad Epiſcopum.*

16 *Vicarius habens facultatem conferendi beneficia non poteſt illa conferre Epiſcopo, ſi collatio fiat tanquam ab ordinario, ſecus ſi tanquam à delegato. n. 17.*

18 *In cauſa concernente commodum, ſeu incommodum Epiſcopi non poteſt eſſe Iudex Vicarius. n. 20.*

19 *Factum ab officiali cenſetur factum à Domino mandante.*

21 *Epiſcopus licet ſit ſuſpectus, poterit tamen proponere iudicium coram Vicario, vbi non agitur de re ad eum pertinente.*

22 *Familia tota dicitur ſuſpecta, ſi Domini, Barones, & Comites ſint ſuſpecti, neque per eos poterit eligi Iudex. n. 23. Secus de conſuetudine. n. 25.*

24 *Succeſſor poteſt recuſari, ſi anteceſſor erat ſuſpectus, ſi ſuſpitio fuit cauſata reſpectu dignitatis, non perſonæ.*

26 *Suſpitio perſonam ſigillat, non autem tollit iuriſdictionem, Fallit in delegato. n. 27.*

28 *Barones de conſuetudine exigunt iura dominicalia propria auctoritate, & talis conſuetudo eſt valida. Quod etiam ſeruatur per Epiſcopos in exactione cenſuum, & decimarum ſuæ Eccleſiæ. n.29.*

CAP.

CAPVT DCCCIX.

EPiſcopiis N. cum fundaſſet multa beneficia iuriſpatronatus, ad vnum ex eis prę-
1 ſentauit Titium, † ſed cum ſucceſſor eiuſdem Epiſcopi habuerit notitiam eumdem Titium fuiſſe irregularem, & inhabilem ad dictum beneficium, ad quod fuit præſentatus ab anteceſſore Epiſcopo, ſeruatis ſeruandis illum priuauit, & ſententiam priuationis protulit Vicarius, qua lata, de eodem beneficio fuit prouiſus familiaris dicti Epiſcopi.

Quæritur an collatio ſit nulla, ſtante *Bulla Pij Quarti in Bullario. p.2. conſtitut. 14. fol.24.*
2 in qua† Summus Pontifex declarauit quoſcunque Iudices deputatos ad dicendum cauſas ſuper quibuſuis Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, & alijs beneficijs eccleſiaſticis priuationē earumdem concernentes, necnon dictorum Iudicum nepotes, conſanguineos, affines, domeſticos, & familiares cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis, & etiam ex quorum ſententijs priuationes eccleſiarum, & beneficiorum huiuſmodi emanauerint, & emanabunt per eamdem priuationem occurrenda vacatione nullo vnquam tempore à nobis, ſeu Sede, vel quibuſuis illorum ordinarijs collatoribus impetrare, aut ab alijs ſibi impetrari, & conferri, & de illis prouideri facere, ſed illos penitus ad illa obtinenda inhabiles, ac quaſcumque impetrationes, collationes, prouiſiones, & quaſuis alias diſpoſitiones, & conceſſiones de Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, & beneficijs huiuſmodi nullas, irritas, & inanes, & nullius roboris, & momenti, nullumque ius quæſitum eſſe, ſed illos omnino priuatos, prout priuamus, & denunciamus cum alijs latius *in dicta conſtitutione*, de qua etiam *Gonzal. ad reg.8. gloſ.15. in princ. n.157.*

Et quidem videbatur huiuſmodi caſum non comprehendi in d. Bulla, quæ cum loquatur de beneficijs eccleſiaſticis, non debet extendi ad beneficia iuriſpatronatus, prout in
3 ſimili videmus, † quod beneficia iuriſpatronatus non comprehenduntur *in §. cæterum.* contento *in conſtitutione ſanctæ memoriæ Pij V.* relaxante prohibitionem de non admittendis reſignationibus, in quo §. prohibentur Epiſcopi conferre beneficia in eorum manibus reſignata ſuis, aut reſignantium affinibus, & conſanguineis, & familiaribus, prout declarauit *felic. recordat. Gregor. XIII.* ad requiſitionem Archiepiſcopi Salernitani, vt teſtatur *Quaranta. in Bullario. tit. de beneficior. reſignat. col. 2. verſic. ad maiorem declarationem. fol.* 103. quod etiam refert *Garz. de beneſic. p.11. c. 3. §. 3. n.268. fol.*282. [illegible]m pro contraria opinione, quod in dicta [illegible]lla loquente de beneficijs comprehenda[illegible] beneficium iuriſpatronatus, † facit con[illegible]ſio apud Doctores recepta, quod vbi ver[illegible]m beneficium à iure, ſeu conſtitutione [illegible]ſertur, veniunt omnia beneficia, etiam in materia ſtricta *Dominic. in c. ſi gratioſe. n.16. de reſcript. in 6. Vitalin. in clement. 1. n. 35. de ſequeſtrat. poſſeſſ. Felin. in c. poſtulaſti. n. 11. ad fin. de reſcript. Sarnenſ. de annal. q.17. & 19. Rebuff. de nominationib. q. 9. n. 5.* cum alijs per *Garz. de beneſic. p.1. c.6. n.38. 74. & 75.*

Quare etiam in materia *Extrauag. execrabilis. & regulæ reſeruatoriæ* comprehendun-
5 tur beneficia iuriſpatronatus, † quamuis ſolum fuerit facta mentio beneficiorum, quando ſumus in beneficijs iuriſpatronatus eccleſiaſtici, prout eſt in caſu noſtro, quidquid aliud ſit in iurepatronatus laicorum, vel in beneficijs iuriſpatronatus mixtim clericorum & laicorum, vt late concludit *Mandoſ. regul. 1. q. 10. n. 1. vſque ad 8. Abb. in c. di[illegible] de offic. legat. Felin. in tract. quand. litter. apoſtolic. limit. 3. Hoied. de incompatibilit. beneſic. p. 1. c. 24. q.112. Caſſador. deciſ. 4. n. 2. de iurepatronat. Couarr. practic. quaeſtion. c.36. n. 35. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. gloſ.18. n.2. vſque ad 20. Garz. de beneſic. p.5. c.1. n.552.*

Neque obſtat, quod beneficia iuriſpatronatus non comprehendantur *in §. cæterum.* de
6 quo in *Bulla Pij V. de reſignation.* † Quia beneficia iuriſpatronatus debent conferri præſentatis à Patronis, quibus in *d. §. cæterum.* non interdicitur præſentatio de conſanguineis, affinibus, & familiaribus, nec de eis loquitur, ſed procedit in collatoribus etiam inferioribus Epiſcopo, prout in ſpecie ita notat *Garzi. de beneſic. p. 11. c. 3. n. 268.*
7 *in fin. fol.* 282. † In caſu autem noſtro præſentatio fit ab epiſcopo patrono, vnde non mirum ſi bulla comprehendet etiam beneficia iuris patronatus per ipſum conferenda.

Maxime quia in priuatione, quæ occurrit de habente beneficio iuriſpatronatus, militat eadem ratio, quæ in alijs beneficijs poteſt conſiderari, videlicet obuiatio fraudum, & vt animarum ſaluti conſulatur, & vt penitus remoueatur omnis occaſio delinquendi ab ipſis iuſtitiæ miniſtris, præſertim Iudicibus in cauſis beneficialibus, ac etiam criminalibus priuationem beneficiorum eccleſiaſtico-
8 rum concernentibus, per quæ verba, † tanquam in prohemio poſita inducitur cauſa finalis *Bart. in l. vlt. ff. de heredib. inſtituen. Bald. in l. 1. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Natt. conſil. 546. n. 6. Roland. conſ. 67. n. 70. cum ſeq. lib. 3. Cephal. conſil. 35. n. 33. Surd. conſil. 310. n. 28. lib. 2. & conſil. 241. n. 17. eod. lib.* Vnde cum non poſſit diuerſa ratio conſiderari, quando quis priuatur beneficio iuriſpatronatus, vel quando contingeret priuatio de alijs beneficijs, idem ius debet ſtatui, itaut in conſtitutione prædicta comprehendantur etiam iſta beneficia
9 prout alia continentur, † cum à paritate rationis ſit licita extenſio etiam in materia ſtricta & pœnali, tanquam tunc ſit potius in-

interpretatio intellectiua Bald. in l. quam-
uis. C. de fideicommiſſ. Cephal. conſil. 196.
n. 13. Roland. conſil. 14. n. 30. lib. 3. Surd.
conſ. 241. n. 39. lib. 2. & conſ. 25. n. 39. lib. 1.
Præſertim quia conſtitutio, de qua agimus, fuit
expreſſe condita per Summum Pontificem
10 fauore animæ, quo caſu ſemper fit extenſio
quamuis eſſemus in pœnalibus, & odioſis
Gloſ. in c. ſciant. de electiõn. in 6. & in
c. fin. eod. tit. Abb. in c. iurauit. de pro-
bation. Alexand. conſil. 125. n. 14. lib. 1. quod
perpetuò menti tenendum dicunt omnes in
authen. ſacramenta puberum. vbi Iaſ. n.
16. Curt. Sen. n. 47. Igneus. n. 63. C. ſi ad.
uerſ. vendition. Surd. conſil. 25. n. 43. lib.
1. poſt Felin. in c. translato. n. 13. de
conſtitutionib.
Minus obſtat, quod prima collatio facta ei,
qui fuit priuatus, fuerit nulla tanquam facta
11 irregulari, † vnde nullum potuit tribuere ti-
tulum, neque ius ipſi beneficiato l. 4. §. con-
demnatum. ff. de re iudic. Iaſ. in l. 1. col.
4. in princ. C. de iur. & fact. ignorant. Ro-
land. conſil. 49. n. 29. lib. 4. Surd. conſil. 3.
n. 11. & deciſ. 51. n. 13. & in materia col-
lationis Butr. Imol. Abb. Cardin. & alij in
c. cum pridem. de renunciat. Felin. in c.
inſinuatum. 15. n. 5. de reſcript. itaut epi-
ſcopus ſucceſſor potuerit conferre non ex
perſona, & vacatione Titij, ſed ex primo
iure, prout poterat prædeceſſor, & ſic non
intrat Bulla, Quia cum fuerit beneficium
collatum ſtante priuatione Titij, non atten-
ditur quod potuerit conferri ex primo iu-
12 re prædeceſſori competente, † & ſic ſucce-
dit regula quod potuit noluit, quod voluit
adimplere nequiuit l. quod ſponſæ. 4. vbi
Gloſ. in verb. ſine effectu. ad med. C. de
donat. ante nupt. l. multum intereſt. 6. vbi
Gloſ. in verb. potes. in princ. C. ſi quis
alter. vel ſib. l. in ambiguo. 3. ff. de reb.
dub. l. ſiue emancipatis. 17. & ibi Gloſ. in
verb. nec tempore. C. de donationib. l. ſi
genero. 26. vbi Gloſ. in verb. voluntate.
C. de iur. dot. Quamuis etiam in caſu pro-
poſito eſſet neceſſaria declaratoria inhabili-
tatis Titij de beneficio, ad quod fuit nulli-
13 ter præſentatus, † cum etiam in caſibus, in
quibus inducitur priuatio ipſo iure, requira-
tur talis declaratio c. cum ſecundum leges.
§. confiſcationes. de hæretic. in 6. Gloſ. in
c. quam ſit. in verb. eo ipſo. de elect. eod.
lib. Felin. in c. rodulphus. n. 35. cum ſeq.
de reſcript. & in c. 2. n. 1. de ſponſalib. Co-
uarr. in c. cum eſſet. n. 6. de teſtam. Gon-
zal. ad reg. 8. gloſ. 56. n. 127. Tiraq. in l. ſi
vnquam. in verb. reuertatur. n. 398. vſque
ad 404. C. de reuocand. donation.
Quamuis verius ſit, quod collatio, electio, ſeu
14 prouiſio facta criminoſo, † infami, vel ſimi-
li ex crimine non inducente irregularita-
tem, ſeu inhabilitatem ad beneficia, non
ſit ipſo iure nulla, ſed valida, licet enim
crimen, in quo aliquis eſt conſtitutus, indu-
cat priuationem beneficij, ſiue per ſenten-
tiam, ſiue etiam ipſo iure, tamen non inde
infertur eſſe inhabilem ad obtinendum, ita-
ut prouiſio ſit nulla, cum in priuatione ip-
ſo iure non veniant beneficia poſtea acqui-
ſita, vt late omnia prædicta comprobat Gar-
zi. de benefic. p. 7. c. 8. n. 47. vſque ad 69.
vbi teſtatur hanc opinionem eſſe æquiorem,
& magis benignam, quam tenet Calder. con-
ſil. 20. de præbend. & conſil. 4. de accuſation.
Cardin. in c. querelam. de iureiuran. Fe-
lin. in c. 2. n. 4. de reſcript. Rot. deciſ. 32.
eod. tit. in nou. Bellamer. deciſ. 697. alias
698. n. 5. Nauar. in manual. c. 27. n. 249.
ſeu 251. & conſil. 1. n. 51. de conſtitutio-
nib. Leſſius. de iuſtit. & iur. lib. 2. c. 34. n. 126.
Nec oberit, quod ſententia priuationis, de qua
agimus, fuerit lata per Vicarium, non autem
15 per Epiſcopum, † Quia tam vnus, quam alius
habentur pro eadem perſona, & vnico corpo-
re, ideo ſi Vicarius conferat inhabili, non fit
deuolutio ad epiſcopum c. 2. de conſuetud. in
6. c. romana. de appellat. eod. lib. Rebuff. de
nominat. q. 14. n. 63. alias n. 170. Garzi. de
16 benefic. p. 5. c. 8. n. 143. † vbi etiam, quod ex
hac ratione vnitatis perſonæ & corporis, Vi-
carius habens facultatem conferendi benefi-
cia, non poterit illa Epiſcopo conferre, quam-
uis alias eſſet capax Rip. reſponſ. 23. lib. 2.
Rebuff. in prax. in form. vicariat. n. 82. cum
ſeq. & in concordat. tit. de collation. §. præ-
fectiq. ordinarij. in verb. conferre. Sbrozz.
17 de vicar. epiſcop. q. 91. & 92. † Intelligendo
quãdo conferret vti ordinarius, quidquid aliud
ſit in caſu, in quo fieret collatio, tamquam à
delegato, vt per Garz. de benefic. p. 5. c. 8.
n. 40. & 144.
Et paſſim quando agitur de cauſa propria ip-
18 ſius Epiſcopi, vel de eius commodo, † ſeu in-
commodo, redditur ſuſpectus etiam Vica-
rius, & non poteſt eſſe Iudex in tali cauſa,
tanquam dependens ab eo Abb. Felin. &
Imol. in c. inſinuate. de offic. delegat. Præpoſ. in
c. poſtremo. col. 6. n. 12. de appellat. Bertrand.
conſ. 184. n. 2. lib. 2. p. 1. Aim. conſil. 6. n. 33.
Surd. conſil. 50. n. 16. lib. 1. late Maſtrill. de-
19 ciſ. 234. n. 6. cum ſeq. p. 3. † Etenim factum
ab officiali cenſetur factum à domino man-
dante l. ita autem. §. geſſiſſe. ff. de admini-
ſtrat. tutor. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi ar-
mat. l. non ideo. C. de accuſation. l. 2. §. diuus
pius. ff. de iur. fiſc. l. hoc iure. §. deiecit. ff.
de regul. iur. Din. in c. qui facit per alium.
n. 1. vſque ad 5. eod. tit. in 6.
Et dum dicunt Doctores de ſuſpecto Epiſcopo,
20 quod non ſit ſuſpectus Vicarius, † loquuntur,
quando lis vertitur de re pertinente inter par-
tes, in qua Epiſcopus nullum poteſt commo-
dum ſperare, ſed tantum eſt ſuſpectus ex ali-
qua cauſa Maſtrill. deciſ. 234. n. 8. & 9.
21 lib. 3. † vbi quod licet epiſcopus ſit ſuſpe-
ctus, tamen iudicium proponit coram ſuo
Vi-

Digitized by Google

Vicario de re pertinente ad pauperes, non autem de re ad eum ſpectante *Surd. conſil.50. n.16. in fin. lib. 1. poſt Bald. in l. ſi quis. q. 36. n. 6. verſ. ſed iuxta predicta. C. epiſcop. & cleric. Sbroz. de vicar. lib. 3. q. 14. n. 6.*

Et idem eſt in ſimilibus, vt in Comitibus, Baroni-
22 bus, Dominis, & alijs, † quibus exiſtentibus ſuſpectis, tota eius familia, cum omnibus ab eis electis dicetur ſuſpecta *Butr. in c. 1. de iudic. Menoch. conſil. 94. n. 11. lib. 1. Maſtrill. decif. 151. n. 77. p. 2.* vbi de Prorege, &
23 Præſidibus, & *deciſ. 234. n. 4. & 12. p. 3.* † vbi etiam quod neque tales poterunt eligere Iudices, quando agitur de re ad eos pertinente *Zaſ. in epitom. feudor. p. 11. n. 14. Natt. conſil. 126. n. 21. & conſ. 204. n. 1. Rebuff. de recuſat. gloſ. 1. art. 2. n. 1. tom. 3. Roland. conſ. 16. n. 6. & 23. lib. 2. poſt Bart.* communiter receptum *in l. qui iuriſdictioni. n. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Surd. conſil. 47. n. 2. Menoch. conſil. 721. n.*
24 *44. & 46. lib. 8. Capic. deciſ. 124. n. 3.* † Itaut etiam ſucceſſor poſſit recuſari, ſi anteceſſor eſſet ſuſpectus, quando tamen ſuſpitio inheſiſſet dignitati, ideſt quando fuiſſet cauſata reſpectu dignitatis, non perſonæ *Prapoſit. Alexandr. in c. cum ſpeciali. col. 12. de appellat. Capic. deciſ. 138. n. 6.* Quamuis de
25 conſuetudine poſſint Barones, † & ſimiles habentes ordinariam iuriſdictionem delegare cauſam alicui non ſuſpecto, cum ſuſpectus in cognoſcendo, non ſit ſuſpectus in delegan-
26 do, quia ſuſpicio perſonam ſigillat, † non autem tollit iuriſdictionem *c. ſi quis contra. de for. competent. Menoch. conſ. 1159. n. 6. lib. 12. & de arbitr. caſ. 459. n. 19. fol. 369. Maſtrill. deciſ. 151. n. 81. p. 2. & deciſ. 234. n. 23. & 24. p. 3. Schrader. de feud. p. 10. ſeſſ. 4. n. 12. poſt Caſtr. Dec. & alios in l. pretor. 17. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bald. in auth. clericus. n. 5. C. de epiſcop. & cleric. Aim. conſ. 232. n. 9. ad med. verſ. eſt verum ſecundum. col. pen. Vant. de nullit. defect. iuriſdict. delegat. n. 33. fol. 228. Corn. conſ. 262. col. fin. lib. 3. Franc. in c. cum ſpeciali.*
27 *de appellat.* † Quidquid ſit in delegato, cuius iuriſdictio quouis modo impedita, ſeu ſuſpenſa per legitimam partis recuſationem, facit, vt poſt illam non poſſit ſubdelegare *c. iudex ab apoſtolica. de offic. deleg. in 6. Vant. d. n. 33. in princip.*

Quare etiam Barones de conſuetudine exigunt propria auctoritate iura dominicalia, Et talis conſuetudo eſt valida *Natt. conſ. 294. n. 2. Dec. in l. qui iuriſdictioni. n. 20. falleut. 7. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bouadill. lib. 2. polit. c. 16. n. 164. in fin. Maſtrill. de magiſtratib. lib. 4. c. 15. n. 32.* † Prout etiam idem ſeruatur per epiſcopos in exactione cenſuum, & decimarum ſuæ eccleſiæ *Bald. in l. vnic. verſ. iuxta prædicta quaro. C. ne quis in ſua cauſ. iudic. Abb. in c. cum veniſſent. 12.* vbi *Felin. n.* . teſtatur de communi. *de iudic. Maſtrill. deciſ. 234. n. 31. par. 3.*

EPITOME.

EMphiteuſi finita abſque culpa emphiteutæ quomodo fructus vltimi anni ſint diuidendi inter illius heredes & Dominum. ¶ Vſufructuarius an æquiparetur emphiteutæ circa tranſmiſſionem iuris percipiendi fructus ad heredes. ¶ Melioramenta an debeantur domino poſt mortem emphiteutæ. ¶ Et quid in hoc operetur conuentio, vt illa cedant Domino. ¶ Expenſæ factæ gratia fructuum recolligendorum, an ſint debitæ cuicunque poſſeſſori. ¶ Et an feudo deuoluto Dominus, vel agnatus volens gaudere fructibus ad illas teneatur. ¶ Diuiſio fructuum, & penſionum qualiter ſit facienda, ſi vaſallus moriatur ante, vel poſt calendas martij vſque ad auguſtum, vel poſt auguſtum inter heredes vaſalli, & Dominum, ſeu agnatũ, ad quorum fauorem feudũ aperitur. ¶ Et quid in fructibus piſcinarũ, viuariorum, ſiluę cedue, iuriſdictionis, & in prouentibus, qui minore, vel maiore temporis ſpatio, quam anni recolligũtur, & in meliorationibus, & augmẽtis feudi. ¶ Et quæ remedia poſſeſſoria pro illis dentur heredibus vaſalli contra Dominum, & agnatũ. ¶ Diſpoſitio loquens de fructibus quãdo procedat etiam in penſionibus. ¶ Feudo aperto an ſubfeudum commiſſum heredi vaſalli defuncti debeatur inſtar fructuum. ¶ Intellectus c. 1. §. his conſequenter. tit. hic finitur lex.

SVMMARIVM.

1 *Fructus vltimi anni ſunt diuidendi pro rata temporis inter heredes emphiteutæ, & dominum in emphiteuſi finita abſq; culpa emphiteutæ. Contrarium n. 2. Declara, vt n. 3.*
4 *Vſufructuarius non tranſmittit ius percipiendi fructus ad heredes, ſed ſtatim eo mortuo ſpectant ad proprietarium.*
5 *Emphiteuta quãuis æquiparetur vſufructuario, tamen habet potentius ius, quam vſufructuarius, & illud trãſmittit ad heredes. n. 6.*
7 *Melioramenta debentur heredibus emphiteutæ, ſi res deuoluatur ob generationem extinctam, non autem ob delictum ipſius.*
8 *Conuẽtio vt melioramenta cedãt domino emphiteuſis, valet tanquam ſint pars pretij.*
9 *Emphiteuta ſi paciſcatur, vt melioramenta deuoluantur domino emphiteuſis, non cenſetur voluiſſe etiam perdere fructus.*
10 *Expenſa facta gratia fructuũ recolligendorũ debẽtur cuicũq; poſſeſſori, et illius heredibus.*
11 *Diuiſio fructuum quomodo ſit facienda quãdo vaſallus moritur ante menſem martij, vel poſt calendas martij vſque ad auguſtum, vel poſt auguſtum inter heredes vaſalli & Dominum, vel agnatum, ad quorum fauorem feudum aperitur. n. 13. 14. 16. 17. & 20.*
15 *Ratio non poteſt reddi omnium, quæ à maioribus noſtris conſtituta ſunt.*
18 *Computatio quæ ſit in fructibus moriente vaſallo*

ſallo de menſe martij, & auguſti, an debeat fieri in penſionibus. & n. 19.

21 *Piſcinarum, & viuariorum fructus cui cedant vaſallo mortuo, & feudo deuoluto ad dominum.*

22 *Prouentus qui minore, vel maiore temporis ſpatio quam anni colliguntur qualiter diuidantur inter dominũ et heredes vaſalli.*

23 *Fructus iuriſdictionis ad quem ſpectent ſi ſententia adhuc non ſit lata, nec executio proceſſit.*

24 *Feudo aperto an ſubfeudum cõmiſſum heredi vaſalli defuncti debeatur inſtar fructuum.*

25 *Dominus, vel agnatus poſt deuolutum feudũ ſi vult gaudere fructibus an debeat ſoluere expenſas culturæ heredibus vaſalli.*

26 *Pro fructibus, meliorationibus, & augmentis feudi, quando dentur remedia poſſeſſoria adipiſcenda, retinenda, & recuperãda heredibus vaſalli cõtra Dominũ, et agnatũ. n. 27.*

28 *Fructus ſiluæ cœduæ quomodo ſint diuidendi inter dominum, & heredes vaſalli.*

29 *Diſpoſitio loquens de fructibus quando procedat in penſionibus, emolumentis, & commoditatibus.*

30 *De fructuum diuiſione inter dominum, & heredes vaſalli.*

CAP. DCCCX.

IN quæſtione propoſita concludendum eſt,
quod cum ſimus in emphiteuſi finita abſq;
1 culpa, & delicto emphiteutæ, † fructus vltimi
anni ſint diuidendi pro rata temporis inter heredes
eiuſdem emphiteutæ, & dominum ipſius
emphiteuſis, ex quo enim coluit, & curauit fundum,
& nihil poſſit ei imputari, quod ſuo proprio
facto ceciderit, tale ius debet ad eius heredes
transſire, Ita in ſpecie concludit *Socin. in l. diuortio. 8. in princ. col. 4. ante med. verſ. ex quibus infertur idem eſſe. n. 8. ff. ſolut. matrimon.* quem ſequitur *Tiraq. de retrac. conuention. §. 5. gloſ. 4. n. 2. ad med. verſ. quod tamen quomodo intelligi. Molin. de primogenit. Hiſpanor. lib. 3. c. 11. n. 7. Caualcan. de vſufr. n. 244. Schrader. de feud. 2. p. 9. par. princip. ſect. 3. n. 87. fol. 535. late Hartman. Piſtor. lib. 1. q. 24. n. 26. vſque ad 35.*

Neque obſtat, quod contrarium ſenſerit *Specul. de locat. §. nunc aliqua. verſ. decimo. n. 19.*
2 *Alber.* † *in l. 2. C. de iur. emphit. Barboſ. in l. diuortio. in princip. p. 2. n. 18. vſque ad 23. fol. 507. ff. ſolut. matrimon. Bald. in c. 1. §. his conſequenter. tit. hic finitur lex. feudor.* vbi tenet, quod omnes fructus
recadant Domino *Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat. 37. n. 1. fol. 413.*

Quia prædicti, & omnes alij, qui hanc opinio-
3 nem ſequuntur, ſunt intelligendi, † quando
emphiteuta amittit emphiteuſim propter canonem
non ſolutum, ſeu propter alienationem,
aut aliquod delictum, ſecus autem
quando, prout in caſu noſtro, propter generationem
finitam, vel aliter abſque aliqua
ſua culpa cadit ab emphiteuſi, vt diſtinguunt
Socin. Schrader. & alij ſupra allegati. Piſtor. d. q. 24. n. 34.

Minus obſtat, quod vſufructuarius non tranſmittat
ius percipiendi fructus ad heredes, cum
4 ſtatim † eo mortuo ſpectent ad proprietarium.
l. in ſingulos. in fin. ff. de ann. legat. l. defuncta. 65. ff. de vſufr. cum alijs per Caſtill. eod.
5 *tit. de vſufruct. c. 77. n. 1. & 2.* † Vnde idem
debet eſſe in emphiteuta, qui æquiparatur vſufructuario
Iaſ. in l. 2. n. 18. C. de iur. emphit. & in prælud. feud. n. 18. Dec. in auth. qui rẽ. n. 5. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. c. 7. n. 8.

Quia emphiteuta habet potentius ius, quam vſufructuarius,
ideo ius illius tranſit ad heredes,
6 quod † non eſt in vſufructuario *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. l. 1. C. de iur. emphiteot.* Quare non mirum, ſi hoc caſu non valet
argumentum de vſufructuario ad emphiteutam
Socin. qui ita reſpondet in *l. diuortio. 8. n. 8. ff. ſolut. matrimon.*

Quibus additur, quod diſtinctio præfata circa
emphiteuſim reuerſam ad dominum propter
lineam finitam, ſeu ob culpam emphiteutæ vi-
7 detur rationabilis, † cum etiam videamus idẽ
eſſe in melioramentis, quæ debentur heredibus
emphiteotæ, & ad eos tranſeunt, ſi res deuoluatur
ob generationẽ extinctam, quidquid aliud
ſit ſtante culpa emphiteotæ *Bero. q. 19. Clar. in §. emphiteoſis. q. 45. Pinell. in l. 2. part. 2. n. 3. C. de reſcinden. vendit. Ceſar de Graſſ. deciſ. 136. alias 5. n. 2. de rebus eccleſ. non alienand.*

Maxime quia in caſu noſtro fuit facta expreſſa
conuentio, vt deuoluantur melioramenta,
8 tunc † enim debentur domino tanquam ſint
pars pretij *l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 38. & 64. Ceſar de Graſſ. d. deciſ. 5. n. 3. Iaſ. in l. 1. n. 28. C. de iur. emphiteot. poſt Bart. in l. iubemus. la 2. §. ſane omnia. n. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 504. Card. Seraphin. deciſ. 1496. n. 1. Valaſc. de emphit. q. 25. in princip. Amic. de iur. emphit. q. 75. n. 1. & 3.*

Vnde ex hoc ſatis colligitur, quod non eſt dicen-
9 dum partes voluiſſe etiam perdere † fructus,
cum de eis ſpecifice pacti fuiſſent, quemadmodum
fecerunt de melioramentis *Aim. conſil. 191. n. 8. iuxta l. vnic. §. ſin autem deficientis. C. de caduc. tollend. c. ad audientiam. de decim. Tiraquel. in l. ſi vmquam. in verb. libertis. n. 3. C. de reuocand. donation. Becc. conſil. 1. n. 14. Surd. conſil. 426. n. 13. lib. 3.*

Cum præſertim non ſit æquum, vt dominus faciat
fructus ſuos in præiudicium heredum
emphiteutæ, qui multas expenſas fecit gratia
10 illorum recolligendorum, † quo caſu debentur
cuicunq; poſſeſſori, & etiam heredibus vſufructuarij,
licet vſusfructus ſtatim per illius mortẽ

ſit

ſit finitus, & ſtatim cũ proprietate fuerit cõſo-
lidatus *l. fundus qui. ff. famil. erciſcund. l. ſi
aperti vel domino. §. fin. ff. de petit. hæredi-
tat.* Caſtill. *de vſufr. c. 77. n. 5. & 6. Caual-
can. eod. tit. n. 246. Garz. de expenſ. & me-
liorat. c. 1. n. 11. Barboſ. in l. fructus. n. 8.
ff. ſolut. matrimon.*

Vltra prædicta obſeruandum eſt, quod de fructi-
11 bus illius anni, quo vaſallus moritur, † & feu-
dum domino aperitur in iure feudali conſtitu-
tum eſt, vt ſi vaſallus decedat ſine herede ma-
ſculo, & contingat feudum ad dominum reuer-
ti, ſic diſtinguitur, quod ſi ante martiũ, omnes
fructus illius anni ex feudo prouenientes ad do-
minum pertinebunt, ſi vero poſt calendas Mar-
tij vſque ad Auguſtum omnes fructus, qui inte-
rim percipientur ad heredes vaſalli pertineant,
ſi verò poſt Auguſtum omnes fructus anni per-
cipit Dominus. Quidam tamen dicunt quo-
cunque tempore anni decedat, omnes fru-
ctus pendentes ad Dominum pertinere. Hæc
ſunt verba *tex. in c. 1. §. bis cõſequenter. tit. hic
finitur lex corrad.* Pro cuius explicatione
omiſſis multis opinionibus per Doctores ad-
12 ductis, † illa ſententia eſt recipienda, vt fru-
ctus eo modo diuidantur, prout in textu dici-
tur. Ita tamen, vt quod ait tex. mortuo va-
ſallo poſt menſem Auguſti omnes fructus an-
ni ad Dominum pertineant, ſic accipiendum
ſit, ideſt omnes fructus anni ſequentis, non
autem anni, quo defunctus eſt vaſallus iuxta
opinionem *Iſern. Aluarot. Præpoſ. & Af-
flic. in d. §. bis conſequenter. Zaſius de feud.
p. 10. n. 109. verſic. vltimo eſt videndum
de fructibus. Schrader. eod. tit. 2. p. 9. part.
principal. ſection. 3. n. 73. & 74. Piſtor. lib.
1. q. 24. n. 43. Fachin. controuerſ. iur. lib. 7.
c. 91. verſ. tertia eſt ſententia.*

Quomodo autem iſta ſint declaranda, dicen-
dum eſt, quod ſi annus inchoari debet men-
13 ſe Septembris, † & vaſallus moriatur ante
calendas Martij, fructus illius anni, qui
percipientur poſt menſem Martij vſque ad
menſem Septembris pertinebunt ad Domi-
num, ſi poſt calendas Martij deceſſerit,
fructus pertinebunt ad heredes vaſalli, ſcili-
cet fructus qui percipientur vſque ad men-
ſem Septembris, ſiue Auguſti incluſiuè, ſi
verò poſt Auguſtum moriatur, omnes fructus
anni ad Dominum pertinebunt, non anni iam
præteriti, ſed anni noui inchoati, qui tunc
incipit in Septembri, & iterum deſinet in
alium ſequentem menſem Septembris, & ita
computandum eſſe notat *Fachin. d. c. 95.
ad med. verſic. quod ego ſic declaro. fol.*
14 *914.* † vbi etiam ſubdit, quod non eſt dare
rationem, cur iſta ſupputatio ſit hoc modo
facienda, quare opus eſt dicere, quod non
omnium quæ à maioribus noſtris conſtitu-
ta ſunt ratio reddi poteſt, & ideo rationes
eorum, † quæ conſtituuntur inquiri non opor-
tet, alioquin multa ex ijs, quæ certa ſunt,
ſubuertentur *l. non omnium. 19. & l. & ideo.*
16 *20. ff. de legib.* † Et quod nulla adſit probabi-
lis ratio in tali ſupputatione dicit etiam *Bald.
in d. §. bis conſequenter. n. 2. Alber. in l. de-
functa. in fin. ff. de vſufruct. Gomeſ. in l. tau-
ri. 40. n. 74. ad med. Coras in l. diuortio. 8. ver-
ſic. ex cõtrario. ad fin. ff. ſolut. matrim.* Quam-
uis *ibid. Barboſ. 2. par. in princ. n. 15.* ad-
ducat rationem, quam dicit perſuaſiuam, non
autem generalem, ideo non eſt de ea curandũ,
ſed adherendum ſimpliciter diſpoſitioni *d. c. 1.
§. bis conſequenter. tit. hic finit. lex corradi.*

Quare omiſſa ratione ſic erit ineunda ſupputa-
tio, vt vaſallo mortuo poſt exactum menſem
17 Auguſti, † non autem poſt calendas Auguſti,
vt alij male interpretantur, fructus vindemia-
les in menſe Octobris, & ſimiles, qui tar-
dius percipi ſolent ad heredes vaſalli merito
pertineant, cum ille toto anno vineam co-
luerit, & expenſas fecerit, fructus autem anni
futuri nouiter inchoati ad Dominum pertine-
bunt *Fachin. lib. 7. controuerſ. c. 95. ad fin.*
18 vbi † poſtea in *c. ſubſequenti. 96.* concludit
iſtam computationem non eſſe faciendam in
penſionibus, prout dictum eſt fieri in fructi-
bus iuxta opinionem *Alex. in l. diuortio. n.
3. ff. ſolut. matrimon. Anchar. conſ. 193. ſub-*
19 *tiliter & plene. n. 1. & 2.* † Quamuis contra-
rium, & melius ſentiant *Iſern. Bald. Aluarot.
& Præpoſit. in d. §. bis conſequenter. tit. hic fi-
nit. lex corrad. Piſtor. lib. 1. q. 24. n. 57. Schra-
der. de feud. 2. p. 9. part. principal. ſect. 3.
n. 53. vſque ad 65.* vbi omnibus contrarijs
reſpondet, & de veriſſima, & communi opi-
nione teſtatur, quam tenet etiam *Cuman. cõ-
ſil. 100. Brun. conſ. 106. Socin. in d. l. diuortio.
in princ. n. 9. ff. ſolut. matrim.*

Quo vero ad materiam *d. c. 1. §. bis conſequen-
ter. tit. hic finit. lex corrad.* Sunt notanda
multa, quæ remiſſiuè placuit adducere, an
20 ſcilicet † eadem diſtinctio fructuum ſit facien-
da vaſallo mortuo; & feudo agnatis aper-
to, prout fit quando deuoluitur ad dominum
*Bald. Aluarot. Afflict. & alij in c. 1. an
agnat. vel filius. Ruin. conſ. 14. n. 8. cum ſeq.
lib. 1. Cuman. in l. diuortio. vbi Alexand. n. 3.
Barboſ. p. 2. in princ. n. 16. ff ſolut. matrimon.
cum alijs per Fachin. lib. 7. controuerſiar. iur.
c. 97. Piſtor. lib. 1. q. 24. n. 50. Caualcan.
de vſufruct. n. 224. Schrader. de feud. 2. p.
9. part. principal. ſect. 3. n. 82.* ¶ & piſci-
narum, † & viuariorum fructus cui cedant va-
21 ſallo mortuo *Zaſius de feud. p. 4. n. 3. Schra-
der. ibid. ſect. 4. n. 10.* Coler. *de proceſſibus
executiu. p. 2. c. 3. n. 308.* ¶ & de fructibus
& prouentibus, † qui minore, vel etiam
22 maiore temporis ſpatio, quam anni colligun-
tur quomodo illi diuidantur inter dominum
& heredes vaſalli *Roſental. de feud. c. 10. concl.
42. n. 62. Roland. conſ. 86. n. 29. lib. 5.* ¶ &
de fructu iuriſdictionis, qui iam viuo vaſal-
lo, vel durante fructu ex delicto forte ſubdi-
23 ti ceſſit, † an heredi vaſalli deferatur, licet ſen-
tentia non dũ ſit lata, nec executio proceſſerit

Guid. Pap. q. 535. n. 1. fol. 731. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 44. fol. 333. Caſſan.
ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. n. 7.
24 Et an feudo aperto, † ſubfeudum commiſſum
heredi vaſalli defuncti debeatur inſtar fructuũ
Roſental. de feud. c. 5. concluſ. 64. & c. 10.
concluſ. 42. n. 65. Et feudo deuoluto, ſi domi-
nus, vel agnatus velit gaudere emolumẽto fru-
25 ctuum, † an teneatur ſoluere impenſas culturæ
heredibus vaſalli *Iſern. in c. 1. §. bis conſe-*
quenter, n. 20. ad fin. tit. hic finit. lex corrad.
Piſtor. in miſcellan. quæſt. c. 24. n. 72. Ro-
ſental. de feud. concluſ. 42. c. 10. n. 66. Et quã-
26 do heres vaſalli non feudalis, † aperto feudo
ratione fructuum poſſit agere contra domi-
num, & agnatum ad recuperandam poſſeſſio-
nem, illamq. conſeruandam, ſeu immiſſionem
petere *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.*
4. n. 181. Gozad. conſ. 50. n. 26. Oſaſc. deciſ.
26. n. 13. & 14. Et an propter melioramenta
27 & augmenta feudi heres ſit immittendus in
poſſeſſionem *Couar. lib. 1. variar. reſolut. c.*
15. n. 14. Roſental. de feud. c. 7. q. 54. & c.
10. q. 42. n. 70. Intrigliol. eod. tit. q. 57. n. 63.
28 Et fructus ſiluæ cæduæ, † quando heredibus va-
ſalli defuncti, vel Domino, & agnatis debeãtur
Schrader. de feud. p. 9. q. 2. ſect. 3. n. 71. Et quo
29 caſu diſpoſitio loquens de fructibus, † habeat
locum in penſionibus, & emolumentis, ac cõ-
moditatibus, ac *ſimilibus Fachineus lib. 7.*
controuerſ. c. 96. Schrader. de feud. 2. p. 9. part.
principal. ſect. 3. n. 53. cum ſeq. Alia multa
30 de fructuum diuiſione inter † dominum & he-
redes vaſalli *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 15. Mo*
lin. de primogenit. Hiſpanor. lib. 3. c. 11. latè
Sebaſtian. Nauius in Syſtem. iur. in c. 1. §.
bis conſequenter. n. 68. vſque ad 90. tit. hic
finit. lex. Mſinger. reſponſ. 81. n. 10. Co-
ler. de proceſſib. executiu. p. 203. n. 288. Ro-
ſental. de feud. c. 10. concluſ. 42. n. 37. Tho-
ming. deciſ. 3. n. 6. Vaſq. controuerſ. illuſtr. c.
38. Coſt. de rat. & quot. q. 87.

EPITOME.

Legatum mobilium quando comprehendat pecunias. ¶ Et quid ſi vna cum mobilibus relinquatur aliqua ſumma pecuniarum. ¶ Verba generalia quo caſu reſtringantur ad ſpecies expreſſas. ¶ In legato de omni marmore, & duabus ſtatuis marmoreis an veniant aliæ ſtatuæ. ¶ Statutum requirens ſubhaſtationem mobilium, quando habeat locum in pecunijs, & in alijs rebus, quarum precium poteſt certificari in nundinis, vt in frumento, vino, & ſimilibus. ¶ Et quid in annuis redditibus, cenſibus, & margaritis, ac gemmis, & alijs, in quibus cadit affectio ¶. Retractus an detur in fructibus pendentibus, ſi diuiſim ſine fundo vendantur. ¶ Cenſus, penſiones, & redditus annui an computentur inter immobilia poſtquam fuerint ceſſi. ¶ In diſpoſitione teſtatoris quod diſtrahantur omnia ſua mobilia an contineantur fructus immobilium pendentes, itaut ſint habendi pro collectis tanquam cito colligendi. ¶ Datio in ſolutum rei immobilis quando ſit valida ſine ſubhaſtatione, ſi probetur illam non potuiſſe vendi, niſi pro pretio, pro quo fuit data in ſolutum. ¶ Aeſtimatio annonarum & victualium vnde ſumi debeat. ¶ Subhaſtatio ad quem effectum ſit facienda. ¶ Iudex ſi proceſſit tanquam in notorio, licet tunc non haberet probationes illius, ſententia valeat, ſi poſtea de eo appareat.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia dicitur res mobilis, & cedit legato mobilium. n. 2. Intellige vt n. 3.*

4 *In legato omnium mobilium, & ſcutorum quingentorum non venit pecunia. & n. 8.*

5 *Omne marmor legatum cum duabus ſtatuis marmoreis nõ cõprehendit niſi duas ſtatuas marmoreas, non alias ſtatuas.*

6 *Verba generalia licet ſint apta includere diuerſa ſubiecta, tamen quando iunguntur ſpecies reſtrictiuæ generalitatis fit reſtrictio ad ſpecies expreſſas.*

7 *Si nominantur indiuidua ſpeciei contenta ſub genere, ad alia in eadem ſpecie contenta illud genus non porrigitur.*

9 *Statutum requirens ſubbaſtationem mobiliũ an habeat locum, quando offertur pecunia, vt illa vendatur pro ſatisfactione crediti petiti, vel in alijs rebus, quarum pretium poteſt certificari in nundinis, ſeu mercatis, vt frumento, vino, oleo, caſeo, & ſimilibus. n. 15. & 16. & quid in hoc conſultius debeant facere Iudices. n. 18.*

10 *Vnus nummus non plus valet quam alius.*

11 *Subbaſtatio eſt fruſtratoria, quando pretiũ eſt adeo manifeſtum, vt non poſſit interuenire aliqua colluſio, aut fraus, nec præiudicium, vt res debitoris vilius vẽdatur. n. 12.*

13 *Datio in ſolutum rei immobilis eſt valida etiam ſine ſubbaſtatione, ſi probetur non potuiſſe illam vendi, niſi pro pretio, pro quo fuit data inſolutum.*

14 *Iudex ſi proceſſit tanquam in notorio, licet tunc non haberet probationes notorij, tamen ſententia valebit, ſi poſtea de eo appareat.*

17 *Aeſtimatio annonarum, & aliarum rerum victualium non aliunde eſt ſumenda quã ex loco fori publici, quanti ibidem vendi, aut eme ſoleant.*

19 *Gemmæ, margaritæ, & alia pretioſa, in quibus cadit affectio non debent vendi abſque ſubbaſtatione, & præuia æſtimatione, ſicut fit in ſtabilibus.*

20 *Annui redditus an licitè vendantur ſine ſubbaſtatione per ſtatutum requiſita, quãuis conſtaret de ſolutione tanta pecuniæ quanta erat ſors principalis.*

21 *Cenſus & redditus annui, & penſiones computantur inter immobilia antequam cedantur, ſecus poſt, quia tunc comparantur*

tur fructibus à ſolo ſeparatis. n. 22. 23. et 24.
25 *Retractus non habet locum in fructibus pendentibus, ſi diuiſim ſine fundo venduntur tanquam cenſeantur ſtatim à fundo ſeparandi, & habentur pro mobilibus.*
26 *In diſpoſitione teſtatoris quod diſtrahantur omnia ſua mobilia veniunt fructus immobilium pendentes quaſi breui ſperentur fieri mobiles, & habeantur pro collectis. n. 27. 30. & 31. Contrarium n. 28. & 29. Diſtingue vt n. 32.*

CAPVT DCCCXI.

PEcunia continetur appellatione mobiliũ,
vel ſe mouentium, cum illa ſit res mobi-
1 lis, † & de loco ad locum transferatur, vt per
ſe patet, & notant Cin. *Alber. & Bald. in*
l. ea demum. C. de collationib iuxta §. & quia
parum. authen. de nupt. & auth. hoc niſi. in
princ. C. de ſolution. Tiraquel. de retract. li-
2 *gnag. §. 1. gloſ. 7. n.* 103. † vbi ex hoc conclu-
dit, quod pecunia cedit legato mobilium *Dec.*
conſ. 181. *viſis his que accurate. col. 1. verſic.*
tertia concluſio. & conſil. 472. *teſtator lega-*
uit. col. 1. Pariſ. conſ. 67. n. 11. lib. 4. Natt. con-
ſil. 117. n. 5. Pinell. in l. 1 p. 2. n. 44. C. de bon.
matern Surd. conſ. 27. n. 7. lib. 1. Rot. deciſ.
419. *n. 3. in fin. p. 2. in recentiorib.*
Intelligendo tamen ſecundum diſtinctiones, quas
3 late † ponit *Theſaur. deciſ. 160. per tot. Me-*
noch. conſ. 407. n. 1. vſque ad 27. & præſump.
138. *lib. 4. Card. Mantic. de coniectur. vl-*
tim. voluntat. lib. 9. tit. 3. n. 2. cum ſeq. Ca-
ſtill. de vſufruct. c. 38. n. 22. vſque ad 26. Ca-
ualcan. eod. tit. n 82. Craſſ. in §. legatum.
q. 19. Odd. conſ. 30. n. 8. cum ſeq. Gail. obſer-
uat. 11. lib. 2. Sim. de Pret. de interpret. vltim.
voluntat. lib. 4. dubit. 20. n. 41. fol. 335. Rim.
Iun. conſil. 216. n. 84. lib. 2.
Verum in caſu propoſito huiuſmodi regula non
eſt attendenda, quia teſtator non legauit ſim-
4 pliciter omnia bona ſua mobilia, † ſed amplius
vltra dicta mobilia in eodem legato reliquit
eidem legatario ſcuta quingenta, tunc enim
verius eſt, vt non veniat pecunia numerata in
tali legato omnium mobilium, quia teſtator
fecit differentiam inter mobilia, & pecuniam
numeratam, quam ad certam quantitatem
reſtrinxit, vnde ex illius coniecturata mente
clarè colligitur, quod ob iſtam differentiam
5 noluit vnum includi ſub alio, † prout dicimus
quando duæ ſtatuæ marmoreæ cuidam nomi-
natim, item omne marmor erat legatum, nul-
la enim ſtatua marmorea prçter duas debetur,
quia duas ſtatuas legando poteſt videri non
putaſſe in marmore ſe ſtatuas legare; iſta ſunt
verba *tex. in l. heres meus. 98. alias 100. §.*
duæ ſtatuæ ff. de legat. 2. Gemin. conſ. 34. n.
6. & conſ. 61. n. 4. poſt princ. † vbi ex hoc
concludit, quod licet verba generalia ſint ap-
ta includere diuerſa ſubiecta, tamen quando
iunguntur ſpecies reſtrictiuæ generalitatis, fit
reſtrictio ad ſpecies expreſſas, vnde quamuis
legando omne marmor, veniat ſculptum, &
non ſculptum, Nihilominus ſi dico lego omne
marmor, & duas ſtatuas, illa expreſſio duarũ
ſtatuarum reſtringit generalitem, vt ſculptum
non veniat, niſi quo ad duas ſtatuas expreſſas,
tanquam iſta verba ſint appoſita ad determi-
nandam illam indefinitam *Io. Andr. in c. 1.*
de iur. patronat. in 6. iuxta c. & ſi Chriſtus.
verſ. licet etiam. de iureiurand. Doct. in c. ſe-
des. de reſcript. Bart. in l. quæſitũ. §. fin. ff.
7 *de fund. inſtruct.* † vbi ſi nominantur indiui-
dua ſpeciei contenta ſub genere, ad alia in ea-
dem ſpecie contenta non porrigitur illud ge-
nus *l. 1. ff. de aur. & argent. legat. l. legata*
ſupellectili. de ſupellec. legat. l. cum de lanio-
nis. §. cui fundum. ff. de fund. inſtruct. Ga-
briel. conſil. 98. n. 3. lib. 1.
Et ita in terminis concludit *Card. Mantic. de*
coniectur. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 3. n. 4.
in ſecunda editione, vbi adeſt Additio, quæ in
8 prima non fuit poſita, † ſubdens quod ita iudi-
cauit cum eſſet Auditor Rotæ ex conſilio co-
auditorum in cauſa legatorum Dominorum de
Gonzaga, cum Vincentius Cardinalis Gonza-
ga in eius cedula teſtamentaria legaſſet fami-
liaribus ſuis mobilia, & vltra dicta mobilia
eidem reliquiſſet ſcuta ſex mille.
Et quoniam, vt diximus, non ſemper appellatione
mobilium veniunt pecuniæ, obſeruandum eſt,
9 quod alias fuit quæſitum, † an ſtante ſtatuto,
quod præcisè requiratur ſubhaſtatio bonorũ
mobilium, ad hoc, vt ſit valida iudicialis ven-
ditio, habeat locum quando offertur pecunia,
vt illa vendatur pro ſatisfactione crediti pe-
titi, & quidem omiſſa diſputatione breuiter
dixi, quod talis pecunia non indigeat ſubha-
ſtatione, quamuis enim ſtatutum illam requi-
rat in rebus mobilibus, & pecunia dicatur res
mobilis, vt dictum eſt *ſupr. n. 1.* Tamen, cum
10 vnus † nummus non plus valeat quam alius,
nec vnus denarius ſit maioris valoris quam al-
ter, ſtatutum non habebit locum in pecunia
Bald. in l. 1. in fin. n. 4. C. ſi propt. public.
11 *penſitat. vendit. fuer. celebrat.* † vbi quod eſt
fruſtratoria ſubhaſtatio quando pretium eſt
adeo manifeſtum, vt non poſſit interuenire
aliqua colluſio *l. 2. vbi Bart. n. 24. C. de re-*
ſcind. vendit. & in l. pretia rerum. 63. §. non-
nullam. n. 3. ff. ad leg. falcid. & ita etiam
ſequendo *Bald. in d. l. 1. n. 5.* concludit *Co-*
ler. de proceſſib executiu. p. 3. c. 9. n. 51. fol.
656. in 2. edit. & magis in ſpecie *Leon. deciſ.*
Valentin. 108. n. 8. cum ſeq. vbi de ſimili ſta-
tuto loquente de ſubhaſtatione mobilium,
quod non comprehendat pecunias, cum ſub-
12 haſtatio fuerit inuenta, vt fraudibus obuie-
tur, & ne res in præiudicium debitoris viliori
pretio vendatur *Card. Seraph. deciſ. 358 n.*
2. dixi ſupr. c. 479. n. 20. & 21. tom. 3. Quæ
fraus non poteſt conſiſtere in pecunia, cuius
valor eſt notorius, & manifeſtus, vt dictum
eſt *ſupra n. 10.*

Quare

Quare etiam datio inſolutum rei immobilis di-
citur valida, quamuis fuerit facta abſque ali-
13 qua ſubhaſtatione,† Si poteſt probari, quod tē-
pore adiudicationis rei inſolutum datæ non
potuiſſet vendi pluris, quam eo pretio, quo fuit
data in ſolutum, etiam per viam ſubhaſtatio-
nis, tanquam tunc ceſſet læſio, prout in ſpecie
concludit *Put. deciſ. 252. alias in nou. eſt deciſ.
275. p. 2.* quam ſequitur *Card. Seraph. deciſ.*
14 *358. n. 2.* † Quādo enim Iudex proceſſit velut in
notorio, licet tūc nō haberet probationes no
torij, tamen ſententia valebit irreuocabiliter,
ſi verè erat notorium, & de eo poſtea appareat
*Innoc. in c. tua. in fin. de cohabitat. clericor. &
mulier. Archidiacon. in c. cum plures. ad fin.
verſic. credo. de offic. deleg. in 6. Rot. deciſ. 57.
alias 12. de fid. inſtrumentor. in antiq. Put.
deciſ. 252. in fin. lib. 2.*

Amplius dictum ſtatutum requirens ſubhaſtatio-
15 nem in rebus mobilibus, † non habebit locum
ne dum in pecunia, ſed neq; in alijs rebus pi-
gnoratis pro vi iudicati mobilibus, ſiue ſe mo-
uētibus, quarum pretium certum eſt, quia per
mercata ſingularum hebdomadarum habeu-
tur per ciuitates venalia in foro publico, prout
eſt frumentum, lardum, vinum, oleum, buti-
rum, caſeum, cum ſimilibus eſculentis, & po-
culentis, hæc enim eodem modo iuxta com-
munem valorem ſtatim traduntur, atq; appli-
cantur quaſi de manu in manum creditoribus
iure dominij, & fruſtra ſubijciuntur ſubhaſta-
16 tioni, † cum iſtarum rerum æſtimatio ſit tam
manifeſta, vt ibidem nequeant colluſiones in-
teruenire, ex quo omnibus notum eſt quantum
ſit pretium modij in frumento cuiuslibet ge-
neris, & quanti vendatur ſingulis ſeptimanis
Ita in ſpecie concludit *Coler. de proceſſib. exe-
cutiu. p. 3. c. 9. n. 51. fol. 656.* iuxta doctrinam
*Bald. in l. 1. n. 5. C. ſi propt. public. penſitat.
vendit. fuer. celebrat. Dambuder. de ſubha-*
17 *ſtat. c. 2. & 7.* Cum æſtimatio † annonarum, &
aliarum rerum victualium non aliunde ſit ſu-
menda, quam ex loco fori publici, quanti vi-
delicet ibidem vendi, ac emi ſoleant *Bart. in
l. ſeptem diebus. 12. n. 1. C. de erog. milit. an-
non. lib. 12. Butr. in c. cum cauſam. verſ. ad
ſecundum demum. de empt. & vendit. Cor-
ſett. ſingul. 391. Pinell. in l. 2. p. 3. c. 4. & vlt.
n. 17. poſt Bald. ibid. n. 32. Cagnol. n. 257.
de reſcind. vendit. Io. de Plat. in l. 1. poſt med.
C. de cenſib. & cenſitorib. lib. 14. iuxta l. pre-
tia rerum. ff. ad leg. falcid. Felin. in c. cum
cauſam. 42. n. 2. de teſtib.*

Quamuis in hoc conſultus facerent Iudices, qui
probabiliter dubitant de iuſto pretio ſimilium
18 rerum, vt † ſtatim in primo termino præfi-
nito ad captionem pignorum vna cum execu-
tore mittant peritos in arte, lanios, vel opilio-
nes pro æſtimandis ouibus, & pannifices pro
taxandis lanis, & ſic de ſimilibus, vt notat *Co-
ler. de proceſſib. executiu. p. 3. c. 9. n. 53. fol. 656.
poſt Salic. in l. 2. n. 23. C. de reſcind. vendit.*

Omnia tamen prædicta ſunt intelligenda in mo-
bilibus, vel ſe mouentibus non pretioſis, & in
19 quibus nulla cadit † affectio, nam ſi eſſent gem
mæ, margaritæ, & alia pretioſa, in quibus con-
ſiſteret aliqua affectio, non eſſent ſtatim tra-
denda creditori de manu in manum, neq; poſ-
ſent vendi abſq; ſubhaſtatione, ſed eſſet facien-
da æſtimatio, prout ſolet fieri de immobilibus
*Bald. in l. 1. n. 5. C. ſi propt. public. penſi-
tat. iuxta l. & ſi ſine. ff. de minorib. Coler. de
proceſſib. executiu. p. 3. c. 1. n. 54.*

Idem eſt in caſibus, in quibus mediante ſubhaſta-
20 tione res carius vendi poteſt, † prout alias cō-
tingit dubitari in annuis redditibus, cum enim
fuiſſet venditus quidam cēſus pro debito abſq;
ſubhaſtatione requiſita per ſtatutum, fuit de-
clarata nulla talis venditio, quāmuis conſta-
ret de ſolutione tantæ pecuniæ, quanta erat
ſors principalis eiuſdem cenſus, & ſic eſſet da-
tum denarium pro denario, cum forſan ſi præ-
ceſſiſſet ſubhaſtatio, potuiſſet talis cenſus ca-
rius vendi, quam ſit illius ſors, & proprietas,
ſeu pretium, ideo erat præciſe ſeruanda forma
ſtatuti, vt in ſpecie ita iudicatum teſtatur *Leo*
21 *deciſ. valentin. 108. n. 7. & 14.* Cum etiam
iſti annui redditus inter immobilia computen-
tur *clem. 1. §. cumq; de verbor. ſignificat. Gail.
obſeruat. 10. n. 1. & 4. lib. 2. poſt Bald. in
prælud. feudor. n. 21. Rom. conſ. 302. n. 5. in
fin. Affl. de iur. protbomiſ. §. 1. n. 6.*

Declarādo quo ad redditus nondum ceſſos, nam
22 poſtquam ſunt ceſſi redditus, † ſeu penſiones
comparantur fructibus à ſolo ſeparatis, nam
quemadmodum illæ inter mobilia connume-
rantur, ita quoq; penſiones ceſſæ pro mobi-
libus habentur *Bald. in c. 1. n. 25. & ibi Affl.*
23 *n. 13. de pac. tenend.* † vbi quod quando venit
dies ſolutionis, tunc penſiones habentur pro
rebus mobilibus *Gail. d. obſeruat. 10. n. 3.* vbi
etiam quod ſi penſiones partim ceſſæ ſint, par-
24 tim non, † iudicandum eſt de ijs pro rata tem-
poris *l. iulianus. §. ſi fructus. ff. de action.
empt. l. vlt. ff. de iur. fiſc. Affl. in d. c. 1.
de pac. tenend.*

Quare etiam in fructibus pendentibus non habet
25 locum retractus, ſi diuiſim, † & ſeparatim ſine
fundo venduntur, tanquam debeant cenſeri
ſtatim à fundo ſeparandi, vt late cōcludit *Ti-
raq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. n. 42. vſ-*
26 *que ad 55.* † vbi etiam quod teſtatore iubente
diſtrahi omnia ſua bona mobilia, fructus im-
mobilium pendentes veniunt in hoc legato
quaſi breui ſperentur fieri mobiles, & tam-
quam proxime recolligendi habeantur pro col
lectis *Caſtr.* in ſpecie iſtius legati *conſ. 137.
videtur dicendum quod dictum frumentum.
col. 2. verſ. breuiter ego puto. lib. 2. Dec. con-
ſil. 472. teſtator legauit. col. 1. in fin. n. 3. Iaſ.
in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. col. 1. in
2. notab. ff. qui ſatiſd. cogant.* & propter ma-
27 gnam † auctoritatem *Caſtr.* illius opinionem
ſecuta eſt *Rot. Auenion. per Laur. deciſ. 13. n. 3.*

Licet contra *Caſtr.* teneat *Alciat. conſ. 182. lib.
9. Addit. ad Dec. d. conſ. 472. in princip.* vbi
quod

Digitized by Google

28 quod *Tiraq.* copiæ gratia, non approbationis
citat *Caſtr.* cuius conſilium dicit eſſe falſiſſimum, ſubdens quod neque *Dec.* illud citat
tanquam verum, ſed velut cauſæ inſeruiens,
29 prout † etiam idem *conſ. Caſtr.* late reprobat
Gabr. conſ. 98. n. 7. vſque ad 11. *lib.* 1. vbi etiã
allegat *Ruin. conſ.* 134. *n.* 13. *lib.* 1. Quam-
30 uis † *Ruin.* potius videatur tenere cum *Caſtr.*
cum illum intelligat procedere in fructibus,
qui ſeparabuntur, & fient mobiles de proximo, & quia erant ordinati ab origine, vt ſepararentur, & poterant ſeparari ſimpliciter,
31 prout verè ita loquitur *Caſtr.* † Adeo vt ſtantibus prædictis ſit quæſtio dubitabilis, in qua
tamen eſt diſtinguendum iuxta ea, quæ pro
32 defenſione *Caſtr.* † ponit *Cardin. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 9. tit. 3. n. 6. ad med. verſic. ego vero diſtinguendum puto. & lib. 3. tit. 11. n. 7. & 24.*

E P I T O M E.

EXecutores, tutores, & adminiſtratores an habeant poteſtatem inſolidum, itaut vno mortuo, abſente, & nolente, alter poſſit adminiſtrare. ¶ Et epiſcopus ſuppleat tam negligẽtiam ipſorum, quam caſum fortuitum, & alium ſubroget. ¶ In deputatione ſimultanea quando habeat locum ius accreſcendi. ¶ Et quid ſtante clauſula, quod vnus ſine alio nihil agat. ¶ Vel quando ſunt dati plures executores, quam duo, vel tres. ¶ Vel ſi deputetur executor Titius, & Sempronius, ſiue Titius vna cum Sempronio. ¶ Tutela data pluribus quando extinguatur deficiente vno, ita vt ſit admittenda mater tanquam tutrix legitima. ¶ Iudex vnus an ſolus poſſit proferre ſententiam diffinitiuam, ſeu interlocutoriam ſine alijs. ¶ Et per eos licitè ratificetur ſi eorum nomine etiam fuerit prolata. ¶ Executores teſtamentarij an æquiparentur tutoribus, & procuratoribus, & habeant facultatem ſubdelegandi, & agant contra debitores hereditarios. ¶ Mandatum in rem ſuam, & irreuocabile an expiret poſt mortẽ mandãtis.

S V M M A R I V M.

1 *Vnus ex pluribus executoribus ſimul datis à teſtatore, poteſt officium adimplere, ſi alter obierit, aut ſit abſens, aut nolit exequi. Amplia vt neque Epiſcopus hoc caſu poſſit alium adiungere. n. 2.*

3 *Executor, & Miniſter, ſeu Adminiſtrator æquiparantur. & n. 7.*

4 *Deputatio ſimultanea inducit coniunctionem re, & verbis, per quam habet locum ius accreſcendi. n. 15.*

5 *Teſtator faciens executorem Titium cum Sempronio, idem eſt, ac ſi feciſſet Titium & Sempronium, ad effectum, vt officium vnius accreſcat alteri. n. 6.*

8 *Mandatum irreuocabile, & in rem ſuam non expirat morte, quidquid ſecus ſit in alijs mandatis. n. 10.*

9 *Executores poſſunt dici procuratores.*

11 *In executoribus ſpectandum eſt, quod teſtator expreſſe mandauit.*

12 *Executores dati ab homine non habent facultatem ſubdelegandi, tanquam ſit electa induſtria perſonæ. & n. 22.*

13 *Epiſcopus non ſupplet niſi negligentiam executorum, non autem caſum fortuitum abſentiæ, & mortis. & n. 14. Intellige vt n. 16.*

17 *Ius accreſcendi an habeat locum tam in duobus executoribus, quam in pluribus ſimul datis. n. 18. 19. 20. & 21.*

23 *Executores teſtamentarij quando poſſint agere contra debitores hereditarios. & n. 24.*

25 *Poteſtas executorum non ſolum pendet à diſpoſitione iuris, ſed à facultate per teſtatorem eis conceſſa.*

26 *Tutor vnus quo caſu poſſit ſine alijs adminiſtrare, & an cenſeatur in dubio commiſſa adminiſtratio inſolidum. n. 27. & 28.*

29 *Teſtator ſi dedit plures tutores filio, itaut vnus nihil poſſit ſine alio, ſi aliquis obierit, tutela extinguitur in totum, & defertur matri. n. 31. 32. & 33.*

30 *Executores teſtamentarij æquiparantur tutoribus.*

34 *Clauſula quod vnus tutor non poſſit ſine alio adminiſtrare poteſt per teſtatorẽ apponi.*

35 *Iudex vnus an poſſit ſine alijs proferre ſententiam diffinitiuam, ſeu interlocutoriam habentem vim definitiuæ, ſeu interlocutoriam, & quid ſi pronuntiet tam nomine ſuo, quam collegarum, & per eos ratificetur. n. 36. & 37.*

38 *Ratihabitio non procedit in his, quæ ſunt publici iuris.*

CAP. DCCCXII.

DVbium propoſitum eſt deciſum per *tex. in c. religioſus. quod eſt vlt. §. ſane*
1 *de teſtam. in 6.* † vbi Summus Pontifex ſtatuit, quod ſi plures executores ſimpliciter à teſtatore deputentur, vno eorum mortuo, vel in remotis agente, aut id exequi forte nolente, poterit alius officium executionis iniunctæ liberè adimplere, ne voluntatem teſtatoris impediri, vel nimium differri contingat. *c. vnic. ad fin. ne ſed. vacant. in 6. c. ſi is cui. de offic. delegat.* & ita etiam per illum tex. tenet *Bald. in l. nulli.* 28. *in fin. C. de*
2 *epiſcop. & cleric.* † vbi quod neque hoc caſu Epiſcopus poteſt alium adiungere, vel aſſociare ſe ipſum, quia Epiſcopus quidem poteſt ſupplere negligentiam, & malitiam executorum, non autem poterit in caſu fortuito ſupplere *Angel. de Gambellionib. de teſtament. gloſ. 97. n. 11. ad med. tom. 8. p. 1. fol. 76.*
Et quamuis ſimus in adminiſtratoribus, tamen
3 idem eſt, quod in executoribus, cum † adſit eadem ratio in vtriſque, videlicet, ne impedian-

tur

Digitized by Google

tur voluntates defunctorum, vt dicitur *in d.c.*
vlt. de teſtam. in 6. Maxime propter aliam
rationem, quæ militat tam in vno, quam in
4 alio, videlicet † quia propter iſtam ſimulta-
neam deputationem adeſt cōiunctio re & ver-
bis, ob quam habet locum ius accreſcendi
Iaſ. in l. re coniuncti. in fin. n. 254. ff. de le-
gat. 3. vbi ampliat procedere, quamuis teſta-
5 tor dixerit, † quod faciebat Titium ſuum exe-
cutorem vna cum Sempronio, nam licet per
dictionem, vna, videatur prima fronte voluiſ-
ſe eos ſimul, & nō ſeparatim tale officium exer
cere, Tamen iſta ſimultas in eo quod dicit
vna reſpicit actum diſponendi factum à teſta-
tore, nō ſecus ac ſi diceretur ſimul ac vno actu
facio talem cum tali executores meos, quod
eſt idem ac ſi diceretur, facio Titium & Se-
ium meos executores *l. vlt. in princ.* C. *de*
impuber. & alijs ſubſtitutionib. l. titia te-
xtores. §. nihil. ff. de legat. 1. l. 1. & l. il-
li cum illo. ff. de legat. 3. Et ita etiam
ante *Iaſ.* concludit *Bart. conſ. 147. factum*
tale eſt prædictus mitus fecit teſtamentum.
n. 1. & 2. lib. 1.

Cum etiam idem ſit executor, ſeu adminiſtra-
7 tor, aut miniſter, tamquam illis † miniſteria,
& negotia teſtatorum, & hereditatis commit-
tantur, & gerant officium cura, & ſollicitudi-
ne, cū mandato & commiſſione teſtatoris *Io.*
Iacob. à Canib. de executor. vltim. voluntat.
in princ. n. 11. & 15. tom. 8. p. 1. fol. 186. iuxta
l. ſi quis titio decem. 17. ff. de legat. 2. c. 1. di-
ſtinct. 33. c. miniſtrum. 23. diſtinct.

Maxime quia teſtator fecit iſtos adminiſtratores
8 ſuos procuratores irreuocabiles †, & in rem
ſuam, itaut tale mandatum etiam poſt mortem
9 habeat locum, † *Bart. in l. illam. C. de dona-*
tion. & in l. 2. §. ſi quis donaturus. n. 1. ff. eod.
tit. Iaſ. in l. eius qui. §. placebat. n. 1. verſ.
quinto limita. ff. ſi cert. petat. cum alijs per
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tion. lib. 7. tit. 23. n. 52. prout ſecundum ali-
quos etiam executores poſſint dici procura-
tores, quaſi domini voluntate negotia illius
adminiſtrent *l. 1. ff. de procurator.* quando præ
ſertim tale mandatum non expirat per obitum
10 mandantis, vt in caſu noſtro, † quidquid alias
mandatum procuratoris morte domini finia-
tur *§. item ſi adhuc. inſtit. mandat. l. & quia.*
ff. de iuriſdict. omn. iudic.

Quod magis eſt dicendum, quia teſtator prohi-
buit expreſſe, quod aliæ perſonæ, præter ſupra-
dictos ab eo nominatos, non poſſint ſe ingere-
re in ſua hereditate, & adminiſtratione ſub
quouis colore, prætextu, onere, & titulo, ex
quibus verbis aperte colligitur, quod per obi-
tum, aut longam abſentiam alicuius, non eſt
alius dādus, ſed tota poteſtas accreſcit illi, qui
11 eſt præſens, & viuit, † cum in huiuſmodi ad-
miniſtratoribus ſtandum ſit præciſe ei, quod
teſtator expreſſit *c. vlt. in fin. & ibi. Gloſ. in*
verb. expreſſerit. in princ. de teſtam. in 6. l.
1. §. ſi plures. ff. de exercitor. action.

Vnde ſtantibus prædictis minus erit locus nomi-
nationi faciendæ per alterum ex executoribus
de abſentibus, & mortuis, quia iſta facultas ei
non poteſt competere, cum expreſſe repugnet
12 menti teſtatoris, vt dictum eſt, † maxime
quia tales executores dati ab homine non poſ-
ſunt ſubdelegare, neq; alios nominare, tan-
quā cenſeatur electa induſtria perſonæ *Franc.*
in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6.
Bald. in l. epiſtolam. C. *de epiſcop. & cleric.*
Rot. deciſ. 18. alias 445. de conceſſ. præbend.
in nou. Moron. de treug. & pac. q. 74. n. 3.
tom. 11. p. 1. fol. 429. Felin. in c. quoniam.
il 2. quod eſt 43. §. is autem. n. 5. verſ. item
executor teſtamentarius. de offic. delegat. An-
char. in c. vlt. n. 8. de teſtam. in 6.

Prout etiam neq; Iudex poterit ſe intromittere
in huiuſmodi negotio, cum ei ſit adempta fa-
13 cultas ex verbis teſtamēti ſupra relatis, † ideo
non habet poteſtatem aliquam nominandi lo-
co abſentium, & defunctorum, quod etiam eſt
de iure communi, vt dictum eſt ſupra ex *Bald.*
in l. nulli. in fin. C. de Epiſcop. & cleric. vbi
quod epiſcopus non ſupplet niſi negligentiam
executorum, non autem caſum fortuitum ab-
ſentiæ, & mortis *Angel. de teſtam. gloſ. 97. n.*
11. & ſequitur *Rimin. Sen. conſ. 129. n. 8. &*
9. lib. 1. poſt Speculat. de inſtrum. edition. §.
nunc vero aliqua. in verb. ſed ſi alter ex duo-
bus. Felin. in c. prudentiam. 21. in princ. col.
4. ad med. n. 11. de offic. deleg. Franc. in c. vlt.
14 *§. ſane. n. 4. in 6. notab. de teſtam. in 6.* † vbi
quod quandiu ſupereſt aliquis de executori-
bus, qui velit, vel poſſit exequi, tunc epiſco-
pus non ſe intromittit, qui non ſuccedit in lo-
cum nolentium, vel morientium, ſeu non va-
lentium exequi, ideo neq; poterit in locum
15 talium aliquem ſubrogare, † cum inter execu-
tores circa eorum officium competat ius ac-
creſcendi *Io. Andr. in d. c. vlt. & ibi Gemin.*
n. 7. in fin. de teſtam. in 6.

Contraria autem procedunt, quando duo, vel plu-
16 res executores non ſunt dati ſimpliciter, † ſed
cum clauſula, ita quod vnus nō poſſit ſine alijs,
tunc enim ſi vnus nolit, aut non poſſit exequi,
ad epiſcopum deuoluitur executio, ſecus quā-
do, prout in caſu noſtro, non adeſt talis clauſu-
la, nam tunc propter impedimentum, vel no-
luntatem executoris accreſcit alteri officium,
& poteſtas, nec epiſcopus ſe intromittit, Ita
poſt *Gloſ.* diſtinguit *Franc. in c. vlt. §. ſane.*
n. 7. ad med. verſ. aduerte quia licet quan-
do. de teſtam. in 6.

Neq; obſtat ſi diceretur, quod ſecundum aliquos
17 non habeat locum iſtud ius accreſcendi † niſi
quando ſunt dati duo executores, non autem
ſi dētur quatuor, aut quinq;, vel ſex, aut plures,
quaſi tunc non videatur voluiſſe teſtator vni
ſoli committere negotium pluribus commiſ-
ſum *Feder. conſ. 64. alias 67. pone quod ſunt*
18 *quatuor. in fin.* Quia verior eſt opinio, † quod
tam ſi fuerint dati duo, quam ſi quinq;, vel ſex,
vel plures, ſemper remaneat facultas in vno,

cęteris volentibus, ſeu mortuis, & impe-
ditis, cum ſemper militet ratio illa per ſum-
19 mum Pontificem conſiderata, †ne contingat
voluntatem teſtatorum differri, vel quoquo
modo impediri *c. nos quidem. & c. ſi here-
des. de teſtam.* tanquam interſit Reipublicæ,
20 vt † voluntates defunctorum executioni de-
mandentur *l. vel negare. ff. quemad. teſtam.
21 aperiant.* †Et ita in ſpecie concludit *Franc.
in c. vlt. §. ſanè. n. 5. ante med. verſ. ſed
quæritur ſi executores ſunt plures. & ibi
Anchar n. 8. verſ. quæro tertio. Gemin. n. 19.
de teſtam. in 6.* Maximè in caſu noſtro, in
quo teſtator clarè diſpoſuit, quod nullus
alius poſſit ſe ingerere in adminiſtratione
ſuæ hereditatis præter nominatos in teſta-
22 mento, † quæ verba excludunt quãcumque
ſubrogationem, & faciunt, vt magis inter
eos habeat locum ius accreſcendi tanquam
ſit electa induſtria perſonarum illarum, à
quibus non licet recedere *Bart. in l. in ven-
ditione. §. fin. ff. de bon. auctor. iudic. poſ-
ſid. Ang. in l. cum debitorem. ff. rem rat. ha-
ber. Felin. in c. quoniam. 43. col. penult.
ad med. n. 5. de offic. delegat.*

Benè igitur egit D. Petrus Aemilius ſolus cõ-
tra debitores hereditatis, & rectè ei fuit ſo-
lutum, & in poſterũ eidem debet ſolui, cum
ſtante abſentia, & obitu aliorum in illo tan-
tum reſideat omnis facultas adminiſtrandi,
& exigendi, & faciendi omnia, quæ ad hu-
iuſmodi officium pertinent, Cum etiam vl-
terius talis poteſtas ei competat, quia fuit
per teſtatorem deputatus inſolidum execu-
tor teſtamentarius D. Valerius, & in eius lo-
cum D. Petrus Aemilius, itaut vigore iſtius
executionis ſibi commiſſæ poſſit exigere, &
conuenire debitores hereditarios, & de
23 exactis quietare, † quamuis enim regulari-
ter executores teſtamentarij nõ poſſint age-
re contra debitores hereditatis, neque con-
tra aliquem poſſeſſorem, niſi in cauſis pijs
*l. Lucius. 78. §. meuia. ff. ad trebell. Cou. ar. in
c. ioannes. n. 5. de teſtam. Surd. de aliment.
tit. 8. priuileg. 32. n. 2. dixi ſupr. c. 329. n. 1.
vſque ad 5.* Nihilominus aliud eſt, quando
prout in caſu noſtro, facultas data executori
24 eſt ampliſſima, † & plena cum clauſulis op-
portunis, & neceſſarijs ſolitis dari ſimilibus
executoribus ad effectum, vt in omnibus, &
per omnia voluntas defuncti executionem
habeat, tunc enim poſſunt per eos quicunq;
debitores conueniri, prout in ſpecie reſol-
uit *Rot. coram Card. Seraphino Romana
Saluiani. 2. Decembris.* 1588, quæ in im-
preſſis eſt *decis. 842. n. 2. in fin. verſ. & quan-
tum ad priorem exceptionem. & n. 3.* Cum
25 poteſtas † ſimilium executorum non ſolum
pendeat ex diſpoſitione iuris communis, ſed
etiam à facultate eis per teſtatorem conceſ-
ſa *Anchar. conſ. 84. n. 2. Caſtr. conſ. 177. n. 1.
verſ. primo quia ex tenore. lib. 2. Riminal.
Sen. conſ. 129. n. 5. lib. 1. iuxta l. non diſtin-
guemus. §. de officio. ff. de arbitr. l. ſi ſtipu-
latus ſim ſtichum aut pamphilum. ff. de
verb. obligation. Bald. in l. id quod paupe-
ribus. col. 3. verſ. venio ad quartum. C. de
epiſcop. & cleric.*

Quo verò ad tutores *Bald. in l. cum magi-
ſtratus. 4. n. 2. C. quando prouocar. non
26 eſt neceſſ.* diſtinguit, † quod ſi dictum fuit,
vt non poſſit vnus tutor ſine alio, tunc
morte vnius finitur mandatum omnium,
ſi verò teſtator hoc non expreſſit, & tunc lo-
co mortui alter eſt ſubrogandus *l. ſi quis ſub
conditione. ff. de teſtam. tut.* Et ſi quid eſt,
quod viuo contutore non poterat ſine eo de
iure explicari, oportet quod ille viuens ex-
pectet, donec alius contutor ſubrogetur *l.
fin. C. de auctor. præſtand.* & *Bald.* ſequi-
tur *Felin. in c. prudentiam. 21. col. 4. ad med.
n. 11. in fin. de offic. delegat.* Alioquin benè
27 valet quod agitur, † quia tutores habent
poteſtatem, & vſum poteſtatis quilibet in-
ſolidum *l. decreto. ff. de adminiſtrat. tut.* niſi
ſint præſentes, & diſcordes in actu *l. conſi-
lio. §. vlt. ff. de curat. furioſ.* Et ceſſante
28 clauſula, quod non poſſit vnus ſine † altero,
ſemper vbi eſt decreta adminiſtratio pluri-
bus tutoribus, intelligitur inſolidum, itaut
non ſit opus, vt creetur alter adiunctus lo-
co impediti, præſertim exiſtentibus alijs ha-
bilibus *Caſtill. decis. 116. n. 2. vſque ad n. 13.
lib. 2. poſt Speculat. de inſtrument. edition.
§. nunc verò aliqua. n. 47. p. 2. Bart. conſ.
147. lib. 1. Capr. conſ. 54. Aret conſ. 26. col. 4.
verſ. præterea. Socin. conſ. 193. n. 1. lib. 2.
Franc. Prouenzal. in l. 1. C. de teſtam. mi-
lit. iuxta l. vlt. §. 1. ff. qui pet. tutor. vel cu-
rator.* dixi *ſupra c. 52. n. 2. vſque ad 6.* & di-
cam infra Deo dante c. ...... *Anchar. Ge-
min. & alij. in c. religioſus. de teſtam. in 6.*

Ex prædictis colligitur concluſio dubij, aliàs
29 propoſiti, † quod ſi teſtator dedit filio ſuo
impuberi plures tutores, hoc addito, vt vnus
ſine alio gerere, vel adminiſtrare non poſ-
ſit, ſi mortuo teſtatore, alter ex dictis tuto-
ribus obierit, tutela non pertinebit ad alios
ſuperſtites nominatos in teſtamento, ſed ad
matrem, quæ veniet tanquam tutrix ab in-
teſtato, nam quo ad tutelam pater deceſſit
omninò inteſtatus propter illa verba, quod
vnus ſine alio non poſſit gerere, & admini-
ſtrare, vnde ceſſat tutela teſtamentaria, cu-
ius nullæ ſunt reliquiæ propter illam clau-
ſulam complexiuam, per quam nullus ha-
bet ius tutelæ altero mortuo *Gloſ. in c. vlt.
30 §. ſanè. de teſtam. in 6.* † Vbi inducit per ſi-
militudinem officium tutorum, & executo-
rum ad pias cauſas, prout paſſim iſti æqui-
parantur *Spin. de teſtam. gloſ. 28. n. 36. in
fin. Caſtill. decis. 216. n. 3. lib. 2. poſt Bald.
conſ. 308. teſtator in teſtamento dedit. n. 1.
31 in fin. lib. 2.* † Vbi etiam in ſpecie conclu-
dit, quod mater ad dictam tutelam admit-
tatur excluſis tutoribus ſuperſtitibus, non
obſtan-

Digitized by Google

obſtante quod teſtator noluerit matrem ad-
32 miniſtrare per ſe ſolam † ideò eſſet repellenda *Din. & Bart. in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulter.* Nam quamuis idem teſtator vetuerit matri tutelam teſtamentariam, non tamen illi ademit tutelam legitimam,
33 quæ † neque expreſsè poſſet adimi, niſi indirectè prouidendo de tutore teſtamẽtario: cum enim teſtator non det tutelam legitimam, ita neque poteſt illam adimere *l. legittimos. in princ. ff. de legit. tut. Bald. d. conſ.* 308. *n.* 2. vbi quod hæc eſt veritas, & ſubſtãtia veritatis mirando de *Bart.* qui hoc renocauit in dubium, cum non eſſet dubitandum, tanquam tutela iam eſſet extincta
34 propter clauſulam, quod vnus ſine alio, † quæ quidem clauſula potuit de iure apponi *l. titium & menium.* 48. *in princ. ff. de adminiſtr. tut.* De cuius tamen quæſtionis veritate ſunt videnda, quæ dicam Deo dante in capite particulari.

De Iudicibus autem pluribus, quorum vnus pronunciat ſine alijs, cum etiam de hoc fue-
35 rit quæſitum, † concludendum eſt ſententiam eſſe nullam, ſiue ſimus in delegatis, ſiue in arbitris, ſiue in ordinarijs, & quãuis vnus pronunciauerit ſuo nomine, & collegæ, cum ſibi ſoli, nec iuriſdictio, nec exercitium inſolidum competat *l. cum magiſtratus.* 4. *C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. l. duo ex tribus. ff. de re iudic. l. ſicuti. ff. de arbitr. l. item. §. ſi plures. l. ſi in tres. & l. pedius. in fin. ff. eod. tit. Alex. conſ.* 13. *n.* 9. *lib.* 1. *Vant. de nullit. ex defect. iuriſd.*
36 *ordin. n.* 176. & 182. † vbi in ſpecie de pronunciante nomine ſuo, & collegarum, ita ut talis ſententia non valeat, quamuis Col-
37 lega ratificaret † *Gloſ. in l. inſtar. in fin. C. de iur. fiſc. lib.* 10. *Carthar. deciſ. Genua*
38 60. *n.* 10. tanquam in ſententijs, † & alijs, quæ publici iuris ſunt, ratihabitio non procedat *Gloſ. in c. eum ab vno. in verb. mandantibus. de re iudic. in* 6. *Felin. in c. prudentiam. verſ. aliquid vnus. de offic. delegat.*

Verum prædicta omnia ſunt intelligenda in ſententia deffinitiua, ſeu interlocutoria vim deffinitiuæ habente, per quam Iudicis
39 officium finitur, † ſecus in merè interlocutoria, quam vnus ſolus ex pluribus Iudicibus ordinarijs, ſeu delegatis ad vniuerſitatem cauſarum ferre poteſt *Gloſ. in l. pomponius.* 36. *in verb. proferre. in fin. ff. de re iudicat. iuxta l. vlt. vbi Bald. n.* 2. *C. de auctor. præſtand. Carthar. deciſ. Gen.* 60. *n.* 15. qui licet ſimpliciter admittat huiuſ-
40 modi concluſionem, † Tamen eſt intelligenda ſecundum diſtinctionẽ, de qua latè *Idem Bald. in l. eum magiſtratus.* 4. *in fin. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ.* vbi excipit litis conteſtationem, & atteſtationes, & quando aliud pateretur forma mandati, quæ ſumitur ex copula, ſiue ex pluralitate, vt in
41 *c. prudentiam.* 21. *de offic. delegat.* † Nam talis copula poſita inter Iudices in forma, & reſpectu vnius indiuiſibilis inſtantiæ, non reſoluitur in ſuas ſingularitates, quia habet vim coniunctiuæ coniunctionis, ſeu modi coniunctiui, non autem diſtributiui *l. ſi heredi plures. ff. de condit. inſtitut. Gloſ. in l.*
42 *pluribus. ff. de procurator.* † Alias diſtinctiones in hac materia interlocutoriæ, quã do illa poſſit per vnũ ex pluribus Iudicibus ferri *Bald. latè in l. vlt. n.* 2. *C. de auctor. præſtan.* vbi multa de iuriſdictione coniuncta, ſoluta, diſiuncta, & diuiſa iuxta *l. triplici. ff. de verbor. ſignificat. Felin. in c. prudentiam.* 21. *in princ. de offic. delegat.*

EPITOME.

FAuor maſculorum quando conſideretur ad excluſionem fœminarũ. ¶ Statutum, & pactum an ſit validum, quod ingredientes monaſterium ſint contentæ ſua dote. ¶ Et an illa poſſit eſſe minor, quàm ea, quæ datur pro matrimonio carnali. ¶ Pater quãdo valeat relinquere filiæ nubenti in ſeculo plus quàm ſi ingrediatur monaſterium. ¶ Coniecturæ quales debeant eſſe, vt relictũ pro matrimonio carnali debeatur etiam pro ſpirituali. ¶ Statutum excluſiuum fœminarum quando requirat, quod maſculi, & fœminæ adſint mixtim tàm ex primo, quàm ex ſecundo matrimonio, vel ſufficiat, quod exiſtant fœminæ ex vno, & maſculi ex altero. ¶ Frater vterinus an excludat ſororem vterinam, vigore ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos. ¶ Emphiteuſis quo caſu dicatur ex pacto, & prouidentia. ¶ Et in ea quando veniant maſculi, & fœminæ ſimul vel ordine ſucceſſiuo. ¶ Proximiores quando ſint renouandi in emphiteuſi. ¶ Et quid ſi Eccleſia velit pro ſe retinere. ¶ Et an valeat pactum, quod talis renouatio eis ſit facienda. ¶ Et quæ probatio requiratur ad iſtum effectum. ¶ Et an Prælatus poſſit cogi ad renouandum prò eodem pretio, vel pro eo quod dabitur ab extraneo, etiam quod ſimus in re ſolita locari.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excluſiuum fœminarum quando requirat quod maſculi, & fœminæ adſint mixtim, tàm ex primò, quàm ex ſecundo matrimonio, vel ſufficiat, quod exiſtant fœminæ ex vno, & maſculi ex altero.*

2 *Comprehenſio ex paritate rationis admittitur etiam in ſtatutis, & in pœnalibus. n.* 3.

4 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem etiam in materia ſtricta. n.* 5.

6 *Fauor maſculinitatis quando conſideretur reſpectu ſucceſſionis matris.*

7 *Ratio habetur pro expreſſa in diſpoſitione; quando eſt vnica, & alia reddi non poteſt.*

8 *Contemplatio nuda maſculinitatis, an excludat fœminas.*

9 *Fra-*

9 *Frater vterinus nõ excludit ſororẽ vterinã vigore ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos. Intellige. vt n. 10. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Caſus omiſſus in ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.*
16 *Statutũ eſt validũ, ſi diſponat quod fœminæ ingreſſæ monaſteriũ ſint contentæ ſua dote.*
17 *Dos, quæ datur puellæ ingredienti monaſteriũ, poteſt eſſe minoris quantitatis, quàm illa, quæ datur pro matrimonio carnali.*
18 *Dignitas familiæ, & patrimonium pingue non conſideratur in monialibus, quarum renunciationes valent ſtante dote congrua monaſterij, quamuis modica reſpectu facultatum renũciantis, in qua non datur læſio.*
19 *Argumentũ de pacto ad ſtatutũ eſt validum.*
20 *Pater poteſt plus relinquere filiæ nubenti in ſeculo, quàm ſi ingrediatur monaſterium. Declara, vt n. 22. 23. & 24.*
25 *Cõiecturæ quales ſint, vt legatũ factũ pro matrimonio carnali, debeatur ẽt pro ſpirituali.*
26 *Emphiteuſis quando ſpectet ad maſculum, & fœminam.*
27 *Emphiteuſis ſtipulata pro ſe, & filijs non facta mentione heredum dicitur ex pacto, & prouidentia.*
28 *Fœminæ an veniant in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs. n. 29. & 30.*
31 *Statutum excluſiuum fœminarum operatur, vt in emphiteuſi conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, prius admittantur maſculi, poſtea in eorum defectum fœminæ. Intellige vt n. 32.*
33 *Proximior quando ſit renouandus in emphiteuſi propter fauorem, qui præſtatur melioranti, vel propter affectionem, quam habent heredes ad bona maiorum, & quomodo iſta procedant. n. 34.*
35 *Proximiores ſunt renouandi in emphiteuſi, dummodo Eccleſia nolit pro ſe retinere, itaut neque valeat pactum, quod talis renouatio ſit illis facienda.*
36 *Probatio quod Eccleſia ſit ſolita renouare, proximioribus non ſufficit, niſi etiam probetur conſuetudo, quod Eccleſia non poſſit pro ſe retinere.*
37 *Prælatus licet teneatur relocationem, & renouationem facere, tamẽ non poteſt cogi ad illam faciendam pro eodem pretio, ſed pro eo quod dabitur ab extraneo, etiam quod ſimus in emphiteuſi ſolita relocari, & de ratione. n. 39. Intellige vt n. 38.*
40 *Dictio tunc denotat extremitatem temporis.*

CAPVT DCCCXIII.

NEpos ex filio maſculo ſecundi matrimonij, de quo in caſu propoſito, debet excludere fęminam ex primo matrimo-
1 nio, † Nam ſtatutum mandat, quod vxor decedens ſine teſtamento mixtis relictis filijs maſculis, & fœminis tàm ex primo, ſeu alijs connubijs, quàm ex vltimo connubio ſuſceptis, filij maſculi tantum ei ſuccedant excluſis fœminis, præterquàm à legitima, & reliquum bonorum dotalium diuidatur æquis portionibus inter filios maſculos, & maritum, prout latius in ſtatuto exhibito, Ex quibus verbis clarè patet, quod non eſt neceſſe, vt intret ſtatutum, quod filij maſculi, & fœminæ adſint mixtim tàm ex primo, quàm ex ſecundo toro, ſed ſufficiet quod etiam exiſtant filiæ fœminæ ex vno, & filij maſculi ex alio toro, ad effectum ex-
2 cludendi fœminas, † cum par ſit ratio in vno caſu, quàm in alio, itaut tunc ſit potius comprehenſio, quæ admittitur etiam in ſtatuto exhorbitante à iure cõmuni *Gloſ. in clem. 1. in verb. eligatur. in fin. de electiou. Caſtr. conſ. 83. præſens caſus. col. 2. ante med. verſ. conſtat autem. n. 2. lib. 2. Roland. conſ. 27. n. 6. lib. 1. Ruin. conſ. 205. n. 1. lib. 2. Aim. conſ. 113. n. 3. Surd. deciſ. 62. n. 25.*
3 vbi etiam † quod in pœnalibus eſt licita extenſio propter paritatem rationis *Alex. in l. ſi cũ mulier. in 2. notab. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. talis ſcriptura. 30. n. 20. poſt med. verſ. limita iſtã cõcluſionẽ. ff. de legat. 1. iuxta l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de calumniatorib. Aim. de antiq. tempor. p. 4. §. videamus. n. 18.*

Et illa verba mixtis relictis maſculis, & fœminis tàm ex primo, quàm vltimo connubio
4 poſſunt verificari etiam in vno, † cum pluralitas reſoluatur in ſingularitatem *Bald. in l. 1. n. 3. & ibi Caſtr. n. 2. C. de condition. inſert. Imol. in clem. 1. col. 1. vbi Cardin. col. 6. de renunciat. Socin. conſ. 278. in quæſtione*
5 *vertenti. col. 3. in fin. n. 5. & 7. lib. 2.* † vbi quod procedit etiã in materia ſtricta *Rebuff. in l. non eſt ſine liberis. col. 3. verſ. notandum eſt igitur. ff. de verbor. ſignificat.*

Maximè quia ſimilia ſtatuta excludentia filios ab hereditate matris, & maſculos admittentia, voluerunt prouidere ſexui maſculino, & & augere eorum facultates, tanquam ma-
6 iora onera ſuſtineant, quàm fœminæ, † cum reſpectu ſucceſſionis matris non poſſit conſiderari alia ratio, quàm fauor maſculinitatis, & propter votum matris, ac aliorum de ſua linea, quod potius dirigitur ad maſculos, quàm ad fœminas *Caſtr. conſ. 91.*
7 *in fin. lib. 2. Iaſ. conſ. 115. n. 25. lib. 4.* † vbi quod talis ratio fauoris maſculorum habetur pro expreſſa, tamquam alia non poſſit reddi *Pariſ. conſ. 49. n. 56. lib. 3. latè Honded. conſ. 1. n. 27. & 28. lib. 2.* Adeò vt ſtantibus verbis ſtatuti, & ratione, quæ concur-
8 rit cum mente ſtatuentium, † meritò ſit admittenda excluſio ſororis ex primo matrimonio propter contemplationem nudæ maſculinitatis *Bero. conſ. 120. n. 14. & 15. lib. 2. Rim. Sen. conſ. 253. n. 25. cum ſeq. lib. 2.*

Neque obſtat, quod frater vterinus non exclu-
9 dat ſororẽ vterinã † vigore ſtatuti excludẽtis fœminas propter maſculos, iuxta *Bald. Socin. Thob. & alios allegatos per Rot. deciſ. 461. n. 6.*

n. 6. p. 2. in recentior. & deciſ. 564. p. 1. in
recentior. & coram R. P. D. Dunozet. Ca-
10 merinen. pecuniaria. 18. Martij 1619. † Quia
iſta opinio procedit, quando ſtatutum conſi-
deraſſet expreſſam rationem agnationis, tūc
enim frater vterinus non excluderet ſoro-
rem vterinam, tanquam in hoc caſu agna-
tio non conſeruetur per fratrem vterinum,
prout in iſtis termiuis loquuntur deciſiones
11 ſupradictæ, † Cum aliud ſit, quando ſtatuen-
tes voluerunt, proot in caſu noſtro, proui-
dere ſexui maſculiuo, non autem agnatio-
ni, tonc enim verior eſt opinio, & ab omoi-
bus recepta, quod ſoror vterina excludatur
à fratre vterino, vt latè diſtinguit Honded.
conſ. 1. n. 17. vſque ad 61. lib. 2. vbi reſpon-
det omnibus, quæ Incontrarium addueun-
12 tur, † quod etiam prius voluit Gabr. conſ. 15.
n. 35. & 40. lib. 1. & conſ. 18. n. 44. lib. 2.
quos cum tali diſtinctione, & in iſtis termi-
13 nis etiam † approbat Rot. coram R.P.D. Du-
nozet. in d. Camerinen. pecuniaria. ad med.
& d. deciſ. 461. n. 6. p. 2. in recentior. Pro-
ut etiam cum eadem diſtinctione loquuntur
14 omnes, † qui pro contraria opinione alle-
gantur, vt aduertit Honded. d. conſ. 1. n. 30.
& 59. lib. 2. coius dicta non ſunt tranſcri-
benda, com apud eum omnia poſſint legi,
poſt Bald. conſ. 30. q. 3. n. 4. lib. 2. Crot.
conſ. 263. n. 20. in fin. lib. 2. Ang. conſ. 282.
col. 1. verſ. nam ſi ſtatutum. Benedict. de Ac-
colt. conſ. 1. inter cōſ. Socin. lib. 1. Brun. de ſtat.
quod extantib. maſcul. art. 12. q. 18. n. 251.
Cum igitur ſimus in diſpoſitione comprehen-
ſa in ſtatuto, non eſt quærendum an ſucce-
15 datur ſecundum ius commune. † Quamuis
etiam dato, quod noo iutraret ſtatutum,
ſed quod iſte caſus tamquam omiſſus rema-
netet in diſpoſitione iuris communis, ſiue
ſimos in ſtatuto, ſiue in conſuetudine, ſiue
in qoacunque diſpoſitione ſtricti iuris c. pe-
nult. de iureiurand. Bald. in l. ſi mater. C.
de inſtitut. & ſubſtitut. Ancbar. conſ. 1. ad
med. Surd. conſ. 138. n. 5. lib. 1. oiſi omiſſum
ſit ratione rarioris vſus, vel niſi omiſſum
ſit ſimile expreſſo, vel niſi in vtroque ſit ea-
dē ratio Tiraq. de retract. lignag. §. 20. gloſ.
2. n. 11. poſt med. Nihilominos renunciatio
facta per ſororem monialem ad fauorem ne-
potis ex fratre non poſſet operari, vt idem
nepos haberet duas partes, vnam ex perſo-
na ſua, & alteram ex perſona ſororis tan-
quam ceſſionarius illius, quia obſtat aliud
16 ſtatutum exhibitum diſponens, † quod fœ-
miuæ, quæ fuerint ingreſſæ monaſterium,
debeant eſſe contentæ dote iam habita, &
nihil vlterius à liberis parentum petere, aut
conſequi poſſint, quod ſtatutum tanquam
confirmatum à Sede Apoſtolica eſt validom,
& dicitur honeſtum, nam dos, quæ datur
mulieri ingredienti monaſterium, poteſt eſſe
minoris quantitatis, quàm illa, quæ datur
17 pro matrimonio carnali, † cum ſufficiat eam
eſſe dotatam iuxta qualitatem loci, in quo
fuit nupta, & monaſterium ingreſſa Fulgoſ.
conſ. 53. ad med. Dec. in c. in præſentia. n. 59.
aliàs 234. de probationib. & conſ. 26. dili-
genter pro tenui. n. 4. Iaſ. conſ. 43. col. 5. lib. 4.
Caſtr. in l. titio centum. 70. §. 1. in fin. ff. de
conditionib. & demonſtrationib. & de com-
muni obſeruautia teſtatur Cardin. Mantic.
de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 21.
n. 30. Rot. coram Card. Sacrato. Romana
dotis. 6. Aprilis 1609. quæ in impreſſ. eſt de-
ciſ. 249. in fin. p. 2. in recentior. & latius co-
ram Sanctiſſ. Romana dotis. 21. Iunij. 1602.
quæ eſt deciſ. 60. per tot. ead. p. 2. in recen-
tior. & modo in impreſſ. eiuſdem Sanctiſſi-
18 mi. deciſ. 63. † Vbi etiam quod in mooiali-
bus non conſideratur dignitas familiæ, &
patrimonium pingue, nec qnod alij haboe-
rint maiorem quantitatem ſubſtantiæ pa-
tris, cum ſimilibus, itant admittantur re-
nunciationes illarum, reſpectu aliorum bo-
norum, quæ ſibi contingerent, ſtante dote
ei data congrua pro monaſterio, qoamuis
eſſet modica, conſideratis facultatibus re-
nuociatis, tanquam in illo caſu oon detur
læſio. Couar. in c. quamuis. §. 2. n. 5. de pact.
in 6. Dec. conſ. 31. pro tenui facultate. col.
fin. verſ. vltimo non obſtat quod ſupra.
Aim. conſ. 160. n. 1. Rot. coram R.P.D. Rem-
boldo. Viterbien. bonorum. 10. Iunij. 1615.
quæ eſt deciſ. 714. n. 9. in fin. p. 2. in recen-
19 tiorib. † Adeout cum iſta pacta ſint licita, &
honeſta, ita etiam debeant indicari ſtatu-
ta idem diſpuoēria, cum de vno ad aliud ar-
guatur. l. fin. C. de fideiuſſor Gloſ. in l. non
ſolum. 8. §. vlt. in verb. etiam heredit. in
princ. ff. de nou. oper. nunciat. & in rubr.
C. de decret. decurion. lib. 10. & in c. 2. in
verb. officiali. vbi Gemin. & Franc. de con-
ſuetud. in 6. Euerard. loc. argum. 119. de
pact. ad ſtatut. n. 1. fol. 681. vbi multa ſimi-
lia adducit, poſt Ancbar. conſ. 303. Calder.
conſ. 7. de conſtitut. Alex. & Iaſ. in l. 1.
§. nummularios. ff. de edend. Abb. in c. bona.
il 2. ad fin. de poſtulat. prælator.
Quare etiam licebit patri plus relinquere filiæ
20 nubēti in ſeculo, † quam ſi matrimoniū con-
trahat Bald. in l. deo nobis. C. de epiſc. & cle-
ric. & in auth. niſi rogati. C. ad trebellian.
Menoc. conſ. 169. n. 18. lib. 2. Card. Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 28.
cum ſeq. Theſaur. q. 60. n. 10. Sanchez. de
21 matrim. lib. 1. diſputat. 34. n. 11. & hanc
opinionem tanquam veriorem, & magis
æquam, & conſuetudine approbatam non
ſolum Italiæ, ſed totius mundi ſequitur Rot.
coram R.P.D. Pirouano. Romana legati. 4.
Nouembris. 1613. quæ eſt deciſ. 480. p. 2. in
22 recentiorib. † vbi etiam, quod cootraria pro-
cedunt, quaudo conſtaret, quod in odium
monaſterij, ſeu religionis fuiſset appoſita
talis conditio, videlicet ſi presbiter, vel
monachus noo fiet, tunc enim eadem con-
ditio

Digitized by Google

ditio quaſi improba, & turpis eſſet reijcienda,
& legatum deberetur *l. cum tale. 71. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. 2. C. de indict. viduit. tollend. c. 1. & vlt. de condit. apposit. Abb. in c. in præſentia. 8. n. 42. de probation. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 11. n. 116. vſ-*
23 *que ad 119. Ruin. conſ. 189. n. 8. lib. 2.* † & in
his terminis etiam loquitur *Mobedan. deciſ. 2. de conſuetud. & deciſ. 3. de teſtam.* licet
24 etiam de *dicta deciſ. Mobed.* † dubitetur an
ſit extenſa iuxta mentem Rotæ, vt notatur
in *d. deciſ. 480. in fin. p. 2. in recentiorib.*
25 Et quando debeatur idem legatum † ſi teſta-
tor reliquit minus ingredienti monaſterium,
& maius ſi copuletur, & ex quibus coniectu-
ris colligatur, quod potius intellexit de matri-
monio carnali, quam ſpirituali, late *Rot. coram R. P. D. Coccino Nouarien. Legati. 20. maij* 1622. vbi multa notabilia adducuntur,
quæ Deo dante ponam inf. in cap. particulari.

Quo ad alterum dubium videtur concludendum
quod bona emphiteotica, de quibus agimus,
26 ſpectent tam ad filiam fœminam, † quam ad
maſculum, cum per Lucretiam matrem Iſabel-
læ, & poſtea per ipſam Iſabellam fuerint ac-
quiſita pro ſe, filijs, & nepotibus, itant in tali
conceſſione ſuccedatur ex hominis prouiſio-
ne, ideſt ex ſtipulatione facta, quamuis etiam
filij non eſſent heredes *Bero. conſ. 93. n. 3. lib. 1. & conſ. 153. n. 6. in fin. eod. lib. iuxta l. ſi patroni. ff. ad trebell. l. etiam ff. ſolut. matrim. Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libert. Alex. & Imol. in l. quod dicitur. la 2. ff. de verbor. obligation.*

Prout paſſim tunc dicitur emphiteuſis ex pacto
27 & prouidentia, † quando conceditur alicui
pro ſe, & filijs, non facta mentione heredum
Iſern. Affl. & alij in c. 1. an agnat. vel filius Pinell. qui de communi omnium opinione
teſtatur *in l. 1. p. 3. n. 84. C. de bon. mater. Menoch. conſ. 202. n. 53. lib. 3. Thom. Marin. de feud. tit. de feud. ex pact. & prouident. n. 19. Iaſ. conſ. 56. col. 1. lib. 1. Valaſc. de emphiteuſ. q. 45. n. 2.*

Nec facit, quod in emphiteuſi conceſſa pro ſe, &
28 filijs non † veniant filiæ fœminæ *Iaſ. in l. ſi quis id quod. n. 23. ff. de iuriſd. omn. iudic. Clar. in §. emphiteuſis. q. 32. verſ. ſed quid ſi fuerit. n. 2.* Quia omiſſa huiuſmodi quæſtio-
ne, cum multi contrarium teneant, de quibus
Couar. lib. 2. var. reſolution. c. 18. n. 1. Re-
29 ſpondetur quod emphyteuſis, † de qua agi-
mus, habuit originem à fœmina, quo caſu
etiam tranſit ad fœminas *Aret. in l. gallus. §. nunc de lege. col. penult. vbi Socin. n. 5. ff. de liber. & poſthum. Roland. conſ. 76. n. 20. in fin. cum ſeq. lib. 3. Surd. deciſ. 9. n. 12. & conſ. 111. n. 29. lib. 1.* vbi ampliat non ſolũ
ſi emphiteuſis concederetur per fœminam,
ſed etiam, ſi fœminæ eſſet facta cõceſſio *Gabr. de verb. ſignificat. concluſ. 6. n. 98. & 107.*

Minus obſtat, quod ſtante ſtatuto excluſiuo fœ-
minarum in emphiteuſi acquiſita pro ſe, & fi-
31 lijs maſculis & fęminis † prius ſint admittendi
maſculi, & in illorum defectum fœminæ *Clar. in §. emphiteuſis. q. 32. verſ. ſed pone. n. 3.* poſt
Bart. communiter approbatum *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. n. 5. ff. de oper. libert.*
32 Quia iſta † habent locum in emphiteuſi here-
ditaria, vel conceſſa pro ſe & heredibus, ſecus
quando, prout in caſu noſtro, ſumus in em-
phiteuſi non hereditaria, & acquiſita pro ſe,
filijs, & nepotibus, quæ dicitur ex pacto &
prouidentia, tunc enim nulla habetur ratio
ſtatuti, ſed fœminæ admittuntur ſimul cum
maſculis *Ruin. conſ. 162. n. 12. & 13. lib. 1. Surd. deciſ. 95. n. 9. Zanch. in l. heredes mei §. cum ita. p. 1. n. 54. ff. ad trebellian. Valaſc. de emphiteuſ. q. 43. n. 6. verſ. ſecundo ſi emphiteuſis. Couarr. lib. 2. var. reſolutio. c. 18. n. 4. verſ. nono ab eadem radice.*

Et licet adſit ſtatutum, quod ſi quis deceſſerit
inteſtatus, teneantur Rectores renouare em-
phiteuſim de quarto gradu in quartum gradũ,
Tamen hoc non facit ad caſum noſtrum, quia
prçſupponitur extare vocatos in prima acqui-
ſitione facta per Lucretiam, & Iſabellã pro ſe,
33 filijs, & nepotibus, † prout dicimus, quod quã-
uis ſit renouandus in emphiteuſim proximior
emphiteutæ propter fauorem, qui præſtatur
melioranti rem emphiteoticam *l. congruit. & l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11.* & pro-
pter affectionem, quam habent heredes ad bo-
na maiorum *Franc. deciſ. 123. n. 1. & 2. & deciſ. 406. n. 2. in fin.* iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quotid. & aſtiu.* cum quo conuenire totam iuris pruden-
tiam teſtatur *Curt. Sen. conſ. 47. ſuper controuerſia. n. 10. vſq; ad 12. Rip. in l. 1. col. 1. verſ. & ex hoc. ff. de priuileg. creditor. Ludouic. deciſ. Peruſ. 17. n. 23. Benint. deciſ. 19. Viui. opin. 244. Io. Lup. de benefic. in cur. vacantib. §. 10. verſ. item ſi hæc præeminentia. Dec. conſ. 328. pro defenſione. n. 1.*

Nihilominus, quando primus condecenter di-
34 ſpoſuit, & voluit alium renouari, † tunc præ-
ferendus eſſet agnato, ad euitandum abſurdũ,
quod agnatus admittatur contra voluntatem
defuncti, cui voluit præferri inſtitutum, legan-
do illi eamdem rem, cum facultate petendi re-
nouationem, vnde tunc non debet conſidera-
ri repręſentatio defuncti in agnatos, qui ha-
beut contrariam voluntatem eiuſdem defun-
cti, & contraria procedunt, quando emphi-
teuſis reuerteretur ad dominum, non autem
vbi alienatio, & diſpoſitio valida præceſſit in-
ter viuos, vel in vltima voluntate, vel ex poſt
conualidata eſt, prout ex retro, tũc enim agna-
ti conqueri non poſſunt, ſi ad alium pertenit
feudum, ſeu emphiteuſis, & non ad dominum,
qui poterit approbare voluntatem defuncti, &
inſtitutum ab eo, & legatarium agnatis præ-
ferre *Ruin. conſ. 45. n. 19. verſ. non obſtat dum poſtremo. col. penult. ad med. & colum. fin. in princip. verſ. procedit illud ergo. lib. 1. late Gabr. conſil. 78. per tot. lib. 2.*

dixi ſupr. c. 88. n. 42. & 43.
Et quod dicitur de renouãdis proximoribus pro-
cedit, dummodo Prælatus, non velit pro Eccle-
35 ſia emphiteuſim retinere, † itaut neq; valeat
pactum, vt poſt finitam generationem tenea-
tur Rector renouare emphiteuſim proximio-
ribus agnatis, cum non poſſit dici euidens vti-
litas eccleſiæ, ſi prælatus poſſet compelli ad
renouandum, tamquam ex hoc emphiteuſis ef-
ficeretur perpetua, quæ eſt ſpecies alienatio-
nis prohibitæ, prout ex prædictis, & ſimilibus
rationibus ita ſeruat *Rot. per Card. Mãtic. de-
ciſ. 10. n. 1. vſq; ad 5. & n. 14. iuxta extrauag.
ambitioſa. verſ. omneq. pactum. & verſ. & de
rebus ab antiquo concedi ſolitis. & verſ. &
tunc eccleſiarum euidenti vtilitate. de reb. ec-
cleſ. non alienãd. Aret. in l. ſi mihi & tibi. col.
5. verſ. hoc etiam præcipue. ff. de verbor. ob-
ligationib. Ruin. conſ. 152. n. 3. & 4. lib. 1. Go-
zad. conſ. 39. n. 19. vſq; ad 24. Abb. in c. bonæ.
il 2. n. 28. verſ. hoc dictum ego limitarem. de
poſtulat. prælator. Rip. in l. 1. n. 9. & 10. ff. de
priuileg. creditor.* Caputaq. *deciſ. 303. p. 1.
Curt. Sen. conſ. 47. n. 10. Iaſ. conſ. 24. col. pe-
nult. verſ. ſed non recedendo. lib. 3.*
Amplius, neq; obſtaret, quod Eccleſia eſſet ſolita
renouare proximioribus, & illos denuo rein-
36 ueſtire; † Quia talis probatio nõ releuaret, niſi
etiam probetur conſuetudo, quod non poſſit
pro ſe retinere, tamquam non ſufficiat adeſſe
conſuetudinem generalem, niſi etiam adſit ſpe-
cialis in caſu, de quo agitur *Oldrad. conſ. 237.
perlectis. col. 1. Anchar. conſ. 339. pro maio-
ri intelligentia. col. 5. verſ. ad ſecundam ra-
tionem. Alex. conſ. 196. col. 3. verſ. quia di-
cti teſtes. lib. 2. Aim. conſ. 96. n. 4. Soin. Iun.
conſ. 101. n. 1. lib. 4. Caſtr. conſ. 340. ad fin.
verſ. quod ſupereſt videre. lib. 2.* & in propoſito no-
ſtro *Card. Mantic. deciſ. 10. n. 10.*
Et in omnem caſum, in quem cogeretur Præla-
tus relocare, non tamen eſſe facienda reloca-
37 tio pro eodem pretio, † cum contractus eccle-
ſiæ non ſit validus ſaltem in effectu, ſi Rector
potuiſſet habere ab alijs maiorem vtilitatem,
etiã quod ſimus in rebus ſolitis locari, ſi enim
compares agnatus, & extraneus, qui maiorem
quantitatem offerat, idem agnatus non præ-
fertur, ſi non det, quantum obtulit extraneus,
38 niſi quando conſtaret, quod prædium relo-
candum eſſet reductũ ad culturam à predeceſ-
ſore, tunc enim poſſet æquius ſtatui, quod ſit
dandum agnatis eorum, qui ad talem cultu-
ram illud reduxerunt, pro ſolita & antiqua pẽ-
ſione, quamuis extraneus plus offerret, prout
late omnia prædicta comprobat *Rot. per Ce-
ſar. de Graſſ. deciſ. 4. & 5. per tot. de reb. Ec-
39 cleſ. non alienand.* † Nam eccleſia locans in
forma conſueta pro minori pretio, quam ab
alio inueniſſet facta diligenti inquiſitione di-
citur læſa, & ei competit reſtitutio *Bart. in
auth. qui rem. n. 6. verſ. dixi vobis. & ibi Ca-
gnol. n. 58. verſ. ſubiungit. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. iuxta c. 1. vbi Butr. n. 19. de reſtitut.
in integr.* Et de hoc *eſt tex. clarus in extra-
uag. ambitioſæ. verſ. preterquam in caſibus
à iure permiſſis an de rebus & bonis in em-
phiteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc
in eccleſiarum euidente vtilitate. de reb. ec-
cleſ. non alienand.* ponderando illam dictio-
40 nem tunc, † quæ denotat extremitatem tem-
poris *l. 4. §. fin. ff. de condition. & demon-
ſtrat. l. penult. ff. de teſtam. tut. Surd. deciſ.
207. n. 16. Rebuff. in l. mulieris appellatione.
§. deſinere. ff. de verb. ſignificat. late Bar-
boſ. de dictionib. & clauſul. dict. 354. n. 1.* Vn-
de non mirũ, ſi debet inſpici tẽpus contractus
celebrandi, non autem primi celebrati *Ceſar.
de Graſſ. d. deciſ. 4. in princ. de reb. eccleſ.
non alienand. poſt Roman. conſ. 19. n. 2.*

EPITOME.

Renuncians beneficium realiter, an teneatur etiam ad verbalem dimiſſionem coram ordinario faciendam. ¶ Et quando cenſeatur à ſe abdicare omne ius, quod in eo habebat, itaut ad illud non poſſit amplius regredi. ¶ Et quid ſi ſuperueniat noua cauſa. ¶ Et quæ dicatur talis. ¶ Voluntas quando ſufficiat ſine verbis, & illis præualeat. ¶ Et an probetur ex coniecturis etiam veriſimilibus. ¶ Dimiſſiones verbales beneficij ob quam cauſam requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciãs beneficium etiam tacitè abdicat à ſe omne ius, quod in eo habebat, & non poteſt amplius ad illud regredi. n. 2.*
3 *Noua cauſa ſuperueniens facit, vt reſignans poſſit beneficium reſignatum habere, & quæ dicatur talis. n. 4.*
5 *Beneficium realiter dimiſſum, & alteri per patronos collatum, non requirit amplius verbalem dimiſſionem coram ordinario, vel alio, ad quem ſpectat. n. 6. & 9.*
7 *Verba ſeruiunt menti, vnde habito effectu ſecundum mentem, de verbis nõ eſt curandũ.*
8 *Dimiſſiones verbales beneficij quare requirantur.*
10 *Verbalis dimiſſio beneficij eſt facienda de iure, ſufficit tamen, quod talis voluntas explicetur ſine verbis, videlicet nutu, ſigno, litteris, vel alio modo æquipollenti.*
11 *Verba legis ſunt ciuiliter intelligenda, & mens præualet verbis. n. 12.*
13 *In pœnalibus & odioſis fit reſtrictio, & admittitur æquipollens, ne quis puniatur vltra mentem diſponentis.*
14 *Mens in quacumque diſpoſitione attenditur, quæ omnibus dominatur.*
15 *Coniecturæ ſufficiunt ad explicationem mentis.*
16 *Mens veriſimilis ex coniecturis elicita, eſt obſeruanda.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT DCCCXIV.

STante renunciatione beneficij, de quo agi-
mus, non potuit renuncians iterum ad il-
1 lud regredi, † cum renunciando abdicauerit à
ſe omne ius, quod in eo habebat, adeo vt videa
tur habere rē renunciatā pro derelicta, ad fu-
giendum illuſionem, & variationem, quæ ſem-
per eſt prohibita, maxime in perſonis eccle-
ſiaſticis *c. quam periculoſum. 7. q. 1. c. ex
tranſmiſſa. de renunciat. Butr. in c. cum
vniuerſorum. n. 2. de rer. permutat. Aim.
conſ. 4. n. 4. & conſ. 192. n. 4.* cum alijs per
Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 1. q. 13. n. 1.
2 *vſque ad 16.* † vbi etiam ampliat in renuncia-
tione tacita *Archid. in c. denique. 6. q. 3.
Pariſ. conſ. 76. n. 1. cum ſeq. lib. 4. Hoied. de
incompatibil. beneficior. p. 1. c. 13. n. 63.*
Neque obſtat, quod renunciās poſſit beneficium
3 renunciatum habere, & repetere † ex noua
cauſa *Gloſ. in c. ad noſtram. il 2. in verb.
probarent. de iureiur.* prout de ſtilo receptū
eſt, & quotidie practicatur, vt reſignans poſſit
iterum conſequi beneficium reſignatum data
vacatione ex noua electione, præſentatione,
poſtulatione, & collatione, & confirmatione
Superioris *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. q.*
4 *12. n. 43. & 44.* † Quæ quidem cauſa videtur
verificari in facti ſpecie, de qua agimus, cum
fuerit impetratum beneficium renunciatum,
per renunciantem ob non dimiſſionem primi
curati, quam Fabius tenebatur facere infra
duos menſes, quando fuit prouiſus de ſecundo
beneficio curato propter renunciationē factā
in manibus Summi Pontificis per Gaſparem,
itaut beneficium obtentum dicatur vacare
ob talem non dimiſſionem *extrauag. execra-
bilis. de præbend. c. de multa. vbi Abb.
& alij eodem tit.*
Quia in caſu noſtro apparet, quod primum be-
5 neficium fuit realiter dimiſſum, † cum fuerit
per patronos, ad quos ſpectabat præſentatio
collatum Mattheo, qui fuit inſtitutus ab or-
dinario, & poſſeſſionem eiuſdem beneficij ac-
cepit, itaut Fabius, qui illud prius obtinebat,
dicatur realiter, & cum effectu, ac ſine fraude
poſſeſſionem ſuam dimiſiſſe, quod ſufficit,
quamuis coram Ordinario, vel alio, ad quem
ſpectat, ſub publico teſtimonio illud verbote-
nus non dimittat, tanquam ſatis ſit, quod nū-
quam poſtea ad idem beneficium, & ad eamdē
eccleſiam redierit, & paſſus fuerit alteri con-
cedi, eiuſq. poſſeſſionem per alium capi *Bel-
lamer. decif. 754. ſi rector parochialis. n. 1.
& 2. & per tot. Staphil. de litter. grat. tit. de
var. mod. vacation. §. tertius vacationis mo-
dus. n. 6. 7. & 8. Hoied. de incompatibilit. be-
neficior. c. 9. n. 6. & c. 13. n. 80. verſ. ſexto
declaratur. Zerol. in prax. epiſcopal. p. 1. in
verb. beneficium. §. 3. ad fin. Garzias de be-*
6 *nefic. p. 11. c. 5.* † quæ ſententia eſt verior, &
per conſuetudinem, & praxim approbata,
quia numquam, aut raro fit talis dimiſſio ver-
balis coram ordinario, quidquid de rigore
aliud ſuadeant iura in contrarium adducta, vt
teſtatur *Bellamer. d. decif. 754. n. 6 ad med.
verſ. prædicta autē multa coadiuuant. Garz.
de benefic. d. p. 11. n. 41.*
Et merito ita ſtatutum fuit per conſuetudinem,
quia non curamus de verbali dimiſſione, quan-
do adeſt vera, realis, actualis, & effectualis
7 dimiſſio, † cum enim verba menti ſeruiant,
habito effectu ſecundum mentem, de verbis
non videtur curandum *l. labeo. ff. de ſupellect.
legat. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. l. 3. C. de
liber. præter. c. præterea. de verbor ſignificat.
Bellam.* qui d. rationem in propoſito noſtro
adducit *d. decif. 759. col. 3. in fin.*
Maxime quia tales dimiſſiones verbales requi-
runtur, vt citius conferatur beneficium di-
8 mittendum † & vt diutinis vacationibus ſuc-
curratur, & vt non ſit locus materiæ fraudum
c. ne pro defectu. de electionib. In caſu autem
noſtro ſtatim fuit facta collatio, & alter pro-
uiſus de beneficio, quod erat dimittendum,
9 vnde ſatis eſt † abſque eo quod alia verbalis di-
miſſio requiratur *Bellam. d. decif. 754. n. 3.
in fin.* vbi etiam *n. 5.* quod quamuis iura ve-
lint verbalem dimiſſionem, tamen debet ſuf-
ficere, quod talis voluntas explicetur ſine ver-
10 bis, videlicet † nutu, ſigno, litteris, vel alio
modo æquipollenti *Hoſt. in c. tuæ. de ſponſa-
lib. & in ſumm. eod. tit. in rubr. de matri-
mon. §. qualiter contrahitur. col. 1.* Tan-
11 quam verba legis † ſint ciuiliter intelligenda
l. ſi cui. ff. de ſeruitutib. Neq; enim conue-
12 nit ius calumniari, ſed potius † qua mente di-
catur, debemus animaduertere *l. ad exhibeu-
dum. ff. ad exhibend.* Præſertim in pœnalibus
& odioſis, in quibus ſit reſtrictio, & admit-
13 titur æquipollens, † ne quis puniatur vltra
mentem diſponētis *Bart. in l. adigere. §. quā-
uis ff. de iurepatronat. Io. Andr. in c. in pœ-
nis. & in c. odia. de regul. iur. in 6. Gemin in
c. ſtatutum. 22. n. 2. & ibi Franc. de elect. eod.
lib. Iaſ. in l. cum quidam. n. 6. cum ſeq. ff.
de liber. & poſthum.*
Et paſſim in quacumq; diſpoſitione attenditur
mens, quæ tamqnam regina primum locum
14 obtinet, † & omnibus dominatur *l. cum quæ-
ſtio. in fin. C. de legat. Bald. in l. quamuis.
n. 5. C. de fideicommiſſ. Alex. conſ. 8. n. 8. lib.
4.* Ad cuius mentis explicationem ſufficiunt
15 coniecturę † *Caſtr. conſ. 164. col. penult. verſ.
nam ad hoc. lib. 2. Purpur. conſ. 473. n. 1. Car-
din. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio-
nib. lib. 1. tit. 17. n. 39.* Itaut etiam mens
16 veriſimilis, † quæ colligitur ex coniectu-
ris, ſit obſeruanda *l. iulianus. §. præterea.
ff. de action. empt. l. cum res. in princ. ff. de
legat. 1. Alex. in l. titius. §. lucius. n. 2. ff.
de liber. & poſthum. Curt. Sen. conſ. 44.
n. 12. Socin. Iun. conſ. 139. n. 11. lib. 1.* cum
alijs per *Card. Mantic. de tacit. & am-
big. conuention. lib. 2. tit. 4. n. 3. & lib.
1. tit. 17. n. 39.*

EPITOME.

Alimenta an extinguantur per profeſſionem. ¶ Et quid in vſufructu debito patri in bonis filij, vel alteri extraneo. ¶ Clauſula in vita, ſeu donec vixerit an ſit intelligenda de vita naturali. ¶ Filius an poſſit petere legitimam à Monaſterio, in quo pater profeſſionem emiſit. ¶ Incertitudo diei an operetur effectum conditionis quo ad impediendam tranſmiſſionem. ¶ Verba ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus quo caſu excludant monaſterium. ¶ Mors ciuilis an ſufficiat per profeſſionem quando ſumus in religione capace bonorum ſaltem in communi. ¶ Loca pia an debeant eſſe immediate ſubſtituta, vt monaſterium non habeat priuilegium illa excludendi. ¶ Vſusfructus & alimenta non præſtita quando debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus quem habet pater in bonis filij ratione patriæ poteſtatis an amittatur in totum, ſeu pro parte per eiuſdem patris profeſſionẽ, et quid in alio vſufructuario. n. 2. & 7.*

3 *Alimenta alicui debita non extinguũtur per profeſſionem, ad exemplum vſusfructus.*

4 *Alimẽta decurſa, & nõ præſtita quãdo poſſint peti, & quid in vſufructu, præterito. n. 5.*

6 *Monaſterium quando dicatur excluſum per ſubſtitutum. n. 20.*

8 *Verba in vita, ſeu donec vixerit intelliguntur de vita naturali.*

9 *Filius non poteſt petere legitimã à Monaſterio, quamuis pater profeſſionem emiſerit. n. 10. & 11.*

12 *Verba ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus non excludunt monaſterium. n. 13. 21. 22. & 24. Declara vt n. 14. 15. & 17.*

16 *Pater præſumitur potius velle, quod bona perueniant ad filios, quam ad eccleſiam.*

18 *Mors ciuilis non ſufficit per profeſſionem, quando ſumus in religione capaci bonorum ſaltem in communi.*

19 *Fideicommiſſum efficitur caducum, ſi ſubſtitutus decedat ante grauatum.*

23 *Incertitudo diei mortis operatur effectum conditionis, quo ad impediendam tranſmiſſionem. & n. 25.*

26 *Loca pia debent eſſe ſubſtituta immediate, ut monaſterium non habeat ptiuilegium illa excludendi.*

CAP. DCCCXV.

Mandauit Summus Pontifex Datario, vt referret merita cauſæ vertentis inter Patres S. Siluestri de Vrbe, & Io. Baptiſtam Spinolam, & cum ſuper eis conſultus fuiſſem, breuiter quo ad primũ dubium prælegati vſusfructus domorum relicti Simoni per Paulum Baptiſtam patruum, concludendum eſt eundem vſumfructum deberi Monaſterio, in quo
1 idem Simon profeſſionem emiſit, † Nam omiſſa quæſtione an vſusfructus, quem habet pater in bonis filij ratione patriæ poteſtatis amittatur in totum, ſeu in parte per eiuſdem patris profeſſionem, de qua late *Caſtill. de vſufruct. c. 54. n. 5. vſque ad 10.* cum alijs per *Genuenſ. epiſcop. Iſern. in tract. de eccleſ. ſeu practicab. eccleſiaſt. q. 473. Palaez. de maiorat. p. 2. q. 3. n. 53. & 54.* qui non eſt
2 caſus noſter. † ſatis eſt, quod in alio vſufructuario, quàm in patre verior & magis communis eſt opinio, vt vſusfructus non finiatur per ingreſſum religionis, profeſſione ſecuta, ſed tranſeat in monaſterium, itaut penes ipſum reſideat, durante vita ipſius monachi profeſſi, Ita in ſpecie concludunt omnes *in auth. ingreſſi. vbi Cin. n. 19. Odoffred. n. 16. Bellapert. n. 8. Alber. n. 23. Bart. n. 42. Bald. n. 31. Salic. n. 10. Caſtr. n. 26. Iaſ. n. 48. Dec. n. 27. Tapia in verb. ſua. c. 17. n. 1. vſque ad 7. C. de ſacroſ. eccleſ. Hoſtienſ. in c. in præſentia. n. 8. in fin. vbi Innoc. n. 4. Io. Andr. n. 16. Butr. n. 23. Abb. n. 72. Bellamer. n. 16. Bero. n. 530. de probation. Couarr. in c. 2. n. 8. ad med. verſ. exiſtimo etenim diſtinguendum. de teſtam. Gul. Bened. in c. rainutius. in verb. mortuo itaque teſtatore. il 2. n. 298. eodem tit.* late *Gutier. canonic. quaſt. lib. 2. c. 1. n. 98. & 99.* vbi quod nemo ab hac opinionem diſcedit *Socin. conſ. 10. q. 6. lib. 1. Suarez. alleg. 20. verſ. bine eſt quod licet vſufructus. Caldas. in l. ſi curatorem. in verb. laſit. n. 142. verſ. immo & in omni vſufructuario. C. de in integr. reſtit. fol. 324. Gomeſ. in l. 48. taur. n. 8. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 47. cum ſeq. C. de bon. matern. fol. 105. Alex. conſ. 139. n. 5. lib. 2.* Cæteros conſulto omitto, quia eſt veriſſima ſententia, & paſſim in iudicijs approbata, vt per *Guid. Pap. deciſ. 477. n. 4. & deciſ. 595. Cenall. q. 64. n. 1. Caſtill. de vſufruct. c. 53. n. 3. & 4.*

Sed quoniam teſtator mandauit vt d. vſusfructus non debeatur Simoni, niſi quando peruenerit ad ætatem viginti annorum, tunc temporis etiam erit debitus Monaſterio, cum interim ſint præſtanda alimenta eidem Simoni per teſtatorem relicta, donec veniat tempus perceptionis vſusfructus, quæ alimenta fuerunt taxata in ſcutis 300. quolibet anno per executores, quibus talis taxatio fuit in teſtamento iniuncta, & iſta quantitas taxata erit præſtanda monaſterio, ſicut vſusfructus, ex perſona Simonis profeſſi, qui omnia acquiſiuit mo-
3 naſterio, † cum neque illa extinguantur per profeſſionem, ad exemplum vſusfructus tanquam iſta legata æquiparentur, & inter ea nulla ſit differentia *Bero. conſ. 38. n. 21. poſt med. verſ. ex quo datur intelligi, lib. 2.* & quamuis iſta alimenta ſint decurſa, & non
4 præſtita, tamen hodie poſſunt peti, † & ſint debita, etiam quod nulla interuenerit interpellatio, & licet legatarius ignoraſſet illum ſibi

ſibi deberi, & quamuis eidem legatario fuiſ-
ſent aliunde præſtita, cum præterita ſint ei
debita iure actionis ex teſtamento, vt latè
omnia prædicta comprobat Sim. de Pret. de
interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11.
n. 88. & 89. fol. 430. poſt Bart. in l. de ali-
mentis. C. de trãſaction. & in l. libertis quos
§. 1. ff. de alim. & cibar. legat. Bald. in l. 1.
C. de fideicommiſ. Anan. conſ. 54. in princ.
& ibi Bolognin. in addit. Natt. conſ. 397. n.
2. & 3. Corn. conſ. 168. col. vlt. lib. 3. Ludouic.
deciſ. Peruſ. 92. n. 7. cum ſeq. Bero. conſ. 34.
n. 21. lib. 2. Pront etiam idem erit in vſufru-
5 ctu præterito, † qui iure actionis debetur,
& peti poteſt. l. quæſitum. ff. de vſufruct. l. ſi
extraneo. in fin. cum l. ſeq. ff. eod. l. vti. in fin.
ff. ſi vſusfruct. petat. Simon de Pret. d. du-
bit. 11. n. 89. Bero. conſ. 34. n. 21. in fin. lib. 2.
Neque obſtat, quod teſtator ſubſtituerit Simo-
ni in d. vſufructu deſcendentes maſculos le-
gitimos & naturales, & illis deficientibus
6 Io. Baptiſtam fratrem, † & in defectum ſuæ
lineæ familiam de Spinolis, ob cuius voca-
tionem videtur excludi monaſteriũ per ſub-
ſtitutum Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 9. n. 11.
Quia illa non applicantur ad vſumfructum,
7 qui non extinguitur per profeſſionem, † ſed
durat donec naturaliter viuit vſufructuarius
Crot. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. n. 30.
ff. de liber. & poſthum. cum alijs adductis
ſupr. n. 2. Spin. qui de communi de teſtam.
gloſ. 10. n. 22. fol. 508. Maximè quia teſta-
tor clarè hoc diſpoſuit, dum reliquit vſum-
fructuum Simoni in vita ipſius, & donec vi-
8 xerit, † quæ verba intelliguntur de vita na-
turali, qua durante non conſolidatur vſuſ-
fructus cum proprietate, ſed tranſit in mo-
naſterium, donec naturaliter viuit mona-
chus Couar. in c. 2. n. 8. de teſtament.
Quare dicimus quod quamuis pater profeſſio-
nem emiſerit, non tamen per monaſterium
eſt danda legitima filio, quia adhuc pater
9 uiuit, † & filius non poteſt petere legitimam
in vita patris, cum in ea neque habeat ius in
ſpe Iaſ. in auth. ſi qua mulier. n. 52. vſque
ad 56. C. de ſacroſ. Eccleſ. Et quamuis aliqui
10 teneant † ſtatim poſt profeſſionem patris eſ-
ſe debitam filio legitimam, vt per Roland.
conſ. 97. n. 29. lib. 2. cum alijs per Sancez. in
oper. moral. p. 2. lib. 7. c. 10. n. 3. Honded.
conſ. 60. lib. 1. & conſ. 61. n. 9. cum ſeq. lib. 2.
Genuenſ. epiſcop. Iſern. practicab. eccleſiaſt.
q. 191. n. 2. & 3. Tamen contraria opinio
11 eſt verior, † cum pater adhuc dicatur viue-
re, ideò expectandũ eſt, quod deſinat actua-
liter viuere Felin. in c. in præſentia. n. 56.
col. 25. ad med. q. 8. de probationib. & latè
comprobaui ſupr. c. 102. n. 2. vſque ad 7.
quibus additur Benedict. in c. rainutius. in
verb. mortuo itaque teſtatore. il 1. n. 299. de
teſtam. Gregor. Lopez. in l. 17. in verb. ſus
hijos. tit. 1. p. 6. Pancirol. conſ. 114. n. 20. &
21. lib. 1. Surd. conſ. 238. n. 10. lib. 2. Bec.
conſ. 34. n. 18. & 19. lib. 1. Gratian. reg. 456.
n. 9. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 4. l. 3. gloſ.
2. n. 3. Caſtill. de vſufr. c. 64. n. 10. & 11.
Ludouic. Lopez de contractib. lib. 2. c. 39.
q. 3. notab. 5. Manuel. quæſt. regular. tom. 2.
q. 80. art. 2. verſ. notandum inſuper.
Quo ad ſecundum dubium concludendum eſt,
quod omnia legata facta per Simonem do-
mui S. Silueſtri ſint ei ſoluenda per Io. Bapti-
ſtam heredem inſtitutum in bonis heredita-
rijs, & in tota hereditate relicta per Paulum
Baptiſtam patruum eidem Simoni, non ob-
ſtante ſubſtitutione ipſi facta, nam Io. Ba-
ptiſta fuit ſubſtitutus Simoni ſi deceſſerit ſi-
ne filijs legitimis, & naturalibus ante vige-
ſimumquintum ſuæ ætatis annum, & ſubſti-
tutio familiæ de Spinolis eſt reſtricta, ſi am-
bo Io. Baptiſta, & Simon deceſſerint ſine
filijs legitimis, & naturalibus etiam an-
12 te dictum annum vigeſimumquintum, † ex
quibus colligitur, quod monaſterium non
poteſt dici expreſsè excluſum, quãuis enim
huiuſmodi verba ſi deceſſerit ſine filijs legi-
timis, & naturalibus exprimant veritatem,
& naturalitatem, tamen non ſequitur, quod
teſtator neceſſariò voluerit excludere mo-
naſterium, cum poſſint ſolum intelligi de
excluſione filiorum adoptiuorum, vel natu-
ralium tantum, vel legitimatorum, & in
dubio facienda eſt interpretatio fauore reli-
gionis, quod non fuerit de monaſterio co-
gitatum, cum lex ſuppleat, & præſumat, quod
ſi cogitaſſet de ingreſſu monaſterij, idem de
eo diſpoſuiſſet, quod de liberis. Iſta eſt ma-
gis vera, & communis opinio, quam latè de-
fendit Dec. in c. in præſentia. n. 64. verſ. non
obſtat quod cõditiones. de probation. & conſ.
426. in duobus dubijs. n. 2. ad med. verſ. ſed
venio ad ſecundum caſum. Alex. conſ. 121.
lib. 2. quod eſt repetitum conſ. 35. lib. 3. &
13 conſ. 92. lib. 4. Calcan. conſ. 20. n. 3. † Et
quidquid cõtrarium dicant multi relati per
Card. Mantic. de coniect. vltimar. voluntat.
lib. 11. tit. 7. n. 20. verſ. quamuis non deſint.
fol. 222. non eſt diſcedendum à dicta opinio-
ne, vt per Rip. qui de magis communi in
l. ſi vnquam. n. 92. C. de reuocand. donation.
& in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. n. 37. verſ.
aliam rationem. ff. ad trebellian. Alciat. conſ.
95. n. 2. lib. 9. Aim. conſ. 152. n. 1. Socin. Iun.
conſ. 63. n. 61. lib. 3. Couar. lib. 1. var. reſo-
lut. c. 9. n. 11. verſ. quam opinionem. Iaſ.
in auth. ſi qua mulier. n. 18. verſ. addi-
tio. C. de ſacroſ. eccleſ.
Contraria autem procedunt, quando appare-
ret, quod voluntas, & mens teſtatoris fuit
14 excludere monaſterium, † prout latè notat
Menoch. de præſumpt. 83. n. 1. vſque ad 26.
Franc. deciſ. 29. n. 3. Caſtr. in auth. niſi roga-
ti. C. ad trebellian. Pariſ. conſ. 86. lib. 3. Ruin.
conſ. 98. lib. 2. cum alijs per Genuenſ. practi-
cab. eccleſiaſt. q. 147. n. 1. vſque ad 7. Quam-
uis ipſe ibid. in fin. teneat pro monaſte-
rio

rio etiam ſi expreſsè de voluntate teſtato-
ris conſtaret iuxta d. *§. ſed & hoc præſenti. auth. de ſanctiſſ. epiſc.*

Maximè quia in caſu noſtro Io.Baptiſta ſubſti-
tutus Simoni non eſt de liberis teſtatoris,
15 ſi enim eſſet talis, † ratio naturalis, & pater-
na pietas ſucceſſionem paternam conſerua-
ret & magis fauendum eſſet ſubſtituto filio
quàm monaſterio, quidquid aliud ſit in ex-
traneo,in quo non adeſt iſta probabilis con-
16 iectura, quæ eſt in patre, † qui à communi-
ter accidentibus præſumitur potius velle
bona ad filios, quàm ad eccleſiam peruenī-
re, tanquam communi iure inſpecto ad pa-
trum ſucceſſionē filij vocentur *Oldrad. conſ. 94. n. 8. iuxta l. ſcripto. ff. vnd. lib. & l. filio. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. conſ. 212. lib. 2.*
17 Et ita in ſpecie † latè diſtinguit *Oſaſc. deciſ. 126. n. 17. & 18. Natt. conſ. 602. n. 4. Boer. conſ. 114. n. 21. & 22. Grat. conſ. 111. n. 49. lib. 2.*

Cum etiam hic non agatur de excluſione ſub-
ſtituti, ſed ſolum quod monaſterium in vita
monachi poſſideat bona fideicommiſſi reſti-
18 tituenda poſt illius mortē naturalem, † cum
non ſufficiat mors ciuilis per profeſſionem,
quando ſumus in religione capaci bonorum
ſaltem in communi *Bart. in l. ſtatius florus. §. fin. ff. de iur. fiſc. & in l. cum pater. §. hæreditatem. il 1. ff. de legat. 2. Felin. in c. in præſentia. n. 5. q. 8. vbi Dec. n. 67. de probation. Rip. in l. ex facto. §. ex facto. n. 12. ff. ad trebell. Grat. conſ. 68. n. 16. lib. 1. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. limit. 10. n. 170. & 171. Surd. conſ. 238. n. 4. & 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 65. lib. 2.*

Et paſſim admittitur, quod per monaſterium
19 non excludatur ſubſtitutus, † & tamen idem
ſubſtitutus non ſuccedat, niſi poſt mortem
naturalem grauati, cum poſſet ante illum
ſubſtitutus decedere, & ſic efficeretur cadu-
cum fideicommiſſum *l. vnic. §. ſin autem. ſub conditione. C. de cadu. tollend.* & ita in-
20 telligitur concluſio doctorum, † quod mona-
ſterium non excludat ſubſtitutum, videlicet
cum euenerit mors naturalis grauati, & ſic
ſuo tempore, quando erit verificata condi-
tio, non antea, Ita in propoſito noſtro decla-
rat *Surd. conſ. 238. n. 5. & 6. lib. 2. poſt Rimin. Senior. conſ. 481. n. 5. cum ſeq. lib. 3. Zanch. in l. heredes mei. §. cum ita. p. 10. n. 39. ff. ad trebellian.*

Nec facit, quod ſtatim per profeſſionem mona-
21 chi ſit factus locus ſubſtitutioni, † tanquam
ſit purificata conditio ſi ſine liberis, cum
certum ſit liberos nō poſſe exiſtere, qui poſ-
ſint operari conditionem ad effectum exclu-
dendi ſubſtitutum *Alex. conſ. 100. lib. 4. Boer. deciſ. 354. n. 13. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 1. n. 18. verſ. ſi vero. ff. ad trebel-*
22 *lian.* † Quia verior eſt opinio contraria,
quod non ſufficiat ſola profeſſio, ad hoc vt
per eam ſit purificata conditio ſi ſine liberis,
cum etiam ſit expectanda mors naturalis ip-
ſius grauati, nam fideicommiſſum relictum
ad onus heredis ſub conditione ſi ſine filijs
deceſſerit, continet duas conditiones, alte-
ram mortis, alteram autem ſi ſine filijs, &
licet hæc ſecunda poſſit videri purificata,
non tamen dicitur verificata alia mortis,
quamuis enim ſit certum heredem conſtitu-
tum moriturum, tamen dies obitus eſt in-
certus, & ante illum poteſt fideicommiſſa-
23 rius decedere, † ideò incertitudo diei opera-
tur effectum conditionis, quo ad impedien-
dam tranſmiſſionem *l. vnic. §. ſin autem aliquid. C. de caduc. tollend. l. ſtatius florus. §. cornelio felici. verſ. cum nondum dies. ff. de*
24 *iur. fiſc.* † Et ita in terminis contra *Rip. & alios* concludit *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 7. n. 33. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. n. 83. fol. 265.*

Amplius ſi incertitudo mortis grauati opera-
tur ſuſpenſionem effectus conditionis, vt di-
ctum eſt, multo magis hoc procedet in caſu
noſtro, in quo ſubſtitutio non eſt ſimplici-
ter reſtricta ad tempus mortis incertum,
ſed ad tempus determinatum annorum vi-
gintiquinque, quo tempore elapſo expira-
bit ſubſtitutio, & monaſterium admittetur
donec mors naturalis grauati ſuperuenerit,
25 cum † ante illam fideicommiſſum non tranſ-
mittatur *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legitim. l. in cauſa. §. pomponius. ff. de minorib. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. n. 83. Surd. conſ. 238. n. 5. & 6. lib. 2.*

Nec aliquid operatur prætenſa contemplatio
familiæ, Quia in inſtitutione heredis nihil
ei relinquitur, ſed ſolum debet fieri electio
duorum ſeniorum de familia, qui diſtribuant
in diuerſis operibus fructus hereditarios, vt
latius in facto explicatur, Cum neque in
d. inſtitutione adſit erectio maioratus, per-
petuitas, & prohibitio alienandi, quæ om-
nia ſolum ſunt expreſſa in legato vſusfru-
ctus, quod non ceſſauit per profeſſionem,
vt ſupra diximus, ¶ Et quamuis ſint ſubſti-
tuta opera pia, tamen modò agitur de ex-
cluſione Io. Baptiſtæ ſubſtituti, qui contro-
uerſiam facit, & opera pia ſunt facienda in
defectum plurimorum graduum ſubſtitutio-
26 num, qui caſus non euenit, † neque enim
illa fuerunt ſubſtituta ipſi Simoni immedia-
tè, prout debent eſſe ad hoc, vt monaſterium
non habeat priuilegium excludendi ſimilem
locum pium ſubſtitutum *Roman. in auth. ſimiliter. n. 64. C. ad leg. falcid. iuxta §. ſed hoc in præſenti. auth. de ſanctiſſ. epiſcop. Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 95. fol. 45. Curt. Iun. conſ. 187. n. 34. Corn. conſ. 255. n. 9. lib. 4. Menoch. præſumpt. 83. n. 47. & 87. in fin. lib. 4. Dec. in auth. qui rem. in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Cephal. conſ. 7. n. 4. lib. 1. Maſtril. deciſ. 65. n. 4. poſt med. verſ. nā dictū fuit. lib. 1.* Cauſa fuit terminata per cō-
cordiā, in qua Patres S. Silueſtri habuerūt de-
bitā ſatisfactionē iuxta mandatū ſuperiorū.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

LVcrum dotis quando dicatur debitum neceſſarium, ¶ Vxor legans marito an cenſeatur legaſſe animo compenſandi, ſiue ſimus in dote ſoluta, ſiue promiſſa. ¶ Legatarius ſimpliciter agnoſcens legatum an videatur ſuſcepiſſe onus iniunctum, itaut nihil aliud petere poſſit. ¶ Aes alienum quando ſit in bonis, & hereditate teſtatoris. ¶ Animus compenſandi ex quibus colligatur. ¶ Verba quod nihil debeat peti de bonis ſuis quo caſu excludant compenſationem. ¶ Legatum pro omni eo & toto, quod maritus poſſet prætendere pro portione dotis, an operetur, vt non debeat reſtituere aliam partem dotis per eum receptam. ¶ Heredi, vel legatario an ſit magis fauendum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum quando cenſeatur relictum animo compenſandi cum lucro dotali.*

2 *Lucrum dotis ex ſtatuto proueniens dicitur debitum neceſſarium.*

3 *Relictum creditori ex cauſa neceſſaria admittit compenſationem. & n. 4.*

5 *Vxor legans marito cenſetur legaſſe animo compenſandi, ſiue ſimus in dote ſoluta ſiue promiſſa. n. 6. 7. & 8.*

9 *Legatarius ſimpliciter agnoſcens legatum videtur ſuſcepiſſe onus iniunctum, itaut nil aliud petere poſſit.*

10 *Verba quod nihil poſſit peti de ſuis bonis excludunt compenſationem. n. 13. 14. 15. & 18. Declara vt n. 19.*

11 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

12 *Lucrū dotis nō dicitur eſſe in bonis teſtatoris.*

16 *Aes alienum licet non ſit in bonis teſtatoris, eſt tamen in hereditate. Intellige vt n. 17.*

20 *Animus compēſandi colligitur ex cōiecturis.*

21 *Legatum pro omni eo & toto, quod maritus poſſet prætendere occaſione portionis dotis, an operetur, vt non debeat reſtituere aliam partem dotis receptam.*

22 *Heredi magis eſt fauendum quando tractat de damno vitando, quam legatario.*

23 *Teſtator non præſumitur voluiſſe grauare heredē duplici onere, ſed minus quam fieri poſſit. n. 24.*

25 *Legata non debent extendi de vna re ad aliā, etiam ſi ſiant coniuncto.*

CAP. DCCCXVI.

MArgarita teſtatrix reliquit Baptiſtæ eius viro ſcuta quinque millia monetæ pro omni eo & tôto, quod prætendere poſſet occaſione portionis dotis ipſius teſtatricis ſoluend. per ſuos heredes ſcuta mille quolibet anno in principio cuiuslibet anni poſt mortē
1 eiuſdem teſtatricis, † ex quibus verbis clare colligitur, quod huiuſmodi legatum cenſetur relictum animo exonerandi heredes à tali debito, & compenſandi cum lucro dotali, quod eſt præſtandum marito poſt mortem vxoris decedentis ſine filijs, vigore ſtatuti ita diſpo-
2 nentis, ob illam rationem, † quia tale lucrum dotale dicitur debitum neceſſarium, cum inducatur ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti *Bald. in l. ſi vxor. n. 4. C. de bon. auctor. iudic. poſſidend. & conſ. 58. n. 4. lib. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 10. tit. 2. n. 3. ad fin.* tunc enim quando relinquitur credi-
3 tori ex cauſa neceſſaria, cenſetur relictum animo compenſandi *Caſtr. in auth. præterea.* vbi *Alex. n. 12. Iaſ. n. 21. verſ. circa ſtatutum. Dec. n. 18. Curt. Iun. n. 21. C. vnd. vir. & vxor. Fulgoſ. in l. ſi eum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimon. Io. de Amic. conſ. 12. n. 19. Couar. in c. officij. n. 2. de teſtam. Cam-*
4 *peg. de dot. p. 4. q. 6.* † Et quidquid alij male contrarium ſenſerint, iſta eſt verior opinio, & magis communis, vt late teſtatur *Menoch. præſump. 109. n. 35. & 36. lib. 4.*

Quæ procedunt, quamuis ſimus in dote ſoluta,
5 nam etiam hoc caſu † ſi vxor fecit legatum, marito præſumitur illud feciſſe animo compenſandi, prout dicimus, quando fuit dos promiſſa, ita in ſpecie *Imol. in l. ſi eum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. Fulgoſ. Roman. & Aret. in auth. præterea.* vbi *etiam Alex. n. 14. Iaſ. n. 25. Pepuſ. n. 34.* C. *vnd. vir. &*
6 *vxor.* † quidquid contrarium ſequatur *Ang. conſ. 360. & in d. §. ſi pater. ad med. verſ. veritas eſt iſta. & in d. authen. præterea. ad med. verſ. & eſt verum. Capr. conſ. 143. col. 3. n. 9.* † Quia eorum opinio eſt communi-
7 ter ab omnibus reprobata, † vt teſtatur *Menoch. præſumpt. 109. n. 36. lib. 4.* & late comprobat *Phanuc. de lucro dot. gloſ. 8. n. 50. vſque ad 53. tom. 9. fol. 433.* vbi reſpondet omnibus *per Ang.* allegatis, & oſtendit eſſe cauillationes, quæ debent euitari, itaut non poſſit dici, vt per vnum Patronum de partibus huiuſmodi cauſæ dictum eſt, quod *Angelus* angelicè locutus fuerit, cum potius dicendum ſit illum tanquam Angelum prauum locutum ad deludendum Aduocatum, qui oppoſitum tenebat, vt refert *Iaſ. in d. auth. præterea.*
8 *n. 25. ad med.* † Et ita etiam contra *Ang.* tenuit *Campeg. de dot. p. 5. q. 6. ante med. Alber. de ſtatut. p. 2. q. 11.*

Maxime quia in caſu noſtro teſtatrix mandauit, quod legatarius nihil aliud petere poſſit pro omni eo & toto, quod poſſet prætendere, tunc enim colligitur clara diſpoſitio, quod habue-
9 rit animum compenſandi, † adeo vt ſi legatarius ſimpliciter agnouerit legatum, videatur etiam ſuſcepiſſe onus iniunctum, vt nihil aliud poſſit petere *Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. libertor. Ruin. conſ. 136. n. 7. lib. 2. & conſ. 79. n. 1. & 8. eod. lib.* cum alijs per *Card. Mantic. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 10. tit. 2. n. 17. Aim. conſ. 149. n. 3.* late *Menoch. præſump. 110. n. 30. & 31. lib. 4. &*

Digitized by Google

4. & conſ. 56. n. 36. lib. 1. Durand. de art. te-
ſtand. tit. de legat. caut. 5. n. 3. Surd. conſ.
112. n. 17. vſque ad 21. lib. 1. & de aliment.
tit. 9. q. 16. n. 30. & 31.

Verum pro excludenda compenſatione ad fauo-
10 rem legatarij plurimum videtur facere, † quod
teſtatrix, licet mandauerit, vt idem legatarius
nil aliud petere poſſit, tamen addidit de ſuis
bonis, quæ verba operantur, vt non cenſea-
tur inducta aliqua compenſatio, adeo vt le-
gatarius poſſit de iure conſequi, etiam lucrum
11 dotale, vltra legatum ſibi relictum, † nam bo-
na intelliguntur deducto ære alieno l. ſubſi-
12 gnatum. §. fin. ff. de verb. ſignificat. † lucrũ
autem, quod petitur per maritum, non dicitur
eſſe in bonis teſtatoris l. prætor. §. emancipa-
ti. ff. de collat. bonor. Ideo non mirũ, ſi poterit
13 vtrumque peti, & legatum, & lucrum, † prout
in ſpecie concludit Menoch. præſumpt. 109. n.
51. lib. 4. poſt Bald. conſ. 84. teſtamentum.
lib. 2. & in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. vbi
Caſtr. & Alex. n. 6. ff. ſolut. matrim. Capr.
conſ. 143. n. 12. Neuiz. conſ. 16. n. 9. & conſ.
62. n. 32. & 33. Felin. in c. quoniam. 19. col.
4. poſt princ. verſ. faciat in ſimili. n. 6. in
fin. de præſcriptionib. Iaſ. in auth. præterea.
n. 26. verſ. limita iſtam communem. vbi Ri-
min. in fin. C. vnd. vir. & vxor. Phanuc.
14 de lucr. dot. gloſ. 8. n. 59. † Et quidquid alij
contrarium ſentiant, iſta eſt verior, & magis
communis opinio, vt late teſtatur Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.
15 10. tit. 2. n. 20. vſque ad 24. † vbi quod con-
traria procedunt, quando teſtator diſpoſuiſſet
per legatarium nihil aliud peti de bonis & he-
reditate ipſius, tunc enim vtrumque non poſ-
16 ſet petere, & lucrum, & legatum, † nam quã-
uis æs alienum non ſit in bonis, eſt tamen in
hereditate l. 1. C. ſi cert. petat. l. pro heredita-
rijs. C. de hereditar. action. l. nihil. ff. de ver-
bor. ſignificat. Dummodo non petatur fidei-
commiſſum, quod fuit debitum ab ipſo teſta-
17 tore, † cum illud non ſit de hereditate, cuius
appellatione non comprehenditur fideicom-
miſſum l. titius. ff. de legat. 3. Dec. in ſpecie
conſ. 425. in caſu propoſito primo videndum.
n. 15. Card. Mantic. ibid. n. 24. Et huiuſmo-
18 di diſtinctio eſt communiter approbata, † vt
notat etiam Surd. conſ. 21. vſque ad 26. & n.
80. cum ſeq. lib. 1. & de aliment. tit. 9. q.
16. n. 31. cum ſeq. Natt. conſ. 186. n. 2. Dec.
conſ. 425. col. 5. in fin. verſ. tertio princi-
paliter quæritur. n. 8. Ruin. conſ. 60. n. 8. lib. 2.

Et quidem per prædicta crederem poſſe ſuſtine-
ri talem intellectum ad legatum, de quo agi-
mus, quod videlicet ſtantibus huiuſmodi ver-
bis de bonis non cenſeatur inducta aliqua cõ-
19 penſatio cum lucro dotali, † Sed vnum obſtat,
quod teſtatrix addidit in legato facto eius vi-
ro pro omni & toto eo, quod prætendere poſ-
ſet occaſione portionis dotis ipſius teſtatri-
cis, quæ verba operantur, vt quando prohibi-
tus nil amplius petere de bonis teſtatoris, nõ
habet aliud ius ad bona ipſius, quam ius lucri
dotalis, prout præſupponitur in caſu noſtro,
tunc ex coniecturata mente defuncti clare
apparet, quod cenſebitur compenſatio indu-
cta etiam reſpectu lucri dotalis, quidquid di-
uerſum ſit quando talia verba poſſent referri
ad alia iura, quam lucri dotalis, Ita in ſpecie
concludit Card. Mantic. de coniectur. vl-
timar. voluntat. lib. 10. tit. 2. n. 25. poſt Ruin.
conſ. 79. n. 8. verſ. ſecundo reſpondetur. lib.
2. Bald. in l. liberti libertæq; n. 28. in fin.
verſ. quid ergo ſi filia. C. de oper. libert. iux-
ta l. fundus qui locatur. ff. de fund. inſtruct.
20 l. 2. ff. de liber. & poſthum. † & paſſim ex cõ-
iecturis colligitur quando legatum fuerit fa-
ctum animo compenſandi Bald. in l. quoniam
nouella. n. 9. C. de inoffic. teſtam. Caſtr. conſ.
193. n. 2. verſ. ad prædicta. lib. 2. Corn. conſ.
115. n. 2. verſ. tamen his non obſtantibus. lib.
4. Et hæc quo ad lucrum dotale.

Quo vero ad ſcuta 1225. ſoluta per ſocerum Ba-
ptiſtæ ad computum dotis ei promiſſæ, con-
cludendum eſt, quod illa debent per eumdem
Baptiſtam reſtitui heredibus Margaritæ, quæ
licet legauerit d. Baptiſtæ ſuo viro ſcuta quin-
que mille pro omni eo & toto, quod poſſet
prætendere occaſione portionis dotis ipſius
teſtatricis, non tamen ex hoc infertur, quod
voluerit liberare eumdem Baptiſtam ſuum le-
gatarium à reſtitutione partis dotis per eum
receptæ, quam tenetur reſtituere heredibus,
21 cũ ſit debitor illius, † neq; enim in teſtamen-
to legitur talis liberatio, immo potius dicen-
dum eſt, quod de ea teſtatrix non ſenſerit, cũ
vltra legatum ſcutorum quinq; millium, reli-
querit eidem gemmas, veſtes, equos, & cur-
rum, & medietatem vſusfructus omnium bo-
norum, itaut facile erat exprimere, & decla-
rare, ſi voluiſſet quod maritus vltra tot lega-
ta, etiam poſſet retinere partem dotis rece-
ptæ, vnde cum non dixerit, concludens ſumi-
tur coniectura, quod voluerit maritum eſſe
contentum tot legatis ei factis, prout ita ad
cognoſcendam voluntatem teſtantis arguit
Fulgoſ. conſ. 81. col. fin. Surd. conſ. 112. n.
26. & 27. lib. 1. Phanuc. de dot. gloſ. 8. n. 95.
ad med. Menoch. conſ. 56. n. 37.

Maxime quia legatarius tractat de lucro captan
do, dum vult partem dotis ſibi ſolutam, & alia
22 legata ſibi relicta, † heres autem de damno
vitando, cui in dubio eſt magis fauendum
Surd. d. conſ. 112. n. 27. in fin. poſt Bart. in
l. cum mulier. ff. de damn. infect. Felin. in c.
23 dilecti. col. 3. de exceptionib. † Cum etiam
numquam teſtator præſumatur voluiſſe here-
dem grauare duplici onere l. titia. §. qui in-
uita. ff. de legat. 2. Immo potius minus illum
24 onerare, † quam fieri poſſit l. vnum ex fami-
lia. §. ſi rem ſuam. ff. de legat. 2. l. ſticho. in
fin. ff. de vſufr. legat. Surd. conſ. 319. n. 3.
25 lib. 3. Præſertim quia legata † non ſunt ex-
tendenda de vna re ad aliam Aim. conſ. 25. n.
24. vbi ampliat procedere etiam in legato fa-

cto

26 cto vxori, † ſeu marito multum alias honorato *Dec. conſ. 92. viſo puncto & pro tenui. n. 3. col. vlt. in fin. verſ. non obſtat quod illud legatum. Cephal. conſ. 183. n. 53. lib. 2. iuxta l. ſi filiæ. ff. de legat. 3. l. 2. in princ. & §. fin. & l. penult. ff. de dot. prælegat. Iaſ. in l. huiuſmodi. §. cũ pater. n. 7. ff. de legat. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 11. n. 28.*

E P I T O M E.

CArdinalis mandans corpus ſuum ſepeliri in Eccleſia ſui tituli tempore obitus, an intellexerit de eccleſia epiſcopali, quam tunc obtinebat. ¶ Et qui ſint tituli Cardinalium. ¶ Electio ſepulturæ ex quibus colligatur. ¶ Et an ſufficiant teſtes ſingulares, & tacitus conſenſus. ¶ Corpora defunctorum an ſint humanda in ſepulchro maiorum, ſeu in parochia. ¶ Eccleſia quando poſſit vendicare corpus defuncti cum oblationibus. ¶ Voluntas teſtatoris an ſumatur ex teſtamento imperfecto. ¶ Eccleſiæ appellatione an veniat epiſcopalis.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia poteſt vendicare corpus defuncti ſepultum in loco non ſuo, cum omnibus oblationibus ibidem factis. Intellige vt n. 2.*

3 *Actor debet probare fundamentum ſuæ intentionis.*

4 *Tituli Cardinalium quales ſint. & n. 9.*

5 *Cardinalis mandans corpus ſuum ſepeliri in eccleſia ſui tituli tempore obitus, an ſenſerit de eccleſia epiſcopali, quam tunc obtinebat. & n. 8.*

6 *Eccleſiæ appellatione, an veniat epiſcopalis etiam in generali diſpoſitione. n. 7.*

10 *Electio ſepulturæ ex quibus colligatur, & an ſufficiãt teſtes ſingulares, & tacitus conſenſus. n. 13. & 14.*

11 *Aſpectus ſignificat intuitum, qui cadit in præſentem.*

12 *Mens teſtatoris colligitur ex teſtamento imperfecto.*

15 *Corpora defunctorum ſunt humanda in ſepulcro ſuorum, neque parochia in hoc eſt præferenda. n. 16. & 17.*

C A P V T DCCCXVII.

COrpus defuncti ſepultum in loco non ſuo quamuis poſſit vendicari ab eccleſia,
1 vbi de iure † debet ſepeliri cum omnibus oblationibus ibidem factis *c. in noſtra. de ſepultur. Abb. in c. fraternitatem. n. 3. & in c. ex parte. n. 1. eod. tit.* Tamen hoc procedit quã-
2 do per eccleſiam vendicantem † probaretur iuſtus titulus, alias nulla ei actio poteſt competere *c. ex parte. c. ex tranſmiſſa. & c. litteras. de reſtitut. ſpoliator. Abb. in c. cum liberum. col. 1. in fin. de ſepultur. iuxta l. 2. §. quædam. C. de interdic.*

De huiuſmodi autem titulo non conſtat, quia Cardinalis teſtator elegit ſepulchrum in eccleſia S. Nicolai in Carcere Tulliano, ſiue in illa eccleſia, quæ tempore ſui obitus contigerit eſſe titulum ſui Cardinalatus, vnde prius
3 erit verificandum, † quod idem teſtator deceſſerit titularis illius eccleſiæ, per quam modo prætenditur talis vendicatio cum oblationibus relictis, tamquam hoc ſit præcipuum fundamentum ſuæ intentionis *l. qui accuſare. C. de edend. l. fin. C. de rei vendicat. l. actor. C. de probationib.*

Nec facit, quod Cardinalis deceſſerit Epiſcopus Sabinen. Quia non ex hoc intellexit de tali eccleſia, in qua erat epiſcopus, ſed de alia ſibi
4 data in titulum, † quod patet aperte ex conſtitutione Sixti V. *de qua in bullar. nouo. n. 55.* vbi ſolum dantur tituli quatuordecim Cardinalibus diaconis, & reliquis presbyteris quinquaginta, qui computatis ſex epiſcopis implent numerum ſeptuaginta iuxta ſimilem conſtitutionem eiuſdem Sixti V. *de qua in*
5 *bullar. nouo. n. 50.* † Vnde cum teſtator locutus fuerint de titulo eccleſiæ contingentis tẽpore ſui obitus, non eſt trahenda talis diſpoſitio ad vnum ex dictis ſex epiſcopatibus, quorum particularis mentio erat facienda, cum
6 regulariter eccleſiæ appellatione, † non veniat eccleſia epiſcopalis. *c. dilectus. vbi Innoc. de conceſſ. præbend. c. quamuis. eod. tit. in 6. Milius in verb. eccleſia appellatione non intelligitur. Mandoſ. regul. 26. q. 3. n.*
7 *5.* quamuis etiam † eſſemus in diſpoſitione generali *Idem Mandoſ. reg. 32. q. 15. n. 2. iuxta c. quia periculoſum. de ſentent. excommunication. c. 2. de offic. delegat. in 6. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. in princ. n. 36.*

Ideo quando loquimur de eccleſijs titularibus
8 Cardinaliũ, fit mentio de earum titulis, † non autem quando de ſex eccleſijs epiſcoporum, quia tunc vocantur ſub nomine epiſcopatuũ, qui ſunt annexi Cardinalibus, & optantur per ſex antiquiores Cardinales presbiteros, qui in vrbe tempore vacationis reperiuntur *Gon-*
9 *zal. ad reg. 8. gloſ. 24. n. 142.* † De quibus titulis Cardinalium multa *Mãdoſ. regul. 7. q. 2.*

Maxime quia non eſt veriſimile, quod Cardinalis teſtator intellexerit de eccleſijs extra Vrbem, ſed ſolum de illis, quæ Romæ exiſtunt, quod colligitur, non ſolum quia Romanus, &
10 ex multis alijs quæ omittuntur, † ſed præſertim, quia ipſemet ita videtur ſenſiſſe in ſuo teſtamento, dum ſepulturam elegit, quam iuſſit per ſuum heredem fieri in tali eccleſia titulari, ad hoc vt ſui poſteri aſpectu huiuſmodi ſepulchri, & memoriæ piæ admoniti reminiſcãtur Deo preces offerre pro ſalute animæ ſuæ, ex quibus verbis clare colligitur, quod in Vrbe erat conſtruendum tale ſepulchrum, vt poſſet per ſuos poſteros inſpici, non autem extra, tamquam ſit inueriſimile, quod pro inſpi-

ſpiciendo eodem ſepulchro deberent diſce-
dere è ſua ciuitate, & alibi ſe conferre,
11 cum † aſpectus ſignificet intuitum, qui cadit
in præſentem, vt per *Theſaur. in verb. aſpi-
cio. cum vulgaribus*.

Quod magis comprobatur ex alio teſtamento
per eumdem Cardinalem condito, in quo ele-
git ſepulturam in capella ſuæ familiæ exiſten-
te in Eccleſia ſuper Mineruam, itaut ex hoc
declaretur voluntas ipſius habendi ſepulchrũ
12 in Vrbe, uon extra, † & quamuis idem teſta-
mentum non habuerit effectum tanquam mi-
nus ſolemne, & imperfectum, Tamen etiam
ex eo colligitur qualis fuerit voluntas, & mẽs
teſtatoris circa electionem ſepulturæ, & ſimi-
les actus *l. fin. ff. de reb. cor. l. qui à patre. vbi
Gloſ. & Bald. ff. de confirm. tutor. l. 2. C. eod.
Iaſ. conſ. 227. col. 12. verſ. decimoſexto. lib. 2.
& in l. dominus. n. 2. ff. de cõdict. indeb. Ruin.
conſ. 98. n. 6. lib. 3. Aim. conſ. 113. n. 6. Pariſ.
conſ. 27. n. 16. lib. 2.* cum alijs late per *Mag-
dal. de numer. teſt. in teſtament, requiſ. p. 1.
c. 5. n. 7. verſ. ſed tamen.* Card. *Mantic. de
coniectur. vltim. volũt. lib. 3. tit. 20. n. 1. cũ ſeq.*

Maxime quia ad probandam electionem ſepul-
13 turæ probationes leuiores ſufficiunt, † ideo il-
la probatur per teſtes ſingulares *Guid. Pap.
deciſ. 544. n. 1. Maſcard. concluſ. 598. n. 1.
Riccius in prax. rer. eccleſiaſt. deciſ. 664.*
14 *n. 1. Boer. deciſ. 176. in fin.* † Itaut etiam
tacitus oonſenſus admittatur circa ſepulturæ
electionem *Petr. de Vbald. de quart. paro-
chial. c. 6. n. 18. & 19. Butr. in c. 1. n. 9. & in
c. in noſtra. n. 3. de ſepultur. Gemin. in c.
1. eod. tit. in 6.*

Quæ magis procedunt, quia talis electio ſepul-
15 turæ elicita ex teſtamento imperfecto † eſt
conformis iuri communi, ſecundum quod cor-
pora defunctorum debent humari in ſepulchro
maiorum ſuorum *c. 1. & c. ebron. 13. q. 2. c. de
16 vxore. de ſepultur. c. is qui. eod. tit. in 6. Aim.
conſ. 10. n. 6.* † & iſta eſt verior opinio, quid-
quid alij teneant parochiam eſſe præferendã,
17 cum paſſim admittatur, † vt reſpectu ſepultu-
ræ maiorum, parochialis non ſit conſiderabi-
lis, vt teſtatur *Mandoſ. ad Lap. alleg. 59. in
verb. in eccleſia parochiali. in princip. verſ.
breuiter contraria opinio. & in fin. verſ. ex
cuius verbis. Franc. in c. licet. n. 3. verſ. ſed
quid in pubere. & ibi Geminian. in fin. de
ſepultur. in 6. Abb. in c. 1. in 1. notab. eod. tit.
Oldrad. conſ. 25. n. 4. iuxta Geneſ. c. 47. ad fin.*
Et ita iuxta prædicta fuit obtentum, neque
enim contentio erat ſimpliciter de corpore
defuncti, cum de hoc non quęreretur, ſed de
legato relicto in magna quantitate eccleſiæ,
vbi contingeret cadauer ſepeliri.

E P I T O M E.

FEudum & emphiteuſis an poſſit concedi per priuatum, ſeu eccleſiam viuente primo inueſtito, & ſine eius conſenſu. ¶ Et quid ſi conferatur in tempus habile poſt illius obitum, & cum clauſula ex nunc, prout ex tunc. ¶ Et de effectu eiuſdem clauſulæ. ¶ Feudalia & emphiteotica an differant ab vſufructu. ¶ Pactum futuræ ſucceſſionis, an reprobetur propter votum captandæ mortis, tam in hereditate, quam in feudis, emphiteuſi, officijs merè temporalibus, & mixtis, maioratu, fideicommiſſo, beneficijs, coadiutoria, & ſimilibus. ¶ Et quando requiratur conſenſus viuentis, de cuius ſucceſſione agitur. ¶ Et an poſſit interuenire ex interuallo, itaut ex eo conualidetur actus. ¶ Diſpoſitio quãdo ſit nulla, ſi fiat tempore permiſſo, & conferatur in prohibitum, vel è contra, ſi fuerit facta tempore prohibito, & ſit collata in permiſſum. ¶ Dominus an poſſit concedere bona ad ſe pertinentia in proprietate viuẽte vſufructuario. ¶ Contractus omnes facti cum Principe an habeant naturam bonæ fidei. ¶ Prælatus quando poſſit reuocare feudum nulliter conceſſum. ¶ Inueſtitura quo caſu dicatur de caducitate ſucceſſionis, vel ſub voto captandæ mortis. ¶ Conſuetudines, & conſtitutiones feudales an ligent perſonas eccleſiaſticas, etiam in foro conſcientiæ, & canonico. ¶ Conceſſio ob benemerita an ſit valida de emphiteuſi viuentis in præiudicium ſucceſſoris. ¶ Et quãdo intelligatur facta ob benemerita. ¶ Diſpoſitum in feudo an trahatur ad emphiteuſim. ¶ Magiſtri, & ſcholares an poſſint conducere domos ante finitam conductionem conferendo contractum poſt tempus conductionis. ¶ Et quid in Bononienſibus, & de pœna excõmunicationis ſuper iſtis contractibus incurrenda. ¶ Et an locator illam incurrat, ſicut conductor.

S V M M A R I V M.

1 *Conceſſio emphiteuſis, ſeu feudi facta viuente primo inueſtito non poteſt dici inualida ſi fuerit collata in tempus habile poſt eiuſdem inueſtiti obitum, vel cum clauſula ex nunc, prout ex tunc etiam ſine illius cõſenſu. n. 3. 5. 6. 23. & 31. Diſtingue vt n. 4. 14. 15. 16. & 18.*

2 *Diſpoſitio eſt nulla, ſi fiat tempore permiſſo. & conferatur in tempus prohibitum, prout è contra erit valida, ſi eſt facta tempore prohibitio, & illius executio ſit collata in tempus licitum.*

7 *Dictio, ex nunc, prout ex tunc operatur vt diſpoſitio, quæ nunc ſit conferatur in tempus futurum, itaut ante nihil ſit actum. & quid in ſola dictione, ex nunc. n. 8.*

9 *Feudalia & emphiteotica in aliquibus differunt ab vſufructu, ſunt tamen ad inſtar illius, & cohærent perſonæ, & non transmittuntur. n. 10.*

11 *Finito vſufructu per mortem vaſalli feudum reuertitur ad dominum, qui poteſt illud alteri concedere deducto eodem vſu-*

fru-

fructu, etiam viuente vſufructuario. n. 12. & 13.

17 Omnes contractus facti cum Principe habent naturam contractuum bonæ fidei.

19 Prælatus poteſt ipſemet reuocare inueſtituram feudi illicite conceſſam. Et multo magis illius ſucceſſor.

20 Pactum futuræ ſucceſſionis reprobatur ſine conſenſu eius, de cuius hereditate agitur.

21 Inueſtitura facta viuente primo inueſtito, an inducat votum captandæ mortis, ob quod debeat reprobari, vel potius dicatur de caducitate ſucceſſionis. n. 22.

24 Per conſenſum primi inueſtiti, etiam ex interuallo præſtitum, tollitur votum captandæ mortis in inueſtitura facta illo viuente. n. 26. 27. & 28.

25 Actus qui non conſiſtit ratione deficientis conſenſus alicuius ſemper reconualidatur per ſuperuenientiam conſenſus etiam ex interuallo adhibiti.

29 Conſuetudo eſt valida, vt poſſit fieri inueſtitura de feudo viuentis.

30 Conſtitutiones, & conſuetudines feudales ligant perſonas eccleſiaſticas in foro conſcientiæ, & canonico.

32 Diſpoſitum in feudo trahitur ad emphiteuſim.

33 Prælatus poteſt inueſtire benemeritum de feudo, & emphiteuſi viuentis, etiam in præiudicium ſucceſſoris.

34 Bona prohibita alienari poſſunt concedi propter benemerita, nec veniunt in tali prohibitione.

35 Merita quando præcedunt, conceſſio feudi præſumitur facta potius in illam cauſam, quam in aliam.

36 Promiſſio de officijs vacaturis valet.

37 Coadiutoria quando concedantur cum futura ſucceſſione.

38 Diſpoſitio c. 2. de præbend. loquens de beneficijs eccleſiaſticis non comprehendit officia temporalia. n. 39. & 40. Et quid in officijs mixtis. n. 41. & quæ ſint talia. n. 42.

43 In bonis maioratus, qui ſperant ſucceſſiones licite poſſunt facere pacta, & renunciationes etiam viuo poſſeſſore maioratus, & abſque illius conſenſu. Declara vt n. 44. & 45.

46 Magiſtri, & ſcholares Bononienſes ſunt excommunicati, ſi ante tempus conducunt domos aliorum ſcholarium, & magiſtrorum ſine eorum conſenſu, quamuis conferant contractum in tempus finitæ conductionis, quod ſecus eſt in alijs. n. 47. & 49.

48 Locator an ratione correlatiuorũ, ſeu participationis incurrat pœnam, quam incurrunt Magiſtri, & Scholares conducentes domum ante finitam locationem in Studio Bononienſi.

Stephani Gratiani

CAPVT DCCCXVIII.

EMphiteuſis, de qua agimus, fuit conceſſa cum clauſula, ex nunc, prout ex tũc,
1 & quando Comes ex hac vita diſceſſerit, † vnde quamuis conceſſio fuerit facta viuente primo inueſtito, non poteſt dici inualida, tanquam collata in tempus habile, cum licitum ſit etiam Domino eccleſiaſtico, durante prima conceſſione, & emphiteuſi rem alteri concedere ſub conditione, vel in diem incertam, etiam abſque conſenſu primi inue-
2 ſtiti, † Nam ſicut non valet actus geſtus tẽpore permiſſo, ſi eius effectus porrigatur in tempus prohibitum, ita è contra valebit diſpoſitio facta tempore prohibito, ſi illius executio conferatur in tempus licitum, quaſi non ſit inſpiciendum initium, ſed tempus collatæ executionis, cum magis ſit conſiderandus terminus ad quẽ, quam terminus à quo *Gloſ. in l. quod ſponſæ. 4. in verb. ſine effectu. vbi Bald. n. 2. & 3. Salic. n. 1. C. de donat. int. vir. et vxor. Felin. in c. cum dilectus. 20. in princ. de accuſationib.* cum alijs quos adduxi *ſupr. cap. 341. n. 1.*

Et ita in ſpecie de ſimili conceſſione facta per
3 Prælatum, & perſonam eccleſiaſticam, † eſt *tex. in c. 1. §. moribus. ad med. verſ. ſecus eſt. ſi de feud. defunct. content. & in c. 1. ad med. qui ſucceſſor. teneant. c. 1. §. ſi quis inueſtierit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſor. c. 1. ad med. de cleric. qui inueſtitur. facit. c. 1. in princ. qui ſucceſſor. feud. dar.*
4 In quibus iuribus diſtinguitur † inter laicos, & eccleſiaſticos, vt laici poſſint inueſtituram nouam, & puram facere viuente primo inueſtito, itaut ex ea etiam teneantur ſucceſſores & heredes, Cum aliud ſit in eccleſiaſtico, qui non poteſt purè inueſtire, ſed ſolum ſub conditione quatenus contingat inueſtitum decedere in vita ipſius inueſtientis, quo caſu ipſe Prælatus tenetur inueſtituram ſeruare, nam alias, ſi idem Prælatus prius obierit, quam inueſtitus, non tenebitur ſucceſſor, cui non po-
5 tuit præiudicari. † Et ita etiam per ſupradicta iura concludunt omnes, communiter *in d. c. 1. §. ſi quis inueſtierit*. vbi *Bald.* late diſputat, & reſpondet omnibus in contrarium adductis, ſubdens hanc eſſe ipſam veritatem *in verſ. quinto & vltimo. col. 2. ad med. & ibi Iacob. de Beluiſ. & Iſern. n. 1. Aſſl. in princ. Aluarot. Petr. de Rauenn. & alij. de feud. dat. in vic. leg. commiſſor.* late *Pariſ. conſ. 22. n. 41. vſque ad 47. lib. 2.* bene *Signorol. de Homod. conſ. 60. col. vlt. poſt princip. verſ. ſecundo caſu principali. n. 4.* vbi etiam ampliat ad conditionem tacitam. *Gail. lib. 2. obſeruat. 155. n. 2. & 3. Zaſi. de feud. p. 6. n. 2. Roland. conſ. 2. n. 44. vſque ad 47. lib. 1. Piſtor. lib. 2. quæſt. iur. q. 25. Faebin. lib. 2. controuerſ. iur. c. 28. col. 1. in fin. verſ. poſtrema eſt ſententia. fol. 867. Caualcan. de vſufruc. n. 55. verſ. & dixit multum ad propoſitum.*

tum.fol.325.Socin.Iun. cõſ.76.n.119 & 120:
lib. 1. Mozzius de ſubilant. feud. n. 55.
Schurff. conſ.53.n. 10. cum ſeq. centur. 1.
Schrader. de feud. p.3. c. 2. n. 17. & 18. fol.
45. Roſental. eod. tit. c.4. concluſ. 9. n. 1. ad
med. & in litt.a. & b.Socin. Sen.cõſ.167.n.23.
lib.2. poſt Bald. in l.nemini. alias incip.ne
cui. 32. in l.lectur.C.locat.Vueſembec. conſ.
64.n. 1. Bero.con.106.n.2.3. 19. & 20. lib. 1.
Caldas de renouat.emphiteuſ. lib.1.q.20.n.6.
in princ. verſ.ſuadetur etiam ex notatis.fol.
5 172. Alciat. in l.fin. n.51. C.de pact. † quid-
quid ibid. dubitet, & relinquat cogitandum
Seiſell. n.13. & quidquid aliqui teneant, quod
hoc admittatur ſolum in Principe, non autem
in inferiore à Papa, vt per Affl. deciſ.292.fol.
197. Cum ex ſupradictis pateat contrarium
eſſe verius ſimpliciter.

Et in ſimili conceſſione cum clauſula ex nunc,
6 prout eſt tunc facta per Prælatum, † quod ſit
valida, ita concludit in ſpecie Pariſ. conſ.22.
n. 41. & 44. lib.1. Quia iſta verba ex nunc,
prout ex tunc operantur, vt diſpoſitio, quæ
nunc fit, conferatur in illud tempus, in quo
7 contigerit obitus ipſius inueſtiti, † itaut an-
te illius mortem nihil actum cenſeatur Rim.
Iun. conſ.592. n. 21. & 22. lib.5.poſt Iaſ. in
l.1.n.4.C.de codicill. Card. & Imol. in clem.
vnic.de conceſſ.præbend.Tiraq.de retract.cõ-
uention. §.2.gloſ.1. n.8.Felin. in c.licet cau-
ſam. 9. col. 5. ante med. n. 6. verſ. vbi dicit
quod dictio.de probationib. Cephal.conſ.153.
n. 20. & 21. lib.2. Bald. in c.1. n.17. de mi-
lit.vaſall. qui contum. eſt & in auth niſi ro-
8 gati. col. :.C. ad trebellian. † Quod magis eſt
in caſu noſtro, cum adſit clara conditio in in-
ueſtitura, videlicet quando Comes ex hac vi-
ta diſceſſerit, tunc enim ſtante tali conditio-
ne, etiam ſola dictio, ex nunc, ſemper refertur
ad exiſtentiam conditionis, & nihil antea
operatur Gabr.conſ.185. n. 6. lib. 1. poſt Pa-
riſ. conſ. 82. n. 17. lib. 4. Caſſador. deciſ. 3.
n. 10. de præbend.

Et vltra rationem prædictam, quod talis conceſ-
ſio confertur in tempus licitum, adeſt etiam
9 alia ratio, † qnia feudalia, & emphiteotica
quamuis in aliquibus differant ab vſufructu
Natt. conſ. 563. n.22. Tamen aliquando ſunt
ad inſtar vſusfructus, ideo perſonæ cohe-
10 rent, nec tranſmittuntur, † niſi quatenus
natura feudi, aut emphiteuſis diſponit Bald.
conſ. 38. n. 2. lib. 1. & in l. cum oportet. n.
18. C. de bon. quæ liber. & in. l. vnic. §. ex-
cepta. n. 4. C. de caduc. tollend. Iaſ. in
proœm. feudor. n. 18. Iſern. in c. 1. §. hoc
quoque. n.6. & ibid. Affl. n.36. & 102. Iacob.
de S. Georg. in verb. & cum pacto. n.37. de
ſucceſſ. feud. Caſtill. de vſufr. c.5. n. 12. &
11 13. Gail. obſeruat. 155. n. 3. lib. 2. † Finito
autem vſufructu per mortem vltimi vaſalli,
feudnm tanquam apertum reuertitur imme-
diate ad dominum, vnde nulla iniuria fit va-
ſallo per dominum, ſi in caſu, in quo vſusfru-
ctus extinguitur, ius ſuum alteri concedit, cũ
deducto vſufructu poſſit illud alteri donare,
legare, & alio modo de eo diſponere §. ſi cui
fundus. inſtit. de legat. l.fin. ff. ſi cui pluſ-
quam. per leg. falcid. l. non quocunque mo-
12 do. §. fundus. ff. de legat. 1. † Et ita in propo-
ſito noſtro hanc rationem adducit Gail. ob-
ſeruat. 155. n.3. & 4. lib.2. cum alijs per Al-
ciat. in l. fin. n. 50. vſque ad 54. ff. de pact.
13 vbi hoc defendit, † tam ex conſuetudine feuda-
li, quam ex iure communi, exemplo d. vſusfru-
ctus, ob ſpem conſolidationis vtilis dominij
cum directo c.fin. qui ſucceſſ. teneant. in feud.

Neque obſtat quod feudum, & emphiteuſis ec-
cleſiaſtica viuentis non poſſit conferri per
14 Prælatum, † quidquid aliud ſit in laicali Ful-
goſ. conſ.10. col.2. ad med. Dec. conſ.144. ma-
ture pro viribus. n. 1. ad fin. Genuenſ. pra-
cticab. eccleſiaſt. q.120. Cornazar. deciſ.105.
n. 1. & 2. Quia prædicti Doctores, & om-
nes alij, qui tenent illam opinionem, loqnun-
tur in conceſſione emphiteuſis, & feudi ec-
15 cleſiaſtici facta pure, & ſimpliciter, † tunc
enim conceſſio non valet, tanquam fuerit in
tempore prohibito in præiudicium ſucceſſo-
ris, cui non potuit per anteceſſorem præiudi-
cari, cum alias ad eos nunquam feuda, & em-
phiteuſis reuerterentur, vt declarat Fulgoſ.
d. conſ.10. in fin. & admittunt omnes ſupra
adducti, & notat etiam Caldas de renouat. em
phiteuſ. lib. 1. q. 20. n. 4. vſque ad 7.

Aliud eſt quando, prout in caſu noſtro, conceſ-
ſio fuit conditionalis, & collata in tempus
16 mortis vaſalli, † nam ſi talis decedat viuo Præ-
lato concedente, non præiudicatur aliquo
modo ſucceſſori, & valet inueſtitura, non ſe-
cus ac ſi eſſet facta ipſo vaſallo mortuo, &
aperto feudo in vita eiuſdem Prælati, qui ſub
tali conditione inueſtiuit, per quem erit ſer-
uanda huiuſmodi inueſtitura, tam in foro fo-
ri, quam in foro poli, cum illam conceden-
do dicatur contrahere, itaut nullo modo ta-
lem contractum validum poſſit reuocare, ſed
illi ſtare tenetur, tanquam bona fides hoc mã-
17 det, † cum omnes contractus, qui fiunt cum
Principe habeant naturam contractuum bo-
næ fidei Bald. in c. 1. §. ſi quis vero. in princ.
de pac. conſtant. fol. 125. Iaſ. in l. ſi poſt tres.
col. penult. ff. ſi quis cautionib. Pariſ. conſ.
22. n.47. & 48. lib. 1.

Et ſecundum prædictam diſtinctionem inueſti-
turæ puræ, & conditionalis, concordantur
18 omnes Doctores, † qui videntur inter ſe diſ-
ſentire, nam quando conceſſio eſt pura, tunc
Prælatus poteſt contrauenire, tãquam ſit nul-
la, ſecus ſi fuerit conditionalis, tunc enim
eſt valida, & collata in tempus licitum, & illi
non permittitur contrauenire, prout in ter-
minis ita declarant omues adducti ſupr. verſ.
& ita in ſpecie. n.2. Schrader. late de feud.
p. 3. c. 2. n. 17. & 18. Roſental. eod. tit. c. 4.
concluſ. 9. per tot. Pariſ. conſ. 22. n.41. vſque
ad 49. lib.1. Gail. obſeruat. 155. n.1. cum ſeq.
lib.

Digitized by Google

19 lib. 2. † Et contraria procedunt, quando in-
ueſtitura eſſet inualida, tunc enim ipſemet
Prælatus poſſet reuocare feudum illicite con-
ceſſum, & non tantum Prælatus immediatus
illius eccleſiæ, ſed etiã quilibet eius ſucceſſor
Bald. in c. 1. n. 5. verſ. quæro quis prælatus. col.
vlt. in princ. qui ſucceſſor. teneant. feud. con-
firmar. poſt Innoc. in c. cum dilectus. de ſuc-
ceſſionib. ab inteſtat.

Neque obſtat, quod ſaltem talis inueſtitura ſit
reprobanda tanquam inducat votum captan-
dæ mortis, & ſit pactum de futura ſucceſſio-
20 ne, † quod non valet ſine conſenſu eius, de
cuius hereditate agitur l. fin. C. de pact. l. qui
ſuperſtitis. ff. de acquir. heredit. l. 1. C. de inu-
tilib. ſtipulationib. l. pactum. C. de collatio-
nib. Menoch. conſ. 502. n. 32. lib. 6. & ita in
21 ſpecie † notat Clar. in §. feudum. q. 14. in fin.
fol. 157. vbi monet Principes, & Imperatores,
vt debeant abſtinere ab huiuſmodi inueſtitu-
ris ad euitandum votum capeandæ mortis.
Quia verius eſt, quod non ſit conuentio de fu-
22 tura ſucceſſione, ſed potius inueſtitura de ca-
ducitate ſucceſſionis, & in defectum iuris ter-
tij, ideo erit valida, neque attenditur votum
captandæ mortis. Bald. in c. 1. §. moribus. n.
2. ſi de feud. fuer. controuerſ. int. domin. &
agnat. vaſall. & in c. 1. §. ſi quis. col. 2. ad
med. verſ. ad quorum verborum intelligen-
tiam. & col. 3. in princ. verſ. reuertendo ad
noſtrum. de feud. dat. in vic. leg. commiſſor.
vbi quod multum errant, qui credunt contra-
rium Roland. conſ. 2. n. 46. in fin. lib. 1. cum
alijs per Pheb. deciſ. Luſitan. 2. n. 11. Quare
neque conſenſus inueſtiti viuentis hoc caſu re-
23 quiritur, † cum Prælatus diſponat de iure
ſuo libero, vel in tempus, quo liberum erit, &
talis conſenſus eſſet vtilis, ſi inueſtitura fieret
pure, vel in diẽ, & ſub cõditione, ſi prius dies,
vel cõditio exiſtat, quã deceſſerit ille, qui feu-
dum tenet c. 1. §. moribus. vbi Bald. n. 1. & 3. ſi
de feud. fuer. controuerſ. int. domin. & agnat.
vaſall. iuxta l. in concedendo. ff. de aqu. pluu.
arcend. l. in diem. & l. receptum. ff. commun.
prædior. l. per fundũ. ff. de ſeruit. ruſtic. præ-
dior. c. 1. qui ſucceſſor. teneant. c. 1. de feud. dat.
in vic. leg. commiſſor. c. 1. de cleric. qui inue-
ſtit. fec. Fachin. cõtrouerſ. iur. lib. 7. c. 28. verſ.
poſtrema. & verſ. fundamẽtũ. fol. 867. & 868.

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, quia ho-
24 die preſupponitur, † quod ſuperuenit conſen-
ſus primi inueſtiti, per quem confirmatur pa-
ctum quamuis eſſet de futura ſucceſſione, &
tollitur omne votum captandæ mortis, itaut
non poſſit amplius talis conuentio dici inua-
lida, nam quando actus non ſubſiſtit ratione
25 deficientis conſenſus alicuius, † tunc ſem-
per reconualidatur per ſuperuenientiam con-
cenſus ex interuallo præſtiti Bart. in l. ſi autẽ
plures. ff. de aqu. pluu. arcẽd. & in l. ſi quis mi-
hi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæredit. Butr.
in c. cũ conſuetudinis. de conſuetud. Curt. de
26 feud. §. 4. n. 138. † & in ſpecie de ſimili cõſenſu
requiſito ſuper hereditate viuentis, quod ſuffi-
ciat illũ ex interuallo præſtari cõcludit Bald.
in l. vlt. col. fin. verſ. credo tamen. & ibid Sa-
lic. C. de pact. Dec. conſ. 31. pro tenui facul-
tate. n. 4. poſt med. verſ. præterea & poſſet
dici. Alex. conſ. 113. n. 18. lib. 6. Quod magis
27 procedit in caſu noſtro, † quia inueſtitura
emphiteuſis, ſeu feudi durante prima alteri
facta non eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullã-
da, quatenus primo inueſtito noceat, & per
eum contradicatur, cum alias poſſit reconua-
leſcere, vt late comprobat Caldas de renoua-
tion. emphiteuſ. lib. 1. c. 20. n. 4. vſque ad 8.
28 quidquid aliud ſentiat † Purpur. in l. fin. n. 88.
& ibi Seiſell. n. 3. C. de pact. vbi quod eſt nul-
la ipſo iure, cum ex prædictis appareat con-
trarium eſſe verius.

Et cum habeamus iura clara, & aperta, quæ di-
ſponunt, quod valeat inueſtitura de feudo vi-
uentis in diem, vel ſub conditione, quando cõ-
tigerit obitus inueſtiti, non eſt quærendum
29 an adſit votum captandæ mortis, necne, † tan-
quam ſtandum ſit tali conſuetudini, & ab ea
non poſſe diſcedi, vt per Roſental. de feud. c.
4. concluſ. 9. in litter. b. in fin. poſt Aluarot. in
c. 1. n. 1. & ibi Iſern. n. 13. qui ſucceſſor. dar.
30 teneant. Vueſembec. conſ. 64. n. 1. † Prout paſ-
ſim conſuetudines, & conſtitutiones feudales
ligant perſonas eccleſiaſticas, & clericos, &
in foro conſcientiæ, & in foro canonico. Bald.
in prælud. feudor. col. 3. & in c. cæterum. vbi
Cardin. & alij de iudic. Ancbar. conſ. 173.
dominus lazarinus. col. 1. Alex conſ. 10. viſo
inſtrumento inueſtituræ. col. 1. lib. 5. late Fran
ciſc. Curt. de feud. p. 1. q. 2. n. 1. cũ ſeq. fol. 15.

Et licet iura prædicta loquantur in conceſſione
feudi facta conditionaliter, ſeu in diem per
eccleſiaſticum viuente primo inueſtito, Ta-
31 men etiam habent locum in emphiteuſi con-
ceſſa per Epiſcopum, Abbatem, & alium Præ-
latum ſub conditione, vel in diem, quia talis
inueſtitura tam feudi, quam emphiteuſis erit
valida, neque per concedentem poterit reuo-
cari, vt in ſpecie æquiparando iſtas conceſſio-
nes concludit Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 47.
32 & 48. fol. 49. † Cum paſſim propter eamdem
rationem, quæ militat in caſu noſtro, diſpoſi-
tum in feudo habeat locum etiam in emphi-
teuſi, & è contra Iaſ. in l. 1. col. 13. C. de iur.
emphiteot. Bald. in c. 1. col. 2. qui feud. dar.
poſſ. Roman. conſ. 103. in fin. verſ. quod qui-
dem pactum. Euerard. loco argumentor. 29.
& 30. de feud. ab emphiteuſ. & de emphi-
teuſ. ad feud. fol. 175. & 194. iuxta c. 1. §. ſi
duo fratres. de feud. marcb. c. 1. de fratrib.
de nou. benefic. inueſtit. Natt. conſ. 479. n. 1.
poſt med. Corbul. de priuat. ob non ſolut. ca-
non. ampliat. 27. n. 22. & 23. fol. 393.

Additur quod conceſſio emphiteuſis, de qua
agitur, eſt facta per Prælatum ſuo familiari,
qui per triginta annos nobilem, & fideliſſi-
mam ſeruitutem ei præſtitit, itaut cum fue-
rit ob benemerita, valeat, & non poſſit irri-

E 2 ta-

Digitized by Google

tari, non ſolum per concedentem, ſed neque
33 etiam per ſucceſſorem ipſius, † cum permit-
tatur perſonæ eccleſiaſticæ inueſtire beneme-
ritum de feudo, & emphiteuſi viuentis, etiam
in præiudicium ſucceſſoris Affl. in c. 1. notab.
8. n. 51. qui ſucceſſor. feud. dar. teneant. So-
cin. Iun. conſ. 91. n. 18. lib. 2. Schrader. de
feud. p. 3. c. 2. n. 38. & 39. fol. 48. Prout regu-
lariter bona prohibita alienari poſſunt conce-
34 di propter benemerita, † tanquam ſub illa
prohibitione non comprehendantur Bart. in
l. iubemus. 19. la 2. in princ. C. de ſacroſ. ec-
cleſ. & in l. ambitioſa. 4. n. 2. ff. de decret. ab
ordin. faciend. late Claud. Seiſell. in l. ex hoc
iure. col. 14. cum ſeq. ff. de iuſt. & iur. Bald.
conſ. 53. item prouiderunt. ad fin. lib. 2.
35 Adeout ſtantibus huiuſmodi † præcedentibus
meritis, ſemper conceſſio præſumatur facta
potius in illam cauſam, quam in aliam Alber.
in l. 1. col. 1. verſ. ſed an relictum. C. de ſacroſ.
eccleſ. Socin. in l. 2. col. 3. verſ. circa tertiũ.
ff. de reb. dub. Bald. conſ. 194. præmiſſis ver-
bis. in fin. lib. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. donatione largitus. n. 54. C. de reuo-
cand. donationib.

Quibus confert ſimile de promittentibus officia
quæ nondum vacant, talis enim promiſſio,
36 ſeu expectatiua legitimè fieri poteſt, vt in ſpe-
cie late concludit Melchior Pheb. deciſ. Lu-
ſitan. 2. per tot. Quia ex tali promiſſione non
ſequitur directè votum captandæ mortis, cũ
Princeps non intendat conſulere, niſi vtilitati
publicę, rependens merita, & ſeruitia, & vt ma-
gis homines alliciantur ad expedienda nego-
tia Reipublicæ, itaut ex iuſtis cauſis poſſint
defendi tales promiſſiones, quæ erunt validæ
quamuis aliqui ex ſua malitia extorſerint oc-
caſionem delinquendi Pheb. d. deciſ. 2. n. 2.
37 vſq; ad 9. † vbi etiam de Coadiutorijs quæ ſo-
lent concedi ex iuſtis cauſis ſummo Pontifici
bene viſis, etiam ſiue conſenſu coadiuti, cum
futura ſucceſſione, in quibus non conſideratur
directe iſtud votum captandæ mortis Nauar.
conſ. 1. de cleric. ægrotant. cum alijs ad ma-
teriã coadiutoriæ relatis per Gonzal. ad reg.
8. gloſ. 5. §. 9. n. 50. & 93. & per tot. Man-
doſ. de ſignat. grat. tit. coadiutoria. & reg.
11. q. 5. n. 4. & 5. & reg. 32. q. 30. n. 3. Garz.
de beneſic. c. 5. p. 4.

Cum etiam prohibitio, de qua in c. 2. de conceſſ.
præbend. loquens de beneficijs eccleſiaſticis
38 non comprehẽdat † officia temporalia Alciat.
in l. vlt. col. 6. ad med. verſ. ſane in hac præ-
benda. n. 45. & 46. & ibi Dec. n. 3. & 16. C.
de pact. Aluarot. & Affl. in c. 1. §. moribus.
n. 10. ſi de feud. defunct. content. Pheb. qui
de communi. deciſ. 2. n. 9. & 10. poſt Dedac. à
Brito. in ſuo reſponſ. pro Comit. de Salinas.
39 q. 1. n. 11. ad fin. † Non obſtante opinione con-
traria Socin. conſ. 54. miror quod in præſenti
difficultate. lib. 3. alias eſt conſ. 288. il 2. n. 4.
& per. tot. lib. 2. fol. 194. & Rebuff. tit. vt be-
nefic. ant. vacat. art. 1. gloſ. 2. ad med. tom. 2.
fol. 343. vbi æquiparat officia, & beneficia ad
effectum, vt non poſſint impetrari ante vaca-
40 tionem, † Quia iſta æquiparatio non ſubſiſtit,
vt per Pheb. d. deciſ. 2. n. 10. & late compro-
bat Mandoſ. reg. 21. de impetrantib. beneſic.
viuent. q. 8. per tot. vbi quod prædicta non
ſolum non procedunt, in officijs mere tempo-
41 ralibus, † vt in Vrbe ſunt Cuſtodes ſacri hoſpi-
tij, Bullatores. Cubicularij, Curſores, vel ſi-
miles, ſed neq; etiam in officijs mixtis partim
temporalibus, partim ſpiritualibus, vt in Ca-
merario Papæ, Clericis, & Auditore Cameræ
Apoſtolicæ, Prothonotarijs, & alijs ſimilibus
42 requirentibus quoſdam ſacros ordines, † ſed
tantummodo in officijs, quæ verè, & propriè
habent naturam beneficiorum, & pro talibus
iudicantur, vt Sacriſtia, Theſauraria, & ſimi-
lia Saruenſ. de infirm. reſignantib. q. 22. fol.
97. & de triennal. q. 6. fol. 342. quem ſequi-
tur Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 12. q. 1. n. 37.

Idem eſt in bonis maioratus, in quibus illi, qui
43 ſperant ſucceſſionem † licite poſſunt ſuper eis
facere pacta, renunciationes, ceſſiones, & ſimi-
lia, etiam viuo poſſeſſore maioratus, quamuis
per eum non præſtetur conſenſus, licet enim
reprobetur cõuentio de hereditate viuentis,
nihilominus illa erit valida viuẽte vltimo poſ-
ſeſſore maioratus, cum non agatur de eius ſuc-
ceſſione, ſed de hereditate primi inſtitutoris,
44 à quo deſcendit maioratus, † Contraria au-
tem procedunt, quando ageretur inter filios
illius, qui maioratum inſtituit, tunc enim iſti
filij non poſſent cedere, & renunciare tali ſuc-
ceſſioni abſq; conſenſu eiuſdem primi inſtitu-
toris, quaſi tunc de illius proprijs bonis aga-
tur, ideo eius conſenſus requireretur, aliàs ceſ-
ſio, & renunciatio, aut pactum ſuper ſucceſ-
ſione huiuſmodi maioratus irritaretur, cum
eſſet ſuper bonis ipſius concedentis, quod non
permittitur, Ita in ſpecie Molin. de primoge-
nit. hiſpanor. lib. 3. c. 2. n. 22. & 23. fol. 354.
Gutier. lib. 5. practic. quæſt. c. 79. n. 8. poſt
Iaſ. in l. pactum quod dotali. n. 4. C. de colla-
tionib. de quibus plura Tiraq. de primogenit.
q. 29. n. 3. & 4. Phebus deciſ. 2. n. 12. vſq;
45 ad 16. † vbi etiam de fideicommmiſſis, in qui-
bus valet pactum, donatio, & quæcumq; alia
diſpoſitio ſuper eis celebrata cum tertio, vi-
uente adhuc grauato quamuis inſcio, & ignaro
ob illam eamdem rationem, quia tunc non
agitur dę bonis viuentis grauati, ſed mortui,
ideſt illius, qui bona reſtitui iuſſit l. cohæredi. §.
cum filia ff de vulgar. l. vnũ ex familia. §. 1.
ff. de legat. 1. Molin. de primogenit. hiſpa-
nor. lib. 3. c. 2. n. 22. Gama. deciſ. 92. n. 4. Bur-
gos in prohem. leg. taur. n. 98. & latius, Deo
dante, dicam in capite particulari.

Inſuper obſeruãdũ eſt, quod dicitur de magiſtris,
46 & ſcholaribus Bononienſibus, † qui sũt excom-
municati, ſi ante tẽpus cõducunt domos alio-
rum ſcholarium, & magiſtrorum ſine eorum
conſenſu c. 1. de locat. quãuis contractus con-
feratur in tempus finitæ conductionis, quia
hoc

Digitized by Google

hoc eſt in eis ſpeciale, † cum alij non ſchola-
res poſſint hoc facere etiã durante conductio-
ne alterius, dummodo contractus accipiat
vires poſt conductionem finitam, Ita in termi-
nis notat *Bald. in l. ne cui. 32. in addit. in*
48 *fin. C. locat.* † Et de dicta pœna excommuni-
cationis, quã incurrunt præfati ſcholares, qui
ante tempus domos conducunt an compre-
hendat locatores ſaltem ratione participatio-
nis, & ex eo quod ſint correlatiui late *Abb. in
c. 1. n. 13. & 14. & ibid. Imol. n. 13. de locat.*
49 cuius tex. † diſpoſitio eſt localis ſolum reſpe-
ctu Bononiæ, non autem aliorum ſtudiorum,
& vniuerſitatum etiam exiſtentium in terris
eccleſiæ *Clar. in §. fin. q. 77. col. penult. in
princ. verſ. magiſtri. n. 26.* poſt *Siluestr. in
verb. excommunicatio. 3.*

Et ita fuit ſeruatum quo ad cõceſſionem emphiteuſis, de qua agebatur, cum poſt longã diſputationẽ fuerit pro eius validitate iudicatum.

EPITOME.

CAnonicatus, & beneficia quando poſſint ſupprimi cum cauſa per epiſcopum abſq; conſenſu capituli. ¶ Et qualis debeat eſſe iſta cauſa. ¶ Et quomodo ſit probanda diminutio redditunm. ¶ Et quid ſi auctoritate Papæ fuerint dicti canonicatus confirmati cum præfixione numeri, & clauſula decreti irritantis. ¶ Et quando cõſenſus Capituli præſumatur adhibitus in ſuppreſſione ex ſpatio longi temporis. ¶ Et an ſit adhibendus in ipſo actu ſuppreſſionis, vel poſſit ex interuallo interuenire. ¶ Et an alius præter Capitulum poſſit opponere defectum huiuſmodi conſenſus. ¶ Et an idem ſit in alienatione rerum eccleſiæ nulliter facta. ¶ Augmentum redituum beneficij an faciat, vt debeat augeri numerus canonicorũ, nõ obſtante confirmatione ſummi Pontificis, ſicut diminutio operatur ſuppreſſionem. ¶ Applicatio fructuum beneficij ſuppreſſi in quam cauſam ſit facienda. ¶ Et an in menſam epiſcopalem, & capitularem. ¶ Et quæ ſit talis menſa. ¶ Et quid in bonis communibus epiſcopi cum Capitulo. ¶ Seu in diuiſis. ¶ Et in applicatione faciẽda ſingulis canonicis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt ſupprimere canonicatus & beneficia abſq; conſenſu Capituli, & ſine legitima cauſa. n. 2. Idem in vnione n. 3. & qualis cauſa debeat eſſe. n. 7.*

4 *Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cũ præfixione numeri, & decreto irritanti non poſsunt ſupprimi per epiſcopum. Declara vt n. 19.*

5 *Diminutio reddituum eſt potiſſima ratio ſuppreſſionis beneficiorum, & qualiter ſit probanda. n. 6.*

8 *Applicatio fructuum beneficij ſuppreſſi in fabricam, & ampliationem eccleſiæ, nõ autem ad commodum epiſcopi, capituli, aut menſæ capitularis, facit vt magis valeat ſuppreſſio n. 10. & quæ ſit talis menſa n. 9.*

11 *Cauſa ſuppreſſionis notoria non indiget probatione, & habetur pro probata quamuis non exprimatur.*

12 *Conſenſus Capituli præſumitur adhibitus in ſuppreſſione, & vnione beneficij, ſtante ſpatio triginta annorum cum obſeruantia ſubſecuta, quamuis non conſtet de illius enunciatione. n. 13. & 14.*

15 *In ipſo actu ſuppreſſionis beneficij nõ requiritur conſenſus Capituli, ſed poteſt ex interuallo adhiberi. Idem in alienatione rei eccleſiæ n. 16.*

17 *Nullitas vnionis, & ſuppreſſionis beneficij ob defectum conſenſus capituli non poteſt opponi, niſi per Capitulum. n. 18.*

19 *Alienatio rerum eccleſiæ nulliter facta non opponitur, niſi per eccleſiam,*

20 *Augmentum reddituum eſt cauſa iuſta augendi numerum canonicorum, ſicut diminutio ſupprimendi. n. 21. Amplia vt n. 22.*

23 *Suppreſſio quando fiat per epiſcopum applicando fructus bonis communibus cum Capitulo, ſeu diuiſis, ſiue ſingulis canonicis. n. 24.*

CAP. DCCCXIX.

SVppreſſio Canonicatuum, & beneficio-
rum non permittitur epiſcopo abſq; con-
1 ſenſu Capituli, † & ſine legitima cauſa *c. ex
parte. de conſtitution. c. cum acceſſiſſent. vbi
Abb. n. 4. & 9. Felin. n. 17. Dec. n. 45. eodem
tit. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 30. q. 11.
& 12. Garz. de beneſ. p. 12. c. 1. n. 1. & 2. Cõcil. Trident. ſeſſ. 24. c. 15. de reformat. Gabr.
conſ. 88. n. 6. lib. 2.* vbi multa requiſita addu-
2 cit ad hoc, vt ſuppreſſio ſit valida, † quæ ſi nõ
interueniant, ſuppreſſio erit nulla, & opus
erit confirmatione Papæ, nam alias canonica-
tus, & beneficium impetrari poterit tanquam
3 vacans, prout etiam dicimus de vnione, † iu-
xta *clem. ſi vna. de reb. eccleſ. non alienand.*
ad cuius intellectum multa *Garz. de beneſic.
p. 12. c. 2. n. 145. vſque ad n. 178.*

Immo in materia ſuppreſſionum huiuſmodi ca-
nonicatuum eſſet conſiderandum an tales ca-
nonicatus ſint auctoritate Papæ confirma-
4 ti, & per eum fuiſſet præfixus numerus ca-
nonicorum, cum clauſula decreti irritantis
cum alijs, de quibus per *Imol. in d. c. cum ac-
ceſſiſſent. de conſtitution. Garz. de beneſic. p.
12. c. 1. n. 2. vque ad* 14.

Et cauſa, ob quam fit iſta ſuppreſſio, debet le-
gitime, & plene probari, itaut ſi allegetur
5 diminutio reddituum, † quæ eſt potiſſima
ratio reducendi, & ſupprimendi beneficia,
non ſolum debeat conſtare de tali diminutio-
ne, ſed etiam erit probandum, quod iſta di-
minutio conſideretur reſpectu quantitatis aſ-
ſignatæ à principio erectionis canonicatus, &

Digitized by Google

beneficij,quæ præſumitur fuiſſe cōgrua,& ſuf-
ficiens pro oneribus incumbentibus, & alijs
neceſſarijs Rot.coram Card. Seraph.Calagu-
ritana de Iocano 9. Aprilis 1601. quæ in
impreſſ. eſt deciſ. 1385. n. 2. & 3. quam ſe-
quuta eſt Rot. coram Sanctiſſ.Gregorio XV.
Burgen. reductionis beneficiorum. 15. No-
uembris 1610. quæ eſt deciſ.316. n.2. & 3. p.
2. in recentiorib. & poſtea in impreſſ. deciſ.
483. vbi etiam,quod ad talem effectum ſup-
6 preſſionis debet eſſe perpetua, non tranſito-
ria occaſione peſtis, vel ſimilis cauſæ, cum
ex curſu temporis poſſit locus repleri incolis,
& terrę poſſint per colonos aliunde euocan-
dos arari, & coli,& in hac materia multū erit
deferendum iudicio ordinarij, tam ex diſpo-
ſitione Concilij Tridentini, quam iuris com-
munis Rebuff.de congr. n.68. & 69. Surd.de
aliment. tit.4. q.23. n.43. cum. ſeq. Rot. d.
deciſ. 316. in fin.

Hæc omnia allegari poterant pro declaranda
nulla ſuppreſſione,de qua erat quęſtio. Verum
ne in litibus immoremur, In caſu propoſito
concludendum eſt valuiſſe ſuppreſſionem duo-
rum canonicatuum, de quibus agimus, cum
appareat ſuppreſſionem fuiſſe factam ob ho-
7 norem, & decorem eccleſiæ cathedralis,† in
qua aderant ſolum ſexdecim Canonici, qui-
bus neceſſe erat non ſine dedecore adimplere
omnia munera ſpectantia ad clericos,& alios
in minoribus conſtitutos, ideo recte fuit fa-
cta ſuppreſſio duorum canonicatuum,ex quo-
rum obuentionibus fierent quatuor portiones
diſtribuendę inter quatuor clericos in eadem
eccleſia deputādos, qui in choro ſtantes quo-
ridie diuinis ſuperpellicio induti inſeruirent,
epiſtolas,& euangelia decantarent,lectiones,
reſponſoria, & verſus recitarent, luminaria
deferrent, libros, & lectorilia prępararent, &
campanas,cum opus eſſet,depulſarent,& alia
facerent, quę Canonicis eſſent incongrua,
8 itaut ſtante † iſta legitima cauſa bene ſup-
preſſio ſubſiſtat, Maxime quia huiuſmodi ob-
uentiones non ſunt applicatę in aliqua parte
ipſi epiſcopo, aut capitulo, aut menſę capitu-
lari, ſed in totum pro ampliatione ſeruitij
eccleſiæ, quo caſu nulla poteſt conſiderari
aliorum vtilitas, vt per Gabr. conſ. 188. n.6.
& 7. lib.2. Garz. de beneſic. p. 12. c.2. n. 169.
cum ſeq. Doct. in clem. ſi vna. de reb. eccleſ.
9 non alienand. † Tunc autem dicetur benefi-
cium de menſa, quando perpetuo incorpora-
tur menſę epiſcopali, ſeu capitulari, ita quod
nunquam vacet Doctor. in clem. 1. de exceſſib.
prælator. Gonzal. ad reg.8. gloſ.5. §.6. n.63.
Et quæ ſint de menſa late Paul. Rom. de pen-
ſionib. c.1. n.6. vſque ad 20. Prout paſſim ad-
10 mittitur † ſuppreſſio facta per epiſcopum de
canonicatu, cuius obuentiones deputauit ad
fabricam, & vtilitatem Eccleſiæ, ſeu ad alium
pium vſum Imol. in c. cum acceſſiſſent. col.9. in
princ. verſ. & intellige. & verſ. quæ ratio
ceſſat quando non deberet. de conſtitut. Azor.
inſtitut. moral. p.2. lib.6. c.30. q.15. in fin.

Et huiuſmodi cauſa tāquam notoria,& per ſe pa-
rēs nō indiget aliqua probatione, cū habeatur
11 pro probata,† & ſufficit, quod fuerit in ſuppreſ-
ſione talis cauſa allegata,& expreſſa, quamuis
neque aliqua expreſſio requireretur, cum no-
torium habeat vim expreſſionis, & idem ope-
retur, quod ipſa expreſſio Innoc. in c.1. de of-
fic. vicar. Felin. in c. cum ordinem.6. in 5. de-
clarat. de reſcript. Surd. conſ. 324. n.6. lib.3.

Neque obſtat, quod non interuenerit conſenſus
Capituli, prout requiritur ex ſuperius allega-
12 tis, † Quia cum ſuppreſſio fuerit facta de an-
no 1574. ſtante curſu tāti temporis pręſumi-
tur quod illa interuenerit Felin. in c. alberi-
cus. n.4. de teſtib. & in c. illud. n.5. de præ-
ſumption. Aim. de antiq. tempor. p.3. ſect. 1.
n.3. Burſat. conſ. 424. lib. 4. Gratian. regul.
144. n.17. & 19. Balb. de præſcript. 1. part.
3. part. q.10. n.10. Menoch. præſumpt. 75. n.
13 24. lib. 2. & præſumpt. 132. n. 55. lib. 3. † Et
in ſpecie ſuppreſſionis, & vnionis latiſſime
Garz. de beneſic. p. 12. c.2. n. 172. cum ſeq.
vbi ampliat, quamuis non fuerit talis ſolemni-
14 tas conſenſus enunciata, † tanquā ſufficiāt tri-
ginta anni cum obſeruantia ſubſecuta Rot. di-
uerſ. deciſ. 179. p.2. Caſſador. deciſ. 3. de pro-
curator. Nauar. conſ. 38. n.7. de ſentent. ex-
communic. Gabr. conſ. 35. n.52. lib.1. & conſ.
80. n.18. lib.2. Gonzal. ad reg.8. gloſ.12. n.76.
Alex. Staticus in extrauag. ambitioſæ. n.20.
de reb. eccleſ. non alienand.

Maxime quia talis conſenſus capituli poteſt in-
teruenire ex interuallo poſt ſuppreſſionem, &
15 vnionem factam per epiſcopum, cum non ſit
neceſſarium, quod in ipſo actu interueniat
Rot. diuerſ. deciſ. 133. n.9. in fin. p.2. Gabr.
conſ. 200. col.1. lib.1. Alex. conſ. 119. n.16. lib.
6. Boer. deciſ. 345. n.3. Rebuff. in regul. de
16 vnion. gloſ. 12. n. 20. † Prout dicimus in
alienatione rerū eccleſię Socin. conſ. 15. n.47.
& 48. lib.1. Rot. d. deciſ. 133. n.9. in fin.

Quamuis hęc dicta ſint ex abundanti, cum de
nullitate vnionis, & ſuppreſſionis ob defectum
17 conſenſus capituli, † nullus poſſit opponere
niſi idem Capitulum Oldrad. conſ. 162. in fin.
Quidquid aliud ſentiat Garz. de beneſic. p.12.
18 q.2. n. 163. vſque ad 168. † cum eius opinio
non ſit admittenda, & contraria ſententia ſit
verior, prout late reſoluit Rot. coram R. P. D.
Cantuccio Segobien. præſtimonij. 24. Octobris
1580. quæ eſt deciſ. 133. n.10. vſque ad 13. p.2.
diuerſor. dixi ſupr. c. 278. n. 31.

Exemplo alienationis rerum eccleſię, quę ita
19 demum eſt nulla, † ſi placuerit eccleſię In-
noc. in c.1. in princ. vbi Cardin. in 2. oppoſ.
Butr. n.5. Imol. n.2. ad med. de his quæ fiunt
à prælat. ſin. conſ. capit. Idem Imol. in c.1. n.
13. ante med. ne ſed. vacant. Dec. in c. quæ
in eccleſiarum. n.6. de conſtitut. Crot. conſ.
119. n. 11. lib. 1. Ruin. conſ. 11. n. 6. lib. 4.
Abb. in c. diuerſis fallacijs. n. 5. de cleric.
coniugat. Rot. d. deciſ. 133. n. 11. & 12. p.2.
di-

Digitized by Google

diuerſor. Tiraq. qui multa ſimilia adducit *in tract. le mort ſaiſit. p. 7. declarat. 1. n. 6. vſque ad 12.*

Quare non obſtat, quod certus numerus canoni-
corum fuerit conſtitutus auctoritate Papę,
Nam, vt dictum eſt, ex curſu tanti temporis
beneplacitum Apoſtolicum pręſumitur. Quã-
uis etiam non obſtante confirmatione, ſi ſu-
20 perueniat noua cauſa † poſſit talis numerus
diminui *Garz. de benefic. p. 12. c. 1. n. 3. & 4.*
Beltram. in addit. ad deciſ. Sãctiſſ. Greg. XV.
483. n. 8. ad fin. vbi etiam, quod ſicut dimi-
nutio reddituum eſt cauſa iuſta diminuendi
21 numerum beneficiatorum, † ita etiam ex
cauſa debet numerus illorum augeri *Roccus*
de iur. patronat. in verb. pro eo. n. 27. Rot.
coram R. P. D. Pamphilio Calaguritana be-
neficij de traſpunctas. 13. Februar. 1606.
Garz. de benefic. p. 12. c. 1. n. 5. & 6. vbi quod
22 procedit † non obſtante confirmatione Papę,
cum clauſula decreti irritantis, cum declara-
tionibus, de quibus per *Garz. d. c. 1. n. 7. cum*
ſeq. Felin. in c. cum acceſſiſſent. n. 7. de con-
ſtitutionib. Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 6.
c. 50. q. 10.

De ſuppreſſione autem beneficiorum facienda
23 per epiſcopos ſunt videnda, † quę notant
Doctor. in clem. ſi vna. vbi Cardin. n. 1. de
reb. eccleſ. non alienand. Gambar. de offic.
legat. lib. 5. rubr. de diſmembrat. n. 22. Abb.
in c. cum acceſſiſſent. n. 5. vbi Dec. n. 57. Fe-
lin. n. 22. de conſtitutionib. vbi quando bona
Epiſcopi, & Capituli ſunt communia, ſeu di-
uiſa, an valeat talis diſmembratio *Garz. de*
benefic. p. 12. c. 1. n. 2. cum ſeq. Intelligendo,
quod quamuis epiſcopus non poſſit applicare
menſę capituli fructus prębendarum ſuppreſ-
24 ſarum, † cum agatur de intereſſe ipſius capi-
tuli, quod nõ poteſt auctorizare in facto pro-
prio, Tamen permitteretur, ſi vellet applicare
vni prębendę, vel etiam ſingulis, quia tunc nõ
dicitur auctorizare in facto proprio, cum
aliud ſit applicare capitulo, aliud ſingulis ca-
nonicis, ſiue ſingulis de capitulo *Dec. in d. c.*
cum acceſſiſſent. n. 54. Gabr. conſ. 188. lib. 2.
Barboſ. de offic. & poteſt. epiſc. alleg. 67. n. 9.

EPITOME.

Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre, & publice contrahens per longum tempus quando pręſumatur ſui iuris, & emancipatus. ¶ Et ad iſtum effectum quale tempus debeat eſſe. ¶ Poſſeſſio ſola emãcipationis an ſufficiat abſque curſu temporis, ſi agatur inter patrem, & filium ad confirmandum actũ per eum geſtum, itaut teneatur creditoribus, non obſtante ſtatuto prohibente filium contrahere abſque conſenſu patris. ¶ Et quid ſi fuerit quęſtio inter patrem, & filium, ſeu fratrem. ¶ Exiſtentia quaſi poſſeſſionis ſui iuris an operetur validitatem teſtamenti per filiumfamilias conditi, vel ſit docendum etiã de titulo. ¶ Et quando idem filius poſſit teſtari de conſenſu patris. ¶ Acquiſita per filiumfamilias an ſpectent ad patrem quo ad vſumfructum duraturum, etiam poſt mortem ciuilem, ſeu naturalem, ſiue epiſcopatum filij, donec pater ſuperuixerit. ¶ Decedente filiofamilias relicta filia infante, & patre, & vxore, & matre reſpectiuè, quamuis pro dicta infante nullus adiuerit hereditatẽ, an ei ſuccedat mater, excluſo auo paterno. ¶ Mortuo patre apud hoſtes, ob quam rationem filia tranſmittat eius hereditatem non aditam ad matrem. ¶ Hereditas non adita an tranſmittatur ad heredes, quando ſumus in minore tam infante, quam non infante. ¶ Et quando minor non adiens dicatur ſtatim lęſus, itaut tranſmittat beneficium reſtitutionis in integrum ad heredes. ¶ Iudices quo caſu debeant mediam viam ſequi, & pro ęquis portionibus ſucceſſiones diuidere. ¶ Lucrum dotis an ſit deducendum tanquam ęs alienum. ¶ Filij quo iure ſuccedant ęqualiter patri ab inteſtato, excluſis omnibus, itaut pręferantur etiam auo.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias habitans ſeorſum à patre publice negotiando, & contrahendo per ſpatium longi temporis præſumitur ſui iuris, & emancipatus.*

2 *Tempus longum ad effectum præſumendi emancipationem debet eſſe viginti annorum, ſeu decem quando adeſſet titulus putatiuus.*

3 *Poſſeſſio ſola emancipationis abſque curſu temporis ſufficit inter extraneum, & filium ad finem confirmandi aliquem actũ geſtum per eumdem filium, qui tenebitur creditoribus, non obſtante ſtatuto, quod idem filius non poſſit obligari abſque conſenſu patris. n. 4.*

5 *Emancipationis poſſeſſio non ſufficit quando quæſtio eſt inter patrem, & filium, ſeu fratrem, ſed etiam eſt allegand a emãcipatio cum tẽpore decẽ annorũ, vel viginti, ſine allegatione emancipationis. & n. 6.*

7 *Exiſtentia quaſi poſſeſſionis ſui iuris, & emancipationis, non operatur quo ad validitatem teſtamenti per filium conditi, niſi probetur etiam titulus talis poſſeſsionis. & n. 8.*

9 *Teſtamentum filijſamilias eſt nullum, quãuis ſit factum cum conſenſu patris, & adſit clauſula codicillaris. n. 10.*

11 *Filiusfamilias poteſt teſtamentum facere ad pias cauſas cum conſenſu patris.*

12 *Acquiſita per filiumfamilias ex liberalitate fortunæ, vel ex proprijs laboribus pertinent ad patrem quo ad vſumfructum duraturum, etiam poſt mortem filij, donec pater ſuperuixerit. Idem in morte ciuili, ſeu epiſcopatu per filium adepto. n. 13.*

& de

& de ratione n. 14.
15 *Mortuo patre ab inteſtato filij eius ſuccedunt æqualiter excluſis omnibus, itaut præferantur etiam auo. n. 16. & 17.*
18 *Decedente filiofamilias relicta filia infante, & patre, & vxore, & matre reſpectiuè, quãuis pro dicta infante nullus adiuerit hereditatem, tamen ei ſuccedit mater, excluſo auo paterno.*
19 *Patre mortuo apud hoſtes, filia tranſmittit eius hereditatem non aditam ad matrem ex potentia ſuitatis, ſiue ex priuilegio matris, vel ſanguinis.*
20 *Hereditas non adita non tranſmittitur ad heredes quando ſumus in maiore vigintiquinque annis, ſecus in minore, tam infante, quam non infante, qui decedens ſine aditione dicitur ſtatim læſus, & tranſmittit beneficiũ reſtitutionis in integrum ad heredes. n. 21. 22. 23. 24. & 25. Intellige vt n. 26.*
27 *Iudices recti pro bono pacis, & ex alia legitima cauſa mediam viam ſequuntur, & pro æquis portionibus ſucceſſiones diuidunt. n. 28.*
29 *Iudicium cauſæ reſultans ex concluſionibus ſupra firmatis.*
30 *Lucrum dotis eſt præſtandum vxori in bonis ſui viri tamquam æs alienum.*

CAPVT DCCCXX.

PRo diſtincta, & vera deciſione eorum, quæ in caſu propoſito quæruntur, ſunt firmandæ infraſcriptæ concluſiones.

Prima concluſio. Filiusfamilias habitans ſeorſum
1 à patre publice negotiando, † & contrahendo per ſpatium longi temporis præſumitur ſui iuris, & emancipatus *Bald. in l. 2. n. 5. C ſi aduerſ. rem iudicat. & in l. poſt mortem. ad fin. ff. de adoption. Salic. in l. 1. n. 20. C. de patr. poteſtat. Iaſ. in l. ſi prius. n. 44. ff. de nou. oper. nunciat.* cum alijs late per *Gabr. concluſ. 1. n. 32. illat. 19. de præſumpt. & per Maſcard. concluſ. 596. n. 4.*

Secunda concluſio. Longum tempus ad effectum
2 præſumendi talem emancipationem, † non dicitur ſpatium decem annorum, ſed viginti, tunc enim ſufficeret decennium, quando adeſſet titulus putatiuus, quo titulo non exiſtente, requiruntur anni viginti, Iſta eſt communis, & verior diſtinctio doctorum, quam approbat *Salic. in l. 1. n. 2. C. de patr. poteſtat. iuxta l. 2. C. de præſcription. long. tempor. quæ pro libertat. Iaſ. in l. ſi certis annis. n. 12. C. de pact. Bald. in l. poſt mortem. in fin. ff. de adoptionib. Vrſill. ad Affl. deciſ. 183. n. 8. & deciſ. 308. n. 17. Barbat. inter conſ. Alex. 135. quod eſt vlt. n. 12. lib. 4. Alciat. præſumpt. 2. n. 2. poſt med. verſ. præterea non eſt verum regul. 2. & conſ. 716. n. 2. verſ. nec obſtat. Franc. deciſ. 10. n. 4. Carpan. ſuper conſtit. Mediolan. c. 406. n. 22. cum ſeq. & c. 326. n. 24. & 25 Cagnol. in l. ſi emancipati. n. 84. C. de collation. Gabr. concluſ. 1. n. 31. in fin. de præſumptionib. Rimin. Sen. conſ. 108. n. 23. lib. 1. Menoch. conſ. 451. n. 34. lib. 5. & præſumpt. 55. n. 8. ad med. verſ. non præſcriptio quæ alioquin requirit. lib. 6. Cephal. cõſ. 687. n. 33. & 34. lib. 5. Padill. in l. ſi ædibus. 9. col. 2. in princ. verſ. inferturque. n. 3. & 4. fol. 67. C. de ſeruitut. & aqua. Clementin. de patr. poteſtat. c. vlt. n. 103. tom. 8. p. 2. fol. 127.*

Tertia concluſio. Quando allegatur emancipa-
3 tio non inter patrem, & filium, † ſed inter extraneum, & filium ad finem confirmandi aliquem actum geſtum per eumdem filium, tunc ſufficit ſola quaſi poſſeſſio emancipationis, abſque aliquo curſu temporis, cum ſatis ſit illum præſumi patremfamiliam, qui communi opinione habetur pro tali, cum ſe talem gerat, ideo ſtante iſta quaſi poſſeſſione ſui iuris, & ob actus plures per filium geſtos tanquã patrẽfamilias excuſabitur contrahẽs cum eo, quãuis non perſerutatus fuerit eius conditionẽ, & idẽ
4 filius tenebitur creditoribus, nõ obſtãte ſtatuto, quod filius nõ poſſit obligari ſine conſenſu patris latiſſime *Menoch. præſumpt. 55. n. 28. lib. 6. & conſ. 451. n. 35. & 36. lib. 5.* poſt *Alciat. regul. 2. præſumpt. 2. n. 5. Dec. in l. ſi emancipati. n. 4. verſ. & in quaſi poſſeſſione. & ibi Cagnol. n. 83. & Rimin. Iun. n. 112. C. de collat. Cephal. conſ. 687. n. 22. lib. 5. & conſ. 397. n. 61. lib. 3. Franc. deciſ. 10. n. 4. Carpan. ad conſtit. Mediolan. c. 406. n. 27.*

Quarta concluſio. Quamuis in allegatione emãcipationis inter extraneũ, & filium non requiratur curſus temporis, vt ſupra dictum eſt,
5 Tamen aliud † debet ſtatui, quando quęſtio eſſet inter patrem, & filium, & fratrẽ, tunc enim non ſufficit quaſi poſſeſſio emancipationis, ſed etiam eſt allegandum, quod ſit facta emancipatio, ob quam allegationem, ſi concurrat cum ea etiam ſpatium decennij, erit probata emancipatio, ſi autem non allegatur emancipatio requiruntur viginti anni *Franc. deciſ. 10. n. 4. iuxta Bald. in l. poſt mortem. in fin. ff. de adoption. & in l. 2. n. 5. C. ſi aduerſ. rem iudicat. Marant. in l. is poteſt. n. 220. verſ. hoc tamen limita. ff. de acquir. poſſeſſ. Affl. deciſ. 183. n. 2.* cum alijs per *Maſcard. concluſ. 596. n. 3. Tiraq. de præſcriptionib. §. 1. gloſ. 4. col. 10. ante med. verſ. ſeptimo ſuperioribus. fol. 77. Benedict. in c. rainutius. in verb. matrem inſuper cleram. n. 4. de teſtament. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 3. in tex. eſt repute emãcipe. n. 2. poſt princ. verſ. poſſet iſtud ſaluari. fol. 845.* quod etiam ſequitur *Cagnol. in l.*
6 *ſi emancipati. n. 84. C. de collationib.* † vbi ad hunc effectum requirit titulum cum ſpatio decem annorum, vel viginti annos ſine titulo *Bart. Bald. & Caſtr. in l. 2. C. ſi aduerſ. rem iudic. Salic. in l. 2. C. de patr. poteſt.*

Quinta concluſio. Exiſtentia quaſi poſſeſſionis ſui iuris, & emancipationis in filio licet ope-

retur

7 retur effectus ſupra firmatos, † Tamen nihil
operabitur ratione validitatis teſtamenti conditi per talem filiumfamilias habitum ſui iuris, & exiſtentem in huiuſmodi poſſeſſione libertatis, nam iſta poſſeſſio non releuat poſſeſſorem ab onere probandi titulum ſuæ poſſeſſionis, hoc eſt emãcipationem, cum enim agatur ſuper iudicio petitorio quo ad validitatem teſtamenti, non ſufficit quod filius gerat ſe tamquam ſui iuris, & quod reputetur emancipatus, & quod pater habeatur pro mortuo, nam propter hoc nõ valebit teſtamentum per eum factum, quamuis enim communis reputatio quo ad teſtes ſufficiat ad validitatem teſtamenti, nihilominus non ſufficit ad habilitandum teſtatorem tanquam adſit tunc defectus teſtamenti in ſubſtantia, qui eſt multum grauis, & non ſanatur niſi oſtenſo titulo, quidquid ſit in poſſeſſorio, & in iudicio ſummario, quo caſu ſatis eſſet communis opinio, & publica reputatio *Gulielm. Benedict. in c. rainutius. in verb. matrem inſuper eleram. n. 4. & 5. de teſtam. iuxta Gloſ. in l. ſicuti. 8. §. ſed ſi quæratur. in verb. poſſeſſoris. poſt med. ff. ſi ſeruit. vendicet. Bald. in l. vlt. col. 1. ante fin. C. de ſentent. paſſ. & in l. titia. vbi Alex. ff. ſolut. matrimon. Idem Alex. in l. 1. n. 5. verſ. & ex hoc decidîtur. C. de teſtam. Iaſ. in l. barbarius. col. 9. in princ. n. 48. ad fin. ff. de offic. prætor. Cagnol. in l. ſi emancipati. n. 85. verſ. reſtringe tamen prædictam limitationem. C. de collat. Maſcard. concluſ.*
8 *595. in fin. p. 2. Franc. deciſ. 10. n. 4.* † & hoc caſu ſufficiet allegatio emancipationis cum decennio, vt per *Gulielm. benedict. in c. rainuntius. in verb. matrem inſuper eleram. n. 5. de teſtam.*

Sexta concluſio. Teſtamentum filijfamilias eſt
9 nullum, quamuis etiam eſſet factum † cum conſenſu patris. *l. qui in poteſtate. in princ. ff. de teſtam. Gloſ. in l. 3. C. qui teſtam. facer. poſſ. Gabr. conſ. 167. n. 21. lib. 2.* Itaut neque illud conualidetur ſuperueniente habilitate ante mortem, prout dicimus de teſtamẽto ſerui *Gloſ. inſtit. quib. non eſt permiſ. facer. teſtam. in princ. & ibi Baner. in fin. verſ. capio nunc ſecundam partem. & Iaſ. in addit. ad Port. ibid. n. 4. Bart. in l. 1. §. ſed ſi filius. in princ. ff. de legat. 3. Surd. de ali-*
10 *ment. tit. 7. q. 4. n. 21.* Adeo vt, † neque hoc teſtamentum filijfamilias valeat ex vi clauſulę codicillaris in eo appoſitę, nec in vim donationis cauſa mortis, intelligendo iuxta diſtinctiones, de quibus per *Craſſ. in §. donatio cauſa mortis. q. 3. Theſaur. deciſ. 150. n. 12. & 14. Socin. in l. 1. n. 12. ff. de legat. 2. Roland. conſ. 82. n. 27. lib. 3. Clemen. de patr. poteſt. effect. 10. n. 7.* ¶ Contraria autem
11 procedunt ad pias cauſas, † in quibus permittitur confectio teſtamenti filiofamilias cum conſenſu patris *c. licet. vbi Franc. Gemin. & Ancbar. n. 4. de ſepultur. in 6. Federic. conſ. 298. per tot. Bart. in l. 1. n. 20. & 21.* & *ibi Bald. q. 9. & Iaſ. in 1. lect. n. 23. C. de ſacroſ. eccleſ. Alex. in l. 1. §. hoc autem. n. 4.* & *ibi Rip. n. 5. ff. ad trebellian.* late *Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requiſ. p. 2. c. 4. n. 51. cum ſeq. fol. 400.*

Septima concluſio. Acquiſita per filiumfamilias ex liberalitate fortunæ, vel ex proprijs labo-
12 ribus † dicuntur quæſita patri, vel auo, ſub cuius poteſtate exiſtit quo ad vſumfructum, qui vſusfructus durat, etiã poſt obitum filij, donec pater ipſe ſuperuixerit *l. fin. verſ. ſin vero. vbi Bart. Bald. & Caſtr. C. ad Tertullian. l. 1. verſ. in diem vitæ. C. de bon. matern.* vbi *Pinell. p. 1. n. 39. vſque ad 43.* ampliat, quã-
13 uis filius per mortem ciuilem, aut epiſcopalẽ dignitatem adeptam, vel ob ſimilem qualitatem liberaretur à patria poteſtate, quia non ceſſat ex hoc vſusfructus, quem pater habebat in bonis maternis, & aduentitijs ipſius filij *Gomeſ. ad l. 6. taur. n. 11. poſt princ. & ad l. 48. n. 5. Canalean. de vſufr. n. 180. fol. 349. Lup. in rubr. de donation. int. vir. & vxor. §. 42. n. 12. Paſchal. de iurib. patr. po-*
14 *teſt. c. 3. n. 6. 34. & 35. fol. 34.* † Nam cum per patriam poteſtatem acquiritur vſusfructus aduentitiorum, ſatis eſt, quod illa interueniat tempore acquiſitionis, poſtquam enim ſemel eſt operata ſuum effectum, quamuis ceſſet, & finiatur, non tamen extinguitur vſusfructus ſemel quęſitus *Cin. & Bart. in l. 3. C. de vſufr. Surd. conſ. 116. n. 46. lib. 1.* late *Caſtill. de vſufruct. c. 3. n. 45. cum ſeq. Molin. de primogenit. hiſpan. lib. 1. c. 19. n. 10. & lib. 2. c. 9. n. 24. Gutier. lib. 3. pract. q. 78. n. 3. & in repet. §. ſui. n. 24. & 26. inſtit. de hered. qualit. & differ. Odd. conſ. 51. n. 4. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 1. n. 37.*

Octaua concluſio. Mortuo patre ab inteſtato,
15 filij eius ſuccedunt ęqualiter, † excluſis omnibus alijs, itaut etiam pręferantur auo, & ſic patri ſui patris defuncti, quamuis vterq; ſit in pari gradu, ſcilicet filius in primo gradu lineę deſcendentis, & auus, & ſic pater in primo gradu lineę aſcendentis *auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.* cum alijs late per *Gomeſ. de hereditatib. quæ ab inteſtat.*
16 *deferunt c. 1. n. 1. vſque ad 5.* † vbi oſtendit hoc eſſe verum, tam de iure authenticorum, quam de iure Codicis, & tam de iure naturali, quam de iure gentium, ob illam rationem, quia filius repręſentat perſonam patris ſui,
17 & videtur vna, & eadem perſona cum eo, † & per filium perpetuatur ipſe defunctus, & illius memoria propter patrem, & ſubſtantiam, quam recepit filius à patre in generatione, quod nullo modo poteſt elici, aut conſiderari in patre reſpectu filij defuncti, vnde merito debet filius pręferri patri *l. liberorum. in fin. ff. de verb. ſignificat. l. iſti quidem. in fin. ff. quod met cauſ. l. vlt. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. duodecim tabularum. C. de legit. heredib.*

Nona Concluſio. Decedente filiofamilias reli-

eta

cta filia infante, & patre, & vxore, & matre
18 reſpectiuè, † quamuis pro filia infante nullus
adiuerit hereditatem, tamen ei debet ſuccede-
re mater, ad quam talis hereditas ſpectabit
excluſo auo paterno, tanquam eſſet maxime
iniquum excludere à ſucceſſione luctuoſa fi-
lij matrem, quę obtinet primum locum in
huiuſmodi hereditatibus, maxime, quia pater
proximior auo admittit ſecum matrem in ſuc
ceſſione hereditatis ab infante non aditę, vn-
de multo magis erit dicendum, quod mater
non debeat excludi ab auo, Iſta eſt verior, &
magis ęqua opinio, quam late cōprobat Dec.
conſ. 82. pro deciſione caſus. n. 2. & conſ.
245. n. 1. & conſ. 250. per tot. & conſ. 331. n.
5. Alex. in l. ſi emancipati. col. vlt. C. qui
admitt. & in l. ſi infanti. n. 5. C. de iur. de-
liber. & conſ. 79. n. 11. & 12. lib. 6. & conſ.
113. n. 3. lib. 3. Caſtr. in l. filius à patre. col.
1. ff. de liber. & poſthum. Burſat. conſ. 60. n.
1. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 58. n. 2. Theſaur. deciſ. 88.
n. 1. & 4. & hanc opinionem ſecuta eſt Rot.
per Card. Pamphilium Hortana ſucceſſio-
nis. 5. nouembris 1601. vbi alij adducuntur,
& late bis cauſa propoſita omnibus reſponde-
tur, quod etiam prius voluit Rot. coram R. P.
D. Peregrino Cluſina dotis. 12. ianuarij. 1598.
& eſt tex. clarus in l. apud hoſtes. C. de ſuis
19 & legitim. † vbi patre mortuo apud hoſtes
filia tranſmiſit eius hereditatem non aditam
ad matrem ex potentia ſuitatis ſecundum
vnam opinionem, vel ſecundum alteram, ex
priuilegio matris, vel ſanguinis l. 3. vbi Cin.
Alber. Bart. Bald. Caſtr. Alex. & alij. C. de
iur. deliber. cum alijs late per Gomeſ. qui
multa ſimilia iura adducit var. reſolut. tom.
1. c. 11. tit. de tranſmiſſ. heredit. n. 11. verſ.
octauo infero quod ex iſta tam naturali
coniunctione.

Decima concluſio. Quamuis regulariter here-
ditas non adita non tranſmittatur ad heredes
l. emancipati. C. qui admitt. l. 3. §. acquirere.
20 C. de bonor. poſſeſſ. † Tamen hoc debet in-
telligi quando heres, cui eſt delata hereditas
eſſet maior vigintiquinque annis, ſecus ſi eſ-
ſet minor, & deceſſiſſet ſine aditione, tunc
enim eo ipſo dicitur lęſus, & trāſmittit bene-
ficium reſtitutionis in integrum ad heredes,
cum tale priuilegium ſit tranſmiſſibile l. non
ſolum. ff. de reſtitut. in integr. l. minor au-
tem. §. fin. ff. de minorib. l. 3. §. pomponius.
ff. eod. tit. l. 2. C. de tempor. in integr. reſtit.
21 petend. † Nam ex eo, quod non adiuit in vita,
cauſatur in ipſo mortis articulo quędam lęſio
perfecta, & conſummata, ex qua reſultat hu-
iuſmodi reſtitutio in integrum ad heredes
tranſmiſſibilis, ita in ſpecie eſt tex. in l. panto-
nius. ff. de acquir. heredit. quem vnicum, &
ſingularem dicunt ibid. Bart. Cin. Ang. Imol.
& Caſtr. n. 9. Idem Bart. in l. qui duos. col.
2. ff. de reb. dub. & in l. ſi infanti. col. 4. vbi
Iaſ. col. vlt. Corn. col. 3. Alex. col. 4. C. de iur.
22 deliber. † & quamuis alij contrarium ſentiant
iſta eſt verior, & magis communis opinio,
prout teſtatur Gomeſ. var reſolut. tom. 1. c. 9.
de tranſmiſſ. heredit. col. vlt. n. 56. fol. 79.
Menoch. conſ. 417. n. 16. lib. 5. Bero. conſ. 25.
n. 25. lib. 2. late Surd. deciſ. 138. n. 10. & cōſ.
232. n. 42. & 43. lib. 2. Cephal. conſ. 58. n. 6.
Burſatt. conſ. 61. n. 15. Aim. in l. cū filio. p. 2. n.
34. ff. de legat. 1. cum alijs per Theſaur. de-
23 ciſ. 58. n. 5. vbi licet dubitet, † Tamen ſine du-
bitatione ita eſſe tenendū dicit Roman. conſ.
58. n. 3. & ibi Mandoſ. in verb. tranſmitti. ad
med. vbi quod eſt magis cōmunis opinio tā in
24 minore † nō infāte Alex. cōſ. 86. viſo n. 2. lib. 3.
Corn. cōſ. 12. n. 5. lib. 3. quā infante idem Corn.
cōſ. 331. n. 18. lib. 1. & conſ. 200. n. 7. lib. 2. Bart.
cōſ. 178. peruſinus. lib. 1. Iaſ. in l. ſi infanti.
ad fin. C. de iur. deliber. quidquid aliud ſen-
tiat Craſſ. art. tranſmiſſio. q. 21. fol. 71. &
art. acquiſitio hereditatis. q. 17. n. 5. fol. 46. lib.
25 2. cuius opinio † non eſt approbata ex ſupe-
rius adductis Couarr. de ſucceſſ. ab inteſt. n.
3. Matthesil. eod. tit. art. 2. n. 4. cum ſeq.
Rot. coram Card. Pamphilio Hortana ſuc-
ceſſionis. 5. Nouembris 1601. & coram
R. P. D. Peregrino Cluſina dotis. 12. ianuarij
1598. poſt Socin. conſ. 9. n. 24. lib. 1. Bertrand.
conſ. 67. in fin. lib. 2. p. 2.

Vndecima concluſio. Quamuis ex ſupra addu-
ctis competat matri reſtitutio, & excluda-
tur per eam auus in ſucceſſione delata infanti
26 filio, etiam non adita, † Nihilominus pro
bono pacis, & quia agitur inter coniunctos,
poſſet media opinio defendi, & pronuncia-
ri iuxta benigniorem partem, quod vterque
ſit admittendus, ideſt auus vna cum matre ad
talem ſucceſſionem, prout ita iudicatum
fuiſſe teſtatur Theſaur. deciſ. 58. n. 7. ad med.
verſ. & tandem poſt multas altercationes. &
deciſ. 59. n. 1. ad med. verſ. hinc inferebam
27 in cauſa ardua. fol. 105. † Quod paſſim ſer-
uatur, ſtante aliqua legitima cauſa per omnes
bonos Iudices, qui mediam viam ſequūtur, &
pro ęquis portionibus iudicant l. & hoc tibe-
rius. 41. ff. de heredib. inſtituend. l. paterfa-
milias. 44. vbi Bald. ff. eod. tit. l. titius. 54.
vbi Alex. col. penult. ad med. n. 41. ff. ad tre-
bellian. Cuiac. lib. 10. obſeruat. c. 4. Dec. conſ.
175. viſo themate. n. 6. & conſ. 445. in caſu ad
me tranſmiſſo. in princ. Socin. conſ. 150. n. 41.
28 lib. 1. Boer. deciſ. 42. n. 39. † Maxime quando
vtraque pars tractat de lucro ſucceſſionis l.
ſed & ſi lege. 28. §. adeo. ff. de petit. heredi-
tat. Dec. conſ. 175. n. 6. poſt princ. Theſaur.
deciſ. 89. n. 3. ad med. verſ. præſertim quando.

Ex prędictis colligitur non poſſe in caſu propo-
ſito tractari de validitate teſtamenti facti per
Gabrielem filiumfamilias, cum non potuerit
29 teſtari, † neque cum conſenſu patris, vt di-
ctum fuit in 6. concluſione, Non obſtante prę-
tenſa emancipatione, quę non fuit probata,
neque eſt pręſumenda in pręiudicium patris;
quāuis filius ſeorſum à patre habitauerit per
ſpatium decem annorum, & tāquam ſui iuris
ne-

negotiatus fuerit, cum requirantur viginti anni ſine titulo, vel decem cum allegatione tituli, vt in 2. & 4. *concluſione*. Quidquid aliud ſit quo ad confirmandos contractus celebratos per talem filium exiſtentem in quaſi poſſeſſione emancipationis, quo caſu neque requireretur aliqua diuturnitas temporis, vt *in 1. & 3. concluſione*. Maxime quando ageretur ſuper validitate teſtamenti, tunc enim minus ſuffragatur quaſi poſſeſſio liberationis à patria poteſtate, vt *in 5. concluſione*. Adeo vt omnia aduentitia acquiſita per talem filium non probantem emancipationem ſint patris quo ad vſumfructum duraturum donec ille ſuperuixerit, etiam poſt obitum filij, aut per aliũ modum, per quem ceſſaret patria poteſtas, vt *in 7. concluſione*. Ita tamen vt mortuo filio nõ conſolidetur vſusfructus patris cum proprietate, ſed in ea ſuccedant filij, quorum eſt prima cauſa excluſo auo, & patre, vt *in 8. concluſione*. Nulla habita conſideratione, quod filij deceſſerint infantes abſque aliqua aditione hereditatis ſui patris, quia ſemper, ſi adſit mater excludet auum, cum ad eamdem matrem tranſmittatur talis hereditas, etiam non adita, vel ſaltem competet matri reſtitutio in integrum, cuius beneficium ad eam tranſmittitur, vt *in 9. & 10. concluſione*. Quamuis pro bono pacis, & propter coniunctionem conſeruandam poſſet hereditas diuidi inter matrem, & auum, licet verè in totum mater ſit heres, vt *in vndecima concluſione*, quod poterit per Dominos arbitros cõſiderari, ſi eis expedire viſum fuerit.

Addendo tamen vltra ſupradicta, quod non priuabitur mater lucro dotali ſibi debito in bo-
30 nis ſui viri, † quod eſt ei libere præſtandum ex ſtatuto Vrbis *c*. 131. *lib*. 1. cum ſuper eo non cadat aliquis vſusfructus, tanquam illud ſit deducendum, veluti æs alienum *Butr. conſ*. 12. *mulier quadam. col*. 1. *Socin. conſ*. 288. *col*. 10. *verſ. confirmatur ratione clara. lib*. 2. *Corn conſ*. 127. *lib*. 3. *Aim. conſ*. 186. *n*. 12. *Ancbar. conſ*. 101. *col*. 2. *verſ. ego contrariũ ſentio. n*. 5. Et ita iuxta votum per me datum ſecundum concluſiones ſupra firmatas deciſũ fuit in diſcordia arbitrorũ in huiuſmodi cauſa aſſumptorum, & præfatæ deciſioni partes acquieuerunt, oſtenſis etiã primarijs Aduocatis iuribus prædictis, quæ omnia fuerunt per eos comprobata.

E P I T O M E.

VXor relicta heres vniuerſalis per maritum in vſufructu omnium bonorum donec vixerit cum ſubſtitutione alteri facta poſt eius mortem an ſit etiam heres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere hereditatem ſubſtitutis. ¶ Trebellianica quando poſſit detrahi per vſufructuarium, & inſtitutum in re certa, & per vocatum poſt obitum vſufructuarij, & grauatum per fideicommiſſum reſtituere bona alijs vocatis. ¶ Ius accreſcendi an ſit prohibitum per dictiones taxatiuas. ¶ Ius detractionis quartæ trebellianicæ an conſumatur in primo herede. ¶ Et quando fideicommiſſarius reſtituat alteri fideicommiſſario bona ſine eiuſdem quartæ detractione. ¶ Verbum ſubſtituo an ſit obliquum, vel commune. ¶ Secundus gradus vocatorum, quo caſu poſſit habere locum primi gradus caducati.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor relicta per maritum heres vniuerſalis in vſufructu omnium bonorum ſuorum, & hereditatis, donec vixerit cum ſubſtitutione alteri facta poſt eius obitum, an ſit etiam heres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere ſubſtitutis n*. 2. 3. 4. & 5.

6 *Trebellianica non poteſt detrahi per vxorem relictam vſufructuariam in vita, cum ſubſtitutione extraneorum poſt illius mortem.*

7 *Teſtator inſtituens vxorem ſuam heredem vniuerſalem, qua debeat eſſe vſufructuaria tantum ſuorum bonorum dicitur ſolum feciſſe illam legatariam in re certa, itaut nõ poſſit petere, niſi vſumfructum.*

8 *Dictio tantum, vel ſimilis taxatiua inducit prohibitionem iuris accreſcendi. Amplia in taxatiua tacita. n*. 9. & 10.

11 *Trebellianica non detrahitur per inſtitutum in re certa, ſed opus eſt, vt heres grauetur per fideicommiſſum, & vti heres. n*. 12.

13 *Inſtitutus poſt mortem vſufructuaria non poteſt dici fideicommiſſarius, ſed heres vocatus per verba directa.*

14 *Heres inſtitutus poſt obitum vxoris vſufructuaria, & grauatus per fideicommiſſum reſtituere alijs ſubſtitutis poteſt trebellianicam detrahere.*

15 *Trebellianica detrahitur ex legato vniuerſali tamquam exaquato fideicommiſſis.*

16 *Ius detractionis quarta trebellianica conſumitur in primis heredibus, neq; ad vlteriores heredes progreditur, & fideicommiſſario rẽ ſine quarta deductione reſtituet. Fallit vt n*. 17. & 18.

19 *Verbum, ſubſtituo, eſt obliquum, & etiam commune, & an talis vocatio dicatur per fideicommiſſum, vel ſubſtituere idẽ ſit, quod inſtituere. n*. 20. & 21.

22 *Secundus gradus vocatorũ quando ſit habendus loco primi gradus caducati. n*. 23. & 24.

C A P. DCCCXXI.

IN teſtamento exhibito teſtator ſuam heredem vniuerſalem fecit, inſtituit, & ordinauit, & eſſe voluit Hieronimam eius vxorẽ modo tamẽ, & forma vt infra, videlicet, quod dicta Hieronima ſit, & eſſe debeat tantum vſufructuaria ſuorum bonorum, & hereditatis donec vixerit, & poſt eius obitum ſibi d. Hiero-

ni-

cta filia infante, & patre, & vxore, & matre
18 reſpectiuè, † quamuis pro filia infante nullus
adiuerit hereditatem, tamen ei debet ſuccede-
re mater, ad quam talis hereditas ſpectabit
excluſo auo paterno, tanquam eſſet maxime
iniquum excludere à ſucceſſione luctuoſa fi-
lij matrem, quę obtinet primum locum in
huiuſmodi hereditatibus, maxime, quia pater
proximior auo admittit ſecum matrem in ſuc
ceſſione hereditatis ab infante non aditę, vn-
de multo magis erit dicendum, quod mater
non debeat excludi ab auo, Iſta eſt verior, &
magis ęqua opinio, quam late cōprobat *Dec.
conſ. 82. pro deciſione caſus. n. 2. & conſ.
245. n. 1. & conſ. 250. per tot. & conſ. 331. n.
5. Alex. in l. ſi emancipati. col. vlt.* C. *qui
admitt. & in l. ſi infanti. n. 5.* C. *de iur. de-
liber. & conſ. 79. n. 11. & 12. lib. 6. & conſ.
113. n. 3. lib. 3.* C*aſtr. in l. filius à patre. col.
1. ff. de liber. & poſthum. Burſat. conſ. 60. n.
1. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 58. n. 2. Theſaur. deciſ. 88.
n. 1. & 4.* & hanc opinionem ſecuta eſt *Rot.
per Card. Pamphilium Hortana ſucceſſio-
nis. 5. nouembris* 1601. vbi alij adducuntur,
& late bis cauſa propoſita omnibus reſponde-
tur, quod etiam prius voluit Rot. *coram R. P.
D. Peregrino Cluſina dotis. 12. ianuarij.* 1598.
& eſt *tex.* clarus *in l. apud hoſtes.* C. *de ſuis*
19 *& legitim.* † vbi patre mortuo apud hoſtes
filia tranſmiſit eius hereditatem non aditam
ad matrem ex potentia ſuitatis ſecundum
vnam opinionem, vel ſecundum alteram, ex
priuilegio matris, vel ſanguinis *l. 3. vbi Cin.
Alber. Bart. Bald.* C*aſtr. Alex. & alij.* C. *de
iur. deliber.* cum alijs late per *Gomeſ.* qui
multa ſimilia iura adducit *var. reſolut. tom.
1. c. 11. tit. de tranſmiſſ. heredit. n. 11. verſ.
octauo infero quod ex iſta tam naturali
coniunctione*.

Decima concluſio. Quamuis regulariter here-
ditas non adita non tranſmittatur ad heredes
l. emancipati. C. *qui admitt. l. 3. §. acquirere.*
20 C. *de bonor. poſſeſſ.* † Tamen hoc debet in-
telligi quando heres, cui eſt delata hereditas
eſſet maior vigintiquinque annis, ſecus ſi eſ-
ſet minor, & deceſſiſſet ſine aditione, tunc
enim eo ipſo dicitur lęſus, & trāſmittit bene-
ficium reſtitutionis in integrum ad heredes,
cum tale priuilegium ſit tranſmiſſibile *l. non
ſolum. ff. de reſtitut. in integr. l. minor au-
tem. §. fin. ff. de minorib. l. 3. §. pomponius.
ff. eod. tit. l. 2.* C. *de tempor. in integr. reſtit.*
21 *petend.* † Nam ex eo, quod non adiuit in vita,
cauſatur in ipſo mortis articulo quędam lęſio
perfecta, & conſummata, ex qua reſultat hu-
iuſmodi reſtitutio in integrum ad heredes
tranſmiſſibilis, ita in ſpecie eſt *tex. in l. panto-
nius. ff. de acquir. heredit.* quem vnicum, &
ſingularem dicunt *ibid. Bart. Cin. Ang. Imol.
& Caſtr. n. 9. Idem Bart. in l. qui duos. col.
2. ff. de reb. dub. & in l. ſi infanti. col. 4. vbi
Iaſ. col. vlt. Corn. col. 3. Alex. col. 4.* C. *de iur.*
22 *deliber.* † & quamuis alij contrarium ſentiant
iſta eſt verior, & magis communis opinio,
prout teſtatur *Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 9.
de tranſmiſſ. heredit. col. vlt. n. 56. fol. 79.
Menoch. conſ. 417. n. 16. lib. 5. Bero. conſ. 25.
n. 25. lib. 2.* late *Surd. deciſ. 138. n. 10. & cōſ.
232. n. 42. & 43. lib. 2.* C*ephal. conſ. 58. n. 6.
Burſatt. conſ. 61. n. 15. Ant. in l. cū filio. p. 2. n.
34. ff. de legat. 1.* cum alijs per *Theſaur. de-*
23 *ciſ. 58. n. 5.* vbi licet dubitet, † Tamen ſine du-
bitatione ita eſſe tenendū dicit *Roman. conſ.
58. n. 3. & ibi Mandoſ. in verb. tranſmitti. ad
med.* vbi quod eſt magis cōmunis opinio tā in
24 minore † nō infāte *Alex. cōſ. 86. viſo n. 2. lib. 3.
Corn. cōſ. 12. n. 5. lib. 3.* quā infante *idem Corn.
cōſ. 331. n. 18. lib. 1. & conſ. 200. n. 7. lib. 2. Bart.
cōſ. 178. peruſinus. lib. 1. Iaſ. in l. ſi infanti.
ad fin.* C. *de iur. deliber.* quidquid aliud ſen-
tiat C*raſſ. art. tranſmiſſio. q. 21. fol. 71. &
art. acquiſitio hereditatis. q. 17. n. 5. fol. 46. lib.*
25 2. cuius opinio † non eſt approbata ex ſupe-
rius adductis *Couarr. de ſucceſſ. ab inteſt. n.
3. Matthesil. eod. tit. art. 2. n. 4. cum ſeq.
Rot. coram Card. Pamphilio Hortana ſuc-
ceſſionis. 5. Nouembris* 1601. *& coram
R. P. D. Peregrino Cluſina dotis. 12. ianuarij*
1598. poſt *Socin. conſ. 9. n. 24. lib. 1. Bertrand.
conſ. 67. in fin. lib. 2. p. 2.*

Vndecima concluſio. Quamuis ex ſupra addu-
ctis competat matri reſtitutio, & excluda-
tur per eam auus in ſucceſſione delata infanti
26 filio, etiam non adita, † Nihilominus pro
bono pacis, & quia agitur inter coniunctos,
poſſet media opinio defendi, & pronuncia-
ri iuxta benigniorem partem, quod vterque
ſit admittendus, ideſt auus vna cum matre ad
talem ſucceſſionem, prout ita iudicatum
fuiſſe teſtatur *Theſaur. deciſ. 58. n. 7. ad med.
verſ. & tandem poſt multas altercationes. &
deciſ. 59. n. 1. ad med. verſ. hinc inferebam*
27 *in cauſa ardua. fol.* 105. † Quod paſſim ſer-
uatur, ſtante aliqua legitima cauſa per omnes
bonos Iudices, qui mediam viam ſequūtur, &
pro ęquis portionibus iudicant *l. & hoc tibe-
rius. 41. ff. de heredib. inſtituend. l. paterfa-
milias. 44. vbi Bald. ff. eod. tit. l. titius. 54.
vbi Alex. col. penult. ad med. n. 41. ff. ad tre-
bellian. Cuiac. lib. 10. obſeruat. c. 4. Dec. conſ.
175. viſo themate. n 6. & conſ. 445. in caſu ad
me tranſmiſſo. in princ. Socin. conſ. 150. n. 41.*
28 *lib. 1. Boer. deciſ. 42. n. 39.* † Maxime quando
vtraque pars tractat de lucro ſucceſſionis *l.
ſed & ſi lege. 28. §. adeo. ff. de petit. heredi-
tat. Dec. conſ. 175. n. 6. poſt princ. Theſaur.
deciſ. 89. n. 3. ad med. verſ. præſertim quando.*

Ex prędictis colligitur non poſſe in caſu propo-
ſito tractari de validitate teſtamenti facti per
Gabrielem filiumfamilias, cum non potuerit
29 teſtari, † neque cum conſenſu patris, vt di-
ctum fuit in *6.* concluſione, Non obſtante prę-
tenſa emancipatione, quę non fuit probata,
neque eſt pręſumenda in pręiudicium patris,
quāuis filius ſeorſum à patre habitauerit per
ſpatium decem annorum, & tāquam ſui iuris
ne-

negotiatus fuerit, cum requirantur viginti anni ſine titulo, vel decem cum allegatione tituli, vt in 2. & 4. *concluſione.* Quidquid aliud ſit quo ad confirmandos contractus celebratos per talem filium exiſtentem in quaſi poſſeſſione emancipationis, quo caſu neque requireretur aliqua diuturnitas temporis, vt *in 1. & 3. concluſione.* Maxime quando ageretur ſuper validitate teſtamenti, tunc enim minus ſuffragatur quaſi poſſeſſio liberationis à patria poteſtate, vt *in 5. concluſione.* Adeo vt omnia aduentitia acquiſita per talem filium non probantem emancipationem ſint patris quo ad vſumfructum duraturum donec ille ſuperuixerit, etiam poſt obitum filij, aut per aliũ modum, per quem ceſſaret patria poteſtas, vt *in 7. concluſione.* Ita tamen vt mortuo filio nõ conſolidetur vſusfructus patris cum proprietate, ſed in ea ſuccedant filij, quorum eſt prima cauſa excluſo auo, & patre, vt *in 8. concluſione.* Nulla habita conſideratione, quod filij deceſſerint infantes abſque aliqua aditione hereditatis ſui patris, quia ſemper, ſi adſit mater excludet auum, cum ad eamdem matrem tranſmittatur talis hereditas, etiam non adita, vel ſaltem competet matri reſtitutio in integrum, cuius beneficium ad eam tranſmittitur, vt *in 9. & 10. concluſione.* Quamuis pro bono pacis, & propter coniunctionem conſeruandam poſſet hereditas diuidi inter matrem, & auum, licet verè in totum mater ſit heres, vt *in vndecima concluſione*, quod poterit per Dominos arbitros cõſiderari, ſi eis expedire viſum fuerit.

Addendo tamen vltra ſupradicta, quod non priuabitur mater lucro dotali ſibi debito in bo-
30 nis ſui viri, † quod eſt ei libere præſtandum ex ſtatuto Vrbis *c.* 131. *lib.* 1. cum ſuper eo non cadat aliquis vſusfructus, tanquam illud ſit deducendum, veluti æs alienum *Butr. conſ.* 12. *mulier quadam. col.* 1. *Socin. conſ.* 288. *col.* 10. *verſ. confirmatur ratione clara. lib.* 2. *Corn. conſ.* 127. *lib.* 3. *Aim. conſ.* 186. *n.* 12. *Auchar. conſ.* 101. *col.* 2. *verſ. ego contrariũ ſentio. n.* 5. Et ita iuxta votum per me datum ſecundum concluſiones ſupra firmatas deciſũ fuit in diſcordia arbitrorũ in huiuſmodi cauſa aſſumptorum, & præfatæ deciſioni partes acquieuerunt, oſtenſis etiã primarijs Aduocatis iuribus prædictis, quæ omnia fuerunt per eos comprobata.

E P I T O M E.

Vxor relicta heres vniuerſalis per maritum in vſufructu omnium bonorum donec vixerit cum ſubſtitutione alteri facta poſt eius mortem an ſit etiam heres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere hereditatem ſubſtitutis. ¶ Trebellianica quando poſſit detrahi per vſufructuarium, & inſtitutum in re certa, & per vocatum poſt obitum vſufructuarij, & grauatum per fideicommiſſum reſtituere bona alijs vocatis. ¶ Ius accreſcendi an ſit prohibitum per dictiones taxatiuas. ¶ Ius detractionis quartæ trebellianicæ an conſumatur in primo herede. ¶ Et quando fideicommiſſarius reſtituat alteri fideicommiſſario bona ſine eiuſdem quartæ detractione. ¶ Verbum ſubſtituo an ſit obliquum, vel commune. ¶ Secundus gradus vocatorum, quo caſu poſſit habere locum primi gradus caducati.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor relicta per maritum heres vniuerſalis in vſufructu omnium bonorum ſuorum, & hereditatis, donec vixerit cum ſubſtitutione alteri facta poſt eius obitum, an ſit etiam heres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere ſubſtitutis n.* 2. 3. 4. & 5.

6 *Trebellianica non poteſt detrahi per vxorem relictam vſufructuariam in vita, cum ſubſtitutione extraneorum poſt illius mortem.*

7 *Teſtator inſtituens vxorem ſuam heredem vniuerſalem, qua debeat eſſe vſufructuaria tantum ſuorum bonorum dicitur ſolum feciſſe illam legatariam in re certa, itaut nõ poſſit petere, niſi vſumfructum.*

8 *Dictio tantum, vel ſimilis taxatiua inducit prohibitionem iuris accreſcendi. Amplia in taxatiua tacita. n.* 9. & 10.

11 *Trebellianica non detrahitur per inſtitutum in re certa, ſed opus eſt, vt heres grauetur per fideicommiſſum, & vti heres. n.* 12.

13 *Inſtitutus poſt mortem vſufructuaria non poteſt dici fideicommiſſarius, ſed heres vocatus per verba directa.*

14 *Heres inſtitutus poſt obitum vxoris vſufructuaria, & grauatus per fideicommiſſum reſtituere alijs ſubſtitutis poteſt trebellianicam detrahere.*

15 *Trebellianica detrahitur ex legato vniuerſali tamquam exæquato fideicommiſſis.*

16 *Ius detractionis quarta trebellianica conſumitur in primis heredibus, neq; ad vlteriores heredes progreditur, & fideicommiſſario rẽ ſine quarta deductione reſtituet. Fallit vt n.* 17. & 18.

19 *Verbum, ſubſtituo, eſt obliquum, & etiam commune, & an talis vocatio dicatur per fideicommiſſum, vel ſubſtituere idẽ ſit, quod inſtituere. n.* 20. & 21.

22 *Secundus gradus vocatorũ quando ſit habendus loco primi gradus caducati. n.* 23. & 24.

C A P. DCCCXXI.

IN teſtamento exhibito teſtator ſuam heredem vniuerſalem fecit, inſtituit, & ordinauit, & eſſe voluit Hieronimam eius vxorẽ modo tamẽ, & forma vt infra, videlicet, quod dicta Hieronima ſit, & eſſe debeat tantum vſufructuaria ſuorum bonorum, & hereditatis donec vixerit, & poſt eius obitum ſibi d. Hieroni-

nimæ & hereditati ſubſtituit alios extraneos,
1 prout latius in eodem teſtamento, ex quibus
verbis clare colligitur vxorem debere conſe-
qui vſumfructum tantum, non autem proprie-
tatem, extraneos vero ſubſtitutos eſſe here-
des directò, ſub conditione tamen, ideſt mor-
tua muliere, Bero. late qui de magis æqua, &
communi, & veriori opinione teſtatur conſ. 59.
2 n. 6. & 7. lib. 2. † vbi quod non eſt admit-
tenda contraria ſententia tanquam aduerſe-
tur menti teſtatoris, quod talis vxor inſtitu-
ta in vſufructu ſit etiam heres inſolidum in
proprietate, & quod poſt eius mortem dica-
tur per fideicommiſſum grauata reſtituere
hereditatem inſtitutis, & alijs in teſtamento
vocatis, quia ſolum idem teſtator cogitauit,
quod vxor habeat vſumfructum formalem ſe-
3 paratum ab ipſa proprietate, † non autem
plenum ius ſuorum bonorum, vnde erit heres
in re certa, & habebitur loco legatarij Imol.
& Aret. in l. filius à patre. vbi etiam Alex.
col. 6. verſ. redeundo igitur. ff. de liber. &
poſthum. Ruin. conſ. 54. n. 7. cum ſeq. lib.
1. & conſ. 206. n. 22. ad med. eod. lib. Picus
in l. titia. §. titia cum nuberet. n. 102. ff. de
legat. 2. Menoch. conſ. 273. n. 9. lib. 3. Couar.
lib. 2. var. reſolut. c. 2. n. 5. verſ. & idem
erit. Card. Mantic. qui latiſſime comprobat
de coniectur. vltim. voluntat. lib. 4. tit. 5. art.
7. n. 1. vſq; ad 19. in 3. edit. de anno 1605.
fol. 74. vbi etiam allegat Addentes qui late
tractant ad Alex. conſ. 162. lib. 2.

Et quamuis non ignorem multos alios con-
trarium ſenſiſſe, quod videlicet talis vxor
4 cenſeatur † etiam inſtituta in proprietate, &
per fideicommiſſum dicatur grauata reſtitue-
re vocatis, & heredibus inſtitutis poſt eius
mortem, de quibus late Menoch præſūpt. 141.
n. 26. verſ. ſecundum quod eſt hic conſide-
randum. lib. 4. Aim. conſ. 608. n. 3. Cephal.
conſ. 472. n. 58. lib. 3. & conſ. 716. n. 17. cum
ſeq. lib. 5. Rimin. Iun. conſ. 321. n. 7. Craſſ.
in §. legatum. q. 23. ad fin. verſ. ſed contra-
riam partem. Peregr. de fideicommiſ. art. 5.
n. 21. cum ſeq.

Nihilominus non eſt diſcedendum ab opinione
ſuperius firmata, quam vltra Card. Mantic.
5 & alios ſupra allegatos, † dicit etiam verio-
rem Sim. de Pret. de interpretat. vltim. vo-
luntat. lib. 3. ſolut. 1. n. 21. & 22. & n. 35.
& 36. fol. 181. Gail. obſeruat. 143. n. 6. lib.
2. Mannell. conſ. 55. n. 2. & 3. lib. 1. cum
alijs per Caſtill. de vſufr. c. 8. n. 43. fol. 167.
Pecchius de teſtam. coniug. lib. 5. c. 5. Pa-
riſ. conſ. 97. n. 4. vſq; ad 9. lib. 2. Menoch.
conſ. 115. n. 1. cum ſeq. Cęteros conſultò omit-
to, quia eſt opinio magis vera, & communis,
vt teſtantur omnes ſupradicti, & alij per eoſ-
dem allegati, qui late diſputant, & omnibus
obiectis reſpondent.

Qua opinione firmata, ſequitur, quod talis vxor
6 relicta vſufructuaria in vita, † cum ſubſtitu-
tione extraneorum poſt illius mortem non
poterit detrahere aliquam trebellianicam,
cum enim non ſit heres in proprietate, ſed ſo-
lum in re certa, & non cenſeatur grauata per
fideicommiſſum reſtituere hereditatē inſtitu-
tis poſt eius mortem, ceſſat effectus trebellia-
nicę, & heres dicitur directo poſt illius obitū
inſtitutus, & vocatus, prout in ſpecie, quod
non ſit locus trebelliano quo ad quartę reten-
tionem concludit late Mandoſ. conſ. 103. per
tot. quem ſequitur Peregr. de fideicommiſſ.
art. 3. n. 103. fol. 36. Card. Mantic. de conie-
ctur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 7. per tot.
Sim. de Pret. de interpret. vltim. voluntat. lib.
3. ſolut. 1. n. 21. & 22. fol. 181. Mannell. cōſ.
55. n. 2. & 3. & concludunt omnes ſupra
allegati in princ. n. 1. Bero. conſ. 59. n. 6.
& 7. lib. 2.

Amplius, quidquid ſit de prędictis opinionibus
7 in caſu noſtro clara eſt concluſio, † quod vxor
fuit relicta ſolum legataria in re certa, quia
teſtator declarauit, quod inſtituit vxorem
ſuam heredem vniuerſalem, modo tamen, &
forma, vt infra, videlicet, vt debeat eſſe tantū
vſufructuaria ſuorum bonorum, quæ dictio
tantum operatur, vt non poſſit plus peti, quā
vſusfructus Grat. conſ. 124. n. 29. lib. 1. poſt
8 Rom. in l. 1. C. quand. non petent. part. † Ita-
ut per iſtam dictionem tantum, vel ſimilem
taxatiuam cenſeatur eſſe prohibitum ius ac-
creſcendi l. lucius. §. quæ habebat. in fin. ff.
ad trebellian. Iaſ. in l. vnic. col. 2. in fin. n.
10. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperauer.
Rebuff. in l. pratum. 31. col. 5. poſt princ. ff. de
verb. ſignificat. vbi etiam extendit ad taxa-
tiuam tacitam l. dominus. vbi Bald. §. fidei-
9 commiſſum. ff. de vſufruct. † Et excludi quar-
tam per huiuſmodi dictiones taxatiuas Idem
Bald. in l. cum patrem. n. 14. C. de iur. dot.
Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat.
10 lib. 9. tit. 13. n. 21. † Et quidquid contrarium
ſequatur Ang. in l. quoties. §. ſi dico. ff. de he-
redib. inſtituend. iſta eſt verior, & magis com-
munis opinio, vt teſtatur Rom. in l. vnica.
col. 9. ad med. n. 37. C. quād. non petent. part.
Curt. Iun. conſ. 342. n. 5. & 6. late Peregr.
de fideicommiſſ. art. 9. n. 4. fol. 77. Menoch.
conſ. 1069. n. 18. & 23. lib. 11. Euerard. loco
argum. 111. à natur. diction. taxatiu. col. pe-
nult. in fin. verſ. vnde ſi teſtator. fol. 643.

Cum igitur ſimus in herede particulari inſtituto
in vſufructu tantum, & ſic in re certa, qui ha-
betur loco legatarij, tam ex iure communi,
quam etiam illo ceſſante, ex clara mente te-
11 ſtatoris, non eſt locus trebellianicę, quæ per
eam non potuit detrahi, tanquam non ſit gra-
uata per fideicommiſſum, cum ad quartę re-
tentionem opus ſit nedum, vt heres grauetur,
ſed vti heres Roman. conſ. 206. n. 2. Socin. Iun.
conſ. 132. n. 75. lib. 1. Alciat. in l. cum filiofa-
milias. n. 3. ff. de legat. 1. Peregr. de fideicō-
12 miſſ. art. 3. n. 104. fol. 36. † Et paſſim non poſ-
ſe detrahi trebellianicam per heredem inſti-
tutum in re certa late concludit Idem Pere-
grin.

grin. de fideicommiſſ. art.3. n.7. fol.21. poſt
Doct. in l. quoties. vbi Iaſ.n.3.C.de heredib.
inſtituend. Aim.conſ.131. n.13.

Et per conſequens inſtituti poſt mortem talis
vſufructuarię non poſſunt dici fideicommiſ-
13 ſarij, † ſed heredes vocati per verba directa,
Pu. in l. titia. §. titia cum nuberet. q.26.n.
102. ff. de legat. 1. Sim. de Pret. de interpre-
tat.vltim.voluntat. lib.3. ſolut. 1. n. 21. fol.
181. Alciat. in l. verbis ciuilibus. n. 23. &
24. ff. de verbor. ſignificat.

Et cum in caſu noſtro heredes inſtituti poſt mor
14 tem vxoris vſufructuarię † ſint grauati per fi-
deicommiſſum reſtituere alijs ſubſtitutis, po-
terunt detrahere trebellianicam *Peregr. de*
fideicommiſſ. art.3. n.12. fol.21. vbi etiam
15 quod detrahitur de legato vniuerſali † tanquã
exequato fideicommiſſis vniuerſalibus *l. mu-*
lier. §. fin. vbi Alex. ff. ad trebellian. Rip. in
l. in quartam. n.4. ad leg. falcid. Molin. de
primogenit. hiſpanor. lib.1. c.17. n.1. cum ſeq.

Ex quibus ceſſant omnia, quę exaduerſo adducũ-
tur, Procedunt enim in fideicommiſſarijs,
qui non ſunt tales heredes noſtri vocati poſt
mortem vſufructuariæ, cum ſint primi here-
des, vt dictum eſt, in quibus conſumitur hoc
ius detractionis quartæ, non enim ad vlte-
16 riores heredes progreditur, † nam in caſibus,
in quibus heres grauatus poteſt detrahere
quartam trebellianicam, ſeu falcidiam, non
poterit illam detrahere ſequens reſpectu vl-
teriorum, ideo fideicommiſſarius alteri fidei-
commiſſario rem ſine quartæ deductione re-
ſtituit *l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad leg.*
falcid. quem tex. eſſe notum toti mundo di-
cit *ibid. Bart. & Molin. de primogenit. hi-*
ſpanor. lib.1. c.17. n.30. Idem probatur in *l.1.*
§. inde neratius. & l. ex aſſe. ff. ad trebellian.
l. cogi.16. §. metianus. & l. mulier. §. fin. ff.
eod. tit. Dilect. *de art. teſtand. tit.5. caut. 28.*
in fin. tom.8. p.1. fol.125. Aim. conſ. 131. n.
11. Caſtr. conſ.341. mater iſta. col. 2. lib. 1.
Honded. conſ.59. n.44. lib.1. Vaſq. de ſucceſſ.
progreſ. §.1. n.67. & 74. Cephal. conſ. 563.
n.39. lib.4. Natt. conſ. 321. n. 9. & 10. vbi
quod non debent detrahi duę trebellianicæ
Bald. in l.1. col. fin. verſ. quaro nunquid fi-
deicommiſſarius. C. *commun. de legat. Me-*
noch. conſ.856. n.19. lib.9. Bero. conſ.67. in
fin. lib.2. Ruin. conſ.169. n.11. & conſ.89. n.
6. lib.3. Aim. conſ.537. in fin. lib. 3. Mar-
zar. conſ.11. n.8.

Imo etiam fideicommiſſarius poterit detrahe-
re trebellianicam à ſequenti fideicommiſſa-
rio ſucceſſore, & ſic deinceps alij ſucceſſores
quando heres grauatus † quartam non detra-
xit, ſed totam hereditatem fideicommiſſario
reſtituit, vel quando pręcedentes ſucceſſores
non detraxerunt *Molin. de primogenit. hi-*
ſpan. lib.1. c.17. n.31. † ſiue iſta detractio nõ
ſit facta per anteceſſores, quia voluerunt in
ſequentes exercere liberalitatem, ſiue vt ple-
nius voluntatem defuncti ex toto exequantur

nihil detrahendo, vt notant *Doctor. in l. 1. §.*
denique. vbi Iaſ. n.11. cum ſeq ff. ad trebel-
lian. Rip. in l. cum filiofamilias. n. 7. vbi
Socin Iun. p.3. n.20. ff. de legat.1. Aim. conſ.
131. n.11. Craſſ. in §. trebellianica. q. 3. n.
7. Dilect. de art. teſtand tit.5. caut.28. in
fin. tom.8. p.1. fol.125. Fachin. lib.5. contro-
uerſ. iur. c.7. Molin. de primogenit. hiſpa-
nor. lib.1. c.17. n.31. Coſta in c. ſi pater. in
verb. trebellianica. n. 30. de teſtam. in 6.
tom. 5. fol. 270.

Nec facit quod in caſu noſtro vocatio heredum
poſt mortem vxoris fuerit per verbum, ſub-
19 ſtituo, † quod eſt obliquum adeo, vt talis vo-
catio cenſeatur per fideicommiſſum *Dec. cõſ.*
227. n.5. iuxta doctrinam *Bald. in l. miles*
ita. in princ. ff. de militar. teſtam. Quia
20 verbum, ſubſtituo, † de ſui natura eſt commu-
ne, vt concludunt omnes in *l. centurio. vbi*
Rip. n.187. Socin. Iun. n.331. ff. de vulgar.
Neuiz. conſ.26. n.36. & conſ.53. n.3. Vnde
idem ſignificat ſubſtituere, quod inſtituere
Iaſ. in d. l. centurio. n. 60. Curt. Iun. in
l. precibus. n.13. & ibi Coraſ. n.12. C. de
impuber. & alijs ſubſtitutionib. Ruin. conſ.
21 *154. n. 3. lib. 3.* † Quare cum teſtator fece-
rit vxorem heredem tantum in vſufructu, &
ſic in re certa, vt ſupra late fuit oſtenſum, ſe-
quitur quod talis ſubſtitutio habeat vim inſti-
tutionis, prout de iure intelligitur, & ita in
ſpecie caſus noſtri concludit *Menoch. conſ.*
115. n.4. vſque ad 8. lib.2.

Minus obſtat, quod ſimus in ſecundo, ſeu vlte-
22 riori gradu ſubſtitutorum, † Quia cum pri-
mus gradus vocatorum effectus ſit caducus
per obitum illorum ante euentum conditio-
nis, & ante mortem vxoris vſufructuariæ,
perinde eſt, ac ſi illi in teſtamento non eſ-
ſent vocati, ideo bene potuit ſubintrare ſe-
cundus gradus, qui erit loco primi cadu-
23 cati, † Quamuis enim ſubſtitutio ſecunda
non procedat prima defecta, & primo gra-
du perempto *l. quandiu. vbi Roman. col.7.*
ff. de acquir. heredit. Alex. conſ. 1. lib.15.
iuxta l. vnic. §. pro ſecundo. & §. ſin au-
tem ſub conditione. C. de caduc. tollend. Thob.
24 *conſ. 25. n.7.* Tamen aliud eſt quando, † pro-
ut in caſu noſtro, ſumus in compendioſa,
& fideicommiſſaria, tunc enim teſtamen-
tum poteſt incipere à ſecundo gradu, & vl-
teriori *Oldrad. conſ.20. Corn. conſ. 235. in*
princ. lib. 3. Pariſ. conſ. 62. n. 21. lib.2. cum
alijs quos adduxi *deciſ. March. 140. n. 5.*
vſque ad 9. vbi reſpondetur ad *Alexand. d.*
conſ. 1. lib. 1. iuxta tradita per *Roland.*
conſ.58. n. 57. lib.2. Et ita ſecundum con-
cluſiones ſuperius firmatas fuit iudicatum.

EPITOME.

HEres grauatus an poſſit de iure cogi per
fideicommiſſarium ad cauendum de
hereditate ſeruãda, & reſtituenda. ¶ Et quid

de conſuetudine. ¶ Vel ſi ceſſet cauſa timoris dilapidationis. ¶ Et an in præſtanda tali cautione ſufficiat cauere iuxta facultates grauati, non conſiderato valore bonorum reſtituendorum. ¶ Et quando ad taliter cauendum cogantur vxor, & pater, & frater, & ſimiles perſonæ dilectæ teſtatori. ¶ Vſufructuarius quo caſu admittatur ad iuratoriam cautionem. ¶ Et an difficultas cauendi probetur per iuramentum. ¶ Et quomodo illud ſit concipiendum, & quid debeat continere. ¶ Inuentarium an debeat confici per grauatum ad requiſitionem vocatorum. ¶ Et an ſufficiat ſola deſcriptio. ¶ Et cuius expenſis, & coram quibus ſit facienda. ¶ Et in quo differat ab inuentario.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſarius particularis, ſeu vniuerſalis poteſt de iure cogere heredem ad cauendum de hereditate ſeruanda, & reſtituenda, ſecus de conſuetudine. n. 2. & de ratione n. 3.*

4 *Heres grauatus quamuis teneretur præſtare cautionem fideicommiſſario, non cogitur tamen, niſi pro ſua poſſibilitate, & iuxta ſuas facultates, non conſiderato valore bonorum reſtituendorum. n. 5.*

6 *Cautio de hereditate reſtituenda fideicommiſſario non datur per heredem ceſſante cauſa dilapidationis. n. 7.*

8 *Vxor pater, frater, & alij ſimiles grauati reſtituere hereditatem, an debeant ſatisdare ad fauorem vocatorum.*

9 *Vſufructuarius non tenetur cauere, ſi non poteſt inuenire fideiuſſorem, & admittitur ad iuratoriam cautionem. Amplia ut n. 10. & an requiratur quod nõ ſit ſuſpectus. n. 13.*

11 *Difficultas inueniendi fideiuſſorem probatur iuramẽto, & quid debeat cõtinere tale iuſiurandum, & per qua verba cõcipiatur. n. 12.*

14 *Grauatus reſtituere poſt mortẽ tenetur reddere rationem vocatis de conſumptis, & neglectis, non tamen cogitur ad conficiendum inuentarium, ſed ad ſolam deſcriptionem bonorum. n. 15.*

16 *Deſcriptio, quam tenetur facere heres grauatus de bonis reſtituendis, debet fieri coram notario, & herede, & ſubſtituto, ac duobus teſtibus expenſis eiuſdem ſubſtituti, & de quibus bonis. n. 17.*

18. *Inuentarium, & deſcriptio bonorum multũ differunt.*

C A P. DCCCXXII.

NOn eſſe locum dixi prætenſæ cautioni de hereditate ſeruanda, & teſtituenda, nam licet fideicommiſſarius vniuerſalis,
1 aut perticularis in diem, † vel ſub conditione, poſſit de iure cogere heredem ad talem fideiuſſionem pręſtandam *l. cum arthemidorum.* 4. C. *vt in poſſeſſ. legator. vel fideicommiſſor. ſeruandor. cauſ. l. 1. & 3. ff. eod. tit. Riminald. Iun conſ. 540. n. 12. lib. 5. & conſ. 656 n. 11. lib. 6.* cum alijs per *Peregr. de fideicomm. art. 40. n. 10. Aim. conſ. 295. in fin. Ceph. conſ. 381. n. 29. lib. 3. Sim. de Pret. lib. 5. interpr. vltim. volunt. n. 54. fol. 503. Lup. in c. per veſtras. §. 44. de donat. int. vir. & vxor fol. 277.* ¶ Tamen iſta proce-
2 dunt de iure, † ſecus autem de conſuetudine, ſecundum quam numquam in fideicommiſſis huiuſmodi cautio practicatur, neq; debet pręſtari, vt notat in ſpecie *Peregrin. de fideicommiſ. art. 40. n. 14. in fin. verſ. hanc tamen cautionem. fol. 359. poſt Molin. de primogenit. hiſpanor. c. 15. n. 35. fol. 109.*

Et quidem meritò receſſit ab aula huiuſmodi fideiuſſio, quia conſulitur fideicommiſſario mul-
3 tis modis, vt nullum detrimentum † patiatur quo ad recuperationem eorũ, quę forſan fuerunt alienata per heredem grauatum, de quibus per *Sim. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 5. dubit. 1. interpretat. 2. n. 56. vſq; ad 74. fol. 503. Peregr. de fideicommiſ. art. 40. n. 15. cum ſeq.* Maxime quia per iſtas
4 cautiones ſępe ſolet contingere, † vt non ſit ſatisfactum fideicommiſſario, cum etiam de iure quando heres grauatus teneretur illi fideiuſſionem pręſtare, non ſit cogendus cauere, niſi pro ſua poſſibilitate, itaut ſupra cenſus ſui vires, & vltra facultates ſuas non poſſit cogi ad dandas huiuſmodi fideiuſſiones, nulla habita conſideratione bonorũ teſtituendorum, quæ licet ſint in magna quantitate, non tamen fideiuſſio debet illis correſpondere, tanquam ſufficiat minima cautio *l. fin. §. ſin autem non talis. C. de curator. furioſ. l. de creationibus. vbi Alber. col. 2. ad med. C.*
5 *de epiſcopal. audient.* † Et in ſpecie notat *Lupus in c. per veſtras. §. 44. in fin. verſ. concluditur ergo. de donation. int. vir. & vxor. fol. 279. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 15. n. 18. & 19. Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. n. 10. poſt med. verſ. pro poſſibilitate tamen eius. fol. 359. Bald. in l. fin. n. 3. C. de magiſtratib. conueniend. & in l. mulier. C. de iur. dot. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 4. in fin. in verb. caution. ſuffiſante. n. 4. fol. 865. Lauden. de offic. domin. q. 4. notab. 4. Iacob. de ſanct. Georg. de feud. in princ. in verb. carolus. Roder. Suar. in l. 2. tit. de los emplazamientos. lib. 2. §. nunc opportune. n. 18.*

Cum etiam nulla adſit cauſa timoris dilapida-
6 tionis, ob quam † tunc poſſet magis prouideri indemnitati fideicommiſſatij, qua non extante, non videtur ęquum, quod heres ſit grauandus huiuſmodi fideiuſſione *Peregr. de fideicomm. art. 40. n. 16. poſt med. verſ. ex qui-*
7. *bus omnibus infero. fol. 360.* † Neque enim iſtę prouiſiones requiruntur, niſi ad effectum, vt fideicommiſſarius non fraudetur *Petr. de fideicommiſſ. quaſt. 15. n. 162. Socin. Iun. conſ.*

conſ. 132. n. 4. enm ſeq. lib. 1.

Accedat quod ſumus in coniuge grauata reſti-
8 tuere fratribus teſtatoris grauantis, † quę
pręſumitur multum dilecta, itaut non ſit
credendum, quod idem teſtator voluerit illam
onerare huiuſmodi cautione, prout dicimus
de patre, aut fratre, vel ſimilibus perſonis gra
uatis, qui non ſatiſdant, niſi quando pater,
aut coniux tranſeunt ad ſecundas nuptias, vel
quando teſtator ſatiſdationem iuberet *l. iu-
bemus. §. in ſupradictis. C. ad trebellian.
Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. n. 10. in fin.
& n. 16. ad med. verſ. ideoque illius legis
prouiſio ceſſanit. fol. 360.*

Quare etiam vſufructuarius non tenetur cauere
9 ſi non poteſt inuenire fideiuſſorem, † vel cum
difficultate, tunc enim admittitur ad cautio-
nem iuratoriam *Cin. in l. 4. C. de vſufr. Ang.
in l. cum non facile. ff. ſi cui pluſq. per leg.
falcid. Roland. conſ. 43. n. 45. lib. 2.* cum alijs
latiſſime per *Surd. deciſ.* 141. *n. 7. vſque ad*
10 16. † vbi ampliat procedere quamuis per ſta-
tutum requireretur fideiuſſio, & quamuis non
eſſet impoſſibile, ſed difficile dare iſtos fide-
iuſſores, itaut talis difficultas, & impotentia
fideiubendi probetur ſimplici iuramento eius
qui eſt obligatus fideiubere *authen. generali-
ter. C. de epiſcop. audient.* vbi *Bald. & Sa-*
11 *lic.* notant, † quod duo continentur in iura-
mento, & quod non inuenit fideiuſſorem, &
quod implebit ſibi incumbentia *Surd. d. de-
ciſ. 141. n. 11.* vbi etiam ſubdit non eſſe pręci-
ſe iurandum, quod non inuenit fideiuſſorem,
12 ſed ſufficiet dicere, quod credit ſe de facile il-
lum non inuenire *Alex. in l. 1. n. 14. vbi Iaſ.
n. 22. ff. qui ſatiſd. cogant. Guid. Pap q.
189. n. 2. in fin. Becc. conſ. 1. n. 18. Roland.
conſ. 43. n. 5. ad med. lib. 2.*

Et quando perſona vſufructuarij non eſt ſuſpe-
cta, paſſim admittitur ad iuratoriam cautio-
13 nem, ſtante difficultate, ſeu impoſſibilitate
illam inueniendi *Bald. in c. coram. n. 9. de of-
fic. delegat. Guid. Pap. q. 189. n. 2. Afin. in
prax. §. 31. c. 2. n. 8. & 9. Aret. inſtit. de vſufr.
in princ. n. 6. in fin. verſ. quaero quid ſi non.
Butr. in c. vlt. n. 17. de pignorib. Abb. conſ.
40. n. 3. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 153. n. 4. Sim. de
Pret. de interpretat. vltim. voluntat. lib. 4.
interpretat. 1. dubitat. 10. n. 81. fol. 415. Surd.
deciſ. 141. n. 12. & 13.*

Idē dicendū eſt quod ad inuētarij confectionē nō
14 poſſit cogi † heres grauatus reſtituere poſt mor
tem fideicommiſſarijs, & ſubſtitutis, quam-
uis enim teneatur illis rationem reddere de
conſumptis, & neglectis *Bald. in l. cum tale.
71. §. titius. ff. de condit. & demonſtration.
Marzar. de fideicommiſſ. p. 2. q. 54. Cephal.
conſ. 296. n. 49. lib. 2.* Tamen ad hunc effe-
15 ctum ſufficiet, † quod fiat quædā deſcriptio bo-
norum, non autem inuentarium, de quo loqui-
tur *l. fin. C. de iur. deliberand.* nam ad illud
non tenebitur *Caſtr. in d. l. cum tale. ad med.
verſ. ſed aduerte. Ruin. conſ. 159. n. 25.
lib. 3.* dixi *ſupr. c. 215. n. 7. & 8. Cephal.
conſ. 381. n. 34. lib. 3. Guid. Pap deciſ. 351.*
16 *vtrum heres. n. 1. vſq. ad 5.* † vbi quod talis
deſcriptio fiet per notarium in præſentia he-
redis, & ſubſtituti, vocatis duobus, vel tribus
cognatis, ſeu amicis eorumdem, qui talem
deſcriptionem tenebunt ſecretam, expenſis ta-
men eiuſdem ſubſtituti, tanquam fiat ad eius
vtilitatem argumento *l. fin. §. in computatio-
ne. C. de iur. deliber. l. 1. §. idem tutor. ff. de
tutel. & rationib. diſtrahend. l. tutoribus. §.*
17 *fin. ff. de adminiſtr. tut.* † Intelligendo de
bonis notabilis æſtimationis, cum in modicis
ceſſet ſuſpitio doli, & fraudis *Rim. conſ. 300. n.
4. poſt Iaſ. in auth. qui rem. col. 3. C. de ſa-*
18 *croſ. eccleſ.* † Et multum differre talem deſcri-
ptionem ab inuentario, late declarat *Caſtill.
de vſufruct. c. 3. n. 88. & 89. Miſinger. ob-
ſeruat. 93. centur. 2. n. 3. Cald. de reſtit. in
integr. in verb. læſis. n. 134. verſ. ex quibus. Mo-
lin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 15. n. 34.*

EPITOME.

DOs legata per virum vxori an intelligatur tantum de parte ſoluta, ſeu de tota. ¶ Et quid ſi exprimatur quantitas. ¶ Vel ſi vxor non promiſit dotem, ſed pater, aut extraneus. ¶ Vel ſi mandetur reſtitui integram dotem. ¶ Et de intellectu verbi integre. ¶ Et quando per illud cenſeatur prohibita falcidia. ¶ Et an illius detractio admittatur in legato dotis facto per maritum vxori. ¶ De differentia ſi teſtator confitetur & legat, vel ſi confitetur & non legat, vel ſi legat & non confitetur. ¶ Fructus dotis, & lucri dotalis cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, an debeantur viduę ob retardatam illius ſolutionem. ¶ Et quo caſu requiratur interpellatio, tam de iure communi, quam vigore ſtatuti Vrbis. ¶ Et an illud habeat locum in lucro dotis, ſicut in dote, tam quo ad fructus, quam reſpectu prælationis. ¶ Dos quādo ſit reſtituenda patri. ¶ Maritus ſuſtinens onera matrimonij, an acquirat ſtatim abſque aliqua petitione fructus dotis etiam conſiſtentis in pecunia. ¶ Ratificatio actus nulli quando cenſeatur facta per minorem. ¶ Et quid in hoc operetur curſus temporis. ¶ Et quando debeat verificari ſcientia nullitatis, & læſionis. ¶ Error ex quibus probetur. ¶ Calculus approbatus an poſſit reuideri vſq; ad triginta annos. ¶ Læſio quando arguat dolum per quem annulletur contractus, etiam cum maiore geſtus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator mandans heredi, vt reſtituat ſuam dotem vxori, intelligitur ſolum mandaſſe reſtitutionem partis dotis ſolutæ, non autem totius cōfeſſatæ, ſecus ſi expreſſiſſet quātitatem eiuſdem dotis. n. 3.*

Digitized by Google

2 *Legatum dotis ſolũ continet illud, quod actio de dote originaliter continebat, & nihil plus operatur niſi in tempore.*

4 *Confeſſio non adeſt ratione incertitudinis, & de differentia ſi teſtator confitetur & legat, vel ſi confitetur & non legat, vel ſi legat & non confitetur.*

5 *Verba integre reſtituat dotem, an concludant reſpectu totius dotis, vel ſolum traditæ. n. 6.*

7 *Verba integre in legatis important præſtationem integram abſq; falcidiæ detractione.*

8 *Falcidia detrahitur ex legatis factis vxoribus per maritos de ſuis dotibus.*

9 *Per legatum factum vxori de dote cenſetur inducta liberatio, ſi vxor illam promiſerit, ſecus ſi pater, vel alius promiſiſſet, tunc enim datur actio vxori contra promittentem.*

10 *Reſtitutio facienda ob reſolutionem actus debet fieri ſolum de receptis.*

11 *Obligatio præſtationis fructuum eſt impoſſibilis ceſſante ſorte principali.*

12 *Fructus non debentur viduæ ob moram non ſolutæ dotis ex ſtatuto Vrbis ſi non præcedat interpellatio. n. 13. Idem in fructibus lucri dotis. n. 17.*

14 *Ex pecunia nihil põt percipi ſine labe vſurarũ*

15 *Intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis debetur mulieri propter dotem non ſolutam.*

16 *Lucrum dotale venit appellatione dotis.*

18 *Augmentum dotis datum à muliere, & lucrum dotis proueniens à viro non æquiparatur ipſi doti quo ad effectum prælationis, ſecus quo ad fructus.*

19 *Fructus dotis, & donationis propter nuptias debentur de iure communi. n. 20.*

21 *Acceſſorium habet naturam principalis.*

22 *Pater non repetit alimenta data filiæ, quam alere tenetur.*

23 *Dos de iure eſt reſtituenda patri, maxime ſi ſtipuletur ſibi illius reſtitutionem. 24.*

25 *Læſio ex quibus colligatur in minore.*

26 *Fructus dotis etiam conſiſtentis in pecunia debentur viro ſtatim quod ſuſtinet onera matrimonij.*

27 *Ratificatio actus geſti nulliter per minorem iuxta l. fin.* C. *ſi maior. fact. non procedit de iure canonico.*

28 *Nullitas ſublata ex curſu temporis non operatur, vt ſit ſublata cauſa læſionis.*

29 *Ignorantia defectus contractus non inducit ratihabitionem.*

30 *Ratificatio nõ cenſetur facta, ſtante dolo præſumpto, qui colligitur in contrahente cum minore abſq; ſolemnitatibus.*

31 *Error probatur ſi omittantur admittenda, & ponantur non ponenda, & vbi conſtat rem aliter ſe habere. n. 32.*

33 *Euidẽtia rei attenditur reiecta calculatione.*

34 *Error dicitur patẽs, quãdo ex iure certificatur*

35 *Reuiſio calculi datur vſq; ad triginta annos, nõ obſtante illius approbatione. n. 36. & 37.*

38 *Læſio enormiſſima arguit exiſtentiam doli ex propoſito, & data opera, per quem annullatur contractus, etiam cum maiore geſtus.*

CAPVT DCCCXXIII.

IN caſu propoſito concludendum eſt legatum dotis factum per virum ſuæ vxori intelligi tantum reſpectu pecuniarum ſolutarum pro parte dotis, & ſic pro ſcutis ter mille, & quingentis per maritum receptis, non autem pro tota ſumma dotis conſiſtentis in ſcutis ſeptem millibus promiſſis, & non ſolu-
1 tis, † Nam teſtator duntaxat voluit, & mandauit per eius heredẽ reſtitui ſuę vxori illius dotem, vna cum lucro dotali, nulla facta mẽtione quantitatis dotis, quo caſu non datur actio mulieri legatarię, niſi pro eo, quod probaretur fuiſſe traditum nomine dotis, quidquid aliud ſit, quando teſtator expreſſiſſet quãtitatem eiuſdem dotis, tunc enim deberetur tota dos confeſſata, quamuis non fuiſſet recepta per teſtatorem, Iſta ſunt verba *tex. in l. fin. vbi Gloſ. in verb. dotem. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. l. ſi nõ deſignata C. eod. tit. Ang. conſ.* 145. *gener à ſocero. in fin. verſ. contrarium eſt verum. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 1. n. 3.*

Et paſſim in hoc eſt diſtinctio approbata, quod
2 legatum dotis continet ſolum illud, † quod actio de dote originaliter continebat *l. 1. ff. de dot prælegat. Gloſ in l. ſi vir vxori. ff. eod. tit. Surd. conſ. 471. n. 9. lib. 4. & conſ. 330. n. 21. lib. 3. per tex. in l. meuio. §. à me. in fin. ff. de legat.* 2. ideo nihil plus operatur, niſi in tem-
3 pore, † ſi quantitatem ad ęquipollens non adiecit, ſed ſimpliciter dotem legauit, nam alias propter expreſſionem quantitatis, contineretur etiam dos non data *Gloſ. in d. l. 1. in princ. in verb. in dotis. ff. de dot. prælegat. iuxta §. ſed ſi vxoris. vbi Port. n. 1. in princ. & in fin. Faber. n. 3. & 4. Aret. n. 2. inſtit. de legat. Card. Seraph. deciſ. 287. n. 16. cum ſeq.*
4 vbi quod ratione incertitudinis † nulla adeſt confeſſio, quando teſtator legat dotem non exprimendo aliquam quantitatem, Magna enim eſt differẽtia, ſi teſtator confitetur, & legat, vel ſi confitetur & non legat, vel ſi legat & non confitetur, & hic eſt caſus noſter reſpectu quantitatis dotis, confeſſio enim non concludit propter incertitudinem, ſtante quod nõ fuit expreſſa quantitas *Bald. conſ. 14. antonius fecit teſtamentum. n. 1. in fin. lib. 2. Henric. Boic. in c. ex parte. n. 9. de confeſſ.*

Neque obſtat quod teſtator legauerit gemmas vxori, lucrum, ſeu quartum dotale, & dotem, circa quam ſatisfactionem inuocauit brachium, auxilium, & fauorem ſuorum executorum, vt vxor de prædictis ſit integrè ſatisfacta iuxta diſpoſitionem, & voluntatem ip-
5 ſius, quę † verba integre videntur concludere reſpectu totius dotis, non autem ſolutę, & traditę, tanquam importent pręſtationem plenam, & nulla ex parte diminutam *l. nomen filia-*

filiarum. §. fin. ff. de legat. 3. l. decem. ff. de
fideicommiſſ. libertatib. Peregr. de fideicom-
miſſ. art. 3. n. 90. Surd. conſ. 511. n. 7. lib. 4.
Quia licet iſtæ dictiones intelligantur ſine ali-
6 qua diminutione, † Tamen illas debemus in-
terpretari ſecundum ſubiectam materiam, de
qua agimus, reſtringẽdo eo reſpectu, quo pro-
feruntur, & ſic vt fiat integra reſtitutio eius;
quod fuit receptum *Alex. conſ. 80. viſo & op-*
portune. n. 12. lib. 1. Dec. in c. reprehenſibi-
lis. n. 5. de appellation. Aret. conſ. 76. n. 3.
verſ. licet aliqnando. Oldrad. conſ. 248. q.
4. Gozad. conſ. 58. n. 22. Rnin. conſ. 137.
n. 8. & conſ. 138. n. 7. lib. 2. Ang. in l. in-
lianus. ff. de rei vendicat. Menoch. conſ. 21.
n. 26. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art.
3. n. 94. & 96.
Cum etiam in legatis hniuſmodi verba integre,
& ſimilia importent præſtationem integram,
7 ideſt abſq; aliqua falcidiæ † detractione *l. 1. §.*
cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam per leg. fal-
cid. l. qui totam. ff. ad trebellian. l. vlt. C. ad
leg. falcid. l. decem. ff. de fideicommiſſ. liber-
tat. l. 2. §. ad filiornm. C. quand. & quib.
qnart. pars debeat. lib. 10. Alex. conſ. 5. n. 10.
lib. 3. & conſ. 133. lib. 5. & conſ. 201. lib. 6. Re-
buff. in l. ſilua cedna. 30. §. integra, verſ. ſe-
cundo integrum. ff. de verb. ſignif. & conſ.
182. n. 56. Corſet. ſing. 157. n. 1. Menoch.
conſ. 374. n. 5. vſque ad 16. lib. 4. Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 3. n. 90. verſ. difficul-
tas eſt. fol. 31.
Maxime quia ex iſtis legatis dotium factis vxo-
8 ri ſolet derrahi falcidia, † ſi aliud non appa-
reat de mente, & voluntate teſtatoris *Bellon.*
conſ. 19. n. 18. Iaſ. ad Port. in §. ſed ſi vxori.
in verb. legatnm n. 3. inſtit. de legat. Bald.
Nouell. de dot. prinil. 11. p. 8. n. 1. poſt princ.
verſ. tu adnerte. & n. 2. Aret. in l. ſi non
deſignata. & ibi Salic. n. 3. C. de falſ. cauſ.
adiec. legat. Bart. in l. qni vxori. de aur. &
argent. legat.
Amplius ex inſtrumento dotali apparet, quod
dos, de qua agimus, fuit promiſſa per patrem
genero, non autem per ipſam filiam, vnde
ſnccedit concluſio Doctorum, quod ſi dos fuit
9 promiſſa marito, & non data, † per legatum
factnm vxori de dote cenſetur relicta libera-
tio, ſi vxor promiſerat dotem, ſi autem pater,
vel alius promiſiſſet, ipſa mulier haberet ac-
tionem contra promittentem, ſiue fuerit per
virum expreſſa certa quãtitas, ſiue non, nam
licet maritus habeat ius extinctũ cauſa mor-
tis, tamen ſolum cenſetur legaſſe illud ius,
& non plus eidem vxori *Aret. in §. ſed ſi vxo-*
ri. in fin. inſtit. de legat. poſt Gloſ. in l. ſi nõ
deſignata. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Addit.
ad Fabr. in §. ſed ſi vxori. in fin. inſtit.
de legat.
Cum igitur non probetur ſolutio niſi ſcutorum
3500. illa ſolum ſunt reſtituenda ex ſupra al-
legatis, & per conſequens calculus, in quo
firmatur dos in ſcutis ſeptem millibus eſt re-
ducendus ad d. ſcnta 3500. tantum, maxime
quia ex verbis capitulorum dotalium clare
colligitur, quod reſiduum dotis vltra d. ſcuta
3500. ſoluta, vſque ad ſummam ſcutorum
ſeptem millium debebat in actu ſolutionis re-
inueſtiri in bonis ſtabilibus, ſeu cenſibus, vel
10 aſecurari in alijs bonis particularibus, † adeo
vt ſtante iſta conuentione minus poſſit dici
probatam fuiſſe ſolutionem reſidui d. dotis,
prout erat probandum, cum vt dictum eſt
non ſufficiat legatum tanquam non continens
aliquod certum, & vbi eſt facienda reſtitutio
ob reſolutionem actus illa ſolum debet fieri
de receptis *l. ſi à te. C. de pact. int. empt. & ve-*
dit. Card. Seraph. deciſ. 547. n. 8.
Qua reductione de iure facta, corruit prętenſio
alterius partitæ in ſcutis 4525. pro fructi-
bus annorũ nouẽ integræ dotis ſcutorũ ſep-
tem millium, cum ſolum eſſent debiti fructus
pro ſcutis 3500. dotis ſolutę, & ſic proportio-
nabiliter pro quantitate dotis reſtituendæ,
11 cum cęſſante ſorte principali, ſit impoſſibilis
obligatio præſtationis intereſſe, quod tan-
quam acceſſorium non debetur ſublato prin-
cipali *l. qui liberis. ff. de vnlg. & pupill. l. cũ*
principalis. ff. de regul. iur. c. acceſſorinm.
eod. tit. in 6. Snrd. conſ. 93. n. 1. & conſ. 150.
n. 81. & 82. lib. 1.
Quamuis rectius dicendum ſit totam ſummam
ſcutorum 4725. detrahendam eſſe ex præten-
12 ſo calculo, † cum fructus non debeantur vi-
duæ ob moram nõ ſolutæ dotis ex ſtatuto Vr-
bis *c. 137. lib. 1.* non pręcedente interpellatio-
ne, de qua non conſtat, quod ſtatutum, cum
ſit clarum, non indiget alia interpretatione,
13 vt in propoſito † dixit *Rot. deciſ. 246. n. 1. p. 2.*
in recentiorib. Cum etiam quatenus præten-
deretur non eſſe locum ſtatuto, idem ſit de
iure communi, ſecundum quod ſoluto matri-
monio mulieri moram paſſę in reſtitutione
14 dotis, † nulli fructus debeantur, cum nihil
poſſie percipi ex pecunia ſine labe vſurarum.
c. ſnper eo. de vſur. Alex. conſ. 178. n. 9. lib. 7.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio-
nib. lib. 2. tit. 11. n. 38. dixi late ſupr. c. 244.
n. 1. vſque ad 5. tom. 2.
Et ſatis eſt, quod ſuccurratur mulieri, ſi proba-
15 uerit intereſſe tam lucri ceſſantis, † quã dam-
ni emergentis, tunc enim licite illud poterit
percipere *Affl. deciſ. 284. n. 4. Menoch. conſ.*
7. n. 15. & 16. lib. 1. cum alijs, quos adduxi *ſnp.*
c. 244. n. 11. cnm ſeq. Surd. de alim. tit. 1. q. 45.
n. 28. vſque ad 54. Barboſ. in l. 2. in princ.
p. 1. n. 48. ff. ſolut matrim.
Idem dicendum eſt de fructibus prætenſi lucri
dotalis ſcntorum 706. Illi enim non deben-
tur, prout non ſunt debiti fructus ipſius do-
16 tis ex ſupra allegatis, cum paſſim lucrum
dotale veniat appellatione dotis, & ſub eius
diſpoſitione comprehendatur *Bald. in l. etiã.*
in princ. & n. 4. C. de iur. dot. & in l. 2. n. 1.
C. de bon. quæ liber. Natt. conſ. 253. n. 4. Rot.
deciſ. 246. n. 1. cnm ſeq. p. 2. in recentiorib. vbi

F 3 al-

17 allegantur concordantes deciſiones, † & in-
fertur ad Statutum Vrbis *c.137. lib.* 1. diſpo-
nens deberi fructus dotis viduę poſt iudicia-
lem interpellationem, quod comprehendat
etiam lucrum dotale, quamuis enim diſpoſi-
ta per ſtatutum in dote non videantur conti-
nere donationem propter nuptias *Fulgoſ.cõſ.
92.n.3.Natt.conſ.253.n.7.* Tamen hoc proce-
dit ad effectum prælationis contra credito-
18 res, † tunc enim non æquiparatur augmen-
tum dotis datum à muliere, & lucrum dotis,
quod prouenit à marito, ſecus ad effectum,
vt debeantur fructus lucri dotis ob retarda-
tam ſolutionis illius, nam tunc ſtatutum lo-
quens de dote, extenditur etiam ad lucrum
dotale, & in vtroque caſu requiritur interpel-
latio, Iſta eſt diſtinctio approbata per Do-
ctores, quam ſequitur *Rot. d. deciſ.* 246. *n.2.*
19 *& 3.p.2. in recentiorib.* † vbi etiam quod de
iure communi, non ſolum debentur fructus
dotis, ſed etiam donationis propter nuptias
*Grammat.deciſ.*103. *n.98. &* 101. vbi teſta-
tur de communi, reiecta opinione *Affl. deciſ.*
291. prout etiam notat *ibid.Vrſill. n.* 4. *Ca-
pie.deciſ.65.& ibi Maſull.in addit.n.1.The-
ſaur.deciſ.45.n.3.verſ.ſed eum iterum.Surd.
de aliment. tit.1. q.42.n.75.cum ſeq. Fachin.
lib.10. controuerſ. iur. c.8. Marcell. Solon
21 à Pace. conſ.4. n.28.* † vbi quod ita fuit iudi-
catum Hiſpaniæ *Bald.conſ.58. lib.2. iuxta
§. ſi autem. auth.de non eligend.ſecund.nu-
bent.l. hac edictali. §. bis illud. C.de ſecund.
nupt.* Quod etiam procedit reſpectu augmẽ-
21 ti dotis à patre promiſſi, † & tempore præ-
fixo non ſoluti, tanquam acceſſorium ſit eiuſ-
dem naturę ſicut principale *Pariſ.* in ſpecie
*conſ.126.n.18.& 19.lib.*1. quem ſequitur *The-
ſaur.deciſ.45.in fin* cõtra *Corn.cõſ.240.lib.3.*

Altera partita ſcutorum 150. pro alimentis prę-
ſtitis à patre ipſi filię per ſex menſes eſt
22 etiam detrahenda, † cum enim pater tenea-
tur alere filiam non datur iſta repetitio alimẽ-
torum *l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex ijs. ff.
de liber. agnoſcend. Aim. conſ. 189.n.3.Cin.
in l. ſancimus.* C. *de nupt. Surd.de alim. tit.
1. q. 1. n. 1.* Cum prę́ſertim pater haberet
23 partem dotis ſibi reſtitutę † ex cuius fructibus
potuit illam alere, prout de iure eidem patri
dos erat reſtituenda *Rot. coram R. P.D:Ve-
roſpio Romana dotis 8. martij 1618. & 29.
februar. & 1.iulij. 1616. qua eſt deciſ. 708.
p. 1. in recentior.* confirmata *coram R.P.D.
Vbaldo in eadẽ cauſa Romana dotis 26. apri-
lis.1619. poſt Caſtr.conſ.11.n. 2. lib.1.Ruin.
conſ. 186. n. 6. & 10. lib. 2. Gabr. conſ. 58.
24 n. 15. 16. & 48. lib.* 1. Maxime cum pater
ſtipulatus fuerit ſibi dotem reddi *l. fin. vbi
Caſtr. C.commun. vtriuſq; iudic.Barboſ.in
rubr. ff. ſolut.matrim. p.4.n. 23. Rot. coram
R. P. D. Vbaldo. d. Romana dotis. 26. apri-
lis.1619. in fin.*

Alię partitę ſunt delendæ ex multis rationibus
in facto relatis, itaut omnibus ſimul iunctis
appareat non ſolum de enormiſſima, ſed de to-
25 tali læſione, † cum in nihilo minor remaneat
debitor, qui calculum cũ dictis partitis acce-
ptauit abſq; ſolemnitatibus, & alijs de iure re-
quiſitis, ſtante præſertim, quod marito erant
debiti fructus ſcutorũ trium millium, & quin-
gentorum debitorum pro reſiduo dotis poſt
dilationem factam ab anno 1583. vſq; ad an-
num 1588. qui fructus aſcendunt ad ſummam
ſcutorũ 1012. vt recte calculatur in facto, qui-
bus detractis, vltra detractiones ſupra addu-
ctas, magis apparebit, quod debitum præten-
ſum ad nihilum redigitur, licet in calculo per-
perã fuerit taxatum in ſcutis 14831. Neq; eſt
dubitandũ, quod tales fructus poſt dilationem
26 ſint debiti viro, † cum ſtatim ac per eũ ſuſtinẽ-
tur onera matrimonij, de iure eidem debeãtur
tanquam impleat contractum ex parte ſua,
vnde quoq; eſt ei adimplendum, ſiue dos conſi-
ſtat in prædijs, ſiue in pecunia, ſiue maritus ſit
ſolitus negotiari, ſiue non, etiam ſi quantitas
dotis non fuiſſet liquida, ſed per tertium de-
claranda, quando ſumus in illis, qui teneban-
tur nuptam alere, prout omnia prædicta late
comprobat *Surd. de aliment. tit.1.q.42.n.1.
vſq; ad 22. poſt Caſtr. et alios in l.de diuiſione.
ff.ſolut.matrimon.Ruin.conſ.224.n.13.lib.*1.

Et quamuis prætendatur talem calculum acce-
ptatũ per minorem fuiſſe ratificatũ per eum
poſt maiorem ætatem iuxta *l. fin. C. ſi maior
27 fact.* † Tamen dicta diſpoſitio non procedit
de iure canonico, cui in hoc ſtandum eſt pro-
pter malam fidem contrahentis cum minore
*Butr. conſ. 43. col. 3. verſ. non obſtat. Ruin.
conſ. 41. n. 15. lib. 1. Surd. conſ. 49. n. 41.
& 47. lib.* 1. vbi quod obſtat huiuſmodi mala
fides nõ obſtante tali ratihabitione *Menoch.
conſ. 49. n. 48. lib.* 1.

Cum etiam calculus, de quo agimus, duplici vitio
laboret, & nullitatis, & lęſionis, quo caſu quã-
uis eſſet ſublata nullitas ex curſu temporis,
28 non tamen diceretur ſublata cauſa lęſionis
*Bald.in l.1. ad med.C. ſi maior.fact.Menoch.
de recuper. poſſeſſ. rem. 15. n. 184. & conſ.
29.n.49.ad med.lib.1. dixi ſupr.c.513.n. 19.*

Præſertim quia non probatur maiorem habuiſſe
29 notitiam defectus contractus, † de qua cum
non appareat, prę́ſumitur ignorantia, quæ non
inducit ratihabitionem *Bald. in l. mater. op-
poſ. 4. n. 3.ad med. C.de rei vendicat. Oſaſc.
deciſ. 179. n. 13. poſt med. Natt. conſ. 162.
n. 31. dixi ſupr. c. 513. n.* 11. vbi etiam
30 vſq; ad *n.* 16. † quod non cenſetur facta ali-
qua ratificatio ſtãte dolo prę́ſumpto, qui col-
ligitur in contrahente cum minore abſq; ſo-
lemnitatibus requiſitis per ius commune, ſeu
ſtatutum, prout fuit in caſu noſtro, iuxta opi-
nionem magis receptam, quam ſequitur *Rot.
per Caputaq. deciſ. 1. lib. 3. & coram Card.
Pãphilio Romana donationis de Cupis 5.iu-
nij.1602.poſt Curt.Iun.cõſ.50.n.6.& 7.Ruin.
conſ.170.n.29.lib.1.*contra *Pariſ. Gabr. Me-
noch.& alios* de quibus in *d.c.513.n.13.& 14.*

Ex prę-

Digitized by Google

Ex prædictis colligitur, quod in calculo, de quo
agimus, fuerĩt admiſſa, quę nullo pacto erant
31 admittenda, † & omiſſa quæ neceſſariò debe-
bant admitti, vnde dicitur probatus error
calculi *Pariſ. conſ.* 89. *n.* 27. *&* 35. *lib.* 1.
iuxta doctrinam *Bart. in l.* 2. *n.* 7. C. *de iur.*
32 *fiſc. lib.* 10. Prout paſſim error probatur, † ſta-
tim quod oſtenditur rem aliter ſe habere *l.*
poſt diuiſionem C. de iur. & fact. ignorant.
Socin. conſ. 25. *n.* 3. *lib.* 4. *Alex. conſ.* 168.
n. 2. *lib.* 5. *Affl. deciſ.* 44. *n.* 3. *Dec. conſ.* 351.
n. 4. *Cephal. conſ.* 562. *n.* 10. *lib.* 4. *Socin. Iun.*
33 *conſ.* 48. *n.* 43. *lib.* 1. † Et talis rei euidentia
debet attendi, reiecta calculatione nulliter fa-
cta *c. fraternitatis. de frigid. & maleficiat.*
c. 2. *de purgat. canonic. Anchar. conſ.* 327. *Pa-*
34 *riſ. conſ.* 89. *n.* 38. *in fin. lib.* 1. † Ita vt error
dicatur patens, & euidens quando ex iure
certificatur *Ceſar. Manent. conſ.* 142. *n.* 62.
lib. 2.

Et dabitur iſta reuiſio calculi vſque ad triginta
35 annos *l. calculi.* 9. † vbi *Gloſ. ff. de admini-*
ſtrat. rer. ad ciuitat. pertinent. Bart. in l. 2.
C. de iur. fiſc lib. 10. *Daumoder. in patrocin.*
pupillor. c. 3. *n.* 20. *tom.* 8. *p.* 2. *fol.* 375. *The-*
ſaur. deciſ. 239. *n.* 12. Non obſtante quod poſt
36 calculationem interuenerit promiſſio, † illa
enim quandocunque reuocatur, & reſcinditur
per condictionem indebiti *l.* 1. *in fin. vbi Gloſ.*
in verb. condictio. C. de error. calcul. Cephal.
conſ. 562. *n.* 15. *lib.* 4. vbi quod eadem facili-
37 tate, † qua ſimpliciter quis computationem
approbauit, eadem cenſetur promiſiſſe *l. vlt.*
§. idem quæſijt. ff. de condict. indebit. l. doli
mali. §. diuerſum. ff. de nouation. Bart. in
l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecun. &
ita in ſpecie late concludit *Ruin. conſ.* 71. *n.* 4.
lib. 4. *Socin. conſ.* 159. *n.* 24. *verſ. confirman-*
tur prædicta. lib. 2.

Concurrente præſertim, vt dictum eſt, totali, ne
dum enormiſſima læſione, quę arguit dolum
38 interueniſſe ex propoſito, & data opera
Doctor. in l. ſi quis eum aliter. ff. de verbor.
obligat. Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ.
ff. pro ſocio. Grãmat. deciſ. 66. *n.* 48. *late Lu-*
douic. deciſ. Peruſ. 18. *n.* 55. *cum ſeq. Cephal.*
conſ. 405. *n.* 27. *lib.* 3. per quem dolum proce-
dẽtem ex enormiſſima læſione annullatur cõ-
39 tractus, † ſicut ex dolo vero, & ex propoſito,
& ſuccurritur etiam maiori, non obſtante iu-
ramento quãdo læſio vltra dimidiam eſt mul-
tum exceſſiua *Aim. conſ.* 192. *n.* 3. *& cõſ.* 7. *n.* 5.
poſt Corn. conſ. 28. *col.* 5. *lib.* 4. *& conſ.* 166. *col.*
penult. lib. 1 *Natt. conſ.* 166. *n.* 2. *Dec. conſ.*
180. *ſatis nota. n.* 3. *Miſinger. obſeruat.* 91. *n.*
5. *vſque ad* 9. *centur.* 4. *Manent. conſ.* 142. *n.*
24. *cum ſeq. lib.* 2. *Grammat. deciſ.* 66. *n.* 48.

EPITOME.

APpellatione dotis quando veniat tota dos, ſeu pars ſoluta. ¶ Præſumptio vna quo caſu tollat aliam. ¶ Verbum reſtituere, & reddere quid ſignificet. ¶ Dos quãdo minuatur propter expenſas factas pro illius recuperatione. ¶ Verba enunciatiua quo caſu inducant diſpoſitionem fauore dotis. ¶ Confeſſio debiti cum termino ad ſoluendum quando non pręiudicet probato errore. ¶ Et quomodo dicatur de illo conſtare. ¶ Promiſſio ſub fide Principis, vel per Deum quem effectum operetur. ¶ Et quando ita promittens, teneatur ſtare contractui. ¶ Et ſit ei ſuccurrendum, ſtante læſione. ¶ Et quanta debeat eſſe. ¶ Præſentia Principis quem defectum ſuppleat. ¶ Forenſis an comprehendatur in ſtatuto habilitante minorẽ ad cõtrahendũ in vigeſimo ſuæ ætatis anno. ¶ Et quid in cõcernẽtibus ſolemnitates cõtractuũ. ¶ Habitatio qualis debeat eſſe, vt exterus ligetur ſtatuto loci, in quo inhabitat. ¶ Domicilium ex quibus contrahatur. ¶ Et an ſufficiat habitatio decennalis, ex qua ſit præſumendus animus non recedendi, etiam abſq; aliqua declaratione. ¶ Et an habitatio debeat eſſe continuata. ¶ Læſio quomodo ſit probanda ad effectum reſcindendi cõtractum & tranſactionẽ. ¶ Et an ſit neceſſarius defectus cauſæ finalis tranſigendi. ¶ Et quę dicatur talis. ¶ Ratihabitio minoris de contractu nullo, & lęſiuo quo caſu detur poſt quinquennium. ¶ Vidua an acquirat fructus dotis ſine interpellatione. ¶ Et quando illi ſint reſtituẽdi reducto titulo ad non titulum. ¶ Geminatus conſenſus an tollat remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. & exceptionem non numeratę pecunię, & errorem, & ignorantiam defectus contractus.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ admittuntur ad probandam certitudinem dotis, & certum dicitur per ſe, vel per relationem ad aliud.*
2 *Appellatione dotis venit tota dos. Intellige vt n.* 3.
4 *Legatum dotis præſumitur de iure factum ſolum de dote tradita, ſecundum quod videtur teſtator diſpoſuiſſe. n.* 5.
6 *Præſumptio vna tollit aliam, & præualet illa, quæ eſt conformis iuri communi. n.* 14.
7 *Verbum reſtituo intelligitur propriè de eo quod fuit acceptum, & idem ſignificat quod reddere. n.* 8.
9 *Reddere idem eſt quod retrodare.*
10 *Lex clara, & aperta facit ceſſare omnes coniecturas.*
11 *Dos minuitur propter expenſas factas pro illius recuperatione. Declara vt n.* 12.
13 *Magis veriſſimile dicitur illud, quod iuri conuenit.*
15 *Verba enunciatiua inducunt diſpoſitionem dotis. Intellige vt n.* 16.
17 *Donatio non præſumitur.*
18 *Duo ſpecialia ſunt euitanda.*
19 *Error quando faciat, vt confeſſio debiti, cum*

ter-

termino ad ſoluendum etiam pluries geminato non præiudicet, quamuis adſit clauſula ex certa ſcientia, cum ampliſſimis renunciationibus. n. 20.

21 *Probatio erroris dicitur facta ſtatim quod conſtat rem aliter ſe habere.*

22 *Præſumptio ſolutionis dotis excluditur. ſi illa erat reinueſtienda, & magis tunc erit probanda.*

23 *Promiſſio ſub fide Principis habet vim iuramenti.*

24 *Promittens ſub fide Principis, vel iurans per Deum, & ad ſacra Dei euangelia non ligatur iuramento, conſtito de errore.*

25 *Abſolutio à iuramento elidit illius virtutem, & contractus remanet in ſuo ſtatu, ac ſi non fuiſſet appoſitum.*

26 *Læſio facit, vt ſuccurratur læſo, etiam iuranti per Deum, & ſub fide Principis, & quãta debeat eſſe. n. 41.*

27 *Præſentia Principis ſupplet omnem ſolemnitatem, & habet vim decreti, & tollit omnem ſuſpitionem. Limita vt n. 28.*

29 *Iudex quandocumq; poteſt ſe informare de notorio.*

30 *Statutum eſt ſeruandum per forenſem in concernentibus ſolemnitatem contractus.*

31 *Forenſis non comprehenditur in ſtatuto habilitante minorem ad contrahendum in vigeſimo anno. n. 33. 34. & 35.*

32 *Statuẽtes non habent iuriſdictionem in exterum, aut in eum, qui non habitat, vel non poſſidet in loco eis ſubiecto.*

36 *Habitatio qualis debeat eſſe, ut forẽſis ligetur ſtatuto loci, in quo habitat.*

37 *Incolatus non acquiritur abſq; animò perpetuo permanendi.*

38 *Domicilium non contrahitur etiam per centum annos, niſi adſit animus non recedendi, qui præſumitur talis, ſtante habitatione decennali continuata etiam abſq; aliqua declaratione. n. 39. & 40.*

42 *Læſio eſt concludenter probanda ad effectum reſciſſionis calculi, & quomodo illa probetur. n. 43.*

44 *Tranſactio non reſcinditur non probato defectu cauſæ finalis tranſigendi.*

45 *Cauſa coherens diſpoſitioni dicitur finalis, prout illa, quæ totaliter in eã influit. n. 46.*

47 *Pluralitas cauſarum, & actuum hominis non præſumitur.*

48 *Facta ſunt metiẽda ex cauſa præambula.*

49 *Ratihabitio minoris non conſideratur de iure canonico, cui ſtandum eſt propter malam fidem contrahentis cum illo ſine ſolemnitatibus requiſitis.*

50 *Læſio non eſt ſublata, ſi remoueatur defectus nullitatis.*

51 *Taciturnitas minoris per quinquennium ſupplet defectum decreti, non autem iniuſtitiam aliunde cauſatam.*

52 *Notitia minoris de defectu cõtractus eſt probanda in ſpecie, ut inducatur ratihabitio.*

53 *Scientia eſt probanda cum ſuis qualitatibus ad hoc vt præiudicet.*

54 *Interpellatio non requiritur quo ad acquiſitionem fructuum ad fauorem viduæ, ſi debitor agnouit bonam fidem, & conſtituit ſe debitorem. Intellige vt n. 55.*

56 *Sublato principali reſoluitur omne acceſſoriũ.*

57 *Fructus ſunt reſtituendi ſublato titulo, & illo reducto ad non titulum.*

58 *Geminatio actus magis operatur, ſed non tollit remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec errorem, aut ignorantiam defectus. n. 59.*

60 *Facilitas, qua quis inducitur ad faciendum primum actum, cenſetur etiam interueniſſe ad ſecundum.*

CAPVT DCCCXXIV.

IN eadem cauſa licèt exaduerſo concede-
rentur multa, quæ in *cap. præcedenti* di-
ximus, Tamen dicebatur illa procedere de
iure communi, quod nõ poterat applicari ca-
ſui noſtro, in quo ex coniecturis legatum do-
tis factum nulla expreſſa quantitate poteſt
dici certum, itaut valeat etiam in tota dote,
1 & non in parte ſolum recepta, † cum nedum
probationes, ſed etiam præſumptiones, &
coniecturæ admittantur ad huiuſmodi certi-
tudinem reddendam, tanquam paria ſint ali-
quid eſſe certum per ſe, vel per relationem
ad aliud *l. ſi ita ſcriptum. ff. de hæredib. in-
ſtituend. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 5.
n. 157. Grãmat. deciſ. 103. Rom. conſ. 164. n. 2.*
Verum non eſt diſcedendum ab his, quæ ſuperius
firmata ſunt, quia nulla adeſt coniectura, per
quam poſſit dici, quod teſtator ſenſerit de
reſtitutione totius dotis, & non de parte
2 tantum recepta, † Nam dum dicitur, quod
appellatione dotis venit tota dos *Rolãd. conſ.
62. n. 15. vſque ad 20. lib. 2.* Hoc non ſem-
per procedit, cum pro qualitate materiæ con-
ſiderandum ſit, an teſtator intellexerit de tota
3 re, † an verò de parte *Rebuff. in l. appellatio-
ne rei. 72. ad fin. verſ. verum pro qualitate.
ff. de verb. ſignifi.* Vnde cũ lex præcisè diſpo-
nat, quod teſtator legando vxori ſuam dotem,
4 præſumatur † voluiſſe ſolum legare dotem
receptam *l. fin. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.
Ang. conſ. 145. in fin. Cardin. Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 3.*
Non eſt recurrendum ad aliud, quam ad illud
quod ius diſponit, tanquam iuxta illius diſpo-
ſitionem debeamus interpretari mentem de-
5 functorum, † cui ſemper cenſentur ſe voluiſſe
conformare *Bart. in l. heredes mei. §. cum
ita. n. 4. ff. ad trebellian. Roman. conſ. 138.
n. 2. Aret. conſ. 154. n. 11. ad med.* cum alijs
per *Card. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
6 luntat. lib. 6. tit. 6. n. 1. vſque ad 11.* † vbi
etiam quod iſta præſumptio, quæ eſt funda-
ta in iure communi, tollit contrariam præ-
ſum-

ſumptionẽ, quę militaret pro reo *Curt. Iun.*
conſ. 90. n. 2. Fezer. de Sen. conſ. 234. ad fin.
Grat. conſ. 111. n 15. lib. 1.
Maxime quia etiam habemus verba teſtatoris
denotantia ſolum reſtitutionem dotis rece-
ptæ, non autem totius, dum mandauit, quod
ſui heredes reſtituant vxori eius dotẽ, quod
verbum reſtituat propriè intelligitur de
eo, quod acceptum eſt *c. dilectis filijs. 55.*
poſt princ. de appellationib. Gloſ. in l. manci-
pia. 5. in verb. auocandum. C. de ſeru. fugi-
tiu. Rebuff. in l. reſtituere. 75. in princ. ff.
8 *de verb. ſignificat.* † vbi etiam quod idem
ſignificat, quod reddere *l. ſi inter. C. de iur.*
dot. l. 1. & 2. ff. ſolut. matrim. l. 1. ff. quor.
bonor. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. l.
9 *1. ff. quor. legator.* † Reddere autem regu-
lariter habet ſignificationem retrodandi *l. ſta-*
tu liberos. §. ſi argento. & l. ſtichum. §. ſi
heres. ff. de ſtatuliber. l. cum pater. §. fidei
tuæ committo. in fin. ff. de legat. 2. Rebuff. in
l. verbum reddendi. 94. col. 2. in princ. ff. de
verb. ſignificat. Neq; in hoc eſt immorandum
cum reſpectu teſtatoris nulla probetur con-
iectura, quæ inducat reſtitutionem totius do-
tis, ideo non eſt diſcedendum à diſpoſitione
10 legis, † quæ cum ſit aperta, & clara facit ceſ-
ſare omnes coniecturas, & ſeruanda eſt per
Iudicem tanquam illius miniſtrum *Surd. conſ.*
97. n. 33. lib. 1.
Quare etiam non ſemper integra dos eſt reſti-
tuenda mulieri, licet ei dos ſua fuerit per te-
11 ſtatorem legata, † quando enim in legato do-
tis nulla exprimitur quantitas, tunc etiam
dos minuitur propter expenſas factas in il-
lius recuperatione *Salic. in l. 3. C. de falſ.*
cauſ. adiect. legat. Affl. decis. 359. n. 3. vſque
ad 7. vbi Vrſill. n. 2. Quidquid alias expreſ-
12 ſa certa quantitate dotis per legantem, † cẽ-
ſerentur remiſſæ expenſæ factæ in re dotali
l. meuia. §. à me. vbi Bald. Ang. & Caſtr.
ff. de legat. 2. & communiter concludunt om-
nes in *l. ſi prior. ff. ſolut. matrim.* & teſta-
tur de communi *Affl. d. deciſ. 359. n. 3. in*
princip. fol. 251.
Neque etiam poteſt dici, quod adſint coniectu-
ræ reſpectu heredum, ex quibus colligatur,
quod intellexerint de tota dote, Nam licet per
eoſdem heredes in tranſactione inter eos fa-
cta, fuerit expreſſum, quod dos eſſet reſti-
tuenda, Tamen non ex hoc dicendum eſt, quod
voluerint reſtituere illud quod non receperũt,
ideo ſatis erit, quod reſtitutio intelligatur de
dote per eorum auctorem recepta, cui potius
conuenit talis enunciatio, non facta expreſ-
13 ſione certę quantitatis, † tanquam veriſimi-
lius ſit, vt intellexerint de dote ſoluta, non
autem de ea, quam non acceperunt, prout ius
diſponit, vt dictum eſt, & magis veriſimile
dicitur illud, quod iuri communi congruit
Aim. conſ. 75. n. 24. poſt *Io. Andr. & Butr.*
in c. in noſtra. de teſtib. & in c. licet cau-
ſam. de probationib. Innoc. in c. auditis. poſt
med. de præſcriptionib. Curt. Iun. conſ. 150.
14 *col. 5. ad fin.* † Ideo iſta præſumptio tanquam
conformis iuri communi præualebit alteri
præſumptioni *Aim. d. conſ. 75. n. 24. in fin.*
Et quamuis verba enunciatiua fauore dotis in-
15 ducant diſpoſitionem. † *Iaſ. in l. ex his. n. 2.*
& ibi *Dec. n. 12. C. de teſtam. milit. Rot. di-*
uerſ. deciſ. 326. n. 2. p. 2. Put. deciſ. 414. lib. 1.
16 Tamen intelligitur † quando talis aſſertio cõ-
tineret certam quantitatem dotis *Surd. conſ.*
60. n. 22. & 23. lib. 1. & deciſ. 10. n. 6. Nam
alias non facta expreſſione quantitatis, ſatis
eſt, quod verificentur verba enunciatiua in
dote recepta, ne alias enunciantes dicantur
voluiſſe ſibi præiudicare in reſtituendo quod
17 non acceperunt, † quod non eſt credendum
ne inducatur donatio, quę non præſumitur,
tanquam eſſet fatuitas *l. ſi cum aurum. ff. de*
ſolution. l. campanus. ff. de oper. libert. Bald.
in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Aim.
conſ. 142. n. 26. Pręſertim ad euitanda duo
18 ſpecialia, † & quod ex enunciatiuis inferatur
ad diſpoſitiua, & quod quantitas dotis pro-
betur, licet non fuerit expreſſa, contra *l. 1. C.*
de dot. promiſſ.
Nec aliæ coniecturę ſunt admittendę contra he-
redes tanquam tacite ratificauerint ex mul-
tis actibus reſtitutionem totius, & integrę
dotis, non autem partis tantum receptę,
19 Quia nõ obſtant, † cum enim appareat de er-
rore, quod ſolum erat reſtituenda pars dotis,
non autem tota, non ſufficit tacita ratifica-
tio, immo neque expreſſa ſatis eſſet, nam etiã
accipiens terminum ad ſoluendum cum confeſ
ſione debiti poteſt condicere per condictionẽ
indebiti, vel ſine cauſa, ſiue promittens ſemel
ſuſceperit terminum ad ſoluendum, ſiue plu-
ries promiſerit ſe ſoluturum, vel confeſſus
fuerit ſe debere, quia ſemper erronea con-
feſſio poteſt reuocari etiam pluries repetita,
& geminata, ſiue ſit in iudicio, ſiue extra, ſiue
ſit error facti proprij, ſiue iuris, etiam quod
ſit iurata, & facta ad interrogationem Iudicis
parte pręſente, & acceptante, & ex interuallo
Bero. conſ. 201. n. 15. lib. 3. & conſ. 194. n.
1. eod. lib. Roland. conſ. 69. n. 48. vſq; ad 54.
lib. 3. cum alijs, quos late adduxi *ſupr. c. 501.*
n. 1. vſque ad 10. vbi etiam quod non obſtat
clauſula ex certa ſcientia, cum renunciatio-
20 nibus omni legum auxilio, ac condictioni do-
li mali, cum alijs ampliſſimis verbis *Becc. cõſ.*
90. n. 19. & 20.
Quibus ſtantibus non obſtant ratificationes, &
plures, ac geminatę ſolutiones concernentes
integram dotem, & non partem receptam,
21 Quia, vt dictum eſt, † in calculo facto per pro-
curatorem fuit poſita partita dotis non ſo-
lutę, quę non debebat apponi, itaut ex hoc
ſtatim dicatur probatus error calculi *Pariſ.*
conſ. 89. n. 27. & 35. lib. 1. cum alijs adductis
in *præcedenti capit. verſ. ex prædictis vſque*
ad verſ. concurrente. n. 31. vſque ad 38.
Neq; debent attendi multę præſumptiones ad-
du-

ductæ ad probandam totam dotem fuiſſe ſo-
lutam, tanquam illæ ſufficiant pro tali pro-
batione, quia diuturnitas temporis, & longa
præſtatio alimentorum non adeſt, cum ma-
trimonium durauerit ſolum per ſex annos, &
reſiduum dotis ſcutorum ter millium cum di-
midio non debebatur niſi poſt ſolutionem al-
terius dimidiæ, & pro rata ſcutorum mille
pro quolibet anno, itaut neq; iſtæ pecuniæ
in ſumma ſcutorum termille, & quingento-
rum deberent ſolui, niſi in actu ſolutionis re-
inueſtirentur in bonis ſtabilibus, ſeu cenſibus,
22 adeo vt † ſtante iſta conuentione, magis ex-
cludatur prę́ſumptio ſolutionis, quę ex aduer-
ſo eſt probanda concludenter ſtantibus prę-
dictis *l. quinquaginta. ff. de probationib. Bald. conſ. 409. col. 1. lib. 5. Aim. conſ. 213. n. 1. Natt. conſ. 569. n. 2. & 3.*

Nec facit, quod fuit promiſſum ſtare calculo ſub
fide Sereniſſimi Principis, quo caſu taliter
promittens non poteſt allegare aliquam ex-
ceptionem, ſed tenetur præciſe ad factum.
23 Quia huiuſmodi † promiſſio nihil aliud ope-
ratur, niſi quod habet vim iuramenti, itaut
omnis præſtatio fidei ſit iuramentum, & ſe ha-
beat, vt genus & ſpecies *Gail. obſeruat. 59. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 286. n. 15. Franciſc. Marc. deciſ. 456. n. 55. p. 2. poſt Gloſ. in c. 2. in verb. interpoſitione. de ſponſalib. Aim. conſ. 241. n. 11. Menoch. cõſ. 201. n. 120. Surd. deciſ. 234. n. 7. cum ſeq. & de alim. tit. 9. q. 24. n. 2. & 3.* & notant omnes *in l. ſi quis maior. vbi Odoffr. n. 1. & 2. Bald. n. 5. Ang. n. 6. in fin. Roman. n. 12. Alciat. n. 2. Seiſſel. n. 28. Pantal. n. 82. Cagnol. n. 163. in fin. C. de tranſactionib. cum alijs per Farinac. de falſ. q. 161 n. 406. cum ſeq.*

Non tamen ex hoc ſequitur, quod huiuſmodi fi-
des per ſalutẽ Principis aliquid operetur, con-
24 ſtito de errore illam præſtantis, † prout dici-
mus de iurante per Deum, & ad ſacra ipſius
euangelia, qui non ligatur iuramento ſtan-
te errore credens, quod ita res ſe habebat,
cum tamen poſtea aliud repertum ſit *Aim. conſ. 144. n. 16. Socin. conſ. 49. n. 7. lib. 1. Roland. conſ. 13. n. 28. vſque ad 36. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 5. n. 156. lib. 1. Menoch. conſ. 91. n. 43. lib. 1. Calcan. conſ. 17. col. 2. in fin. Dec. conſ. 350. viſis allegationibus. n. 10. & 11. & conſ. 403. col. 6. verſ. quarto reſpondetur. Caſtr. conſ. 179. viſo inſtrumento. col. fin. lib. 2. Mancin. de iuram. effect. 1. q. 9. p. 4. n. 1. cum ſeq. fol. 188. Decian. conſ. 39. n. 22. lib. 2.*

Quare iuſtiſſimè Princeps non obſtante calculo
firmato ſub fide ipſius commiſit cauſam ter-
minandam, prout ita ſolet fieri, quando fuit
iuratum per Deum, & ad ſacroſancta ipſius
25 Euangelia, † paſſim enim conceditur abſolu-
tio à iuramento, itaut quando ſumus in con-
tractu nullo, & erroneo ex iuris diſpoſitione,
vt in caſu noſtro, tunc obtenta abſolutione à
Superiore, remanet in totum eliſa virtus iu-
ramenti & contractus reſtat in ſuo ſtatu, ac ſi
iuſiurandum non fuiſſet appoſitum, & conſe-
quenter nullus *Bero. conſ. 177. n. 37. lib. 1. Mancin. de iurament. p. 6. q. 1. n. 2. ad med.*

Et quidem non poteſt dici maior lę́ſio, & error,
quam prę́ſupponere in calculo ſolutionem re-
ſidui dotis in tam magna ſumma, cum tamen
nullibi fuerit probata ſolutio, itaut ſtante iſta
26 lę́ſione, † magis Princeps voluerit, non ob-
ſtante fide per eum data, reuideri calculum,
& ſuccurrere lę́ſo, prout etiam fit in iura-
mento per Deum prę́ſtito, *Bald. in l. fin. n. 3. C. de non numer. pecun. Bero. conſ. 39. n. 13. lib. 2. Mancin. de iurament. p. 6. q. 4. n. 1. Oſaſc. deciſ. 41. Cephal. conſ. 499. n. 35. lib. 4. Roland. conſ. 7. n. 53. lib. 3.*

Et licet prę́tendatur, vltra fidem datam per Prin-
cipem, non poſſe aliquid opponi contra calcu-
lum tanquam factum coram eodem Principe,
27 cuius † prę́ſentia ſupplet omnem ſolemnita-
tem, & excludit ſuſpicionem metus, aut frau-
dis, & habet vim decreti *Salicet. in l. 1. C. quand. decret. opus non eſt. Menoch. conſ. 508. n. 32. lib. 6.* Tamen hoc intelligitur, dummo-
27 do contrarium non conſtet de lę́ſione, † ſiue
per probationes apertas, ſiue etiam prę́ſum-
ptas *Gloſ. in l. 1. in verb. omni ordine. C. de fid. inſtrument. & iur. haſt. fiſcal. lib. 11. Pariſ. conſ. 12. n. 59. lib. 2. Menoch. præſumpt. 75. n. 32. & 33. lib. 2. dixi ſupr. c. 435. n. 11.*

Nec oberit, quod non probetur minor ætas ra-
tificantis calculum factum per procurato-
rem, Quia in facto exhibito præſupponitur de
eo conſtare, & poteſt quandocumq; produci
29 fides, & de ea ſe Iudex informare † tanquam
ſimus in notorio *Bald. in l. filiusfamilias. §. veterani. de procurator. & in l. iubemus. in 4. notab. C. de iudic. Natt. conſ. 218. n. 5. Surd. conſ. 371. n. 17. in fin. lib. 3.*

Et quatenus prę́tendatur, quod non ſit adhiben-
da aliqua ſolemnitas in minore propter Sta-
tutũ Florentię́, vbi fuit facta apocha, per quod
ſufficit ætas annorum decem & octo in con-
30 trahente in d. ciuitate, † cuius ſtatutum attẽ-
ditur in his, quæ concernunt ſolemnitatem
contractus *Alex. conſ. 41. n. 4. lib. 5. Card. Seraph. deciſ. 343. n. 2.*

Tamen iſta procedunt, quando ſolum ageretur
de ſolemnitatibus adhibendis per minores in
eorum contractibus, quod videlicet non poſ-
ſint contrahere ſine conſenſu propinquorum,
31 & decreto Iudicis, cum ſimilibus, tunc enim
talia ſtatuta ligant etiam forenſes contrahen-
tes in loco, vbi adſunt huiuſmodi ſtatuta, te-
nentur enim ad illorum obſeruantiam, cum
reſpiciant ſolemnitates, Aliud eſt quando ha-
bilitatur, ſeu inhabilitatur minor, prout in
caſu noſtro, in quo redditur habilis minor
habens decem & octo annos, tunc enim non
videtur, quod forenſis comprehendatur ſub
huiuſmodi ſtatuto, vt late per *Lamberteng. de contractib. mulier. gloſ. 2. n. 27. cum ſeq.* De-

32 ficit enim qualitas ſubiectionis, ideo nihil poſ-
ſunt ſtatuentes defectu poteſtatis, & iuriſdi-
ctionis in eum, qui eſt forenſis, & non habi-
33 tat, aut bona poſſidet † l. 1. in fin. ff. de tu-
tor. & curator. dat. ab his. Roland. conſ. 24.
n. 17. lib. 3. Surd. conſ. 257. n. 23. lib. 2.

Et iſta eſt verior opinio, quod forenſis non poſſit
dici per ſtatutum Florentinum habilitatus
quamuis Florentię contraxerit, vt late com-
probat Roland. conſ. 33. lib. 3. & conſ. 24. n.
17. vſque ad 27. eod. lib. vbi multa ſimilia
adducit Surd. qui de magis cōmuni, ęquiori,
& vera opinione teſtatur, & quod nemo diſcre-
pat deciſ. 107. n. 6, cum alijs per Lancell Gal.
in conſuet. Alexandr. in 8. præfat. n. 36. Natt.
34 conſ. 643. † & concludunt omnes in l. cunctos
populos. vbi Bart. n. 26. Bald. n. 41. & 58.
Salic. n. 10. Iaſ. in 1. lect. n. 42. & in 2. lect.
n. 86. Caccialup. n. 89. C. de ſumm. Trinit.
Anchar. in c. 1. n. 78. de conſtitutionib. Rot.
diuerſ. deciſ. 580. n. 1. p. 1. & deciſ. 103. n. 19.
35 p. 2. † & in ſimili ſtatuto Mediolani Iaſ. conſ.
59. col. 2. in fin. verſ. nec habet obſtare. lib.
3. Aim. conſ. 918. iuxta l. 1. in fin. vbi Bart.
n. 8. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Et
hanc opinionem ſequitur Rot. coram R. P. D.
Buratto Tiburtina ſeu Romana nullitatis
36 obligationis. 4. iulij 1614. † vbi etiam am-
pliat ad eum, qui tunc temporis habitaret
Florentię, quia non ſufficeret talis habita-
tio forenſis, niſi eſſet decennalis, quę neque
37 ſatis eſſet, quamuis probaretur, † ſi non con-
ſtaret, quod fuiſſet animo perpetuo permanē-
di, & non recedendi, prout requiritur ad con-
trahendum incolatum l. ciuis. vbi Bart. C. de
incol. lib. 10. Gloſ. in l. 1. in verb. incolam. C. de
municip. et originar. eod. lib. Alciat. in l. pupil
lus. §. incola. in princ. ff. de verb. ſignif. Rot.
deciſ. 150. p. 2. diuerſor. & coram Sanctiſſ.
Gregor. XIV. deciſ. 279. n. 11. & 12. Roland.
38 conſ. 79. n. 51. lib. 3. † vbi quod adeo iſte ani-
mus permanendi in loco eſt neceſſarius, vt
etiam ſi habitaret per centum annos, nunquā
contraheret domicilium, ſtante animo rece-
dendi Bart. & Din. in l. lex cornelia. §. ſi
tamen fundum. ff. de iniur. Quamuis in
dubio talis animus continuo habitandi prę-
39 ſumeretur † ex habitatione decennali, etiam
abſque aliqua declaratione Rot. corā R. P. D.
Comitulo Romana ſocietatis impreſ. per Mar
cheſan. de commiſſionib. tom. 2. fol. 227. Surd.
conſ. 371. n. 47. lib. 3. Roland. conſ. 79. n. 52.
& 53. lib. 3. vbi ad hunc effectum requirit de-
40 cennium continuatum, † ſecus ſi fuerit inter-
polatum Ang. in l. heres abſens. de iudic. Be-
ro. conſ. 90. n. 25. lib. 2. & conſ. 12. n. 13. &
20. cum ſeq. eod. lib.

Et quidquid ſit de prædictis, ſiue forenſis minor
veniat ſub dicto ſtatuto, nec ne, ſatis eſt, quod
etiam ſi tanquam maior quis contraxerit, ta-
men ei ſuccurrendum eſt, non obſtante iura-
41 mento, † quando lęſio vltra dimidiam eſt mul-
tum exceſſiua Corn. conſ. 258. col. 5. lib. 4. &
conſ. 166. col. penult. lib. 1. Natt. conſ. 166. n. 2.
Dec. conſ. 180. ſatis nota. n. 3. Aim. conſ. 7. n.
5. & conſ. 192. n. 3. Grammat. deciſ. 66. n. 48.
Miſinger. obſeruat. 91. n. 5. vſque ad 9. cen-
tur. 4. Mancut. conſ. 142. n. 24. cum ſeq.

Nec aduerſatur, quod non conſtet de læſione,
42 quæ concludenter eſt probanda † ad effectum
reſciſſionis calculi l. 3. §. ſi minor. ff. de iure-
iurand. Card. Seraph. deciſ. 976. n. 3. & de-
ciſ. 638. n. 4. Nam cum in calculo fuerit po-
ſita partita ſcutorum termille, & quingento-
rum, quæ non erat ponenda tanquam con-
cernens dotem non receptam, ſatis dicitur
probata læſio, maxime quia ex d. partita,
oritur etiam aliud grauamen, cum vltra ſor-
tem principalem d. ſcutorum 3500. fuerint
etiam taxati fructus inde prouenientes, qui
ſimul iuncti inducunt læſionem in totum, ne-
43 dum enormem, & enormiſſimam, † quæ dici-
tur probata, cum non expediret ita calcula-
re remittendo iura ſua in tam magna ſumma,
& faciendo ſe debitorem in eo, quod non erat
debitum Honded. conſ. 34. n. 11. & 12. lib. 2.
Odd. de reſtitut. in integr. q. 66. n. 23.

Nec ſubſiſtit, quod non probetur fuiſſe calcula-
tum propter iſtam cauſam finalem legati fa-
cti per teſtatorem vxori ſuæ pro dote reſti-
tuenda, cum potuerit eſſe, quod heredes mo-
ti ſint ad faciendum huiuſmodi calculum ex
alia cauſa, puta quia compertum fuit totam
dotem fuiſſe ſolutam, ideo voluerunt illam
reſtituere, & in calculo ponere, quamuis te-
ſtator videretur legaſſe ſolum dotem receptā,
44 adeo vt non probata † iſta cauſa finali non ſit
locus reſciſſioni calculi, & trāſactionis Bart.
in l. demonſtratio falſa. §. qui autem. n. 6.
ff. de condit. & demonſtration. Card. Sera-
phin. deciſ. 975. n. 3. Quia cum ſimus in cau-
45 ſa coherente diſpoſitioni, † dicitur finalis So-
cin. conſ. 159. n. 22. & 23. lib. 2. Imol. in l. 2.
§. fin. ff. de donat. & in c. poſt translationē.
de renunciat. Maxime quia generaliter re-
ſpicit totam diſpoſitionem, & ad illam tota-
46 liter influit, † tunc enim habetur pro cauſa
finali Bald. in l. 1. col. 2. n. 13. ff. ſolut. matrim.
& in l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric.
Corn. conſ. 35. col. 2. lib. 3. Iaſ. in l. 1. in 5.
notab. C. de iur. emphiteot. Aim. conſ. 192.
n. 21. poſt med. verſ. quinto illa dicitur. Car-
din. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio-
nib. lib. 3. tit. 13. n. 25.

Cum præſertim non præſumatur pluralitas cau-
47 ſarum, & actuum hominis † l. qui habebat. de
reb. dub. Bald. in l. vlt. in fin. C. de reb. cre-
dit. Alex. conſ. 53. col. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 10.
n. 8. & 10. lib. 3. Felin. in c. cum ioannes. n.
7. de fid. inſtrument. Bero. conſ. 90. n. 21.
lib. 3. Natt. conſ. 53. n. 4. Cephal. conſ. 170.
lib. 2. Becc. conſ. 47. n. 7. Surd. conſ. 16. n. 9. lib.
1. & conſ. 173. n. 33. lib. 2.

Et cum heredes ſuſceperint obligationem reſti-
48 tuendi dotem à teſtatore relictam, † præſu-
mendum eſt ex hac cauſa præcedente fuiſſe
fa-

Digitized by Google

factum huiuſmodi calculum, non ex alia cau-
ſa, tanquam ex cauſa præambula potius de-
beamus facta hominum metiri *Bart. in l. eum
ſolut. col. fin. ff. de vſucapionib. Bald. conſ.
245. col. vlt. lib. 3. Natt. conſ. 500. n. 131. Oſaſc.
conſ. 58. n. 18. Becc. conſ. 6. n. 6. Bero. conſ. 15.
n. 4. lib. 3. Surd. conſ. 16. n. 13. lib. 1.*

Ratificationes factæ per minorem poſt maiorē
ætatem de huiuſmodi calculo *iuxta l. fin.*
49 *C. ſi maior. fact.* Non obſtant, † quia non
conſideratur talis ratihabitio de iure canoni-
co, cui in hoc ſtandum eſt propter malam fi-
dem contrahentis cum minore *Menoch cōſ.
49. n. 48. lib. 1. Surd. conſ. 49. n. 41. & 47. lib.*
1. cum alijs late adductis in *precedenti cap.*
50 *n. 27. vſque ad* 30. † vbi etiam, quod huiuſmo-
di calculus laborat duplici defectu, & nulli-
tatis, & læſionis, itaut non ſit ſublata cauſa lę-
ſionis, quamuis tolleretur nullitas ex curſu
tēporis *Bald. in l. 1. ad med. C. ſi maior. fact.
Pantal. Cremenſ. in l. 2. n. 98. C. de reſcind.*
51 *vendit.* † Cum taciturnitas quinquennij ſup-
pleat defectum decreti, ſed non iniuſtitiam
aliunde cauſatā *Surd. cōſ. 49. n. 29. ad med. lib.*
1. Maxime quia non probatur notitia mino-
52 ris de tali defectu contractus, † quæ erat in
ſpecie probanda ad hoc, vt inducatur dicta
ratihabitio *Bald. in l. 1. oppoſ. 9. C. qui admit.
& in l obſeruare. §. vlt. q. 4. de offic. procō-
ſul. & legat. & in l. mater. n. 3. ad med. op-
poſ. 4. C. de rei vendicat.* quod tanquam nota-
tu dignum in ſpecie *l. fin. C. ſi maior. fact.*
ſequitur *Oſaſc. decíſ. 179. n. 13. poſt med.
Corn. conſ. 207. n. 8. lib. 3. Natt. conſ. 162. n.
30. ad fin. verſ. præterea. & n. 32. vſque*
53 *ad* 34. vbi etiam, † quod ad hunc effectum
erit probanda ſcientia particularis huiuſmo-
di defectus cū omnibus partibus cōtractus, &
cunctis qualitatibus *Gloſ. in c. concertatio-
ni. in verb. ſciuit. de appellationib. Speculat.
eod. tit. §. qualiter. verſ. cautius etiam ſit.
& de citation. §. ſequitur. poſt princ. An-
char. conſ. 372. pro declaratione. in fin. Alex.
conſ. 114. ponderatis. n. 4. in fin. lib. 1.*

Nec oberunt quæ dicuntur de omiſſa interpel-
latione, quæ non erit neceſſaria ad hoc vt fru-
54 ctus currant viduæ † quando debitor agnouit
bonam fidem, & conſtituit ſe debitorem, &
promiſit ſoluere iuxta *deciſ. Rot. corā R. P. D.
Remboldo Bononien. dotis. 9. Decembris 1619.
& coram R. P. D. Penia Romana fructuum*
55 *dotis. 12. Iunij. 1606.* † Quia procedit quan-
do promiſſio ſolutionis fructuum pendet à do-
te, quæ non controuertitur, & de qua legiti-
me conſtat, ſecus autem quando, prout in
caſu noſtro, non apparet de aliqua dote, tunc
enim illius reſpectu non poſſunt aliqui fructus
56 deberi, † cum ſublato principali, reſoluatur
omne acceſſorium *l. qui liberis. ff. de vulgar.
& pupill. l. cum principalis. ff. de regul. iur.
Surd. conſ. 93. n. 2. lib.* 1. Prout paſſim an-
57 nullato titulo, & reducto † ad non titulum fit
reſtitutio fructuum, itaut prior titulus non
inducat bonam fidem quo ad fructuum acqui-
ſitionem *Roman. conſ. 454. n. 27. Natt. conſ.
535. n. 12. Oſaſc. deciſ. 160. n. 12. Rimin. Iun.
conſ. 333. n. 21. lib. 3. Surd. deciſ. 26. n. 22.*

Geminationes ſolutionum, ratificationum, &
ſimilium actuum, quę ex aduerſo iterum præ-
ſupponuntur, Nihil faciunt, nam quamuis ge-
minatio multum operetur *l. baliſla. ff. ad tre-
bellian. Corſett. de verb. geminatio. Aim. conſ.
201. n. 42. Menoch. conſ. 10. n. 14.* Nihilomi-
nus illa non attenditur quando ratificatur
59 actus nullus, † vnde geminatus conſenſus non
tollit remedium *l. 2. C. de reſcindend. vendit.*
nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec
quando adeſt error, quaſi tunc deficiat con-
ſenſus, vel vbi adeſt ignorantia defectus, prout
late omnia prędicta comprobat *Menoch. cōſ.*
60 *918. n. 24. vſque ad 32. lib. 10.* † vbi etiam
quod eadem facilitate, qua quis motus eſt ad
faciēdum primum actum, eadē dicitur impul-
ſus ad faciendū ſecundum *Cephal. conſ. 308. n.
47. & conſ. 334. n. 57. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 51.
n. 7. Aim. conſ. 160. n. 4. & conſ. 151. n. 32.
Affl. deciſ. 110. in fin.* cum alijs adductis *ſupr.
n. 19. vſque ad 22. Roman. conſ. 54. in fin.*

E P I T O M E.

PRæſumptiones, & coniecturę an ſufficiant ad probandum errorem notarij, tam in omittendo, quam in committendo. ¶ Tabellio deponens de errore inſtrumenti per eū conditi an habeatur loco vnius teſtis, itaut cum alio teſte poſſit dici error legitime probatus. ¶ Obſeruantia quando debeat attendi ad effectum corrigendi errorem. ¶ Solemnitas, de qua in *c. fin. de confeſſ.* in docendo de errore an ſit neceſſaria in declaratione, confeſſionis obſcuræ. ¶ Per correctionem erroris an dicatur aliquid de nouo factum, vel potius declaratum, quod antea fuit geſtum.

S V M M A R I V M.

1 *Error inſtrumenti probatur per vnicum teſtem cum depoſitione notarij de eo rogati. n. 2. 3. 7. 8. 12. & 13.*
4 *Veritas ſcripturæ poteſt probari per illius auctorem.*
5 *Coniectura, & indicia ſufficiunt ad probandum errorem notarij.*
6 *Error in omittendo facilius corrigitur, quam in committendo.*
9 *Non creditur ſoli tabellioni quo ad errorem commiſſum, prout nec ſoli arbitro.*
10 *Notarius deponens de errore habetur pro vno teſte.*
11 *Opinio vltimo loco relata cenſetur approbata.*
14 *Obſeruantia eſt attendenda tamquam tollens omnem dubitationem n. 15.*
16 *Conuentio dicitur probata per obſeruantiam ſubſecutum, etiam recedendo à proprietate verborum.*

Error

Digitized by Google

17 *Error notarij non debet nocere partibus .*

18 *Expreſſum dicitur quod in ſcriptura deficit ſi per partes fuit geſtum .*

19 *Per correctionem erroris non dicitur quid quam de nouo factum , ſed ſolum declaratum quod actum eſt .*

20 *Solemnitas, de qua in* c. fin. de confeſſ. *in docendo de errore, non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ.*

CAPVT DCCCXXV.

Ide decis. Marcb. 3.

1 ERror inſtrumenti, de quo agimus, eſt concludenter probatus , † quia de eo deponit vnus ex teſtibus inſtrumentarijs , qui ſufficit vna cum depoſitione ipſiuſmet notarij rogati de eodem inſtrumento , prout concludit *Bart. in l. ſi librarius. 92. in fin. ff. de regul. iur.*

Neque obſtat, quod contrarium ſequatur *Bald. in l. imperator. la 1. quæ eſt* 8. *in 1. lect. n. 2. verſ. ſed quid ſi vltra notarium. ff. de ſtat bo-*
2 *min.* Quia illius opinio † non eſt ſequenda, nec debet præualere opinioni *Bart.* cum Doctores maioris auctoritatis eũdem *Bart.* ſequantur, prout *Caſtr. conſ.* 364. *incipiendo ab vltimo n. 2. lib. 2. Alex. conſ.* 105. *in cauſa correctionis erroris. n. 4. in fin. & n. 6. lib. 2. Iaſ. conſ.* 28. *n. 1. verſ. nam ad probandum errorem lib. 1. Rimin. Sen. conſ.* 403. *n. 11. lib.* 3. & latius *conſ.* 456. *n. 1. eod. lib. Zabarell. in probem. clem. in verb. data. in fin. Cardin. Tuſch. concluſ.* 89. *notarij error qualiter probetur. n. 2. tom. 5. fol. 931. Maſcard. concluſ. 644. n. 20. p. 2.*

Et eſſe optimum modum corrigendi errorem
3 per aſſertionem tabellionis, † dicit *Socin. cõſ. 94. n. 5. lib 1. poſt Bart. conſ. 197. reperitur inſtrumentum. n. 2. lib.* 1. Quia veritas ſcripturæ poteſt probari per ipſum auctorem ,
4 qui fecit † *Idem Bart. conſ.* 208. *ex facto propoſito. n. 2. lib.* 1. iuxta *l. ſi quis decurio. C. ad leg. cornel. de falſ.*

Maxime quia error notarij probatur per con-
5 iecturas, & indicia † *Socin. conſ. 94. n. 8. poſt princ. verſ. error enim tabellionis. lib. 1. iuxta l. cum proponebatur. 66. vbi Bald. in fin. ff. de legat. 2. Burſatt. conſ. 317. n. 3. lib. 3. Iaſ. in l. iubemus.* C. *de teſtam. Rot. deciſ. 281. n. 2. poſt med. p. 1. in recentiorib. Menoch. præſumpt. 22. n. 8. lib. 6.* Cum etiam ſimus
6 in errore in omittendo , † qui facilius corrigitur , quam in committendo *Albenſ. conſ. 10. n. 19. lib. 1. Socin. conſ. 98. col. 7. n. 11. lib. 3.*

Ex quibus patet opinionem *Bald.* non ſubſiſtere , præſertim, quia Doctores qui exaduerſo
7 allegantur , † non concludunt aliquid circa probationem teſtis , & aſſertionis notarij , quod non ſufficiat . ¶ Nam *Alber. in d. l. imperator. la 1. n. 5. in fin. ff. de ſtat. homin.* ſolum dicit , quod non creditur notario di-
8 centi ſe erraſſe , † nihil tamen addit quando vna cum eo adeſt depoſitio vnius teſtis. ¶ *Grã Stephani Gratiani* *mat. conſ. crimin. 24. n. 1.* licet videatur ſequi *Bald.* Tamen mouetur ex auctoritate *Speculat. de inſtrument. edition. 9. poſtremo. col. 3. in princ. verſ. ſed nunquid confe-*
9 *cto inſtrumento ſine die. n. 6.* † vbi tantum concludit , quod non creditur ſoli tabellioni, quo ad errorem commiſſum, ſicut nec ſoli arbitro , qui non eſt caſus noſter, cũ non ſimus in ſolo notario . ¶ Cum etiam *Grammat.* fundet ſe in opinione *Vital. in clauſ. non errore ductus. quæ eſt 22. §. reſtat videndum. il 2.*
10 *n. 1. fol. 209.* † qui tamen eſt ſibi contrarius , cum de directo *ibid. n. 4. ad fin. verſ. & puto quod ſufficeret. fol. 210.* teneat contrariũ, quod videlicet ſatis ſit valida probatio vnius teſtis cum notario , quia tunc ſunt duo teſtes, iuxta *§. ſi vero moriantur. verſ. in his. autb. de inſtrum. caut. & fid.* ¶ *Farinac. q. 156. n. 132.* licet referat opinionem *Bald.* Tamen poſtea *n.* 133. adducit alios , qui con-
11 trarium ſequuntur , † itaut potius videatur reſidere in opinione vltimo loco relata *Gloſ. in l. qui filium. §. ſabinus. in verb. ſi paulo. verſ. reſpondeo. ff. ad trebell. Bald. in autb. ex teſtamento. col. 2. C. de collation.*

Et quamuis *Idem Farinac. d. q. 156. n. 145. in fin.* alleget *Grammat. d. conſ. crimin. 24. n.*
12 1. Nihilominus † ex ſupradictis apparet quomodo *Idem Grammat.* loquatur, & quid ei ſit deferendum . ¶ Et quidquid iſti dicant ſatis eſt, quod opinio *Bart.* eſt magis vera, & fundata validioribus rationibus , & auctoritate inſignium Doctorum ſuperius relatorum , à
13 quibus non eſt recedendum † propter ſupra adductos numero , & auctoritate minores , prout etiam late dixi *deciſ. Marcb. 163. n. 1. cum ſeq.*

Et in caſu noſtro tollitur omnis difficultas propter obſeruantiam ſubſecutam, cum Euſebius cõductor Molendini per ſpatium duorum annorum ſoluerit ſcienter viginti quatuor terminos huiuſmodi affictus ad rationem ſcutorum trium cum dimidio pro quolibet menſe, vt conſtat ex ſeptem quietãtijs diſtinctis die-
14 bus, menſibus, & annis in actis exhibitis, † cui obſeruantiæ ſtandum eſt *Aim. conſ. 118. n. 2. & conſ. 201. n. 12. Surd. conſ. 220. n. 3. lib. 2. & conſ. 362. n. 10. lib. 3. Affl. deciſ. 383. n. 8.*
15 Cum per eam † omnia ambigua decidantur *Butr. in c. cum veniſſent. n. 2. de inſtitution. Natt. conſ. 406. n. 28. Becc. conſ. 181. n. 49. Ludouic. concluſ. 38. verſ. infertur primo. Magon. deciſ. Lucenſ. 49. in fin.* Itaut ob
16 talem obſeruantiam ſubſecutam , † ſatis dicatur probata conuentio , etiam recedendo à proprietate verborum *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. tit. 1. lib. 2. n. 5. & tit. 8. eod. lib. n. 20. Aim. conſ. 828. n. 11. Gabr. conſ. 66. n. 4. & conſ. 76. n. 12. lib. 2. Decian. conſ. 51. n 56. lib. 2. Socin. conſ. 209. n. 4. lib. 2.* & in ſpecie de huiuſmodi obſeruantia quo ad errorem notarij *Rot. deciſ. 502. n. 10. vſque ad 13. p. 1. in recentiorib.* & ita

iuxta prædicta fuit per tres vices iudicatum, quod vere & legitime ſit error probatus, qui
17 nō debet nocere partibus *Iaſ. in l. errore. vbi Sicard. n. 1. C. de teſt. am Caſſau. conſ. 52. n. 18.* iuxta *l. fin. C. de fideiuſſorib. Socin. Iun. conſ. 71. n. 20. lib. 3. Grat. conſ. 16. n. 30. lib. 1. Menoch. conſ. 42. n. 36. lib. 1. & conſ. 998. n. 10. lib. 10. Purpur. in l. admonendi. n. 237. ff. de iureiur. Rot. deciſ. 281. n. 2. p. 1. in recentiorib. & deciſ. 503. n. 9. & 10. ead. part.*
18 vbi quod eſt habēda† iſta ſpecificatio pro expreſſa, licet in ſcriptura deficiat, quod per partes fuit geſtum *Caſtr. conſ. 60. n. 4. verſ. item nō obſtat. lib. 1. Decian. conſ. 34. n. 101. lib. 3.* Itaut ſtante huiuſmodi correctione er-
19 roris, † non dicatur quidquam de nouo factum, ſed ſolum declaratum, quod geſtum eſt *Felin. in c. qualiter & quaudo. il 1. n. 27. verſ. facit quod notat dominus. de accuſationib. & in c. 2. n. 16. verſ. & pulchre inquit. de libell. oblat. Rot. deciſ. 158. n. 2. p. 2.*
20 *in recentiorib.* † vbi etiam, quod ſolemnitas, de qua in *c. fin. de confeſſ.* in docendo de errore, non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ *Marian. in d. c. qualiter & quando. il 1.* iuxta *l. heredes palam. ff. de teſtament.*

EPITOME.

CEſſio iurium, & actionum quando ſit valida. ¶ Et quid ſi fiat clerico, & conſanguineo, & potentiori, & pro modico pretio, & ſimul cum donatione. ¶ Et qualiter circa prædicta Iudex debeat arbitrari. ¶ Et ad iſtum effectum quis dicatur potentior. ¶ Et an requiratur iuriſdictio, & poteſtas. ¶ Vel ortus ex familia nobili, & bellicoſa. ¶ Statutum prohibens ceſſiones in potentiores an comprehendat eccleſias. ¶ Coniecturæ quādo arguant ſimulationem ceſſionis. ¶ Cauſa ſenectutis, paupertatis, ſexus muliebris, neceſſitatis, vel ſimilis impedimenti, per quod lis non poſſit defendi, an conualidet ceſſionem iurium, & actionum factam in potentiorem. ¶ Et an talis ceſſio confirmetur iuramento. ¶ Vel quando adeſt ius clarum, & indubitatum cum obligatione camerali. ¶ Et quomodo ſit iurandum ad hoc, vt excludatur ſimulatio ceſſionis. ¶ Et an illius reuocatio iuuet quo ad euitandam pœnam. ¶ Aeſtimatio rerum dotalium quo caſu faciat emptionem, & quo tempore ſit facienda. ¶ Et quando dicatur iniuſta. ¶ Emphiteuta reuocans alienata ſine conſenſu Domini an illis priuetur. ¶ Diminutio, & augmentum bonorum dotalium an ſpectet ad vxorem. ¶ Et quando heredes viri teneantur de illorum deterioratione. ¶ Executores vltimarum voluntatum an poſſint cogi ad confectionem inuentarij, & ad aliquam cautionem. ¶ Et quando ſufficiat ſola deſcriptio ad effectum reddendi rationes. ¶ Mulier an ſit repellenda ab officio executoris teſtamentarij, tam in bonis prophanis, quam ad pias cauſas. ¶ Et quid ſi fuerit nupta. ¶ Vel tranſierit ad ſecunda vota. ¶ Cauſa finalis quæ ſit ad hoc, vt poſſit recedi à donatione. ¶ Solutio ex quibus probetur. ¶ Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti, quando ſit admittenda. ¶ Electio an ſpectet ad maritum, ſi ei dentur res dotales æſtimatæ, cum pacto vt illas reſtituat, ſeu earum valorem.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium, & actionum magna quantitatis pro modica ſumma dicitur ſimulata, & admittitur talis exceptio ad fauorem illius contra quem fuit facta. n. 2.*
3 *Aeſtimatio quomodo ſit facienda, vt cognoſcatur an actio ſit vendita iuſto pretio.*
4 *Emptio actionum cum promiſſione euictionis per cedentem facta præſumitur ſimulata, & excludit periculum exactionis, & admittit ſolum lucrum.*
5 *Iudex arbitratur quæ ſit modicitas pretij.*
6 *Clerici debent abſtinere ab omni negotiatione, & litigio.*
7 *Ceſſio actionum facta clerico eſt nullius roboris, & præſumitur ſimulata, & propter auaritiam.*
8 *Fraus præſumitur in ceſſione actionum facta clerico, tanquam potentiori, ſiue fiat contra fiſcum, ſiue priuatum. n. 9.*
10 *Clericus etiam pauper dicitur potentior laico diuite.*
11 *Ad effectum nullitatis ceſſionis an clericus dicatur potentior laico, ſi non habet poteſtatem in eum, vel non ſit de magna, & bellicoſa familia. n. 12. vel ſufficiat priuilegium fori. n. 13.*
14 *Statuta prohibentia fieri ceſſiones in potentiores comprehendunt eccleſias, ob difficultatem conueniendi.*
15 *Ceſſio actionum facta clerico conſanguineo eſt valida propter coniunctionem, per quam excluditur dolus, & ratio maioris potentiæ. Contrarium eſt verius. n. 16. 17. & 18.*
19 *Coniecturæ multa ſimul iuncta arguunt cōtractum ſimulatum. & n. 36.*
20 *Simulatio ceſſionis an in dubio ſit præſumenda.*
21 *Cauſa ſenectutis an excludat dolum, itaut non poſſit tunc opponi de inualiditate ceſſionis, vel alienationis, & quid in muliere, & in paupere. n. 22.*
23 *Ceſſio in potentiorem permittitur ei, qui nō poteſt rem ſuam recuperare ob potentiam aduerſarij, immo licebit rem æquiualentem ſurripere ob talem cauſam, etiam in foro conſcientiæ. n. 24.*
25 *Impedimenta neceſſaria debent eſſe ad conualidandam ceſſionem in alium factam, itaut remaneat actio quaſi inutilis, & non adſit aliquid pro lite tuenda. n. 26. & 27.*

quid-

quidquid aliud ſit reſpectu pœnæ. n. 28.

29 *Ceſſiones inualidæ non confirmantur iuramento, ſicut nec contractus ſimulati. n. 30. & quomodo ſit iurandum ad effectum excludendi præſumptionem ſimulationis. n. 31. & 32.*

33 *Ceſſio eſt inualida, ſi fiat ex cauſa donationis, & venditionis, & in eo quod donatur vltra illud, quod ſoluitur, non aget, nec cedens, nec ceſſionarius. n. 34.*

35 *Præſumptio ſimulationis excluditur per ſpatium plurium annorum.*

37 *Reuocatio ceſſionum eſt vtilis, vt cedens non teneatur ad aliquam pœnam.*

38 *Emphiteuta reuocans alienationẽ factã abſq; cõſenſu domini non priuatur re alienata.*

39 *Cedens promittens aliquid dare ceſſionario poſt ſecutam exactionem non poteſt per eũ conueniri, & quomodo hoc procedat. n. 40. & 41.*

42 *Nullitas ceſſionis non conſideratur quando adeſt ius clarum cedentis. Declara in iure indubitato. n. 43. & 50. Et quomodo intelligatur. n. 52. & 53. & quid ſtante obligatione Camerali. n. 54. & 55.*

44 *Cauſa finalis donationis ſi ceſſat, donatum reſtituitur. Et ex quibus verbis illa colligatur. n. 45. & 46.*

47 *Agens ex contractu reciproco debet prius adimplere omnia ad eum ſpectantia, etiam in minimo.*

48 *Solutio, & remiſſio fideicommiſſi, & donatio præſumitur ex diuturnitate temporis, coniunctione. & ratione ſæpius calculata.*

49 *Solutio probatur ex curſu temporis, & qualitate perſonæ non ſolitæ differre exactiones, & ex ſimilibus coniecturis.*

51 *Adminiſtrator quando præſumatur ſibi ſoluiſſe ſuum creditum.*

56 *Aeſtimatio in dote quando faciat emptionẽ. n. 61. & 62. Et quid ſi fuerit facta demonſtratiue, & enunciatiue. n. 63. & 70.*

57 *Bonorum æſtimatio variatur ex curſu temporis.*

58 *Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti non admittitur, maxime ſi non modicum interuallum intereeſſit. n. 59.*

60 *Bona dotalia ſunt in ſpecie reſtituenda, ſi nõ eſt facta æſtimatio.*

64 *Dos certæ quantitatis promiſſa primo viro, ſi poſtea promittatur ſecundo ſine expreſſione dictæ quantitatis cum traditione certarum rerum pro dote, an dicatur data æſtimatione tali, quæ faciat emptionem, & n. 65.*

66 *Iniuſtitia pretij æſtimationis rerum dotaliũ excludit emptionem.*

67 *Nemo præſumitur velle vendere rem minori pretio, quam valeat.*

68 *Aeſtimatio antiqua, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem facta non attenditur, ſed Intelligitur de tempore quo conſignantur bona dotalia ſecundo viro, cui augmentum, & diminutio cedit.*

69 *Tempus contractus attenditur quo ad valorem rei.*

71 *Diminutio, & augmentum bonorum dotaliũ ſpectat ad vxorem, quando non eſt facta æſtimatio inducens emptionem.*

72 *Deterioratio fundi dotalis procedens ex culpa viri grauat eius heredes, vt ſoluãt vxori intereſſe deteriorationis.*

73 *Voluntas contrahentium tam expreſſa, quã tacita attenditur ad effectum, vt cognoſcatur quando æſtimatio faciat emptionẽ. n. 74.*

75 *Electio pertinet ad virum, ſi ei fuerint datæ res dotales æſtimatæ, cum pacto vt illæ debeant reſtitui, ſeu earum valor.*

76 *Executores vltimarum voluntatum habentur pro nudis miniſtris, nec lucrum, nec damnum debent reportare, nec ad inuentarium conficiendum tenentur, ſed ad ſimplicem deſcriptionem. n. 77.*

78 *Procuratores, Commiſſarij, & Executores dati à teſtatore non debent præſtare cautionem mutuanam, ad quam tenentur vſufructuarij.*

79 *Mulier non repellitur ab officio executoris teſtamentarij, quamuis ſit nupta, & ad ſecunda vota tranſiuerit, tam in bonis prophanis, quã ad pias cauſas. n. 80. & 81.*

CAPVT DCCCXXVI.

QVo ad primum dubium concludendum eſt ceſſionem, de qua agimus, eſſe nullam, irritam, & inanem, Etenim apparet Horatium ceſſiſſe, & cedere Fabritio omnia, & quæcumq; eius iura, & actiones, quæ & quas habet & prætendere poſſet in bonis, iuribus, & hereditate q. equitis Franciſci in ciuitate & ſtatu Florentiæ & alibi ſibi quomodolibet cõpetentibus, & quæ competere poſſunt cauſa & occaſione inſtrumentorum, & iurium celebratorum inter eoſdem Horatium & Equitem, quam ceſſionem facit ob dilectionem verſus ipſum Fabritium, & eius merita, & quia tanquã ſenex non poteſt incumbere exactionibus iurium, & quia ſic ſibi facere placuit, hoc tamen pacto, quod Fabritius teneatur poſt conſecutionem dictorum iurium dare eidem Horatio pro vna vice ſcuta centum, cum promiſſione de euictione & refectione damnorum, iuramento, hypotheca bonorum, ac alijs quæ latius in inſtrumẽto exhibito cõtinentur.

Ex quibus verbis apparet, quod pro modica ſumma ſcutorum centũ fuerunt ceſſa iura & actio-
1 nes magnæ quantitatis, † quo caſu ceſſio præſumitur ſimulata, quatenus excedit quantitatem promiſſam, pro qua ſola conceditur actio ceſſionario *l. per diuerſas. 22. C. mandat. Innoc. in c. vlt. n. 2. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Bald. in l. 2. col. 1. in fin. & ibi Sicard. n. 6. C. ne lic. potent. Rebuff. de ceſſ. action. art. 2. gloſ. vlt. in fin. verſ. item ratione. tom. 2. fol. 475. Menoch. de arbitrar. caſ. 248. n. 1. fol. 229.* & latius *præſumpt. 129. n. 2. & 3.*

2 Gabr. concluſ.5. n.1. de actionib. † & paſſim
datur oppoſitio iſtius ſimulationis illi, contra
quem fuit facta ceſſio, quidquid alias talis
exceptio non poſſit per tertium allegari Ti-
raq. de retract. lignag. §.1. gloſ.18. n.78. in
fin. verſ quod dicit. Rot. deciſ.303. n.11. p.1.
in recentiorib.

Maxime quia ſtante qualitate, & quantitate
rerum ceſſarum ſemper apparet de modicita-
3 te pretij, † quamuis fieret æſtimatio laborum,
impenſarum litis, & dubij illius euentus, pro-
ut talis æſtimatio eſt facienda ad cognoſcen-
dum an actio ſit vendita iuſto pretio Caſtr.
conſ.363. pro euidentia. col. vlt. ad med. verſ.
circa quintum. lib.2. Abb. in c.2. n.6. de alie-
nat. iudic. mut. cauſ. fact. Corn. conſ. 263. in
cauſa vertente. n.7. ad fin. lib.3. Pariſ. conſ.
64. n.16. lib.4. Card. Mantic. de tacit. & am-
big. conuention. lib. 4. tit. 13. n. 16. ad fin.
verſ. quare actio rei. Rot. deciſ.307. n.12. p.1.
in recẽtiorib. Rebuff. de ceſſion. act. art.2. gloſ.
vltim. in fin. Sicard. in l.2. n.7. C. ne liceat
potentior. Quamuis in caſu noſtro iſte du-
bius euentus non ſit conſiderabilis, cum em-
ptor iſtarum actionum ſibi pręcauerit ob eui-
ctionem promiſſam per cedentem cum refe-
ctione damnorum, ac alijs in inſtrumento,
4 quæ magis arguunt † ſimulationem, & exclu-
dunt periculum exactionis rerum ceſſarum,
& quod nullam iacturam voluerit emptor ſu-
bire, ſed ſolum ad lucrum faciendum Aim. cõſ.
979. n.2. & per tot. lib.5. iuxta c. illo vos. de
pignorib. c. ad noſtram. de empt. vendit. Bald.
conſ.389. quod dictus contractus. col.1. lib.4.
5 Et ſecundum prędicta † ita Iudex debet iudi-
care, cum eius arbitrio committatur quando
adſit iſta modicitas pretij Menoch. de arbi-
trar. caſ.248. n.2. Affl. in c.1. n.21. verſ. itẽ
habet arbitrium decernendi. ex quib. cauſ.
feud. amittat. Socin. Inn. conſ.104. n. 3. vſ-
que ad 7. lib. 3.

Adeſt etiã nullitas ceſſionis tãquam factæ cleri-
co, videtur enim ex fonte cupiditatis proce-
6 dere, quia † clerici debent ab omni negotia-
tione prorſus abſtinere c. clerici. & c. canonũ.
14. q. 4. c. fornicari. 88. diſtinct. pręcipuè à
litigijs, quę magis ſunt deteſtanda c. vnic. de
ſindic. Adeo vt quamuis ceſſio facta clerico
eſſet vera, adhuc tamen pręſumeretur in frau-
7 dem, & propter auaritiam, † vnde erit nulla
c.2. vbi Gloſ. & Abb. de alienat. iudic. mutãd.
cauſ. fact. Innoc. Io. Andr. Butr. Cardin. &
alij per Natt. conſ.474. n.39. & 40. vbi late
comprobat, Idem Natt. conſ.530. n. 11. poſt
Speculat. de ceſſion. act. §. 1. Rebuff. eod. tit.
art.1. gloſ.2. in princ. & gloſ.5. verſ. ſcien-
dum. n.8. Olderdorp. in libell. coll. iur. in
verb. ceſſio. verſ. primo. Gabr. de actionib. cõ-
cluſ.5. n. 55. Iaffred. Balbus deciſ. 87. late
Roland. conſ.38. n.27. vſque ad 34. lib.2.

Cum etiam vltra auaritiam, & genus mercimo-
8 nij, ſit prohibita ceſſio in clericum † tanquam
facta in potentiorem, quo caſu præſumitur
fraus Aret. & alij in l fin. C. ne lic. potentior.
& in l.1. C. de his qui potentior. nomin. titul.
9 prædijs affig. ſiue fiat contra fiſcum, † ſiue
contra priuatum Io de Plat. in l.1. col.1. verſ.
ſicut enim non valet. C. vt nem. ad ſuum
patrocin. ſuſcip. vicos vel ruſtican. Poten-
10 tior enim dicitur clericus † etiam pauper lai-
co diuite, vt per Rebuff. de ceſſion. action. ar-
tic.1. gloſ.2. in princ. & gloſ. 5. n. 1. & ita
ſeruari teſtatur Hieron. Paul. in pract. can-
cellar. fol. 44. verſ. clericus in cancellaria.
Collectan. in c. 1. in fin. de alienat. iudic.
mutand. cauſ. fact. Gomeſ. de ſubrogand. col-
litigantib. q.1. col.3. in princ.

Et quamuis aliqui teneant, quod clericus non di-
catur potentior ad hunc effectum nullitatis
11 ceſſionis, † niſi quando haberet poteſtatem
aut ſuperioritatem ſuper laicum, vel quando
eſſet potens ex magna & nobili domo, & bel-
licoſa vt per Gomeſ. ibid. vbi exemplificat in
Columnenſibus, & Vrſinis Roman. conſ. 518.
n.5. vbi Mandoſ. in verb. poteſtatem. Iaſ. in
l.1. n.1. verſ. confirmo. C. de his qui poten-
tior. nomin titul. præd. Maſcard. concluſ.558.
n.21. Duen. reg.88. n.4. ¶ Tamen quidquid
12 iſti dicant, † verius eſt, vt ſemper clericus
etiam ſi non habeat iuriſdictionem, dicatur
potentior laico in materia ceſſionis ſaltem
ratione fori, & ob alia priuilegia eidẽ compe-
tentia, prout ob hanc rationem ſaluatur ſti-
lus Cancellariæ, vt notat Idem Gomeſ. d. q. 1.
col. 2. in princ. verſ. dicitur etiam. in fin.
Rebuff. de ceſſion. action. art. 1. gloſ. 2. in
princ. verſ. quod non approbo immo dico.
Guid. Pap. deciſ. 73. n.1. verſ. ſed hac cu-
ria parlamenti. & ibid. addit. in verb. vide-
13 tur. fol. 409. & iſtam rationem fori † admit-
tit etiam Rot. deciſ.1. in fin. verſ. reſpondeo.
& verſ præterea. de alienat. iudic. mutand.
cauſ. fact. in nou. Aim. conſ.205. n.44. Socin.
conſ. 264. n.2. verſ. quarto arguitur. lib. 2.
Calcan. conſ.7. col.4. Anchar. conſ. 165. in
14 fin. & conſ. 166. ad med. † Et faciunt mul-
ta de ſimilibus ſtatutis prohibentibus fieri
ceſſiones in potentiores, quæ comprehendunt
eccleſias ob difficultatem conueniendi Alex.
conſ.93. col.2. in princ. verſic. & puto quod
dictum ſtatutum. n.3. lib.2. Franc. in c. vlt.
ad med. col.1. in fin. verſ. immo plus tenet. de
immunit. eccleſ. in 6. poſt Feder. conſ. 83. &
84. cum alijs per Tiraq. de nobilit. c.37. n.105.

Amplius neque obſtaret, ſi diceretur talẽ ceſſio-
nem factam fuiſſe conſanguineo ſeu affini, quo
15 caſu non † conſideratur clericatus, ſed vale-
bit ceſſio etiam facta clerico conſanguineo,
tanquam præſumptio coniunctionis faciat
ceſſare omnem dolum, & excludat rationem
maioris potentiæ, cum hic ſit vnus effectus sã-
guinis ex multis ſpecialibus, quæ illi conce-
duntur Tiraq. de retract. lignag. in præfat.
n.54. Roland. conſ.16. n.45. lib.3. cum alijs per
Surd. conſ. 22. n. 20. vſque ad 23. lib. 1.
Rot. deciſ.1. poſt med. verſ. aut propter frau-
dem.

dem. de alien. iud. mut. cauſ. fact. in nou. Creſcent. deciſ.10. in fin. de ſentent. & re-
16 iudic. Quia verior eſt opinio † contraria, quod non attendatur iſta coniunctio ſanguinis, nam ſi clericatus ſolus impedit validitatem ceſſionis, multò fortius conſanguinitas iuncta cum clericatu coadiuuabit fraudem, & ſimulationem ad colorandam ceſſionem, ſtantibus præſertim priuilegijs clericorum, propter quæ laici vexantur litibus, & ſumptibus, itaut fiant immortales, & ſic re ipſa adeſt tertius, per quem inualidantur ſimiles ceſſiones, Ita in ſpecie concludit Salic. in l. per diuerſas. 22. q. 21. n. 18. verſ. contra primum. C. mandat. iuxta l. ſi per impreſſionem.C.quod met.cauſ. auth.
17 quibuſcumque. C. de ſacroſ. Eccleſ. † Et Salic. ſequitur Soarez. allegat.19. n.1. ad med. vbi quod iſta eſt verior opinio ex parte rei, contra quem fuit facta ceſſio, & ad eius fauorem, cum hæc fuerit vera intentio Summi Pontificis Gregor. VIIII, in c.fin. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. & notat etiam Speculat. de ceſſ. action. §. interdum. n. 9. verſ. ſed nunquid ratione conſanguinitatis. Guid. Pap. deciſ. 273. ad med. verſ. ſed curia. fol.408. Maximè quia ſemper militat ra-
18 tio illa venalitatis, auaritiæ, & generis mercimonij, quæ prohibet validitatem ceſſionis in clerico, vnde ceſſat alia ratio conſanguinitatis Natt. conſ. 474. n. 40. cum alijs ſupra adductis, & latè Roland. qui reſpondet omnibus iſtis qualitatibus cõſanguinitatis, & ſimilibus, conſ. 38. n.28. vſque ad 34. lib. 2. Mantu. ſing. 180. n. 1. Et quatenus coniunctio ſanguinis operaretur aliquam vali-
19 ditatem ceſſionis, † Tamen intelligitur, dũmodo aliæ coniecturæ nõ adeſſent pro ſimulatione eiuſdem ceſſionis, tunc enim omnes ſimul iunctæ faciunt, vt actus dicatur ſimulatus Roman. conſ. 246. n. 1. in fin. iuxta l. ſi quis poſt hac. C. de bon. damnator. Maſcard. concluſ. 558. n. 18. Ideò in dubio po-
20 tius pro ſimulatione ceſſionis † quando dubitatur, an ſit vera, vel ficta, præterquam in caſibus relatis in l. per diuerſas. C. mandat. vt notat Gloſ. in c. vlt. in verb. ſanctiones. in fin. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. Speculat. de ceſſ. action. §. ſciendum. n. 7. verſ. ſi verò dubitatur. poſt Vin. Bern. & alios ibid. allegatos.

Minus facit quod ceſſio, de qua agimus, fuerit facta à ſene, qui tanquam talis non poterat incumbere exactioni iurium, vt aſſeritur in
21 ipſo ceſſionis inſtrumento, † quæ cauſa ſenectutis videtur excludere dolum, itaut non poſſit tunc opponi de inualiditate ceſſionis, vel ſimilis alienationis, prout dicimus quãdo quis ob valetudinem,vel ætatem tranſtulit litem in alium, vel propter occupationes, qui tunc non dolo facit, nec habet locum edictum de alienatione iudicij Rebuff. de ceſſion. act. art. 1. gloſ. 2. col. 2. in princ. verſ. notandũ eſt quod in illo fol. 454. iuxta l. non ſolum 5. §. ſi quis autem. ff de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Caſtr. conſ. 393. col. vlt. ad med. verſ. ſed etiam ſine eis conſide-
22 rata. lib. 2. vbi exemplificat etiam in muliere, & in paupere Creſcent. deciſ. 10. in fin. de ſentent. & re iudicat. Alber. in l. per diuerſas.C.mandat. Gabr.de action.cõcluſ.5.n.46. Duen.reg.88.n.5.vbi de eo,qui nõ poteſt recuperare rem ſuam ob potentiam aduer-
23 ſarij, † cui permittitur non ſolum in potentiorem cedere,ſed etiam rem alienam æquiualentem ſurripere, quando illam non poſſet recuperare ab aduerſario potente, & diuite Gloſ. in c. ius gentium. diſtinct. 1. Innoc. in c. olim. il 1. n.8. de reſtit. ſpoliator. Pelin. in c. quoniam. n. 13. de ſimon. Alex.conſ.135. n.1. lib. 1. Rebuff. de ceſſion. action. art. 1. gloſ. 10. verſ. ſeptimo quando. fol. 460. cum
24 alijs per Duen. regul. 88. n.5. † Vbi etiam quod talis erit tutus in foro conſcientiæ Archidiacon. in c. non ſanè. n. 4. cauſ. 14. q. 5. Innoc. in c.quia plerique. de immunit. Eccl.

Quia iſta aſſertio ſenectutis nõ eſt ſufficiens ad
25 iuſtificandam ceſſionem, † cum per legem admittantur tales cauſæ ad conualidandas huiuſmodi ceſſiones, quando ſunt occupationes, & impedimenta neceſſaria, vt dicitur in d. l. non ſolum. 5. §. ſi quis autem. in princ. ff. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Quæ neceſſitas non probatur in caſu noſtro, non enim ſequitur, quod omnis ſenectus ponat ſenem in neceſſitate ad cedendum, cum poſſit per procuratorẽ exigere iura ſibi debita, vel alijs modis; Ideò Doctores dum
26 conſiderant iſtas qualitates in cedente † præſupponunt, quod apud talem ſenem, mulierem, & pauperem, valetudinarium, & occupatum remaneat actio quaſi inutilis, ita vt ſi illam non cederet, nunquam aliquid potuiſſet conſequi, Ita in ſpecie declarat Caſtr. d. conſ. 393. col. vlt. ad med. verſ. ſed etiam
27 ſine eis conſiderata perſona. lib.2. † Vbi etiã requirit, quod non habeat,ex quo cauſam proſequatur, & quod ceſſerit ductus vrgenti cauſa,& neceſſitate rei familiaris coactus, adeò vt actio penes eũ inutilis remaneret, tunc enim iſta neceſſitas præualet ad excludendam ſimulationem, prout etiam conſiderat Speculat. de ceſſ. action. §. ſciendum. n. 10. verſ. ſed ad hoc facilis eſt reſpondere. vbi etiam exemplificat quando eſſet bonus vir ſolitus execrari lites argumento l. alienationis. ff. famil. erciſcund. l. ob æs. C. de præd. minor. l. in fundo. ff. de rei vendicat.
28 l. ſi procuratorem. §. 1. ff. mandat. † Immo etiam non ſufficeret ſola paupertas ad ſuſtinendas ſimiles ceſſiones, ſed etiam inefficaces, quidquid aliud ſit reſpectu pœnæ, ſeu doli, itaut cedens non incidat in edictum contra alienantes iudicij mutandi cauſa, vt per Fabr. in l. per diuerſas. in fin. C. mandat. Gabr. de actionib. concluſ. 5. n. 16. ad med.

med. verſ. contrarium in hoc vltimo.
Nec prædicta poſſunt conualidari prætenſo iu-
29 ramento, Nam verior eſt opinio † vt ſimiles
ceſſiones nõ confirmentur per iuſiurandum,
cum adhuc ſimulatæ præſumantur *Gozad.
conſ. 3. n. 29. Menoch. præſumpt. 129. n. 8.
lib. 3. Gabr. de action. concluſ. 5. n. 3.* Tan-
quam ſit nutritiuum peccati *c. quamuis de
pact. in 6. c. cum contingat. de iureiur.* Pro-
ut paſſim cõtractus ſimulati nõ firmãtur iu-
30 ramento, † ſed illud prorſus eſt nullũ *Gloſ. in
l. emptiones. C. plus valer. quod agit. Alex. in
l. nemo poteſt. n. 16. ff. de legat. 1. Iaſ. in
auth. ſacramenta puberum. n. 62. C. ſi ad-
uerſ. vendit. Rimin. Iun. conſ. 565. n. 42.
cum ſeq. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 1. q.
11. n. 2.* Maximè quia in caſu noſtro fuit per
31 partes ſimpliciter promiſſum † obſeruare,
cum tamen ad effectum excludendi præſum-
ptionem ſimulationis requiratur, vt iuretur
omnia, & ſingula in inſtrumento contenta
eſſe vera, & contra ea non dicere, vel venire
quauis de cauſa *Socin. conſ. 82. n. 2. lib. 3.
Afflict. decis. 60. n. 1. Ruin. conſ. 132. n. 2.
lib. 4. Roland. conſ. 46. n. 16. & conſ. 47. n.
31. lib. 4. Alex. conſ. 36. n. 3. lib. 2. Curt.
Iun. conſ. 108. n. 13. Seraphin. priuil. iura. n.
59. col. 1. cum alijs ibid. per Martin. Bene-
chendorſ. in addit. n. 1. Burſat. conſ. 149. n.
18. lib. 2. Crot. in l. nemo poteſt. n. 61. ff. de
legat. 1. Mãcin. de iuram. p. 4. effect. 1. q. 11. n. 5.*
32 Et in ſpecie † ſimilium ceſſionum *Rebuff. de
ceſſion act. artic. 2. gloſ. 7. in 6. & 7. requi-
ſit. iuxta l. 2. C. de decurion. lib. 10. c. quia pro-
pter. in fin. de election. c. ex tenore. de teſtib.*
Neque oberit, quod ſimus in ceſſione iurium
ex cauſa donationis, quæ eſt valida *l. per di-
uerſas. in fin. C. mandat. Rom. conſ. 518.
Gabr. de action. concluſ. 5. n. 40.* Quia ex
33 inſtrumento apparet, † quod ceſſio fuit fa-
cta etiam pro pecunia ſoluenda cedenti poſt
exactionem, & ſic etiam ex cauſa venditio-
nis, quo caſu ceſſio erit ſimulata, & nulla
*Gozad. conſ. 3. n. 24. iuxta l. vlt. vbi Bald.
col. 1. C. mandat. Idem Bald. in l. fin. C. ne
liceat potentior. & in l. 2. C. de repud. here-
dit. Roman. conſ. 450. n. 2. Menoch. præſumpt.
129. n. 5. in fin. & n. 27. Socin. Iun. conſ.
97. n. 71. lib. 2. Gabr. de actionib. concluſ. 5.*
34 *n. 3. & n. 44. vſque ad 49.* † Vbi quod in eo
quod donatur, vltra illud, quod ſoluitur, non
aget, nec cedens, nec ceſſionarius *Innoc. in
c. fin. col. 1. de alienat. iudic. mutand. cauſ.
fact. Salic. in l. 2. & ibi latè Sicard. n. 8.
C. ne liceat potentior. Franc. Marc. decis.
248. in fin. p. 2. Soarez. allegat. 13. n. 2.*
Confirmatur ſimulatio ceſſionis, cum illam ce-
dens poſtea cum iuramento reuocauerit, aſ-
ſerendo quod omnia fecit ſubornatus à quo-
dam confratre, qui rem ſibi demonſtrauit
diuerſam ab ea, quæ ibidem inſerta fuit, cum
alijs contentis in inſtrumento reuocationis
exhibito, ex quibus magis probatur ſimu-
latio ceſſionis tanquam appareat in modico
temporis ſpatio de mutatione voluntatis,
35 quidquid † alias per cõfirmationem plurium
annorum excluderetur præſumptio ſimula-
tionis *Dec. conſ. 232. n. 2. Abb. conſ. 4. n. 37.
lib. 1. Maſcard. concluſ. 558. in fin. verſ. in
tellige omnes ſupradictas. n. 32.* Stãtibus pre-
36 ſertim tot cõiecturis ſimul iũctis † ex quibus
magis conſtat de ſimulatione *Bart. conſ. 65.
factum tale proponitur. n. 5. lib. 1. Aret. conſ.
159. in 3. dub. & conſ. 65. n. 3. Bellam. de-
37 cis. 716. in princ. de donation.* † Quare vtile
eſt reuocare iſtas ceſſiones, vt cedens non te-
neatur hoc edicto *l. ex hoc. 9. §. ſi quis alie-
nauerit. ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.*
38 Prout dicimus; de emphiteuta alienãte abſ-
que domini permiſſu, & poſtea reuocante,
vt non priuetur re alienata *Iaſ. in l. fin. q. 20.
39 C. de iur. emphiteut.* † Nam redhibita re
omnia retrahuntur *l. quia. ff. de alienat. iu-
dic.* & notat *Rebuff. de ceſſ. action. art. 1.
gloſ. 1. in fin. verſ. ſexto requiritur*.
Immo etiã neq; talis ceſſio valebit quo ad ſcu-
ta centum per ceſſionarium promiſſa poſt
ſecutam exactionem, prout in ſpecie eſt de-
ciſio Senatus Sabaudiæ per *Fabrian. in ſuo
Codic. lib. 4. tit. mandat. 26. diffinit. 23.* vbi
teſtatur in eodem Senatu deciſum ceſſionem
actionum factam ea lege adiecta, vt poſt vi-
ctoriam ceſſionarius conuentum pretium
ſolueret cedenti, nullius eſſe roboris, & mo-
40 menti, neque permittendum, † vt ceſſiona-
rius poſſit ex ea agere, neque reſpectu illius
quantitatis promiſſæ, de qua fuit habita fi-
des, cum ex dilatione ſoluendi pretium in
tempus victoriæ, clarè appareat animus ve-
xandi aduerſarium in litibus, & quod ob
41 iſtam cauſam fuit facta ceſſio, † quo caſu
nullam obtinet firmitatem *l. per diuerſas.
C. mandat. Gabr. concluſ. 5. n. 14. de actionib.*
Nec aduerſatur, quod conſtet de claro iure ce-
dentis propter inſtrumenta, & obligationes
42 in eis contentas, † quo caſu non conſidera-
tur aliqua nullitas ceſſionis, quaſi tunc ceſ-
ſet ratio prohibitionis ob calumniam, &
redemptionem litium, quæ non militat, ſtan-
te veritate cauſæ *Aret. conſ. 136. col. penult.
in princ.* Quia prædicta procedunt, quando
43 illud ius, † quod ceditur eſt indubitatum,
itaut ex nulla cauſa poſſit controuerti, vel
per confeſsionem debitoris, vel per tres cõ-
formes, & rem iudicatam, tunc enim ex cer-
titudine iuris apparet de bona fide cedentis,
& ceſſionarij, ideò valebit ceſsio etiam
poſtquam fuerit ius in iudicium deductum,
nedum ante *Gabr. conſ. 67. n. 7. & 8. & per
tot. lib. 1. Creſcent. decis. 10. alias 207. n. 2. &
3. de ſentent. & re iudicat. iuxta Gloſ. in
l. per diuerſas. in verb. pro indubitatis. vbi
Ang. n. 2. C. mandat. Alber. in l. 2. col. pe-
nult. in princ. C. ne lic. potentior. Iacobin.
in l. 1. n. 14. C. eod. tit. Abb. in c. fin. col. 3.
de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.*

In caſu

In caſu autem noſtro non ſolum ius non eſt indu-
bitatum, ſed omnino incertum, & nullam
actionem tribuens, etenim quo ad donatio-
nem ſcutorum tricentorum annuorũ apparet
illam eſſe factam contemplatione matrimo-
nij, vt Horatius commodius viueret cum ſua
44 familia, † vnde quia præſupponitur in facto
non fuiſſe ſecutam talem cohabitationem
cum vxore ceſſat donatio, tanquam non fue-
rit adimpleta cauſa finalis, ob quam fuit fa-
cta, & ſi aliquid eſſet ſolutum datur repetitio
Cin. in l. generaliter. ad fin. C. de epiſcop. & cleric. Caſtr. in l. 2. §. fin. ff. de donation. Natt. conſ. 609. n. 13. Roland. conſ. 44. n. 22. cum ſeq. lib. 4. Franc. deciſ. 52. n. 4. poſt Caſſan. conſ. 49. col. 1. n. 6. Phanuc. de lucr. dot. gloſ. 3. ad fin. n. 20. verſ. non obſtat vltimo. tom. 9. fol. 421.

Neque eſt immorandum an ſimus in cauſa fina-
li cohabitationis, & ſuſceptionis filiorum,
quia de hoc clare apparet ex inſtrumentis
exhibitis, in quibus ſemper aſſeritur omnia
fieri, vt Horatius ad domum ſuam ducat An-
nam vxorem, & cum ea ſe bene gerat, illamq.
tractet, vt decet bonum maritum, & cum ea
ſimul cohabitet, alias in caſu contrauentionis
declarat, quod aſſignatio ſit nulla, & nullius
45 momenti, † & pro reuocata, & irrita habea-
tur, non ſecus ac ſi facta non fuiſſet præſente
Horatio donatario, & acceptante, quæ verba
inducunt claram cauſam finalem, cum alias
donans non donaſſet *Roland. conſ. 44. n. 24.* vbi
etiam quod cauſa impulſiua dicitur finalis,
46 quando quis aliter non eſſet facturus *Bald. in l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrum.* iuxta *l. ſi paterfamilias. ff. de heredib. inſtituend. Bertrand. conſ. 77. n. 6. lib. 7.*

Idem dicendum eſt de alia donatione ſcutorum
centum annuorum, quæ cum ſit reciproca,
47 & hinc inde ſint aliqua adimplenda, † non
poteſt per Horatium, & habentes cauſam ab
eo, prætendi executio inſtrumenti eiuſdem
donationis, niſi prius adimpleãt ex parte ſua,
itaut neque ſufficeret pro parte adimpleuiſſe,
cum etiam in minimo obſtet huiuſmodi ex-
ceptio *l. cum proponas. la 2. vbi Dec. n. 5. C. de pact. Becc. conſ. 45. n. 6. Roland. conſ. 69. n. 6. & 7. lib. 4. Natt. conſ. 673. n. 19. Parpal. in l. ſi quis maior. q. 10. & 11. C. de tranſact. Bero. conſ. 15. n. 14. lib. 3.*

Additur diuturnitas temporis, coniunctio ſan-
48 guinis, & ſæpius calculata ratio, † ex quibus
omnibus ſimul iunctis præſumitur ſolutio iu-
xta *l. procula. 26. ff. de probation.* cuius diſpo-
ſitio procedit in remiſſione fideicommiſſi, do-
natione, & ſimilibus *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 88. n. 17. & præſumpt. 36. lib. 1. & præſũp. 30. n. 39. lib. 3. & præſumpt. 26. n. 16. & præſumpt. 115. & 116. eod. lib. Affl. deciſ. 13. n. 12. Alex. conſ. 56. n. 6. & 14. lib. 4. Neuiz. conſ. 56. n. 16. Dec. conſ. 79. col. 1. & conſ. 267. col. 2. Socin. Iun. conſ. 128. n. 126. cum ſeq. lib. 1. Alciat. præſumpt. 31. regul. 1.* Maxime quia
vltra diuturnitatem temporis concurrit ſilen-
tium, & taciturnitas creditoris, qui erat
cautus, & auarus, & non ſolitus protrahere
49 exactiones, † tunc enim magis præſumitur
ſolutio *Affl. deciſ. 13. n. 21. Alex. conſ. 122. col. fin. lib. 6. Bertazol. conſ. 118. n. 10. Menoch. conſ. 121. n. 98. Rim. Iun. conſ. 407. n. 12.* cum
alijs per *Maſcard. concluſ. 1319. n. 26. vſque ad 29.* Itaut ex iſtis, & alijs in facto relatis
50 nõ ſimus in iuribus indubitatis, † ſed omnibus
controuerſis, & per conſequens non conſtat
de veritate cauſæ, & ſemper remanet ceſſio
nulla *Gabr. conſ. 67. n. 7. & 8. cum alijs ſupra allegatis.* Stante præſertim adminiſtratione
bonorum debitoris facta per Horatium per
51 plures annos, † ex qua præſumendum eſt ſibi
ſatisfeciſſe, maxime nullo facto inuentario
per adminiſtratorem *Aim. conſ. 129. n. 5. Menoch. conſ. 457. n. 3. & præſumpt. 135. n. 13. lib. 3. Affl. deciſ. 13. n. 17.*

Et dato etiam, non conceſſo, quod eſſemus in
credito claro, Nihilominus diſpoſitio *l. per di-*
52 *uerſas* † habet locum in actionibus indubita-
tis, prout talem eſſe veriorem intellectum
dicit *Put. deciſ. 22. ante fin. lib. 3.* quod no-
tat etiam *Farinac. de falſit. & ſimulat. q. 162. n. 42.* vbi etiam quod ſtante dicta *deciſ.*
53 *Creſc. 10. de ſent. & re iudicat.* † non ex hoc
ſequitur, quod in ceſſione iſtius iuris indubita-
ti, non ſit probanda cauſa, cum de ea debeat
conſtare *Put. d. deciſ. 22. n. 5. lib. 3. Peregr. de-*
54 *ciſ. 41. & 50. lib. 2.* † Quare etiam quamuis
in ceſſione facta cum obligatione camerali
non habeat locum diſpoſitio *d. l. per diuerſas.*
55 *Gabr. conſ. 67. n. 7. lib. 1.* † Tamen contra illã
poteſt etiam opponi exceptio ſimulationis
ceſſionis, quando eſt patens ex inſtrumento,
vel eſt probata iuris præſumptione, prout di-
citur probata, quando de cauſa non apparet,
tunc enim lex præſumit ceſſionem ſimulatam,
ideo non obſtabit obligatio Cameralis, vt no-
tat *Farinac. de falſit. & ſimulat. n. 47. & 63. poſt Canar. de execut. inſtrum. n. 31.*

Secundum dubium decidendum eſt negatiue,
56 quod bona dotalia, de quibus agimus, † non
fuerint data in ſolutum marito, ideo non
conſtare de tali æſtimatione, quæ faciat em-
ptionem, neque augmentum ſuperueniens in
huiuſmodi bonis pertinere ad heredes viri,
ſed potius ſpectare ad heredes vxoris, Nam
in inſtrumento aſſignationis dotis ſolùm re-
fertur talia bona fuiſſe æſtimata tempore,
quo fuerunt adiudicata Virginiæ poſt mor-
tem ſui primi viri, ad effectum exprimendi,
quæ & qualia bona eſſent, non autem vt de-
beret ſtari dictæ æſtimationi iam quinquen-
nio elapſo abſque eo, quod id fuiſſet expreſ-
57 ſum, † cum per curſum temporis potuerit
variari ipſorum bonorum vera æſtimatio *l. pretia rerum. §. fin. ff. ad leg. falcid. Bald. in l. 2. col. penult. in fin. n. 29. C. de reſcind. vendit. Boer. deciſ. 68. n. 6. in fin.* Itaut ex
iſta mutatione, quæ in huiuſmodi rebus po-

teſt

Digitized by Google

termino ad ſoluendum etiam pluries geminato non præiudicet, quamuis adſit clauſula ex certa ſcientia, cum ampliſſimis renunciationibus. n. 20.

21 *Probatio erroris dicitur facta ſtatim quod conſtat rem aliter ſe habere.*

22 *Præſumptio ſolutionis dotis excluditur, ſi illa erat reinueſtienda, & magis tunc erit probanda.*

23 *Promiſſio ſub fide Principis habet vim iuramenti.*

24 *Promittens ſub fide Principis, vel iurans per Deum, & ad ſacra Dei euangelia non ligatur iuramento, conſtito de errore.*

25 *Abſolutio à iuramento elidit illius virtutem, & contractus remanet in ſuo ſtatu, ac ſi non fuiſſet appoſitum.*

26 *Læſio facit, vt ſuccurratur læſo, etiam iuranti per Deum, & ſub fide Principis, & quãta debeat eſſe. n. 41.*

27 *Præſentia Principis ſupplet omnem ſolemnitatem, & habet vim decreti, & tollit omnem ſuſpitionem. Limita vt n. 28.*

29 *Iudex quandocumq; poteſt ſe informare de notorio.*

30 *Statutum eſt ſeruandum per forenſem in concernentibus ſolemnitatem contractus.*

31 *Forenſis non comprætenditur in ſtatuto habilitante minorem ad contrahendum in vigeſimo anno. n. 33. 34. & 35.*

32 *Statuẽtes non habent iuriſdictionem in exterum, aut in eum, qui non habitat, vel non poſſidet in loco eis ſubiecto.*

36 *Habitatio qualis debeat eſſe, ut forẽſis ligetur ſtatuto loci, in quo habitat.*

37 *Incolatus non acquiritur abſq; animò perpetuo permanendi.*

38 *Domicilium non contrahitur etiam per centum annos, niſi adſit animus non recedendi, qui præſumitur talis, ſtante habitatione decennali continuata etiam abſq; aliqua declaratione. n. 39. & 40.*

42 *Læſio eſt concludenter probanda ad effectum reſciſſionis calculi, & quomodo illa probetur. n. 43.*

44 *Tranſactio non reſcinditur non probato defectu cauſæ finalis tranſigendi.*

45 *Cauſa coherens diſpoſitioni dicitur finalis, prout illa, quæ totaliter in eã influit. n. 46.*

47 *Pluralitas cauſarum, & actuum hominis non præſumitur.*

48 *Facta ſunt metiẽda ex cauſa preambula.*

49 *Ratihabitio minoris non conſideratur de iure canonico, cui ſtandum eſt propter malam fidem contrahentis cum illo ſine ſolemnitatibus requiſitis.*

50 *Læſio non eſt ſublata, ſi remoueatur defectus nullitatis.*

51 *Taciturnitas minoris per quinquennium ſupplet defectum decreti, non autem iniuſtitiam aliunde cauſatam.*

52 *Notitia minoris de defectu cõtractus eſt probanda in ſpecie, vt induceatur ratihabitio.*

53 *Scientia eſt probanda cum ſuis qualitatibus ad hoc vt præiudicet.*

54 *Interpellatio non requiritur quo ad acquiſitionem fructuum ad fauorem viduæ, ſi debitor agnouit bonam fidem, & conſtituit ſe debitorem. Intellige vt n. 55.*

56 *Sublato principali reſoluitur omne acceſſorium.*

57 *Fructus ſunt reſtituendi ſublato titulo, & illo reducto ad non titulum.*

58 *Geminatio actus magis operatur, ſed non tollit remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec errorem, aut ignorantiam defectus. n. 59.*

60 *Facilitas, qua quis inducitur ad faciendum primum actum, cenſetur etiam interueniſſe ad ſecundum.*

CAPVT DCCCXXIV.

IN eadem cauſa licèt exaduerſo concederentur multa, quæ in *cap. præcedenti* diximus, Tamen dicebatur illa procedere de iure communi, quod nõ poterat applicari caſui noſtro, in quo ex coniecturis legatum dotis factum nulla expreſſa quantitate poteſt dici certum, itaut valeat etiam in tota dote,
1 & non in parte ſolum receepta, † cum nedum probationes, ſed etiam præſumptiones, & coniecturæ admittantur ad huiuſmodi certitudinem reddendam, tanquam paria ſint aliquid eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud *l. ſi ita ſcriptum. ff. de heredib. inſtituend. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 5. n. 157. Grãmat. deciſ. 103. Rom. conſ. 164. n. 2.* Verum non eſt diſcedendum ab his, quæ ſuperius firmata ſunt, quia nulla adeſt coniectura, per quam poſſit dici, quod teſtator ſenſerit de reſtitutione totius dotis, & non de parte
2 tantum receepta, † Nam dum dicitur, quod appellatione dotis venit tota dos *Rolãd. conſ. 62. n. 15. vſque ad 20. lib. 2.* Hoc non ſemper procedit, cum pro qualitate materiæ conſiderandum ſit, an teſtator intellexerit de tota
3 re, † an verò de parte *Rebuff. in l. appellatione rei. 72. ad fin. verſ. verum pro qualitate. ff. de verb. ſignif.* Vnde cũ lex præciſè diſponat, quod teſtator legando vxori ſuam dotem,
4 præſumatur † voluiſſe ſolum legare dotem receptam *l. fin. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Ang. conſ. 145. in fin. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 3.* Non eſt recurrendum ad aliud, quam ad illud quod ius diſponit, tanquam iuxta illius diſpoſitionem debeamus interpretari mentem de-
5 functorum, † cui ſemper cenſentur ſe voluiſſe conformare *Bart. in l. heredes mei. §. cum ita. n. 4. ff. ad trebellian. Roman. conſ. 138. n. 2. Aret. conſ. 154. n. 11. ad med.* cum alijs per *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 6. n. 1. vſque ad 11.* † vbi
6 etiam quod iſta præſumptio, quæ eſt fundata in iure communi, tollit contrariam præſum-

Digitized by Google

ſumptionẽ, quę militaret pro reo *Curt. Iun.*
conſ.90.n.2. Feder. de Sen. conſ.234. ad fin.
Grat. conſ. 111. n 15. lib.1.

Maxime quia etiam habemus verba teſtatoris
denotantia ſolum reſtitutionem dotis rece-
ptæ, non autem totius, dum mandauit, quod
ſui heredes reſtituant vxori eius dotẽ, quod
verbum reſtituat propriè intelligitur de
eo, quod acceptum eſt *c. dilectis filijs. 55.*
poſt princ. de appellationib. Gloſ. in l. manci-
pia. 5. in verb. auocandum. C. de ſeru. fugi-
tiu. Rebuff. in l. reſtituere. 75. in princ. ff.
8 *de verb. ſignificat.* † vbi etiam quod idem
ſignificat, quod reddere *l. ſi inter. C. de iur.*
dot. l. 1. & 2. ff. ſolut. matrim. l. 1. ff. quor.
bonor. l. qui reſtituere. ff. de rei vendicat. l.
9 *1. ff. quor. legator.* † Reddere autem regu-
lariter habet ſignificationem retrodandi *l. ſta-*
tu liberos. §. ſi argento. & l. ſtichum. §. ſi
heres. ff. de ſtatuliber. l. cum pater. §. fidei
tuæ committo. in fin. ff. de legat. 2. Rebuff. in
l. verbum reddendi. 94. col. 2. in princ. ff. de
verb. ſignificat. Neq; in hoc eſt immorandum
cum reſpectu teſtatoris nulla probetur con-
iectura, quæ inducat reſtitutionem totius do-
tis, ideo non eſt diſcedendum à diſpoſitione
10 legis, † quæ cum ſit aperta, & clara facit ceſ-
ſare omnes coniecturas, & ſeruanda eſt per
Iudicem tanquam illius miniſtrum *Surd. conſ.*
97. n. 33. lib. 1.

Quare etiam non ſemper integra dos eſt reſti-
tuenda mulieri, licet ei dos ſua fuerit per te-
11 ſtatorem legata, † quando enim in legato do-
tis nulla exprimitur quantitas, tunc etiam
dos minuitur propter expenſas factas in il-
lius recuperatione *Salic. in l. 3. C. de falſ.*
cauſ. adiect. legat. Affl. decis. 359. n. 3. vſque
ad 7. vbi Vrſill. n. 2. Quidquid alias expreſ-
12 ſa certa quantitate dotis per legantem, † cẽ-
ſerentur remiſſæ expenſæ factæ in re dotali
l. meuia. §. à me. vbi Bald. Ang. & Caſtr.
ff. de legat. 2. & communiter concludunt om-
nes in *l. ſi prior. ff. ſolut. matrim.* & teſta-
tur de communi *Affl. d. decis. 359. n. 3. in*
princip. fol. 251.

Neque etiam poteſt dici, quod adſint coniectu-
ræ reſpectu heredum, ex quibus colligatur,
quod intellexerint de tota dote, Nam licet per
eoſdem heredes in tranſactione inter eos fa-
cta, fuerit expreſſum, quod dos eſſet reſti-
tuenda, Tamen non ex hoc dicendum eſt, quod
voluerint reſtituere illud quod non receperũt,
ideo ſatis erit, quod reſtitutio intelligatur de
dote per eorum auctorem recepta, cui potius
conuenit talis enunciatio, non facta expreſ-
13 ſione certę quantitatis, † tanquam veriſimi-
lius ſit, vt intellexerint de dote ſoluta, non
autem de ea, quam non acceperunt, prout ius
diſponit, vt dictum eſt, & magis veriſimile
dicitur illud, quod iuri communi congruit
Aim. conſ. 75. n. 24. poſt *Io. Andr. & Butr.*
in c. in noſtra. de teſtib. & in c. licet cau-
ſam. de probationib. Innoc. in c. auditis. poſt
med. de præſcriptionib. Curt. Iun. conſ. 150.
14 *col. 5. ad fin.* † Ideo iſta præſumptio tanquam
conformis iuri communi præualebit alteri
præſumptioni *Aim. d. conſ. 75. n. 24. in fin.*

Et quamuis verba enunciatiua fauore dotis in-
15 ducant diſpoſitionem. † *Iaſ. in l. ex his. n. 2.*
& ibi *Dec. n. 12. C. de teſtam. milit. Rot. di-*
uerſ. decis. 326. n. 2. p. 2. Put. decis. 414. lib. 1.
16 Tamen intelligitur † quando talis aſſertio cõ-
tineret certam quantitatem dotis *Surd. conſ.*
60. n. 22. & 23. lib. 1. & decis. 10. n. 6. Nam
alias non facta expreſſione quantitatis, ſatis
eſt, quod verificentur verba enunciatiua in
dote recepta, ne alias enunciantes dicantur
voluiſſe ſibi præiudicare in reſtituendo quod
17 non acceperunt, † quod non eſt credendum
ne inducatur donatio, quę non præſumitur,
tanquam eſſet fatuitas *l. ſi eum aurum. ff. de*
ſolution. l. campanus. ff. de oper. libert. Bald.
in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Aim.
conſ. 142. n. 26. Pręſertim ad euitanda duo
18 ſpecialia, † & quod ex enunciatiuis inferatur
ad diſpoſitiua, & quod quantitas dotis pro-
betur, licet non fuerit expreſſa, contra *l. 1. C.*
de dot. promiſſ.

Nec aliæ coniecturę ſunt admittendę contra he-
redes tanquam tacite ratificauerint ex mul-
tis actibus reſtitutionem totius, & integrę
dotis, non autem partis tantum receptę,
19 Quia nõ obſtant, † cum enim appareat de er-
rore, quod ſolum erat reſtituenda pars dotis,
non autem tota, non ſufficit tacita ratifica-
tio, immo neque expreſſa ſatis eſſet, nam etiã
accipiens terminum ad ſoluendum cum confeſ
ſione debiti poteſt condicere per condictionẽ
indebiti, vel ſine cauſa, ſiue promittens ſemel
ſuſceperit terminum ad ſoluendum, ſiue plu-
ries promiſerit ſe ſoluturum, vel confeſſus
fuerit ſe debere, quia ſemper erronea con-
feſſio poteſt reuocari etiam pluries repetita,
& geminata, ſiue ſit in iudicio, ſiue extra, ſiue
ſit error facti proprij, ſiue iuris, etiam quod
ſit iurata, & facta ad interrogationem Iudicis
parte pręſente, & acceptante, & ex interuallo
Bero. conſ. 201. n. 15. lib. 3. & conſ. 194. n.
1. eod. lib. Roland. conſ. 69. n. 48. vſq; ad 54.
lib. 3. cum alijs, quos late adduxi *ſupr. c. 501.*
n. 1. vſque ad 10. vbi etiam quod non obſtat
clauſula ex certa ſcientia, cum renunciatio-
20 nibus omni legum auxilio, ac condictioni do-
li mali, cum alijs ampliſſimis verbis *Becc. cõſ.*
90. n. 19. & 20.

Quibus ſtantibus non obſtant ratificationes, &
plures, ac geminatę ſolutiones concernentes
integram dotem, & non partem receptam,
21 Quia, vt dictum eſt, † in calculo facto per pro-
curatorem fuit poſita partita dotis non ſo-
lutę, quę non debebat apponi, itaut ex hoc
ſtatim dicatur probatus error calculi *Pariſ.*
conſ. 89. n. 27. & 35. lib. 1. cum alijs adductis
in *præcedenti capit. verſ. ex prædictis vſque*
ad verſ. concurrente. n. 31. vſque ad 38.

Neq; debent attendi multę præſumptiones ad-
du-

ductæ ad probandam totam dotem fuiſſe ſo-
lutam, tanquam illæ ſufficiant pro tali pro-
batione, quia diuturnitas temporis, & longa
præſtatio alimentorum non adeſt, cum ma-
trimoninm durauerit ſolum per ſex annos, &
reſiduum dotis ſcutorum ter millium cum di-
midio non debebatur niſi poſt ſolutionem al-
terius dimidiæ, & pro rata ſcutorum mille
pro quolibet anno, itaut neq; iſtæ pecuniæ
in ſumma ſcutorum termille, & quingento-
rum deberent ſolui, niſi in actu ſolutionis re-
inueſtirentur in bonis ſtabilibus, ſeu cenſibus,
22 adeo vt † ſtante iſta conuentione, magis ex-
cludatur pręſumptio ſolutionis, quę exaduer-
ſo eſt probanda concludenter ſtantibus pre-
dictis *l. quinquaginta. ff. de probationib.
Bald. conſ. 409. col. 1. lib. 5. Aim. conſ. 213.
n. 1. Natt. conſ. 569. n. 2. & 3.*

Nec facit, quod fuit promiſſum ſtare calculo ſub
fide Sereniſſimi Principis, quo caſu taliter
promittens non poteſt allegare aliquam ex-
ceptionem, ſed tenetur præciſe ad factum.
23 Quia huiuſmodi † promiſſio nihil aliud ope-
ratur, niſi quod habet vim iuramenti, itaut
omnis præſtatio fidei ſit iuramentum, & ſe ha-
beat, vt genus & ſpecies *Gail. obſeruat. 59.
lib. 2. Curt. Iun. conſ. 286. n. 15. Franciſc.
Marc. deciſ. 456. n. 55. p. 2. poſt Gloſ. in c.
2. in verb. interpoſitione. de ſponſalib. Aim.
conſ. 241. n. 11. Menoch. cōſ. 201. n. 120. Surd.
deciſ. 234. n. 7. cum ſeq. & de alim. tit. 9. q.
24. n. 2. & 3.* & notant omnes *in l. ſi quis
maior. vbi Odoffr. n. 1. & 2. Bald. n. 5. Ang.
n. 6. in fin. Roman. n. 12. Alciat. n. 2. Seiſel.
n. 28. Pantal. n. 82. Cagnol. n. 163. in fin.
C. de tranſactionib. cum alijs per Farinac.
de falſ. q. 161. n. 406. cum ſeq.*

Non tamen ex hoc ſequitur, quod huiuſmodi fi-
des per ſalutē Principis aliquid operetur, con-
24 ſtito de errore illam præſtantis, † prout dici-
mus de iurante per Deum, & ad ſacra ipſius
euangelia, qui non ligatur iuramento ſtan-
te errore credens, quod ita res ſe habebat,
cum tamen poſtea aliud repertum ſit *Aim.
conſ. 144. n. 16. Socin. conſ. 49. n. 7. lib. 1.
Roland. conſ. 13. n. 28. vſque ad 36. lib.
1. Rimin. Iun. conſ. 5. n. 156. lib. 1. Me-
noch. conſ. 91. n. 43. lib. 1. Calcan. conſ. 17.
col. 2. in fin. Dec. conſ. 350. viſis allegatio-
nibus. n. 10. & 11. & conſ. 403. col. 6. verſ.
quarto reſpondetur. Caſtr. conſ. 179. viſo
inſtrumento. col. fin. lib. 2. Mancin. de
iuram. effect. 1. q. 9. p. 4. n. 1. cum ſeq. fol. 188.
Decian. conſ. 39. n. 22. lib. 2.*

Quare iuſtiſſimè Princeps non obſtante calculo
firmato ſub fide ipſius commiſit cauſam ter-
minandam, prout ita ſolet fieri, quando fuit
iuratum per Deum, & ad ſacroſancta ipſius
25 Euangelia, † paſſim enim conceditur abſolu-
tio à iuramento, itaut quando ſumus in con-
tractu nullo, & erroneo ex iuris diſpoſitione,
vt in caſu noſtro, tunc obtenta abſolutione à
Superiore, remanet in totum eliſa virtus iu-
ramenti & contractus reſtat in ſuo ſtatu, ac ſi
iuſiurandum non fuiſſet appoſitum, & conſe-
quenter nullus *Bero. conſ. 177. n. 37. lib. 1. Man-
cin. de iurament. p. 6. q. 1. n. 2. ad med.*

Et quidem non poteſt dici maior lęſio, & error,
quam pręſupponere in calculo ſolutionem re-
ſidui dotis in tam magna ſumma, cum tamen
nullibi fuerit probata ſolutio, itaut ſtante iſta
26 lęſione, † magis Princeps voluerit, non ob-
ſtante fide per eum data, reuideri calculum,
& ſuccurrere lęſo, prout etiam fit in iura-
mento per Deum pręſtito, *Bald. in l. fin. n. 3.
C. de non numer. pecun. Bero. conſ. 39. n. 13.
lib. 2. Mancin. de iurament. p. 6. q. 4. n. 1.
Oſaſc. deciſ. 41. Cephal. conſ. 499. n. 35. lib. 4.
Roland. conſ. 7. n. 53. lib. 3.*

Et licet prętendatur, vltra fidem datam per Prin-
cipem, non poſſe aliquid opponi contra calcu-
lum tanquam factum coram eodem Principe,
27 cuius † pręſentia ſupplet omnem ſolemnita-
tem, & excludit ſuſpicionem metus, aut frau-
dis, & habet vim decreti *Salicet. in l. 1. C.
quand. decret. opus non eſt. Menoch. conſ. 508.
n. 32. lib. 6.* Tamen hoc intelligitur, dummo-
27 do contrarium non conſtet de lęſione, † ſiue
per probationes apertas, ſiue etiam pręſum-
ptas *Gloſ. in l. 1. in verb. omni ordine. C. de
fid. inſtrument. & iur. haſt. fiſcal. lib. 11.
Pariſ. conſ. 12. n. 59. lib. 2. Menoch. præ-
ſumpt. 75. n. 32. & 33. lib. 2. dixi ſupr. c.
435. n. 11.*

Nec oberit, quod non probetur minor ætas ra-
tificantis calculum factum per procurato-
rem, Quia in facto exhibito præſupponitur de
eo conſtare, & poteſt quandocumq; produci
29 fides, & de ea ſe Iudex informare. † tanquam
ſimus in notorio *Bald. in l. filiusfamilias. §.
veterani. de procurator. & in l. iubemus. in
4. notab. C. de iudic. Natt. conſ. 218. n. 5.
Surd. conſ. 371. n. 17. in fin. lib. 3.*

Et quatenus prętendatur, quod non ſit adhiben-
da aliqua ſolemnitas in minore propter Sta-
tutū Florentię, vbi fuit facta apocha, per quod
ſufficit ætas annorum decem & octo in con-
30 trahente in d. ciuitate, † cuius ſtatutum attē-
ditur in his, quæ concernunt ſolemnitatem
contractus *Alex. conſ. 41. n. 4. lib. 5. Card.
Seraph. deciſ. 343. n. 2.*

Tamen iſta procedunt, quando ſolum ageretur
de ſolemnitatibus adhibendis per minores in
eorum contractibus, quod videlicet non poſ-
ſint contrahere ſine conſenſu propinquorum,
31 & decreto Iudicis, cum ſimilibus, tunc enim
talia ſtatuta ligant etiam forenſes contrahen-
tes in loco, vbi adſunt huiuſmodi ſtatuta, te-
nentur enim ad illorum obſeruantiam, cum
reſpiciant ſolemnitates, Aliud eſt quando ha-
bilitatur, ſeu inhabilitatur minor, prout in
caſu noſtro, in quo redditur habilis minor
habens decem & octo annos, tunc enim non
videtur, quod forenſis comprehendatur ſub
huiuſmodi ſtatuto, vt late per *Lamberteng. de
contractib. mulier. gloſ. 2. n. 27. cum ſeq.* De-
ficit

32 ficit enim qualitas ſubiectionis, ideo nihil poſ-
ſunt ſtatuentes defectu poteſtatis, & iuriſdi-
ctionis in eum, qui eſt forenſis, & non habi-
33 tat, aut bona poſſidet † l. 1. in fin. ff. de tu-
tor. & curator. dat. ab his. Roland. conſ. 24.
n. 17. lib. 3. Surd. conſ. 257. n. 23. lib. 2.

Et iſta eſt verior opinio, quod forenſis non poſſit
dici per ſtatutum Florentinum habilitatus
quamuis Florentię contraxerit, vt late com-
probat Roland. conſ. 33. lib. 3. & conſ. 24. n.
17. vſque ad 27. ead. lib. vbi multa ſimilia
adducit Surd. qui de magis cōmuni, ęquiori,
& vera opinione teſtatur, & quod nemo diſcre-
pat deciſ. 107. n. 6. cum alijs per Lanell Gal.
in conſuet. Alexandr. in 8. præſt. n. 36. Natt.
34 conſ. 643. † & concludunt omnes in l. cunctos
populos. vbi Bart. n. 26. Bald. n. 41. & 58.
Salic. n. 10. Iaſ. in 1. lect. n. 41. & in 2. lect.
n. 86. Caccialup. n. 89. C. de ſumm. Trinit.
Anchar. in c. 1. n. 78. de conſtitutionib. Rot.
diuerſ. deciſ. 580. n. 1. p. 1. & deciſ. 103. n. 19.
35 p. 2. † & in ſimili ſtatuto Mediolani Iaſ. conſ.
59. col. 2. in fin. verſ. nec habet obſtare. lib.
3. Aim. conſ. 918. iuxta l. 1. in fin. vbi Bart.
n. 8. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Et
hanc opinionem ſequitur Rot. coram R. P. D.
Buratto Tiburtina ſeu Romana nullitatis
36 obligationis. 4. iulij 1614. † vbi etiam am-
pliat ad eum, qui tunc temporis habitaret
Florentię, quia non ſufficeret talis habita-
tio forenſis, niſi eſſet decennalis, quę neque
37 ſatis eſſet, quamuis probaretur, † ſi non con-
ſtaret, quod fuiſſet animo perpetuo permanē-
di, & non recedendi, prout requiritur ad con-
trahendum incolatum l. ciuis. vbi Bart. C. de
incol. lib. 10. Gloſ. in l. 1. in verb. incolam. C. de
municip. et originar. eod. lib. Alciat. in l. pupil-
lus. §. incola. in princ. ff. de verb. ſignif. Rot.
deciſ. 150. p. 2. diuerſor. & coram Sanctiſſ.
Gregor. XV. deciſ. 279. n. 11. & 12. Roland.
38 conſ. 79. n. 51. lib. 3. † vbi quod adeo iſte ani-
mus permanendi in loco eſt neceſſarius, vt
etiam ſi habitaret per centum annos, nunquā
contraheret domicilium, ſtante animo rece-
dendi Bart. & Din. in l. lex cornelia. §. ſi
tamen ſunanm. ff. de iniur. Quamuis in
dubio talis animus continuo habitaudi prę-
39 ſumeretur † ex habitatione decennali, etiam
abſque aliqua declaratione Rot. corā R. P. D.
Comitulo Romana ſocietatis impreſ. per Mar-
cheſan. de commiſſionib. tom. 2. fol. 227. Surd.
conſ. 371. n. 47. lib. 3. Roland. conſ. 79. n. 52.
& 53. lib. 3. vbi ad hunc effectum requirit de-
40 cennium continuatum, † ſecus ſi fuerit inter-
polatum Ang. in l. heres abſens. de iudic. Be-
ro. conſ. 90. n. 25. lib. 2. & conſ. 12. n. 13. &
20. cum ſeq. eod. lib.

Et quidquid ſit de prædictis, ſiue forenſis minor
veniat ſub dicto ſtatuto, nec ne, ſatis eſt, quod
etiam ſi tanquam maior quis contraxerit, ta-
men ei ſuccurrendum eſt, non obſtante iura-
41 mento, † quando lęſio vltra dimidiam eſt mul-
tum exceſſiua Corn. conſ. 258. col. 5. lib. 4. &
conſ. 166. col. penult. lib. 1. Natt. conſ. 166. n. 2.
Dec. conſ. 180. ſatis nota. n. 3. Aim. conſ. 7. n.
5. & conſ. 192. n. 3. Grammat. deciſ. 66. n. 48.
Miſinger. obſeruat. 91. n. 5. vſque ad 9. cen-
tur. 4. Manent. conſ. 142. n. 24. cum ſeq.

Nec aduerſatur, quod non conſtet de læſione,
42 quæ concludenter eſt probanda † ad effectum
reſciſſionis calculi l. 3. §. ſi minor. ff. de iure-
iurand. Card. Seraph. deciſ. 976. n. 3. & de-
ciſ. 638. n. 4. Nam cum in calculo fuerit po-
ſita partita ſcutorum termille, & quingento-
rum, quæ non erat ponenda tanquam con-
cernens dotem non receptam, ſatis dicitur
probata læſio, maxime quia ex d. partita,
oritur etiam aliud grauamen, cum vltra ſor-
tem principalem d. ſcutorum 3500. fuerint
etiam taxati fructus inde prouenientes, qui
ſimul iuncti inducunt læſionem in totum, ne-
43 dum enormem, & enormiſſimam, † quæ dici-
tur probata, cum non expediret ita calcula-
re remittendo iura ſua in tam magna ſumma,
& faciendo ſe debitorem in eo, quod non erat
debitum Honded. conſ. 34. n. 11. & 12. lib. 2.
Odd. de reſtitut. in integr. q. 66. n. 23.

Nec ſubſiſtit, quod non probetur fuiſſe calcula-
tum propter iſtam cauſam finalem legati fa-
cti per teſtatorem vxori ſuæ pro dote reſti-
tuenda, cum potuerit eſſe, quod heredes mo-
ti ſint ad faciendum huiuſmodi calculum ex
alia cauſa, puta quia compertum fuit totam
dotem fuiſſe ſolutam, ideo voluerunt illam
reſtituere, & in calculo ponere, quamuis te-
ſtator videretur legaſſe ſolum dotem receptā,
44 adeo vt non probata † iſta cauſa finali non ſit
locus reſciſſioni calculi, & trāſactionis Bart.
in l. demonſtratio falſa. §. qui autem. n. 6.
ff. de condit. & demonſtration. Card. Sera-
phin. deciſ. 975. n. 3. Quia cum ſimus in cau-
45 ſa coherente diſpoſitioni, † dicitur finalis So-
cin. conſ. 159. n. 22. & 23. lib. 2. Imol. in l. 2.
§. fin. ff. de donat. & in c. poſt translationē.
de renunciat. Maxime quia generaliter re-
ſpicit totam diſpoſitionem, & ad illam tota-
46 liter influit, † tunc enim habetur pro cauſa
finali Bald. in l. 1. col. 2. n. 13. ff. ſolut. matrim.
& in l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric.
Corn. conſ. 35. col. 2. lib. 3. Iaſ. in l. 1. in 5.
notab. C. de iur. emphiteot. Aim. conſ. 192.
n. 21. poſt med. verſ. quinto illa dicitur. Car-
din. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio-
nib. lib. 3. tit. 13. n. 25.

Cum præſertim non præſumatur pluralitas cau-
47 ſarum, & actuum hominis † l. qui habebat. de
reb. dub. Bald. in l. vlt. in fin. C. de reb. cre-
dit. Alex. conſ. 53. col. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 10.
n. 8. & 10. lib. 3. Felin. in c. cum ioannes. n.
7. de fid. inſtrument. Bero. conſ. 90. n. 21.
lib. 3. Natt. conſ. 53. n. 4. Cephal. conſ. 170.
lib. 2. Becc. conſ. 47. n. 7. Surd. conſ. 16. n. 9. lib.
1. & conſ. 173. n. 33. lib. 2.

Et cum heredes ſuſceperint obligationem reſti-
48 tuendi dotem à teſtatore relictam, † præſu-
mendum eſt ex hac cauſa præcedente fuiſſe

fa-

factum huiuſmodi calculum, non ex alia cau-
ſa, tanquam ex cauſa præambula potius de-
beamus facta hominum metiri *Bart. in l. cum
ſolus. col. fin. ff. de vſucapionib. Bald. conſ.
245. col. vlt. lib. 3. Natt. conſ. 500. n. 131. Oſaſc.
conſ. 58. n. 18. Becc. conſ. 6. n. 6. Bero. conſ. 15.
n. 4. lib. 3. Surd. conſ. 16. n. 13. lib. 1.*

Ratificationes factæ per minorem poſt maiorē
ætatem de huiuſmodi calculo *iuxta l. fin.*
49 *C. ſi maior. fact.* Non obſtant, † quia non
conſideratur talis ratihabitio de iure canoni-
co, cui in hoc ſtandum eſt propter malam fi-
dem contrahentis cum minore *Menoch cōſ.
49. n. 48. lib. 1. Surd. conſ. 49. n. 41. & 47. lib.*
1. cum alijs late adductis in *præcedenti cap.*
50 *n. 27. vſque ad* 30. † vbi etiam, quod huiuſmo-
di calculus laborat duplici defectu, & nulli-
tatis, & læſionis, itaut non ſit ſublata cauſa lę-
ſionis, quamuis tolleretur nullitas ex curſu
tēporis *Bald. in l. 1. ad med. C. ſi maior. fact.
Pantal. Cremenſ. in l. 2. n. 98. C. de reſcind.*
51 *vendit.* † Cum taciturnitas quinquennij ſup-
pleat defectum decreti, ſed non iniuſtitiam
aliunde cauſatā *Surd. cōſ. 49. n. 29. ad med. lib.*
1. Maxime quia non probatur notitia mino-
52 ris de tali defectu contractus, † quæ erat in
ſpecie probanda ad hoc, vt inducatur dicta
ratihabitio *Bald. in l. 1. oppoſ. 9. C. qui admit.
& in l obſeruare. §. vlt. q. 4. de offic. procō-
ſul. & legat. & in l. mater. n. 3. ad med. op-
poſ. 4. C. de rei vendicat.* quod tanquam nota-
tu dignum in ſpecie *l. fin. C. ſi maior. fact.*
ſequitur *Oſaſc. decis. 179. n. 13. poſt med.
Corn. conſ. 207. n. 8. lib. 3. Natt. conſ. 162. n.
30. ad fin. verſ. præterea. & n. 32. vſque*
53 *ad* 34. vbi etiam, † quod ad hunc effectum
erit probanda ſcientia particularis huiuſmo-
di defectus cū omnibus partibus cōtractus, &
cunctis qualitatibus *Gloſ. in c. concertatio-
ni. in verb. ſciuit. de appellationib. Speculat.
eod. tit. §. qualiter. verſ. cautius etiam ſit.
& de citation. §. ſequitur. poſt princ. An-
char. conſ. 372. pro declaratione. in fin. Alex.
conſ. 114. ponderatis. n. 4. in fin. lib. 1.*

Nec oberunt quæ dicuntur de omiſſa interpel-
latione, quæ non erit neceſſaria ad hoc vt fru-
54 ctus currant viduæ † quando debitor agnouit
bonam fidem, & conſtituit ſe debitorem, &
promiſit ſoluere iuxta *deciſ. Rot. corā* R. *P. D.
Remboldo Bononien. dotis. 9. Decembris 1619.
& coram R. P. D. Penia Romana fructuum*
55 *dotis. 12. Iunij. 1606.* † Quia procedit quan-
do promiſſio ſolutionis fructuum pendet à do-
te, quæ non controuertitur, & de qua legiti-
me conſtat, ſecus autem quando, prout in
caſu noſtro, non apparet de aliqua dote, tunc
enim illius reſpectu non poſſunt aliqui fructus
56 deberi, † cum ſublato principali, reſoluatur
omne acceſſorium *l. qui liberis. ff. de vulgar.
& pupill. l. cum principalis. ff. de regul. iur.
Surd. conſ. 93. n. 2. lib.* 1. Prout paſſim an-
57 nullato titulo, & reducto † ad non titulum fit
reſtitutio fructuum, itaut prior titulus non
inducat bonam fidem quo ad fructuum acqui-
ſitionem *Roman. conſ. 454. n. 27. Natt. conſ.
535. n. 12. Oſaſc. deciſ. 160. n. 12. Rimin. Iun.
conſ. 333. n. 21. lib. 3. Surd. deciſ. 26. n. 22.*

Geminationes ſolutionum, ratificationum, &
ſimilium actuum, quę ex aduerſo iterum præ-
ſupponuntur, Nihil faciunt, nam quamuis ge-
minatio multum operetur *l. baliſta. ff. ad tre-
bellian. Corſett. de verb. geminatio. Aim. conſ.
201. n. 42. Menoch. conſ. 10. n. 14.* Nihilomi-
nus illa non attenditur quando ratificatur
59 actus nullus, † vnde geminatus conſenſus non
tollit remedium *l. 2. C. de reſcindend. vendit.*
nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec
quando adeſt error, quaſi tunc deficiat con-
ſenſus, vel vbi adeſt ignorantia defectus, prout
late omnia prędicta comprobat *Menoch. cōſ.*
60 918. *n. 24. vſque ad 32. lib.* 10. † vbi etiam
quod eadem facilitate, qua quis motus eſt ad
faciēdum primum actum, eadē dicitur impul-
ſus ad faciendū ſecundum *Cephal. conſ. 308. n.
47. & conſ. 334. n. 57. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 51.
n. 7. Aim. conſ. 160. n. 4. & conſ. 151. n. 32.
Affl. deciſ. 110. in fin.* cum alijs adductis *ſupr.
n. 19. vſque ad 22. Roman. conſ. 54. in fin.*

E P I T O M E.

PRæſumptiones, & coniecturę an ſufficiant ad probandum errorem notarij, tam in omittendo, quam in committendo. ¶ Tabellio deponens de errore inſtrumenti per eū conditi an habeatur loco vnius teſtis, itaut cum alio teſte poſſit dici error legitime probatus. ¶ Obſeruantia quando debeat attendi ad effectum corrigendi errorem. ¶ Solemnitas, de qua in *c. fin. de confeſſ.* in docendo de errore an ſit neceſſaria in declaratione, confeſſionis obſcuræ. ¶ Per correctionem erroris an dicatur aliquid de nouo factum, vel potius declaratum, quod antea fuit geſtum.

S V M M A R I V M.

1 *Error inſtrumenti probatur per vnicum teſtem cum depoſitione notarij de eo rogati. n. 2. 3. 7. 8. 12. & 13.*

4 *Veritas ſcripturæ poteſt probari per illius auctorem.*

5 *Coniectura, & indicia ſufficiunt ad probandum errorem notarij.*

6 *Error in omittendo facilius corrigitur, quam in committendo.*

9 *Non creditur ſoli tabellioni quo ad errorem commiſſum, prout nec ſoli arbitro.*

10 *Notarius deponens de errore habetur pro vno teſte.*

11 *Opinio vltimo loco relata cenſetur approbata.*

14 *Obſeruantia eſt attendenda tamquam tollens omnem dubitationem n. 15.*

16 *Conuentio dicitur probata per obſeruantiam ſubſecutum, etiam recedendo à proprietate verborum.*

Error

17 *Error notarij non debet nocere partibus.*
18 *Expreſſum dicitur quod in ſcriptura deficit ſi per partes fuit geſtum.*
19 *Per correctionem erroris non dicitur quidquam de nouo factum, ſed ſolum declaratum quod actum eſt.*
20 *Solemnitas, de qua in* c. fin. de confeſſ. *in docendo de errore, non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ.*

CAPVT DCCCXXV.

Adde ad *deciſ. March.* 63.

1 ERror inſtrumenti, de quo agimus, eſt concludenter probatus, † quia de eo deponit vnus ex teſtibus inſtrumentarijs, qui ſufficit vna cum depoſitione ipſiuſmet notarij rogati de eodem inſtrumento, prout concludit *Bart. in l. ſi librarius. 92. in fin. ff. de regul. iur.*

Neque obſtat, quod contrarium ſequatur *Bald. in l. imperator. la 1. quæ eſt* 8. *in 1. lect. n. 2. verſ. ſed quid ſi vltra notarium. ff.* de ſtat ho-
2 *min.* Quia illius opinio † non eſt ſequenda, nec debet præualere opinioni *Bart.* cum Doctores maioris auctoritatis eũdem *Bart.* ſequantur, prout *Caſtr. conſ.* 364. *incipiendo ab vltimo n. 2. lib. 2. Alex. conſ.* 105. *in cauſa correctionis erroris. n. 4. in fin. & n. 6. lib. 2. Iaſ. conſ.* 28. *n. 1. verſ. nam ad probandum errorem lib. 1. Rimin. Sen. conſ.* 403. *n.* 11. *lib.* 3. & latius *conſ.* 456. *n. 1. eod. lib. Zabarell. in probem. clem. in verb. data. in fin.* Cardin. *Tuſch. concluſ.* 89. *notarij error qualiter probetur. n. 2. tom. 5. fol. 931. Maſcard. concluſ. 644. n. 20. p. 2.*

Et eſſe optimum modum corrigendi errorem
3 per aſſertionem tabellionis, † dicit *Socin. cõſ. 94. n. 5. lib 1. poſt Bart. conſ.* 197. *reperitur inſtrumentum. n. 2. lib. 1.* Quia veritas ſcripturæ poteſt probari per ipſum auctorem,
4 qui fecit † *Idem Bart. conſ. 208. ex facto propoſito. n. 2. lib. 1.* iuxta *l. ſi quis decurio. C. ad leg. cornel. de falſ.*

Maxime quia error notarij probatur per con-
5 iecturas, & indicia † *Socin. conſ. 94. n. 8. poſt princ. verſ. error enim tabellionis. lib. 1. iuxta l. cum proponebatur. 66. vbi Bald. in fin. ff. de legat. 2. Burſatt. conſ. 317. n. 3. lib. 3. Iaſ. in l. iubemus.* C. *de teſtam. Rot. deciſ. 281. n. 2. poſt med. p. 1. in recentiorib. Menoch. præſumpt. 22. n. 8. lib. 6.* Cum etiam ſimus
6 in errore in omittendo, † qui facilius corrigitur, quam in committendo *Albenſ. conſ. 10. n. 19. lib. 1. Socin. conſ. 98. col. 7. n. 11. lib. 3.*

Ex quibus patet opinionem *Bald.* non ſubſiſtere, præſertim, quia Doctores qui exaduerſo
7 allegantur, † non concludunt aliquid circa probationem teſtis, & aſſertionis notarij, quod non ſufficiat. ¶ Nam *Alber. in d. l. imperator. la 1. n. 5. in fin. ff. de ſtat. homin.* ſolum dicit, quod non creditur notario di-
8 centi ſe erraſſe, † nihil tamen addit quando vna cum eo adeſt depoſitio vnius teſtis. ¶ *Grãmat. conſ. crimin. 24. n. 1.* licet videatur ſequi *Bald.* Tamen mouetur ex auctoritate *Speculat. de inſtrument. edition. §. poſtremo. col. 3. in princ. verſ. ſed nunquid confe-*
9 *cto inſtrumento ſine die. n. 6.* † vbi tanti m concludit, quod non creditur ſoli tabellioni, quo ad errorem commiſſum, ſicut nec ſoli arbitro, qui non eſt caſus noſter, cũ non ſimus in ſolo notario. ¶ Cum etiam *Grammat.* fundet ſe in opinione *Vital. in clauſ. non errore ductus. quæ eſt 22. §. reſtat videndum. il 2.*
10 *n. 1. fol.* 209. † qui tamen eſt ſibi contrarius, cum de directo *ibid. n. 4. ad fin. verſ. & puto quod ſufficeret. fol.* 210. teneat contrariũ, quod videlicet ſatis ſit valida probatio vnius teſtis cum notario, quia tunc ſunt duo teſtes, iuxta *§. ſi vero moriantur. verſ. in his. auth. de inſtrum. caut. & fid.* ¶ *Farinac. q. 156. n. 132.* licet referat opinionem *Bald.* Tamen poſtea *n.* 133. adducit alios, qui con-
11 trarium ſequuntur, † itaut potius videatur reſidere in opinione vltimo loco relata *Gloſ. in l. qui filium. §. ſabinus. in verb. ſi paulo. verſ. reſpondeo. ff. ad trebell. Bald. in auth. ex teſtamento. col. 2. C. de collation.*

Et quamuis *Idem Farinac. d. q. 156. n. 145. in fin.* alleget *Grammat. d. conſ. crimin. 24. n.*
12 *1.* Nihilominus † ex ſupradictis apparet quomodo *Idem Grammat.* loquatur, & quid ei ſit deferendum. ¶ Et quidquid iſti dicant ſatis eſt, quod opinio *Bart.* eſt magis vera, & fundata validioribus rationibus, & auctoritate inſignium Doctorum ſuperius relatorum, à
13 quibus non eſt recedendum † propter ſupra adductos numero, & auctoritate minores, prout etiam late dixi *deciſ. March. 163. n. 1. cum ſeq.*

Et in caſu noſtro tollitur omnis difficultas propter obſeruantiam ſubſecutam, cum Euſebius cõductor Molendini per ſpatium duorum annorum ſoluerit ſcienter viginti quatuor terminos huiuſmodi affictus ad rationem ſcutorum trium cum dimidio pro quolibet menſe, vt conſtat ex ſeptem quietãtijs diſtinctis die-
14 bus, menſibus, & annis in actis exhibitis, † cui obſeruantiæ ſtandum eſt *Aim. conſ. 118. n. 2. & conſ. 201. n. 12. Surd. conſ. 220. n. 3. lib. 2. & conſ. 362. n. 10. lib. 3. Affl. deciſ. 383. n. 8.*
15 Cum per eam † omnia ambigua decidantur *Butr. in c. cum veniſſent. n. 2. de inſtitution. Natt. conſ. 406. n. 28. Becc. conſ. 181. n. 49. Ludouic. concluſ. 38. verſ. infertur primo. Magon. deciſ. Lucenſ. 49. in fin.* Itaut ob
16 talem obſeruantiam ſubſecutam, † ſatis dicatur probata conuentio, etiam recedendo à proprietate verborum Cardin. *Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. tit. 1. lib. 2. n. 5. & tit. 8. eod. lib. n. 20. Aim. conſ. 828. n. 11. Gabr. conſ. 66. n. 4. & conſ. 76. n. 12. lib. 2. Decian. conſ. 51. n. 56. lib. 2. Socin. conſ. 209. n. 4. lib. 2.* & in ſpecie de huiuſmodi obſeruantia quo ad errorem notarij Rot. *deciſ. 502. n. 10. vſque ad 13. p. 1. in recentiorib.* & ita

iuxta prædicta fuit per tres vices iudicatum,
quod vere & legitime ſit error probatus, qui
17 nõ debet nocere partibus *Iaſ. in l. errore. vbi
Sicard. n. 1. C. de teſt. am Caſſan. conſ. 52. n. 18.*
iuxta *l. fin.* C. *de fideiuſſorib. Socin. Iun.
conſ. 71. n. 20. lib. 3. Grat. conſ. 16. n. 30. lib.
1. Menoch. conſ. 42. n. 36. lib. 1. & conſ. 998.
n. 10. lib. 10. Purpur. in l. admonendi. n. 237.
ff. de iureiur. Rot. deciſ. 281. n. 2. p. 1. in recen-
tiorib. & deciſ. 503. n. 9. & 10. ead. part.*
18 vbi quod eſt habẽda† iſta ſpecificatio pro ex-
preſſa, licet in ſcriptura deficiat, quod per
partes fuit geſtum *Caſtr. conſ. 60. n. 4. verſ.
item nõ obſtat. lib. 1. Decian. conſ. 34. n. 101.
lib. 3.* Itaut ſtante huiuſmodi correctione er-
19 roris, † non dicatur quidquam de nouo fa-
ctum, ſed ſolum declaratum, quod geſtum
eſt *Felin. in c. qualiter & quando. il 1. n.
27. verſ. facit quod notat dominus. de accu-
ſationib. & in c. 2. n. 16. verſ. & pulchre in-
quit. de libell. oblat. Rot. deciſ. 158. n. 2. p. 2.*
20 *in recentiorib.* † vbi etiam, quod ſolemnitas,
de qua in *c. fin. de confeſſ.* in docendo de er-
rore, non eſt neceſſaria in declaratione con-
feſſionis obſcuræ *Marian. in d. c. qualiter
& quando. il 1.* iuxta *l. heredes palam. ff.
de teſtament.*

EPITOME.

Ceſſio iurium, & actionum quando ſit valida. ¶ Et quid ſi fiat clerico, & conſanguineo, & potentiori, & pro modico pretio, & ſimul cum donatione. ¶ Et qualiter circa prædicta Iudex debeat arbitrari. ¶ Et ad iſtum effectum quis dicatur potentior. ¶ Et an requiratur iuriſdictio, & poteſtas. ¶ Vel ortus ex familia nobili, & bellicoſa. ¶ Statutum prohibens ceſſiones in potentiores an comprehendat eccleſias. ¶ Coniecturæ quãdo arguant ſimulationem ceſſionis. ¶ Cauſa ſenectutis, paupertatis, ſexus muliebris, neceſſitatis, vel ſimilis impedimenti, per quod lis non poſſit defendi, an conualidet ceſſionem iurium, & actionum factam in potentiorem. ¶ Et an talis ceſſio confirmetur iuramento. ¶ Vel quando adeſt ius clarum, & indubitatum cum obligatione camerali. ¶ Et quomodo ſit iurandum ad hoc, vt excludatur ſimulatio ceſſionis. ¶ Et an illius reuocatio iuuet quo ad euitandam pœnam. ¶ Aeſtimatio rerum dotalium quo caſu faciat emptionem, & quo tempore ſit facienda. ¶ Et quando dicatur iniuſta. ¶ Emphiteuta reuocans alienata ſine conſenſu Domini an illis priuetur. ¶ Diminutio, & augmentum bonorum dotalium an ſpectet ad vxorem. ¶ Et quando heredes viri teneantur de illorum deterioratione. ¶ Executores vltimarum voluntatum an poſſint cogi ad confectionem inuentarij, & ad aliquam cautionem. ¶ Et quando ſufficiat ſola deſcriptio ad effectum reddendi rationes. ¶ Mulier an ſit repellenda ab officio executoris teſtamentarij, tam in bonis prophanis, quam ad pias cauſas. ¶ Et quid ſi fuerit nupta. ¶ Vel tranſierit ad ſecunda vota. ¶ Cauſa finalis quæ ſit ad hoc, vt poſſit recedi à donatione. ¶ Solutio ex quibus probetur. ¶ Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti, quando ſit admittenda. ¶ Electio an ſpectet ad maritum, ſi ei dentur res dotales æſtimatæ, cum pacto vt illas reſtituat, ſeu earum valorem.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium, & actionum magna quantitatis pro modica ſumma dicitur ſimulata, & admittitur talis exceptio ad fauorem illius contra quem fuit facta. n. 2.*

3 *Aeſtimatio quomodo ſit facienda, vt cognoſcatur an actio ſit vendita iuſto pretio.*

4 *Emptio actionum cum promiſſione euictionis per cedentem facta præſumitur ſimulata, & excludit periculum exactionis, & admittit ſolum lucrum.*

5 *Iudex arbitratur quæ ſit modicitas pretij.*

6 *Clerici debent abſtinere ab omni negotiatione, & litigio.*

7 *Ceſſio actionum facta clerico eſt nullius roboris, & præſumitur ſimulata, & propter auaritiam.*

8 *Fraus præſumitur in ceſſione actionum facta clerico, tanquam potentiori, ſiue fiat contra fiſcum, ſiue priuatum. n. 9.*

10 *Clericus etiam pauper dicitur potentior laico diuite.*

11 *Ad effectum nullitatis ceſſionis an clericus dicatur potentior laico, ſi non habet poteſtatem in eum, vel non ſit de magna, & bellicoſa familia. n. 12. vel ſufficiat priuilegiũ fori. n. 13.*

14 *Statuta prohibentia fieri ceſſiones in potentiores comprehendunt eccleſias, ob difficultatem conueniendi.*

15 *Ceſſio actionum facta clerico conſanguineo eſt valida propter coniunctionem, per quam excluditur dolus, & ratio maioris potentiæ. Contrarium eſt verius. n. 16. 17. & 18.*

19 *Coniectura multa ſimul iuncta arguunt cõtractum ſimulatum. & n. 36.*

20 *Simulatio ceſſionis an in dubio ſit præſumenda.*

21 *Cauſa ſenectutis an excludat dolum, itaut non poſſit tunc opponi de inualiditate ceſſionis, vel alienationis, & quid in muliere, & in paupere. n. 22.*

23 *Ceſſio in potentiorem permittitur ei, qui nõ poteſt rem ſuam recuperare ob potentiam aduerſarij, immo licebit rem æquiualentem ſurripere ob talem cauſam, etiam in foro conſcientiæ. n. 24.*

25 *Impedimenta neceſſaria debent eſſe ad conualidandam ceſſionem in alium factam, itaut remaneat actio quaſi inutilis, & non adſit aliquid pro lite tuenda. n. 26. & 27.*

quid-

Digitized by Google

quidquid aliud ſit reſpectu pœnæ. n.28.

29 *Ceſſiones inualidæ non confirmantur iuramento, ſicut nec contractus ſimulati. n. 30. & quomodo ſit iurandum ad effectum excludendi præſumptionem ſimulationis. n. 31. & 32.*

33 *Ceſſio eſt inualida, ſi fiat ex cauſa donationis, & venditionis, & in eo quod donatur vltra illud, quod ſoluitur, non aget, nec cedens, nec ceſſionarius. n. 34.*

35 *Præſumptio ſimulationis excluditur per ſpatium plurium annorum.*

37 *Reuocatio ceſſionum eſt vtilis, vt cedens non teneatur ad aliquam pœnam.*

38 *Emphiteuta reuocans alienationẽ factã abſq; cõſenſu domini non priuatur re alienata.*

39 *Cedens promittens aliquid dare ceſſionario poſt ſecutam exactionem non poteſt per eũ conueniri, & quomodo hoc procedat. n. 40. & 41.*

42 *Nullitas ceſſionis non conſideratur quando adeſt ius clarum cedentis. Declara in iure indubitato. n. 43. & 50. Et quomodo intelligatur. n.52. & 53. & quid ſtante obligatione Camerali. n.54. & 55.*

44 *Cauſa finalis donationis ſi ceſſat, donatum reſtituitur. Et ex quibus verbis illa colligatur. n.45. & 46.*

47 *Agens ex contractu reciproco debet prius adimplere omnia ad eum ſpectantia, etiam in minimo.*

48 *Solutio, & remiſſio fideicommiſſi, & donatio præſumitur ex diuturnitate temporis, coniunctione, & ratione ſæpius calculata.*

49 *Solutio probatur ex curſu temporis, & qualitate perſonæ non ſolitæ differre exactiones, & ex ſimilibus coniecturis.*

51 *Adminiſtrator quando præſumatur ſibi ſoluiſſe ſuum creditum.*

56 *Aeſtimatio in dote quando faciat emptionẽ. n. 61. & 62. Et quid ſi fuerit facta demonſtratiue, & enunciatiue. n.63. & 70.*

57 *Bonorum æſtimatio variatur ex curſu temporis.*

58 *Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti non admittitur, maxime ſi non modicum interuallum interceſſit. n. 59.*

60 *Bona dotalia ſunt in ſpecie reſtituenda, ſi nõ eſt facta æſtimatio.*

64 *Dos certæ quantitatis promiſſa primo viro, ſi poſtea promittatur ſecundo ſine expreſſione dictæ quantitatis cum traditione certarum rerum pro dote, an dicatur data æſtimatione tali, quæ faciat emptionem, & n.65.*

66 *Iniuſtitia pretij æſtimationis rerum dotaliũ excludit emptionem.*

67 *Nemo præſumitur velle vendere rem minori pretio, quam valeat.*

68 *Aeſtimatio antiqua, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem facta non attenditur, ſed intelligitur de tempore quo conſignantur bona dotalia ſecundo viro, cui augmentum, & diminutio cedit.*

69 *Tempus contractus attenditur quo ad valorem rei.*

71 *Diminutio, & augmentum bonorum dotaliũ ſpectat ad vxorem, quando non eſt facta æſtimatio inducens emptionem.*

72 *Deterioratio fundi dotalis procedens ex culpa viri grauat eius heredes, vt ſoluãt vxori intereſſe deteriorationis.*

73 *Voluntas contrahentium tam expreſſa, quã tacita attenditur ad effectum, vt cognoſcatur quando æſtimatio faciat emptionẽ. n.74.*

75 *Electio pertinet ad virum, ſi ei fuerint datæ res dotales æſtimatæ, cum pacto vt illæ debeant reſtitui, ſeu earum valor.*

76 *Executores vltimarum voluntatum habentur pro nudis miniſtris, nec lucrum, nec damnum debent reportare, nec ad inuentarium conficiendum tenentur, ſed ad ſimplicem deſcriptionem. n.77.*

78 *Procuratores, Commiſſarij, & Executores dati à teſtatore non debent præſtare cautionem mutianam, ad quam tenentur vſufructuarij.*

79 *Mulier non repellitur ab officio executoris teſtamentarij, quamuis ſit nupta, & ad ſecunda vota tranſiuerit, tam in bonis prophanis, quã ad pias cauſas. n.80. & 81.*

CAPVT DCCCXXVI.

QVo ad primum dubium concludendum eſt ceſſionem, de qua agimus, eſſe nullam, irritam, & inanem, Etenim apparet Horatium ceſſiſſe, & cedere Fabritio omnia, & quæcumq; eius iura, & actiones, quæ & quas habet & prætendere poſſet in bonis, iuribus, & hereditate q. equitis Franciſci in ciuitate & ſtatu Florentiæ & alibi ſibi quomodolibet cõpetentibus, & quæ competere poſſunt cauſa & occaſione inſtrumentorum, & iurium celebratorum inter eoſdem Horatium & Equitem, quam ceſſionem facit ob dilectionem verſus ipſum Fabritium, & eius merita, & quia tanquã ſenex non poteſt incumbere exactionibus iurium, & quia ſic ſibi facere placuit, hoc tamen pacto, quod Fabritius teneatur poſt conſecutionem dictorum iurium dare eidem Horatio pro vna vice ſcuta centum, cum promiſſione de euictione & refectione damnorum, iuramento, hypotheca bonorum, ac alijs quæ latius in inſtrumẽto exhibito cõtinentur.

Ex quibus verbis apparet, quod pro modica ſumma ſcutorum centũ fuerunt ceſſa iura & actio-
1 nes magnæ quantitatis, † quo caſu ceſſio præſumitur ſimulata, quatenus excedit quantitatem promiſſam, pro qua ſola conceditur actio ceſſionario *l. per diuerſas. 22. C. mandat. Innoc. in c. vlt. n.2. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Bald. in l.2. col. 1. in fin. & ibi Sicard. n.6. C. ne lic. potent. Rebuff. de ceſſ. action. art. 2. gloſ. vlt. in fin. verſ. item ratione. tom. 2. fol. 475. Menoch. de arbitrar. caſ. 248. n. 2. fol. 229.* & latius *præſumpt. 129. n. 2. & 3.*

2 Gabr. concluſ.5. n.1. de actionib. † & paſſim
datur oppoſitio iſtius ſimulationis illi, contra
quem fuit facta ceſſio, quidquid alias talis
exceptio non poſſit per tertium allegari Ti-
raq. de retract. liguag. §.1. gloſ.18. n.78. in
fin. verſ quod dicit. Rot. deciſ.303. n.11. p. 1.
in recentiorib.

Maxime quia ſtante qualitate, & quantitate
rerum ceſſarum ſemper apparet de modicita-
3 te pretij, † quamuis fieret æſtimatio laborum,
impenſarum litis, & dubij illius euentus, pro-
ut talis æſtimatio eſt facienda ad cognoſcen-
dum an actio ſit vendita iuſto pretio Caſtr.
conſ.363. pro euidcutia. col. vlt. ad med. verſ.
circa quintum. lib.2. Abb. in c.2. n.6. de alie-
nat. iudic. mut. cauſ. fact. Corn. conſ. 263. in
cauſa vertcutc. n.7. ad fin. lib.3. Pariſ. conſ.
64. n.16. lib.4. Card. Mautic. de tacit. & am-
big. conuentiou. lib. 4. tit. 13. n. 16. ad fin.
verſ. quare actio rei. Rot. deciſ.307. n.12. p.1.
in recẽtiorib. Rebuff. de ceſſiou. act. art. 2. gloſ.
vltim. in fin. Sicard. in l.2. n.7. C. ne liceat
potentior. Quamuis in caſu noſtro iſte du-
bius euentus non ſit conſiderabilis, cum em-
ptor iſtarum actionum ſibi pręcauerit ob eui-
crionem promiſſam per cedentem cum refe-
ctione damnorum, ac alijs in inſtrumento,
4 quæ magis arguunt † ſimulationem, & exclu-
dunt periculum exactionis rerum ceſſarum,
& quod nullam iacturam voluerit emptor ſu-
bire, ſed ſolum ad lucrum faciendum Aim. cõſ.
979. n.2. & per tot. lib.5. iuxta c. illo vos. de
piguorib. c. ad noſtram. de empt. vendit. Bald.
conſ.389. quod dictus contractus. col.1. lib.4.
5 Et ſecundum pręcdicta † ita Iudex debet iudi-
care, cum eius arbitrio committatur quando
adſit iſta modicitas pretij Menoch. de arbi-
trar. caſ.248. n.2. Affl. in c.1. n.21. verſ. itẽ
habet arbitrium decernendi. ex quib. cauſ.
feud. amittat. Socin. Iun. conſ. 104. n. 3. vſ-
que ad 7. lib. 3.

Adeſt etiã nullitas ceſſionis tãquam factæ cleri-
co, videtur enim ex fonte cupiditatis proce-
6 dere, quia † clerici debent ab omni negotia-
tione prorſus abſtinere c. clerici. & c. canonit.
14. q. 4. c. fornicari. 88. diſtinct. pręcipuè à
litigijs, quę magis ſunt deteſtanda c. vnic. de
ſindic. Adeo vt quamuis ceſſio facta clerico
eſſet vera, adhuc tamen pręſumeretur in frau-
7 dem, & propter auaritiam,† vnde erit nulla
c.2. vbi Gloſ. & Abb. de alienat. iudic. mutãd.
cauſ. fact. Innoc. Io. Andr. Butr. Cardin. &
alij per Natt. conſ.474. n.39. & 40. vbi late
comprobat, Idem Natt. conſ.530. n. 11. poſt
Speculat. de ceſſion. act. §. 1. Rebuff. cod. tit.
art.1. gloſ.2. in princ. & gloſ.5. verſ. ſcien-
dum. n.8. Olderdorp. in libell. coll. iur. in
verb. ceſſio. verſ. primo. Gabr. de actionib. cõ-
cluſ.5. n. 55. Iaffred. Balbus deciſ. 87. late
Roland. conſ.38. n.27. vſque ad 34. lib.2.

Cum etiam vltra auaritiam, & genus mercimo-
8 nij, ſit prohibita ceſſio in clericum † tanquam
facta in potentiorem, quo caſu præſumitur
fraus Aret. & alij in l. fin. C. ne lic. potentior.
& in l.1. C. de his qui potentior. nomin. titul.
9 prædijs affig. ſiue fiat contra fiſcum, † ſiue
contra priuatum Io. de Plat. in l.1. col.1. verſ.
ſicut enim non valet. C. vt nem. ad ſuum
patrocin. ſuſcip. vicos vel ruſtican. Poten-
10 tior enim dicitur clericus † etiam pauper lai-
co diuite, vt per Rebuff. de ceſſion. action. ar-
tic. 1. gloſ.2. in princ. & gloſ. 5. n. 1. & ita
ſeruari teſtatur Hieron. Paul. in pract. can-
cellar. fol. 44. verſ. clericus in cancellaria.
Collectan. in c. 1. in fin. de alienat. iudic.
mutand. cauſ. fact. Gomeſ. de ſubrogand. col-
litigantib. q.1. col.3. in princ.

Et quamuis aliqui teneant, quod clericus non di-
catur potentior ad hunc effectum nullitatis
11 ceſſionis, † niſi quando haberet poteſtatem
aut ſuperiotitatem ſuper laicum, vel quando
eſſet potens ex magna & nobili domo, & bel-
licoſa vt per Gomeſ. ibid. vbi exemplificat in
Columnenſibus, & Vrſinis Roman. conſ. 518.
n.5. vbi Mandoſ. in verb. poteſtatem. Iaſ. in
l.1. n.1. verſ. confirmo. C. de his qui poten-
tior. nomin titul. præd. Maſcard. concluſ.558.
n.21. Ducn. reg.88. n.4. ¶ Tamen quidquid
12 iſti dicant, † verius eſt, vt ſemper clericus
etiam ſi non habeat iuriſdictionem, dicatur
potentior laico in materia ceſſionis ſaltem
ratione fori, & ob alia priuilegia eidẽ compe-
tentia, prout ob hanc rationem ſaluatur ſti-
lus Cancellariæ, vt notat Idem Gomeſ. d.q. 1.
col. 2. in princ. verſ. dicitur etiam. in fin.
Rebuff. de ceſſion. action. art. 1. gloſ. 2. in
princ. verſ. quod non approba immo dico.
Guid. Pap. deciſ.273. n.1. verſ. ſed hac cu-
ria parlamenti. & ibid. addit. in verb. vide-
13 tur. fol. 409. & iſtam rationem fori † admit-
tit etiam Rot. deciſ.1. in fin. verſ. reſpondeo.
& verſ præterea. de alienat. iudic. mutand.
cauſ. fact. in nou. Aim. conſ.205. n.44. Socin.
conſ. 264. n.2. verſ. quarto arguitur. lib. 2.
Calcan. conſ.7. col.4. Anchar. conſ. 165. in
14 fin. & conſ. 166. ad med. † Et faciunt mul-
ta de ſimilibus ſtatutis prohibentibus fieri
ceſſiones in potenriores, quæ comprehendunt
eccleſias ob difficultatem conueniendi Alex.
conſ.93. col.2. in princ. verſic. & puto quod
dictum ſtatutum. n.3. lib.2. Franc. in c. vlt.
ad med. col.1. in fin. verſ. immo plus tenet. de
immunit. eccleſ. in 6. poſt Feder. conſ. 83. &
84. cum alijs per Tiraq. de nobilit. c.37. n.105.

Amplius neque obſtaret, ſi diceretur talẽ ceſſio-
nem factam fuiſſe conſanguineo ſeu affini, quo
15 caſu non † conſideratur clericatus, ſed vale-
bit ceſſio etiam facta clerico conſanguineo,
tanquam præſumptio coniunctionis faciat
ceſſare omnem dolum, & excludat rationem
maioris potentiæ, cum hic ſit vnus effectus sã-
guinis ex multis ſpecialibus, quæ illi conce-
duntur Tiraq. de retract. lignag. in præfat.
n.54. Roland. conſ.16. n.45. lib.3. cum alijs per
Surd. conſ. 22. n. 20. vſque ad 23. lib. 1.
Rot. deciſ.1. poſt med. verſ. aut propter frau-
dem.

Digitized by Google

*dem. de alien. iud. mut. cauſ. fact. in nou. Creſcent. deciſ.*10. *in fin. de ſentent. & re-*
16 *iudic.* Quia verior eſt opinio † contraria, quod non attendatur iſta coniunctio ſanguinis, nam ſi clericatus ſolus impedit validitatem ceſſionis, multò fortius conſanguinitas iuncta cum clericatu coadiuuabit fraudem, & ſimulationem ad colorandam ceſſionem, ſtantibus præſertim priuilegijs clericorum, propter quæ laici vexantur litibus, & ſumptibus, itaut fiant immortales, & ſic re ipſa adeſt terror, per quem inualidantur ſimiles ceſſiones, Ita in ſpecie concludit *Salic. in l. per diuerſas.* 22. *q.* 21. *n.* 18. *verſ. contra primum.* C. *mandat.* iuxta *l. ſi per impreſſionem.C.quod met.cauſ. auth.*
17 *quibuſcumque. C. de ſacroſ. Eccleſ.* † *Et Salic.* ſequitur *Soarez. allegat.*19. *n.*1. *ad med.* vbi quod iſta eſt verior opinio ex parte rei, contra quem fuit facta ceſſio, & ad eius fauorem, cum hæc fuerit vera intentio Summi Pontificis Gregor. VIIII, *in c. fin. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact.* & notat etiam *Speculat. de ceſſ. action. §. interdum. n* 9. *verſ. ſed nunquid ratione conſanguinitatis. Guid. Pap. deciſ.* 273. *ad med. verſ. ſed curia. fol.*408. Maximè quia ſemper militat ra-
18 tio illa venalitatis, auaritiæ, & generis mercimonij, quæ prohibet validitatem ceſſionis in clerico, vnde ceſſat alia ratio conſanguinitatis *Natt. conſ.* 474. *n.* 40. cum alijs ſupra adductis, & latè *Roland.* qui reſpondet omnibus iſtis qualitatibus cõſanguinitatis, & ſimilibus, *conſ.* 38. *n.*28. *vſque ad* 34. *lib.* 2. *Mantu. ſing.*180. *n.* 1. Et quatenus coniunctio ſanguinis operaretur aliquam vali-
19 ditatem ceſſionis, † Tamen intelligitur, dũmodo aliæ coniecturæ nõ adeſſent pro ſimulatione eiuſdem ceſſionis, tunc enim omnes ſimul iunctæ faciunt, vt actus dicatur ſimulatus *Roman. conſ.* 246. *n.* 1. *in fin.* iuxta *l. ſi quis poſt hac. C. de bon. damnator. Maſcard. concluſ.* 558. *n.* 18. Ideò in dubio po-
20 tius pro ſimulatione ceſſionis † quando dubitatur, an ſit vera, vel ficta, præterquam in caſibus relatis *in l. per diuerſas. C. mandat.* vt notat *Gloſ. in c. vlt. in verb. ſanctiones. in fin. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. Speculat. de ceſſ. action. §. ſciendum. n.* 7. *verſ. ſi verò dubitatur.* poſt *Vin. Bern.* & alios ibid. allegatos.

Minus facit quod ceſſio, de qua agimus, fuerit facta à ſene, qui tanquam talis non poterat incumbere exactioni iurium, vt aſſeritur in
21 ipſo ceſſionis inſtrumento, † quæ cauſa ſenectutis videtur excludere dolum, itaut non poſſit tunc opponi de inualiditate ceſſionis, vel ſimilis alienationis, prout dicimus quãdo quis ob valetudinem, vel ætatem tranſtulit litem in alium, vel propter occupationes, qui tunc non dolo facit, nec habet locum edictum de alienatione iudicij *Rebuff. de ceſſion. act. art.* 1. *gloſ.* 2. *col.* 2. *in princ. verſ. notandũ eſt quod in illo fol.* 454. iuxta *l. non ſolum.*5. *§. ſi quis autem. ff de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Caſtr. conſ.* 393. *col. vlt. ad med. verſ. ſed etiam ſine eis conſide-*
22 *rata. lib.*2. vbi exemplificat etiam in muliere, & in paupere *Creſcent. deciſ.* 10. *in fin. de ſentent. & re iudicat. Alber. in l. per diuerſas.C.mandat. Gabr. de action. cõcluſ.*5.*n.*46. *Duen. reg.*88.*n.*5. vbi de eo, qui nõ poteſt recuperare rem ſuam ob potentiam aduer-
23 ſarij, † cui permittitur non ſolum in potentiorem cedere, ſed etiam rem alienam æquiualentem ſurripere, quando illam non poſſet recuperare ab aduerſario potente, & diuite *Gloſ. in c. ius gentium. diſtinct.* 1. *Innoc. in c. olim. il* 1. *n.*8. *de reſtit. ſpoliator. Felin. in c. quoniam. n.*13. *de ſimon. Alex. conſ.*135. *n.*1. *lib.*1. *Rebuff. de ceſſion. action. art.* 1. *gloſ.* 10. *verſ. ſeptimo quando. fol.* 460. cum
24 alijs per *Duen. regul.* 88. *n.*5. † Vbi etiam quod talis erit tutus in foro conſcientiæ *Archidiacon. in c. non ſanè. n.* 4. *cauſ.* 14. *q.* 5. *Innoc. in c. quia plerique. de immunit. Eccl.*

Quia iſta aſſertio ſenectutis nõ eſt ſufficiens ad
25 iuſtificandam ceſſionem, † cum per legem admittantur tales cauſæ ad conualidandas huiuſmodi ceſſiones, quando ſunt occupationes, & impedimenta neceſſaria, vt dicitur *in d. l. non ſolum.* 5. *§. ſi quis autem. in princ. ff. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.* Quæ neceſſitas non probatur in caſu noſtro, non enim ſequitur, quod omnis ſenectus ponat ſenem in neceſſitate ad cedendum, cum poſſit per procuratorẽ exigere intra ſibi debita, vel alijs modis; Ideò Doctores dum
26 conſiderant iſtas qualitates in cedente † præſupponunt, quod apud talem ſenem, mulierem, & pauperem, valetudinarium, & occupatum remaneat actio quaſi inutilis, ita vt ſi illam non cederet, nunquam aliquid potuiſſet conſequi, Ita in ſpecie declarat *Caſtr. d. conſ.* 393. *col. vlt. ad med. verſ. ſed etiam*
27 *ſine eis conſiderata perſona. lib.*2. † Vbi etiã requirit, quod non habeat, ex quo cauſam proſequatur, & quod ceſſerit ductus vrgenti cauſa, & neceſſitate rei familiaris coactus, adeò vt actio penes eũ inutilis remaneret, tunc enim iſta neceſſitas præualet ad excludendam ſimulationem, prout etiam conſiderat *Speculat. de ceſſ. action. §. ſciendum. n.* 10. *verſ. ſed ad hoc facilis eſt reſpondere.* vbi etiam exemplificat quando eſſet bonus vir ſolitus execrari lites argumento *l. alienationis. ff. famil. erciſcund. l. ob as. C. de præd. minor. l. in fundo. ff. de rei vendicat.*
28 *l. ſi procuratorem. §.* 1. *ff. mandat.* † Immo etiam non ſufficeret ſola paupertas ad ſuſtinendas ſimiles ceſſiones, ſed erunt inefficaces, quidquid aliud ſit reſpectu pœnæ, ſeu doli, itaut cedens non incidat in edictum contra alienantes iudicij mutandi cauſa, vt per *Fabr. in l. per diuerſas. in fin. C. mandat. Gabr. de actionib. concluſ.* 5. *n.* 16. *ad*

med. verſ. contrarium in hoc vltimo.

Nec prædicta poſſunt conualidari prætenſo io-
29 ramento, Nam verior eſt opinio † vt ſimiles
ceſſiones nō confirmentur per iuſiurandum,
cum adhuc ſimulatæ præſumantur *Gozad.
conſ. 3. n. 29. Menoch. præſumpt. 129. n. 8.
lib. 3. Gabr. de action. concluſ. 5. n. 3.* Tan-
quam ſit nutritiuum peccati *c. quamuis de
pact. in 6. c. cum contingat. de iureiur.* Pro-
ut paſſim cōtractus ſimulati nō firmātur iu-
30 ramento, † ſed illud prorſus eſt nullū *Gloſ. in
l. emptiones. C. plus valer. quod agit. Alex. in
l. nemo poteſt. n. 16. ff. de legat. 1. Iaſ. in
auth. ſacramenta puberum. n. 62. C. ſi ad-
uerſ. vendit. Rimin. Iun. conſ. 565. n. 42.
cum ſeq. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 1. q.
11. n. 2.* Maximè quia in caſu noſtro fuit per
31 partes ſimpliciter promiſſum † obſeruare,
cum tamen ad effectum excludendi præſum-
ptionem ſimulationis requiratur, vt iuretur
omnia, & ſingula in inſtrumento contenta
eſſe vera, & contra ea non dicere, vel venire
quauis de cauſa *Socin. conſ. 82. n. 2. lib. 3.
Afflict. decis. 60. n. 1. Ruin. conſ. 132. n. 2.
lib. 4. Roland. conſ. 46. n. 16. & conſ. 47. n.
31. lib. 4. Alex. conſ. 36. n. 3. lib. 2. Curt.
Iun. conſ. 108. n. 13. Seraphin. priuil. iura n.
59. col. 1. cum alijs ibid. per Martin. Bene-
chendorf. in addit. n. 1. Burſat. conſ. 149. n.
18. lib. 2. Crot. in l. nemo poteſt. n. 61. ff. de
legat. 1. Mācin. de iuram. p. 4. effect. 1. q. 11. n. 5.*
32 Et in ſpecie † ſimilium ceſſionum *Rebuff. de
ceſſion act. artic. 2. gloſ. 7. in 6. & 7. requi-
ſit. iuxta l. 2. C. de decurion. lib. 10. c. quia pro-
pter. in fin. de electiōn. c. ex tenore. de teſtib.*

Neque oberit, quod ſimus in ceſſione iurium
ex cauſa donationis, quæ eſt valida *l. per di-
uerſas. in fin. C. mandat. Rom. conſ. 518.
Gabr. de action. concluſ. 5. n. 40.* Quia ex
33 inſtrumento apparet, † quod ceſſio fuit fa-
cta etiam pro pecunia ſoluenda cedenti poſt
exactionem, & ſic etiam ex cauſa venditio-
nis, quo caſu ceſſio erit ſimulata, & nulla
*Gozad. conſ. 3. n. 24. iuxta l. vlt. vbi Bald.
col. 1. C. mandat. Idem Bald. in l. fin. C. ne
liceat potentior. & in l. 2. C. de repud. here-
dit. Roman. conſ. 450. n. 2. Menoch. præſumpt.
129. n. 5. in fin. & n. 27. Socin. Iun. conſ.
97. n. 71. lib. 2. Gabr. de actionib. concluſ. 5.
34 n. 3. & n. 44. vſque ad 49.* † Vbi quod in eo
quod donatur, vltra illud, quod ſoluitur, non
aget, nec cedens, nec ceſſionarius *Innoc. in
c. fin. col. 1. de alienat. iudic. mutand. cauſ.
fact. Salic. in l. 2. & ibi latè Sicard. n. 8.
C. ne liceat potentior. Franc. Marc. decis.
248. in fin. p. 2. Soarez. allegat. 13. n. 2.*

Confirmatur ſimulatio ceſſionis, cum illam ce-
dens poſtea cum iuramento reuocauerit, aſ-
ſerendo quod omnia fecit ſubornatus à quo-
dam confratre, qui rem ſibi demonſtrauit
diuerſam ab ea, quæ ibidem inſerta fuit, cum
alijs contentis in inſtrumento reuocationis
exhibito, ex quibus magis probatur ſimu-
latio ceſſionis tanquam appareat in modico
temporis ſpatio de mutatione voluntatis,
35 quidquid † alias per cōfirmationem plurium
annorum excluderetur præſumptio ſimula-
tionis *Dec. conſ. 232. n. 2. Abb. conſ. 4. n. 37.
lib. 1. Maſcard. concluſ. 558. in fin. verſ. in
tellige omnes ſupradictas. n. 32.* Stātibus pre-
36 ſertim tot cōiecturis ſimul iūctis † ex quibus
magis conſtat de ſimulatione *Bart. conſ. 65.
factum tale proponitur. n. 5. lib. 1. Aret. conſ.
159. in 3. dub. & conſ. 65. n. 3. Bellam. de-
37 cis. 716. in princ. de donation.* † Quare vtile
eſt reuocare iſtas ceſſiones, vt cedens non te-
neatur hoc edicto *l. ex hoc. 9. §. ſi quis alie-
nauerit. ff. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.*
38 Prout dicimus † de emphiteuta alienāte abſ-
que domini permiſſu, & poſtea reuocante,
vt non priuetur re alienata *Iaſ. in l. fin. q. 20.
39 C. de iur. emphiteut.* † Nam redhibita re
omnia retrahuntur *l. quia. ff. de alienat. iu-
dic.* & notat *Rebuff. de ceſſ. action. art. 1.
gloſ. 1. in fin. verſ. ſexto requiritur.*

Immo etiā neq; talis ceſſio valebit quo ad ſcu-
ta centum per ceſſionarium promiſſa poſt
ſecutam exactionem, prout in ſpecie eſt de-
ciſio Senatus Sabaudiæ per *Fabrian. in ſuo
Codic. lib. 4. tit. mandat. 26. diffinit. 23.* vbi
teſtatur in eodem Senatu deciſum ceſſionem
actionum factam ea lege adiecta, vt poſt vi-
ctoriam ceſſionarius conuentum pretium
ſolueret cedenti, nullius eſſe roboris, & mo-
40 menti, neque permittendum, † vt ceſſiona-
rius poſſit ex ea agere, neque reſpectu illius
quantitatis promiſſæ, de qua fuit habita fi-
des, cum ex dilatione ſoluendi pretium in
tempus victoriæ, clarè appareat animus ve-
xandi aduerſarium in litibus, & quod ob
41 iſtam cauſam fuit facta ceſſio, † quo caſu
nullam obtinet firmitatem *l. per diuerſas.
C. mandat. Gabr. concluſ. 5. n. 14. de actionib.*

Nec aduerſatur, quod conſtet de claro iure ce-
dentis propter inſtrumenta, & obligationes
42 in eis contentas, † quo caſu non conſidera-
tur aliqua nullitas ceſſionis, quaſi tunc ceſ-
ſet ratio prohibitionis ob calumniam, &
redemptionem litium, quæ non militat, ſtan-
te veritate cauſæ *Aret. conſ. 136. col. penult.
in princ.* Quia prædicta procedunt, quando
43 illud ius, † quod ceditur eſt indubitatum,
itaut ex nulla cauſa poſſit controuerti, vel
per confeſsionem debitoris, vel per tres cō-
formes, & rem iudicatam, tunc enim ex cer-
titudine iuris apparet de bona fide cedentis,
& ceſſionarij, ideò valebit ceſsio etiam
poſtquam fuerit ius in iudicium deductum,
nè dum ante *Gabr. conſ. 67. n. 7. & 8. & per
tot. lib. 1. Creſcent. decis. 10. aliàs 107. n. 2. &
3. de ſentent. & re iudicat. iuxta Gloſ. in
l. per diuerſas. in verb. pro indubitatis. vbi
Ang. n. 2. C. mandat. Alber. in l. 2. col. pe-
nult. in princ. C. ne lic. potentior. Iacobin.
in l. 1. n. 14. C. eod. tit. Abb. in c. fin. col. 3.
de alienat. iudic. mut. cauſ. fact.*

In caſu

Digitized by Google

In caſu autem noſtro non ſolum ius non eſt indu-
bitatum, ſed omnino incertum, & nullam
actionem tribuens, etenim quo ad donatio-
nem ſcutorum tricentorum annuorũ apparet
illam eſſe factam contemplatione matrimo-
nij, vt Horatius commodius viueret cum ſua
44 familia, † vnde quia præſupponitur in facto
non fuiſſe ſecutam talem cohabitationem
cum vxore ceſſat donatio, tanquam non fue-
rit adimpleta cauſa finalis, ob quam fuit fa-
cta, & ſi aliquid eſſet ſolutum datur repetitio
*Cin. in l. generaliter. ad fin. C. de epiſcop.
& cleric. Caſtr. in l. 2. §. fin. ff. de donation.
Natt. conſ. 609. n. 13. Roland. conſ. 44. n.
22. cum ſeq. lib. 4. Franc. deciſ. 52. n. 4. poſt
Caſſan. conſ. 49. col. 1. n. 6. Phanuc. de lucr.
dot. gloſ. 3. ad fin. n. 20. verſ. non obſtat vl-
timo. tom. 9. fol.* 421.

Neque eſt immorandum an ſimus in cauſa fina-
li cohabitationis, & ſuſceptionis filiorum,
quia de hoc clare apparet ex inſtrumentis
exhibitis, in quibus ſemper aſſeritur omnia
fieri, vt Horatius ad domum ſuam ducat An-
nam vxorem, & cum ea ſe bene gerat, illamq.
tractet, vt decet bonum maritum, & cum ea
ſimul cohabitet, alias in caſu contrauentionis
declarat, quod aſſignatio ſit nulla, & nullius
45 momenti, † & pro reuocata, & irrita habea-
tur, non ſecus ac ſi facta non fuiſſet præſente
Horatio donatario, & acceptante, quæ verba
inducunt claram cauſam finalem, cum alias
donans non donaſſet *Roland. conſ. 44. n. 24.* vbi
etiam quod cauſa impulſiua dicitur finalis,
46 quando quis aliter non eſſet facturus *Bald. in
l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrum.* iuxta *l. ſi
paterfamilias. ff. de heredib. inſtituend. Ber-
trand. conſ. 77. n. 6. lib. 7.*

Idem dicendum eſt de alia donatione ſcutorum
centum annuorum, quæ cum ſit reciproca,
47 & hinc inde ſint aliqua adimplenda, † non
poteſt per Horatium, & habentes cauſam ab
eo, prætendi executio inſtrumenti eiuſdem
donationis, niſi prius adimpleăt ex parte ſua,
itaut neque ſufficeret pro parte adimpleniſſe,
cum etiam in minimo obſtet huiuſmodi ex-
ceptio *l. cum proponas. la 2. vbi Dec. n. 5. C.
de pact. Bero conſ. 45. n. 6. Roland. conſ. 69.
n. 6. & 7. lib. 4. Natt. conſ. 673. n. 19. Par-
pal. in l. ſi quis maior. q. 10. & 11. C. de tran-
ſact. Bero. conſ.* 15. *n.* 14. *lib.* 3.

Additur diuturnitas temporis, coniunctio ſan-
48 guinis, & ſæpius calculata ratio, † ex quibus
omnibus ſimul iunctis præſumitur ſolutio iu-
xta *l. procula. 26. ff. de probation.* cuius diſpo-
ſitio procedit in remiſſione fideicommiſſi, do-
natione, & ſimilibus *Menoch. de arbitr. lib. 2.
caſ. 88. n. 17. & præſumpt 36. lib. 1. & præſũp.
30. n. 39. lib. 3. & præſumpt 26. n. 16. & præ-
ſumpt. 115. & 116. eod. lib. Afflict. deciſ. 13. n.
12. Alex. conſ. 56. n. 6. & 14. lib. 4. Neuiz. conſ.
56. n. 16. Dec. conſ. 79. col. 1. & conſ. 267. col.
2. Socin. Iun. conſ. 128. n. 126. cum ſeq. lib. 1.
Alciat. præſumpt. 31. regul. 1.* Maxime quia
vltra diuturnitatem temporis concurrit ſilen-
tium, & taciturnitas creditoris, qui erat
cautus, & auarus, & non ſolitus protrahere
49 exactiones, † tunc enim magis præſumitur
ſolutio *Afflict. deciſ. 13. n. 21. Alex. conſ. 122. col.
fin. lib. 6. Bertazol. conſ. 118. n. 10. Menoch.
conſ. 121. n. 98. Rim. Iun. conſ. 407. n. 12.* cum
alijs per *Maſcard. concluſ. 1319. n. 26. vſque
ad 29.* Itaut ex iſtis, & alijs in facto relatis
50 nõ ſimus in iuribus indubitatis, † ſed omnibus
controuerſis, & per conſequens non conſtat
de veritate cauſæ, & ſemper remanet ceſſio
nulla *Gabr. conſ. 67. n. 7. & 8. cum alijs ſupra
allegatis.* Stante præſertim adminiſtratione
bonorum debitoris facta per Horatium per
51 plures annos, † ex qua præſumendum eſt ſibi
ſatisfeciſſe, maxime nullo facto inuentario
per adminiſtratorem *Aim. conſ. 129. n. 5. Me-
noch. conſ. 437. n. 3. & præſumpt. 135. n. 13. lib.
3. Afflict. deciſ. 13. n. 17.*

Et dato etiam, non conceſſo, quod eſſemus in
credito claro, Nihilominus diſpoſitio *l. per di
52 uerſas* † habet locum in actionibus indubita-
tis, prout talem eſſe veriorem intellectum
dicit *Put. deciſ. 22. ante fin. lib. 3.* quod no-
tat etiam *Farinac. de falſit. & ſimulat. q.
162. n. 42.* vbi etiam quod ſtante dicta *deciſ.
53 Creſc. 10. de ſent. & re iudicat.* † non ex hoc
ſequitur, quod in ceſſione iſtius iuris indubita-
ti, non ſit probanda cauſa, cum de ea debeat
conſtare *Put. d. deciſ. 22. n. 5. lib. 3. Peregr. de-
54 ciſ. 41. & 50. lib. 2.* † Quare etiam quamuis
in ceſſione facta cum obligatione camerali
non habeat locum diſpoſitio *d. l. per diuerſas.
55 Gabr. conſ. 67. n. 7. lib. 1.* † Tamen contra illã
poteſt etiam opponi exceptio ſimulationis
ceſſionis, quando eſt patens ex inſtrumento,
vel eſt probata iuris præſumptione, prout di-
citur probata, quando de cauſa nõn apparet,
tunc enim lex præſumit ceſſionem ſimulatam,
ideo non obſtabit obligatio Cameralis, vt no-
tat *Farinac. de falſit. & ſimulat. n. 47. &
63. poſt* Canar. *de execut. inſtrum. n. 31.*

Secundum dubium decidendum eſt negatiue,
56 quod bona dotalia, de quibus agimus, † non
fuerint data in ſolutum marito, ideo non
conſtare de tali æſtimatione, quæ faciat em-
ptionem, neque augmentum ſuperueniens in
huiuſmodi bonis pertinere ad heredes viri,
ſed potius ſpectare ad heredes vxoris, Nam
in inſtrumento aſſignationis dotis ſolum re-
fertur talia bona fuiſſe æſtimata tempore
quo fuerunt adiudicata Virginiæ poſt mor-
tem ſui primi viri, ad effectum exprimendi,
quæ & qualia bona eſſent, non autem vt de-
beret ſtari dictæ æſtimationi iam quinquen-
nio elapſo abſque eo, quod id fuiſſet expreſ-
57 ſum, † cum per curſum temporis potuerit
variari ipſorum bonorum vera æſtimatio *l.
pretia rerum. §. fin. ff. ad leg. falcid. Bald.
in l. 2. col. penult. in fin. n. 29. C. de reſcind.
vendit. Boer. deciſ. 68. n. 6. in fin.* Itaut ex
iſta mutatione, quæ in huiuſmodi rebus po-
teſt

Digitized by Google

58 teſt contingere † nunquam admittatur præſumptio valoris præteriti cum præſenti *Cin. in l. ſi minorem. C. de reſtitut. in integr. Natt. conſ. 353. n. 2.* Quando præſertim non
59 modicum internallum temporis † præceſſit *c. ad aures. de reb. eccleſ. non alienand. Surd. conſ. 151. n. 51. lib. 2.*

Cum igitur non conſtet de æſtimatione tali, quæ faciat emptionem, non fuit translatum aliquod dominium in maritum, ſed huiuſmodi bona remanſerunt in dominio vxoris, euenien-
60 te caſu reſtitutionis dotium†, & de eis iudicatur tanquam de fundo dotali, & in ſpecie ſunt reſtituenda *l. dotale prædium. ff. de fund. dotal. l. vnic. §. cum lex iuſta C. de rei vxor. action. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 28. n. 1. & 2.*

Et prædicta procedunt nō ſolū quando expreſſe, ſed etiam quando tacitè aliquo modo poteſt
61 conſtare, † contrahentes aliter ſenſiſſe, tunc enim non inducitur aliqua venditio rerum in dotem datarum, ſed ſemper remanent bona dotalia ad fauorem vxoris *l. ſi inter virum. 22. C. de iur. dot. l. ex conuentione. C. de pact. Aret conſ. 84. col. 2. Pariſ. conſ. 81. n. 16. lib. 3. Honded. conſ. 77. n. 6. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 141. n. 11. lib. 1. Couar. pract. quæſt. c. 38. n.*
62 *2.* & concludunt omnes † in *l. ſi æſtimatis. ff. ſolut. matrim. Roland. conſ. 92. n. 6. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 28. n. 18.*

Accedat quod in eodem inſtrumento conſignationis dotium fit mentio prætεritæ æſtimationis enunciatiuè, & demonſtratiuè ad effe-
63 ctum ſciendi valorem talium bonorum, † quo caſu nunquam dicitur facta emptio, neque fuit translatum aliquod dominium in virum *l. ſi æſtimatis. ff. ſolut. matrim. Aret. conſ. 84. col. 2. Becc. conſ. 42. n. 18. Surd. conſ. 366. n. 6. in fin. lib. 3. & conſ. 391. n. 21. ad med. eod. lib. & deciſ. 305. n. 36. & 37. Corn. conſ. 15. col. 1. lib. 2.* cum alijs per *Honded. conſ. 77. n. 7. lib. 2. Rot. coram R. P. D. Penia Spoletana bonorum. 26. aprilis 1602. & coram Card. Lancellotto Seniore Romana fundi dotalis. 16. iunij 1578. & coram Cardin. Lancellotto Iuniore Romana Saluiani interdicti. 5. Decembris 1600.* quæ eſt impreſſa poſt *tract. de Saluian. deciſ. 30. n. 5. & coram R. P. D. Peregrino Romana vſurariæ prauitatis 6. Iunij 1597. impreſſ. ibid. deciſ. 275. n. 10. Menoch. conſ. 763. n. 7. lib. 8.*

Præterea quando fuit promiſſa primo viro dos certæ quantitatis, ſi poſtea ſimpliciter dos
64 promittatur ſecūdo marito, † nulla facta mentione taxatiua certæ quātitatis, ſed eidē fuerunt datæ quędam res nomine dotis, illę non dicuntur æſtimatæ, nec inſolutum traditæ pro quantitate promiſſa priori viro, nec talis ęſtimatio faciet emptionem, cum enim primo marito fuerit promiſſa certa quantitas, non poteſt intelligi eadem dos repetita in ſecundo matrimonio, cum res ſimpliciter in dote traditę fuerint, quia videtur data aliados, quę conſiſtit in rebus inæſtimatis, ideo non eſt locus tacitę repetitioni dotis, quę prius fuit conſtituta in certa quantitate pecunię, vt notat in ſpecie *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 28. n.*
65 *8.* † vbi quod audacter contrarium ſenſit *Socin. conſ. 69. n. 14. cum ſeq. lib. 4.* prout etiam illum audacius loqui dicit *Couarr. practic. quæſt. c. 28. n. 1. verſ. tertio quod mibi fortius.*

Cum vlterius pręſupponatur in facto iniuſtitia
66 pretij ęſtimationis talium bonorum, † quo caſu excluditur emptio *Bald. in l. ſi ex conuentione. n. 1. & ibi Salic. n. 2. Iaſ. n. 2. & Rimin. Sen. in vltim. notab. C. de pact. Aret. conſ. 84. diligenter. n. 3. Socin. Iun.* qui de communi. *conſ. 141. n. 21. lib. 1. Couar. pract. quæſt. c. 28. n. 9. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 28. n. 24.*

67 Propter illam rationem, quia non eſt veriſimile aliquem voluiſſe rem ſuam vendere minoris, quam valeret *Gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic.* iuxta *l. cum de indebito. ff. de probat.*

Et quatenus etiam eſſet locus ęſtimationi bonorum, de qua tamen nullo modo poteſt con-
68 ſtare ex ſupra allegatis, Nihilominus non debet attendi antiqua æſtimatio facta inter diuerſas perſonas, & ad diuerſum finem, ſed eſt intelligenda de tempore conſignationis bonorum, quę fuerunt tradita ſecundo viro, itaut ſolum augmentum ſuperueniens pōſt aſſignationem cedat commodo mariti *Honded. conſ. 77. n. 10. lib. 2. Gabr conſ. 56. n. 22. & 23. lib. 2. Bald. Nouell. de dot. p. 7. priuil. 1. n. 7. Card. Seraph. deciſ. 931. n. 3. & deciſ. 1494. n. 3.* iuxta *Gloſ. in c. ad aures. 7. in verb. tunc. de reb. eccleſ. non alienand. c. cum dilecti. de empt. & vendit. c. dudum. il 1. de*
69 *elect. l. ex mille. 64. §. 1. ff. de euiction.* † Prout regulariter ęſtimatio eſt facienda iuxta tempus contractus *l. ſi voluntate. in fin. C. de reſcind. vendit. Bald. conſ 475. n. 11. & 12. lib. 1. Rim. Sen. conſ. 350. n. 7. Gabr. conſ. 65. n. 6. lib. 2. Bald. Nouell. in l. 1. n. 229. ff. ſolut. matrim. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 3. tit. 15. n. 22. & 23. Surd. conſ. 365. n. 28. & 29. lib. 3.*

Erit igitur probandum per heredes mariti, quod augmentum ſuperuenerit poſt conſignationē bonorum dotalium, qua probatione facta apparebit de iniuſtitia ęſtimationis, quamuis
70 hoc dictum ſit ex abundanti, † cum ex ſupra allegatis appareat non conſtare de aliqua ęſtimatione, quę faciat emptionem, tanquā omnia facta ſint ad demonſtrandum valorem bonorum *Surd. conſ. 368. n. 14. lib. 3.* Ideo om-
71 ne augmentum cedit commodo vxoris, † prout etiam ad eam pertineret diminutio *Salic. in l. ſi inter virum. n. 3. C. de iur. dot. Burſat. conſ. 440. n. 11. Couar. practic. quæſt. c. 2?. n. 4. in princip. verſ. borum autem. Honded.*
72 *conſ. 77. n. 15. lib. 2.* † vbi ampliat, quod etiā ſi tempore reſtitutionis fundus eſſet eiuſdem

va-

valoris, pro quo fuit conſignatus, ſed fuit in
ſubſtantia deterioratus à viro, tenētur nihi-
lominus heredes eiuſdē viri ad intereſſe vxo-
ris ratione illius maioris pretij, quo fundus
æſtimaretur, ſi talis deterioratio non conti-
giſſet *Bald. in l. ſi ex cõuētione. n. 1. C. de pact.*
Et magis apparet, quod non ſit facta talis alie-
natio ad effectum emptionis, ſed quod bo-
na tanquam dotalia ſint reſtituenda cum
omni augmento, ſeu diminutione ipſi vxori,
quia illius maritus in teſtamento declarauit
recepiſſe dotem in tot bonis exiſtentibus in
territorio Ruggiani, quæ iuxta formam ca-
pitulorum dotalium poſſunt per eamdem
vxorem propria auctoritate capi, prout etiā
quatenus opus ſit idem maritus ei faculta-
73 tem plenam concedit, † itaut ex iſtis verbis
colligatur intentio partium, quia voluerunt
dotem non debere eſſe in pecunia, ſed in re-
bus ſtabilibus, & in fundo dotali, quod erit
reſtituendum vxori, cum non fuerit acquiſi-
tum marito *l. unic. C. de rei vxor. act. Hon-
ded. conſ. 77. n. 8. lib. 2.* Adeò vt ſufficiat,
quod iſta voluntas contrahentium in huiuſ-
modi æſtimationibus bonorum dotalium
74 tacitè colligatur, † ita eos ſenſiſſe *Pariſ. cõſ.
81. n. 16. lib. 3. Honded. d. conſ. 77. n. 6. lib. 2.*
Cum etiam ſi res datæ in dotem fuerint æſti-
matæ cum pacto, vt illæmet res deberent
75 reſtitui, ſeu illarum æſtimatio, † electio per-
tineret ad virum, tanquam ſit debitor dotis
reſtituendæ *l. plerunque. in fin. ff. de iur. dot.
l. quod autem. §. ſi maritus. ff. de donat. int.
vir. & vxor. l. ei apud quem §. 1. verſ. quod
ſit de pluribus. ff. depoſit.* & ita in propoſito
concludit *Bald. in l. quoties. n. 3. in fin. C.
de iur. dot. Caſtr. in l. ſi æſtimatis. n. 6. ff.
ſolut. matrim. Natt. conſ. 650. n. 4. Socin.
conſ. 56. n. 4. verſ. quintus caſus. lib. 1. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 12.
tit. 28. n. 32. ad med. verſ. tertius eſt caſus.*
Quo ad tertium dubium ſuper eo non eſt inſi-
ſtendum, cum partes ſint concordes, vt fiat
76 nouum inuentarium. † Quamuis rectius ſen-
tiendo, illud non eſſet faciendum, cum ſimus
in executoribus vltimarum voluntatum,
qui habentur pro nudis miniſtris, & diſpen-
ſatoribus, nec quicquam lucri ex officio ſuo
conſequuntur, vnde nec damnum debent re-
portare *Corn. conſ. 81. col. 3. poſt princ. verſ.
non tamen arctatur. n. 4. lib. 4. Phanuc.
de inuentar. p. 2. n. 75.* Et ita de conſue-
tudine ſeruari dicit *Craſſ. in §. executores.
vltim. volunt. q. 7. n. 1. in fin.*
Contraria autem procedunt in ſimplici deſcri-
ptione, ſeu inuentario pro reddenda ratione
77 eorum, quæ diſtribuuntur, hoc enim reſpectu
ad illud tenentur, non tamen ad ſolemne in-
uentarium, ſcilicet vt teneantur vltra vires,
ad formam *l. fin. C. de iur. deliber.* ſed ob
cauſam redditionis rationis tantum, vt di-
ctum eſt, & notat *Bald. in auth. ſed cum te-
ſtator. C. ad leg. falcid. Phanuc. de inuen-
tar. p. 2. n. 75. Petr. Peccb. de teſtam. con-
iug. lib. 1. c. 11. in fin. Pirr. in conſuetud.
Aurel. c. 17. Craſſ. in §. executor. vltimar.
voluntat. q. 8. n. 3.*
Nec prætenſio præſtationis cautionis mutianæ
78 eſt admittenda, † cum non ſimus in vſufru-
ctuarijs, qui tenentur vti frui arbitrio boni
viri, ſed in procuratoribus, commiſſarijs, &
executoribus datis à teſtatore, quorum fi-
des eſt ab eo approbata, ideò ad aliquam
cautionem non arctantur *Bart. in l. diuus.
ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. Io. à Cani-
bus. de executor. vltim. voluntat. §. exceptis.
n. 10. cum ſeq. tom. 8. par. 1. fol. 189. Salic.
in l. nulli. C. de epiſcop. & cleric. Capr.
Vbert. Archid.* & alij per *Craſſ. in §. execu-
tor. vltim. volunt. q. 6. n. 1. & 2.*
Et licet inter executores adſit etiam mulier, ta-
men illa non repellitur ab officio executoris
79 teſtamentarij, † quidquid enim aliqui malè
contrarium ſentiant, iſta eſt verior opinio,
& paſſim de conſuetudine ſeruatur, vt fœmi-
na poſsit eſſe executrix in teſtamento *Bart.
& Bald. in l. à falſo. ff. de alim. & cibar. le-
gat. Idem Bald. in l. id quod pauperibus. C.
de epiſc. & cleric. Ang. in l. ſi traiectitiæ.
ff. de naut. fœnor. Dec. in l. 2. n. 21. ff. de
regul. iur. Ancbar. conſ. 203. circa primum.
in princ. Couar.* qui de communi *in c. tua.
n. 3. de teſtament. Craſſ. in §. executor. vl-
80 tim. volunt. q. 2. n. 26.* † Quod procedit etiam
ſi fœmina ſit nupta, & ad ſecunda vota tran-
ſierit *Bart. in l. alio. in princ. ff. de alim.
& cibar. legat. Dec. in d. l. 2. n. 21. ad med.
de regul. iur. & conſ. 91. diligenter pro te-
nui. n. 1. verſ. nec in tali officio. Bald. in
auth. ijſdem pœnis. in fin. C. de ſecund. nupt.
Ang. in auth. vt liceat matr. & auiæ. in
81 princ. Craſſ. d. q. 2. n. 27.* † Siue ſimus in
fœmina executrice teſtamenti ad bona pro-
phana, ſiue ad pias cauſas, cū in vtriſq; adſit
eadem ratio *Ferret. conſ. 323. n. 5. lib. 2.*

E P I T O M E.

INſinuatio an cenſeatur facta, ſi inſtrumen-
tum fiat coram Iudice decretum inter-
ponente, quamuis non pronunciauerit ſuper
inſinuatione. ¶ Et quid ſi Iudex adeatur ad
alium effectum per ſtatutum requiſitum.
¶ In inſinuatione an requiratur decretum,
& cauſæ cognitio. ¶ Diſpenſatio quo ad
vnum defectum, an debeat trahi ad alium.
¶ Et quid ſi vnum impedimentum contin-
geret alterum. ¶ Vel ſi tacitum augeret
expreſſum. ¶ Vel in vna irregularitate.
¶ Et abſolutione excõmunicationis ab vna
cenſura, & vna diſpenſatione ad contrahen-
dum matrimonium, cum ſimilibus. ¶ Clau-
ſula non obſtante, an tollat plures defectus.
¶ In donatione facta per minorem viginti-
quinque annis, an requiratur decretum Iu-
dicis competentis, ratione loci, in quo bo-
na ſunt ſita, vel donatoris.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum factum coram Iudice decre-
tum interponente cenſetur inſinuatum,
quamuis Iudex non pronunctiauerit ſuper
inſinuatione. Contrarium n. 2. & 3. Sed
prima opinio eſt verior. n. 4.*

5 *In inſinuatione non requiritur decretum Iu-
dicis, nec aliqua cauſæ cognitio.*

6 *Donatio ſi fiat coram Iudice propter aliam
ſolemnitatem per ſtatutum requiſitam,
quam propter inſinuationem, non tamen
dicetur inſinuata, tanquam ad alium effe-
ctum Iudex adeatur. n. 7. & 9.*

8 *Diſpenſatio quo ad vnum defectum non
porrigitur ad alium.*

10 *In donatione facta per minorē vigintiquin-
que annis requiritur decretū Iudicis com-
petentis, vel ratione loci, in quo bona
ſunt ſita, vel donatoris.*

11 *Diſpenſatio ſuper vno impedimento valet,
non facta mentione de alio, ſuper quo pote-
rit poſtea obtineri noua diſpēſatio. Intellige
in diſpenſationibus, quæ ſe nō contingunt,
ſecus quando ſe contingerent, & impedimē-
tum tacitum augeret expreſſum. n. 12.*

13 *Impetratio diſpēſationis ſuper vna irregula-
ritate eſt inualida, nō facta mētione de alia.*

14 *Initiatus ſacris impetrans diſpenſationem
vt poſſit vxorem ducere, dicitur benè di-
ſpenſatus, ſi poſtea impetret aliam diſpen-
ſationem, vt ducat conſanguineam.*

15 *Abſolutio excommunicationis ab vna cenſu-
ra non contingit aliā, nec vna auget alterā,
& quo ad expreſſam non adeſt ſurreptio.*

16 *Diſpenſatio ad contrahendum matrimonium
pro vno impedimento nō ſufficit ſi aliud ob-
ſtaret. n. 17. Idem in ſimilibus relatiuè. n. 18.*

19 *Diſpenſationes ſuper pluribus impedimentis
difficilius conceduntur.*

20 *Clauſula non obſtantibus, non tollit plures
defectus.*

CAP. DCCCXXVII.

AD tollēdum defectum inſinuationis op-
ponitur ex aduerſo doctrina *Bald. in
l. 3. in fin. C. de diuerſ. reſcript. & in l. il-
lud. 16. n. 5. cum ſeq. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
1 Vbi concludit, † quod inſtrumentum factum
coram Iudice decretum interponente cenſe-
tur inſinuatum, licet Iudex non pronuncia-
uerit ſuper inſinuatione.

Verum pro reſponſione ſufficit, quod *Bald.* eſt
2 ſibi contrarius, nam † aliud dicit in *l. eum
bi. in 1. lectur. poſt princ. verſ. ex quo nota
quod licet inſtrumentum. ff. de tranſact.* vbi
firmat de directo contrariam concluſionem,
quod inſtrumentum donationis ſi fuerit le-
gitimè productum animo inſinuandi, ſi Iu-
dex non admittit productionem, vel eam
reprobet, iſta donatio non dicetur inſinuata,
3 quia requiritur † inſinuatio approbata, & de-
cretum, iuxta *d. l. cum bi. & l. quod in diem.
§. ſi rationem. ff. de compenſation.*

Sed dato etiam quod *Bald.* non ſit ſibi contra-
rius, & quod præualeat opinio, quam poſuit
4 in *d. l. 3. in fin. C. de diuerſ. reſcript.* † quæ
quidem eſt verior, cum illam etiam ſequatur
Alex. conſ. 20. n. 5. lib. 3. vbi quod in caſi-
bus, in quibus requiritur inſinuatio, illa
dicitur interuenire, ſi contractus fuerit ce-
lebratus coram Iudice, hoc enim ſufficit pro
inſinuatione *l. omnium. C. de teſtam. l. fin.
C. de prædijs curial. lib. 10. Bart. in l. mode-
ſtinus. col. 1. ad fin. de donationib. Imol. in
c. cum contingat. membr. 10. de iureiur.* cum
alijs latè adductis *per Lamberteng. de con-
tractib. cor. quib. contraher. non eſt permiſ.
gloſ. 14. n. 1. Rebuff. de donation. inſinnand.
gloſ. 1. art. 1. n. 34. tom. 2. fol. 373. Clar. in*
5 *§. donatio. q. 15. in fin. n. 5.* † vbi etiam quod
non requiritur aliquod decretum Iudicis in
inſinuatione, nec aliqua cauſæ cognitio, cū
ſola præſentia Iudicis ſufficiat *Corn. conſ. 36.
lib. 3.* Quidquid aliud ſentiat *Guid. Pap. de-
ciſ. 325. n. 3.* cum contra cum ſit verior opi-
nio, vt latè etiam teſtatur *Tiraq. de legib.
connubialib. gloſ. 7. n. 32. fol. 332. Canar. de
inſinuat. q. 10. n. 22. ad med. tom. 6. p. 2. fol. 275.*

Tamen iſta opinio non procedit, quando, prout
6 in caſu noſtro, † talis contractus, ſeu donatio
fieret coram Iudice propter aliam ſolemni-
tatem, quam propter inſinuationem, quæ de
iure requiritur, quia fortè ex forma ſtatuti
deberet fieri coram Iudice, tunc enim non
propterea eſt ſatisfactum inſinuationi, cum
non propter illam, ſed ob aliud fuit adiens
Iudex. ideò tunc donatio facta coram Iudice
non requirit vlteriorem inſinuationē, dum-
7 modo ad alterum effectum † non adeatur Iu-
dex. Ita in ſpecie declarando opinionem
Bald. concludit *Aret. in c. ſi tibi pecuniam.
in fin. ff. ſi cert. pet.* iuxta *l. cum propter.
ff. de legat. præſtand. l. bonorum. C. qui ad-
mitt.* quod etiam comprobat *Idem Bald.
conſ. 385. certum eſt quod filia. n. 4. & 5.
lib. 3.* & latè concludit *Riminald. Iun. in
§. 1. n. 154. vſque ad 159. inſtit. de dona-
tion. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2.
n. 22. & de legib. connubial. gloſ. 8. n. 180.
vſque ad n. 184. Guid. Pap. de præſumption.
in fin. n. 122. tom. 4. fol. 304.*

Exemplo diſpenſationis conceſſæ quo ad vnum
8 defectū, quæ ad alium † non porrigitur *Bart.
in l. cum propter. ff. de legat. præſtand. Rom.
in l. ſi verò. §. de viro. fallen. 31. ff. ſolut.
matrim. Afflict. deciſ. 320. n. 12. Bald. in
l. eam quam. C. de fideicommiſſ. Oldrad. conſ.
247. quidam rex. col. 1.* iuxta *c. poſtulaſti. de*
9 *reſcript.* † Vnde non mirum ſi aditus Iudicis
pro adhibenda alia ſolemnitate non debet
extendi ad inſinuationem, prout in ſpecie
hoc exemplum adducit *Rimin. Iun. in §. 1.
n. 156. in fin. inſtit. de donationib.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, nam ſumus in

dona-

donatione facta per minorem vigintiquinque
10 annis, † in qua tunc requiritur decretum Iu-
dicis competentis, vel ratione loci, in quo
bona ſunt ſita, vel donatoris, quidqnid diuer-
ſum ſit in alijs *Bertrand.conſ.* 188. *n.* 14. *lib.* 3.
Rimin.Iun. in §.1. *n.* 201. *inſtit. de donatio-
nib.* iuxta *l. ſi prædium.* cum ibi notatis C.
de præd. minor.

Et quoniam de diſpenſatione locuti ſumus ob-
ſeruandum eſt, quod alias dicebatur valere
11 diſpenſationem ſuper vno impedimento † non
facta mentione de alio, ſuper quo poſtea po-
terit obtineri diſpenſatio, ſicuti valet impe-
tratio abſolutionis ab vna excommunicatio-
ne, non facta mentione de alia *Garz. de be-
nefic p.* 8. *c.* 3. *n.* 53. *poſt Nauar.conſ.* 1. *q.* 19.
*de conſtitut. & conſ. vlt. de cognat. ſpiritual.
& conſ.* 6. *vſque ad* 10. *de conſang. & affinit.
Gennenſ. in prax. c.* 25. *n.* 10.

Verum cum de prædictis dubitaretur, dixi illa
non procedere in caſu, de quo agebatur, Ete-
12 nim eramus in diſpenſationibus, † quę ſe con-
tingunt, in quibus impedimentum tacitum
auget expreſſum, ſuper quo diſpenſatur, tunc
enim neceſſe eſt de vtroque mentionem face-
re, alias diſpenſatio eſt omnino nulla, prout eſt
quando concurrit impedimentum conſangui-
nitatis cum impedimento affinitatis, vel quan
do adeſt coniunctio ex duplici parte, ſeu linea,
Couar. ſuper 4. *decretal. p.* 2. *c.* 6. §. 7. *n.* 1.
*Mandoſ. Senior. de ſignatur. grat. tit. de
diſpenſationib. matrimonialib. ad fin. &
Mandoſ. Iun. ad Rom. conſ.* 194. *n.* 1. *Ledeſm.
de matrim. q.* 56. *art.* 5. *verſ. quinto ſequi-
tur.* late *Sanchez. eod. tit. lib.* 8. *diſputat.* 23.
Menoch. de arbitrar. caſ. 203. *n.* 12. & 13.
fol. 204. & ita etiam diſtinguit *Garz de bene-
13 fic. p.* 8. *c.* 3. *n.* 55. & 56. † vbi etiam quod idē
erit in impetratione diſpenſationis vnius ir-
regularitatis, non facta mentione de alia *Na-
uarr. conſ.* 17. *de reſcript.* Contraria autem
procedunt in diſpoſitionibus ſe contingenti-
bus, & in quibus expreſſum non augetur per
14 tacitum, † vt dicitur de initiato ſacris, qui
impetrat à Papa diſpenſationē, vt poſſit vxo-
rem ducere, & deinde non facta mentione
iſtius diſpenſationis impetrauit, vt poſſit du-
cere conſanguineam, tunc enim vtraque di-
ſpenſatio eſt valida, quia vna eſt ſeparata ab
alia, & ſuper rebus differentibus *Nauar. conſ.*
6. *de reſcript. Rodriq. c.* 236. *n.* 4. *Ledeſm. in
ſumm. de matrim. c.* 27. *diffic.* 3. *concluſ.* 7.
15 Quod etiam eſt † in abſolutione excommuni-
cationis ab vna cenſura, quę non contingit
aliam, nec vna auget alteram, ideo quo ad
expreſſam nulla conſideratur ſurreptio *Garz.
de benefic. p.* 8. *c.* 3. *n.* 14. & 60.

Et paſſim omnes admittunt, quod non ſufficit
diſpenſatio ad contrahendum matrimonium,
16 pro vno impedimento, † ſi aliud remanet *Caſ-
ſador. deciſ.* 9. *n.* 4. *de præbend. Gonzal. ad
reg.* 8. *gloſ.* 13. *n.* 84. & 97. vbi quod ſunt
17 neceſſarię tot diſpenſationes, † quot obſta-
cula *Gemin conſ.* 33. *n.* 8. *Franc. in c. non
poteſt.* §. *fin. n.* 5. *de præbend. Rot. diuerſ. de-
ciſ.* 233. *n.* 2. *p.* 1. *Put. deciſ.* 41. *lib.* 3. *Gutier.
18 quæſt. canonic. c.* 15. *n.* 14. *lib.* 1. † Et faciunt ſimi-
lia de pluribus iuramentis, & qualitatibus ſi-
mul concurrentibus, & indultis, iuribus, ſerui-
tutibus, vinculis, prohibitionibus, reſeruatio-
nibus, affectionibus, ac alijs late per *Gonzal.
ad reg.* 8. *gloſ.* 13. *n.* 92. *vſque ad* 102.

Quorum ratio eſt, quia difficilius ſolent con-
19 cedi diſpenſationes, † quando plura obſtant
impedimenta *Dec. in c. ad aures. col. vlt. vbi
Rip. n.* 37. *de reſcript.* poſt *Bart. in l cum
propter. n.* 2. *ff. de legat. præſtand. Affl. de-
ciſ.* 320. *n.* 12. *Menoch. de arbitr. caſ.* 203.
20 *n.* 13. vbi etiam, † quod clauſula non obſtan-
tibus, non tollet plura obſtacula, cum ſuffi-
ciat, vt vnum diluat *Alex. conſ.* 195. *n.* 10. *lib.* 2.

E P I T O M E.

PRohibitio alienationis iuncta cum ſubſti-
tutione præcedenti quando reguletur ab
ea, & inducat nouum fideicommiſſum, tam ſi
fiat continuatiue & relatiuè, quam principa-
liter per verba ſeparata. ¶ Et quid ſi adſit
diſpoſitio intermedia, & non immediate ſub-
ſequatur. ¶ Repetitio qualitatum, & condi-
tionum, quo caſu cenſeatur inducta per di-
ctiones relatiuas poſitas inter duas orationes
imperfectas, ſeu perfectas, & inceptiuas.
¶ Et an ratio conſeruandę agnationis exclu-
dat talem repetitionem. ¶ Seu vocatio ma-
gis ampla contenta in ſecunda diſpoſitione,
quę non erat in prima. ¶ Seu adiectio per-
ſonarum, cum ſimilibus. ¶ Subſtitutio prę-
cedens comprehendens omnia bona an poſſit
dici correſpectiua cum ſubſequenti prohibi-
tione alienationis continente bona particu-
laria, vel potius vtraq; ſit conſideranda tan-
quam principalis. ¶ Capitula connexa quę
dicantur quando plura incontinenti ſunt po-
ſita. ¶ Et an ſit neceſſe, vt vnum veniat ad
determinationm alterius. ¶ Prohibitio alie-
nationis inducens fideicommiſſum abſolu-
tum ad fauorem deſcendentium quando extē-
datur ad tranſuerſales. ¶ Et quid in hoc ope-
retur ratio generalis, & vis cauſę finalis con-
ſeruandi bona in agnatione. ¶ Dictiones re-
latiuę quando dicantur habere reſpectum ad
pręcedentia cum repetitione qualitatum.
¶ Et an referant expreſſa in termino refe-
rente, vel ſolum illa, quæ non ſunt ſpecifica-
ta. ¶ Reſtrictio ad perſonas comprehenſas
in prohibitione alienationis quo caſu inducat
fideicommiſſum abſolutum. ¶ Mentio here-
dis an verificetur in herede ſcripto, ſeu in eo
qui hereditatem adiuit. ¶ Et quid ſtante
grauamine per teſtatorem impoſito. ¶ Re-
ciprocum fideicommiſſum ex quibus induca-
tur inter lineas diuerſas. ¶ Et an debeant
eſſe verba expreſſa. ¶ Vel ſufficiant conie-
cturę cum neceſſario antecedenti, & nomi-
ni-

Digitized by Google

nibùs collectiuis, & prohibitione reali. ¶ Et quando talis prohibitio tranſeat reciprocè cũ ſuo onere ad quemcumq; vadat ſiue vocatum, ſiue poſitum ſub conditione. ¶ Extenſio de perſona ad perſonam an admittatur ob rationem maioris dilectionis. ¶ Copula & quem effectum habeat. ¶ Subſtitutio conditionalis quando euaneſcat propter obitũ cũ filijs.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius poteſt reuocare & vendicare alienata per heredem.*

2 *Subſtitutio conditionalis euaneſcit propter obitum inſtitutorum cum filijs. Amplia vt n. 3. & 4.*

5 *Prohibitio alienationis iuncta cum ſubſtitutione præcedenti continuatiuè, & relatiuè regulatur ab ea, neque inducit nouum fideicommiſſum, ſecus ſi fiat principaliter, & per verba ſeparata, & ſine vlla acceſſione. n. 6. 7. 8. 9. & 22.*

10 *Dictio item eſt relatiua omnium qualitatum, & præcedentium diſpoſitionum continendo etiam conditionem ſi ſine filijs prius poſitam. Intellige ſi ponatur inter duas orationes imperfectas, ſecus quando ſtat inceptiuè in duabus ſeparatis diſpoſitionibus. n. 11. & 12.*

13 *Ratio conſeruandæ agnationis in perpetuum excludit repetitionem qualitatum præcedentium, quæ colligitur ex dictionibus repetitiuis, & inducit nouum fideicommiſſum. n. 14.*

15 *Vocatio magis ampla contenta in ſecunda diſpoſitione non poteſt dici conſecutiua, & acceſſoria ad priorem, ſed ſtat de per ſe, abſque aliqua dependentia ad primam.*

16 *Adiectio perſonarum in ſecunda vocatione non admittit repetitionem qualitatum prioris vocationis, quamuis adſint dictiones inducentes repetitionem.*

17 *Subſtitutio præcedens comprehendens omnia bona, non poteſt dici correſpectiua cum ſubſequenti prohibitione alienationis continente bona particularia, ſed vtraque diſpoſitio dicitur principalis, & de per ſe conſideratur.*

18 *Prohibitio alienationis ſubſequens immediate poſt ſubſtitutionem proxime præcedentem habet cum ea connexitatem, & acceſſionem, ſecus ſi adeſſet diſpoſitio intermedia. Declara vt n. 19. & 21.*

20 *Capitula connexa dicuntur quando ſtatim vnum venit ad determinationem alterius, ſecus quando plura incontinenti dicuntur abſq; iſta determinatione vnius ad alterũ.*

23 *Prohibitio alienationis inducens fideicommiſſum abſolutum ad fauorem deſcendentium, quando extendatur ad tranſuerſales.*

24 *Ratio generalis, & vis cauſæ finalis ampliat diſpoſitionem, prout dicta ratio, & cauſa verificatur, & facit, vt ſit inductum fideicommiſſum inter omnes etiam tranſuerſales. n. 25.*

26 *Dictiones relatiuæ dictorum ſuorum heredũ vel ſimiles dicuntur habere reſpectum ad præcedentia cum repetitione qualitatum. Intellige, vt n. 27.*

28 *Dictio relatiua non refert expreſſa in termino referente, ſed ſolum illa, quæ non ſunt ſpecificata. n. 29.*

30 *Diſpoſitio clara teſtatoris non deſtruitur per dictiones repetitiuas. n. 31.*

32 *Fideicommiſſum abſolutum non inducitur ſtante clauſula reſtricta ad perſonas comprehenſas in prohibitione alienationis. Declara vt n. 33. 34. 35. & 38.*

36 *Mentio heredis non verificatur in herede ſcripto, ſed in eo qui hereditatem adiuit, maxime ſi in aliquo grauatur, quo caſu requiritur immixtio. Limita vt n. 37.*

39 *Reciprocum fideicommiſſum quando inducatur inter lineas diuerſas deſcendentium inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & an debeant eſſe verba expreſſa, vel ſufficiant coniectura, & quid ſtante neceſſario antecedenti, & nominibus collectiuis, & prohibitione reali, cum ſimilibus. n. 40. 41. 42. 43. & 44.*

45 *Prohibitio realis, & in rem ſcripta tranſit reciprocè cum ſuo onere ad quemcumque vadat, ſiue vocatum, ſiue poſitum ſub conditione. Intellige vt n. 46.*

47 *Copula, & ponitur inter diuerſa.*

48 *Minus dilectus non debet eſſe melioris conditionis magis dilecto.*

49 *Extenſio de perſona ad perſonam admittitur ob rationem maioris dilectionis.*

50 *Interpretatio in fideicommiſſis illa eſt ſumenda, quæ conuenit voluntati teſtatoris.*

CAP. DCCCXXVIII.

IN facti ſpecie tranſmiſſa dixi ex teſtamento exhibito apertè conſtare, quod adeſt fideicommiſſum in caſu contrauentionis reſultans ex prohibitione alienationis, quod fuit purificatum ad fauorem D. Nerij, quia Calcidonius Iunior vltimus ex deſcendentibus maſculis heredum inſtitutorum contra expreſſam teſtatoris prohibitionem donauit inter viuos omnia immobilia Barbaræ eius fi-
1 liæ, adeo vt ſtatim † ſecuta alienatione, etiã non expectata morte alienantis eadem bona transierint ipſo iure in D. Nerium vocatum à teſtatore, per quem omnes res alienatæ poterunt vendicari, & reuocari, cum enim agatur de prohibitione indefinita, tam reſpectu temporis, quam reſpectu cauſarum inductum eſt etiam indefinitum fideicommiſſum, itaut nec in vita, nec in morte permittatur aliqua alienatio extra illud genus perſonarum, de quibus in expreſſa ordinatione teſtatoris *l. filiusfamilias. §. cum pater. ff. de legat. 1. l. peto. §. frater. vbi Bart. de legat. 2. Iaſ. in*

l. fi-

Digitized by Google

l.filiusfamilias. §.diui. in 2. lect. n.119. ff. de legat. 3. Gabr. conſ. 123. n. 1. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art. 14. n. 3. ad med. Alciat. cõſ. 36. n. 15. lib. 1. Rot. deciſ. 281. n. 4. p. 2. in recentioribus.

Neque obſtat, quod in caſu noſtro ſubſtitutio
conditionalis præcedens euanuerit propter
obitum heredum inſtitutorum cum filijs,
2 quamuis poſtea † dicti filij deceſſerint ſine
filijs, iuxta *conſ. Oldrad.* 21. Vnde quoque
ipſa prohibitio dicitur expiraſſe cum ſua
3 clauſula, quę tanquam acceſſoria, † & con-
ſecutiua ad ſubſtitutionem pręcedentem vi-
detur eamdem conditionem recepiſſe *Dec. cõſ.
636. prima facie videbatur. n. 7. vſque ad*
4 *13. Cephal. conſ. 17. n. 24. & 25. lib. 1.* † ſiue
ſubſtitutio præcedat, & prohibitio ſubſequa-
tur, ſiue è conuerſo *Idem Cephal. conſ. 282.
n. 31. vſque ad 35. lib. 2.*

Quia prædicta procedunt, quando prohibitio
alienationis eſſet iuncta cum ſubſtitutione
pręcedenti, & ſub eodem contextu verborum
eadem prohibitio immediate ſubſequitur cõ-
5 tinuatiue, † & dependenter, & acceſſoriè, &
correſpectiuè, & relatiuè, ſęu illatiuè, tunc
enim per eam non inducitur nouuum fidei-
commiſſum, ſed regulatur à præcedentibus
ſubſtitutionibus, ad quas venit conſecutiuè,
prout in iſtis terminis clare loquitur *Dec. d.*
6 *conſ. 636.* † quem omnes ita etiam declarant,
vt late per *Card. Seraphin. deciſ. 883. n. 3. vſ-
ad 7. Socin. conſ. 53. n. 11. lib. 1. Alex. conſ.
59. n. 9. lib. 3. Gozad. conſ. 30. n. 16. in fin.
Gabr. conſ. 111. n. 21. lib. 1. & conſ. 132. q.
3. n. 20. & 21. eod. lib. Rot. diuerſ. deciſ. 568.
n. 3. vſque ad 9. p. 1.* cum alijs per *Petr. de
fideicommiſſ. q. 6. in princ.*

Aliud eſt, quando, prout in caſu noſtro, prohibi-
tio fuit principaliter, & de per ſe concepta,
7 & per verba ſeparata, † & inducentia nouam
diſpoſitionem, & in capitulo diuerſo, abſque
aliquo modo connexionis, & ſine vlla acceſ-
ſione, vel dependentia, ſeu conſecutione ad
præcedentes ſubſtitutiones, tunc enim indu-
citur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum ad
fauorem vocatorum, etiam in caſu mortis, ſi-
ue heredes inſtituti deceſſerint ſine filijs, ſiue
cum filijs, & deſcendentibus, qui poſtea deceſ-
ſerint ſine filijs maſculis Ita in ſpecie decla-
rat *Gabr. conſ. 138. n. 25. vſque ad 29. lib. 2.*
8 vbi quod ſemper † ita reſoluit *Rot.* cum iſta
diſtinctione prohibitionis acceſſoriæ, & prin-
cipalis, *Idem Gabr. conſ. 111. n. 21. lib. 1. &
conſ. 132. q. 3. n. 21. eod. lib. Peregr. conſ. 57.
n. 11. & 12. lib. 5. & deciſ. 134. n. 11. & per
tot.* & ibi etiam ſunt impreſſę deciſiones *Rot.*
in quibus fuit talis diſtinctio approbata, vi-
delicet coram *R. P. D. Manzanedo Bono-
nien. de Lambertinis 11. martij 1611. & co-
ram Card. Pamphilio Fauentina fideicom-
miſſi de Paſijs 20. maij. 1588. & coram Card.
Seraphino Fanen. bonorum. 5. iunij. 1589.*
9 Idem late † cõprobat *Petra de fideicommiſſ.
q. 6. n. 19. 22. & 24. Socin. conſ. 73. n. 32.
lib. 4. plene Rot. diuerſ. deciſ. 568. per tot.
p. 1. & deciſ. 121. n. 1. & 2. p. 2. Camill.
Porr. inter conſil. vltim. volunt. tom. 2. conſ.
31. n. 21.* cui ſe ſubſcripſerunt multi inſignes
Iuriſconſulti illorum temporum *Menoch.
conſ. 348. n. 43. lib. 4. Berret. conſ. 142. n.
29. verſ. cum vero. Rot. coram R. P. D. Lit-
ta Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis. 14.
Nouembris. 1605. verſ. quia fuit reſpon-
ſum. col. 2.*

Nec ſubſiſtit, quod teſtator prohibendo aliena-
tionem vſus fuerit verbis illis, item prohibuit
expreſſe omnino, & in perpetuum omnium
ſuorum bonorum immobilium alienationem,
10 quæ dictio, item, † eſt repetitiua omnium
conditionum, & qualitatum ſupra narratarũ,
& pręcedentium diſpoſitionum, adeo vt etiam
contineatur eadem conditio ſi ſine filijs *Bart.
in l. in repetendis. 61. ff. de legat. 3. Ruin.
conſ. 162. n. 18. lib. 5. Rebuff. in l. labeo. 14.
§. item ſi dominus. col. 2. poſt med. verſ. ali-
quando. ff. de verbor. ſignificat.* Quia iſtæ di-
ctiones item, & ſimiles quando, prout in caſu
noſtro, ponuntur inter duas orationes perfe-
11 ctas non ſtant † per modum repetitionis, &
copulationis qualitatum, & conditionum præ-
cedentium, ſed ſtant inceptiuè faciendo duas
diſpoſitiones diuerſas, & ſeparatas, Contraria
autem procedunt, quando illæ ponerentur in-
ter duas orationes imperfectas *Alex. conſ.
117. col. 2. in fin. verſ. non obſtat quod di-
cebatur. lib. 3.* iuxta *l. qui fundum. ff. de
contrah. empt. Iaſ. in §. æque. n. 45. inſtit. de
actionib. Cephal. conſ. 527. n. 22. & 23. lib. 4.
& conſ. 528. n. 36. vſque ad 45. eod. lib.* vbi
12 ampliat, quamuis eadem qualitas, & conditio
omnibus conueniret *Honded. conſ. 91. n. 6.
vſque ad 10. lib. 1.* & eſt diſtinctio paſſim ab
omnibus approbata, vt late comprobat *Pere-
grin. de fideicommiſſ. art. 16. n. 12. & 13. poſt
Bart. in l. 1. in princ. ff. de public. & vecti-
galib. & conſ. 27. n. 1. & 2. lib. 1. Curt. Iun.
conſ. 102. col. 2. Iaſ. conſ. 207. col. 2. lib. 2.
Ruin. conſ. 176. n. 8. lib. 2. Socin. conſ. 10.
n. 26. lib. 1. Menoch. conſ. 111. n. 25. &
34. lib. 2. Rolan. conſ. 34. n. 36. lib. 4.* cum
alijs per *Barboſ. de diction. & clauſul. dict.
159. n. 2. fol. 77.*

Maxime quia in caſu noſtro habemus mentem
claram teſtatoris prohibentis alienationem,
13 quia voluit dicta † ſua bona immobilia in po-
ſteros mares & legitimos inſtitutorum & ſub-
ſtitutorum, & eorum in perpetuum deſcenden-
tes maſculos peruenire; ob quam rationem
voluntatis diſponentis non intrat præſumptio
repetitionis qualitatum per iſtas dictiones re-
petitiuas *Bald. in l. 1. n. 5. C. de legitim. hære-
dib. Dec. conſ. 646. in caſu propoſito. n. 3.* Cum
ſatis ſit mentem diſponentis poſſe verificari
etiam qualitate non repetita *Alex. conſ. 48. n.
9. lib. 1. Ruin. conſ. 176. n. 12. lib. 2.* cum alijs
quos adduxi ſupr. *c. 769. n. 48. vſque ad 52.*

Et ita in ſpecie, quod non obſtantibus huiuſmo
di dictionibus repetitiuis, item, inſuper, præte
14 rea, pariter, & ſimilibus † quando ſtant de per
ſe, & in oratione ſeparata, & perfecta quod ſit
inductum nouum fideicommiſſum per prohi-
bitionem alienationis, concludit *Petr. de fi-
deicommiſ. q.6. n.19. & q.11. n.558. & 559.
fol. 197. Rota coram R. P. D. Litta Peruſina
fideicommiſſi de Bigazinis. 14. Nouemb. 1605.
verſ. quia fuit reſponſum. Camill. Porrus in-
ter conſ. vltim. voluntat. tom. 2. conſ. 31. n. 21.*

Præſertim quia in ſubſtitutione præcedenti, here-
des inſtituti ſolum reciproce ſubſtituuntur, &
ipſis decedentibus ſine filijs vocantur filij Al-
15 bertacci, & Petri, † In iſta autem prohibitione
alienationis teſtator vocauit ſimpliciter &
abſolute omnes deſcendentes maſculos & le-
gitimos heredum inſtitutorum & ſubſtituto-
rum, & eorum in perpetuum deſcendentes
maſculos, itaut ex iſta additione clare appa-
reat, quod per eam inducitur magis ampla, &
latior vocatio, quam illa, quæ in priori diſpo-
ſitione continetur, vnde non poteſt dici quod
iſta ſtet acceſſoriè, & conſecutiuè ad præce-
dentem, ſed principaliter, & de per ſe, & abſ-
que vlla dependentia *Petr. de fideicommiſ. q.
6. n.26. & 27. & q.11. n.559. cum ſeq. Ber-
ret. conſ. 142. n.29. verſ. cum vero. Rot. co-
ram Card. Pamphilio Vrbeuetana fideicom-
miſſi de Albanis. 29. Maij 1587. quæ eſt de-
ciſ. 133. n.5. & 6. p. 4. in nouiſſim.* & latius
*coram R.P.D. Manzanedo Bononien. fidei-
commiſſi de Lambertinis. 22. Iunij 1609. quæ
eſt deciſ. 193. n.7. & 8. p.1. in recentior. Me-
16 noch. conſ. 348. n.43. lib. 4.* † Adeo vt ſtante
huiuſmodi adiectione perſonarum, non detur
repetitio qualitatum per iſtas dictiones item
& ſimiles *Bart. conſ. 39. cola requirit. lib. 1.
Dec. conſ. 189. circa primum dubium. n.1.*

Additur, quod ſubſtitutiones præcedentes com-
prehendunt vniuerſam hereditatem teſtato-
ris, prohibitio autem alienationis, quæ ſub-
17 ſequitur ſolum continet bona ſtabilia, † vnde
cum quælibet iſtarum diſpoſitionum verſetur
circa diuerſa, & habeat diuerſos effectus, non
poteſt dici, quod vna ſit correſpectiua ad aliã,
ſed vtraque principaliter, & de per ſe eſt con-
ſideranda, vt in ſpecie notat *Rot. coram R. P.
D. Litta Peruſina fideicommiſſi de Bigazi-
nis. 14. Nouembris 1605. verſ. quia fuit re-
ſponſum. ante med. Petr. de fideicommiſ. q.
6. n. 21. Feder. de Sen. conſ. 54. n. 4.* iuxta
l. meriti. §. nihil. ff. de acquir. poſſeſſ.

Nec facit quod prohibitio alienationis, de qua
agimus, ſtatim, & immediate, & incontinenti
ſit poſita poſt ſubſtitutiones proxime præce-
18 dentes, † quo caſu videtur habere quandam
connexitatem cum illis, quidquid aliud eſ-
ſet quando extarent aliquæ diſpoſitiones in-
termediæ, quaſi tunc per iſtam interpoſitio-
nem poſſit dici prohibitio principalis, non ac-
ceſſoria *Gabr. conſ. 123. ante n. 1. verſ. etenim
cum prohibitio. lib. 1. Menoch. conſ. 348. n. 43.
lib. 4.* Quia licet ſimus in diſpoſitionibus im-
19 mediatis, & nihil intermedium exiſtat, † ta-
men hoc non facit connexitatem cum capitu-
lis præcedentibus quando conſtat, prout in
caſu noſtro, quod teſtator voluit facere diuer-
ſas diſpoſitiones principales, ſeparatas, & non
dependentes ab alijs prius factis, nam tunc
ceſſat præſumptio, quæ colligitur ex oratione
immediata, & incontinenti, & ſtatim prolata,
non enim poteſt adduci conſequentia corre-
ſpectiuitatis ex illis, quæ proferuntur incon-
tinenti, niſi quando vna diſpoſitio venit ad de-
terminationem alterius, ſecus quando omnes
ſtant de per ſe, & diuerſos effectus reſpiciunt
*Felin. in c. cum inter. 12. col. 4. ad fin. n. 7.
20 de re iudic.* † vbi quod licet dicantur plura
capitula connexa quando ſit aliqua promiſſio,
& poſtea ſtatim additur, vt vadas Romam,
Tamen hoc ideo eſt, quia vnum venit ad deter-
minationem alterius, nam aliud eſt quando in-
continenti plura dicuntur abſque iſta determi-
natione vnius ad alterum, itaut quodlibet ſtet
de per ſe, tunc enim nihil operatur iſtud di-
ctum incontinenti, ſed omnia dicuntur diuer-
ſa, non ſecus ac ſi diuerſis temporibus fierent,
aut dicerentur *l. etiam. 30. §. 1. ff. de mino-
rib. Bart. in l. aurelius. §. idem quæſiit. in
fin. ff. de liberat. legat. Brun. conſ. 48. n. 5.
Bellon. conſ. 46. n. 11. Bero. conſ. 15. in fin.
21 lib. 3.* † Et ita in ſpecie de ſimili prohibitio-
ne incontinenti appoſita quod nullam habeat
connexitatem cum præcedentibus ſubſtitu-
tionibus, late concludit *Petr. de fideicommiſ.
q.6. n. 26. & q. 11. n. 559. cum ſeq.* Satis eſt
enim, quod adſit diuerſitas orationis, & ſepa-
ratio capitulorum, & quod vnum ſit perfe-
22 ctum, & non regatur à primo, † ad hoc vt non
poſſit dici connexum, & dependens ab alio,
nam ceſſante iſta conſecutione, & acceſſione
ad ſubſtitutionem, ſemper dicitur diuerſum, &
ſeparatum fideicommiſſum, vt dictum eſt ſupr.
*verſ. aliud eſt quando. n. 7. & late Rot. coram
Card. Pamphilio Ianuen. fideicommiſſi de
Pallauicinis. 24. Nouembris. 1586. quæ eſt
deciſ. 14. n. 7. p. 1. in recentiorib.*

Iſta autem prohibitio alienationis non ſolum in-
ducet perpetuum, & abſolutũ, ac reciprocum
fideicõmiſſum ad fauorem deſcendentium ab
inſtitutis, ſed etiam ad fauorem deſcẽdentium
23 ex tranſuerſalibus, † Teſtator enim addidit illa
verba, & hoc ideo quia voluit dicta ſua bona
immobilia in poſteros mares & legitimos di-
ctorum ſuorum heredum inſtitutorum, & ſub-
ſtitutorũ, & eorum in perpetuum deſcenden-
tes maſculos peruenire, ex quibus verbis clare
colligitur, quod ſunt vocati omnes deſcenden-
tes inſtitutorum, & tranſuerſalium iuxta ra-
tionem generalem, & vim cauſæ finalis adie-
ctæ, quæ ampliat diſpoſitionem, & eam ex-
24 tendit, † prout dicta ratio, & cauſa veri-
ficatur, vnde merito dicendum eſt fuiſſe
indu-

inductum fideicommiſſum abſolutum, perpe-
tuum,& reciprocum in omnes, nam alias con-
ſeruatio bonorum in poſteris conſiderata non
poſſet in illa ratione ſortiri effectum, Iſta eſt
magis communis, & verior opinio, quam late
firmat Dec. conſ.23. pro tenus facultate mea.
col. 2. & 3. & per tot. & conſ. 481. n. 4. poſt
Bart. in l. qui romæ. §. coheredes. vbi Aret.
col. 3. verſ. vbi autem teſtator. & col. 4. &
Socin. n. 18. ff. de verbor. obligat. Gozad.
conſ. 102. n. 4. Pariſ. conſ. 30. n. 22. cum ſeq.
lib. 2. Grat. conſ. 48. per tot. Aim. conſ. 130.
n. 10. Albenſ. conſ. 200. n. 2. & conſ. 54. n. 1.
vbi late Annibal. in addit. in verb. fideicom-
miſſum. Roland. conſ. 23. n. 22. lib. 4. & conſ.
34. n. 65. eod. lib. Cephal. conſ. 137. n. 11.
lib. 1. cum alijs per Surd. conſ. 96. n. 17. lib. 1.
Becc. conſ. 24. n. 4. Petr. de fideicommiſ. q. 5.
25 n. 42. & 43. † & ſæpe ita reſoluit Rot. coram
R.P.D. Brauo Peruſina bonorum de Hercu-
lanis 22. Aprilis. & 30. Maij 1580. & coram
R.P.D. Littà Peruſina de Bigazinis 14. No-
uembris 1605. & coram R.P.D. Vbaldo Bo-
nonien. de Poetis. 17. Iunij 1611. Menoch. conſ.
199. n. 20. vſque ad 24. lib. 2. & conſ. 85. n.
105. lib. 1. Bero. conſ. 88. n. 5. lib. 2. Aleiat.
conſ. 561. n. 1. & conſ. 650. n. 2.

Neque eſt conſiderandum, quod teſtator in hu-
iuſmodi ratione conſeruationis bonorum
in poſteris vſus fuerit dictionibus relatiuis
dictorum ſuorum heredum inſtitutorum, &
26 ſubſtitutorum, † quo caſu non fit extenſio,
ſed habetur reſpectus ad præcedentia cum
repetitione omnium qualitatum Rot. diuerſ.
deciſ. 49. n. 3. p. 1. Quia teſtator non vſus
eſt iſtis verbis relatiuis ad reſtringendam
vocationem ad fratres poſteros dictorum
ſuorum heredum inſtitutorum tantum,
cum etiam addiderit, & ſubſtitutorum, &
27 eorum in perpetuum deſcendentes † ex qui-
bus verbis apertè demonſtrauit, quod voluit
comprehendere non ſolum deſcendentes in-
ſtitutorum, ſed etiam ſubſtitutorum, quo-
rum expreſſam mentionem fecit, itaut iſta
clara, & aperta diſpoſitio teſtatoris nunquã
tollatur per quæcumque verba relatiua ad
28 ſubſtitutiones præcedentes, † cum dictio re-
latiua non referat expreſſa in termino refe-
rente, ſed ſolum illa, quæ non fuerunt ſpeci-
ficata, quaſi tunc repugnet mens diſponen-
tis, quo caſu non fit aliqua relatio Oldrad.
conſ. 151. col. 2. Abb. conſ. 75. in fin. lib. 2.
Aim. conſ. 90. n. 9. Socin. Iun. conſ. 81. n. 22.
lib. 3. Menoch. conſ. 220. n. 81. lib. 2. & conſ.
29 334. n. 12. lib. 4. † Et paſſim excluditur re-
latio, & repetitio in ijs, quæ ſunt determi-
nata, & quando in ſequentibus eſt facta ſpe-
cialis prouiſio, non obſtantibus dictionibus
relatiuis, & repetitiuis Alex. conſ. 158. n. 4.
& 5. lib. 6. iuxta l. ſub conditione. ff. de
heredib. inſtituend. Socin. conſ. 22. n. 2. lib. 3.
Aim. conſ. 638. n. 8. Card. Mantic. de tacit.
& ambig. conuention. lib. 3. tit. 3. n. 18. & tit.
6. n. 8 eod. lib. & de coniectur. vltim. volun-
tat. lib. 10. tit. 6. n. 19. & 20. poſt Bald. in l.
cum multæ. verſ. ibi ergo hic dicit. C. de do-
nation. ant. nupt. Cuman. conſ. 122. col. 2.
30 poſt med. Menoch. conſ. 106. n. 297. lib. 2. † Et
ita in ſpecie quod non ſit deſtruenda diſpoſitio
clara teſtatoris per iſtas dictiones repetitiuas
concludit Rot. per Card. Seraphin. deciſ.
1373. n. 5. vbi etiam quod potius ex iſta di-
31 ſpoſitione clara † eſt interpretanda illa ſupe-
rior, vt talis fuerit à principio voluntas teſta-
toris, tanquam diſpoſitio dubia & ambigua
debeat declarari per claram, non è contra.

Minus obſtat, quod in clauſula prohibitionis ſint
vocati deſcendentes maſculi heredum inſti-
32 tutorum, & ſubſtitutorum, † & ſic per com-
memorationem præcedentis ſubſtitutionis,
itaut videatur habita relatio ad eaſdem præ-
cedentes ſubſtitutiones, quo caſu non induci-
tur fideicommiſſum abſolutum Surd deciſ. 85.
33 per tot. Quia loquitur in clauſula præciſè, † &
expreſsè reſtricta ad perſonas duntaxat com-
prehenſas in prohibitione, & ſubſtitutas in
præcedentibus ſubſtitutionibus, ſecus quando
prout in noſtra facti ſpecie, cauſa prohibitio-
nis eſt amplior ſubſtitutionibus præcedenti-
bus, tunc enim inducitur fideicommiſſum ab-
ſolutum inter omnes inſtitutos, & ſubſtitutos,
vt diſtinguit, & declarat Idem Surd. d. deciſ.
85. n. 1. verſ. quia non dixit. & n. 5. ad fin.
34 Quod procedit † quamuis adeſſet dictio repe-
titiua Card. Seraph. deciſ. 1373. n. 4. & 5.
Rot. deciſ. 14. n. 4. & 7. p. 1. in recentiorib.
35 & ita etiam quando prohibitio, † eſt magis
ampla reſoluit Rot. coram Card. Pamphilio.
Vrbeuetana fideicommiſſi de Albanis 29. Maij
1587. quæ eſt deciſ. 133. n. 5. & 6. p. 4. diuerſ.

Nec debet attendi, quod vocatio deſcendentium
heredum ſubſtitutorum intelligatur tantum de
illis poſteris heredum ſubſtitutorum, qui de-
mum decedentibus omnibus ſubſtitutis ſine fi-
lijs actualiter fuiſſent conſecuti hereditatem,
non autem de deſcendentibus illorum, qui ſo-
36 lum reperiuntur ſcripti in teſtamento, † vbi
enim fit mentio de herede nõ venit heres ſcri-
ptus, ſed ille qui hereditatem adiuit, maxime
quando grauatur ad aliquid faciendum, ſeu
dandum, nam in iſto actu grauaminis requi-
ritur immixtio, ſeu aditio, ſtante præſertim
priuatione in caſu contrauentionis, per quam
præſupponitur aditio, tanquam non poſſit
priuari hereditate, qui illam non habuit, vt
omnia prædicta late comprobat Surd. conſ.
274. n. 4. vſque ad 10. lib. 2. Quia nomen he-
redum accipitur ſecundum ſubiectam mate-
37 riam, & non ſolum comprehendit heredes, qui
adiuerunt hereditatẽ, ſed etiam omnes alios
poſteriores, qui ſuo tempore ſperant conſequi
hereditatem, quando, prout in caſu noſtro,
ſumus in re de ſui natura tranſmiſſibili ad he-
redes Corn. conſ. 307. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 33.

n. 38. lib. 1. Alex. conſ. 49. n. 6. & 7. lib. 6. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 14. n. 22. ad med. iuxta *l. ſciendum. & l. hæredis appellatione. ff. de verbor. ſignificat. l. vlt. C. de heredib. inſtituten. Tiraq. de retract. conuention. gloſ. 6. §. 1. n. 21. Bero. conſ. 12. n. 12. lib. 3. Creſcent. deciſ. 1. n. 6. de teſtament. Rot. coram R.P.D. Corduba Romana hereditatis de Aquilanis. 19. Iunij* 1600. *& coram R.P.D. Orano Ceſenatenſis hereditatis. 12. Iunij* 1595. quæ eſt *deciſ. 515. n. 3. p. 4. diuerſor.*

Et quod dictum eſt de grauamine ob contrauentionem,& de priuatione hereditatis,intelligetur quatenus ad eos peruenerit hereditas, & ſic demum ſuo tempore erit locus priuationi poſtquam deſcendentes ſubſtitutorum conſe-
38 cuti fuerint actualiter hereditatem, † cuius commodo priuabuntur, ſi contrauenerint voluntati teſtatoris, & ſic bona peruenient in perpetuum ad poſteros mares dictorum ſuorum heredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & eorum in perpetuum deſcendentes maſculos, ex quibus verbis reſultat perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum *Roland. conſ. 23. n. 16. vſque ad 21. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 121. n. 4. p. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 14. in fin. Curt. Iun. conſ. 22. n. 23. Pariſ. conſ. 90. n. 33. & 43. lib. 2. Surd. conſ. 67. n. 37. lib. 1.*

Et cum ex prædictis ſit inductum perpetuum fideicommiſſum deſcenſiuum vigore clauſulæ prohibitionis inter deſcēdentes inſtitutorum,
39 & inter † deſcendentes ſubſtitutorum, erit etiam ex hoc inductum fideicommiſſum reciprocum inter lineas præfatas, adeo vt extincta linea maſculina deſcendentium ab inſtitutis per mortem Calcidonij Iunioris ſine filijs maſculis, ſit admittenda linea deſcendentium
40 à ſubſtitutis, ex quibus eſt D. Nerius, † Nam quamuis reciproca nunquam intelligatur inducta inter duas lineas, niſi verbis expreſſis, vel coniecturis neceſſarijs *Cephal. conſ. 401. per tot. lib. 3. Cardin. Seraphin. deciſ. 1023. n. 3.*
Nihilominus iſta procedunt quando vel verbis
41 expreſſis, † vel in vim neceſſarij antecedentis, vel vigore nominum collectiuorum, & tractum temporis importantium, vel ex vi prohibitionis realis, non poteſt conſiderari, quod ſit inducta reciproca, ſecus vbi aliquis ex dictis modis concurreret, tunc enim reciprocum fideicommiſſum inducitur *Peregrin. de fideicommiſ. art. 13. n. 75. vſque ad 81. & conſ. 33. n. 1. vſque ad 4. lib. 3. & conſ. 59. n. 6. & 7. lib. 4.*

In caſu autem noſtro non ſolum vnus ex prædi-
42 ctis modis concurrit, ſed omnes adſunt, † nam habemus verba expreſſa teſtatoris, & coniecturas neceſſarias, quæ inferunt, quod ab vna in aliam lineam bona debeant tranſire mediante ſubſtitutione reciproca, cum prohibuerit alienationē, quia voluit quod eadē bona in perpetuum peruenirent in poſteros mares dictorum ſuorum heredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & eorum in perpetuum deſcendentes, ex quibus verbis inter omnes iſtos reſultat reciprocum fideicommiſſum,
43 quia alias ſine eo † bona in perpetuum non conſeruarentur, cum etiam ex illa prohibitione reſultet abſolutum fideicommiſſum *Dec. conſ. 38. circa primum dubium. col. 1. & 2. & conſ. 425. in primo dub. Ruin. conſ. 108. n. 13. lib. 2. Pariſ. conſ. 18. n. 7. & 20. lib. 3. Roland. conſ. 23. n. 23. lib. 4. Ancbar. conſ. 152. plura. col. 1. Decian. conſ. 50. n. 12. lib. 1. Peregr. de fideicommiſ. art. 13. n. 79.*

Adſunt etiam in caſu noſtro nomina collectiua & tractum temporis ſignificantia in poſteros mares ſuorum heredum inſtitutorum, & ſub-
44 ſtitutorum, † & eorum in perpetuum deſcendentes maſculos, ex quibus verbis colligitur voluntas teſtatoris reciproci fideicommiſſi in neceſſariam conſequentiam, cum alias non poſſet reſultare effectus perpetui tranſitus bonorum de vno in alium *Ruin. conſ. 151. n. 7. lib. 2.* late *Peregrin. de fideicommiſ. art. 13. n. 76. verſ. ſed contra. & n. 77.* vbi teſtatur de veriori opinione *Aim. conſ. 130. n. 6. Gabr. conſ. 132. n. 59. lib. 1.*

Cum vlterius in caſu noſtro adſit prohibitio rea-
45 lis, & in rem ſcripta, & ordinata, † quæ tranſit cum ſuo onere ad quemcunque vadat, ſiue vocatum, ſiue poſitum ſub conditione, adeo vt ſi res prohibentur alienari fauore inſtitutorum, & eorum deſcendentium maſculorum omnes videantur grauati, itaut res reciproce tranſeat de vno in alium *Bald. in l. precibus. n. 49. vbi Salic. col. penult. C. de impuber. & alijs ſubſtitution. Curt. Sen. conſ. 43. col. 4. verſ. accedat. & conſ. 52. col. 2. Socin. conſ. 250. in fin. lib. 2. Albenſ. conſ. 87. n. 13. Decian. conſ. 54. n. 26. lib. 2. & conſ. 103, n. 29. eod. lib. Peregrin. de fideicommiſ. art. 13. n. 81. & 82. Rot. coram R. P. D. Penia Romana de Naris. 11. Decembris* 1595. quæ eſt *deciſ. 35. n. 9. p. 1. in recentior.* & *coram R. P. D. Manzanedo Viterbien. fideicommiſſi* 10. *Maij* 1613. quæ eſt *deciſ. 486. n. 13. p. ead. & coram R. P. D. Vbaldo Romana fideicommiſſi de Surdis* 11. *Maij* 1618. *& coram eodem Bononien. de Poetis. 17. Iunij* 1611. *& coram R. P. D. Caualerio Leodien. fideicommiſſi. 1. Decembris* 1608. quæ eſt *deciſ. 231. n. 1. p. 2. in recentiorib. poſt Surd. conſ. 315. n. 20. lib. 3. Becc. conſ. 24. n. 28. Gabr. concluſ. 10. de fideicommiſ. n. 23. Pariſ. conſ. 90. n. 43. lib. 2. & conſ. 72. n. 89.*
46 *lib. 4.* † Contraria autem procedunt quando diriguntur in perſonas honoratas, tunc enim nullum onus cenſetur impoſitum, ſed tales perſonæ ſolum intelliguntur vocatæ in ſimili fideicommiſſo actiue, non paſsiue *Alban. conſ. 1. n. 5. Surd. conſ. 315. n. 20. ad fin. lib. 3.*

Vlte-

Vlterius nõ obſtat, quod teſtator in clauſula pro-
hibitionis, de qua agimus, ſenſerit de deſcen-
dentibus tantum ab hæredibus inſtitutis, &
inuicem in reciproca ſubſtitutis, non autem
de deſcendentibus ſubſtitutorum dumtaxat:
47 Nam hoc non debet admitti, † cum repugnet
proprietati copulæ, &, quæ ponitur inter di-
uerſa *Gloſ. in c. quærelam. 15. in verb. non
potuit. ad med. & ibi Abb. n. 6. de ſimon. Bart.
in l. is qui ducenta. 14. in princ. ff. de reb.
dub.* Cum etiam ſtatim teſtator per verba ge-
neralia, & vniuerſalia priuauerit tam heredes
inſtitutos, quam ſubſtitutos contrafacien-
48 tes, itaut ſtante † iſta generalitate verborum,
& amplitudine prohibitionis, & identitate ra-
tionis eſſet prohibenda alienatio tam deſcen-
dentibus inſtitutorum, quam etiam deſcen-
dentibus tranſuerſalium ſubſtitutorum, ne
illi cenſerentur eſſe melioris conditionis,
quam magis dilecti, contra *l. publius. §. titia.
ff. de condition. & demonſtration. l. ſi viua
49 matre. in fin. C. de bon. matern.* † propter
quam rationem maioris dilectionis etiam da-
tur extenſio de perſona ad perſonam, quidquid
alias illa non daretur *Ruin. conſ. 168. n. 19.
& 20. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 129. col. penult.
lib. 3. Cephal. conſ. 251. n. 31. & conſ. 252. n.
20. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 23. n. 200. & 201.
lib. 1. Peregr. de fideicommiſ. art. 13. n. 83.
ad med. verſ. contra autem. fol. 126. poſt Bald.
conſ. 283. verba teſtamenti. lib. 2. Rota co-
ram Card. Pamphilio Ianuen. fideicommiſſi
de Pallauicinis 24. Nouembris 1586.* quæ eſt
deciſ. 14. n. 5. p. 1. in recentiorib. & *coram
R. P. D. Orano Ceſenatenſis hereditatis. 12.
Iunij 1595.* quæ eſt *deciſ. 515. n. 1. in fin. p. 4.
50 diuerſ.* † Itaut ex ſupradictis conſtet de clara
& enixa mente teſtatoris inducẽdi perpetuum
& abſolutum fideicommiſſum, vnde erit ſu-
menda huiuſmodi interpretatio, per quam il-
lius voluntati ſatisfiat *Anchar. conſ. 95. n. 5.
in fin. verſ. alius ergo ſenſus.* Ruin. *conſ. 149.
n. 10. lib. 2. Socin. in l. gallus. §. nunc de le-
ge. n. 4. ff. de liber. & poſthum. Cephal. conſ.
313. n. 57. lib. 3. Gualdenſ. de arte teſtand. tit. 5.
cautel. 22. in fin. Sim. de Pret. de interpretat.
vltim. voluntat. lib. 3. ſolut. 11. n. 43. ante
med. verſ. hic iſte intellectus. fol. 291. Rot. de-
ciſ. 14. n. 6. p. 1. in recentiorib.*

EPITOME.

CReditor accipiens pecunias ſub vſuris propter moram debitoris non ſoluentis an poſſit illas repetere, non probata qualitate, quod ob talem moram fuit coactus pati huiuſmodi intereſſe. ¶ Et quando debeat denunciare debitori neceſſitatem capiendi pecunias ſub vſuris. ¶ Et an huiuſmodi denunciatio ſit facienda perſonaliter. ¶ Et an illa requiratur ſtante facultate data per debitorem creditori, vt accipiat pecunias ad cambium ob non ſolutum debitum. ¶ Præſumptio an ſit admittenda, quod damnum non contigiſſet creditori, ſi debitor ſoluiſſet, vel potius debeat præcisè iuſtificari cauſa damni propter carentiam pecuniarum non ſolutarum. ¶ Mercator an repetat damna & intereſſe etiam non probatis requiſitis *per Caſtr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* ¶ Et quid in intereſſe primi intereſſe, & fructibus fructuum, & vſuris vſurarum.

SVMMARIVM.

1 *Damnum emergens non iuſtificatur per receptionem pecuniarum factam per creditorem ſub vſuris, niſi etiam probetur, quod illas recepit ob retardatam ſolutionem ſui crediti. n. 2. & 3.*

4 *Mora debitoris in nõ ſoluẽdo nõ concludit, vt creditor debeat capere pecunias ſub vſuris cum potuerit ob aliam cauſam capere.*

5 *Qualitates omnes quamuis à iure præſumptæ ſunt probandæ copulatiuè, itaut vna deficiente probatio non admittatur. n. 6.*

7 *Creditor debet denunciare debitori neceſſitatem capiendi pecunias ſub vſuris, & quod non poterat illas inuenire, niſi ſub vſuris.*

8 *Interpellatio capiendi pecunias ad intereſſe eſt facienda perſonaliter.*

9 *Facultas data per debitorem creditori ad capiendum pecunias ad cambium ob non ſolutum debitum, non ſufficit niſi præcedat intimatio talis receptionis.*

10 *Non ſufficit conſtare de damno paſſo, ſi etiam non verificetur cauſa intereſſe propter carentiam pecuniarum non ſolutarum, nec admittitur præſumptio, quod damnum non contigiſſet, ſi debitor ſoluiſſet. n. 11.*

12 *Obligatus ad reſtitutionem eius, in quo alium damnificauit, non tenetur ad damnum ex mora contingens, niſi etiam probet alia requiſita per* Caſtr. in l. 3. ff. de eo quod cer. loc.

13 *Mercator an repetat damna & intereſſe etiã non probatis dictis requiſitis. n. 14. Et quid in intereſſe primi intereſſe, & vſuris vſurarum, & fructibus fructuum. n. 15. & 16.*

CAPVT DCCCXXIX.

INtereſſe damni emergentis, quod præten-
ditur in cauſa Piſauri tranſmiſſa, dixi non
deberi, quamuis enim præſupponatur credito-
rem accepiſſe ſub vſuris pecunias etiã in ma-
iori ſumma, quam ſit illa, quæ ſibi eſt præſtãda,
quaſi illas non accepiſſet, nec ſub eiſdem vſu-
ris retinuiſſet, ſi debitor ei ſuum creditum ſa-
1 tisfeciſſet, † Tamen per iſtam ſolam proba-
tionem receptionis pecuniarum non dicitur
iuſtificatum prætenſum damnum emergens,
cum etiam vlterius requiratur, vt creditor
probet, quod eaſdem pecunias recepit ſub vſu-
ris ob retardatam ſolutionem ſui crediti,
cum poſſibile ſit, quod ex alijs cauſis rece-
perit, adeo vt ſtante iſta poſſibilitate pro-
batio non ſit concludens, Ita in ſpecie notat

Bald. in l.etiam.n.5.col.1.in fin. verſ. or mo-
do dubitatur.C. de execut. rei iudic. Anan.
in c.conqueſtus. col. 2.poſt med. verſ. adde
etiam quod iſtud. ibi ſed ſi prætenderet ven-
ditor. *de vſur. Palat. Rub. in c.per veſtras.*
notab. 6. §. ſexto infertur. col penult. in
princ. verſ. prædicta tamen intellige. de do-
nationib. int. vir. & vxor. fol. 400. *Surd. de*
alim. tit. 1. *q.* 45. *n.* 34.

Et paſſim iſta qualitas eſt probanda, videlicet
quod propter carentiam huiuſmodi pecuniæ
2 fuerit † quis damnificatus in accipiendo ad
vſuram, vel quid ſimile faciendum, cum alias
illa non probata, talia damna non venirent, vt
late concludit *Menoch. de arbitrar. in addit.*
caſ. 119. *n.* 27. *&* 28. *fol.* 43. *poſt Alex. conſ.*
141. *n.* 3. *lib.* 5. quem ſequitur *Dec. conſ.*
321. *viſis conſilÿs. n.5. ad med. Roland. conſ.*
35. *n.7. vſque ad* 11. *lib.* 1. *Rimin. Iun.conſ.*
815. *n.* 18. *lib.7. Caſtr. in l.* 2. *n.3. in princ.*
verſ. vnde dicit. & ibi Salic. n. 2. *verſ. quæ-*
3 *dam ſunt alicuius.C. de vſur.* † iuxta doctri-
nam *Innoc. in c.* 1. *n.* 2. *verſ. vltra ſortem.*
eod. tit. de vſur. Anchar. conſ. 376. *ſecundo*
dubitatur. num. 2. *in fin.verſ. & pro hoc di-*
*cto.Cagnol. in l. curabit. n.*30. *vbi Io. Bapt.*
*Lupus. §.6. n.*116. *C. de actionib. empt. Ber-*
ret. conſ. 25. *in fin. Maſcard. concluſ.* 930.
n. 3. *ad med.* Et ita etiam ſeruat *Rot. per*
Mobedan. deciſ. 103. *incip. ſimon centurio*
agebat. n. 1. *alias* 3. *de vſur. fol.* 629. quam
refert, & ſequitur *Honded. conſ.*50. *n.* 30. *ad*
fin. verſ. quæ procedunt. lib. 1. late *Rot. co-*
ram Card. Lancellott. Lucana locationis. 18.
Martÿ, & 29. *Aprilis* 1611. quæ eſt impreſſa
poſt *lib.* 2. *conſil. Farinac. deciſ.* 325. *n.* 5.

Et facit ratio, quia ad probationē damni emer-
4 gentis eſt in ſpecie articulandum, † & proban-
dum non ſolum, quod pecunia ſibi non fuerit
ſoluta, & quod debitor fuerit moroſus in ſol-
uendo, ſed etiam quod ob talem cauſam &
carentiam pecuniæ fuit coactus vſuras pati,
& accipere pecunias ad intereſſe, ſeu cam-
bium *Mobedan.d.deciſ.*103.*poſt princ.Card.*
Lancell.in d.Lucana locationis. Io.Bapt.Lup.
*in l. curabit.§. 6.n.*116. C. *de actionib. empt.*
5 Vnde non probata † iſta qualitate carentiæ
pecuniꝗ, ob quam creditor paſſus eſt hoc dam-
num, non dicitur de eo conſtare, cum regula-
riter fundans ſe in aliqua diſpoſitione debeat
probare omnes qualitates copulatiuè, adeo
vt vna deficiente, non admittatur probatio,
6 quamuis etiam † huiuſmodi qualitates eſſent
à iure præſumptæ *Bart. & Bald. in l.in cau-*
*ſis. C. de accuſation. Gozadin. conſ.*35. *n.*13.
Brun. de ſtatut. exclud. fœmin. art. 6. *n.*
321. *Aim.in conſ.*2. *pro gener. n.*5.31. *&* 125.
*Bero. conſ.*29. *n.* 29. *lib.* 2. *Natt.conſ.*474. *n.*
34. *& conſ.* 581. *n.*20. *Menoch. conſ.*75. *n.*14.
*cum ſeq.lib.*1. *Becc. conſ.* 53. *n.9. Surd. conſ.*
130. *n.* 1. *lib.* 1.

Maxime quia ad effectum, vt creditor poſſit exi-
gere vſuras per eum alteri ſolutas occaſione
moræ contractæ per debitorem in non ſoluen-
7 do ſibi ſuum creditum in termino præfixo † duo
debent concurrere, primum quod creditor de-
nuntiauerit debitori neceſſitatē capiendi pe-
cunias ſub vſuris, ſecūdum, quod non poterat
aliter inuenire pecunias, niſi ſub vſuris, vt poſt
Alex. de Ales. concludit *Angel. in ſumm. in*
verb. vſura il primo n. 20. *verſ. vtrum li-*
*ceat exigere. fol.*543. iuxta *c. quoniam.* 14. *q.*
8 4. *c. ſi quis de clericis.* 12. *q.* 2. Itaut iſta de-
nunciatio & interpellatio capiēdi pecunias ad
intereſſe non ſit facienda domi dimiſſa copia,
ſed perſonaliter, ad hoc vt ſimilia damna poſ-
ſint repeti, tanquā ſimus in valde pręiudiciali-
bus, vt in ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D.*
Pampbilio Romana fructuum & intereſſe.
10. *Decemb.* 1619. quæ eſt impreſſa per *Zac-*
chiam de ſocietat. offic. deciſ. 7. *n.* 6. *iuxta c.*
cauſam. vbi Abb. n. 5. *de dol. & contumac.*
Anchar. in clem. 1. *n.* 5. *de iudic. Matheſil.*
ſing. 132. *n.* 6.

Quare in materia intereſſe, & cambiorum non
ſufficeret, quod debitor daret facultatem cre-
ditori accipiendi pecunias ad intereſſe pro
damnis per eum paſſis ob retardatam ſolutio-
9 nem debiti, † niſi prius receptio pecuniarum
ad effectū huiuſmodi intereſſe intimetur de-
bitori ad hoc vt ſit certus, quod illi currunt
vſuræ, à quibus forſan ſe liberaret, antequam
tales pecuniæ accipiantur, vt late in deciſioni-
bus *Card. Millini. R.P.D. Orani. & aliorum*
de quibus per *Rot. coram R.P.D. Litta Medio*
lanen. pecuniaria 27. *Martÿ* 1602. quæ eſt
in impreſſis *deciſ.* 52. *n.*5. *p.*1. *in recentiorib.*

Neque oberit, quod ſatis ſit conſtare de damno
abſque eo quod verificetur cauſa intereſſe pro-
pter carentiam pecuniarum non ſolutarum,
cum præſumendum ſit, quod tale damnum non
10 contigiſſet ſi debitor ſoluiſſet, † Quia verior
eſt opinio, quod non ſufficiat aliquem pati in-
tereſſe, niſi vlterius probetur in ſpecie & in
indiuiduo, quod ex defectu iſtarum pecunia-
rum non ſolutarum creditor contraxit debita,
vel illa non extinxit, prout extinxiſſet, ſeu non
contraxiſſet æs alienum, ſi ſuum creditum ſibi
ſolutum fuiſſet, cum alias probatio non con-
cluderet, tanquam poſſit adeſſe alia cauſa, ob
quam fuit contractum debitum, vt in propoſi-
to, reprobato *Ruin.* contrarium ſentiente, re-
ſoluit *Rot. coram R.P.D. Coccino Lugdunen.*
computorum. 11. *Decembris* 1609. & *coram*
Card. Lancellotto. d. Lucana locationis. 18.
Martÿ. & 29. *Aprilis* 1611. *impreſſ. poſt lib.*
2. *conſil. Farinac. deciſ.* 325. *n.* 5. vbi alle-
gantur concordantes deciſiones *coram Can-*
tuccio Romana pecuniaria de Zambeccarÿs.
7. *Aprilis* 1581. & *coram Orano Romana vi-*
nea de Brunis. 2. *Decembris* 1591. & *coram*
Card. Millino Romana cambiorum 15. *Maÿ*
11 *&* 19. *Iunÿ* 1592. † & bene declarat *Mo-*
bedan. d. deciſ. 103. *alias.* 3. *de vſur.* & *co-*
ram R.P.D. Pampbilio Romana fructuum
& intereſſe. 10. *Decembris* 1614. *impreſſ. per*

Zacchiam

Zacchiam de ſociet. officior. deciſ. 7. vbi etiam quod licet quis teneatur ad reſtitutionem
11 eius, in quo alium damnificauit, † non tamen ſequitur vt eo ipſo, quod debitor eſt in mora ſoluendi, damnificet creditorem, cum poſſit contingere, quod creditor licet habuiſſet pecunias, vel non inueſtiſſet, vel non habuiſſet occaſionem, ideo ad iſtum effectum præter diligentias creditoris, ſeu moram debitoris ſemper debent concurrere alia requiſita, de quibus per *Caſtr. in l.* 3. *§. vlt. ff. de eo quod cert. loc. Put. deciſ.* 237. *lib.* 1. late *Menoch. de arbitrar. caſ.* 119. *in addit. n.* 7. *vſque ad* 10. cum alijs per *Io. Bapt. Lup. in l. curabit. §.* 6. *n.* 117. *C. de actionib. empt.*

Quibus additur, quod nō ſumus in mercatore, cui magis conceduntur repetitiones ſimiliū dam-
13 norum † & intereſſe *l. eos. §. illos. C. de vſur. Curt. Iun. in l.* 2. *n.* 39. *C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Alex. conſ.* 221. *n.* 1. *&* 7. *lib.* 2. *Bart. in l.* 3. *§. fin. n.* 2. *vbi Caſtr. Alber. & Iaſ. in fin. ff. de eo quod cert. loc. Aim. conſ.* 189. *n.* 7. *Purpur. in l. rogaſti. §. ſi tibi. n.* 39. *cum ſeq. ff. ſi cert. petat. Socin. conſ.* 186. *n.* 9.
14 late *Oſaſc. deciſ.* 143. *col. vlt.* † Quamuis etiam in mercatore ſint probanda requiſita, de quibus per *Doctores in d. l.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* Cum multa poſſint occurrere, quæ impediant lucrum etiam in negotiatoribus *Menoch. de arbitr. caſ.* 119. *in addit. n.* 76. *& conſ.* 1181. *n.* 18. *vſque ad* 23. *lib.* 12. vbi quinque requiſita adducit, vt debeatur tale lucrum mercatori *Coler. de proceſſib. executiu. p.* 1. *c.* 10. *n.* 134. *cum ſeq. fol.* 305. *Stracc. de contractib. mercator. n.* 3. *Gail. lib.* 2. *obſeru.* 6. *n.* 5. *Gabr. conſ.* 147. *n.* 3. *lib.* 2. *Rim. Iun. conſ.* 815. *n.* 34. *lib.* 5. *Roland. conſ.* 35. *n.* 13. *lib.* 1. *Aim. conſ.* 320. *n.* 3. *Neuiz. conſ.* 77. *n.* 24. late *Io. Bapt. Lup. in d. l. curabit. §.* 6. *n.* 117. & dicam late
15 Deo dante infra in cap. particulari, † vbi multa notabilia circa huiuſmodi intereſſe adducentur, & præſertim circa intereſſe alterius intereſſe, in quo debent etiam concurrere omnia requiſita, quæ in primo intereſſe debent concurrere, cum alias illud non eſſet præſtandum *Menoch. conſ.* 1181. *n.* 8. *vſque ad* 14.
16 *lib.* 12. † Et de tali intereſſe primi intereſſe, & de vſuris vſurarum, & de fructibus fructuum quando debeantur tam ſi acceſſorie, quam ſi principaliter petantur, late *Fab. Ann. conſ.* 48. *per tot. lib.* 1. *Io. Vincen. Ann. ſing.* 261. *Milaneſ. deciſ.* 8. *n.* 353. *cum ſeq. fol.* 60. *Franc. deciſ.* 254. *vbi Amendol. in addit. n.* 5. *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 291. *n.* 6. *fol.* 416. *Peregr. conſ.* 100. *n.* 34. *lib.* 1.

E P I T O M E.

CVratores, defenſores, & adminiſtratores an veniant appellatione tutorum, & è cōtra. ¶ Verba bonorum cuſtodiam & adminiſtrationem quando inducant conſtitutionem procuratoris, ſeu tutoris. ¶ Error nominis appellatiui quo caſu vitiet diſpoſitionē. ¶ Datio tutoris ſi non valet tanquam facta de inhabili, vel ab eo qui non habebat facultatem illum dandi, an reſoluatur in gubernium, & adminiſtrationem. ¶ Clericus an poſſit dari tutor in teſtamento, itaut neque volens debeat admitti. ¶ Et quid in Epiſcopo, & Monacho, & alijs regularibus. ¶ Communio bonorum cum pupillo an ſit cauſa ſufficiens, vt quis remoueatur à tutela etiam teſtamentaria. ¶ Et quis contractus oriatur ex tali communione. ¶ Tutor vnus an remaneat ſolus in tutela, deficientibus alijs contutoribus. ¶ Vel ſint ſubrogandi alij loco deficientium. ¶ Et quid ſi fuerint dati, ita vt vnus non poſſit ſine alio adminiſtrare. ¶ Et quo caſu attendatur tutela vnius, ſi eſt ſufficienter conſultum pupillo per ſolum ſuperſtitem idoneum ad illam gerendā,

S V M M A R I V M.

1 *Adminiſtratores, defenſores, & curatores hereditatis dicuntur tutores, & iſta nomina confunduntur.*
2 *Curator venit appellatione tutoris, non è contra ſecundum aliquos, ſed verior eſt ſententia, vt in vtroque nulla ſit differentia. n.* 3.
4 *Tutor & curator æquiparantur in omnibus concernentibus adminiſtrationem.*
5 *Verba bonorum cuſtodiam & adminiſtrationem non inducunt conſtitutionem tutoris, ſed procuratoris. Intellige, vt n.* 6.
7 *In materia dationis tutorum quælibet verba ſufficiunt, ex quibus poſſit colligi, quod teſtator voluerit facere tutores, & ita iudex arbitrabitur huiuſmodi verba confirmando talem tutorem, ſi inuenerit idoneum.*
8 *Error nominis appellatiui non vitiat diſpoſitionem. Declara vt n* 9.
10 *Conſtituēs Titium aſinum ſuum ad agendū cenſetur illum conſtituiſſe procuratorem.*
11 *Semper eſt iudicandum in dubio pro validitate actus, maxime in teſtamentis.*
12 *Datio tutoris ſi non valet tanquam facta de inhabili, vel ab eo qui non habebat facultatem illum dandi, ſuſtinebitur tamen pro adminiſtratore, & reſoluetur in gubernium, prout è contra. n.* 14.
13 *Clauſula omni meliori modo facit, vt actus qui non valet vt agitur, valeat eo modo, quo valere poteſt.*
15 *Clericus non poteſt dari tutor in teſtamento, & agens tanquam talis poteſt rejci à limine iudicij. n.* 16. *Amplia vt neque volens admittatur. n.* 17.
18 *In caſibus, in quibus clerici ſeculares vellent eſſe tutores legitimi, & ſuorum coniunctorum, tamen aliud eſt in Epiſcopis, & Monachis, qui nunquam ad talem tutelam debent admitti. n.* 19. 20. *&* 21.
22 *Patruus nō poteſt eſſe tutor ſuorum nepotum ſi habet cum eis communionem bonorum. Declara vt n.* 25.

Ex

Digitized by Google

23 *Ex communione oritur quaſi contractus producens obligationem & actionem communi diuidundo, itaut talis poſſit dici creditor & debitor.*

24 *Diſpoſitio* auth. minoris. C. qui tutor. dar. poſſ. *loquens de curatore procedit etiam in tutore.*

26 *Tutor vnus remanet ſolus in tutela, deficientibus alijs contutoribus, neque illorum loco ſunt alij ſubrogandi. n. 27. Intellige quando eſt ſufficienter conſultum pupillo per ſolum ſuperſtitem idoneum ad huiuſmodi tutelam gerendam. n. 28.*

29 *Tutela data pluribus, itaut vnus ſine alio non poſſit gerere, in totum perit, ſi vnus contutorum deficiat, nõ ſecus ac ſi omnes defeciſſent.*

CAP. DCCCXXX.

Aliſirmatiuam opinionem dixi veriorem eſſe in caſu propoſito, quod fratres teſtatoris vna cum matre debeant eſſe tutores, & pro tempore curatores filiorum, & reſpectiue nepotum, quia ex diſpoſitione eiuſdem teſtatoris apparet, quod voluit vltra vxorem conſtituere tutores & curatores ſuis filijs illos, quos in ſuo teſtamento patruus deputauit, qui licet fuerint deputati tanquam cuſtodes & adminiſtratores hereditatis eiuſdem pa-
1 trui, Tamen cum tales † habeant curam & onus pertinens ad tutores & curatores, videtur de illis ſenſiſſe, & eos de nouo elegiſſe tanquam appellatione adminiſtratorum, defenſorum, & curatorum hereditatis veniant largo modo etiam tutores, ſæpe enim iſta nomina confunduntur, itaut curator accipiatur pro tutore *Gloſ. in §. hæc omnia. in verb. ad curationẽ. auth. vt ij qui oblig. ſe haber. perhib. rei minor. & in auth. minoris debitor. in verb. a curatione. C. qui dar. tutor. poſſ.* Prout è contra tutor accipitur pro curatore *Gloſ. in l. ad litem. in verb. tutor. C. de in lit. dand. tutor. & in l. 2. in fin. C. de tutorib. & curatorib. dat. ab ijs qui ius dand. hab.* iuxta *l. paterſeuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditionib. & demonſtration. l. curatores. C. ſuſpect. tutorib. Iaſ. in l. in pupillari. ad med. ff. de vulg. & pupill. & in l. quod dicitur. la 2. n. 12. ff. de verbor. obligation. & in l. ſi tibi pecuniam. col. 2. ff. ſi cert. petat. Menoch. conſ. 115. n. 68. lib. 2.*

Et quamuis ſecundum aliquos curator veniat
2 nomine tutoris, † non autem è contra *Neuiz. conſ. 17. n. 60. poſt princ.* cum alijs per *Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo. n. 46. ff. de legat. 1.* Tamen verius eſt nõ eſſe facẽdam iſtam differentiam, cum promiſcuè iſta nomina hinc
3 inde confundantur, † vt notat *Iaſ. in l. qui quartam. in fin. princ. n. 10. verſ. iſtud non videtur bene dictum. ff. de legat. 1.* vbi quod de hoc eſt tex. clarus *in d. §. hæc omnia. auth.*
4 *vt ij qui obligat ſe haber. perhib.* ¶ † Quare tutor & curator æquiparantur in omnibus quę concernunt adminiſtrationem *Bald. in l. qui neque. ff. de reb. eor. & in l. in bonorum. ff. de adminiſtrat. tutor.* iuxta *l. ſcire oportet. ff. de excuſationib. tutor. l. 2. §. quid ſi curator. ff. ad tertullian. l. vlt. in fin. C. de auctor. præſtand. Spin. de teſtam. gloſ. 29. n. 19. Munnoz. de ratioein. adminiſtrat. c. 6. n. 41. & 44. verſ. neque prædictis obſtãt fundamẽta. fol. 53.* Quidquid aliqui intelligant in tutore dato à lege, nõ ab homine, vt per *Spin. d. gloſ. 29. n. 19.*

Nec facit, quod verba bonorum ſuorum cuſtodiam, & adminiſtrationem non inducant
5 conſtitutionem tutoris, † ſed procuratoris *Aret. conſ. 66. col. 1. in fin. & col. 2. ad med. Rip. in l. centurio. n. 198. & ibi Iaſ. n. 73. ff. de vulgar. Bald. in l. qui alienan. 33. § quamquam. ff. de negot. geſt. & in l. omnes. 11. n. 25. C. ad tertullian. Dec. in c. ex parte. 67. n. 3. de appellation.* Quia procedit, quando actus poteſt valere vtroque modo vel tanquam procurator, vel tanquã tutor, tunc enim ſatis eſt, quod verificetur in vno, nõ improprianda ver-
6 ba, ſecus quãdo, † prout in caſu noſtro, diſpoſitio redderetur inutilis, nã tũc poſſunt iſta verba largo modo ſumi pro tutore, & nõ pro ſimplici curatore, aut procuratore. Ita in ſpecie declarat *Idem Aret. d. conſ. 66. n. 2. in princ. verſ. ſi ergo actus poteſt valere. col. 2.* Nam ſatis eſt, quod conſtet de mente teſtatoris, dum voluit, vt deputati in teſtamento patrui eſſent tutores filiorum ſuorum, ſiue eſſent vere
7 tutores, ſiue adminiſtratores, † Cum in iſta materia dationis tutorum, quælibet verba ſufficiant, ex quibus poſſit aliquo modo colligi, quod teſtator voluerit facere aliquos tutores, itaut hoc ſtet in arbitrio Iudicis inſpecta qualitate perſonæ illius, cui fuit in cura relictus, & in eius adminiſtratione, & cuſtodia, declarare ſenſum ſimilium verborum, adeo vt ſi reperiat talem idoneum, debeat eum confirmare in tutorem *Rip.* in ſpecie *in l. centurio. in fin. n. 198. & 199. ff. de vulgar. & pupill.* iuxta tex. apertum *in l. 1. verſ. aut ſi dixerit precor te curam habere rerum. ff. de confirmand. tutor.* quem *tex.* etiam in propoſito noſtro notat *Aret. d. conſ. 66. col. 2. ante fin. verſ. & idem probat.*

Et quidquid ſit, ſiue iſti, ad quos teſtator ſe retulit, ſint tutores, ſiue adminiſtratores, parum intereſt, quia cum appareat, quod teſtator vo-
8 luit illos creare tutores vna cum vxore, † error nominis appellatiui non vitiat diſpoſitionem, quando non eſt magna difformitas *Gloſ. in l. librorum. 50. §. quod autem caſſius. in verb. libros. ff. de legat. 3. Imol. in l. ſi quis in fundi vocabulo. n. 2. ad med. ff. de legat. 1.* Maxime quia tunc error in nomine appellati-
9 uo obſtat, † quãdo nomina ſunt impoſita à rerũ natura, ſeu iure gentium, ſecus in nominibus appoſitis è iure ciuili, vt eſt procurator, cum ſimilibus *Iaſ. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. n. 24. col. 2. poſt med. verſ. quarto dato. Bald. in l. ſi in nomine. C. de teſtam. & in l. ſi for-*

10 *ſi fortidianum. 7. C. de legat. & Iaſ. ibidem*
ponit queſtionem de eo, qui conſtituit Titium
aſinum ſuum ad agendum quod dicatur illum
conſtituiſſe procuratorem.
Additur quod ſemper debemus ſuſtinere actum
11 eo modo quo poteſt,† maxime in teſtamentis.
*l.2.ff.de his quæ pro non ſcript. Sim.de Præt.
de interpretat. vltim. voluntat. dub. 2. ſolut.
14. interpretat. 2. n.18. fol. 77. Surd. conſ.
428. n. 14. vſque ad 25. lib.* 3. vbi etiam ex
12 hoc latiſſime concludit,† quod in caſibus, in
quibus non valet datio tutoris tanquam fa-
cta de inhabilibus, vel ab eo qui non habebat
facultatem dandi tutores, cum ſimilibus, va-
lebit tamen talis datio tanquam de admini-
ſtratoribus, & reſoluetur in gubernium, prout
è contra à paritate rationis idem videtur ſta-
tuendum iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi patro-
nus. ff. de confirm. tutor. & in l. naturali. §.
1. ff. eod. tit. Aret. in §. permiſſum. n. 3. in-
ſtit. de tutel. Surd. d. conſ.* 428. *n.* 22. *vſque*
13 *ad* 25. *lib.* 3. † vbi etiam *n.* 19. & 20. con-
ſiderat clauſulam omni meliori modo ſolitam
apponi in teſtamentis, quæ facit, vt actus, qui
non valet vt agitur, valeat eo modo, quo vale-
re poteſt, non facta aliqua reſtrictione ad ſpe-
14 cificata,& expreſſa,† itaut per nominationem
tutorum non reſtringatur actus ad eos, cum
poſſit valere, tanquam ſi eſſent nominati ad-
miniſtratores *Pariſ. conſ.66. n.60. lib.2.Go-
zad. conſ.45. n.26. Socin.conſ.73.col.3. lib.2.*
In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod licet
teſtator videatur elegiſſe tutores filiorum
ſuorum eos, qui ſunt nominati in teſtamento
patrui, Tamen talis deputatio non habebit
locum in caſu noſtro, cum reſpectu vnius ex
15 iſtis electis, datio tutelæ non ſubſiſtat, † tan-
quam ſimus in clerico, qui non poteſt dari tu-
tor in teſtamento *§. Deo amabilis. vbi Bart.
n.* 1. *auth. de ſanctiſſim. epiſcop. Aret. conſ.
26. n. 3. Abb. in c. non eo minus. n.15. de
immunit. eccleſ. Bertrand. conſ. 116. p.2.lib.
2. Alciat. præſump. 18. reg. 3. Gutier. de tu-
tel. p. 1.c.1.n. 30. Germon de ſacror.immu-
nit. lib. 2. cap. 15. n. 13.* latiſſime *Graſſ. de*
16 *effectib. clericat. c.16. n. 1. vſque ad* 16. † vbi
ampliat quod talis clericus agens tanquam
tutor datiuus, ſeu teſtamentarius poteſt reijci
à limine iudicij, & ei opponi de nullitate hu-
iuſmodi tutelæ *Io. de Deo in doctrin. aduoca-
tor. lib. 3. c. 20. n. 11. Caualcan. deciſ. 19.
n. 15. lib.* 3.
Et licet multi teneant, quod ſit in arbitrio clerici
17 an velit tutelam ſubire, † nec ne, cum contra-
ria procedãt, vt non poſſit cogi ſi noluerit, Ni-
hilominus verior eſt opinio, vt ad tutelam te-
ſtamentariam, & datiuam neque volentes ad-
mittantur *Graſſ. de effectib. clericat. c.16. n.
3. Sebrad. de feud. p. 10. ſect. 20. n. 27. verſ.
quinimmo clerici. Bertrãd.conſ.116.lib.2.p.2.*
Immo etiam in caſibus, in quibus clerici admit-
terentur volentes ad tutelam legitimam, &
ſuorum coniunctorum vſque ad quartum
18 gradum, † iſta non habebunt locum, quando,
prout in caſu noſtro, ſumus in Archiepiſcopo,
qui ad nullam tutelam poteſt admitti, Contra-
ria enim procedunt in clericis ſecularibus,
non autem in Epiſcopis, prout neque in Mo-
nachis, aut clericis regularibus *Archidiac. in
c.peruenit. quod eſt vlt.n.2.in fin.verſ. volũ-
tarij tamẽ.& ibi Præpoſ.86.diſtinct. Anchar.
in c. vlt. in fin. de poſtuland.* iuxta *§. Deo
autem amabiles. auth. de ſanctiſſim. epiſcop.
Marcabrun. conſ.37. n.83. Molin. de iuſtit.
& iur. tract. 2. diſput. 221. verſ. religioſus
tutor. fol.889. Graſſ. de effectib. clericat. c.16.
n. 20. Io. Pelſ. in proceſſ. iudicial. tit. 5. n. 9.*
19 Quidquid aliqui teneant, † quod etiam Epi-
ſcopi, & Monachi poſſint eſſe volentes, vt per
Menoch.conſ.1218. n. 2. vſque ad 12. lib. 13.
20 *& Spin. de teſtam.gloſ. 29. n. 23.* † Quia
contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Gu-
tierez. de tutel. p. 1.c.1.n.30. Gregor. Lopez.*
21 *ad l. 14. gloſ.1.* Maxime † quia *Menoch.* vide-
tur reſidere etiam in hac ſententia tanquam
vltimo loco relata, & *Spin.* adducit *Speculat.
de tutor. §. generaliter. n. 11. in fin.* qui mo-
uetur ex *Gloſ. in c. vlt.86.diſtinct.* quæ tamẽ
eſt reprobata vt per *Molin. d. diſput.* 221.
tract.2. de iuſtit. & iur.
Idem dicendum eſt de alio tutore, qui neque po-
22 terit eſſe tutor ſuorum nepotum † propter
communionem bonorum, quam cum illis ha-
bet *Gloſ. in auth. minoris debitor. vbi Bart.
n.9. Salic. n.8. C. qui dar. tutor. vel curator.*
23 *poſſ. Gutier. de tutel. p.1. c. 20. n.* 5. † Quia
ex communione oritur quidam quaſi contra-
ctus producens obligationem, & actionem
communi diuidundo, itaut propter hãc ratio-
nem poſſit talis dici creditor & debitor, quo
caſu non valet datio tutelæ iuxta *d. auth. mi-*
24 *noris. C. qui tutor. dar. poſſ.* † cuius diſpoſi-
tio, licet loquatur in curatore, procedit etiam
in tutore *Ang. in §. fin. col. 2. inſtit. de ex-
cuſation. tutor. Roland. conſ. 83. n. 6. lib.* 1.
¶ Et quamuis iſta non habeant locum in tu-
tore teſtamentario, tanquam eius fides ſit per
25 teſtatorem approbata, † Tamen debet con-
ſtare de ſcientia eiuſdem teſtatoris de huiuſ-
modi creditis, & debitis, & communione, nam
alias, ſi illa non probetur, nunquã tutela ſubſi-
ſtit *Gutierez. de tutel. p.1. c. 20. n. 6. & 7.
Gozad. conſ. 18. ad med. Bero. q. 49. per tot.
Cald. de reſtit. in integr. in verb. ſine cura-
tore. n.105. ad fin. Guid. Pap. q.144. ad med.*
Erit igitur tutrix ſola mater, tanquam alij ſimul
cum ea electi non poſſint eſſe tutores ex ſu-
26 pra allegatis, † Neque erit facienda ſubroga-
tio aliorum in locum iſtorum tutorum in
teſtamento deputatorum deficientium iuxta
*l. ſi quis ſub conditione. in fin. ff. de teſta-
mentar. tutel.* Quia donec adeſt vnus ex mul-
tis tutoribus per teſtatorem datis, in eo ſolo
27 reſidet ius totius tutelæ, † neque enim illa
poterit, quando aliquis poteſt gerere, & admini-
ſtrare, quamuis per plures dixerit teſtator tu-
telam

telam cſſe adminiſtrandam cum poteſtas inſolidum apud ſingulos maneat *l. fin. C. de auctorit. præſtand. Aret. conſ. 66. col. 3. in fin. verſ. & iſta conclusio probatur. Doct. in l. inter tutores. 37. vbi Gloſ. in verb. inter. ff. de administrat. tutor.*

Diſpoſitio aut *d. l. ſi quis ſub conditione. ff. de*
28 *teſtam. tut.* procedit, † quando attenta qualitate adminiſtrationis, & conditione tutoris, qui ſolus remanſit ex pluribus datis in teſtamento, non eſſet ſufficienter conſultum pupillo, ſecus quando iſte ſuperſtes eſſet idoneus & par tutelæ gerendæ, tunc enim non eſt locus ſubrogationi alterius ſtante ſufficientia tutoris ſuperſtitis, prout eſt in caſu noſtro, in quo adeſt mater inſignis prudentiæ & probitatis ac prouidentiæ, Ita in ſpecie late comprobat *Socin. conſ. 193. n. 1. verſ. ſed hoc non obſtante. lib. 2. poſt Gloſ. in l. 1. in verb. ſponte. ante fin. verſ. ſiue ergo nullus eſt datus. vbi Bart. & Salic. C. de teſtam. tutel. Aim. conſ. 690. n. 7. verſ. ſecundum item argumentum. lib. 4. Corn. conſ. 183. in princ. lib. 4.*

Neque oberit *Bald. conſ. 308. teſtator in teſtamento. lib. 2. & conſ. 320. relicti. q. 2. eod. lib.*
29 Quia loquitur, † quando fuit data tutela pluribus, itaut vnus ſine alio non poſſet gerere, tunc enim, ſi alter remoueatur, vel deficiat, ex toto perit tutela teſtamentaria, non ſecus ac ſi omnes tutores teſtamentarij defeciſſent, ſecus quando, prout in caſu noſtro, non adeſt hniuſmodi prohibitio, vt vnus ſine altero non adminiſtret, tunc enim alijs remotis, ſi remanet vnus, in eo etiam remanet tutela, & illa inſolidum ad eum ſpectat, Ita notat in ſpecie *Aim. conſ. 690. n. 2. & 8. lib. 4.*

EPITOME.

Recognitio bonæ fidei pro exoneratione conſcientiæ an poſſit fieri per mulierem abſque ſolemnitatibus. ¶ Decretum iudicis quid operetur in contractu, in quo interponitur. ¶ Et an idẽ efficiat ſi fuerit interpoſitum à Iudice minore, ſicut à maiore. ¶ Conſenſus cõſanguinei adhibitus pro conualidando actu ex neceſſitate ſtatuti quando præiudicet conſentiẽti. ¶ Fideiuſſor quo caſu cẽſeatur approbare contractum, & alienationem prohibitam. ¶ Et qualis ſcientia requiratur. ¶ Et an cõſenſus debeat eſſe expreſſus. ¶ Et quid ſi pro forma ſit adhibendus. ¶ Statutum quod filius non poſſit obligari ſine conſenſu patris an habeat locum, ſi pro eo pater fideiubeat, itaut talis conſenſus ſufficiat. ¶ Taciti & expreſſi an eadem ſit virtus. ¶ Et quando diſpoſitio loquens de actu expreſſo procedat in tacito.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt recognoſcere bonam fidem pro exoneratione conſcientiæ abſque ſolemnitatibus.*

2 *Decretum Iudicis facit magis præſumi pro iuſtitia actus, in quo illud interponitur dummodo ſit magiſtratus maioris non pedanei.*

3 *Conſenſus conſanguinei adhibitus pro conualidando actu mulieris ex neceſſitate ſtatuti nõ præiudicat conſentiẽti n. 5. 6. 8. & 9.*

4 *Conſenſus non operatur vltra intentionem illum præſtantis.*

7 *Compulſus æquiparatur illi, qui poteſt compelli, & ſufficit timor compulſionis.*

10 *Fideiuſſor cenſetur approbare contractum, & conualidare alienationem prohibitam vigore fideicommiſſi. n. 15. Declara dummodo probetur ſcientia fideicommiſſi, & dummodo illa non debeat eſſe expreſſa, vel de forma. n. 12. 13. & 14.*

11 *Scientia certa requiritur in eo, cuius conſenſus in actu requiritur, & debet eſſe cum omnibus qualitatibus. n. 17.*

16 *Statutum, quod filius non poſsit ſe obligare ſine conſenſu patris, non habet locum, ſi pater pro eo fideiubeat, & talis conſenſus ſufficit.*

18 *Stipulatio notarij prodeſt abſenti non ſecus ac ſi ipſe interueniſſet.*

19 *Indemnitas, quæ venit in conſequentiam, cenſetur promiſſa in recognitione bonæ fidei.*

20 *Statutum loquens de actu expreſſo an procedat in tacito.*

21 *Minor eſt virtus taciti, quam expreſsi reſpectu qualitatum, quæ in expreſſo poſſent conſiderari. n. 22. & 24.*

23 *Lex requirens aliquid expreſſe fieri quomodo verificetur.*

CAP. DCCCXXXI.

POſſunt coniuges pro exoneratione conſcientiæ declarare, quod in dote eis conſtituta per Annam niatrem ſponſæ ſcutorum mille & quingentorum ſolum ſunt debita realiter ſcuta mille, & ducentum, cum alia ſcuta tercentum fuerint addita per eamdẽ matrem nomine Antonij patrui abſque mandato, & ordine ipſius pro honeſtanda dote, vnde ſtante veritate facti, non debet Antonius abſens, & non conſentiens conſtitutioni dictæ dotis in
1 aliquo grauari, † ideo talis recognitio eſt facienda, cum tendat ad exonerandam conſcientiam, quæ poterit fieri etiam ſine decreto & ſolemnitatibus reſpectu mulieris requiſitarum, tanquam iſta cauſa æquiparetur diſpoſitioni ad cauſam piam, & ad fauorem animæ, in qua ſolemnitates non ſunt neceſſariæ, vt in ſpecie concludit *Franc. decíſ. 237. n. 2. & 4.* iuxta notata per *Tiraq. de pia cauſ. in præfat. col. 3. in princ. verſ. item relictum. poſt Gloſ. in l. ſi quis titio. ff. de legat. 2. Bart. in l. Lucius. ff. de alim. & cibar. legat. Corn. conſ. 38. col. 3. in fin. lib. 3. Bald. in auth. ſimiliter. verſ. ſed quid ſi donatio. vbi Roman. col. 1. C. ad leg. falcid.*

Sed quoniam ſumus in fieri, conſulerem potius quod talis declaratio ſit facienda cum ſolemnitati-

Digitized by Google

nitatibus, & decreto iudicis iuxta formam ſta
2 tuti, † tanquam magis præſumatur pro iuſti-
tia actus, in quo talia decreta interponuntur
*Alex. in l. ſciendum. n. 26. ff. de verb. obli-
gation. Socin. conſ. 15. col. 9. n. 27. lib. 1. Imol.
conſ. 98. col. 3. Felin. in c. quoniam contra.
n. 37. vbi Dec. n. 42. de probation. Pariſ.
conſ. 33. n. 27. lib. 1. Ruin. conſ. 189. n. 11. lib. 1.
Alciat. preſumpt. 10. in princ. reg. 3. Mar-
ſil. ſing.* 438. *n.* 1. Præſertim in magiſtratibus
maioribus, propter quorũ decretũ præſumitur
iuſtitia cauſæ, quidquid ſit in iudicibus mino-
ribus, & pedaneis *Bald. in l. tutores.* C. *de
confirm. tut. Iaſ. in l. pacta nouiſſima. n. 9.
C. de pact. Pariſ. conſ. 98. n. 21. lib. 1. Simon-
cell. de decret. lib. 3. tit. 7. inſpect. 3. n. 41.
Vulpell. conſ. 43. n. 10.* cum alijs per *Ma-
ſcard. concluſ. 481. n. 16.* vbi etiam multa
de effectibus huiuſmodi decretorum, & quan-
do pro eis præſumatur *Menoch. præſumpt.
75. n. 1. cum ſeq. lib. 2.*

Et magis valebit huiuſmodi declaratio, quia li-
cet patruus conſenſerit in inſtrumento poſtea
celebrato inter Annam, & maritum Virginiæ,
3 Tamen talis conſenſus fuit adhibitus pro con-
ualidando actu per mulierem facto, cum in eo
interuenerit tanquam conſanguineus, & ex ne-
4 ceſſitate ſtatuti, itaut ex hoc † nullum ſibi
præiudicium fuerit illatum, quaſi illius con-
ſenſus non debeat operari vltra ſuam inten-
tionem *l. non omnis. ff. ſi cert. petat.* & ita in
5 ſpecie concludit, † *Caſtr. conſ. 259. omnis
difficultas. col. 4. poſt princ. verſ. verum
quia in puncto præſupponitur. n. 4. lib. 1.
Alex. conſ. 65. quoniam omne. col. fin. verſ.
prætcrea illud. lib. 6.* quod eſt repetitum *conſ.
119. eod. lib. Bald. conſ. 102. punctus ſuper
quo quæritur. ad med. lib. 2. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 141. & 142.*

Et quamuis aliqui teneant contrarium, Tamen
non debent attendi, quia verior, & magis com-
6 munis eſt ſupradicta opinio, † quod talis con-
ſenſus non præiudicet quando quis conſenſit
à Iudice coactus, vel quando poterat cogi vi-
gore ſtatuti, tunc enim iura conſentientis re-
manent illæſa, cum æquiparetur quod quis
7 fuerit compulſus, † vel quod poſſit compelli,
itaut faciens actum, ad quem ſcit ſe teneri, di-
catur compulſus, licet iuſſus Iudicis non præ-
ceſſerit, tanquam ſufficiat neceſſitas ſtatuti
& timor compulſionis *l. nouiſſime. ff. quod
falſ. tutor. auctor.* Et ita in propoſitio noſtro
concludit *Lamberteng. de contractib. cor.
quib. à iur. vel ſtatut. contraher. non eſt per-
8 miſſ. gloſ. 10. n. 31. vſque ad 46.* † vbi teſtatur de
veriori ſententia, & magis recepta, poſt *An-
char. conſ. 159. rationes. col. 2. verſ. quarto
hoc probo. Aret. conſ. 24. quatuor. col. 3. verſ.
vnde dixit. Ruin. conſ. 27. ſtante pacto. col. 2.
n. 4. ad med. Riminald. in l. ſi quis maior. col.
1. verſ. nota ibi nullo. vbi Cagnol. n. 67.
Curt. Iun. n. 8. C. de tranſactionib. Dec. in c.
cum m. ferrarienſ. n. 37. de conſtitutionib.*

9 Et ita etiam ſeruat Rot. *coram Sanctiſſimo
Spoletana hereditatis.* 11. *Aprilis* 1603. quæ
eſt *deciſ. 84. n. 5. p. 2. in recentiorib.* & inter
impreſſas eiuſdem Sanctiſſimi eſt *deciſ. 102. n.
8. poſt Bald. conſ. 102. n. 2. lib. 2. Caſtr. conſ.
423. n. 2. verſ. non obſtat. lib. 1.*

Quare etiam dicimus, quod licet videatur ſuſti-
neri emptio bonorum fideicommiſſi per con-
10 ſenſum præſtitum † ex fideiuſſione euictio-
nis eorumdem bonorum venditorum *Bart. in
l. 2. in princ. n. 1. ff. de donationib. l. exceptio-
ne. 11. C. de euictionib.* Tamen huiuſmodi
conſenſus non operaretur validitatem aliena-
tionis, niſi data ſcientia diſpoſitionis teſtato-
ris, quia vbi conſenſus alicuius requiritur in
11 actu, † ſemper debet fieri ex certa ſcientia
*Dec. in l. in totum. n. 1. ff. de regul. iur. Mo-
lin. de primogenit. hiſpanor. lib. 2. c. 7. n. 10.*
12 Et ita in ſpecie ſimilis fideiuſſionis, † reſol-
uit *Rot. coram Sanctiſſimo Peruſina fidei-
commiſſi de Alphanis.* 10. *Nouembris* 1608.
quæ eſt *deciſ. 225. n. 4. & 5. p. 2. in recentio-
rib.* & in impreſsis eiuſdem Sanctiſsimi *deciſ.
13 384. n. 6. & 7.* Vbi etiam quod tunc fideiuſ-
ſor dicetur conſentire, quando conſenſus ſim-
pliciter requireretur, ſecus quando deberet
eſſe expreſſus, tunc enim ſunt neceſſaria ver-
ba conſenſum exprimentia *Aret. in l. is qui
heres. §. 1. n. 3. ff. de acquir. heredit. Tiraq.
de legib. connubial. gloſ. 6. n. 7. Gonzal. ad reg.
8. gloſ. 42. n. 20. Rot. diuerſ. deciſ. 797. ad fin.
14 p. 1.* Prout etiam quando † requireretur con-
ſenſus pro forma *Sarnenſ. in reg. de impetr.
benefic. vacant. per obit. cardinal. q. 11. n. 2. &
5. Rot. d. deciſ. 684. in fin.* cum alijs per *Ti-
raq. de legib. connubialib. gloſ. 6. n. 15. vſque
ad 48. Cardin. Seraph. deciſ. 115. Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 47. n. 21.* Et ſecundum prædi-
cta intelliguntur notata per *Doctor. in l. quo-
ties. vbi Bald. Ang. & Iaſ. C. de fideicommiſ.*
15 dum volunt, † quod fideiuſſor cenſetur appro-
bare contractum *Dec. Bero. Negnſ. Alciat.
Alex.* & alij, de quibus late *Surd. conſ. 15. n. 20.
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 268.*
16 vbi etiam de ſtatuto, † quod filius non poſſit
ſe obligare ſine licentia patris, quod non ha-
bebit locum, ſi pater pro eo fideiubeat, tunc
enim talis conſenſus ſufficit *Maur. de fideiuſ-
ſorib. c. 4. n. 18. Beltram. ad deciſ. Sanctiſſi-
mi. 384. n. 10.*

Maxime, quia præſupponitur in caſu noſtro, quod
capitula non fuerunt lecta, quando in inſtru-
mento fuit adhibitus talis conſenſus, cum ſo-
lum ſint data notario ad effectum illa inſe-
17 rendi in eodem inſtrumento, † per quem li-
cet fuerit dictum tenoris &c. cum clauſulis
de quibus partes dixerunt ſe bene & plenè in-
formatos, Tamen non ſufficiunt iſta verba, ſi
vere totus tenor capitulorum inſertus non
fuerit ſpecifice expreſſus ad effectum, vt ſcien-
tia ſit præiudicialis, quæ debet eſſe certa de
omnibus contentis in contractu. *l. de his. ff.
de tranſact. Oſaſc. deciſ. 112. n. 6. Rip. in l.*

qui

qui romæ. §. duo fratres. n. 64. ff. de verb.
obligation. Curt. Iun. conſ. 92. n. 4. Pariſ.
conſ. 95. n.25. lib.3. Gail. obſeruat.139.n.10.
lib. 2. Roland. conſ. 13. n. 26. lib. 1. late
Tiraq. de legib. connubialib. gloſ. 8. n. 183.
fol. 378. & de retract. lignagier. §. 36. gloſ.
2. n. 30. fol.450.

Prædicta autem declaratio erit facienda abſque
præſentia patrui, cum enim notarius inteſue-
18 niat, † qui de ea ſe rogat, ſtipulatio cenſebi-
tur facta ad fauorem ipſius, non ſecus ac ſi
fuiſſet nominatus *Roman. conſ. 76. in princ.*
Dec. conſ. 407. viſis ac diligenter. col.6. verſ.
tertio reſpondetur. Socin. conſ.125. in fin. Ber-
taz. clauſul.18. gloſ.5.n.8.

Neque erit neceſſe, quod coniuges promittant
liberare à moleſtijs patruum, cum ſtatim
quod declarant talem dotem ad eum non ſpe-
ctare, & pro exoneratione conſcientiæ ita
19 declarant, † ſatis eſt abſque alia promiſſio-
ne indemnitatis, quæ in conſequentiam dici-
tur promiſſa, & tacite ineſt actui *l. cum quid*
ff. ſi cert. petat. l. triticum. ff. de verbor. obli-
gation. Dec. in l. expreſſa nocent. 155. n. 10.
ff. de regul. iur. Menoch. conſ.108.n.54.lib.2.
20 vbi etiam † quod in materia ſtrictæ interpre-
tationis, diſpoſitio loquẽs de voluntate, & actu
expreſſo procedit etiam in tacito *Curt. Iun.*
conſ.4. n.8. & 17. Alciat. conſ.201. quia pri-
uilegium. n.5. ſecundum impreſ. Lugdunenſ.
Pariſ conſ.6.n.33. in fin. lib.2. Cardin. Man-
tic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 1.
tit.5. n.33. Et quatenus vellent partes dictam
promiſſionem facere, erit in eorum arbitrio,
& forſan melius, cum tacita voluntas non ha-
beat tam latam interpretationem, prout ex-
21 preſſa, † tanquam minor ſit virtus taciti re-
ſpectu multarum qualitatum, quæ poſſent in
expreſſo conſiderari. *l. nonnunquam. ff. de*
condit. & demonſtration. Aim. conſ. 34. n. 3.
Surd. deciſ. 245. n.3. ad med. & conſ. 10. n.24.
22 *& conſ. 98. n.19. lib. 1.* † Et quando maior
ſit virtus expreſſi, quam taciti *Menoch. conſ.*
183. n. 30. lib.2. & conſ. 461. n.45. lib.5. Ruin.
in l. 3. n. 40. & ibi Rip. n. 36. ff. de legat. 1.
Et quando tacitum colligatur à conſequenti
& antecedenti *Aret. in l. ſicut certi. C. de fi-*
deicommiſ. Rip. in l. in quartam. n.33. ff. ad
leg. falcid. Peregrin. de fideicommiſ. art. 3.
23 *n.89. fol.34.* † Et quomodo verificetur lex, quę
requirit aliquid expreſſe fieri *Felin. in c. trāſ-*
lato.3. n. 4. & 5. de conſtitutionib. Et multa
quando tacitum ſit eiuſdem potentiæ cum ex-
24 preſſo, vel maioris, † cum ſimilibus quęſtioni-
bus ad iſtam materiam pertinentibus *Card.*
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib.
1. tit.5. n.27. cum ſeq. & lib. 13. tit.7. n.14.
& lib.13. tit. 46. n.9. & 10. Tiraq. de legib.
connubialib. gloſ.5. n.60. fol.298. & gloſ.7. n.
50. vſque ad 83. fol. 334. Et quid propriè di-
catur tacitum & expreſſum *Bald. in l. ſi ij*
qui. col. 2. C. ſi pend. appell. Ang. conſ.17. col.
vlt. Tiraq. d. gloſ.7. n.83. & 160.

EPITOME.

Fideicommiſſum quando dicatur fauorabile. ¶ Et quo caſu comprehendat fœminas, ſeu maſculos ex fœminis ſi fuerit relictum deſcendentibus maſculis. ¶ Et quid ſi fęminæ velint ſuccedere ex perſona propria. ¶ Linea tranſuerſalis quando debeat eſſe potior illis, qui recto iure deſcendunt. ¶ Qualitas maſculinitatis expreſſa in vna parte teſtamenti an ſit repetita in alia. ¶ Alienatio bonorum fideicommiſſi quando permittatur. ¶ Et an ſubſtituti poſſint talia bona alienata vendicare viuo alienante ſiue ſint ſtabilia, ſiue mobilia. ¶ Et quid ſi offeratur cautio tam ante, quam poſt diſtractionem huiuſmodi bonorum. ¶ Vſusfructus an amittatur propter dilapidationem bonorum. ¶ Heredes quando poſſint continuare negotiationes defuncti, vel nouas conſtituere, & plures ſocietates contrahere, ſi vna tantum fuerit permiſſa. ¶ Et an teneantur rationem reddere de conſumptis, & ad omnia damna & intereſſe. ¶ Aes alienum quando debeat ſolui de bonis fideicommiſſi. ¶ Alimenta an ſint præſtanda patri, ſi propter eius malam adminiſtrationem bona reſtituũtur filio. ¶ Grauatus an poſſit cogi fideicommiſſum reſtituere ſtante neceſsitate alimentorum. ¶ Dotes quando ſint detrahendę ex bonis ſubiectis reſtitutioni. ¶ Et quid in hoc operetur prohibitio teſtatoris. ¶ Vel quando reſtitutio eſt facienda locis pijs. ¶ Vel ſi adſunt bona libera. ¶ Et cui incumbat probatio exiſtentiæ illorum. ¶ Vel quando filius habuit legitimam ſufficientem ad alimẽta, & dotem, & illam poſtea alienauit. ¶ Fructus per filiam grauatam percepti an ei imputentur in cauſam dotis, & alimentorum, vt fideicommiſſum minus grauetur. ¶ Verba eodem modo, ita demum, ſicut, prout, non alias, & ſimilia quid ſignificent, & quando inducant repetitionem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum dicitur fauorabile, non odioſum quando conſtat de voluntate teſtatoris.*
2 *Faciens fideicommiſſum eodem modo, quo alius fecit, intelligitur cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, & vocatione maſculorum, prout continetur in relato. n.3.*
4 *Verba eodem modo quid importent, & an idem operentur quod ita demum, & non alias. n. 14.*
5 *Dictiones ita, ſicut, ſimiliter, prout, eodem modo, ſecundum, & ſimiles ſunt continuatiuæ, & repetitiuæ formæ, & qualitatis præcedentis vocationis, illam limitando, & taxando cum omnimoda ſimilitudine, & identitate.*
6 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum & deſcendentium. Intellige vt n.7.*

Fidei-

Digitized by Google

8 *Fideicommiſſum relictum deſcendentibus maſculis non comprehendit fœminas, neque maſculos ex fœminis, quamuis vellent ſuccedere ex perſona propria. n.9.*

10 *Linea tranſuerſalis non debet eſſe potior illis qui recto iure deſcendunt. Declara vt n.13.*

11 *Agnatio videtur contemplata per vocationem maſculorum.*

12 *Pars vna teſtamenti declarat aliam, itant qualitas maſculinitatis expreſſa in vno loco, cenſeatur repetita in alio.*

15 *Præſumptio cedit veritati.*

16 *Alienatio bonorum fideicommiſſi non permittitur, & poſſunt ſubſtituti vendicare bona alienata etiam viuente eo, qui alienauit ſiue ſimus in mobilibus, ſiue in ſtabilibus. Amplia etiam ſi offeratur cautio ſiue ante, ſiue poſt diſtractionem. n.17.& 19.*

18 *Incertus euentus non eſt expectandus, & ſatius eſt rem ſuam ſaluam fore, quam tabulas cautionis habere.*

20 *Alimenta ſunt præſtanda patri, à quo auferuntur bona fideicommiſſi propter dilapidationem, & reſtituuntur filio.*

21 *Vſusfructus amittitur per eum, qui male verſatur in bonis reſtitutioni ſubiectis.*

22 *Hæredes quando poſſint continuare negotiationem teſtatoris, vel aliam nouam inſtituere. n.23.*

24 *Plures ſocietates non poſſunt contrahi per hæredes, ſi teſtator iuſſit vnam tantum iniri.*

25 *Executores plures an dicãtur dati inſolidum.*

26 *Hæres grauatus tenetur rationem reddere de omnibus adminiſtratis, & conſumptis, & ad omnia damna, & intereſſe. n.30.*

27 *Aes alienum debet ſolui ex lucro negotiationis, nõ autem de capitali in præiudicium fideicommiſsi per teſtatorem relicti.& n. 28.*

29 *Bona libera prius ſunt alienanda pro ſoluendis debitis teſtatoris, antequam alienentur res ſubiecta reſtitutioni.*

31 *Alimenta ſunt præſtanda nepotibus ex bonis fideicommiſsi per auum conſtituti excluſis omnibus creditoribus filÿ.*

32 *Alienatio bonorum fideicommiſsi admittitur pro dote conſtituẽda, & reſtituenda, & multo magis pro alimentis præſtandis grauato, & liberis, & vxori, & familia ipſius. n.34. & 35.*

33 *Cauſa alimentorum eſt magis priuilegiata & neceſſaria, quam dotis.*

36 *Grauatus non tenetur fideicommiſſum reſtituere ſtante neceſsitate alimentorum.*

37 *Bona fideicommiſsi poſſunt alienari pro cauſa alimentorum, quamuis eſſent reſtituenda locis pÿs.*

38 *Teſtator non poteſt prohibere, vt bona fideicommiſsi non poſsint alienari ex cauſa dotium, & alimentorum. n.39.*

40 *Dotes, & alimenta debentur ex bonis fideicommiſsi in ſubſidium non extantibus bonis liberis.*

41 *Diſtractio bonorum fideicommiſsi non permittitur, ſi filius tempore mortis patris habuiſſet legitimam ſufficientem ad alimenta & dotem, & illam poſtea alienaſſet.*

42 *Fructus per filiam grauatam percepti imputabuntur in cauſam dotis, vt fideicommiſſum minus grauetur. n.43. & 44.*

45 *Creditor alimentorum, & dotium ex bonis fideicommiſsi habet fundatam intentionem in negatiua, quod alia bona libera non exiſtant.*

CAP. DCCCXXXII.

QVamplures difficultates colliguntur ex facti ſpecie tranſmiſſa, & breuiter circa primum dubium an conſtet de fideicommiſſo dixi illud non recipere diſcuſsionem, quia ex verbis teſtamenti exhibiti clare apparet de mente teſtatoris, quod voluerit fidei-
1 commiſſum inducere inter vocatos, † quo caſu eius voluntas eſt obſeruanda, adeo vt etiam tunc dicatur fideicommiſſum fauorabile, & non odioſum *l. cogi. in princ. ff. ad trebellian. Socin. Iun. conſ. 168. n.91. lib.2. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.7. tit.1. n.14. & 28. Menoch. præſumpt.67. n.19. cum ſeq. lib.4.*

Secundum dubium decidendum eſt negatiuè, quod in d. fideicommiſſo non ſint vocatæ fœminæ, Nam teſtator diſpoſuit, quod ſui hæredes vniuerſales ſint Marcus Antonius frater, & ſui filij maſculi legitimi & naturales pro medietate, & pro alia medietate Cornelius
2 filius legitimatus, † & in euentum in quem Cornelius decederet quandocunque ſine filijs legitimis & naturalibus, & deſcendentibus ab eo (in quos volo quod vadat dicta hæreditas & ſua portio poſt eius obitum eodem modo quo filijs Marci Antonij) in tali caſu mortis ſine d. filijs Cornelij, ſubſtituit in ſua portione eumdem Marcum Antonium, & ſuos filios legitimos & naturales; & ſimiliter decedente Marco Antonio, & ſuis filijs legitimis & naturalibus natis, & naſcituris ſine filijs, & deſcendentibus legitimis & naturalibus, ſubſtituit tam in prælegato, quam in portione relicta M. Antonio, & ſuis filijs, & deſcendentibus eumdem Cornelium filium.

Ex quibus verbis clare colligitur, quod M. Antonius, & eius filij debent admitti iure fideicom-
3 miſsi, † quia eodem modo ſunt ſubſtituti, quo ipſe Cornelius eſt ſubſtitutus filijs M. Antonij, vnde cum Cornelius ſit ſubſtitutus M. Antonio ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, qui fuerunt inſtituti hęredes cum ipſo M. Antonio, ſimiliter idem M. Antonius & eius filij debent intelligi ſubſtituti Cornelio ſub eadem conditione ſi deceſſerit ſine filijs
4 maſculis, † Etenim iſta verba eodem modo intelliguntur cum eadem moderatione qualitatis determinatæ & limitatæ, prout erat præ-

cedens diſpoſitio, non ſecus ac ſi dictum fuiſ-
ſet ita demum, vel non alias quam hoc certo
modo l. hac autem. 3. in fin. ff. de ſeruitutib.
vrbanor. prædior. l. ſi quis iniquum. ff. quod
quiſq. iur. Rebuff. in l. 3. col. 9. in princ. ff.
de verb. ſignificat. & in l. labeo 14. §. item
ſi dominus. in fin. & in l. triplici. 142. col. 3.
poſt med ff. eod. tit.

Prout paſſim iſtæ dictiones ita, ſicut, ſimiliter,
eodem modo, ſicut, prout, ſecundum, & ſimiles
5 ſunt continuatiuæ, † & repetitiuæ formæ, &
qualitatis præcedentis vocationis, inducendo
modum, & diſpoſitionem limitatiuam, & ra-
xatiuam ad precedentia, cum omnimoda ſi-
militudine, & identirate l. ſi quis obrepſerit.
ff. de falſ. c. olim. de verbor. ſignificat. 10. An-
dr. in c. nouit. de indic. Tiraq. de iur. pri-
mogenit. q. 40. n. 30. Barboſ. de dictionib. &
clauſul. dict. 153. 154. 314. 315. & 316. cum
alijs per Azeued. lib. 6. nou. recopilation. tit.
1. l. 1. n. 50. fol. 9. Coru. conſ. 302. n. 6. lib. 4.
Marzar. conſ. 14. n. 26. iuxta l. libertas. 17.
§. 1. ff. de manumiſ. teſtam. Bart. in l. qui-
bus diebus. §. termilius. n. 4. ff. de conditio-
nib. & demonſtrat. Decius in l. 4. §. cato. n. 42.
ff. de verbor. obligation. Salamon. in l. gal-
lus. 29. in princ. n. 1. & in §. quidam recte.
n. 38. ff. de liber. & poſth.

Neque obſtat, quod illa qualitas maſculini ſexus
adiecta filijs M. Antonij hęredibus inſtitutis,
non intelligatur repetita in conditione, quę
loquitur de filijs & deſcendentibus M. Antonij
6 & Cornelij, † cum filiorum & deſcendentium
appellatione veniant etiam fęminę l. cogno-
ſcere. §. vlt. ff. de verb. ſignificat. l. fin. C. de
ſuis & legitim. Alex. conſ. 160. n. 3. lib. 2.
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volun-
tat. lib. 8. tit. 11. n. 1. Quia prędicta procedunt
dummodo aliud nō appareat ex mēte teſtato-
ris, & ſatis dicitur de ea cōſtare in caſu noſtro,
7 quia cum prius † ſit facta mētio filiorū maſcu-
lorum M. Antonij, & poſtea eodem modo vo-
centur filij Cornelij, dicendum eſt, quod iſta
qualitas maſculinitatis ſit repetita, vt dictum
eſt, adeo vt fideicommiſſum relictum deſcen-
dentibus maſculis non ſolum non intelligatur
8 relictum fęminis, † ſed neque maſculis ex fę-
minis, tanquam teſtator tūc videatur voluiſſe
conſeruare agnationem Socin. conſ. 12. n. 5.
lib. 3. vbi quod ita fuit conſultum fere per
omnes Doctores Italię Idem Socin. in l. gal-
lus. §. nunc de lege. n. 6. & 7. ff. de liber. &
poſthum. Matthæſil. ſing. 130. Cardin. Man-
tic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 11.
9 n. 7. & 8. † vbi ampliat quamuis nepos vellet
ſuccedere ex perſona propria Aret. in d. §.
nunc de lege, in fin. Quia illud verbum ma-
ſculis non alia ratione videtur appoſitum,
quam vt admittātur ſolum maſculi per lineam
maſculinam, dummodo non ſit relictum fidei-
commiſſum à fęmina, quia tunc ceſſat ratio
conſeruandi agnationem, & habet locum ſola
ratio conſeruandi maſculinitatem Fulgoſ. cōſ.
86. Rubeus. conſ. 22. n. 12. in fin. Roland. conſ.
76. n. 11. lib. 3, & dummodo fideicommiſſum
non relinquatur maſculis ex filia, vel alia
muliere deſcendentibus, nam huiuſmodi de-
ſcendentes non ſunt agnati teſtatoris, & con-
ſequenter non poteſt pręſumi ratio conſer-
uandę agnationis Socin. in l. gallus. §. nunc
de lege. in fin. ff. de liber. & poſthum. Et dū-
modo nō ſit relictum fideicommiſſum deſcen-
dentibus per virilem ſexum, tunc enim inclu-
dentur etiam fęminę ex maſculo deſcenden-
tes, non autem maſculi, ſeu fęminę deſcen-
dentes ex fęminis, quidquid aliud ſit in priui-
legijs, immunitatibus, & ſimilibus, intelligen-
do tamē iuxta declarationes relatas per Card.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8.
tit. 11. n. 9. Socin. conſ. 51. n. 5. & 6. lib. 4.

Minus obſtat, quod teſtator non habuerit ratio-
nem conſeruandę agnationis, vnde videtur
abſurdum, quod voluerit fæminas deſcenden-
tes ex M. Antonio fratre ſubſtituere in portio-
ne relicta Cornelio filio, excluſis eius filiabus,
10 tanquam † non ſuggerat ęquitas, vt potiores
ſint venientes ex linea tranſuerſa illis, qui re-
cto iure deſcendunt §. item vetuſtas. inſtit.
de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Quia omiſſo
quod per vocationem repetitam maſculorum
11 cenſetur † contemplata agnatio Guid. Pap.
deciſ. 184. in fin. Card. Mantic. de coniectur.
vltim. voluntat. lib. 11. tit. 3. n. 3. Roland.
conſ. 6. n. 29. lib. 4. Zanch. in l. hæredes mei.
§. cum ita. p. 7. n. 45. & 62. ff. ad trebellian.
Purpurat. inter conſ. Siluan. 53. n. 4. Surd.
conſ. 96. n. 29. lib. 1. Et quod teſtator manda-
uit bona ſua conſeruari in filijs & deſcenden-
tibus, & ſic in maſculis, cum de eis videatur
ſenſiſſe, quamuis non expreſſerit, prout ſupra
12 de eis locutus eſt † tanquam vna pars teſta-
menti declaretur per aliam iuxta l. vtrum. ff.
de petit. hæreditat l. 1. ff. de reb. dub. Socin.
conſ. 9. n. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 54. n. 10. lib. 2.
Ruin. conſ. 201. n. 5. lib. 1. Surd. conſ. 53. n.
10. lib. 1. Et in ſpecie quod qualitas maſculi-
nitatis expreſſa in vna parte teſtamenti, cen-
ſeatur repetita in alia Idem Surd. d. conſ. 96.
n. 32. lib. 1. Menoch. conſ. 95. n. 51. & 81. lib.
1. Crot. conſ. 13. n. 19. Anchar. q. 37. lib. 2. Ro-
land. conſ. 82. n. 33. lib. 3. Card. Mantic. de
coniectur. vltim. voluntat. lib. 2. tit. 14. n. 22.

Reſpondetur, quod iſta coniectura abſurdi po-
tioritatis tranſuerſalium, quam filiarum de-
ſcendentium ex filio legitimato non habet
locum, quando apparet de contraria mente
13 teſtatoris, † de qua dicitur conſtare, cum per
eum fuerit diſpoſitum, vt hęreditas vadat in fi-
lios & deſcendentes ex Cornelio eodem modo
quo in filios M. Antonij, & ſic ad maſculos,
prout eū iſta qualitate illi ſunt vocati ad hoc
14 vt verificentur verba illa eodem modo, † quæ
inducunt repetitionem eiuſdem qualitatis in
pręcedenti diſpoſitione contentę l. edita. C.
de

Digitized by Google

de eden l. Alex. conſ. 46. n. 9. lib. 1. Surd. conſ. 113. n. 6. lib. 1. cum alijs ſupra adductis n. 4. & 5. itaur ſtante diſpoſitione teſtatoris certa,
15 præſumprio † cedat veritati *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probation. Aret. conſ. 38. col. 2. Aim. conſ. 35. n. 5. Surd. conſ. 16. n. 22. lib. 1. & conſ. 28. n. 110. cum ſeq. eod. lib.*

Terrium dubium non indigeret deciſione, quia cum in ſecundo dubio fuerit deciſum, quod filiæ non ſint vocatæ, non eſt amplius quærendum, an in earum prçiudicium potuerint alienari, & diſtrahi bona ſubiecta fideicommiſſo, ſed quoniam forſan aliqui ſentirent contrarium, quod immo poſſit dici fœminas fuiſſe vocatas, Ideo quatenus iſta opinio præualeret,
16 tunc concludendum eſt, † quod in earum præiudicium nõ ſubſiſtat aliqua diſtractio, & alienatio bonorum fideicommiſſi eis debiti, itaut ſtante iſta diſſipatione rerum ſubiectarum reſtitutioni poſſint ſubſtiruti illas vendicare, etiam viuente eo, qui alienauir, nulla facta diſtinctione inter ſtabilia, ſeu mobilia, quia in vtriſque datur reuocatio, cum maior ſit diſſipario in vendendo immobilia, quam illa quæ fit in diſtractione pecuniarum, aut mobilium, maxime propter pericula amiſſionis probationum, & damna, quæ ſucceſſoribus parantur ex alienatione in alios facta, & ex alijs rarionibus, de quibus *Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 16. n. 15. poſt Alex. in l. imperator. n. 14. ff. ad trebellian. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 34. C. de bon. matern. Menoch. conſ. 279. n. 35. lib. 3. Surd. conſ. 116. n. 24. lib. 1.*

Quæ etiam procedunt quamuis offeratur cautio, nam illa non obſtante eſt facienda reſtitutio
17 fideicommiſſi † ſtante dilapidatione bonorum illi ſubiectorum, cum quis non reneatur ſe committere fragilitati cautionis, tanquam ſatius ſir rem ſuam ſaluam fore, quam tabu-
18 las caurionis habere, † & incertum illius euentum expectare *l. ſuſpectus. ff. de ſuſpect. tutorib. l. ſi pupilli. ff. quod falſ. tutor. auctor.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 33.* & in ſpecie ita concludit *Molin. de primogen. hiſpanor. lib. 1. c. 16. n. 24.*
19 *& 25.* † vbi ampliat idem eſſe ſiue à principio fuerit præſtita cautio, antequam ſuccedat diſtractio & dilapidatio, ſiue poſtea offeratur, quando petitur reſtitutio, cum in vtroque caſu militet eadem ratio, & ſit locus diſpoſitioni *l. imperator. ff. ad trebellian.* cum diſtincrionibus, de quibus late *Peregr. de fi-*
20 *deicommiſ. art. 40. n. 14. cum ſeq.* † Quamuis interim ſint prçſtanda alimenta patri, à quo auferuntur bona fideicommiſſi propter dilapidationem, & filio reſtituuntur, quæ alimenra erunt danda ex redditibus bonorum, dummodo tamen pater illis egeat, non autem ſi aliunde habeat, neque enim omnes fructus bonorum illi ſunt aſsignandi pro alimentis, ſed ſolum alimenta ex fructibus in caſu tantum indigentiæ *Alex. in d. l. imperator. n. 5. vſque ad 8. ff. ad trebellian. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 16. n. 17.*

Quod quidem generale eſt in omnibus, qui male vtuntur rebus reſtitutioni ſubiectis alienando, & diſſipando, & male adminiſtrando, remouentur enim ab adminiſtratione, nec audiendi ſunt etiam ſi vellent præſtare cautionem, cum per illam non reddantur tuta iura ſubſtitutorum, & aliorum, quibus facien-
21 da eſt reſtitutio, † itaur etiam amittant vſumfructũ rerum, in quibus male verſantur prout multa exempla refert *Caſtill. de vſufr. c. 3. n. 99. vſque ad 106. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 36. & 38. C. de bon. matern. Burſatt. conſ. 133. n. 56. lib. 2. Surd. conſ. 116. n. 24. & 48. lib. 1. Barboſ. in l. ſi conſtante. in princ. n. 41. ff. ſolut. matrim. Suarez. alleg. 4. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 16. n. 7.*

Quartum dubium circa continuationem rationis, & obligationes factas, an illç ſint iuxta formam teſtamenti, decidendum eſt negatiuè, quod non ſint conformes diſpoſitio-
22 ni teſtatoris, † nam ipſe ſolum permiſir vt poſt eius mortem continuaretur ratio bancaria, ſi ſub ſuo nomine exiſteret, aut extabit, vnde non fuit permiſſa continuatio rationis ad arbirrium ſucceſſorum, ſed permiſſio fuit reſtricta quatenus reperiatur in eſſe, & ſit duratura ipſa rario bancaria, adeo vt talis licentia ſit conditionalis propter illa verba *ſe vi ſarà, ò canterà*, itaut hæredibus non licuerit negotitiari, niſi reſpectu rationis bancariæ per teſtatorem relictæ tempore ſui obitus, non autem nouam rationem inſtituere, & quidem diuerſam ab illa, quam teſtator mandauir continuari, & per conſequens non poteſt dici contracta aliqua noua ſocietas, quç poſſit ſubſiſtere contra iuſſum teſtatoris *Rimin. Sen. conſ. 201. n. 20. lib. 2. Felic. us de ſociet. c. 4. n. 13.*

Stantibus præſertim multis coniecturis, & veriſimilitudinibus, ex quibus colligitur, quod teſtator non voluerit nouam rationem bancariam inſtitui, præter illàm ab eo relictam, cum enim adeſſet filius minor, cuius bona debe-
23 bant obligari, † non eſt præſumendum, quod pater poſt eius obitum voluiſſet illa committere, & exponere fortunæ, & curç aliorum miniſtrorum non ſibi cognitorum, cum nouis pactis, & conuentionibus, non ſibi notis, & pupillo forſan præiudicialibus, maxime quia etiam teſtator requiſiuir arbitrium executorum pro huiuſmodi rationis continuatione facienda, & mandauit fieri fideicommiſſum de omnibus ſuis bonis, quod quidem fuiſſet eluſorium, ſi in poteſtate ſucceſſorum fuiſſet nouas rationes, & ſocietares ad eorum libitum inire propter dubium amiſſionis bonorum, quod ſæpe omnibus mercatoribus contingit, præſertim quia idem teſtator non erat ſolitus ſocietatem cõtrahere, niſi ad modicum tempus, itaut omnibus iſtis ſimul conſideratis non ſit credẽdũ fuiſſe permiſsã, niſi ſolitã negotiationẽ

I 2 non

24 non autem nouas, & varias ſocietates , † cum
etiam in iſtis caſibus neque ſingularitas reſol-
uatur in pluralitatem, adeo vt ſi teſtator con-
cedat licentiam contrahendi ſocietatem , non
poſſint contrahi plures *Rimin. Sen.conſ.201.
n.20.& 21. lib.2.*

Quibus additur,quod quatenus etiam potuiſſent
contrahi nouæ ſocietates , quod tamen nega-
tur ex ſupra adductis , Nihilominus hoc non
erat in libero arbitrio hęredum , cum require-
tur etiam conſenſus omnium executorum ,
prout expreſſe mandatur per teſtatorem, dum
ad iſtum effectum requirit arbitrium hęredum
& executorum , itaut omnes deberent inter-
25 uenire,† nam pluribus executoribus datis ſim-
pliciter, non videntur dati inſolidum, niſi hoc
expreſſe teſtator dixerit , vnde tunc non po-
teſt vnus aliquid facere ſine alio , & ſi fiat ni-
hil valet *Franc. in c. vlt. §. ſane.n.5. de te-
ſtam. in 6. poſt Specul. de inſtrument.edit.§.
nunc vero.verſ. quid ſi. Bald.in l.nulli.28.n.
15. C.de epiſcop. & cleric.* cum declarationi-
bus tamen, de quibus late *ſupr. c.812. per tot.*

Cum igitur non ſubſiſtat noua negotiatio ex per-
miſsione teſtatoris , venit caſus reinueſtiendi
effectus & pecunias in emptionem ſtabilium
iuxta formam teſtamenti , & per conſequens
ſtatim fuit acquiſitum ius vocatis in fideicom-
26 miſſo , † quibus dabitur facultas petendi hu-
iuſmodi reinueſtimentum , tanquam omnia
iſta mobilia , & pecuniæ , ac merces , ſupelle-
ctilia,& ſimilia ſpectantia ad fideicommiſſum
debeant conſeruari pro fideicõmiſſarijs, & de
eis inuentarium,ſeu deſcriptionem confici per
hæredem grauatum, cum redditione rationis
de omnibus in hæreditate repertis,& admini-
ſtratis , ac conſumptis, itaut ſi aliquid culpa
ſua perierit, teneatur ad omnia damna , & in-
tereſſe *Aim. conſ.295. in fin. verſ. nono dubi-
tatur. & conſ. 316. n. 5.* iuxta *l. cum tale. §.
titius. ff. de condition & demonſtrat. l. mu-
lier.§. hæres. ff. ad trebellian. Alex. conſ. 82.
col fin.lib.2. alias eſt conſ.40.lib.3.Corn.conſ.
309. col. penult.in 7. dub. lib. 1. Bald.in l.fi-
lium quem habentẽ in fin.C.famil.ercifcund.
Peregr.de fideicõmiſ.art.5.n.43.Odd.de fidei-
cõmiſ. ex prohibit. alienat. q.31.n.36. cũ ſeq.*

Quintum dubium , an ratio bancaria fuerit in
damno, vel in lucro, deciditur ex libris ratio-
nis , de qua agimus , nam ex eis clare appa-
ret, quod fuerunt acquiſitæ notabiles pecunia-
rum ſummæ , vt etiam latius oſtenditur in fa-
cto , quæ vtilia, ſi non eſſent diſtracta , & con-
ſumpta, ſufficerent pro ſolutione cuiuſcunque
27 æris alieni per hæredes contracti , † adeo
vt ſtante huiuſmodi lucro , non poſſit dari ca-
ſus validæ alienationis , & obligationis bono-
rum fideicommiſſi , cum prius creditores
iſtius rationis bancariæ eſſent ſatisfaciendi
ex lucris perceptis ex negotiatione, itaut non
potuerint licitè hæredes vtilia acquiſita ad
propriam vtilitatem conſeruare , & æs alie-
num ſoluere ex bonis fideicommiſſo ſubiectis
per teſtatorem, qui etiam quod permiſiſſet ta-
lem negotiationem , non tamen intellexit , vt
eadem bona alienentur in præiudicium fidei-
commiſſi , exiſtentibus pecunijs , & lucris ra-
tionis , ex quibus poterat diſſolui æs alienum
28 pro eadem ratione contractum , † nam cre-
ditores hæredum non dicuntur creditores
teſtatoris , & fideicommiſſarij præferuntur
creditoribus hæredum *Rot. coram R. P. D.
Caualerio Romana de Ceulis . 30. Iannarij
1609.* Cum etiam in caſu , in quo eſſet permiſ-
ſa alienatio occaſione æris alieni , & propter
neceſsitatem illius etiam à teſtatore contra-
cti , opus eſſet quod non extarent alia bona
libera , & non prohibita alienari , nam alias
nunquam diſtractio bonorum fideicommiſsi
29 ſubſiſteret , neque alienatio ſuſtineretur *Bart.
& Alber. in l. pater filium. in princ. ff. de
legat 3. Iaſ. in l. commodis. n.4. ff. de re iudi-
cat. Gabr.conſ.118.col.2. & 3. n.8. lib.1. Pe-
regr. de fideicommiſ.art.40.n.22.fol.361.Mo-
lin. de primogenit. hiſpanor. lib.1.c.10. n.4.
& lib.4 c.6.n.15.& c.7.n.2. Padill.in l.vnum
ex familia.§. ſi de falcidia.n.7.ff. de legat. 2.*

Sextum dubium eſt reſoluendum affirmatiuè ,
quod hodie ſimus in ſtatu conſeruationis bo-
norum , itaut vocati ad fideicommiſſum poſ-
ſint petere reinueſtimentum pecuniarum à te-
ſtatore relictarum , ex quo enim ratio eſt fi-
nita , omnes pecuniæ , quæ remanent in hære-
ditate , ſunt collocandæ in tuto , & ex eis de-
bent emi loca montium , ſeu cenſus, aut bona
ſtabilia pro ſecuritate fideicommiſsi iuxta
formam teſtamenti , & quantitatem ibidem
expreſſam per teſtatorem , cuius voluntas eſt
30 ſeruanda , † itaut etiam fideicommiſſarijs
competat hæc actio , ceſſante quoque præce-
pto teſtatoris, maxime circa mobilia, & mer-
caturam , & ea quæ ex illa proueniunt *Pere-
gr.de fideicõmiſ. art.40.n.15.cũ ſeq.*& dictum
eſt *ſupr.verſ.cum igitur non ſubſiſtat. n.26.*

Septimum dubium eſt decidendum affirmatiuè,
quod tam dotes, quam alimenta ſint præſtan-
da nepotibus ex bonis fideicõmiſsi per auum
conſtituti ad fauorem deſcendentium , exclu-
ſis omnibus creditoribus filij , quibus erunt
31 præferendi dicti nepotes, † ex quo enim bona
aui fideicommittentis ſunt affecta onere alen-
di nepotes *l. ſi quis à liberis . §. item reſcri-
ptum.ff. de liber.agnoſcend.* Sicut pro dote
32 conſtituenda, & reſtituenda admittitur † alie-
natio bonorum fideicommiſſi *auth. res quæ.
C. commun.de legat.l.mulier.§.cum propone-
retur.ff. ad trebellian.* late *Peregr. de fidei-
commiſ.art.42.n.1.cũ ſeq.fol.380. Frãc.deciſ.
205.n.2.Theſaur.deciſ.192. n.3. Grãmat. de-
ciſ.12. n.3. Couar. lib.3.var. reſolut.c.6.n.10.
Molin. de hiſpan primogen.lib.4.c.6. Meno-
ch.conſ.88. n.50. & 54. lib.1. Coſta de rata q.
143.Guid. Pap.deciſ.611.Ruin.cõſ.137. n. 17.
lib.2. & cõſ.199.n.5.eod.lib. Rom.ſing.252.* Ita
etiã, immo multo magis illa permittetur pro
alimẽtis,quorũ cauſa eſt magis priuilegiata
& ne-

Digitized by Google

33 & neceſſaria † quam dotis *l. 1. & 2. C. de pa-
*trib. qui fili. diſtrax. l. necare. ff. de liber.
agnoſcend. c. ſi quis propter neceſſitatem. de
furt.* Et ita in ſpecie arguendo de dote ad ali-
34 menta concludunt † omnes *in d. auth. res quæ.
vbi Bart. n. 9. Cin. col. 1. Iaſ. n. 31. Padill.
n. 78. Caſtr. n. 13. Curt. Iun. n. 30.* & de ma-
gis communi teſtatur *Peregr. de fideicom-
miſ. art. 42. n. 86. verſ. contrarium. & n. 87.
Petr. eod tit. q 8. n. 480. Molin. de primo-
genit. hiſpanor. lib. 4. c. 6. n. 8. Imol. Alex. So-
cin. & alij in l. marcellus. §. res quæ. ff. ad
trebell. & in l. mulier. §. cum proponeretur.
ff. eod. tit.* Ruin. *conſ. 199. n. 8. lib. 2. Surd.
de alim. tit. 1. q. 27. n. 4. & tit. 8. priuil. 19. n. 1.
35 vſque ad 7.* † vbi ampliat non ſolum pro ali-
mentis proprijs ipſius grauati, ſed etiam pro
alendis liberis, vxore, & alijs ſimilibus *Padill.
in d. auth. res quæ. n. 85. C. commun. de le-
gat. Lamberteng. de contract lib. cor. qui fin.
36 cert. ſolemnit. gloſ. 1. n. 57.* † Ita ut ſtante hu-
iuſmodi neceſſitate, neque grauatus teneatur
fideicommiſſario reſtituere *Beninc. de pau-
pert. q. 8. ſpecial. 10. n. 23. Surd. d. priuil. 19. n. 6.*

Quæ etiam procedunt quamuis eſſet ſubſtituta
pia cauſa, quia in hoc caſu fauor illius non
37 præualet alimentis, † & erit permiſſa aliena-
tio, licet bona ſint eroganda in pias cauſas, vt
concludit *Roman. conſ. 267. circa id de quo
quæritur. n. 1. & ibi Mandoſ. in verb. in con-
trarium. Tiraq. priuileg piæ cauſ. 102. in fin.
Peregr. de fideicommiſ. art. 42. n. 86. ad fin.*

Amplius neque in hoc attenderetur expreſſa
prohibitio teſtatoris iubentis bona per eum
ſubiecta fideicommiſſo non poſſe alienari ex
38 cauſa dotium, † quia non obſtante tali pro-
hibitione valeret alienatio in præiudicium fi-
deicommiſſarij ſecundum veriorem opinio-
nem, quam latiſſime ſequitur omnibus reſpõ-
dendo *Rot. coram R. P. D. Veroſpio Romana
dotis. 30. Martij 1618. poſt Caſtr. conſ. 80.
n. 1. lib. 1. Dec. conſ. 579. n. 4. Socin. conſ. 75.
n. 6. lib. 1. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. n.
75. ff. de legat. 1. Iaſ. in auth. res quæ. n. 32.
C. commun. de leg. Fachin. lib. 4. controuerſ.
iur. c. 48. Craſſ. in §. fideicommiſſum. q. 57. n.
3. Tiraq. de primogenit. q. 57. n. 8. Menoch.
39 præſumpt. 189. n. 116. lib. 4.* † Quod etiam ex-
tenditur non obſtante prohibitione alimento-
rum *Molin. de primog. hiſpan. lib. 4. tit. 6. n. 19.*

Octauum dubium decidendum eſt affirmatiuè;
40 quod dicta alimenta, & dotes † debeantur in
ſubſidium *auth. res quæ. verſ. & ſi liberis. C.
commun. de legat. l. poter filium. in princ. ff.
de leg. 2. Rubeus conſ. 124. n. 3. cum ſeq. Ruin.
conſ. 138. n. 11. lib. 2. Grat. conſ. 17. n. 21. lib. 1.
Cephal. conſ. 10. n. 19. & 42. lib. 1. Socin. Iun.
conſ. 28. n. 4. lib. 2.* cum alijs per *Molin. de pri-
mogen. hiſpan lib. 4. c. 7. n. 1. Rot. corã R. P. D.
Veroſpio Romana dotis. 30. Martij 1618. col. 4.
in fin. Peregr. de fideicommiſ. art. 42. n. 71.*

Ideo ſi filius tempore mortis patris habuiſſet le-
41 gitimam, † quæ poterat ſufficere ad alimenta
& dotem, & illam poſtea alienauit, non licebit
deinde venire ad diſtractionem bonorum fi-
deicommiſſi *Alex. Socin. & alij per Surd. de
aliment. tit. 8 priuileg. 19. n. 6. in fin. Peregr.
d. art. 42. n. 72.* cum declarationibus tamen,
de quibus per *Caſtr. conſ. 80. col. 1. & 2. lib. 1.
Menoch. conſ. 33. n. 38. & 39. lib. 1. Bece. conſ.
54. per tot. Natt. conſ. 61. n. 4.*

Prout etiam, quia iſta materia dotium eſt ſubſi-
diaria, vt fideicommiſſum minus lædatur,
42 fructus per filiam † grauatam percepti im-
putabuntur in cauſam dotis *l. mulier. §. cum
proponeretur. ff. ad trebellian. Roman. conſ.
322. in fin. Rimin. Iun. conſ. 115. n. 7. lib. 1.
Marzar. conſ. 1. col. 15.* Quidquid alias fru-
43 ctus per filium primi gradus percepti † non
imputentur in legitimam, & trebellianicam *l.
ſcimus. C. de inoffic. teſtam. l. iubemus. C.
ad trebellian.* Cum diuerſum ſit quando agi-
tur ex cauſa dotis, ex qua fideicommiſſum
44 poſſet diminui, † vt per *Bart. in d. §. cum pro-
poneretur. & alios ſupra adductos*, Intelligen-
do tamen vt per *Peregr. de fideicommiſ. art.
42. n. 71. ad med.*

Interim tamen qui prætendunt alimenta, & do-
tes ex bonis fideicommiſſi ad tuendam earum
dotationem, & alimentationem habebunt fun-
45 datam intentionem in negatiua, † quod alia
bona libera non exiſtant, & alleganti alia bo-
na extare, incumbet onus probandi *Gloſ. in l.
cum lege. ff. de probation.* & notat in ſpecie
*Curt. Iun. in auth. res quæ. n. 50. C. commun.
de legat. Aim. conſ. 19. col. vlt. n. 18. Dec. conſ.
519. ad fin. Roland. conſ. 19. col. fin. n. 9. lib. 4.*

E P I T O M E.

Condemnatio in expenſis, damnis, & inte-
reſſe an comprehendat pœnam, prout eſt
amiſſio cauſæ. ¶ Et quando de ea ſit facienda
ſpecialis mentio. ¶ Damna extrinſeca, & in-
trinſeca qualia ſint. ¶ Et an illa veniant in
ſententia. ¶ Et quando in ea ſint intelligenda
verba ſtricte & proprie. ¶ Amiſsio lucri an ve
niat ſub appellatione damnorum. ¶ Et quid
in artifice, ſeu alio, qui diſtrahitur à ſuis ope-
ribus propter defenſionem litis. ¶ Falſum
committens, ſi perdit cauſam ex diſpoſitio-
ne iuris communis, vel ſtatuti an aduerſarius
obtineat, ſi non probauit ſuam intentionem.
¶ Stante ſtatuto quod producẽs falſum inſtru-
mentum amittat cauſam, ſi contingat acto-
rem, & reum falſa inſtrumenta produxiſſe, an
reus ſit abſoluendus etiam in damnis.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa amiſſio dicitur pœna.*
2 *Pœna nunquam intelligitur impoſita, niſi fiat
de ea ſpecialis mentio.*
3 *Sententia condemnans in damnis, expenſis, &
intereſſe propter falſitatẽ cõmiſſam in actis
non comprehẽdit amiſſionẽ cauſa. n. 4. & 15.*

5 *Damna extrinſeca, & intrinſeca qualia ſint & quæ veniant appellatione damnorum. n. 6. & 7. & quid in damnis paſsis per eum, qui non potuit ſuis negotÿs vacare. n.8. & 27.*

9 *Amiſsio lucri non venit ſub nomine damnorum, ſed ſolum diminutio patrimonÿ, & vt veniat debet fieri mentio etiam de præiudicio. n. 10.*

11 *Damnum dicitur ex parte eius, qui incurrit pœnam, ſecus reſpectu aliorum.*

12 *Intereſſe conſiſtit circa damnum ceſſans, & lucrum emergens, non tamen continet pœnam. n. 13.*

14 *Intereſſe lucri ceſsãtis requirit probationem.*

16 *Falſum committens, ſi perdit cauſam ex diſpoſitione iuris communis, ſeu ſtatuti, non tamen aduerſarius obtinet, niſi ſuam intentionem probet. n.17.*

18 *Stante ſtatuto quod producens falſum inſtrumentum perdat cauſam, ſi contingat actorem, & reum falſa inſtrumenta produxiſſe, in pari cauſa erit melior conditio rei, qui veniet abſoluendus. & n.19.*

20 *Damnum non eſt propriè pœna, ſed largè, & in genere, non in ſpecie. n.21.*

22 *Verba in ſententia ſunt ſtrictè intelligenda, neque in ea venit lata interpretatio. n.23. Intellige vt n.28. & 29.*

24 *Omiſſum omnino cenſetur quidquid in condemnatione non eſt expreſſum.*

25 *Abſolutio, ſeu condemnatio in expenſis non comprehendit damna, & inter ſe ſunt diuerſa. & n. 26.*

30 *Interpratatio ſemper eſt facienda, vt euitetur abſurdum.*

CAP. DCCCXXXIII.

AMiſsio cauſæ eſt pęna, quæ inter alias
inſligitur committenti falſum in actis,
1 vel circa acta, † ſiue ſimus inter fiſcum, ſiue
inter priuatum *l. in fraudem. 45. §. quoties. vbi Gloſ. in verb. cadat. ff. de iur. fiſc. Alex. in l. diuus. n.6. vbi Iaſ. n.15. & 16. ff. de re iudicat. Rimin. Iun. conſ. 345. n.21. & 22. lib. 3. Farinac. de falſ. q.150. n.37. & de teſtib. q. 67. n. 282. Bertazol. conſ. crimin. 218. n. 16. in fin. lib. 1. Capic. decíſ. 67. in princ. Clar. in §. falſum. n.32. verſ. item propter falſitatem. Peregr. de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. n.39. fol. 379.*

Cum igitur ſit pœna tanquam priuatiua iuris
2 ſui, nunquam illa intelligetur † impoſita, niſi
ſpecialiter de ea fiat expreſſa mentio *Bald. in auth. ex teſtamento. n. 5. verſ. iſta allegatio. C. de ſecund nupt.* iuxta *Gloſ. in c. fin. in verb. ex vi. in fin. de iur. patronat. Abb. in c. cum venerabilis. 6. n. 30. col. 9. ad med. verſ. circa primum. de exception.* & in propoſito noſtro *Boer. decíſ. 291 n.8. ad med. verſ. & qui vtitur falſis teſtibus. Menoch. conſ. 670. n.28. lib.7. & de arbitr. caſ. 276. n. 1. cum ſeq. Surd. conſ. 386. n. 29. lib.3.*

Et quibus reſultat concluſio vera, & ab omnibus
3 approbata, quod in ſententia, † in qua quis
condemnatur in expenſis, damnis, & intereſſe
propter falſitatem commiſſam in actis, non
cenſetur condemnatus in amiſsione cauſæ,
cum requiratur ſpecialis mentio de iſta pœ-
4 na amiſſionis, vt dictum eſt, † maxime, quia
appellatione damnorum, expenſarum, & inte-
reſſe non venit amiſſio cauſæ, etenim damna
in ſimili materia condemnationum aut ſunt
5 intrinſeca, aut extrinſeca, † Illa autem vo-
cantur damna extrinſeca, quæ ſunt, & contin-
gunt vltra expenſas neceſſarias ad litem, velu-
ti ſi litigans eundo ad Iudicem captus ſit à la-
6 tronibus, vel equus obierit in itinere, † Intrin-
ſeca autem damna dicuntur, quæ ſunt circa
litem neceſſaria, vt expenſæ procuratorum,
aduocatorum, notariorum, ſcripturarum, iti-
neris, nauigationis, cibariorum, temporis,
quo quis moratur extra domum ſuam, cum
7 ſimilibus, † & iſta veniunt appellatione dam-
norum, vt late explicat *Theſaur. decíſ. 67. n. 4. & 5. poſt Alber. in l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ. & in l. properandum. §. ſin autem. n.28. & 29. C. de iudic. Iaſ. in l. ſancimus. C. cod. tit. Faber. in §. hae autem omni 1. inſtit. de pœn. temer. litigant. Menoch. de arbitr. caſ. 154. n. 3. Gail. obſeruat. 151.*
8 *lib. 1.* vbi etiam † cõſiderantur damna, quę paſ-
ſus eſt artifex, & aduocatus tempore, quo non
eſt operatus, & non potuit cauſis vacare *Boer. decíſ. 52. n.6. Cumia. in rit. magn. cur. 73. n. 15. & 16. Rebuff. de expenſ. damn. & intereſ. art. 3. gloſ. vnic. n. 5. fol. 446. Surd. decíſ. 261. n. 1. in fin.*

Et paſſim appellatione damnorum non venit niſi
9 diminutio patrimonij, † non autem amiſſio
lucri *l. 3. ff. de damn. infect. l. proculus. ff. cod. tit. Rebuff. de expenſ. damn. & intereſſ. art. 3. gloſ. vnic. n. 6. & de ſentent. executor. artic. 6. gloſ. vnic. n. 19. & in l. vnic. in princ. n. 56. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Bald. conſ. 182. locata. col. 1. in princ. lib. 1. Card. in clem. 1. §. ciuitas. q. 4. in fin. de pœn. Bero.*
10 *conſ. 144. n. 27. & 28. lib. 3.* † vbi quod ad hoc
vt veniat lucrum; debet in ſententia fieri men-
tio non ſolum de damnis, ſed etiam de præiu-
dicio *Abb. in c. cum olim. in gloſ. in verb. praiudicium. de conſuetud.* Cum etiam ex
11 parte eius, qui incurſus eſt pœnam, † poſſit di-
ci damnum, ſecus reſpectu aliorum, nam ap-
pellatione damni non venit pœna *Rip. in l. 3. n. 11. ff. de damn. infect.*

Neque obſtat, quod condemnatio, de qua agimus
12 contineat non ſolum damna, & expenſas, † ſed
etiam intereſſe, quod conſiſtit circa lucrum
ceſſans, & damnum emergens *Rebuff. de ſentent. executor. artic. 6. gloſ. vnic. n. 19 & 20. & in l. vnic. in princ. n. 47. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Corn. conſ. 46. col. vlt. lib. 4.*
13 *Alex. conſ. 158. n. 5. lib. 2.* † Quia licet hoc in-
tereſſe contineat damnum, & lucrum, non ta-
men continet pœnam, cum intereſſe veniat

quando

quando pœna non eſt apppoſita, ſi autem adſit
pœna, non inſpicitur quid interſit *Rebuff. in l.*
*vnic. in gloſ. in verb. proferuntur. n.*43. C.
de ſentent. quæ pro eo quod inter. iuxta *l. diem*
proferre. §. fin. ff. de arbitr. l. cum pæna. ff.
eod. tit. Corrad. de contract. q. 31. *concluſ.* 3.
14 Et intereſſe † lucti ceſſantis conſideratur in
eo, quod quis lucraturus fuiſſet, quod requirit
probationem de qua *Iaſ. in l.* 3. *§. vlt. ff. de eo*
quod cert. loc. Menoch. de arbitr. caſ. 119. *n.* 2.
Ruin. conſ. 103. *n.* 4. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 35. *n.*
5. *cum ſeq. lib.* 1. *Neuiz. conſ.* 77. *n.* 24. Quæ
non extenduntur ad pœnam amiſsionis cauſæ
15 in qua requiritur † ſententia declarans, quod
falſarius ad illam teneatur *Bald. in c. olim ex*
litteris. n. 8. *col.* 2. *poſt med. verſ. ibi imponen-*
tes. de reſcrip.

Maxime quia non ſemper Iudices condemnant
16 reum in pœnam amiſsionis cauſę, † nam quam-
uis falſum committens perdat cauſam, non
tamen per hoc aduerſarius obtinet, niſi ſuam
intentionem plene probauerit *c. olim.* 25. *in*
fin. de reſcript. Alex. ad Bart. in l. in frau-
dem. §. quoties. ff. de iur. fiſc. Ruin. conſ. 15.
n. 4. *lib.* 5. *Surd. deciſ.* 282. *n.* 23. *vſque ad* 26.
vbi ampliat, quod ſicur quando cauſa perdi-
tur de iure communi propter falſitatem, actor
debet ſuam intentionem plene probare, alias
17 non obtinet, † ita etiam hoc procedit, quando
cauſa amittitur ex diſpoſitione ſtatuti, quod
recipit interpretationem à iure communi *l.* 2.
C. de noxalib. Bece. conſ. 96. *n.* 8. *Surd. conſ.*
4. *n.* 49. *Curt. Iun. conſ.* 7. *n.* 8. Quamuis etiam
ſtatutum eſſet contra ius commune *Surd. de-*
ciſ. 282. *n.* 24. *poſt Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. fin.*
§. in computatione. C. de iur. deliber.

Quare ſtante ſtatuto, quod producens fal-
18 ſum inſtrumentum perdat cauſam, † ſi contin-
gat actorem & reum produxiſſe falſa inſtru-
menta, in pari cauſa erit melior conditio rei,
qui veniet abſoluendus, tanquam non conſtet
de iure actoris *Bald. in rubr. C. de fid. in-*
ſtrument. n. 30. *Iaſ. in §. in bona fides. n.* 81.
poſt med. inſtit. de actionib. Decian. in prax.
crimin. lib. 3. *c.* 33. *n.* 9. *fol.* 131. Et mirabile
& ſingulare dicit *Surd. deciſ.* 282. *n.* 24. *in fin.*

Nec obſtat, quod nihil reus amittet, Quia ſatis
perdit, cum nõ poſsit vti illa defenſione, quam
19 deduxit, † nam ſicut cauſam ſuam poterat
tueri duplici via, ſcilicet ex non iure actoris, &
ex ſuo proprio iure, amittit ſuam defenſionem
iſtius ſui proprij iuris, & innititur ſolum non
iuri actoris, qui ſi probabit ſuam intentionem
obtinebit, & reus condemnabitur, alias non
poterit obtinere *Surd. deciſ.* 282. *n.* 25.

Quibus adde, quod damnum non eſt propriè pœ-
20 na ſecus large † *Dec. in c. cognoſcentes. in* 2.
lectur. de conſtitution. Prout etiam damnum
21 in genere eſt pœna, ſecus in ſpecie, † quia tunc
differt à pœna, nam pœna eſt lucrum ex parte
petentis Exea *in d. c. cognoſcentes. n.* 11. *tom.*
2. *fol.* 115. iuxta *Bald. in l. vnic. n.* 3. *in fin.*
C. ſi rect. prouinc. Vnde non mirum, ſi non ve-
nit pœna in ſententia, in qua fit condemnatio
ad damna & expenſas, cum in ea verba de-
22 beant propriè, & ſtrictè ſumi, † ita vt nil vltra
includant, quam ex eis de neceſſitate infera-
tur *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de li-*
ber. agnoſcend. Bart. in l. iulianus. n. 5. *ff. de*
condic. indeb. Alex. conſ. 108. *n.* 2. *lib.* 5. *Surd.*
23 *deciſ.* 261. *n.* 6. † vbi quod ex hoc non venit lata
interpretatio in ſententia *l.* 1. *C. ſi plur. vna*
ſentent. Abb. in c. dilectus. n. 2. *de offic. ordi-*
nar. Iaſ. in l. centeſimis. §. fin. col. penult. ff.
de verbor. obligation. Rip. in l. 2. *n.* 26. *C. de*
edend. Curt. Iun. conſ. 153. *n.* 19. cum alijs
24 per *Oſaſc. deciſ.* 63. *alias* 64. *n.* 1. vbi etiam
quod omnino cenſetur omiſſum quidquid in
condemnatione non eſt expreſſum *l.* 1. *C. ſi ad-*
uerſ. rem iudicat. Dec. conſ. 442. *in cauſa in*
qua moleſtatur. n. 8. *ad med. & conſ.* 607.
viſo puncto & diligenter. n. 7. *Tiraq. de re-*
tract. lignag. §. 1. *gloſ.* 19. *n.* 182.

Quare ob prædictam rationem verborum ſenten-
tiæ quod non debeant extendi, paſſim admit-
25 tunt Doctores, † quod abſolutio ab expenſis
non comprehendit damna, quæ poterunt pe-
ti, ſi aliud non obſtet *Bald. in l.* 1. *§. fin. ff. ſi*
quis ius dicent. non obtemperau. & in l. ter-
minato. n. 12. *in fin. C. de fructib. & lit. ex-*
penſ. Afin. in prax. iudic. §. 32. *c.* 4. *n.* 1. cum
alijs late per *Surd. deciſ.* 261. *n.* 1. *vſque*
26 *ad* 9. vbi etiam quod damnum eſt quid diuer-
ſum ab expenſis, & dum lex mandat victum
victori condemnandum in expenſis, non intel-
ligit in damnis, quæ ſi quis remiſerit nõ dici-
tur remiſiſſe expenſas *Bald. in l.* 1. *C. vnde vi.*
Roman. ſing. 346. *Abb. in c. in noſtra. in* 2.
27 *notab. de iniur.* Quidquid ſit in damnis, † quæ
veniunt ratione perſonæ, puta artificis deſiſtẽ-
tis ab arte propter litis defenſionem, vel ſimi-
lis diſtracti à ſuis negotijs, iſta enim damna
veniunt appellatione expenſarum, vt dictum
eſt *ſupr. n.* 8. *Bart. in l.* 1. *ff. de alienat. iudic.*
mutand. cauſ. fact. & in l. ſi procurator.
la 2. *ff. rem rat. haber.* Licet iſtud non ſit
propriè damnum, ſed lucrum ceſſans *Surd.*
deciſ. 261. *n.* 2.

Nec ſubſiſtit, quod etiam verba ſententiæ inclu-
28 dant non expreſſa † quamuis illa improprien-
tur *Aim. conſ.* 186. *n.* 5. *& conſ.* 188. *n.* 2. Quia
intelligitur in his, quæ veniunt in neceſſariam
29 conſequentiam, † & tacitè ſubintelliguntur, tã-
quam paria ſint eſſe expreſſum, vel neceſſario
præſupponi *Bald. in l. penult. ff. de his qui*
ſunt ſui vel alien. iur. Caſtr. in l. 1. *n.* 1. *C.*
quando prouocar. non eſt neceſſ. Dec. in c. ve-
nerabilis. in princ. de exceptionib. Felin. in
c. ſignificauerunt. n. 7. *eod. tit.* & late decla-
30 rat *Oſaſc. deciſ.* 63. *alias* 64. *n.* 3. *&* 4. † vbi
quod magis procedit, quando reſultaret ini-
quitas, & abſurdum, ſi talia non expreſſa non
venirent in ſententia *Gloſ. in c. dudum. in*
verb. abſurdum. de præbend. in 6. *Abb. in c.*
ſolitæ. de maiorit. & obedient. Felin. in c. vlt.
col. 1. *de præſumptionib. Anchar. conſ.* 179.

prima

prima facie. col. 1. Bald. in l. ſed nouo iure. in fin. C. de epiſcop. & clerie. Euerard. loc. argument. 23. ab abſurdo. n. 1.

E P I T O M E.

PRimogenitus, & primus deſcendens, & ſenior, & antiquior an dicatur maior ætate, ſeu dignitate. ¶ Et in quibus ſit præferendus tam de iure, quam ex conſuetudine. ¶ Et quid ſi exiſtunt plures æquales in gradu, ſi diſpoſitio non poteſt cadere niſi in vno proximiore. ¶ Verba quando ſint potius intelligenda in actu naturali, ſeu ciuili. ¶ In renunciatione iuriſdictionis quo caſu comprehendatur etiam titulus. ¶ Et quid ſi renuncietur ſolum loco, vel loco & dignitati. ¶ Comites, Duces, & ſimiles titulati an gaudeant eorum priuilegijs poſt refutationem factam de ſtatu cum titulo. ¶ Et quando retineant nomen, & titulum eiuſdem ſtatus renunciati, ſeu amiſſi. ¶ Renunciatio generalis iurata quo caſu trahatur ad incognita. ¶ Et quando iuſiurandum habeat vim expreſsi.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator vocans primogenitum, & primò deſcendentes dicitur ſenſiſſe de ſeniore reſpectu ætatis, non alterius qualitatis. n. 3. 26. & 27.*

2 *Verba, quæ poſſunt intelligi de actu naturali & ciuili, ſemper intelliguntur de naturali.*

4 *Seniorū appellatione venit maior natu ætate.*

5 *Pars vna teſtamenti declaratur per alteram.*

6 *In vocatione antiquiorum de domo & generatione abſque expreſsione nominis proprij habetur reſpectus ad qualitatem antiquitatis, itaut ſucceſſore mortuo ſemper antiquior ſuccedat.*

7 *Geminatio verborum magis indicat voluntatem teſtatoris.*

8 *Familiæ decor conſeruatur per primogenitū.*

9 *Adiectio qualitatis reſtringit diſpoſitionem, & eam in diuerſa ſpecie reponit.*

10 *Nominatio, & ius eligendi dicitur ius honorificum, & priuilegium.*

11 *Primogenitus cæteris præfertur in his, quæ ſunt dignitatis tam de conſuetudine, quam de iure.*

12 *Omnes ſunt amantiores primogenitorum à natura ipſa, itaut ſecundum hoc ſit iudicandum.*

13 *Abſurdum eſt euitandū quamuis recederetur à proprietate verborum, & à regulis iuris.*

14 *In generali renunciatione iuriſdictionis non comprehenditur titulus. Intellige vt n. 15.*

16 *Renuncians loco non dicitur renunciaſſe titulum, & denominationem, ſecus ſi renunciaretur loco & dignitati.*

17 *Dignitas poteſt ſtare ſine loco, cui in dubio ſolum præſumitur renunciatum, non dignitati.*

18 *Diſpoſitio dicitur verificata in eo, in quo verificantur verba teſtatoris.*

19 *Primogenitus dicitur, qui ſecundogenitus eſt, cedente primogenito.*

20 *Renunciatio generalis etiam iurata quando trahatur ad incognita. n. 21.*

22 *Verba cenſentur prolata potius demonſtratiuè, quam taxatiuè.*

23 *Minor natu maior dignitate, vel alijs qualitatibus quando præferatur maiori natu ætate. n. 24. & quid ſi exiſtunt plures æquales in gradu, ſi diſpoſitio non poteſt cadere niſi in vno proximiore. n. 25.*

28 *Duces, Comites, & ſimiles titulati gaudent eorum priuilegijs etiam poſt refutationem factam de ſtatu cum titulo, & retinent nomen eiuſdem tituli. n. 29. Idem in eo qui amiſit caſtrum, ſeu terram cum titulo. n. 30.*

31 *Dignitas per ſuperiorem collata remanet oſſibus affixa, itaut non poſſit euelli à perſona, cui fuit conceſſa.*

32 *Reuerentia eadem debetur titulari poſt amiſſum ſtatū in memoriam priſtinæ dignitatis.*

CAPVT DCCCXXXIV.

IVs eligendi, de quo agimus, ſpectat ad Marchionem Carolum, cum ex codicillis
1 exhibitis clare appareat, † quod teſtator voluit in tali iure ſuccedere primogenitum, & primo deſcendentes ex Comite Antonio prius nominato, & de primogenito in primogenitum in perpetuum, & in infinitum, ex quibus verbis per plures vices & centies repetitis dicendum eſt illum ſenſiſſe de maiore natu, & ſeniore, habita relatione magis ad ætatem, quam ad aliam conditionem, & qualitatem,
2 quando enim verba poſſunt intelligi de actu naturali, & ciuili, ſemper de naturali ſunt intelligenda *l. vlt vbi Bald. Salic. & Caſtr. C. de his qui ven. ætat. impetrau. Anchar. in c. 1. q. 4. in princ. verſ. conſuluit etiam. de conſtitutionib. Bart. in l. ex ea parte. §. inſulam. ff. de verbor. obligation. Franc. in c ſuſceptū.* & ibi *Domin. in 3. notab. de reſcript. in 6. Alex. conſ. 4. col. 1. lib. 4. Tiraq in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. n. 17. C. de reuocand. donationib. & de primogenit. q. 1. n. 10. & 11.* Et ita in ſpecie de vocatione primogeniti
3 quod idem ſit † ac ſi vocetur maior natu *Bald. in l. cum antiquioribus. n. 11. C. de iur. deliber. Abb. conſ. 85. n. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 72. n. 80. in fin. lib. 4. Socin. in l. ſi cognatis. n. 5. ff. de reb. dub.* Et ita apud omnes ſeruari latiſſime teſtatur *Tiraq. de iur. primogenit. q. 1. n. 6. & 12. & q. 3. n. 10. vſque ad 14. Cirter. eod. tract. lib. 1. q. 2. n. 2. & 3. Rot. deciſ. 627. n. 1. p. 2. in recentiorib. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 3. c. 8. n. 19. & c. 1. n. 2. & 3. eod. lib* vbi ampliat ad eum, qui ante maioratus inſtitutionem natus fuit, talis enim filius etiam præferendus erit ſecundo genito nato poſt maioratum acquiſitum *l. ſenatoris filiū. in fin.*

in fin. de ſenatorib. l. cum aduocatio. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. l. neque dorotheum. C. de decurion. lib. 10. Tiraq. de iur. primogenit. q. 31. n. 12. Gomeſ. in l. 40. taur. n. 67. Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 15. n. 2. in verb. ſino el hyo maior. Abb. Marian. & Rip. in c. inter cæteras. de reſcript. iuxta *c. ad extirpandas. de fil. presbyter.*

Maximè, quia idem teſtator mandauit, quod deficiente linea Comitis Antonij, idem ordo primogenituræ ſeruetur in linea Comitis Aloyſij ſubſtituti, in cuius lineæ defectu tale ius eligendi ſpectet ad tres ſeniores domus ipſius te-
4 ſtatoris, † quorum ſeniorum appellatione venit maior natu ætate *l. ſi pater. §. fin. ff. de adoptionib. Alex. conſ. 123. col. 1. lib. 1. & conſ. 4. col. 1. n. 3. vbi Natt. in addit. lib. 4. Bero. conſ. 71. n. 19. cum ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 443. in caſu ad me tranſmiſſo. col. 4. in fin. n. 24.* cum alijs per *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 13. n. 86. verſ. quod ſi maior de domo. fol. 126. Oſaſc. conſ. 71. 72. & 73.* Adeo vt quemadmodum in iſtis ſubrogatis loco primorum deficientium teſtator cōſiderauit ætatem maioris natu, & ſenioris, ita etiam dicendum eſt eamdem ætatem reſpexiſſe in primogenitis prius vocatis ad huiuſmodi ius eli-
5 gendi, † cum ex vna parte teſtamenti declaretur altera ad effectum colligendi voluntatem diſponentis *l. vtrum. de petit. hæreditat. l. 1. de reb. dub. Socin. conſ. 51. col. 1. ad med. lib. 1. Aim. in conſ. pro gener. n. 336. & 358. Surd. conſ. 179. n. 60. lib. 2.*

Et facit, quia quando vocantur antiquiores de
6 domo, & generatione, ſeu maiores natu † abſque expreſſione proprij nominis, fuit habitus reſpectus ad qualitatem antiquitatis, itaut ſucceſſore mortuo ſemper antiquior ſuccedat *Felin. in rubr. de maiorit. & obedient. n. 12. Anchar. conſ. 27. non ſeruato. col. 3. Dec. conſ. 516. quoniam cauſa iſta. n. 16. ad med. verſ. & facit quod in ſimili tradit. Aim. conſ. 161. n. 9.* cum alijs de quibus *ſupr. c. 456. n. 83. Tiraq. de iur. primogenit. q. 3. n. 10.*

Et magis talis voluntas codicillantis colligitur, quod ſemper ſenſerit de primogenito prius nato, & antiquiore ætate, quia ſemper voluit fauere ſuæ poſteritati, & primo deſcendentibus ſuis primogenitis ordine ſucceſſiuo tam circa facultatem eligendi, quam circa electionem faciendam, cum mentione toties repetita deſcendentium ſuorum, & primogenitorum,
7 & de primogenito in primogenitum, † itaut ex huiuſmodi geminationibus verborum, & illorum ſæpiſſima repetitione appareat clarius, quid teſtator ſenſerit *Bart. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Dec. conſ. 504. in caſu occurrenti. n. 9. Roland. conſ. 2. n. 29. lib. 4. Peregr. de fideicommiſſ. art. 24. n. 40. & art. 49. n. 28. ad med. Roman. in l. ſi vero. §. de viro. fallent. 31. ff. ſolut. matrimon. Natt. conſ. 63. n. 12. Cephal. conſ. 150. col. 2. lib. 1. Aim. conſ. 54. n. 7.* Maximè, quia idem teſtator mandauit ſeruari eumdem ordinem de primogenito in primogenitum inter extraneos vocatos, & ſubſtitutos in defectum ſuæ li-
8 neæ, † vnde multò magis dicendum eſt idem voluiſſe de ſuis deſcendentibus primogenitis, vt maior decor familiæ in eis fulgeret, prout ſolet per eos conſeruari *Socin. conſ. 47. n. 7. lib. 3. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 11. n. 3.*

Non obſtat, quod teſtator in codicillis non vocauit ſimpliciter primogenitum, ſed diſpoſuerit, quod Antonius tunc Comes Cancellarum, & Lumelli, & qui poſt eum eſſent primogeniti Comitis Lumelli, vel Durni in perpetuum, & in infinitum eligere deberent, quod etiam poſtea repetijt, dum talem electionem dedit cum approbatione Pręſidis Comiti Antonio, & poſt eum cuicumque primogenito Comitis Durni, vel Lumelli, qui pro tempore fuerit, quod etiam deinde iterum expreſſit, dum rogauit Comitem Antonium, & poſt eum omnes eius deſcendentes primogenitos Comites, vt hoc onus ſuſciperent; Ex quibus verbis apparet, quod potius teſtator vocauit Comitem Aloyſium, qui eſt Comes Lumelli, non autem Marchionem Carolum, qui licet ſit primogenitus, non tamen habet qualitatem comitatus Lu-
9 melli per teſtatorem requiſitam, † quæ debebat concurrere in primogenito, ad hoc vt poſſet huiuſmodi ius eligendi obtinere, quaſi per adiectionem iſtius qualitates reſtringatur diſpoſitio, & in diuerſa ſpecie reponatur *Bero. conſ. 159. n. 38. lib. 2. & conſ. 20. n. 15. lib. 3. poſt Bart. in l. ſi quis poſthumo. §. ſi filium. in fin. vbi Iaſ. n. 51. ff. de liber. & poſthum. Surd. conſ. 34. n. 43. & conſ. 131. n. 24. & 25. lib. 1.*

Quia non ex hoc infertur, quod teſtator voluerit potius reſpicere dignitatem comitatus Lumelli, quam primogenituram, nam tempore codicillorum Comes Antonius erat pariter Comes Cannellarum, & Lumelli, vnde meritò idem teſtator exiſtimauit, quod idem Antonius, & eius primogeniti deberent ſuccedere in eodem Comitatu Lumelli, ſicut in alijs iuribus primogenituræ, ideo etiam voluit, quod huiuſmodi ius eligendi ad eum, & illius primogenitos ſpectaret, ſicut enim in primogenito reſidet præcipua dignitas, & ſplendor fa-
10 miliæ, † ita etiam in eo reſideret talis electio, & nominatio, quæ dicitur ius honorificum, & priuilegium *Rebuff. ſuper concordat. rubr. de collationib. §. monemus. ad fin. fol. 250. & de nominationib. q. 4. n. 3. & 4.*

Præſertim, quia talis interpretatio eſt magis veriſimilis, & conformis menti teſtatoris, qui totam ſuam diſpoſitionem contulit ad fauorem familiæ, & primogenitorum ordine ſucceſſiuo, iuxta quem extantibus primogenitis
11 debent acquieſcere ſecundogeniti, † cum apud omnes gentes extet conſuetudo etiam à iure comprobata, vt in his, quæ ſunt dignitatis primogenitus cæteris præferatur *c. licet.* vbi

Gloſ.

Digitized by Google

Gloſ. Hoſt. Io. Andr. & Abb. de voto. Oldrad.
conſ. 94. eleganter. col. 4. & conſ. 237. perle-
ctis. in 1. dub. Bald. conſ. 389. conſuetudo.
col. 3. verſ. in contrarium. lib. 2. Felin. in
c. prudentiam. col. 2. verſ. & iſta limitatio.
de offic. delegat. Alex. conſ. 25. col. 4. verſ. præ-
terea dicit. & col penult. verſ. ſic etiam vide-
mus. in fin. lib. 5. Tiraq. de iur. primogenit.
12 *in præfation. n. 35. vſque ad 42.* † vbi etiam,
quod à natura ipſa rerum omnium magiſtra
manaſſe videtur, vt omnes ſint primogenito-
rum amantiores, itaut iuxta huiuſmodi veri-
tatem, nedum veriſimilitudinem iudicandum
ſit ad fauorẽ primogeniti *Aim. conſ. 298. n. 16.*
Additur, quod ex lectura codicillorum magis vi-
detur vocatus primogenitus maior ætate,
quam Comes Lumelli, cum illum pluries, &
pluries vocauerit, iſtum autem ſemel tantum
nominauit cum illa qualitate primogeniti, &
quidem præpoſterato ordine, nam prius fecit
mentionem Comitis Durni, & poſtea Comi-
tatus Lumelli, & poſt deſcendentes Comitis
Antonij, & Comitis Aloyſij ſit ſucceſſiuè men-
tio Comitum Lumelli, & Durni, ex qua inor-
dinata nominatione Comitatus Lumelli ſatis
colligitur codicillantem noluiſſe fauere digni-
tati, ſed primogenitis ſuis deſcendentibus, ne
alias, ſi comitatus prædictus exiret de familia,
prout ſæpiſſimè ſolet occurrere, eius deſcen-
dentes primogeniti remanerent excluſi ab hu-
iuſmodi priuilegio, quod eſſet ſatis abſurdum,
& de directo contrarium menti teſtatoris, qui
omnem ſuam diſpoſitionem contulit ad fauo-
rem ſuæ poſteritatis, & familiæ, & deſcenden-
13 tium primogenitorum. † Quod quidem abſur-
dum eſt euitandum, quamuis etiam recedere-
tur à proprietate verborum, & eſſet contra
regulas iuris *Bart. in l. gallus. §. etiam ſi pa-*
rente. ff. de liber. & poſthum. Surd. conſ. 85.
n. 26. lib. 1. & conſ. 236. n. 18. lib. 1. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3.
tit. 7. per tot. & lib. 6. tit. 11. n. 13.
Amplius huiuſmodi dignitas Comitatus Lumelli
prouenit ex inueſtitura feudi facta fauore pri-
mogenituræ, vt latius in tranſactione exhibita
continetur, vnde cum Marchio Carolus reſer-
uauerit ſibi omnia iura primogenituræ, itaut
inter primogenitos ſeruari debeat gradus præ-
14 rogatiua, ac ordo ſucceſſiuus, † ſequitur quod
in generali renunciatione iuriſdictionis Ca-
ſtrorum, & bonorum feudalium, & allodia-
lium Lumelli, & Durni, non cenſeatur com-
præhenſus titulus Comitatus Lumelli ſibi cõ-
petens iure primogenituræ, tanquam idem
titulus non potuiſſet per eum in alium tranſ-
ferri ſaltem abſque beneplacito Principis con-
cedentis, cum regulariter renunciatio, exclu-
ſio, & priuatio vnius iuris non inducat priua-
tionem, renunciationem, & excluſionem alte-
rius etiam in eadem re *l. ſi domus. ff. de ſer-*
uitut. vrban. prædior. l. ſi prius. post princ.
ff. de aqu. pluu. arcend. l. iubemus. C. ad
vellcian. Alber. in l. damni. in 1. §. ſabinus.
ff. de damn. infect. Rom. conſ. 132. vt retulit.
in fin. & conſ. 168. circa primum. in princ.
Caſtr. conſ. 70. breuiter. in princ. lib. 2. cum
alijs per *Tiraq. de iur. primogenit. q. 86. n. 7.*
15 *& 8.* † Niſi fuerit renunciatum feudo ipſi do-
mino *c. vlt. ſi de feud. fuer. controu. int. dom.*
& agnat. Bald. in l. 1. q. 50. ff. de rer. diuiſion.
Alex. conſ. 13. perſpectis. in princ. lib. 5. &
in l. 1. §. veteres. col. 6. verſ. optimè facit. Iaſ.
col. 10. verſ. ſecundò pro iſta. ff. de acquir.
hæredit. Tiraq. d. q. 86. n. 7.
Quare etiam videmus, quod in ſimilibus renun-
ciationibus ſolet ſemper reſeruari titulus, &
16 denominatio, † quando renunciatur ſolum
loco, tunc enim non amittitur dignitas, &
non perditur denominatio *c. ſupplicationem.*
de renunciat. c. 1. de ordinat. ab epiſcop. qui
renuncian. epiſcopat. Socin. conſ. 260. n. 5. lib.
2. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 17. n. 10. & lib. 8.
q. 5. n. 43. & 46. Mandoſ. de ſignat. grat. in
verb. fructuum reſignationes. col. 1. verſ. ti-
17 *tulus & denominatio. n. 1.* † Ita tamen, vt ſem-
per in dubio præſumatur ſolum renunciatum
loco, non dignitati, cum poſſit ſtare dignitas
ſine loco *Abb. in c. 1. n. 8. de ordinat. ab epi-*
ſcop. qui renuncian. epiſcopat. Fuſc. de vi-
ſitat. lib. 2. c. 28. n. 10.
Cum etiam in eadem tranſactione appareat,
quod ex priuilegio Imperiali fuit conceſſa di-
gnitas, ſeu nomen Comitatus Lumelli omni-
bus deſcẽdentibus ex primo acquirente, prout
etiam pariter omnes vocabãtur Comites ante
dictam tranſactionem, itaut quoad iſtam par-
tem nihil videatur inter ipſos immutatum,
adeò vt vtraque qualitas, & dignitas dicatur
concurrere in Carolo, & Marchionatus Can-
cellarum, & Comitatus Lumelli cumulatiuè
18 ſaltem, ſi non priuatiuè, † & per conſequens
cum in eo verificentur verba teſtatoris, veri-
ficabitur etiam illius diſpoſitio *l. 4. §. toties.*
ff. de damn. infect. l. ſi ſeruum. §. non dixit.
ff. de acquir. hæredit. Roman. conſ. 44. n. 2.
Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. libertis. n. 2.
C. de reuocand. donationib. Surd. conſ. 179.
n. 38. lib. 2.
Ex quibus tollitur prætenſio Comitis Aloyſij,
19 quod illi ſpectet huiuſmodi nominatio † tan-
quam ſit Comes Lumelli, & primogenitus ſal-
tem alterius fratris natu minoris, & tertioge-
niti *c. nam & ego. de verb. ſignificat. Tiraq.*
de iur. primogenit. q. 3. n. 12. Quia iura pri-
mogenituræ fuerunt reſeruata illæſa in renun-
ciatione, vt dictum eſt, prout etiam titulus
comitatus non fuit remiſſus, nec de huiuſmodi
iure præſentandi fuit facta aliqua mentio, nec
probatur aliqua ſcientia diſpoſitionis codicil-
20 laris, in quo tale ius fuit relictum, † itaut ge-
neralis renunciatio non trahatur ad incognita
l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. Ruin.
conſ. 15. n. 10. lib. 1. Becc. conſ. 111. n. 10. Surd.
21 *conſ. 150. n. 44. cum ſeq. lib. 1.* † vbi quod pro-
cedit etiam in actu iurato *c. veniens. de iu-*
retur. c. cum inter. de renunciat. Aim. conſ. 259.
n. 2.

Digitized by Google

n.2. Menoch.conſ.37.n.79.lib.1. Pariſ.conſ.
20. n.90. lib.1. Arct. conſ.24. quatuor dubia.
col. 2. Bald. in l. 1. q. 2. C. commod. Intelli-
gendo quando, prout in caſu noſtro, nulla eſt
facta mentio de iuribus ſibi competentibus
neque in genere, neque in ſpecie, tunc enim
non dicitur cogitatum de beneficijs & iuribus
quæ poſſunt competere, quamuis interuenerit
iuramentum, quidquid aliud ſit quando eſſet
facta mentio generalis, nam tunc ſufficit in
genere fuiſſe cogitatum, veluti ſi quis renun-
ciauerit cum iuramento omnibus priuilegijs
& beneficijs, tale enim iuſiurandū habebit vim
expreſſi, neque ex præſumptione iuris deficiet
conſenſus Bart. in l.ſub prætextu.C. de tran-
ſactionib. & in l. ſi ſub conditione. n.21 ff. de
teſtam. tut. Card. Mantic. de tacit. & am-
big. conuentionib. lib.16.tit.18.n.12. Rot. de-
ciſ.665. n.9. p.1. in recentiorib. & deciſ.664.
n.5.p.1. diuerſ.

Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti,
quia ex clara mente codicillantis non poteſt
dici, quod ſint vocati niſi primogeniti reſpe-
ctu ætatis, vt dictum eſt, nulla habita conſi-
deratione dignitatis Comitatus Lumelli, quæ
licèt fuerit expreſſa per teſtatorem, Tamen
ſtantibus tot rationibus conſideratis pro an-
tiquiore primogenito, & maiore natu, dicen-
22 dum eſt, † quod verba denotantia dignitatem
fuerint potius prolata cauſa demonſtrationis,
non taxationis, aut limitationis eorum, quæ
ſunt diſpoſita Bart. in l. centurio.n.31.ff. de
vulg. & pupill. ſubſtit. Bero. conſ.17. n. 16.
& 17.lib.1.dixi ſupr. c.256. n.20. & 21. Pa-
riſ. conſ.4. n.36. lib.4. Rot. diuerſ. deciſ.684.
n.4.p.1. Et de modo cognoſcendi dictum cau-
ſa taxationis, ſeu demonſtrationis late Felin.
in c.ſuper litteris.20. n.4. de reſcript.

Nec faciunt, quæ dicuntur de contemplatione di-
gnitatis, propter quam minor natu præfertur
23 etiam maiori ętate, † Quia procedunt quan-
do ratione ſubiectę materię quis poteſt eſſe
nuncupatus maior alio reſpectu, quam ęta-
tis, videlicet ſi ratione adminiſtrationis, vel
alicuius ordinis, & dignitatis frater maior &
antiquior eſt nominatus ad diuidendum bona
vel antiquior canonicus ad aliquid peragen-
dum, tunc enim non erit intelligendus de an-
tiquiore ętate, ſed de receptione in canonica-
tu, & adminiſtratione bonorum Felin. in ru-
br. de maiorit.& obedient. in fin.& in c.cum
omnes. col. penult. verſ. ſed dubium eſt. de
conſtitutionib. Pariſ. conſ. 19. n.130. lib. 2.
Sim. de Præt. de interpetat. vltimar. volun-
tat.lib.3.ſolut. 2. n.18.in fin. fol.334. ¶ Nam
24 alias ceſſante ſubiecta materia, † antiquior,
ſeu maior de familia, agnatione, domo, ſeu
caſata, debet intelligi qui eſt talis ętate, non
autem ſcientia, gradu, dignitate, potentia,
vel diuitijs Alex. conſ. 4. n. 2. lib.4. Barbat.
conſ. 10. col fin. & conſ. 18. col.4. lib.2. Dec.
conſ. 443. n. 25. Crot. conſ. 9. n.12. & conſ.
150.n.68. & 69. Pariſ. conſ. 93. n.32. lib. 2.
Sim. de Præt. d. lib.3. n.18. ſolut. 2. fol. 334.
& ſolut.3.n.17. & 18. fol.338. Guid.Pap. q.
467. Socin. conſ.252. col. 3. lib.2. Tiraq. de
25 iur. primogenit. q. 64. in fin. † qui etiam lo-
quuntur quando exiſtunt plures ęquales in
gradu, cum ſubſtitutio non poſſit cadere niſi
in vno proximiore, nam tunc maior natu &
ętate debet pręferri Idem Tiraq. de iur. pri-
mogenit. in præfat.n.195.cum ſeq. Pariſ.conſ.
72. n.113. lib.4.

Nec aduerſatur, quod maior natu, & primoge-
26 nitus non ſit idem, † cum in vocatione maio-
ris natu poſſit conſiderari ſola pręrogatiua
ętatis, quę non adeſt in vocatione primoge-
niti Menoch. conſ. 442. n.19. lib.5. Quia ve-
rior eſt opinio contraria, quod inter iſtas vo-
cationes nulla ſit differētia, vt dictum eſt ſupr.
27 n.1.& 3. † Quibus additur late Didac. Bur-
genſ.q.ciuil. 1. n.1. & q.2.n.84. Conar. pract.
quæſt. c.38. n.6. & de veriſſima opinione te-
ſtatur Molin. de primogenit. hiſpanor. lib.3.
tit. 8. n. 19. fol. 403. Cum etiam Menoch. &
alij per eum adducti loquantur ad effectum
repręſentationis, de qua non loquimur, vt per
Alex.conſ.123.n.2. lib.1.& conſ.4. n.13.lib.4.
Lup. in rubr.de donat.int.iur.& vxor.§.69.
in fin.Gabr.de ſucceſſion.ab inteſt.cōcluſ.2.n.
14.& 18.Bero.conſ.71.n.19.& 21.lib.1.

Quę iterum dicuntur de titulo feudi amiſſo per
conceſſionem iuriſdictionis non obſtant, quia
vltra reſponſiones ſuperius datas n.14. cum
28 ſeq. Reſpondetur, † quod iſti Duces, Baro-
nes, Comites, & ſimiles titulati gaudent eo-
rum priuilegijs etiam poſt refutationem fa-
ctam de ſtatu cum titulo, & ſic retinebunt
nomen tituli, quem habent Andr. in c. 1.
vbi Aff. de feud. march. vbi quod remanet
29 vocabulum † dignitate finita quantū ad exer-
citium iuxta l.1. vbi Luc. de Penn.C. de pri-
micer. lib. 12. Rebuff. in l. 1. C. de præpoſit.
ſacror. cubic. lib.12. Ponte. de poteſt. proreg.
tit. 3. de elect. official. §. 8. n. 19. fol.89. vbi
quod in pluribus cauſis fuit ita determinatum
Maſtrill. de magiſtratib. lib. 4. c.13. n.68.
30 vſque ad 84.fol. 44. † vbi etiam addit, quod
tales titulati, ſi amiſerint caſtrum, aut terram
decoratam titulo ducatus, vel marchionatus,
vel ſimilis, remanent tamen titulares, eorum-
que priuilegijs gaudebunt Bald. & Card.
Alexandr. in c.1. quis dicat.dux. Caſſan. in
cathalog. glor. mund. p. 5. conſider. 49. fol.
160. Aff. in c.1.de feud.march.n.12. Mozz.de
31 bis qui feud.dar.poſſ.n.15. † Nā huiuſmodi di-
gnitas ſemel collata remanet ſemper oſſibus
affixa, itaut euelli non poſſit à perſona eius,
cui fuit conceſſa l.vnic. C. de comit.qui pro-
uinc. reg. lib.12. l. eam quam. C. de excuſat.
muner. lib. 11. Ponte. conſ.31. n. 10. Adeo vt
talibus ſemper eadem reuererentia ſit debita
32 in memoriam priſtinę dignitatis, cum bene-
ficium per illam quęſitum duret etiam defi-
ciente dignitate l. maior dignitas. C. de di-
gnitatib.lib.10. Speculat. de legat. §. finitur.
in fin.

in fin. n.8. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. com. n.20. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. c. 13. n. 75. & 76. late *Bon. de Curtil. de nobilitat. p. 5. n. 8. & 9. tom. 16. fol. 15.* poſt *Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. 36. in fin. n.81. de conſtitutionib.* Alia quæ opponuntur ſunt ſublata ex multis, de quibus infra in cap. particulari.

E P I T O M E.

Reſignatio, aut permutatio nulliter facta quando abdicet ius à reſignante, ſiue ſit inualida ob contradictionem patroni, ſiue eo ſpreto, ſiue non facta derogatione iuriſpatronatus, vel ſimili cauſa, itaut non poſſit amplius rediri ad beneficium reſignatum, ſeu permutatũ. ¶ Et quid ſi adſit clauſula non aliter, nec alias, nec alio modo. ¶ Et de eius ſignificatione. ¶ Falſa expreſſio an faciat, vt quis careat impetratis. ¶ Et an illa ſint ipſo iure nulla. ¶ Permutatio an habeat in ventre reſignationem, adeo vt omnis diſpoſitio loquens de reſignatione, includat reſignantem ex cauſa permutationis. ¶ Patronus quando poſſit præſentare alium ad beneficium reſignatum abſque illius conſenſu.

S V M M A R I V M.

1 *Reſignans beneficium abſque expreſſione qualitatis iuriſpatronatus non poteſt amplius ad illud redire. n. 3. Amplia etiam ſtante clauſula non alias, aut alio modo. n. 4.*

2 *Patrono permittitur alium præſentare ad beneficium reſignatum abſque illius conſenſu.*

5 *Verba nec alias, aut alio modo inducunt formam, & conditionem ſuſpenſiuam, qua non ſeruata ceſſat conſenſus.*

6 *Permutatio reſciſſa ob contradictionem patroni tanquam facta ſine eius conſenſu, operatur, vt permutantes non poſſint redire ad beneficia permutata, ſi conſtat illos habuiſſe ſcientiam iuriſpatronatus.*

7 *Permutatio habet in ventre reſignationem, & nihil aliud eſt quam reciproca reſignatio, quæ inuicem fit inter permutantes.*

8 *Diſpoſitio omnis loquens de reſignatione, includit etiam reſignantem ex cauſa permutationis.*

9 *Reſignatio nulliter facta non abdicat ius à reſignante ſiue ſit inualida ob contradictionem patroni; ſiue eo ſpreto, ſiue non facta derogatione iuriſpatronatus, vel ſimili cauſa. Intellige vt n. 10. & 11.*

12 *Reſignans excuſatur quando habuit probabile dubium nullitatis reſignationis, quo ſtante non abdicat à ſe ius ſuum. Secus ſi adſit aliqua culpa, ſeu mala fides. n. 13.*

14 *Falſa expreſſio facit, vt quis debeat carere impetratis, itaut ipſo iure illa annullentur.*

15 *Actus non poteſt ſuffragari ei, qui impedimentum præſtat, vt non ſit validus.*

CAPVT DCCCXXXV.

Non poteſt amplius Io. Dominicus reſi-
gnans redire ad canonicatum reſigna-
1 tum, † cum ſcienter, & nulliter reſignauerit
tacendo qualitatem beneficij, quod erat de
iurepatronatus, ad quod etiam fuit ipſe præ-
ſentatus tanquam tale, & illud per plures an-
nos poſſedit, ideo non potuit poſtea illud ve-
lut liberum reſignare ad fauorem nepotis, cum
ſtante huiuſmodi notitia iuriſpatronatus ſit
in culpa, ob quam non datur ei amplius re-
greſſus ad beneficium reſignatum, cum præ-
ſentato, & inſtituto non permittatur ſine
conſenſu patroni beneficium renunciare,
2 adeo † vt ſi reſignet abſque eius cõſenſu, poſſit
patronus ad idem beneficium per talem reſi-
gnationem vacans, iterum alium præſentare
*Sarnenſ. de infirm. reſignant. q. 17. col. 4. in
princ. in 2. caſu. fol. 92. poſt Innoc. in c. vlt.
in fin. de renunciat. Abb. in c. ſignificatum.
col. 2. de prabend. Rocc. de iurepatronat. in*
3 *verb. honorificum. q. 3. & 51.* † Et ita in ſpe-
cie ſimilium reſignationum concludit etiam
*Garzias de benefic. lib. 11. c. 2. n. 35. & 36.
Petr. Gregor. eod. tit. c. 28. n. 11. Cabedo. c.
10. n. 1. Riccius deciſ. 207. lib. 1. Octauius
Gloritius in commentar. c. ſuper litteris. de
reſcript. Rot. coram R.P.D. Bubalo Salamantina
penſionis. 13. Iunij 1586. & coram Card.
Seraphino Romana canonicatus. 17. Nouembris
1567. quæ in impreſſ. eſt deciſ. 25. n. 1.
Cochierus de. permutat. beneficior. p. 1. c.
19. n. 13.*

Amplius neque iuuabit clauſula nec alias, aut
alio modo, quæ licèt appoſita fuiſſet in ſimi-
4 libus reſignationibus, † tamen nihil opera-
retur quando adeſſet culpa reſignantis, pro-
pter ſcientiam nullitatis, & omiſſam quali-
tatem iuriſpatronatus *Rebuff. conſ. 192. n. 5.
in fin. verſ. nec obſtat clauſula non aliter.
Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 1. q. 3. in fin.
verſ. hinc ſcribit. Rot. diuerſ. deciſ. 214. n. 5.
verſ. ſicuti non obſtat. p. 1. Garzias de bene-*
5 *fic. p. 11. c. 3. in princ. n. 36. poſt princ.* † Quid-
quid regulariter iſta verba nõ aliter, nec alias,
nec alio modo importent conditionem ſuſpen-
ſiuam, ac formam, qua non ſeruata, & non
adimpleta, ceſſat conſenſus, & facit, vt reſi-
gnans poſſit redire ad beneficium reſignatum
tanquam non abdicauerit ius ſuum *Abb. in
c. fin. qui cleric. vel vouent. Felin. in c. quæ
in eccleſiarum. n. 85. de conſtitut. Rot. deciſ.
286. n. 2. p. 2. in recentiorib.* cum alijs per
Coſt. de clauſul. 278. n. 4. vſque ad 9.

Idem eſt in permutatione, quæ ſi fuerit reſciſſa
6 ob contradictionem patroni † tanquam facta
abſque eius conſenſu, operatur, vt permutantes
non poſſint inuito patrono redire ad beneficia
permutata, quando fuerunt in culpa, & con-
ſtat illos habuiſſe notitiam iuriſpatronatus
ante permutationem, quidquid aliud ſit ceſ-
ſante huiuſmodi ſcientia *Io. Andr. in c. vnic.*

vbi

vbi Domin. n. 20. Franc. n. 11. Prob. ad Monach. n. 14. de rer. permut. in 6. Caſſador. deciſ. 1. n. 2. eod. tit. Auffr. ad Capell. *Tboloſ. deciſ. 261. n. 3. ad med. Silu. de beneſi. p. 3. q. 24. Roſſinian. eod. tract. c. 36. n. 19. Garz. etiam eod. tit. de beneſic. p. 11. c. 2. n. 28. & 30. Rebuff. in prax. tit. de permut. n. 17. Gig. de penſionib. q. 23. n. 5. Aebill. deciſ. 403. alias 3. n. 4. ſuper regul. de valor. Coſmas in pragmatic. Sanction. tit. de collation. §. ſequitur. in verb. alio. Papaz. in addit.* ad *Rot. deciſ. 1. in fin. verſ. quidam dicunt. de rer. permutat. in nou.*

Permutatio autem licet habeat diuerſum nomen
7 à reſignatione,† Tamen habet in ventre ipſam
reſignationem ad fauorem permutantium,
itaut nihil aliud ſit permutatio, niſi quædam
reciproca reſignatio, quæ ad inuicem fit inter
permutantes *c. vnic. de rer. permutat. in 6.
clem. 1. eod. tit. Pariſ. de reſignat. beneficior.
lib. 11. q. 5. n. 19.* cum alijs per *Ganzal. ad re-*
8 *gul. 8. gloſ. 14. n. 39. vſque ad 45.* † vbi etiam
quod omnis diſpoſitio loquens de reſigna-
tione includit etiam reſignantem ex cauſa
permutationis, tanquam permutatio ſit vera
reſignatio *Rot. deciſ. 16. n. 3. cum ſeq. de rer.
permutat. in antiq. Gomeſ. de publicand. q. 3.
n. 2. Rebuff. eod. tit. gloſ. 3. n. 2.*

Neque obſtat, quod etiam reſignatio nulliter fa-
9 cta non abdicet ius à reſignante, † ſiue ſit in-
ualida ob contradictionem patroni, vel eo
ſpreto, ſiue non facta derogatione iuris pa-
tronatus, vel ſimili de cauſa, vt late concludit
*Burſat. conſ. 411. n. 4. & 5. lib. 4. poſt Mobe-
dan. deciſ. 326. alias 296. incip. magna diſ-
ficultas. n. 1.* cum alijs deciſionibus ibid. ad-
ductis *Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 1. q. 3. n.
96. cum ſeq. Rot. deciſ. 4. n. 2. p. 2. in recen-
tiorib. & deciſ. 92. n. 5. p. 1. in recentiorib.*

Quia prædicta procedunt, quando reſignans non
10 eſt in aliqua culpa in reſignando, † & ignorat
nullitatem reſignationis, ſecus quando ſcien-
ter nulliter reſignat, tunc enim abdicat à ſe
omne ius, itaut amplius ad illud non poſſit re-
dire, prout declarat *Idem Pariſ. de reſignat.
beneſic. lib. 1. q. 3. in fin. verſ. limita tamen
hæc non procedere. n. 117. & lib. 9. q. 21. n. 8.*
11 Et eſt diſtinctio † paſſim approbata, quam te-
net *Rot. coram Card. Seraphino deciſ. 25. n.
1. Rebuff. conſ. 192. n. 5. Petr. Gregor. de
beneſic. c. 28. n. 11.* cum alijs per *Garz. eod.
tit. p. 11. c. 3. n. 35. 36. & 217. & c. 4. n. 34.
part. ead.*

Et quamuis reſignans excuſetur, quando habuiſ-
ſet probabile dubium nullitatis reſignationis,
12 & exiſtentiæ iuriſpatronatus, † itaut illo ſtan-
te non abdicaſſet ius per talem reſignationem
Rot. deciſ. 214. n. 5. p. 1. diuerſ. Tamen in ca-
ſu, de quo agimus, nullum adeſt probabile du-
13 bium, immo maxima culpa, mala fides, † &
clara ſcientia iuriſpatronatus, ad quod fuit
præſentatus, & inſtitutus, cum poſſeſſione
per plures annos, itaut non potuerit illud reſi-
gnare tanquam liberum, tacendo dictam qua-
litatem, adeo vt ob falſam expreſſionem
14 meritò † debeat carere impetratis *c. ſuper
litteris. 20. de reſcript.* tanquam ſurreptio
annullet ipſo iure impetrata *Felin. in c. ad
audientiam. il 2. n. 22. de reſcrip. Aim. conſ.
68. n. 2. Socin. conſ. 13. col. 3. lib. 1.* cum alijs
per *Pariſ. de reſignat. lib. 10. q. 2. n. 4.* vbi am-
pliat etiam ſi fuerit in quantumuis minima
parte *Put. deciſ. 131. n. 2. lib. 1.* Et cum reſi-
gnans fuerit in culpa, & impedimentum præ-
ſtiterit, ex quo actus remanet nullus, dicitur
15 per ipſum ſtare, † itaut nihil ei poſſit ſuffra-
gari *l. in iure ciuili. 121. ff. de regul. iur. l.
in executione. 85. in fin. ff. de verb. obligat.
l. labeo ſcribit. 50. ff. de contrah. empt. l. 1. C
de his quæ ſub mod. l. iure ciuili. 24. de con-
dition. & demonſtrat. Alex. conſ. 102. col. 1.
n. 1. lib. 1. Dec. conſ. 629. in occurrenti caſu.
n. 7. ad med.*

EPITOME.

VErba ordine ſucceſſiuo an excludant repreſentationem, itaut filius non ſubintret in locum patris, & non concurrat cum patruo. ¶ Et quid in clauſula de vno in alium. ¶ Seu ſalua gradus prærogatiua. ¶ Vel ex æquis portionibus. ¶ Vel ſtante ſpeciali vocatione fratrum. ¶ Seu reſtricta ad ſupradictos, & ſupra ordinatos, & nominatos. ¶ Simultanea ſucceſſio ex quibus verbis excludatur. ¶ Prius vocati quando cenſendi ſint magis dilecti, itaut eis ſit debita hereditas potius, quam alijs. ¶ Ordinatio teſtatoris an ſignificet ſeriem, & collocationem vocatorum, quæ debeat adimpleri abſque aliqua ſuppletione.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio eſt debita prius nominatis, qui præſumuntur magis dilecti. n. 2.*

3 *Clauſula ordine ſucceſſiuo operatur, vt vocati ſuccedant gradatim ad fideicommiſſum, itaut vnus primi gradus prius admittatur, & poſt eū alius ſequēs, adeo vt priore admiſſo cenſeatur grauatus de reſtituēdo ſequenti in gradu, quidquid ſecus ſit in vulgari.*

4 *Verba ordine ſucceſſiuo faciunt, vt filius non veniat ſimul cum patre, & deſignant idem ac ſi exprimatur de vno ad alium, n. 5. & 18. & oſtendunt fideicommiſſum ſucceſſiuum. n. 6.*

7 *Simultanea ſucceſſio ex quibus verbis excludatur.*

8 *Geminatio verborum excludit aliam interpretationem.*

9 *Filius ſubintrat in locū patris, quādo agitur de ſucceſſione aui, vel patrui. Et quid ſi adſint verba ordine ſucceſſiuo. n. 10. & 11. vel vocatio ſit reſtricta ad ſupradictos, & ſupra nominatos. Et quid talia verba operentur. n. 12.*

13 *Specialis nominatio fratrum prius vocatorum facit, vt illis ſit danda prælatio, excluſa repreſentatione, ſeu admiſſione nepotum ex filio cum patruo.*
14 *Verba, vt ſupra ordinatoriũ, ſignificãt ſeriem, collocationem, & diſpoſitionẽ, itaut prius nominati, & magis dilecti præferãtur cæteris.*
15 *Ordinatio, & diſpoſitio expreſſe facta per teſtatorem eſt præciſe ſeruãda abſque aliqua ſuppletione.*
16 *Vocatio ex æquis portionibus facit, vt teſtator nõ dicatur de nepotibus cogitaſſe, maxime in tranſuerſalibus, non in deſcendentibus. n. 17.*
19 *Clauſula de vno in alium, & ſalua gradus prærogatiua, & ſimiles excludũt cõeulcationem vocationũ, & repræſentationẽ. & n. 20.*

CAP. DCCCXXXVI.

PRæferendos eſſe dixi Comitem Scipionem
& Horatium fratres filijs Octauij in ſuc-
ceſsione bonorum, de quibus agimus, Nam
ex teſtamento exhibito clare apparet illos eſſe
ſpecialiter vocatos, & nominatos per teſta-
torem, nepotes autem filios Octauij inſtitu-
1 tos in caſu ſubſtitutionis, † vnde ſucceſsio eſt
debita prius nominatis *l. cum ita. §. in fidei-
commiſſo. ff. de legat. 2. Gloſ. in l. fin. in verb.
nulla ſpeciali. C. de verbor. ſignificat. Ang.
conſ.* 306. *chariſſime frater. verſ. circa quæ-
ſtionem. Dec. conſ.* 480. *in caſu qui contin-
2 git. n. 11.* † vbi etiam quod hoc eſt ratione
maioris dilectionis, quæ præſumitur in prius
nominatis *l. cum pater. §. à te peto. ff. de le-
gat. 2. l. heredes. §. fin. ff. ad trebellian. l. quo-
ties duobus. ff. de vſufruct.*

Maxime, quia teſtator expreſſe prohibuit in ca-
ſu obitus Horatij equitis Hieroſolymitani,
quod ſua bona, nec aliqua pars illorum, nec
vſusfructus, & ius aliquo modo perueniat ad
Religionem Melitenſem, ſed omnia bona &
vſusfructus perueniant, vt ſupra in ſupradi-
ctos per ſe, vt ſupra nominatos, & ordinatos
ordine ſucceſſiuo, ex quibus verbis apparet
quod cum nepotes non ſint nominati, neque
ordinati à teſtatore, non debent ſuccedere, ſed
3 illis ſunt præferendi heredes inſtituti, † ſtan-
te præſertim illa clauſula, ordine ſucceſſiuo,
per quam vocati ſuccedunt gradatim ad fidei-
commiſſum, itaut vnus primi gradus prius
admittatur, & poſt eum alius ſequentis gra-
dus, adeo vt priore admiſſo etiam effectuali-
ter cenſeatur grauatus de reſtituendo ſequen-
ti in gradu, quando ſumus in fideicommiſſo,
nam in vulgari ſubſtitutione per d. verba pri-
mo admiſſo, excluderentur ſequentes, late
Pariſ. conſ. 11. *n.* 28. *vſque ad* 39. *lib. 3. So-
cin. conſ.* 113. *col. 3. ad med. n. 6. lib. 1. & conſ.
43. col. 5. & 6. n. 8. & 9. lib. 3. & in l. gallus. §.
quidam recte. n. 6. q. 4. poſt Caſtr. ibid. ff. de li-
ber. & poſthum.* cum alijs per *Simon. de Pret.
de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 2. n.
4. fol. 332. Gualdẽſ. de art. teſtand. tit. 4. de he-
redib. inſtituend. n. 1. in fin. verſ. quod ſi teſta-
4 tor velit. tom. 8. p. 1. fol. 120.* † vbi dat cautelam
vt ponantur expreſſe iſta verba, ordine ſucceſ-
ſiuo, ad effectum, vt filius non veniat ſimul cum
patre, tunc enim non eſt diſcedendum à vo-
luntate præciſa diſponentis, tanquam expreſ-
5 ſio verborum ordine ſucceſsiuo, † ſeu ſucceſſi-
ue deſignent idem, ac ſi exprimatur de vno in
alium *l. cum pater. §. cum extimaret. verſ. iu-
re ſucceſſionis. ff. de legat 2. l. ſi heredibus. §.
qui filium. vbi Gloſ. ff. de teſtamentar. tutel.
6 Sim. de Pret. d. ſolut. 2. n. 4. in fin.* † vbi etiam
quod verba de vno in aliũ oſtendunt fideicom-
miſſum ſucceſſiuum *Dec. conſ. 481. in caſu de
quo perusy. col. 1. n. 3. ad med. Bero. conſ. 84. n.
14. lib. 2. Gabr. de fideicommiſ. concluſ. 9. n. 16.*

Præſertim, quia teſtator per tres vices expreſſit
talẽ clauſulam ordine ſucceſſiuo, vt in *verſ.* ſed
volo ea omnia bona & eorum vſumfructum. &
verſ. in dictos ſupra ſcriptos per me, vt ſupra
nominatos ordine quo ſupra. & *verſ.* & prohi-
beo peruenire, & quod perueniant, per quã ge-
minationem magis oſtenditur voluntas diſpo-
7 nẽtis, quod † voluerit ſua bona trãſire prius in
vocatos, & poſtea in alios reiecta ſimultanea
ſucceſſione, vt in propoſito notat *Pariſ. conſ.
88. n. 17. lib. 2. & conſ. 141. n. 38. eod. lib. &
conſ. 11. n. 25. lib. 3.* iuxta doctrinam *Bart. in
l. ſancimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. &
8 in l. haletta. ff. ad trebellian.* † Itaut alia inter-
prætatio, aut declaratio non poſſit dari ſtante
tali geminatione *Gozad. conſ. 30. col. 1. Sim.
de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. ſo-
lut. 4. n. 24. fol. 158. Aim conſ. 105. n. 4. & la-
tius conſ. 201. n. 42. Socin. Iun conſ. 133. col. 4.
n. 6. & 7. lib. 1. poſt Bald. in c. eã te. col. 2. de re-
ſcript. Oldrad. conſ. 253. in fin. Natt. conſ. 160.
n. 31. Roland. conſ. 58. in fin. lib. 1. Menoch.
conſ. 63. n. 13. Bero. conſ. 21. n. 24. Surd. conſ. 10.
n. 54. lib. 1. & conſ. 179. n. 18. lib. 2.*

Neque obſtat, quod de iure cõmuni filius ſubin-
9 tret in locum patris † quando agitur de ſuc-
ceſſione aui, vel patrui *auth. ceſſante. C. de le-
git. hered. Couarr. pract. quæſt. c. 38. n. 4.* vnde
etiam talis clauſula, ordine ſucceſſiuo, non ex-
cludet ordinem ſuccedendi legalem ab inteſta-
to, cum illa æquipolleat clauſulæ eo modo quo
10 ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, † vel ad quos de
iure ſpectat, vel de iure debet peruenire, vel
ſecundum iuris diſpoſitionẽ, cum ſimilibus, de
quibus per *Marzar. de fideicommiſ. p. 2. in
verb. ordine ſucceſſiuo. n. 16. fol. 6.* iuxta tradita
per *Doct. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de li-
ber. & poſthum.*

Quia omiſſa huiuſmodi diſputatione an in caſu
11 noſtro detur iſta repræſentatio, † cum contra-
rium concludat *Alex. cõſ. 129. n. 5. lib. 5.* Re-
ſpondetur, quod teſtator non poſuit ſolum ver-
ba, ordine ſucceſſiuo, ſed etiam addidit, quod
omnia ſua bona cum vſufructu illorum per-
ueniant, vt ſupra, in ſupraſcriptos per me,
vt ſupra nominatos, & ordinatos ordine ſuc-
12 ceſſiuo, † ex quibus verbis colligitur eſſe
exclu-

Digitized by Google

excluſam omnem repreſentationem, tanquam illa ſint perſonaliſſima, & ad oculum demonſtratiua, & quorum nomina poſſunt legi in teſtamento, operando idem ac ſi eadem nomina ſingulorum eſſent ſpecificata, itaut ad alios non referantur, & omnino tunc excludantur nepotes, & alij quicunque non expreſſi *Imol. in l. ſi quis filium. §. vlt. vbi Aret. ff. de acquir. hæredit. Curt. Iun. conſ. 58. col. 1. in fin. Ruin. conſ. 29. n. 4. cum ſeq. lib. 2. poſt Bart. in l. ſi enim ſerui. §. 1. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 140. n. 3. & 6. lib. 6. & conſ. 173. n. 4. lib. 5. Surd. conſ. 394. n. 4. & 5. lib. 3. & de alim. tit. 8. priuil. 31. n. 4. & tit. 9. q. 33. n. 32. Honded. conſ. 86. n. 12. lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 713. n. 2. & 3. p. 1.* late *Ruſtic. ad l. cum auus. lib. 6. c. 14. n. 52. vſque ad 55. ff. de condit. & demonſtrat. Craſſ. in §. fideicommiſſum. q. 10. n. 12. verſ. porro ex coniectura. Gabr. conſ. 121. n. 22. lib. 1. Aim. conſ. 98. n. 9. Rimin. Iun. conſ. 464. n. 26. lib. 4. & conſ. 632. n. 32. lib. 6. & conſ. 690. n. 17. eod. lib. Decian. conſ. 2. n. 21. & conſ. 54. n. 28. lib. 2.*

Cum etiam vltra clauſulam illam ſupraſcriptos
adſint verba vt ſupra nominatos, quæ magis
arguit expreſſionem nominum inſtitutorum,
13 itaut † ſtante illa ſpeciali nominatione fratrũ
prius vocatorũ, danda ſit illis prȩlatio, excluſa
repræſentatione, ſeu admiſſione nepotum ex
filio cum patruo *Card. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 4. poſt Ruin. conſ.
201. n. 9. in fin. & n. 11. & 12. lib. 2. Ruſtic.
ad l. cum auus. lib. 6. c. 14. n. 54. verſ. ſecundo
quod ſi filij. ff. de condition. & demonſtrat.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, cum vltra prædicta,
addita fuerit per teſtatorem dictio vt ſu-
14 pra ordinatorum, † per quam ſignificatur ſeries,
collocatio, & diſpoſitio, itaut prius nominati,
& magis dilecti præferantur cæteris,
tot. tit. ff. quis ord. in bonor. poſſeſſ. ſeruet. Rebuff.
*in l. pupillus. 239. §. munus publicum.
col. 5. ad med. & col. 6. etiam ad med. ff. de
verbor. ſignificat. fol.* 1052. & 1053. iuxta *l.
inter cætera. ff. de liber. & poſthum. l. caius.
de pignor. act. l. videamus. ff. de adil. edict.*
15 Adeo vt ab iſta ordinatione, † ſeu diſpoſitione
per teſtatorem expreſſe facta non ſit recedendum,
neque aliquid ſupplendum vltra ea
quæ ipſe ordinauit, & diſpoſuit in huiuſmodi
vocatione ordine ſucceſſiuo *Guald de art. teſtand.
tit. 4. n. 1. in fin. tom. 8. p. 1. fol.* 120.
*Sim. de Pret. de interpretat. vltim. voluntat.
lib. 3. ſol. 2. n. 4. fol. 332. ad med. verſ. eo magis.*

Stante præſertim vocatione ex æquis portioni-
16 bus in teſtamento appoſita, † per quam colligitur
ipſum teſtatorem de nepotibus non cogitaſſe
*Card. Mantic. de coniectur. vltimar.
voluntat. lib. 8. tit. 8. n. 10. poſt Socin. Iun.
conſ. 30. n. 25. verſ. quarto & vltimo. lib. 3.*
17 vbi etiam † quod hoc maxime procedit, quãdo
prout in caſu noſtro, ſumus in tranſuerſalibus
non in deſcendentibus iuxta *conſ. Ott. Nicolin.
inter conſ. Socin. 153. quod eſt vlt. col. 3. in
princ. verſ. maxime cum dixerit. lib. 1.*

Quibus additur, quod iſta clauſula ordine ſucceſ-
ſiuo æquiparatur clauſulæ de vno in alium,
18 ſeu de gradu in gradum, † ſeu de vno ad alterum,
ſiue ſalua gradus prærogatiua, cum ſimilibus
*Marzar. de fideicommiſ. p. 2. in verb.
ordine ſucceſſiuo. n. 16.* cum alijs in *tract. de
clauſul. p. 3. clauſ. 14. & 74. Dec. conſ. 1. n. 1.*
19 Stantibus autem prædictis clauſulis non fit
conculcatio vocationum, ſed excluditur repræſentatio
*Caſtr. in auth. defuncto. col. 1. in
fin. C. ad tertull. Pariſ. conſ. 30. n. 55. & conſ.
40. n. 25. lib. 2. Aim. conſ. 67. n. 5. poſt princ.
verſ. ſed tamen loquitur. Curt. Iun. conſ.
154. n. 9. & in l. ſi auia. n. 15. C. de ſucceſſor.
edict. Gozad. conſ. 4. n. 33. Couar. pract. quæſt.
c. 38. n. 4. verſ. quarto vbi fideicommiſſum.*
20 *Dec. conſ. 408. in princ. & n. 12.* † Quodquid
aliud ſentiat *Socin. Iun. conſ. 126. n. 11. cum
ſeq. lib. 1.* cum ſit ſibi contrarius, vt in *conſ. 20.
in fin. lib. 3.* & contra eum ſit verior opinio
& magis communis, vt late teſtatur *Card.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit.
9. n. 9. Craſſ. in §. fideicommiſſum. q. 11. n. 8.
Pereg. eod. tit. art. 21. n. 3. cum ſeq. Molin.
de primogenit. hiſpan. lib. 3. c. 8. n. 16. Sim. de
Pret. de interpratat. vltim. volunt. dubit. 4.
ſolut. 6. n. 23. fol. 339.*

E P I T O M E.

EXcommunicatio an incurratur per iactum haſtæ in clericum, ſi non ſequatur percuſſio, quamuis adſit animus percutiendi. ¶ Et quando licitum ſit vim vi repellere, etiam cum exceſſu in ſe defendendo, & occurſu ante tempus, ne quis à clerico percutiatur abſque metu cenſurarum. ¶ Repercuſsio an permittatur, ſi quis poteſt euadere, & non euaſit, itaut non habeat locum pœna excommunicationis. ¶ Abſolutio ad cautelam an detur ab omnibus cenſuris latis ab homine, ſeu à iure. ¶ Epiſcopus quando poſſit abſoluere ſubditum in foro interiori à ſuſpenſione reſeruata Sedi Apoſtolicȩ, ¶ Et quo caſu diſpenſet ab irregularitate poſt delictum in iudicium deductum. ¶ Cauſæ omnes in prima inſtantia an debeant cognoſci per Epiſcopum. ¶ Et an illius conſenſus ſufficiat, vt alibi cognoſcantur ſi partes contradicant. ¶ Et quid ſi lis adſit cum Epiſcopo. ¶ Adiunctus quando ſit dandus tam Iudicibus in Curia, quam extra. ¶ Ordinarius an poſſit recuſari in totum tam de iure Canonico, quam ciuili.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio non incurritur per iactum haſtæ in clericum, ſi non ſequatur percuſſio, quamuis adſit animus percutiendi.*
2 *Percutiens clericum ob cauſam defenſionis non eſt excommunicatus.*

Digitized by Google

3 *Vim vi repellere licet incontinenti abſque incurſu excommunicationis etiam ſcienter & deliberate faciendo. n. 3.*

4 *Exceſſus in ſe defendendo quando conſideretur, & faciat incurrere in pœnas ſpirituales, & temporales.*

5 *Repercuſſio eſt licita pro ſui defenſione, quamuis poſſet quis euadere, & non euaſit, & non habet locum pœna excommunicationis.*

6 *Licitum eſt occurrere ante tempus, quando quis probabiliter timet, ne à Clerico percutiatur, neque ex iſta præuentione incurritur excommunicatio.*

7 *Abſolutio ad cautelam ſemper ſolet dari ab omnibus cenſuris tam latis ab homine, quam à iure, ſi eſt probabile dubium iuris, & facti, & quando ſit tale dubium. n. 8.*

9 *Epiſcopus poteſt abſoluere ſubditos in ſua diœceſi in foro interiori ab omni ſuſpenſione iuris etiam reſeruata Sedi Apoſtolicæ, dummodo delictum non ſit deductum ad iudicium in foro contentioſo. n. 10. & 11. Declara vt n. 12.*

13 *Epiſcopus quando poſſit diſpenſare ſuper irregularitate. & n. 14*

15 *Omnes cauſæ in prima inſtantia relinquuntur examini & iuriſdictioni epiſcopi.*

16 *Ordo confunditur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruetur.*

17 *Cauſa in prima inſtantia non poteſt committi etiam de conſenſu epiſcopi, niſi partes conſentiant.*

18 *Iudex ordinarius non recuſatur de iure ciuili in totum, ſed datur adiunctus, ſecus de iure canonico. n. 19.*

20 *Adiunctus datur per Signaturam tam Iudicibus Romanæ Curiæ, quam extra, qui cenſebitur datus priuatiuè, vt primus Iudex ſolus non habeat iuriſdictionem.*

21 *Poſt litem conteſtatam, ſi oritur ſuſpitio, datur adiunctus.*

22 *Cauſa inter Epiſcopum litigantem cum aliquo eſt cognoſcenda in partibus, & ſtante ſuſpitione committitur viciniori.*

CAP. DCCCXXXVII.

NOn incidiſſe D. Antonium in aliquas
cenſuras concludendum eſt, Nam
quamuis erecta manu minatus fuerit alapa
percutere D. Lelium ſibi mentitam inferentem,
tamen nec eum percuſſit, nec percutere
potuit, propter diſtantiam, quæ inter ipſos
erat, & ob impedimentum quod præbebat
menſa in medio eorum exiſtens, tunc enim
1 non incurritur aliqua excommunicatio, † cum
non adſit iniectio manus in perſonam clerici,
nec in res ſibi adhærentes, nec ſufficit metus
verbalis tantum, vel realis ſine tactu etiam ſi
adeſſet intentio percutiendi, nam conatus ſine
effectu non obeſt in hoc propoſito, vt in caſu
ſimili; de vibrante haſtam, baculum, aut gladium
volente percutere clericum, qui ſi non
percutiat non erit excommunicatus *Hoſt. in ſumm. lib. 5. tit. de ſentent. excommunicat. §. in primis. n. 9. fol. 1895. Angel. in verb. excommunicatio. 5. n. 29. Silueſt. eod. tit. 6. n. 5. verſ. octauo. Sair. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. 3. c. 26. n. 31.*

Neque poteſt prætēdi incurſus excommunicationis
ex his, quæ ſubſecuta ſunt poſt eleuationem
manus factam per Antonium contra
2 eumdem Lelium, † omnia enim geſta ſunt ad
defenſionem, nam ſtatim idem Lelius vir robuſtus,
ſtaturæ proceræ, & ſucci plenus viſa
eleuatione manus ſe proripuit aduerſus Antonium
exilem, macrum, ac debilem, eumq. impulit
contra parietem, pugnis percutiendo,
itaut licuerit pro ſua defenſione accipere
atramentarium ligneum, quod in eadem menſa
intermedia exiſtebat, & cum eo ſe omni meliori
modo defendere, & percuſſionem procurare,
vt ab eius manibus euaderet, cum Lelius
manus in gutture contra eum appoſuiſſet, ſub
dubio ſuffocationis, quamuis fruſtra & in vanum
laborauerit tanquam ab eodem in terram
proſtratus, adeo vt male immo peſſime
cum eo actum fuiſſet, niſi ſeparatio per amicos
ibidem exiſtentes contigiſſet, & quamuis
Lelius poſt huiuſmodi rixam finitam repertus
fuerit atramento, & ſanguine pollutus, & in
3 tempore dextro vulneratus, † Tamen non ex
hoc poteſt dici, quod inciderit in aliquam excommunicationem,
cum licuerit incontinenti
vim vi repellere etiam ſcienter, & deliberate
faciendo *c. ſi vero. il 1. de ſentent. excommunicat. D. Thom. in addit. 3. part. q. 24. art. 1. Hoſtienſ. in ſumm. lib. 5. tit. de ſentent. excommunication. §. ſuper illo. verſ. decimo. n. 4. Caietan. in verb. excommunicatio. c. 10. §. nota ſexto. verſ. ſecundus. Nauar. in manual. c. 27. n. 82. verſ. decimaquinta. Abb. in c. olim. il 1. de reſtitut. ſpoliator. Aſtenſ. in ſumm. p. 2. lib. 7. tit. 3. art. 1. q. 8. verſ. decimo. Philiarc. de offic. ſacerdot. c. 33. notab. 3. caſ.* 12. cum alijs per *Sair. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. 3. c. 27. n. 17. Duard. in commentar. ad Bull. cœnæ. lib. 2. canon. 11. q. 11. n. 7. Alter. de cenſur. ad eamdem Bull. cœnæ. lib. 5. c. 5. diſputat. 12. col. 2. in princ. verſ. ex dictis ſequitur. Anton. p. 3. tit. 25. c. 1. §. quarto notandum. verſ. ſextus. Vgolin. de cenſur. Pontific. reſeruat. p. 2. §. 2. n. 1. ad med. fol. 285. Rebuff. in prax. beneficial. in expoſit. Bullæ cœnæ. art. 8. verſ. ſecundò.* & concludunt omnes *in c. fin. vbi Gloſ. in verb. percuſſerit. & Gemin. n. 11. Franc. col. 1. de pœnis. in 6.*

Nec obſtat, quod hæc omnia debent fieri cum
moderamine inculpatæ tutelæ, quod in
caſu noſtro non videtur concurrere, nam
Antonius pugnis percuſſus, & inuaſus ſine
armis non debuit reſiſtere cum atramentario,
cum quo forſam vulnerauit Lelium,
4 Quia † huiuſmodi exceſſus non eſt conſiderandus,
nec facit incurrere pœnas temporales
vel

Digitized by Google

vel ſpirituales, niſi quando eſſet ex propoſito, & ex deliberatione, ſecus quando, prout in caſu noſtro, fuit inaduertenter, & ex improuiſo, & incidenter, tunc enim verberans Clericum cauſa defenſionis nõ incurrit in excommunicationem, quamuis excederet modum inculpatæ tutelæ, tanquam ad eam incurrendam requiratur dolus, vt in ſpecie concludit *Sair. de cenſur. lib. 3. c. 27. n. 20. poſt Gloſ. in c. ſignificaſti. il 2. in verb. tutela ad med. verſ. tamen ſi quis modum. de homicid. & in c. cum voluntate. 54. in princ. in verb. voluntate. de ſentent. excommunicat.*

Amplius erit licita repercuſſio pro ſui defenſio-
5 ne, quamuis poſſet quis euadere, † & non euaſit, tanquam fuga ſit quædam iniuria, & fugienti confuſio, & læſio honoris, ideo neque tunc incurritur in aliquam pœnam excommunicationis, quia hæc licita defenſio non arctatur ad caſum, quo inuaſus non poteſt aliter ſe, & ſua ſaluare, ſed rationabiliter etiam extenditur, quãdo quis cum læſione honoris poteſt euadere *Bart. in l. 1. C. vnde vi. Abb. in c. olim cauſam. n. 17. de reſtit. ſpoliator. Angel. in verb. excommunicatio. 5. n. 25. Sair. de cenſur. lib. 3. c. 27. n. 21. Duard. ad Bull. cœna. lib. 2. canon. 11. q. 11. col. vlt. in princ. fol. 436. Vgolin. de cenſur. Pontific. reſeruat.*
6 *p. 2. §. 2. n. 6. fol. 287.* † vbi etiam *n. 2.* quod licitum erit occurrere ante tempus, quando quis probabiliter timet, ne à clerico percutiatur, neque enim bonum eſt poſt vulneratam cauſam remedium quærere, cum melius ſit præuenire percutientem, itaut ex hac præuentione nulla excommunicatio incurratur *Gloſ. in c. ſi perfodiens. in verb. ſecularibus. de homicid. & in c. ſuſcepimus. eod. tit.*

Verum quia tractatur de periculo animæ, crederem tutius eſſe petere abſolutionem ad cau-
7 telam, † quæ ſemper ſolet dari ab omnibus cenſuris tam latis ab homine, quam à iure, quando eſt probabile dubium iuris & facti *Io. Andr. Domin. & Anchar. in c. ſolet. de ſentent. excommunicat. in 6. Gennenſ. in prax. Archiepiſcop. c. 5. n. 3.* vbi quod idem eſt in ſententijs latis per ſtatuta ſynodalia *Henric. Bott. de ſynod. epiſcop. p. 3. concluſ. 13. n. 112.* Quod dubium in caſu noſtro videtur concurrere, an videlicet fuerit exceſſum circa ter-
8 minos inculpatæ tutelæ in ſe defendendo, † & cui competat hæc abſolutio an epiſcopo, vel alijs ſuperioribus, aut Sedi Apoſtolicæ, vt in ſpecie notat *Sair. de cenſur. c. 17. lib. 3. n. 7. poſt Anchar. in c. ſolet. n. 5. vbi Franc. & Gemin. in §. in ſecunda. n. 11. Cotta. n. 27. & 49. de ſentent. excommunicat. in 6. Nauar. in manual. c. 27. n. 277. & 278. Vgolin. de cenſur. eccleſiaſt. tab. 1. c. 22. §. 1. n. 9.*

Maxime quia licet poſt *Concil. Trident. ſeſſ. 24.*
9 *c. 6. de reformat.* † poſſit Epiſcopus ſibi ſubditos in ſua diœceſi abſoluere in foro interiori ab omni prorſus ſuſpẽſione iuris quãtũcunque
10 reſeruata Sedi Apoſtolicæ, † Tamen aliud eſt, quando, prout in caſu noſtro, ſumus in delicto deducto ad forum cõtentioſum cum citatione
11 partis, † quo caſu dicitur in iudicium deductum *Gennenſ. in prax. c. 67. n. 5.* tunc enim videtur, quod Epiſcopus perdat omnino facultatem abſoluendi poſtea ab illa cenſura, niſi quando reus ſe ita defendiſſet, vt liberaretur per ſententiam, & declararetur innocens, nam tunc poſſet ſimpliciter per Epiſcopum abſolui, quaſi tunc deductio ad forum contentioſum ſit finita per ſententiam, adeo vt reus non ſit paſſus aliquod detrimentum
12 in ſua fama, † ideo taliter manet crimen occultum, ſicut antea fuit, prout in propoſito noſtro declarat *Sair. de cenſur. lib. 4. c. 17. n. 23. & lib. 2. c. 7. n. 12. Sanchez. de matrimon. lib. 2. diſputat. 37. n. 12. & lib. 8. diſputat. 34. n. 57. Molin. de inſtit. tract. 3. diſput. 79. n. 8. Auil. de cenſur. p. 7. diſput. 1. dub. 11. concluſ. 3. Suar. eod. tract. diſ. 41. ſect. 2. n. 6. Vinald. in candelabr. aur. tit. de excommunicat. n. 42. Iacob. de Graff. lib. 1. deciſ. p. c. 13. n. 42. & tom. 2. conſil. lib. 5. tit. de homicid. conſ. 2. n. 20. Veg. in ſumm. p. 2. c. 15. caſ. 2. Gennenſ. in prax. c. 67. n. 5. & 6.*

Prout dicimus de irregularitate, circa quam
13 epiſcopus non poteſt diſpenſare, † poſtquam delictum fuit deductum ad forum contentioſum iuxta *Concil. Trident. d. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat.* Intelligendo lite durante, nam ſi quis denunciatus fuerit iudici de crimine grauí, quod induceret irregularitatem, vel de
14 eodem ſit inquiſitus, ſeu accuſatus, † ſolus Papa diſpenſat, vt pendente accuſatione, denunciatione, aut inquiſitione poſſit promoueri *Maiol. de irregular. lib. 3. c. 17. n. 8. Henriq. lib. 14. c. 17. §. 17. Sair. de cenſur. lib. 7. c. 7. n. 10. iuxta c. omnipotens. vbi Gloſ. de accuſation. c. tantis. diſtinct. 81. Specul. de diſpenſat. c. iuxta. verſ. item denunciatus. & verſ. item accuſatus.*

Quo vero ad monitorium tranſmiſſum Antonio per Curiam Epiſcopalem, poterit Epiſcopus recuſari, & per Congregationem Epiſcoporum prouideri, ne vlterius procedatur in cauſa, prout paſſim ſtante aliqua cauſa ſuſpitionis
15 conceditur, † Quamuis enim per *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reformation.* omnes cauſæ maxime criminales in prima inſtantia examini & iuriſdictioni Epiſcopi tantum relinquantur, quod quidem ſtatutum eſt ob fauorem ordinariorum, ne eorum iuriſdictio minueretur,
16 quia ordo confunditur, † quando vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur *c. pervenit. 36. in fin. 11. q. 1.* Et etiam in fauorem partium, tanquam inhumanũ ſit facere in longinqua patria pro parua cauſa immodicos litis anfractus,
17 Ideo niſi partes conſentiant † non poteſt cauſa in prima inſtantia committi ex ſolo conſenſu epiſcopi, vt reſoluit *Congregatio Concilij. 27. Iunij 1585.*

Nihilominus quidquid ſit de iure ciuili, ſecundum
18 quod Iudex ordinarius † non recuſatur in totũ, ſed

ſed ei datur adiunctus *l. apertiſſimi. C. de iudic.* Aliud tamen eſt de iure canonico, iuxta
19 quod poteſt ordinarius † in totum recuſari *c. ſi quis contra clericum. de for. competent. c. cum ſpeciali. vbi Abb. in 1. notab. de appellationib. Roman. ſing. 455. Mandoſ. form. 8. commiſ-*
20 *ſion. in verb. adiunctum. col. 3. fol. 54.* † vbi quod per Signaturam datur adiunctus tam Iudicibus Romanæ Curiæ, quam extra, qui cenſebitur datus priuatiuè, ad hoc vt primus Iudex ſolus non habeat exercitium iuriſdictionis, alias nulliter procedet *Ruin. conſ. 5. habita. col. 4. lib. 5. Gemin. conſ. 24. quia diffuſe. col. penult. verſ. ſuper ſexto. Mandoſ. d.*
21 *form. 8. in verb. adiunctum.* † vbi etiam quod poſt litem conteſtatam dabitur adiunctus, ſi poſt illam emergit ſuſpitio *c. inſinuante. de offic. delegat. Felin. in c. paſtoralis. de exception. Iaſſred. decis. 40. Roman. ſing. 352. tu ſcis quando exceptio declinatoria. n. 1. Rebuff. de recuſationib. art. 1. gloſ. 2. n. 2. & gloſ. 6. n. 1.*
22 ¶ Quare † ſi litigans ſit Epiſcopus, licet cauſa inter eum & collitigantem debeat cognoſci in partibus, Tamen ſtante ſuſpitione committitur viciniori, vt cenſuit *Congregat. Concilij. 27. Iunij* 1585.

E P I T O M E.

Verba concedo, applico, & approprio, an inducant tranſlationem dominij, & donationem, & facultatem alienandi. ¶ Nomen proprietatis quod ſignificet. ¶ Et an idem ſit quod dominium. ¶ Bona feudalia redacta ad allodialia quando poſſint libere alienari. ¶ Vtilitas euidens eccleſiæ qualis dicatur, itaut valeat alienatio abſque ſolemnitatibus. ¶ Verbum habere quando referatur ad dominium, & poſſeſſionem. ¶ Et an eum habere dicamus qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur re quolibet modo acquiſita. ¶ Ex impoſitione cenſus facta ſuper domo, quam quis habet, an ſit probata poſſeſſio. ¶ Alienatio in augmentum feudi an valeat abſque aſſenſu domini directi. ¶ Eccleſia an poſſit inuito creditore ſtare contractui nullo ob defectum ſolemnitatum.

S V M M A R I V M.

1 *Commutatio voluntatis ad fauorem Collegij.*
2 *Verba concedo, applico, & approprio inducunt tranſlationem dominij, & donationem n. 3. & facultatem alienandi, & liberè diſponendi. n. 17. & 18.*
4 *Proprietas & dominium ſunt idem.*
5 *Nomen proprietatis nihil aliud denotat quam proprium patrimonium, ſiue rem ipſam propriam, quam habemus.*
6 *Verbum habere refertur ad dominiū, & poſſeſſionem. Amplia vt n. 14. & 16.*
7 *Poſſeſſio probatur ex inſtrumento impoſitionis cenſus, in quo aſſeritur quod quis habet domum pro indiuiſo. & n. 9.*
8 *Non probatur poſſeſſio & dominium, ſi in libro Monaſterij aſſeratur, quod illud habet talem domum.*
10 *Habere eum dicimus qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur re quolibet modo acquiſita.*
11 *Cenſus non ſolet imponi ſuper bonis alienis, ſed proprijs.*
12 *Pactum de tradendo rem arguit poſſeſſionem eſſe apud eum, qui tenetur tradere.*
13 *Verba ſunt intelligenda iuxta ſubiectam materiam.*
15 *Conculcatio verborum admittitur ad tollendam dubitationem.*
19 *Bona feudalia redacta ad allodialia poſſunt libere alienari.*
20 *Prohibitio ceſſat extincta cauſa prohibitionis.*
21 *Vtilitas euidens eccleſia qualis dicatur, & an æquiparetur neceſſitati.*
22 *Alienatio vtilis rerum eccleſia eſt valida ſine ſolemnitatibus.*
23 *Alienatio in augmentum feudi valet ſine aſſenſu domini directi.*
24 *Eccleſia poteſt inuito contrahente ſtare contractui nullo ob defectum ſolemnitatum.*

C A P. DCCCCXXXVIII.

Ex Bulla Gregorij XIV. exhibita apparet,
1 quod auctoritate apoſtolica † fuit mādatum Epiſcopo Spoletano, vt Venerabili Collegio Societatis IESV erigēdo, & inſtituendo, ex nunc, prout poſtquam ſic erectum, aut inſtitutum fuerit pro illius eccleſia, concedat, applicet, & appropriet eccleſiam Conceptionis B. Virginis Mariæ, & pro dote, aut ſubſidio dotis vniuerſalem hęreditatem Io. Baptiſtæ Oliuæ ad ipſam Eccleſiam Conceptionis delatam, ac omnia bona, proprietates, & iura in & ſuper ea comprehenſa cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, ſpeciei, & valoris illa exiſtant, tam quæſita, quam quærenda, ac omnia & ſingula legata pia cum facultate eidem Collegio conceſſa capiendi propria auctoritate poſſeſsionem tam dictæ eccleſiæ Conceptionis, quam hæreditatis, & legatorum, iurium, & pertinētiarum quarumcunque, ac fructus, prouentus, emolumenta, redditus, & obuentiones exigere, percipere, leuare, recuperare, locare, diſlocare, adminiſtrare, & in communes vſus eiuſdem Collegij, & vtilitatem conuertere abſque licentia Dioceſani loci, aut alicuius alterius, ſed ſolum præcedente aſſenſu modernorum Confratrum eiuſdem Confraternitatis, Commutando omnia & ſingula onera miſſarum, & officiorum, & alia quæcunque occaſione d. hæreditatis in exercitia, & pia opera, & miniſteria eiuſdem Societatis IESV, cum alijs latius in eadem Bulla contentis.

Ex quibus conſtat, quod omnia bona, & alia quęcunque ad dictam hæreditatem pertinentia pleno iure ſpectant ad Collegium poſtea erę-

ctum

ctum non ſolum quo ad fructus, & emolumen-
2 ta, ſed etiam † quo ad plenam proprietatem,
cum illi ſint auctoritate apoſtolica conceſſa,
applicata, & appropriata, quę verba ſignifi-
cant tranſlationem dominij, vt dicimus de
verbo concedo, per quod transfertur domi-
nium quãdo, prout in caſu noſtro, iũgitur actui
qui de ſui natura eſt aptus transferre domi-
nium *Felin. in c. cum venerabilis. 6. n. 4. de
exception. poſt Bald. in l. non ambigitur. in
fin. ff. de legib.* iuxta *Gloſ. in c. 1. de vſur. in
6. Ang. in l. 1. in princ. ff. de conſtit. pecun.
Rebuff. in l. princeps. 21. in fin. ff. de verbor.
3 ſignific. Socin. conſ. 93. n. 7. lib. 1.* † vbi quod
ſemper iſtud verbum, non apparente alia cau-
ſa, inducit donationem *l. vxori. §. fin. vbi
Gloſ. & Bart. ff. de legat. 3. l. ad eum in princ.
vbi Imol. ff. de donation. Gul. de Cun. in l.
quis ergo caſus. ff. de pecul. Bald. in l. eum
virum. C. de fideicommiſ. Alex. in l. cum quid.
col. 3. in fin. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi pecuniã.
col. 9. ff. de condict. ob cauſ.*

Stantibus præſertim alijs verbis geminatis ap-
plicet, & appropriet, quæ magis ſignificant
4 tranſlationem dominij, † cum proprietas &
dominium idem ſint *Bart. & Io. de Plat. in
l. locorum. C. de omni agro deſert. lib. 10. Bald.
in l. proprietatis. C. de probation. Abb. in c.
1. in 2. notab. vbi Rip. n. 50. de cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 6. verſ. ad
hanc differentiam. C. de bon. matern. Cuiac.
in l. naturaliter. §. nihil commune. in princ.
ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. interdum. ff. eod.
tit.* iuxta *l. 1. §. huius autem. ff. uti poſſidet.
l. vti frui. ff. ſi vſufr. petat. l. 1. §. domini.
ff. ad Syllan. l. ſi procurator. ff. de acquir.
rer. domin.*

Et facit quia proprietatis nomen nihil aliud de-
5 notat, quam proprium patrimonium, † ſiue
rem ipſam propriam, quam habemus, quaſi
proprietatis nomine ſignificetur rem eſſe ali-
cuius propriam, & ſic proprietas eſt ipſamet
res, circa quam datur dominium, hoc eſt il-
lud ius quod habemus de re ipſa diſponendi
prout volumus, quod ex ipſa proprietate
cauſatur *Caſtill. de vſufr. c. 75. n. 37. poſt
Rip. in d. §. nihil commune. n. 8. & ibid. Al-
ciat. n. 18. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 7. C. de bon.
matern. Salic. in l. proprietatis. C. de probat.*

Quibus additur verbum habere, quod refertur
6 ad dominium † & poſſeſſionem, itaut apud
Collegiales debeãt eſſe omnia bona ſupra nar-
rata tãquã apud veros dominos, & poſſeſſores
*l. ſtipulatio iſta. 38. §. hac quoque. in fin. verſ.
habere. ff. de verbor. obligationib. l. 2. §. 1. ff.
de religioſ. & ſumpt. funer. l. 1. §. poteſtatis.
ff. de pecul. l. 1. §. quod autem. ff. de vi & vi
armat. Rebuff. in l. id apud ſe quis habere.
143. col. 2. in fin. ff. de verb. ſignificat. Con-
tard. in l. vnic. in verb. rationes decidendi.
C. ſi de moment. poſſeſſ. Decian. conſ. 108. n. 32.
lib. 3. Bertazol. clauſul. 26. gloſ. 4. n. 2. & 3. &
clauſ. 35. gloſ. 3. n. 1. Rot. deciſ. 369. n. 1. poſt
7 med. p. 1. in recentiorib.* † vbi ex hoc conclu-
dit fuiſſe probatum primum extremum in ſpo-
lio, & ſic poſſeſsionem ex inſtrumento impoſi-
tionis cenſus, in quo aſſerebatur habere do-
mum pro indiuiſo, cum huiuſmodi verbum
habere referatur etiam ad poſſeſſionem, nedum
8 ad dominium, vt dictum eſt, † non obſtante
deciſ. Aſſl. 394. n. 7. quæ ex aduerſo allegaba-
tur, quia *ibid.* ſolum concluditur, quod ſi in li-
bro Monaſterij aſſeratur illud habere domum,
vel quid ſimile, non tamen erit ex hoc proba-
tum, quod apud idem Monaſterium ſit domi-
nium, & poſſeſſio eiuſdem domus, nam talis
probatio deficit ex libro Monaſterij, cui non
9 adhibetur fides, † non autem ex verbo habe-
re, quod ſignificat etiam poſſeſſionẽ, nam pa-
rem eſſe cõditionem oportet eſſe eius, qui poſ-
ſidet, vel habet, atque eius, cuius dolo malo
factum eſt quominus poſſideret, vel haberet
*l. parem. ff. de regul. iur. l. 2. §. habere. ff. ne
10 quid in loc. publ.* † vbi habere eum dicimus,
qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur, ſiue
ipſe opus fecit, ſiue ex cauſa emptionis, vel
conductionis, vel ex legato, vel ex hæreditate,
vel quo alio modo acquiſiuit *l. vnic. vbi Luc.
de Penn. C. de naut. tiber. lib. 11. Rebuff. in
l. id apud ſe quis. 143. col. 3. in princ. ff. de
verbor. ſignificat.*

Et magis verbum habere refertur ad poſſeſſio-
nem, & dominium, quando materia ſubiecta
11 id ſuaderet, † prout in imponente cenſum ſu-
per domo, quam habet, cum ille non ſoleat im-
poni ſuper bonis ab alio poſſeſſis *Rot. d. deciſ.
369. n. 3. ad fin. p. 1. in recentiorib.* vbi etiam
additur in illo caſu id poſſe colligi ex inſtru-
12 mento diuiſionis, † in quo aderat pactum in-
ter diuidentes, vt in euentum alienationis fa-
ciendæ ab aliquo ex eis de ſua portione tenea-
tur illam vendere, & tradere alijs, quod qui-
dem pactum de tradendo arguit poſſeſſionem
bonorum fuiſſe penes diuidentes, iuxta *l. tra-
ditio. ff. de acquir. rer. domin.* Et quia ſubie-
cta materia denotat talem interpretationem,
13 ſecundum quam † verba ſunt intelligenda
*Gloſ. in l. eius cauſas. ff. de conditionib. &
demonſtration. Rom. conſ. 376. n. 10. Alex.
conſ. 22. n. 5. lib. 1. Iaſ. in l. ſi mater. col. 2. C.
de inſtitution. & ſubſtitut. Bero. conſ. 105. n.
24. lib. 1. Becc. conſ. 181. n. 40. Surd. deciſ. 11.
n. 16. & deciſ. 41. n. 16.* Et in ſpecie huiuſmo-
di verbi habere *Decian. conſ. 108. n. 33. lib. 3.*

Quæ etiam procedunt, quamuis dictum fuiſſet
14 habeant, & poſſideant, † non enim ex hoc ad-
iuncto poſſideant, ſequitur quod verbum ha-
beat non referat ſe ad poſſeſſionem, tanquam
iſta additio non mutet ſubſtantiam veritatis,
& admittitur conculcatio verborum idem ſi-
15 gnificantium ad tollendam dubitationem, † &
vt magis diſpoſitio declaretur *Abb. in c. cer-
tificari. col. penult. de ſepultur. Dec. in l. quæ
dubitationis. ff. de regul. iur. Iaſ. in l. teſta-
16 mento. C. de teſtam.* † Et in propoſito noſtro
Decian. d. conſ. 108. n. 34. vſque ad 38. lib. 3.

Cum

Cum igitur Rector, & Collegiales dicti Gollegij ſint domini, & habeant plenam ptoprictatem bonorum, de quibus agimus, poterunt eadem bona alienare, permutare, vendere, & de eis diſponere ptout eis placebit, tanquam hoc cauſetur ex ipſo dominio plene eis con-
17 ceſſo, † non obſtante quod alia auctoritas Apoſtolica intetueniat, cum illa non requiratur ex facultate conceſſa Societati IESV, & eius Generali Præpoſito liberè & licitè vendendi, alienandi, permutandi, & in emphyteuſim, ſeu liuellum concedendi ad tres generationes, vel nominationes tantum, ſeu aliud longum tempus pto affictu ſibi bene viſo bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia, nec non & pretioſa mobilia, cuiuſcunque qualitatis ac valoris, & quantitatis, & in quocunque loco poſita pro ptetio, & ſub pactis, conditionibus, modis, & formis hinc inde conueniendis in euidentem domorum, & Collegiorum huiuſmodi vtilitatem abſque aliqua licentia, & confirmatione Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, vel illius de latere Legati, ſeu Nuncij, aut eorum locorum ordinarij, vt latius continetur in Bulla *Gregor. XIII. de qua in Bullario Nouo. n.76.*

Quare neque obſtabit, quod huiuſmodi bona fuerint prohibita alienati, diſtrahi, aut permutari per teſtatorem, ſed ſemper debeant firma temanere in ipſius hæreditate ſub pœnis
18 in teſtamento contentis, † Quia modo non eſt amplius attendenda talis prohibirio, cum per Sedem Apoſtolicam fuerint libere illa conceſſa Collegio facta totali commutatione voluntatis eiuſdem teſtatoris in exercitia, & pia opera, & miniſteria ipſius Collegij, vnde tanquam bona propria, & noniter conceſſa per Sedem Apoſtolicam in plenum, & liberum dominium Collegij non ſubiacent prohibitioni teſtatoris, tanquam ab eius hæteditate ſint ſubtracta, neque enim dicuntut amplius hæreditaria, cum ſint in dominio Collegij, per quod, ſicut de alijs proprijs bonis, poterit fieri libera diſpoſitio abſque aliquo conſenſu alicuius iuxta facultates ſupra adductas *Rip. in l. obligatione. n.39. ff. de pignorib.* Statim enim quod talia bona fuerunt appropriata Collegio, cenſetur data facultas alienandi
19 prout dicimus † de bonis feudalibus redactis ad allodialia *Salic. in l fin. n.2. poſt Alber. ibid. n.8. C. de iur. emphiteot. Alex. conſ.172. n.6. lib.2. Roland. conſ.79. n.25. & 31. lib.2. Bero. in c. potuit. n.6. cum ſeq. de locat.* cum alijs per *Roſental. de feud c.9. membr.1. concluſ.40. n.1. & in addit. in litt. c. tom. 1. fol. 341. Burſat. conſ.137. n.20. & 28.*

Maxime, quia prohibitio teſtatoris de non alienando bona hæreditaria fuit facta ad fauorem & commodum eorum, qui fuerunt in teſtamento vocati, vnde cum fuerit per Summum Pontificem derogatum huic diſpoſitioni, & commutata talis voluntas ad fauorem Colle-
20 gij, non debet † amplius attendi illa prohibitio, quæ ceſſat extincta cauſa ipſius prohibitionis *Bald. in l.1. n. 2. C. ſi rect. prouinc. & in c. ſi Chriſtus. & ibi Butr. de iureiurand. Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ. in princ. n. 215. Surd. conſ. 272. n.9. ad med. lib.2.*

Cum præſettim facultas conceſſa Collegio, & Societati per Summos Pontifices alienandi, &
21 permutandi bona ad eam pertinentia † ſit cum clauſula, ſi in euidentem vtilitatem eccleſiæ, quę tunc dicitur quando nullum dubium eſt quod alienatio non ſit magis profutura eccleſiæ *c. ſine exceptione. 12. q. 2. vbi Rebuff. n. 97. & 98.* quod alias dicitur *co mpend. alienat. rer. eccleſ.* de quo poſt *tractat. de decim. fol. 84. c. tua nuper. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. capit. Redoan. de reb. eccl. non alienand. q.20. n.84. Quarant. in bullar. in verb. alienat. rer. eccleſ. n.12. fol. 12.* vbi etiam *n.3. cum ſeq.* de cauſis iuſtis alienationis, adeo vt neceſsitas, & vtilitas euidens in iure æquiparentur *c.1. de reb. eccleſ. non alien. in 6. clem. 1. eod. tit. Abb. in c.1. etiam eod. tit. & in c. fin. de eccleſ. ædific.* Itaut ex hoc non poſſit aliqua conſiderari læſio, aut præiudicium, per quod retardentur tales alienationes, quo præiudicio ceſſante, non eſt aliud quærendum, tanquam ſufficiat commiſſum eſſe negotium religioni Præpoſiti Generalis, qui non permittet huiuſmodi bonorum alienationem, niſi ſeruatis ſeruandis, & conſtito de euidenti Eccle-
22 ſiæ vtilitate, † quæ ſi adeſt, operatur, vt etiam valeat alienatio non adhibitis ſolemnitatibus *Dec. in c.1. in 1. lectur. n.71. de conſtitution. & in c. quæ in eccleſiarum. n.28. eod. tit. Nauar. de alienat rer. eccleſ. n 17.* latiſſime *Maſcard. concluſ.75. n.7. Bald. in l. contra iuris. in princ. ff. de pact. & in l. quicunque. C. de bon. quæ liber. Quarant. in ſumm. bullar. in verb. alienatio rerum eccleſiæ. n.34. in princ. fol. 25.* late *Rebuff. in d. compend. alienat. rer. eccleſ. n.35. & 36. fol. 34. Roder. quæſt. regul. tom.1. q.27.*
23 *art.9.* † Exemplo alienationis in augmentum feudi, quæ valet ſine aſſenſu domini directi. *Affl. ſuper conſtit. Regn. lib.3. rubr.5. de reuocat. alienat. feudor. & rer. feudal. n.60. fol. 98. poſt Andr. in c.1. ad fin. an ill. qui interfec. fratr. dom. ſui. & in c.1. §. præterea. de capit. corrad. & in c. imperialem. in princ. de prohibit. alienat. per Feder.* Intelligendo iuxta ea, quæ dicam infra c... Erit tamen in
24 electione Eccleſiæ † ſi voluerit ſtare contractui, & procurare expeditionem ſolemnitatum etiam inuito contrahente *Redoan. de reb. eccleſ. nõ alien. q.20. n.193. Tiraq. de legib. cõnubialib gloſ.8. n 92. fol. 365. Surd. deciſ.108. n.4. Socin. conſ.78. n.8. lib.4. Crot. conſ.119. n. 11. Aim. conſ.826. n.1. Fulgoſ. in l.2. C. de iur. emphit. Guid. Pap. deciſ. 159. poſt princ.* iuxta *c. ſi quæ de rebus. 12. q. 2. Hoſt. & Butr. in c.1. vbi Abb ad fin. ne ſed. vacant. Card. in c.1. de his quæ fiunt a prælat. ſin. conſ. capit. Ruin. conſ.11. n.6. lib.4.*

EPI-

EPITOME.

EMphyteuſis, aut feudum quando cenſeatur conceſſum pluribus pro rata. ¶ Donatio quo caſu debeat intelligi de portione, de qua poteſt donans diſponere. ¶ Expreſsio confinium an operetur, vt ſit datum quod eſt intra fines. ¶ Confiſcatio ob delictũ an extinguat omne ius ex antiquis inueſtituris, itaut nouum feudum reputetur. ¶ Mutuans pecuniam reprobatam quando poſſit agere pro reſtitutione bonæ, ſi pro tali fuit per debitorem expenſa. ¶ Reintegratio cum verbis reſtituimus, an faciat, vt feudum dicatur antiquum. ¶ Relatio an ſit faciẽda ad illud, de quo ſpecialiter fuit prouiſum. ¶ Caſtrum an poſſit eſſe vnius, iuriſdictio autem alterius. ¶ Acceſſorium quando contineatur in tranſlatione principalis. ¶ Adminiſtratio feudi iuriſdictionalis an poſſit relinqui per patrem filio primogenito. ¶ Frater nominans fratrem condominum caſtri, & illud poſſidens communiter, & ſoluens canonem pro eo an ſibi præiudicet. ¶ Bona quando ſpectent ad filios pro æquis portionibus.

SVMMARIVM.

1 *Bona primogenitura redacta ad allodialia trãſmittũtur ad filios pro æquis portionibus.*

2 *Emphyteuſis, ſeu feudum conceſſum pluribus an intelligatur vnicuique datum pro rata. n.3. & 19.*

4 *Hæres adeundo contrahit veram obligationem de obſeruando omnia contenta in teſtamento.*

5 *Donatio cenſetur facta ſolum de portione, de qua poteſt donans diſponere.*

6 *Appellatione caſtri totum continetur.*

7 *Expreſſio confinium facit, vt ſit conceſſum quidquid intra confines fuit demonſtratum.*

8 *Confiſcatio caſtri ob delictum, & Cameræ incorporatio operatur, vt omne ius ex antiquis inueſtituris ſit extinctum, & nouum feudum reputetur.*

9 *Bona recuperata à Camera ex propria induſtria ſunt libera ipſius recuperantis, nulla habita conſideratione grauaminum in eis exiſtentium.*

10 *Pecunia pluris expenſa ex diligentia debitoris an augeat valorem illius, & quando mutuans nummos reprobatos agat pro reſtitutione bonorum, ſi pro bonis ſunt expenſi.*

11 *Reintegratio caſtri cum verbis reſtituimus an operetur, vt feudũ dicatur antiquũ. n.12.*

13 *In iuriſdictione ſimpliciter conceſſa patri, ſuccedunt filij æqualiter abſque prælatione primogenituræ.*

14 *Relatio non debet fieri ad omnia, ſed tantum ad ea, quæ ſunt cõpatibilia cũ expreſſis. n.15.*

16 *In quacunque diſpoſitione etiam generali nũquam ſit relatio ad illud, de quo fuit ſpecialiter prouiſum.*

17 *Contrarietas eſt euitanda, quamuis interpratatio eſſet contra proprietatem verborum. n. 18.*

20 *Litteræ Sacræ Conſultæ habent vim litterarum Summi Pontificis.*

21 *Caſtrum poteſt eſſe vnius, Iuriſdictio autem alterius. n.22.*

23 *Adminiſtratio feudi iuriſdictionalis an poſſit relinqui per patrem filio primogenito.*

24 *Acceſſorium quod ſuo principali non omnino cohæret, non continetur in translatione principalis.*

25 *In iſtis ſeparalibus non eſt idem iudicium de vno in aliud.*

26 *Nominatio facta de fratre tanquam de condomino caſtri, & poſſeſſio illius communi nomine, & ſolutio canonis pro eo an præiudicet nominanti, & ſoluenti, & poſſidenti.*

27 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuſcunque diſpoſitionis, maxime ſi eſt conformis iuri communi. n.29.*

28 *Caſtrum quando æqualiter ſpectet ad proximiores.*

CAPVT DCCCXXXIX.

IVriſdictio caſtri Iulianelli, de qua agimus, non competit ſoli Sfortiæ maiori natu, ſed etiam Galeatio ſecundogenito, quamuis enim idem caſtrum ex teſtamento Beatricis cum ſua iuriſdictione ſpectet ad primogenitos deſcendentium, tamen Hortenſia pro portione ſibi competente in Caſtro Pierij obtinuit à Paulo III. caſtrum Iulianelli, cum facultate de eo diſponendi, prout de eo diſpoſuit, illudque integrum, & tanquam proprium vna cum Alphonſo filio donauit inter viuos Mar-
1 co Antonio nepoti, † ad quem vigore eiuſdem donationis liberum peruenit, vnde tanquam tale fuit tranſmiſſum pro æquis portionibus ad eiuſdem Marci Antonij filios, remoto omni vinculo primogenituræ *Bart. in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. n.15. ff. de oper. libert. Alex. in l. gallus. §. quidam recte. vbi Iaſ. n. 48. ff. de liber. & poſthum. Clar. in §. feudum. q.88. Couar. lib.2. var. reſolut. c.18. n. 5. Socin. conſ.19. n.17. & 18. lib. 1.* iuxta *c.1. vbi Bald. in princ. & ibid. Aff. n.80. de ſucceſſ. feud. Roſental. de feud. c.7. concluſ.3. n. 3. & in addit. in littera d. Curt. Iun. eod. tit. p.3. membr.2. q.5. n.8.*

Neque obſtat, quod huiuſmodi donatio non potuit fieri in præiudicium primogenitorum, qui fuerunt vocati ex teſtamento Beatricis, Nam quo ad partem Hortenſiæ, quam ei Paul. III. cõceſſit, non poteſt prætendi aliqua primo-
2 genitura, † Cum enim idem Paul. III. poſt conceſsionem caſtri ſimpliciter factam Beatrici, illud deinde reconceſſerit Hortenſiæ vna cum eadem Beatrice, cenſetur vnicuique pro rata reconceſsiſſe *Dec. conſ.262. in contractu emphyteotico. in princ.* iuxta *l. reos. §. cum tabulis.* vbi late *Ronchegall. n. 17. vſque ad 42.*

ff. de

3 *ff. de duob. reis.* † Et in inueſtitura feudali
notat *Alex. conſ.* 13. *col. vlt. in princ. verſ.*
*nunc de tertio.n.*13.*lib.*5.*& conſ.*119.*n.*1.*eod.*
*lib. Ruin. conſ.*186. *col.*2.*in fin. n.*6. *verſ. ſed*
*præmiſſis. lib.*1. *Iaſ. conſ.*78. *col.*2.*n.*2. *lib.*1.
vbi adducit *tex.* notabilem *in l. ſi hæredes.*
nominatim. & ibi Bart. ff. de legat. 1. *Comenſ. in l. turpia.* §. *fin. ff. eod. tit.*

Idem eſt dicendum quo ad alteram portionem
eiuſdem caſtri, Nam cum Hortenſia, & Alphonſus
filius illud donauerint tanquam proprium
Marco Antonio cum promiſſione manutentionis,
& euictionis, ac alijs elauſulis
ampliſſimis, de quibus latius in inſtrumento
4 donationis, † Non poteſt Sfortia eorum hæres
illam impugnare, ſed debet approbare,
& ratam & firmam habere, quaſi adeundo contrahat
veram obligationem de obſeruando
omnia in teſtamento contenta *Bald. in l. mutuum.* §. 1. *ff. de acquir. hæredit. Surd. conſ.*
143. *n.*9. *lib.*1.

Neque obſtat, quod non fuerit donatum caſtrum
per Hortenſiam & Alphonſum cum verbis
vniuerſalibus omne & totum, & ſimilibus, ſed
5 indefinite, † ideo non cenſebitur donata niſi
portio libera, de qua donantes poterant diſponere
Aim. conſ. 144. *n.* 8. Quia ex lectura
donationis contrarium apparet, cum fuerit
donata terra, ſeu caſtrum Iulianelli expreſſis
confinibus Valerani, & Cocheani, & Fabricæ
cũ omnibus & ſingulis fructibus, & introitibus,
membris, pertinentijs, & adiacentijs,
cum alijs clauſulis ampliſſimis in inſtrumento
6 donationis contentis, † ex quibus clare colligitur
donantes de toto caſtro ſenſiſſe, prout
illius appellatione totum continetur *l. legatis
vxori. ff. de legat.* 2. *Gloſ. in l. ſi in rem,
vbi Bart. ff. de rei vendicat. Alex. conſ.* 165.
col. 2. *lib.*6. *Roland. conſ.*62. *n.*15. *vſque ad*
19. *lib.*3. *Alciat. conſ.* 227. *Ruin. conſ.* 206.
7 *n.*17. *lib.*2. *& conſ.* 110. *n.*4. *lib.*5. † Stante
præſertim d. ſpecificatione confinium, quæ
facit, vt cenſeatur donatum, & cõceſſum quidquid
intra confines fuit demonſtratum *Roman. conſ.* 5. *n.*1. *in fin.* dixi late *ſupr. c.*657. *n.*
26. *Aim. conſ.* 103. *n.*1. *Ferret. conſ.* 91. *n.*1.
*Franc. in c. ad decimam. n.*4. *de reſtitut.
ſpoliator. in.* 6.

Præterea ſumus in caſtro confiſcato ob delicta
Alphonſi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporato,
itaut omne ius ex antiquis inueſtituris, &
diſpoſitionibus Beatricis remanſerit extin-
8 ctum, & penitus ſublatum, † & nouum feudum
reputetur, ſiue ſimus in delicto, per quod
ipſo iure vaſſallus feudo priuetur, ſiue non,
dummodo ſecuta fuerit ſententia, prout in
caſu noſtro, quamuis etiam per Principem
fuerit felonia remiſſa *l ſern. Alciar. & Præpoſit.
in c.* 1. *de vaſall. decrep. ætat. Bald. in l.*
1. *n.*11. *ff. de rer. diuiſion. Pariſ. conſ.* 21. *n.*
57. *&* 58. *lib.*1. *Zaſ. de feud. p.*3. *n.*2. *Schrader.
eod. tit. p.*2. *c.*3. *n.*43. *&* 49.

Et quamuis vigore tranſactionis cum Camera
fuerit idem Caſtrum poſtea per Principem re-
9 ſtitutum filijs Marci Antonij, Tamen † cum
iſta acquiſitio prouenerit ex eorum induſtria,
& diligentia, erit caſtrum proprium ipſorum,
neque amplius conſiderabitur res affecta, &
grauata, præſertim quia recuperatio fuit facta
mediante pecunia propria ſcutorum decem
millium ſolutorum Cameræ *l.* 3. *in fin.
vbi Gloſ. in verb. deciſione. & ibi Bart. & Caſtr. n.*1. *Alex. & Imol. in princ. ff. ad leg. falcid.* cum alijs late adductis *ſupr. c.*733. *n.*17.
10 *&* 18. † Quibus additur *Brun. de monet. augment. ſeu diminut. particul. ſeu declarat.* 13.
*n.*1. *fol.* 394. vbi de qualitate, & valore pecuniæ,
quæ inſpicitur ſecundum tempus obligationis,
quamuis fuerit pluris expenſa ex induſtria
debitoris, prout alias cum de hoc dubitaretur
dixi verius eſſe, quemadmodũ de mutuante
pecuniam reprobatam, qui non agit
pro reſtitutione bonę, quãuis debitor pro bona
illam expenderit mediante ſua induſtria *l. eleganter.*
§. *qui reprobos. ff. de pignorat. act.
Alber. Iacob. de Aret. & Martin. Lauden.
in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.*

Nec facit, quod reintegratio Caſtri fuerit facta
11 cum verbis reſtituimus, † non ſecus ac ſi caſtrum
nũquam fuiſſet confiſcatum, aut poſſeſſio
per Cameram apprehenſa, quę verba faciunt,
vt feudum dicatur antiquum *Schrader.
de feud. p.*2. *c.*3. *n.* 46. *vſque ad* 50. Nam
quidquid ſit de huiuſmodi quęſtione, quę mul-
12 tas recipit declarationes, † maxime ſtante
pecunia ſoluta, & alijs, de quibus late *Roſental.
eod. tit. de feud. c.*2. *concluſ.*14. *vſque ad
concluſ.* 20. Reſpondetur quod circa iuriſdictionem,
de qua modò controuertitur, illa
fuit in ſpecie per Summum Pontificem ſibi reſeruata,
nec apparet, quod fuerit formiter reſtituta,
cum per nouem annos Camera ſemper
talem iuriſdictionem exercuerit mediante
perſona Cardinalis Saluiati, & poſtea per
litteras Sacrę Conſultę iuriſdictio eiuſdem
Caſtri fuit conceſſa Marco Antonio, quam vſ-
13 que ad obitum retinuit, † vnde eius filij ęqualiter
in huiuſmodi iuriſdictionis adminiſtratione
debent ſuccedere abſque pręlatione primogeniturę
*Socin. conſ.*19. *n.*17. *&* 18. *lib.* 1.

Neque oberit, quod adminiſtratio Iuriſdictionis
cenſeatur reſtituta Marco Antonio tanquam
primogenito, cum ſit acceſſoria, & cohęrens
caſtro, adeo vt quemadmodum caſtrum fuit
reſtitutum ſeruato ordine primogeniturę, ita
etiam debemus iudicare de iuriſdictione, quę
cenſebitur eodem modo reſtituta iuxta eun-
14 dem ordinem primogeniturę. † Quia reſtitutio
Caſtri non fuit facta limitatè iuxta ordinem
pręſcriptum in fideicommiſſo Beatricis,
& donationem Hortenſię, itaut ad Sfortiam
ſolum ſpectare debeat tanquam primogenitum,
cum relatio fideicommiſsi non ſit intelligenda
ſimpliciter ad omnia in illo contenta,
ſed tantum ad ea, quę ſunt compatibilia cum
expreſsis, ne aliàs diſpoſitio reddatur ſuper-

ſlua

ſlua, & inutilis, prout eſſet talis, ſi Sfortia ſolus
eſſet comprehenſus, cum tamen reſtitutio Ca-
ſtri fuerit expreſſe facta, & nominatim cõceſſa
tam eidẽ Sfortiæ, quam Galeatio, & alijs filijs
15 Marci Antonij, † & ſic relatio, quam facit ſum-
mus Pontifex iuxta ordinẽ contentũ in dona-
tione Beatricis, & Hortẽſię, cõprẽhẽdet alia vl-
tra expreſſa videlicet, vt prius maſculi ſucce-
dãt, & illis deficientibus fœminæ, & omnibus
deficiẽtibus caſtrũ perueniat ad Dominos de
familia Farneſia cum eodẽ ordine ſuccedendi,
de quo in teſtamẽto, In cæteris autẽ expreſsis
firma remanebit reſtitutio æqualiter ad fauo-
rem fratrum, quibus nominatim fuit facta,
16 prout regulare eſt † vt nũquam fiat relatio in
quacunque diſpoſitione etiam generali ad il-
lud, de quo fuit ſpecialiter prouiſum, maxime
in eodem reſcripto *c. ſtudiuiſti. de offic. dele-
gat. c. 1. de reſcript. Dec. in l. in toto iure.
80. n. 19. de regul. iur. Din. in c. generi. 34.
in fin. eod. tit. n. 6.*

Cũm etiam ſummus Pontifex non reſtituerit Ca-
ſtrum ſolum iuxta ordinem, & diſpoſitionem
Beatricis, in qua continebatur primogènitu-
ra, ſed etiam iuxta donationem Hortenſiæ,
cuius vigore Sfortia & Galeatius fratres & fi-
lij Marci Antonij donatarij ſuccedebant ęqua-
liter in eodem caſtro donato, vnde ne in eo-
dem puncto ſequatur correctio, & contrarie-
tas, quod Papa concedat Caſtrum Sfortiæ tan-
quam primogenito iuxta ordinem Beatricis,
& æqualiter Sfortiæ & Galeatio iuxta dona-
tionem Hortenſiæ, dicẽdum eſt potius voluiſſe
fratribus reſeruare æqualitatem, & relationẽ
facere ad alia in huiuſmodi diſpoſitionibus
17 contenta † non contraria tamen expreſſis, vt
euitetur talis contrarietas *l. ſi quando. in
princ. C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. 1. §. &
parui. n. 5. ad fin. ff. quod vi aut clam. Alex.
in l. ſi mihi. §. vlt. in princ. ff. de legat. 1. Surd.
18 conſ. 10. n. 6.* † Quod etiam procedit quamuis
eſſet interpretatio contra proprietatem ver-
borum *Bart. in l. 2. §. creatum. ff. ſi cert. pe-
tat. Cin. & Bald. in l. cum falſa. C. de iur. &
fact. ignor. Aim. conſ. 70. n. 5.*

Additur, quod Papa in reſtitutione caſtri man-
dauit, vt illud venderetur infra biennium
perſonæ ſibi bene viſæ, non obſtante diſpoſitio-
ne Beatricis iubentis, vt ſemper & perpetuo
idem Caſtrum remaneret in familia, vnde ex
hoc manifeſtè apparet, quod ſummus Pontifex
non conſiderauit relationem eſſe faciendam
iuxta ordinem primogenituræ per Beatricem
conſtitutæ, ſed potius quod fratres æqualiter
potirentur pecunia ex venditione caſtri redi-
19 genda † ſtante reſtitutione eis nominatim fa-
cta, & ſic pro virili, & vnicuique pro ſua rata
Alex. conſ. 23. n. 13. lib. 5. iuxta *l. ſi mihi &
titio. in princ. ff. de verbor. obligation. l. 1. C.
ſi plur. vna ſentent. c. 1. de fratr. de nou. be-
nefi. inueſtit. Bald. & Imol. in l. ſi cum dotem.
§. transgrediamur. ff. ſolut. matrimon.*

Et quatenus etiam reſtitutio caſtri fuiſſet facta
ſecundum ordinẽ primogenituræ, quæ tamen
non poteſt eſſe iuxta ſuperius allegata; Tamen
non inde ſequitur, quod iuriſdictio, & illius
exercitium, & adminiſtratio ſit eodem modo
20 conceſſa, † cum per litteras Sacræ Conſultæ
quæ habent vim litterarum Summi Pontificis
*Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. de præbend. Lancel-
lott. de attentat. p. 2. c. 4. in præfat. n. 484.*
mandetur ſimpliciter Prætori Caſtri reſtituti,
vt recognoſcat Marcum Antonium in domi-
num, & admittat Prætorem per eum eligen-
dum, illique locum cedat, cum propter quaſ-
dam rationes per eũdem Marcum Antonium
Summo Pontifici adductas, fuerit ordinatum
Sacrę Conſultę, vt ei reſtituatur adminiſtratio,
& iuriſdictio eiuſdem Caſtri, reſeruata tamen
eidem Conſultę ſuperintendentia, vt latius in
litteris *Card. Aldobrandini. 29. Decembris*
1604. ex quibus clare colligitur, quod reſti-
tutio iuriſdictionis non eſt facta Marco An-
tonio tanquam primogenito, neque iuxta or-
dinem teſtamenti Beatricis, ſed ſimpliciter,
itaut nõ debeat ſubaudiri aliquod adiunctum,
21 Cum poſſit ſimul ſtare, † quod Caſtrum ſit
vnius, iuriſdictio autem ſpectet ad alterum
*Caſtr. conſ. 56. videtur dicendum præfa-
tos. n. 2. lib. 2. Bald. in l. à procuratore. C.
mandat. & in l. data opera. n. 29. C. de accu-
ſat. & in c. 1. §. è contrario. n. 4. de inueſti-
tur. de re alien. fact.* vbi quod licet iuriſdi-
22 ctio non ſtet de per ſe, † ſed ipſi territorio ad-
hæreat, tamen iuriſdictio poteſt eſſe vnius, &
caſtrum alterius, quia ſunt ad inuicem non
ſolum ſeparabilia, ſed etiam ſeparata; *Me-
noch.* qui late comprobat *præſumpt. 97. n. 3.
vſque ad 12. lib. 3. poſt Alex. conſ. 76. n. 6. &
7. lib. 2. Roſental. de feud. c. 5. concluſ. 6. n.
7. & in gloſ. fin. Olrad. conſ. 121. n. 9. Socin.
in l. 1. in princ. n. 27. de acquir. poſſeſſ. &
conſ. 25. n. 5. & 6. lib. 3. & conſ. 93. n. 9. ad
med. verſ. vnde iſta. eod. lib. Dec. conſ. 528.
pro reſolutione caſus propoſiti. n. 9. & 10. col.
23 3. ad med.* † Non obſtante *conſ. Ruin. 25. n.
13. poſt med. lib. 1.* quia loquitur de admini-
ſtratione feudi iuriſdictionalis, quę ſecundum
eum non poteſt per patrem relinqui primoge-
nito, qui non eſt caſus noſter, licet etiam eius
opinio non ſit ita ſimpliciter admittenda, ſed
iuxta diſtinctionem, de qua late *Roſental. de
feud. c. 7. concluſ. 3. n. 6. & 7. & concluſ. 7.
d. c. 7. n. 4. & in lit. d. fol. 280. Aim. conſ.
256. n. 2. ad med. Menoch. conſ. 161. n. 1.
Doctor. in c. 1. vbi Aff. n. 68. de ſucceſſ. feud.
Schrad. de feud. p. 7. c. 2. n. 3. Cirter. de iur.
primogenit. lib. 3. c. 4. n. 11.*

Ex quibus ceſſat obiectum de iuriſdictione ac-
ceſſoria ad caſtrum, quæ debet iudicari ſicut
24 de principali, † Quia in actibus ſignificanti-
bus tranſlationem iuris de vno in aliud, acceſ-
ſorium, quod ſuo principali non omnino cohæ-
ret, & quod ab eo diuidi poteſt, non conti-
netur in tranſlatione principalis *l. quoties. ff.
de contrahend. empt. l. vlt. ff. de ſupellect. le-
gat.*

Digitized by Google

gat. l. 2. ff. de fund. inſtruct. & notat in pro-
poſito noſtro *Menoch. praſumpt. 97. n. 7.*
25 *& 8. lib. 3. poſt Oldrad. conſ. 121. n. 9.* † Ideo
in iſtis ſeparabilibus non eſt idem iudicium
de vno in aliud, quidquid ſecus ſit in inſepara-
bilibus, in quibus etiam iudicium debet eſſe
inſeparabile *Bald. in c. 1. §. è contrario. in
fin. verſ. item nota. de inueſtitur. de re alien.
fact.* iuxta *l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de
donation. int. vir. & vxor.*

Quæ omnia tam quo ad iuriſdictionem, quam
quo ad cætera iura caſtri comprobantur, quia
illius recuperatio, & reſtitutio fuit facta pro
pretio ſcutorum decem millium communium
ipſorum fratrum, poſt quorum ſolutionem
ſemper Sfortia etiam nomine Galeatij ſoluit
canonem pro eodem caſtro Cameræ debitum
26 & eum nominauit † tanquam condominum,
& communi nomine cauſas ad caſtrum ſpe-
ctantes proſecutus fuit, illudque communiter
poſſedit vſque ad donationem ſibi per Galea-
tium factam, adeout vt quamuis etiam ceſſa-
ret reſtitutio communiter per Summum Pon-
tificem conceſſa, Tamen neque aliquod præ-
cipuum ius poteſt per Sfortiam prætendi, cum
ſtantibus præmiſſis ſibi præiudicauerit *c. 1. §.
præterea. vbi gloſ. & Bald. col. 1. quib. mod.
feud. amittat. Idem Bald. conſ. 275. quod pro
regula. col. 4. verſ. ſuppoſito auth. lib. 2. Caſtr.
conſ. 84. quæſtio qua vertitur. col. 2. lib. 1. Dec.
conſ. 369. viſa longa ſerie. col. 4. Rubens conſ.
133. viſo caſu. col. 4. verſ. quarto principa-
liter. Tiraq. de iur. primogenit. q. 26. n. 1. &
2. Corbul. de cauſ. priuation. ex eo quod
emphit. patitur alium inueſtir. n. 1. cum ſeq.
Ruin. conſ. 1. n. 18. lib. 1. Brun. conſ. 40. ad fin.
& conſ. 80. col. 5. verſ. plus dicit.*

Et ex iſta obſeruantia communicationis om-
nium iurium ſpectantium ad caſtrum, de
quo agimus, facta per Sfortiam ad fauorem
27 Galeatij, † ſatis dicitur comprobata mens
concedentis, quod voluerit vtrumque habere
ius in eodem caſtro, & non fuiſſe conſidera-
tam aliquam primogenituram, cum talis ob-
ſeruantia ſit optima interpres cuiuſcumque
priuilegij, & diſpoſitionis *Aim. conſ. 101. n. 3.
& 4. Rot. diuerſor. deciſ. 872. n. 2. & deciſ.
518. n. 11. p. 4. Surd. conſ. 335. n. 27. lib. 3.*

Maxime, quia talis obſeruantia eſt conformis
28 iuri communi, ſecundum quod † caſtrum
æqualiter ſpectat ad proximiores iuxta *l. fin.
C. de liber. præterit. auth. in ſucceſſione. C.
de ſuis & legitim. c. 1. de gradib. ſucceſſ.
Alex. conſ. 88. n. 1. lib. 6. Bald. in c. 1. de gra-
dib. ſucceſſ.* Contraria autem procedunt, quan-
do conſuetudo aliter ſe haberet iuxta *c. licet
de voto. c. quam periculoſum. 7. q. 1. c. 1. in
fin. de alienat. feud. Alex. d. conſ. 87. n. 1. in
fin. lib. 6.* vbi etiam quod idem eſſet in feudo
Marchiæ ducatus, aut comitatus *c. imperia-
lem §. præterea. de prohibit. feud. alienat.
29 per Feder.* † Obſeruantia autem, quæ habet
conformitatẽ cum diſpoſitione iuris commu-
nis magis attenditur *Ruin. conſ. 12. n. 3. lib.
5. Becc. conſ. 1. n. 21. & conſ. 101. n. 47. poſt
Gloſ. in l. ſi vnus. §. paſſus. in verb. reddi-
tur. de pact. Dec. conſ. 3. n. 5. Surd. conſ. 182. n.
13. & conſ. 242. n. 21. lib. 2.*

E P I T O M E.

Poenæ, & confiſcationes an poſſint appli-cari, & ſolui alijs, quam Cameræ. ¶ Sententia an ſit valida, in qua condemnatur reus in pœnam particularẽ pecuniariam pro treugua rupta, & confiſcationis omnium bonorum pro homicidio, itaut vna aliam non perimat. ¶ Et ad quem effectum iſta cumulatio pœnarum ſit permiſſa. ¶ Fiſcus an teneatur ſoluere omnia debita condemnati in pœnam confiſcationis bonorum, ſiue proueniant ex contractu, vel quaſi, ſiue ex illius delicto. ¶ Et quando in eis idem fiſcus ſit præferendus. ¶ Et quid reſpectu intereſſe partis offenſæ. ¶ Officiales quibus applicatur aliqua portio pœnarum an ſint creditores fiſci, ſeu delinquentis. ¶ Hæreditas an poſt aditionem dicatur amplius hæreditas, ſeu proprium patrimonium hæredis. ¶ Et an ſtatim dominium rerum hæreditariarum illi acquiratur. ¶ Et quid in fiſco poſt publicationem bonorum. ¶ Et an dicatur hæres anomalus condemnati, vel ſucceſſor iuris, vel quaſi hæres loco ſucceſſoris in prælatura. ¶ Ius exequendi, quod ſit per Iudicem an æquipararetur conuentioni partium. ¶ Pœna conuentionalis quæ ſit. ¶ Et cui ſit applicanda. ¶ Et an debeatur per delinquentem vltra legalem, itaut vna non confundat aliam. ¶ Et quando veniat augmentum pœnæ ratione contumaciæ ſeu inficiationis, & ad illud ſoluendum fideiuſſor poſſit cogi. ¶ Treugua an ſit efficacior, quam pax. ¶ Et an facilius vna rumpatur ex noua cauſa, quam alia. ¶ De multiplicatione pœnarum remiſſiue. ¶ Regalia, & prærogatiuæ ob quam cauſam dentur Iudicibus.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnæ, mulctæ, & confiſcationes, quæ debent ſolui per reos occaſione maleficiorum, vel quaſi, ſunt ſoluendæ in manu depoſitarij Cameræ, à quo poſtea exiguntur per officiales eorum portiones. n. 3.*

2 *Applicatio pœnarum, & quarumcunque confiſcationum non poteſt fieri niſi Cameræ, aliquando tamen fit etiam Iudici, & parti & ei debetur. n. 7. 8. 17. & 34.*

4 *Sententia eſt valida, in qua condemnatur reus in pœnam quingentorum pro pace rupta, & confiſcationis omnium bonorum pro homicidio, itaut vna non perimat aliam. n. 5.*

6 *Confuſio pœnarum non eſt facienda in damnum tertij, cui aliqua portio illarum acquiritur.*

9 *Condemnatio eſt valida in diuerſis pœnis ad*

effectum

effectum cumulationis pœnarum ſecundum ſtatuta mãdantia, quod condemnatus in ſcutis mille poſſit impunè offendi.

10 *Cumulatio pœnarum admittitur, quando illæ applicantur partim fiſco, partim priuato.*

11 *Fiſcus an teneatur ſoluere omnia debita condemnati in pœnam confiſcationis bonorum ſiue proueniant ex contractu, vel quaſi, ſiue ex delicto eiuſdem rei, & quando fiſcus præferatur. n. 13. 14. 15. & 16. & quid reſpectu intereſſe partis, in qua idem reus fuit condemnatus. n. 12.*

18 *Regaliæ & prærogatiuæ dantur Iudici propter ſcientiam, & probitatem, quam reſpicit munus iudicandi. & n. 19.*

20 *Iudex, cui applicatur quarta, ſeu decima pars pœnarum, non eſt creditor delinquentis, ſed fiſci, cui ſtatim acquiritur dominum bonorum condemnati, quorum poſſeſſionem capit procurator fiſci etiã reo non citato. n. 21.*

22 *Dominum rerum hæreditariarum ſtatim eſt acquiſitum hæredi poſt aditionem hæreditatis per eum factam.*

23 *Hæreditas non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium hæredis. Intellige vt n. 24.*

25 *Ius exequendi, quod Iudicis auctoritate eſt faciendum, æquiparatur conuentioni partiũ, & in hoc æquipollet lex & pactũ cõtrahentiũ.*

26 *Pœna conuentionalis non confunditur cum alia pœna, & ſemper poteſt exigi à promittente vltra aliam pœnam, in qua fuit condemnatus.*

27 *Fideiubens pro reo an teneatur vltra pœnam promiſſam etiam ad augmentum prouenient ratione cõtumaciæ, ſeu inficiationis. & n. 28.*

29 *Pœna deducta in ſtipulationem dicitur conuentionalis, & applicatur parti offenſæ, ſi non fuit promiſſa fiſco, ſecus de conſuetudine. n. 30.*

31 *Alia eſt pœna cautionis, & alia legis & præcepti Iudicis.*

32 *Delinquens non liberatur à pœna legali, quãuis cautio ex prima offenſione ſit fracta.*

33 *Treugua eſt efficacior, quam pax, quæ facilius rumpitur ex noua cauſa, quod non eſt in treugua.*

35 *Fiſcus dicitur hæres anomalus condemnati, ſiue extraneus, ſiue ſucceſſor iuris, ſiue quaſi hæres loco ſucceſſoris in prælatura.*

36 *Fiſcus pro tota, ſeu quota bonorum publicatorum ſuccedit in omnes obligationes paſſiuas, & actiuas condemnati, & tenetur illius factum præſtare.*

37 *De multiplicatione pœnarum remiſſiue.*

CAPVT DCCCXL.

IN qualibet prouincia, & quibuſcunque locis tam ſtatus eccleſiaſtici, quam extra
ſingulæ pœnæ, mulctæ, compoſitiones, &
1 confiſcationes, † quæ debent perſolui per reos
occaſione maleficiorum, vel quaſi, ſunt ſoluendę, & exburſandæ in manibus depoſitarij Cameræ, à quo poſtea, & non ab alio per Officiales, & Gubernatores exiguntur eorum portiones conſiſtentes in decima, ſeu quarta pœnarum eis conceſſa per ſtatuta, ſeu conſuetudines locorum, prout latius *in conſtitutione 93. Sixti V.* confirmata per *Clem. VIII. con-*
2 *ſtitut. 5.* & per *Paul. V. conſtitut.* 88. † In quibus etiam mandatur, vt in ſententijs, bannis, decretis, edictis, gratijs, remiſſionibus prędictæ pœnæ, & confiſcationes nulli alij, quã Cameræ applicentur, Quod etiam eſt de iure communi, ſecundum quod tota condemnatio
3 per Camerarios exigitur, † & in fiſci Cameram confluit, à quo portio ſua vnicuique ſoluitur *Bart. in l. ſenatus. §. ſenatus. ff. de iur. fiſc. & in l. 1. C. de vendit. rer. fiſcal. lib. 10. Peregr. de priuileg. & iurib. fiſc. lib. 8. tit. 8. n. 32.*
Quibus ſtantibus tenetur Camerarius, ſeu Theſaurarius ſoluere Iudici quartam partem ſibi debitam vigore condemnationis, de qua agi-
4 mus, † Nam licet in ſententia condemnetur reus in pœnam quingentorum ſcutorum auri pro treugua rupta, & confiſcationis omnium bonorum pro homicidio commiſſo, Nihilominus in executione huiuſmodi ſententiæ non debet attendi generalis confiſcatio tantum, itaut alia pœna contra eumdem reum lata euaneſcat, & reddatur ſuperflua, ſed omnes pœnæ executioni demandantur, nec vna aliam perimit, prout in praxi paſſim ita ſeruari teſtatur *Caball. reſolut. crimin. caſ. 158. n. 22. vſque ad 26. fol. 359.* vbi alios allegat,
5 & voluit etiam † *Farinac. q. 11. n. 62.* vbi licet miretur de huiuſmodi praxi, tamen concludit non eſſe ab ea recedendum *Guazin. de confiſcat. bonor. concluſ. 12. n. 27. fol. 15.* vbi etiam quod iſta pœna, ſeu mulcta determinata poteſt eſſe vtilior fiſco, quam confiſcatio bonorum propter aliquam qualitatem cauſę, de qua per *Boſſ. quomod. procedat. per præcept. n. 11. fol. 71. Addit. ad Bart. in l. 1. n. 4. in verb. quod non. ad med. ff. de in lit. iurand.*
Quorum ratio, vltra prædictam vtilitatem, poteſt eſſe, quia ſi aliquis ex pœna particulari debeat habere quartam partem, quam forſan non poſſet prætendere ex confiſcatione omnium
6 bonorum, † non eſt æquum, vt priuetur commodo ſibi proueniente ex condemnatione in pœnam ſingularem, adeo vt hoc reſpectu non ſit facienda confuſio pœnarum in damnum
7 tertij, cum pœnæ † licet regulariter applicentur fiſco *Alex. in l. 1. n. 19. & 20. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.* Tamen etiam per legem defertur pœna parti, quæ ſeruanda eſt,
8 ſiue ſit indicta per verba ſimplicia, † ſiue per verba reſpectiua dupli, tripli, vel quadrupli *Salic. in l. 1. C. de mod. mulctar. Peregr. de priuileg. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 3. & 4. fol. 214.* iuxt. *l. 3. C. de aſſeſſorib. l. fin. ff. de litigioſ. l. ge cornelia. §. 1. ff. ad ſillan. l. agraria. de termin. mot.*
Cum etiam ſit vtilis iſta condemnatio in nerſis pœnis ad effectũ cumulationis, & cc ſeruationis

9 tionis pœnarum, † iuxta ſtatuta mandantia
quod condemnatus in libris mille poſſit impune offendi, cum ſimilibus, de quibus per *Bart. in l. 2. §. 1. ff. de condit. inſtit. Ang. Alex. & Iaſ. in l ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.* late *Peregr. de priuileg.*
10 *fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 31. & 32.* † vbi etiam ſubdit
dari iſtam cumulationem pœnarum, quando illæ partim applicantur fiſco, partim priuato *Capoll. conſ crim. 14. n. 25. & 28. cum ſeq.*

Non obſtat, quod licet fiſcus teneatur ſoluere omnia debita rei condemnati in pœnam con-
11 fiſcationis omnium bonorum, † Tamen hoc
procedit quo ad debita prouenientia ex contractu, vel quaſi, non autem quo ad illa, quę ex delicto eiuſdem rei, & tituli deſcendunt, in quibus cæteris partibus idem fiſcus præfertur *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 16. n. 8. ad med. Neguſ. de pignorib. p. 2. membr. 4. n. 115. verſ. ſi autem ſumus poſt condemnationem. fol. 37.* iuxta *l. 1. C. pœn. fiſcalib. credit. præfer. lib. 10. l. quod placuit. ff. de iur. fiſc. Bald. Alex.* & alij in *l. reſcriptum. in princ. ff. de iur. fiſc. Clar. in §. fin. q. 78. n. 30. Farinac. q. 25. n. 188. Guazin. de confiſcat. bonor. concluſ. 23.*
12 *n. 13. & 14.* † vbi quod ſecus eſt reſpectu in-
tereſſe partis, in quo reus fuit condemnatus *Claud. Battand. reg. 140. in fin. Peregr. de priuileg. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 13. Euerard. loco argum. 62. de fiſco ad dot. in fin.*

Quia omiſſa vetitate iſtius opinionis, contra quam fuiſſe iudicatum ad fauorem priuati ad-
13 uerſus fiſcum † teſtatur *Io. Gallus. q. 130.* &
late defendit *Peregr de priuileg. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 12. fol. 214.* vbi quod ſemper quando ex eodem facto duo oriuntur creditores, vel
14 ex lege, vel per ſententiam † ambo æqualiter
admittuntur, nec alter alteri præfertur in concurſu, tanquam prælatio conſideretur, quando ex duobus factis diuerſis duo creditores apparent, tunc enim de iure potioritatis ex priuilegio in concurſu dubitari contingit *Bart. in l. contractus. C. de fid. inſtrum. Curt. Iun. conſ. 147. n. 5.*

Reſpondetur quod dicta cõcluſio procedit, quando per contractum, legem, aut ſententiam
15 inducitur alicui pœna pecuniaria, eiuſque
fit diuiſio, vt dimidia detur fiſco, altera medietas priuato, ſi enim contingerit reum condemnatum non eſſe ſoluendo, nec ex eius bonis poſſe exigi totam hanc ſummam, ſed ſolum medietatem, non concurret in ea priuatus, ſed præferendus erit fiſcus, & totam partem dimidiam habebit ex bonis cõdemnati *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 16. n. 8. Euerard. loc. argument. 62. de fiſco ad dotẽ. col. vlt. in princ. verſ. illud tamen non eſt omittendum. fol. 400.* poſt *Bald. in l. reſcriptum. ff. de pact.*

In caſu autem noſtro non ſumus in creditore rei condemnati, nam Iudex debet habere à Ca-
16 merario, † ſeu Theſaurario portionem ſibi tan-
gentem, & per ſtatutum, ſeu conſtitutionẽ, aut conſuetudinem ſibi delatam ex tota confiſcatione bonorum delinquentis, in qua non debet eſſe potior fiſcus, cum alias nunquam daretur Iudici ſua quarta pars, ſed totam fiſcus conſequeretur, quod non eſt dicendum, nam in ſpecie illa reſeruatur Iudici, qui poſt incorporationem bonorum omnium delinquẽtis, eam accipit à Camera, in quam tota confluit cum d. onere præſtandi quod Iudici debetur *Peregrin. de priuileg. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 32.*

Et quidquid ſit, in caſu noſtro nulla adeſt difficultas, nam habemus expreſſam legem, &
17 conſtitutionem, † quæ mandat præſtandam
eſſe iudici quartam partem eorum, quæ confiſcantur, & quæ deueniunt ad Cameram occaſione maleficiorum, vel quaſi, vnde cum habeamus expreſſam fiſci obligationem etiam ex cauſa delictorum prouenientem, non eſt diſputandum an tale debitum ſit ex contractu, ſeu ex delicto, cum iſta procedant in dubio, ſecus vbi adeſt mens clara Principis, qui poteſt pœnam reſeruare alteri in totum, ne dum in parte, & huiuſmodi lex eſt ſeruanda *Salic. in l. 1. C. de mod. mulctar. Peregr. de priuileg. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 4.*

Maxime quia huiuſmodi regalia dantur Iudici
18 propter probitatem, † & ſcientiam, quam prin-
cipaliter reſpicit officium doctoratus, & munus iudicandi *Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de diuerſ. & extraordin. cognit. Cephal. conſ. 70.*
19 *n. 6.* dixi *deciſ. March.* 101. *n. 20. & 21.* † vbi
etiam quod ei dantur multæ aliæ prerogatiuę, de quibus in *l. 1. C. de dignitat. lib. 10. Caſſan. in catalog. glor. mund. conſiderat. 12. p. 8. & conſiderat. 24. & 41. p. 10.*

Neque facit, quod Iudex in iſta quarta parte ſibi debita poſſit dici creditor rei condemnati, non autem fiſci, ſeu Camerę, tanquam deſcendat à
20 pœna per eundem reum ſoluenda, † Quia ve-
rius eſt, quod ſit creditor fiſci, cum non attendatur amplius à quo proceſſerint pecuniæ cõfiſcatæ, ſed ſolum cuius ſint poſt confiſcationem, nã illa ſecuta dicitur ſtatim fiſcus factus dominus talium bonorum ſiue adſit ſententia legis, ſiue hominis, & incontinenti illorum dominium acquiritur fiſco *l. commiſſa. ff. de publican. Bart. in l. 1. §. an bona. & in l. imperator. ff. de iur fiſc. Cuman. conſ. 31. ad fin. Pe-*
21 *regr. de priuileg. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 52.* † vbi
etiam quod ſtatim procuratores fiſcales nomine Cameræ, tanquam domini apprehendunt tenutam, & poſſeſſionem bonorum condemnati, etiam reo non citato *Bald. conſ. 141. ad fin.*
22 *lib. 2.* Exemplo hæredis, † cui per aditionẽ hæ-
reditatis ſtatim acquiritur dominium rerum hæreditariarum *l. cum heredes. 23. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. l. item videndum. 20. §. fin. cum l. ſeq. ff. de petit. heredit. Matthesil. notab. 43. Iaſ. in l. quoties. n. 32. C. de rei vendicat. Afſl. deciſ. 167. n. 3.*

Et paſſim adita hæreditate, non dicitur amplius hæreditas, cum ſit proprium patrimo-
23 nium ipſius hæredis, † & vnitur cum patri-
monio illius, & efficitur vnicum, & totum

patri-

patrimonium l. ſed ſi plures. §. filio. ff de vulgar. & pupill. l. 1. §. præterea. ff. de ſeparation. Tiraq. de retr. lignag. §. 11. gloſ. 1. n. 18. Purpur. conſ. 298. n. 3. Roland. conſ. 43. n. 40. lib. 4. Cephal. conſ. 45. n. 18. Surd. conſ. 562. n. 3. lib. 4. & conſ. 572. n. 35. eod. lib. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. 62. ff. de verb. obligat. Coraſ. in l. qui liberos. n. 81. ff. de rit. nuptiar. Craſſ. in §. hæreditas. q. 2. per tot. cum alijs per Iaſ. in l. 1. §. veteres. n. 14. & 19. ff. de ac-
24 quir. poſſeſſ. † vbi quod contraria procedunt, quando non eſt quis ſimpliciter inſtitutus, ſed cum grauamine fideicommiſſi, quod operatur vt nõ poſſit dici proprium patrimonium hęredis l. filiusfamilias. 18. ff. ad leg. falcid.

Nec facit quod iterum opponitur non eſſe dandam executionem huiuſmodi ſententiæ, in qua condemnatur reus ad pœnam quingentorum & confiſcationis bonorum, quamuis talis condemnatio ſubſiſteret, Quia cum ſentẽtia ſit valida, vt dictũ eſt ſupr. n. 4. ſequitur quod etiã illa ſit exequenda, parũ enim eſſet habere ſententiam, niſi daretur etiam executio omnium
25 in ea contentorum, † itaut hoc ius exequendi quod Iudicis auctoritate eſt faciendum, ęquiparetur conuẽtioni partium l. penult. C. de pignor. action. l. eũ creditorem. C. de furt. Aſin. de executionib. §. 1. c. 15. n. 1. fol. 11. Vbi etiam quod in hoc ęquipollet lex & pactum contrahentium l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideicommiſ. libert. Gloſ. in l. 2. C. commun. vtriuſque iudic.

Maxime quia ſumus in pœna conuentionali, quę
26 non confunditur cũ alia pœna, † & ſemper poteſt exigi, & à promittẽte debetur, vltra aliam pœnam, in qua fuit cõdemnatus Marſil. conſ. 9. col. penult. ad fin. n. 50. & col. vlt. verſ. capio modo tertium. n. 51. Foller. in prax. crimin. p. 4. princ. rubr. pœnis debitis feriãtur. in verb. Iudex. n. 23. fol. 336. Baiard. ad Clar. q. 47. n. 43.

Amplius non ſolum iudex condemnabit reum in pœnam delicti, & pœnam conuentionalẽ, cum
27 vna non confundat aliam, vt dictum eſt, † ſed etiam tenebitur promittens pro reo ad omne augmentum, quod proueniret ratione contumacię, ſeu inficiationis, vel ſimilis cauſæ per quam augebitur condẽnatio, quando fideiuſſio fuiſſet plena, puta in omnẽ caſum Boer. deciſ. 314. n. 2. poſt Iaſ. in §. quadrupli. n. 9. inſtit. de
28 action. † Quidquid alias in promiſſione ſimplici iſta augmenta pœnarũ non venirent in condemnatione Roman. conſ. 270. in fin. n. 7. & conſ. 507. n. 1. vbi Mãdoſ. in verb. obligatione. Bart. in l. 1. n. 4. vbi Addit. in verb. quod nõ. in princ. ff. de in lit. iurand. Felin. in c. cum ordinem. col. 4. n. 6. verſ. & dicit. de reſcript. Aret. de malefic. in verb. pro quibus vel quolibet. verſ. quæro an fideiuſſor teneatur. Marſil. in rubr. de fideiuſſorib. q. 8. n. 91. Hering. eod. tit. c. 24. n. 214. fol. 532.

Stante igitur dicta pœna cõuentionali, corruunt omnia, quę denuo exaduerſo adducũtur, Nã dũ dicitur, quod fiſcus ſuccedens titulo vniuerſali propter condemnationem confiſcationis omnium bonorum delinquentis tenetur ad omnia illius debita, dummodo proueniant ex contractu, non autem ex delicto, hoc non applicatur ad caſum noſtrum, cum ſimus in pœnis conuentionalibus, quę proueniunt ex contractu delinquentis, vt clare legitur in inſtrumẽto die 31. Ianuarij 1619. in quo Chriſtophorus fecit treuguam in forma cum Lelio duraturam, & obſeruandã ſub pœna quingentorum ſcutorum auri applicandorum, & pro obſeruantia obtulit fideiuſſorẽ, pro quo Siluius promiſit, quem indemnem cum iuramento ac alijs
29 latius in d. inſtrumento contentis, † ex quibus patet pœnam fuiſſe deductã in ſtipulationem, quæ dicitur conuentionalis, & applicabitur parti offenſę, ſi non apparet fuiſſe promiſſam fiſco Caſtr. in l. non impoſſibile. ff. de pact. poſt Bart. in l. 1. ff. de iur. fiſc. late Ferrett. de ferijs. n. 92. cũ alijs per Herculan. de caution. de non offendend. c. 10. n. 8. & 9. fol. 45. Quid-
30 quid aliud ſit de conſuetudine, † ſecundũ quam ſit applicatio Camerę, ſeu fiſco, vt per Hercul. ibid. n. 8. in fin. & n. 10. Bart. in l. ſi quis. ff. de custod. & exhibition. reor.

Quare non ſumus in ſimplici pręcepto de non offendendo ſub dicta pœna ſcutorum quingen-
31 torum auri, vt ex aduerſo pręſupponitur, † cũ alia ſit pœna cautionis, alia pœna legis, & pręcepti Iudicis Herculan. de caution. de non offendend. c. 36. n. 4. & 5. fol. 122. vbi ex hoc concludit, quod quis non liberatur à pœna de-
32 licti per legem impoſita, † quamuis cautio ex prima offenſione tracta ſit, cum neminem offendere liceat l. 1. C. vnde vi. & late etiam comprobat Marſil. conſ. 9. col. penult. & vlt. n. 50. & 51. vbi etiam quod hoc magis procedit in treugua rupta, prout eſt caſus noſter,
33 quam in pace, † cum treugua ſit efficacior, & tenacior, quam pax, tanquam facilius poſſit rumpi pax, ſeu offendi rumpens pacem, quam rumpens treuguam, itaut ſi quis fecerit pacem cum ſuo inimico, & ſuperueniat noua cauſa, poſſit illum offendere ex tali noua cauſa, nec dicatur rumpere pacem, quod non permittitur in treugua Bald. in l. cum proponas. C. de pact. Aug. in l. qui inſulam. ff. de verbor. obligationib. Imol. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de eod. tit. Felin. in c. 1. col. 2. verſ. conſidera diligenter. de treug. & pac. cum alijs per Marſil. d. conſ. 9. n. 50.

Ex prędictis concluditur deberi portionem Iudici, & alijs officialibus de huiuſmodi condemnatione particulari ſcutorum quingentorum auri propter pœnam conuentionalem incur-
34 ſam occaſione treugę ruptę, † cum illis fuerit reſeruata, & applicata per Principem, & legem, ſeu conſtitutionem, aut conſuetudinem Salic. in l. 1. C. de mod. mulctar. cum alijs de quibus ſupr. n. 7. Alex. in l. 1. n. 19. & 20. ff. ſi quis ius dicent.

Non obſtante confiſcatione omnium bonorum, in quam fuit idem fractor treuguæ condemna-

L 2 tus,

tus, cum prius ſit detrahenda quantitas pœnæ particularis in conuentionem deducta, & ſoluenda illis, quibus fuit applicata, remanentibus alijs bonis confiſcatis ad fauorem
35 fiſci, † qui ſiue reputetur hæres anomalus condemnati, ſiue extraneus, ſiue ſucceſſor iuris, ſiue ſucceſſor vniuerſalis, ſiue quaſi hæres loco ſucceſſoris in prælatura, iuxta opiniones Doctorum, de quibus late *Peregr. de iur. fiſc. tit. 1. lib. 5. n. 53. & 60. fol. 235.*
36 Semper pro tota, † vel pro quota bonorum publicatorum ſuccedit in ius, & locum condemnati, & in omnes actiones actiuas, & paſſiuas illius, itaut teneatur præſtare ipſius factũ, & obligationem de bonis, quę ad eum peruenerunt *l. 2. C. ad leg. iul. de vi publ. l. ſi ademptis. C. de ſentent. paſſ. Aret. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipium. ff. de acquir. heredit. Alciat. conſ. 24. n. 8. lib. 8. Peregr. de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 53.* Et ita iuris eſſe cenſeo pro veritate requiſitus, prout etiam iudicarem, ſi cõtingeret me eſſe iudicem, quémadmodum alias ſæpiſſime, & per multos annos huiuſmodi onus iudicãdi fuit mihi demandatũ.
37 ¶ De multiplicatione autem pœnarum † multa *Farinac. q. 12. per tot. Caball. reſolut. criminal. 58. n. 24. Pegner. deciſ. 28. in fin. Didac. Canter. quæſt. criminal. c. 10. q. 2. de diuerſor. delictor. accuſat. & punition. n. 2. & 3. Gomeſ. de delict. c. 1. n. 38. & c. 3. n. 36. Marſil. in l. vnic. q. 38. C. de rapt. virgin.*

EPITOME.

NOtario, & Nuntio, & ſimilibus an credatur de commiſſione ſibi facta per Iudicem. ¶ Denunciationes in matrimonio an debeant fieri ab vtroque parocho contrahentium. ¶ Et an poſſint remitti per Vicarium Epiſcopi. ¶ Et an ſint de ſubſtantia matrimonij. ¶ Et an illarum omiſſio reddat prolem illegitimam, & annullet matrimonium, & reddat illud clandeſtinum. ¶ Et quid ſi per conſtitutionem ſynodalẽ, aut conſuetudinem illæ requirantur. ¶ Habitatio diuturna cõiugum in figura matrimonij quando faciat pręſumi omnem diſpenſationem legitimam. ¶ Et an ſufficiant decem, vel viginti anni cum cõmuni reputatione. ¶ Vicarius Epiſcopi an comprehẽdatur ſub nomine ordinarij, vel dicatur medius inter ordinarium & delegatum. ¶ Et an ab eo poſſit appellari ad Epiſcopum. ¶ Et quid in vicario foraneo. ¶ Sola fides parochi an probet quod matrimonium fuerit legitimè contractum etiam abſque iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationes in matrimonio debent fieri ab vtroque parocho contrahentium.*
2 *Omiſſio denuntiationum facta de licentia Vicarij non vitiat matrimonium.*
3 *Creditur notario atteſtanti de commiſſione, ſeu deputatione ſibi per Iudicem facta de ſtilo, quidquid aliud ſit de iure. n. 5. & 6.*
4 *Nuncius probat commiſſionem de citando ſibi per Iudicem demandatam.*
7 *Vicarius poteſt facere fidem de matrimonio facto cum eius licentia.*
8 *Sola fides parochi probat, quod matrimonium fuit legitime cõtractũ etiã abſque iuramẽto.*
9 *Vicarius epiſcopi non poteſt remittere denunciationes matrimonij. Contrarium eſt verius & in praxi receptum. n. 10. & 11.*
12 *Facultas diſpenſandi ſuper denunciationibus remittitur per* Concilium Ordinario.
13 *Vicarius epiſcopi comprehenditur ſub nomine ordinarij, & nunquam excluditur per* Concilium *quando fit mentio de ordinario. n. 15. & an dicatur medius inter ordinarium & delegatũ, ſeu faciat idem tribunal cum Epiſcopo. n. 16. 17. & 18.*
14 *Cauſæ matrimoniales cognoſcuntur per Vicarium Epiſcopi.*
19 *Vicarius foraneus dicitur delegatus, & ab eo appellatur ad Epiſcopum, ſecus in generali. n. 20.*
21 *Denunciationes non ſunt de ſubſtantia matrimonij.* Contrarium *n. 22. ſed prima ſententia eſt verior. n. 23. 24. & 25.*
26 *Omiſſio denuntiationum nõ reddit prolem illegitimam, nec annullat matrimonium, nec illud reddit clandeſtinum. & n. 27. Idem ſi per conſtitutionem ſynodalem tales denuntiationes requirerentur. n. 28. 30. & 31.*
29 *Denunciationes in matrimonio requirebantur etiam ante* Concilium *Tridentinum.*
32 *Habitatio diuturna coniugum in figura matrimonij facit præſumi omnem legitimam diſpenſationem ad fauorem filiationis, itaut ſufficiant decem, vel viginti anni cum communi reputatione. n. 33. & 34.*

CAPVT DCCCXLI.

MAtrimonium, de quo in cauſa Paduana legitimitatis tranſmiſſa, dixi eſſe validum, quamuis enim prætendatur illud fuiſſe
1 contractũ abſque denunciationibus, † quæ debent fieri ab vtroque parocho contrahentium iuxta diſpoſitionem Concilij *ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. matrim.* Tamen verius eſt, quod in ca-
2 ſu noſtro iſta omiſſio non vitiet, † cũ illæ fuerint remiſſæ per Vicarium generalẽ, prout atteſtatur idẽ Parochus tale matrimoniũ feciſſe de licentia eiuſdẽ Vicarij, cui parocho eſt credendũ, prout creditur notario, quando atteſtatur de commiſſione ſibi per iudicem facta de
3 ſtilo, † quidquid aliud ſit de iure, vt notat *Cantaq. deciſ. 245. n. 1. p. 2.* vbi fuit conualidatus proceſſus, quamuis non cõſtaret de deputatione notarij, niſi per ſolam ipſius atteſtationem,
4 prout etiam de nuncio, † qui citauerat de cõmiſſione iudicis, licet de tali commiſſione non appareret, niſi per eiuſdẽ nuncij relationẽ *Rot. deciſ. 145. n. 3. p. 1. in recentiorib. & deciſ. 699. n. 3. p. 2. etiã in recentior. & corã R. P. D. Decano Gerunden. vini. 25. Maij 1598. & coram R. P. D. Iuſto. Barchinonen. prioratus 28.*

No-

Nouembris 1607. & coram Card. Lancel-
lotto Firmana iuriſdictionis. 26. Iunij 1610.
& coram Sanctiſſimo Gregor. XV. Romana
iuriſpatronatus. 26. Maij 1600. & Venetia-
rum nauis. 1. Februarij 1610. quæ in impreſſ.
eſt deciſ. 301. n. 2. p. 1. in recentiorib. ¶ Con-
traria autem procedunt de iure Felin. in c. 1.
5 n. 13. verſ. quarta concluſio. de iudic. † poſt
Io. Andr. ad Speculat. de citation. §. 1. in verb.
ſed nunquid credatur. Bart. in extrauag. ad
reprimendum. in verb. per nuncium. Ruin.
conſ. 69. n. 8. lib. 5. Salic. in l. tres denuncia-
tiones. n. 6. C. quom. & quando iudex. Alex.
in l. ſciendum. col. vlt. ff. de verbor. obliga-
tion. Franc. in c. cum parati. 19. n. 11. vſque
6 ad 15. de appellationib. † Qui rigor iuris de
conſuetudine non ſeruatur, vt dictum eſt, & te-
ſtatur etiam Bald. in l. fin. n. 3. ad med. C. de
exhibend. reis. & in l. cum clericis. 25. col. 1.
n. 3. verſ. memorati. C. de epiſc. & cler. Iaſ. in
§. quadrupli. n. 17. & 18. inſtit. de actionib.
Alex. conſ. 123. n. 3. poſt princ. lib. 2. Vant. de
nullit. ex defect. mandat. n. 41. in fin. fol. 342.
Maxime, quia vltra huiuſmodi atteſtationem
parochi, adeſt etiam fides ipſiuſmet Vicarij,
qui deponit de tali matrimonio facto de eius
licentia, & cōmiſſione, per quam fidem coad-
iuuatur atteſtatio parochi, itaut magis ſit ei
credendum quo ad commiſſionem ſibi datam,
vt in ſimili de notario Abb. in c. vnic. n. 9. de
ſyndic. Io. Andr. ad Speculat. de ſentent. col.
5. in verb. porro. Vant. de nullit. ex defect.
mandat. n. 150. verſ. ſi tamen ipſi conſtitutio-
ni. fol. 308. poſt Rot. deciſ. 555. & deciſ. 132.
8 in antiq. † Et ſola fides Vicarij exhibita pro-
bat matrimonium fuiſſe legitime contractum
etiam abſque iuramento tanquam ſit in con-
cernentibus ſuum officium Menoch. de arbitr.
caſ. 99. n. 1. & 2. Surd. deciſ. 70. n. 13. Rot.
deciſ. 390. n. 3. p. 2. in recentiorib. iuxta c. cum
inhibitio. de clandeſtin. deſponſation. Iaſ. in
l. admonendi. n. 132. de iureiurand. Aim. de
antiq. temp. §. quarto limitatur. p 1. n. 62.
Non obſtat, quod Vicarius epiſcopi non poſſit
9 remittere denuntiationes † Menoch. conſ.
69. n. 55. lib. 1. & de arbitr. caſ. 453. n. 1. fol.
367. Cephal. conſ. 421. n. 72. cum ſeq. lib. 3.
Spin. de teſtam. gloſ. 15. n. 29. Nam quidquid
iſti teneant, & alij, qui eos ſequuntur, contra-
10 ria opinio eſt verior, † & magis communis, &
vſu, & moribus recepta, & in praxi totius orbis
admiſſa, vt teſtatur Gutierez. canonicar. quæ-
ſtion. c. 19. n. 13. vſque ad 16. & lib. 3. ſeu de
ſponſalib. de futur. & matrimon. c. 56. n. 11.
& contra Menoch. ita pluries practicari dicit
Roland. Cauagnol. in obſeruation. legalibus
ad reſponſa eiuſdem Menoch. d. conſ. 69. n.
5. lib. 1. Ceuall. q. 604. n. 92. ad med. verſ.
prior tamen opinio. fol. 50. tom. 2. Flor. pract.
quæſtion. c. 24. lib. 3. n. 26. Sbrozz. de offic.
vicar. q. 43. n. 28. & 29. lib. 2. fol. 64. & q. 101.
n. 1. eod. lib. fol. 132. Caualcan. deciſ. 29. n.
17. & 18. de iudic. lib. 1. Claud. ad Bertazol.
conſ. crimin. 283. in fin. p. 2. Vgolin. de of-
fic. & poteſtat. epiſcop. c. 60. in princ. n. 5. p. 2.
fol. 169. Ignat. in addit. ad Diaz. in prax.
crimin. canonic. c. 76. in verb. diſpenſent.
11 verſ. ſed dubium egregium. fol. 333. † vbi quod
iſta eſt praxis forenſis totius Chriſtiani Orbis
Alphonſ. Veracrux. in append. ad Specul. con-
iugior. dub. 1. col. 2. in fin. fol. 4. Nauar. conſ.
5. de ſponſal. & conſ. 2. de clandeſt. deſponſat.
lib. 4. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſput. 7. n. 10.
fol. 442. vbi etiam quod in toto orbe ita ſer-
uatur Segur. in director. iudic. p. 2. c. 16. n. 2.
& 3. Emanuel. in ſumm. tom. 1. c. 217. n. 4.
Quorum ratio eſt, quia Concil. Trident. ſeſſ. 24.
12 c. 1. de matrim. † hanc diſpenſandi facultatem
ſuper denunciationibus remittit ordinario,
verſ. niſi ordinarius ipſe expedire iudicaue-
rit, vt prædictæ denũciationes omittãtur, ſed
13 Vicarius Epiſcopi eſt ordinarius, † & compre-
henditur ſub nomine ordinarij Gloſ. in c. 1. de
offic. vicar. in 6. late Sanchez. de matrimon.
14 lib. 3. diſput. 29. n. 3. 5. & 18. † & cognoſcit
de cauſis matrimonialibus Præpoſ. in c. fin.
in 1. notab. de cognat. ſpirit. Sbrozz. de Vi-
car. Epiſcop. q. 44. lib. 2. Vnde multo magis
15 de præambulis, † maxime quia per Concilium
nunquam excluditur Vicarius, quando in eo
fit mentio de ordinario, ſeu de Epiſcopo c. 6. de
reformat. ſeſſ. 24. Pariſ. de reſignat. beneficior.
lib. 3. q. 11. n. 19. vſque ad 24.
Et quamuis aliqui teneant, quod Vicarius licet
16 habeat iuriſdictionem ordinariam, † tamen
nō poſſit dici ordinarius, ſed ſit medius inter
ordinarium & delegatum, vt diſtinguit Bolo-
gn. in rubr. ff. de offic. eius. n. 55. in fin. An-
ton. Gomez. in explicat. bull. cruciat. c. 4. n.
21. & 22. Morl. in empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 27.
17 Tamen eorum opinio non ſubſiſtit, † cum Vi-
carius faciat idem tribunal cum Epiſcopo c. 2.
de conſuetud. in 6. Felin. in rubr. de offic.
delegat. col. vlt. ad med. verſ. vicarius etiam
18 epiſcopi. n. 4. † vbi ex hoc concludit, quod Vi-
carius generalis eſt ordinarius, & habet iu-
riſdictionem ordinariam, quidquid aliud ſit in
19 Vicario foraneo, † qui dicitur delegatus, à
quo appellatur ad Epiſcopum, cum in altero
non liceat Gloſ. in clem. 2. in verb. foraneo.
de reſcript. & in c. perlectis. in verb. & iur-
gia. 25. diſtinct. & in c. romana. in verb. ge-
neraliter. de appellat. in 6. Abb. in c. decer-
nimus. n. 12. de iudic. & in c. ſi quis contra
clericum. col. 12. n. 35. de for. compet. Couar.
20 qui de communi † pract. quæſt. c. 4. n. 8. verſ.
eſt ad idem optima. & lib. 3. var. reſolut. c.
20. col. 4. ad med. verſ. nam & iſti quadam
conſcientia. Alex. in rubr. de offic. eius cui
mand. eſt iuriſd. n. 17. vbi Iaſ. n. 2. Affl. ſu-
per conſtitut. Regn. lib. 1. rubr. 59. n. 12. Pa-
uin. de poteſt. capit. ſede vacant. p. 1. q. 2. n. 2.
& 3. & p. 2. q. 10. n. 3. & 4. Sanchez. de ma-
trimon. lib. 3. diſput. 29. cum alijs late per
Barboſ. in remiſſ. ad concil. Trident. ſeſſ. 24.
de reformat. c. 16. n. 6. Rot. deciſ. 1. de offic.

Vic. in nou. Gutier. lib. 1. canonic. quæſt. c.
19. n. 15. & 16.

Quibus additur, quod iſtæ denunciationes non
21 ſunt de ſubſtantia matrimonij, † neque illud
reddunt nullum, ſi omittantur, ſed erit vali-
dum, ſi fuerit celebratum coram parocho, &
teſtibus, prout declarauit Sacra Congregatio
Concilij, de qua per Iguat. Lop. ad Diaz.
c. 75. addit. 2. in verb. ſuſpenditur ab officio.
Rimin. Iun. conſ. 691. n. 17. lib. 4. Gutier. de
contract. iurat. c. 51. n. 25. tom. 6. p. 2. fol. 98.
& late dixi ſupr. c. 83. n. 7. vſque ad 11. Na-
uar. in manual. c. 22. n. 70.

Neque obſtat, quod contrarium ſequatur Me-
22 noch. conſ. 69. lib. 1. † vbi quod ſi iſtæ denun-
ciationes omittantur, matrimonium ſit nul-
lum, tanquam illæ ſint de ſubſtantia Cephal.
conſ. 421. lib. 3. & conſ. 503. n. 14. lib. 4. Ca-
cher. conſ. 52. n. 11. cum ſeq. Honded. conſ.
87. n. 16. lib. 1. Nam quidquid iſti teneant, &
23 alij, qui eos ſequuntur, † non eſt diſcedendum
ab opinione ſuperius firmata, quod tale ma-
trimonium non ſubiaceat alicui nullitati, ſed
ſit validum, itaut filij ex eo nati ſint legitimi,
& ſuccedant parentibus, prout vltra ſupra
allegatos concludit etiam Perez. in l. 1. tit.
15. lib. 5. ordinat. Nauar. conſ. 17. n. 4. de ſpon-
ſalib. Franc. Marc. deciſ. 714. in princ. tom. 2.
Mart. de iuriſdict. p. 4. caſ. 71. n. 11. Ledeſm.
p. 1. de ſacram. matrim. c. 6. concluſ. 6. in fin.
Rebell. de obligation. iuſtit. p. 2. lib. 2. q. 7. ſect.
2. n. 8. Emanuel. in ſumm. tom. 1. c. 217. n. 2.
Valer. Reginal. in prax. for. pœnitential. lib.
31. n. 222. Vega. in ſumm. lib. 3. caſ. 176. Aegid.
de ſacram. tom. 2. diſput. 27. n. 49. Henriq. in
ſumm. lib. 11. c. 5. §. 1. Sanchez de matrimon.
24 lib. 3. diſputat. 5. n. 3. & per tot. † vbi late
diſputat, & omnibus obiectis in contrarium
reſpondet Sarmient. lib. 1. ſelectar. c. 6. n. 7.
Cucus lib. 5. inſtitut. tit. 11. n. 86. Roias in
epitom. ſucceſſ. c. 2. n. 23. & 24. Segur. in di-
rector. iudic. p. 2. c. 16. n. 2. Ceruant. in l. 6.
taur. n. 22. Matien. lib. 5. recopilat. tit. 1. gloſ.
1. n. 34. & 35. Azeued. eod. lib. 5. tit. 1. l. 1.
n. 41. Veracrux in append. ad Specul. dub. 1.
per tot. & dub. 11. in fin. Medin. in ſumm.
lib. 1. c. 16. §. 13. fol. 231. Philiarc. de offic. ſa-
cerdot. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 2. Marcus Anton.
in coron. confeſſor de matrim. tit. de ſponſalib.
de præſent. n. 18. verſ. ex quibus verbis. Vi-
uald. in Candelabr. p. 1. de matrim. n. 242.
fol. 233. Gutierez. lib. 3. canonicar. quæſtion.
ſeu de ſponſalib. de futur. & matrimon. c. 56.
25 n. 2. & 3. † vbi quod ita praxis obſeruat; &
quidquid alij ſentiant, iſta eſt verior & magis
communis opinio, quam etiam late compro-
bat, & ita pluries fuiſſe reſolutum in cõgrega-
tione Concilij atteſtatur Ceuall. q. 604. n. 46.
dubit. 27. fol. 49. & n. 123. dubitat. 97. fol. 52.
& q. 697. n. 12. fol. 97.

Et ita etiam paſſim ſeruatur in Rota, in qua plu-
26 ries fuit concluſum, † quod omiſſio denuntia-
tionum non reddit prolem illegitimam, ne-
que annullat matrimonium, nec reddit illud
clandeſtinum, vt in cauſa Leodien. matrimonij
coram R. P. D. Iuſto 27. Iunij 1609. & coram
R. P. D. Manzanedo Romana de Paluzzel-
lis. 9. Aprilis 1612. quæ eſt in impreſſis de-
ciſ. 390. n. 5. p. 2. in recentiorib. & coram R.
P. D. Penia Barchinonen. matrimonij. 15.
Martij 1604. in impreſſ. deciſ. 71. n. 12. p. 1.
27 in recentiorib. † vbi etiam quod ita ſæpius
cenſuit Congregatio Interpretum Sacri Con-
cilij Tridentini.

Amplius, etiam ſi ex conſtitutionibus ſynodali-
bus diœceſis, & conſuetudine immemorabili
28 etiam ſeruata † poſt Concilium præcedere
debeant edicta, ſeu denunciationes in celebra-
tione matrimonij, illarum omiſſio non red-
det matrimonium clandeſtinum, nec prolem
29 illegitimam, † quia tales denunciationes re-
quirebantur etiam ante Concilium c. cum in-
hibitio. de clandeſt. deſponſat. quæ eſt conſti-
tutio conciliaris, & nunc renouatur, & nihilo-
30 minus ea non ſeruata, † non annullatur matri-
monium, ſed ſolum quando ſine parocho, &
teſtibus illud contrahitur, vnde pari ratione
non debet annullari, ſi non ſeruetur conſuetu-
31 do, & conſtitutio ſynodalis, † tanquam iſtæ
non ſint maioris momenti, aut conſiderationis
quam dicta cõſtitutio, prout reſoluit Con-
gregatio Concilij Tridentini, de qua per Petr.
Vincent. de Marzilla ad decret. d. Concil.
lib. 3. de clandeſt. deſponſat. tit. 15. c. 3. in
fin. fol. 58.

Accedat diuturna coniugum habitatio in figura
matrimonij in ciuitate, & diœceſi bene conſti-
tuta, & catholica ab anno 1580. de quo tem-
32 pore fuit contractum matrimonium † vſque
ad obitum eorumdem coniugum, quo caſu
omnis legitima diſpenſatio interueniſſe præ-
ſumitur, itaut ſufficiant decem, aut viginti an-
ni cum communi reputatione, nedum aliud
antiquius tempus ad talem materiam proba-
tionis matrimonij, ac filiationis, & diſpen-
ſationis, vt late concludit Rot. coram R. P. D.
Penia Barchinonen. matrimonij. 15. Mar-
tij 1604. quæ in impreſſ. eſt deciſ. 71. n. 5. vſ-
que ad 7. p. 1. in recentiorib. poſt Achill. deciſ.
97. alias 1. de præſumpt. Felin. in c. illud. n.
6. eod. tit. Sarnenſ. de triennal. q. 10. verſ.
33 ſed aduertendum. col. 2. † Recedendo à deciſ.
Cardin. Paleott. Meſſanen. illegitimitatis.
20. Maij 1560. vbi ad iſta præſumenda requi-
34 rebantur centum anni, quia verius eſt † quod
in hac materia tempus antiquum dicatur de-
cem, aut viginti annorum Ferret. conſ. 49.
n. 3. verſ. ad hoc reſpondeo. Barbat. conſ. 68.
n. 4. verſ. nec etiam. lib. 4. Cæſar de Graſſ. de-
ciſ. 6. n. 11. qui fil. ſint legitim. Put. deciſ. 257.
lib. 3. Rot. coram Card. Millin. Mediolanen.
matrimonij. 17. Iunij 1602. poſt Præpoſ. in c.
tranſmiſſæ. col. fin. qui fil. ſint legitim. iuxta
notata per Hoſtienſ. Abb. & alios in c. illud.
de præſumptionib. Salic. in l. non nudis. col.
1. C. de probationib.

EPI-

EPITOME.

IVramentum in ſupplementum an deferatur iudęo litiganti cum iudæo, vel Chriſtiano. ¶ Hebræi an ſubſint ſtatuto, qnod ſtantibus maſculis fęminæ non ſuccedant. ¶ Et quando ligentur iureiurando. ¶ Et qua pœna ſint puniĕdi, ſi fuerint periuri. ¶ Et an illis ſeruandus ſit rigor, ſeu æquitas. ¶ Et an eis carceratis debeantur alimenta per Chriſtianos creditores. ¶ Pœnitentia an admittatur in contractu, de quo partes voluerunt fieri inſtrnmentum. ¶ Notarius de facto proprio minutæ per ipſum faciendæ an probet. ¶ Ius retractus, & inquilinatus an competat iudæis in domibus, quas habitant. ¶ Et an idem ſit quod Gazaga. ¶ Et quando illud ſit ceſſibile, & tranſmiſſibile. ¶ Conſors an præferatur in re vendita. ¶ Portio domus an conſiſtat in hauſtu aquæ, puteo communi, balneo, acceſſu, aditu, fiſtula, canali, & ſimilibus. ¶ Retractus an detur in vſu communi, & commoditate vſusfructus, & habitatione domus, & alia ſeruitute, & decimis, & actione perſonali, quam plures habent ad fundum, & in rebus mobilibus. ¶ Statutum vrbis de conſortibus an procedat inter venditorem, & emptorem, cum pacto reuendendi. ¶ Bnlla iuris congrui an habeat locum in iuribus incorporalibus, & vbi ceſſat ornatus, & ad fauorem vtilis domini, vendente proprietario. ¶ Seruitus quando ſit tota in toto, & tota in qualibet parte domus. ¶ Et quo caſu recipiat diuiſionē.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio, ſeu tractatus ex quibus verbis colligatur in venditione.*

2 *Notarius deponens de facto proprio circa minutam venditionis faciendam plenè probat ſtantibus adminiculis. n.3.*

4 *Iuramentum in ſupplementum datur, ſi fuerit ſemiplene probatum.*

5 *Iudæo non defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Intellige ſi agatur contra Chriſtianum, ſecus inter iudæos. n.6. Vel contra Chriſtianum ſuſpectū de iudaiſmo. n.7. & de ratione n.9. 10. & 11.*

8 *Perſona, quæ repellitur à teſtimonio, debet etiam repelli à iuramento in ſupplementum.*

12 *Iudæi non ligantur iuramento. Declara quo ad effectum præiudicij animarum, ſecus quo ad obſeruantiam iuriſiurandi, ad quam tenentur, & puniuntur ſi tranſgrediūtur pœnis temporalibus, non ſpiritualibus. n.13. 14. 15. 16. & 17.*

18 *Pœnitentia an detur, ſi partes voluerunt de contractu confici inſtrumentum. n.19. & 20.*

21 *Ius inquilinatus an detur hebræis in domibus, quas habitant, & quid ſignificet Gazaga, & an ſit ceſſibile, & tranſmiſſibile. n. 22. & 42.*

23 *Conſors præfertur in re vendita, ſeu locata tam vigore ſtatuti vrbis, quam iuris communis, etiam ſi conſortium ſit in minima parte. n.24. 43. & 44.*

25 *Portiones domus conſiſtunt in hauſtu aquæ, puteo communi, balneo, acceſſu, aditu, fiſtula, canali, & ſimilibus.*

26 *Rigor, vel æquitas an debeat ſeruari iudæis. & n. 27.*

28 *Eleemoſina eſt danda iudæis.*

29 *Creditores Chriſtiani tenentur præſtare alimenta iudæis carceratis.*

30 *Beneficium retractus competit iudæis. n.33.*

31 *Statuta concedentia retractum reponunt iudæos ad terminos legis Moyſis.*

32 *Iudæi ligantur ſtatuto, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

34 *Retractus cōceditur in vſu communi, & commoditate vſusfructus, & habitatione domus, & alia ſeruitute, & actione perſonali, quam plures habent ad fundum. n.35. & 45.*

36 *In rebus mobilibus an detur retractus.*

37 *Obſeruantia declarat omnem diſpoſitionem dubiam.*

38 *Bulla iuris congrui non procedit in iuribus incorporalibus, nec vbi ceſſat ornatus, nec vendente proprietario ad fauorem domini vtilis.*

39 *Conſortium non adeſt inter emptorem, & venditorem cum pacto retrouendendi, nec in hoc caſu habet locum ſtatutum vrbis de conſortibus.*

40 *In decimis non admittitur retractus.*

41 *Seruitus eſt tota in toto, & tota in qualibet parte domus, ſicut anima in corpore.*

46 *Dominus domus dicitur qui habet partem illius, quamuis etiam alius habeat vſumfructum.*

47 *Ius inquilinatus hebræorū, aut ſeruitus quādo dicatur diuiſus propter commoditatem.*

CAP. DCCCXLII.

PRobatam eſſe dixi venditionem loci Mercatus, de quo agebamus, Nam vltra primum teſtem, qui clare deponit de omnibus circumſtantijs ſpectātibus ad huiuſmodi venditionem, adeſt etiam alius teſtis, qui licet in principio videatur ſolum loqui de tractatu,
1 Tamen poſtea † in fine ſuæ depoſitionis addit, quod cum eſſent partes diſcordes ſuper quantitate pretij, emptor dixit venditori præuio tactu manus *per queſta fede me lo poſſete dare, & farò far la minuta, & Angelo venditore riſpoſe, fate quel che volete*, ex quibus verbis colligitur concluſio, non tractatus venditionis, Itaut ſtantibus depoſitionibus tam primi, quam ſecundi teſtis, ſit probata vendi-
2 tio, maxime, † qnia primus teſtis eſt notarius, & deponit de facto proprio in concernentibus minutam factam de dicta venditione, qno caſu plene probat, cum hoc ſit de pertinentibus ad ſuum officium *l. ſi quis decurio. vbi Bald. & Salic.* C. *ad leg. cornel. de falſ.*

Digitized by Google

3 Card. Seraph. deciſ.623.n.12. † Prout regu-
lariter creditur teſti deponenti de facto pro-
prio, præſertim quādo adeſt aliquod aliud ad-
miniculum, de quo conſtat in caſu noſtro, ſtan-
te depoſitione ſecundi teſtis, vt dictum eſt ſu-
pra Aim. conſ. 491. n.11. Caputaq. deciſ. 267.
p.3. Rimin.Sen.conſ.392.n.13. Cardin. Man-
tic. deciſ.6. n 9.& 10.

Cum etiam dato, & non conceſſo, quod non eſſet
4 facta plena probatio, tamen eſſet deferendum
emptori iuramentum in defectum plenæ pro-
bationis, quod paſſim datur iuxta c. vlt. §. ſa-
ne. & ibi Gloſ. fin. de iureiurand. l. admo-
nendi. vbi Gloſ. in verb. exacto. ff. eod. tit.
Card. Mantic. deciſ.6. n.8.

Neque obſtat, quod ſimus in iudæo, cui non de-
5 fertur iuramentum † in ſupplementum proba-
tionis Marſil. ſing. 41. n.1. Imol. conſ.2. n.
2. Bald. in l. qui accuſare. col.1. verſ. ex hoc
etiam apparet. n.2 C. de edēd. Alex. in l. admo-
nēdi. in fin. & ibi Curt. Sen. n.202. Iaſ. col.78.
n.296. verſ. trigeſimo ſexto. & Caccialup.
col. 46. verſ. trigeſimo octauo. ff. de iureiur.
Plot. in l. ſi quando. n.688. C. vnd. vi. alias
§.10. n.7. Surd. conſ.122. n.8. Crot. conſ.71.
n.35. Marquar. de iudæis p.2. c.5. n.5. Natt.
conſ. 394. n.12. & conſ. 620. n. 4. & 20. Se-
raphin. priuileg. iurament. 123. n.6. fol.155.
& priuileg. 33. n.204. fol.187. Brun. de ſta-
tut. excludent. fœmin. art.6. q. 3. col. 4. in
fin. verſ. verumtamen in terminis noſtris.
Caccialup. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur.

Quia procedit quando eſſemus in iudæo pe-
tente ſibi deferri huiuſmodi iuramentum con-
6 tra Chriſtianum, † ſecus quādo, prout in caſu
noſtro, agitur inter ipſos iudæos, ita in ſpecie
diſtinguit Curt. Iun. in l. admonendi. col. an-
tepenult. poſt med. n.72. in fin. ff. de iureiu-
rand. Lamberteng. de contract. lib. cor. qui fin.
cert. ſolemnit. in fin. n.58. in fin. verſ. qui
limitat id non procedere. fol.439. Martin. Be-
necbendor. in addit. ad Seraphin. priuileg.
iuram. 33. n.173. vſque ad 176. fol.202. Aim.
7 conſ. 73. n. 24. † vbi amplius concludit hoc
procedere etiam in iudęo volēte iurare in ſup-
plementum contra Chriſtianum ſuſpectum
de iudaiſmo, tunc enim illud poteſt per Iudi-
cem deferri, ſicut quando ageretur contra
Iudæum, tanquam tunc talis Chriſtianus
quo ad iſtud priuilegium habeatur pro iudæo
Maſcard. concluſ. 945. n.28. & Aim. ſequi-
tur etiam Decian. in prax. crimin. lib.5. c.13.
n.12. fol.229.

Quorum ratio eſt, quia quando ſumus in perſona
8 quæ repellitur à teſtimonio, † tunc etiam de-
bet talis repelli à iuramento ſuppletorio, nam
in hoc caſu pars dicitur teſtis, ideo iudæus
repellendus eſt, cum tanquam infamis non
poſſit teſtimonium perhibere contra Chriſtia-
num Bald. in l. qui accuſare. 4. n.2. C. de
edend. Quod non eſt quando iudęi inter ipſos
9 teſtificantur, tunc enim admittuntur, † c. ſi hæ-
reticus. 2. q.7. Farinac. de teſtib. q.56. n.216.
Anan. in c. cū ſit. de iudæis. Felin. in c. iudæi. n.
2. de teſtib. cū non adſit illud odium, quod adeſt
cōtra Chriſtianū, neque cōſideretur illa ratio
infamię, vel ſimilis, ob quam repelluntur teſti-
ficari contra eumdem Chriſtianum omnes in-
10 fideles, † qui ſunt extra eccleſiam l. quoniam.
C. de hæretic. late Natt. conſ.394. n.10. vſque
ad 20. Vnde cum tolerentur in ſua lege per
11 eccleſiam, † non mirum, ſi inter ipſos tale iu-
ramentum admittitur Curt. Iun. in l. admo-
nendi. n.72. in fin. ff. de iureiurand.

Non obſtat, quod iudæi non ligentur iuramen-
12 to Rom. conſ. 155. n.8. † vbi Mandoſ. in
verb. in contrarium. in fin. Quia verior eſt
opinio, quod circa effectum obſeruationis iu-
ramenti teneatur iudæus ad talem obſeruan-
tiam, itaut ſi illud tranſgrediatur, ſit punien-
13 dus, quidquid aliud ſit † quo ad effectum præ-
iudicij animarum, quod non cadit in iudæo
Felin. conſ.30. n.21. cum alijs late per Man-
14 cin. de iuram. effect. 1. q.7. n.5. fol. 186. † Et
paſſim quod iudæi ligentur iuramento multa
adducit Seraphin. eod. tit. priuileg. 123. n.3.
& priuileg. 67. n.40. Decian. in prax. cri-
min. lib.5. c.12. n.25. fol. 227. & lib.6. c.12.
15 n.7. fol.33. † vbi quod iudæus iurans more
ſuo, & per legem ſuam punitur de periurio,
16 ſicut de quolibet alio crimine, † cum iudæi
ligentur legibus communibus l. iudæi. C. de
iudæis. Intelligendo quo ad pœnas corpora-
17 les, & pecuniarias, † ſecus quo ad ſpirituales,
vt dictum eſt, & poſt Affl. & Iſern. notat De-
cian. d. c.12. n.7. in fin. Farinac. de teſtib. q.
56. n.237. cum ſeq.

Nec facit, quod etiam probata venditione, ta-
men ſit locus pœnitentiæ, cum partes volue-
18 rint de ea confici inſtrumentum, † prout ad
talem effectum fuit mādatum notario, vt con-
ficeret minutam, l. contractus. C. de fid. in-
ſtrument. Affl. deciſ.39. n.4. Cephal. conſ.
19 66. n.18. lib.1. Quia prędicta procedunt † quā-
do conſtat, quod partes noluerunt habere con-
tractum pro perfecto, niſi prius conficiatur
inſtrumentum, Aliud eſt in caſu noſtro, in quo
apparet omnia fuiſſe geſta quo ad perfectio-
nem venditionis cum datione arræ pro parte
pretij ſtabiliti in ſcutis 614. tunc enim quam-
20 uis fuerit dictum, vt de hoc fiat ſcriptura, † ta-
men non eſt locus pœnitentiæ, quia iam con-
tractus fuit perfectus, & partes cenſentur vo-
luiſſe adhibere ſcripturam quo ad probatio-
nem, non autem quo ad ſubſtantiam Gloſ. in
d. l. contractus. C. de fid. inſtrument. quam
communiter approbatam teſtatur Theſaur.
deciſ.197. n.4. vbi Addit. in verb. ad n.7. poſt
Morot. conſ.97. n.10. Grat. conſ.107. n.4. &
6. lib. 1. Sozin. conſ.32. col.3. verſ. nec eſt cu-
randum. lib.3. Marſil. ſing. 666. Magdal.
de numer. teſt. in teſtam. requiſ. p.2. c.5. n.
14. Put. deciſ.45. lib.3. Rot. diuerſor. deciſ.
34. p.3. lib.1. Cardin. Seraphin. deciſ. 623.
n.7. & deciſ.854. n.2. cum ſeq.

Quo vero ad aliam cauſam pr[illegible]lationis, de qua
ageba-

Digitized by Google

agebatur obſeruandum eſt, quod in conſtitu-
tione Clem. VIII. ſtatuitur, vt in domibus, quas
21 Hebræi habitāt remanere poſſint, † nec exin-
de quouis prætextu eijci valeant ab earun-
dem domorum patronis & dominis Chriſtia-
nis, nec penſiones augeri poſſint, immo eiſdem
hebræis licitum ſit facere in præfatis domi-
bus quæcunque melioramenta pro eorum vſu,
& commoditate, dummodo facies domorum
non mutetur, eorum proprijs ſumptibus, qui
ſumptus, ſi per dominos perſoluantur, pro rata
declaranda pro quolibet centenario, & anno
penſiones augeantur, alias non perſolutis ta-
libus expenſis per dominos nullum detur aug-
mentum dictæ pēſionis, prout latius in eadem
22 conſtitutio continetur, † ex quibus verbis col-
ligitur eſſe inductum ad fauorem hebræorum
non ſolum ius ad inſtar inquilinatus, vt non
poſſint expelli ex domibus, quas inhabitant,
ſed ius perpetuum, quod non conſiſtit in ſo-
lo vſu, donec domus inhabitatur, vt dicitur de
iure inquilinatus, ſed in iure perpetuo, quod
eſt ceſſibile, & tranſmiſſibile, ſtantibus præ-
ſertim melioramentis, quæ per hebræos licite
fiunt, ideo paſſim hoc ius datur in dotem, &
venditur, & donatur, & tales ceſſiones, & ven-
ditiones, & donationes approbantur, vt in plu-
ribus cauſis ſæpe fuit deciſum, & in ſpecie per
*Rotam coram R.P.D. Veroſpio Romana do-
mus. 28. Maij* 1615.

Hoc ſtante concludendum eſt, quod in domo de
qua agimus, ſit locus retractui petito, & quod
in iſto iure vendito per eum, qui habitat apo-
thecam, præferendus ſit habitator totius do-
mus, quæ exiſtit ſupra dictam apothecam,
23 cum ratione iſtius conſortij, † & participa-
tione eiuſdem iuris competentis talibus habi-
tatoribus detur prælatio conſorti tam ex di-
ſpoſitione ſtatuti vrbis *lib. 1. c. 110.* quam ex
diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod
omiſſo rigore, qui amplius non ſeruatur, de
æquitate pręfertur conſors tam in venditione,
quam in locatione ſoluto eodem pretio, quod
ab alijs offertur *Ruin. conſ. 143. n. 19. lib. 4.
Rot. coram R.P.D. Ortembergo Romana præ-
lationis 20. Nouembris* 1609. cum alijs quos
24 late adduxi *ſupr. c. 526. n. 3. vſque ad 7.* † vbi
etiam, quod iſtud conſortium eſt conſiderabile
ad huiuſmodi effectum retrahendi, quamuis
eſſet ius minimum *Io. de Amic. conſ. 1. n. 8. &
46. vſque ad 55.*

Cum etiam quis dicatur habere partem domus
25 ratione cuiuſcunque iuris, † prout dicimus de
hauſtu aquæ, & putei communis, vel balnei,
ſiue aditus, ſeu acceſſus, foueæ, fiſtulæ, vel ca-
nalis, vel ſimilium iurium, tanquam omnia
ſint portiones domus *Florian. in l. per hoc.
4. §. de puteo. ff. commun. diuidund.* Capoll.
*de ſeruitut. vrbanor. prædior. c. 47. n. 2. dixi
ſupr. d. c. 526. n. 5. & 6.*

Neque in hoc caſu eſt attendendum, quod iſta
prælatio detur de æquitate, quæ non competit
26 Iudæis, † cum illis potius ſit ſeruandus rigor,
Quia hoc procederet quando ageretur inter
Chriſtianum, & iudęum, ſecus quando, prout
in caſu noſtro, lis pendet inter iudæos, licet
27 etiam verior ſit opinio, † quod iudæis quoque
ſit ſeruanda æquitas *Roland. conſ. 35. n. 52.
cum ſeq. lib. 2.* cum alijs de quibus ſupra *c.*
28 *658. n. 24. vſque ad 35.* † vbi etiam quod iu-
dæis indigentibus datur eleemoſyna, Prout
etiam iudęis carceratis ad inſtantiam credi-
29 torum Chriſtianorum † debentur per eos ali-
menta, vt late per *Rot. coram R.P.D. Man-
zanedo Romana alimentorum. 14. Ianua-
rij* 1621.

Et in ſpecie quod iudęis etiam detur beneficium
30 retractus tam iure conſanguinitatis, † quam
vicinitatis, concludit *Maſquard. de iudæis, &
alijs infidelib. c. 2. p. 2. n. 6. tom. 14. fol. 41.* quem
ſequitur *Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. n. 77.*
Maxime, quia ſimilia ſtatuta concedentia re-
31 tractum † reponunt iudęos ad terminos legis
Moyſis, qui quidem regreſſus ad legem anti-
quam ſolet aliquando commendari *l. lege duo-
decim tabularum. C. de legit hæred. Anan.
in c. iudæi. il 2. quod eſt 6. col. fin. verſ. ex qui-
bus videtur poſſe inferri. de iudæis* vbi ex hoc
32 etiam concludit, † quod ſtatuta quæ commu-
niter fiunt per Italiam, vt ſtantibus maſculis
fœminę non ſuccedant, ligabunt iudęos habi-
tantes in loco, vbi ſimilia ſtatuta adſint *Ma-
33 ſquar. de iudæis. p. 2. c. 2. n. 5.* † vbi etiam de
iure redimendi, quod antiquitus illis compe-
tebat iure propinquitatis *Leuit. 25. Ruth. 4.
& Hierem. 32.* cum alijs per *Azeued. ad l. 7.
taur. lib. 5. tit. 11. n. 5. fol. 358.*

Et cum in eadem domo adſint iſta iura perpetua
34 inquilinatus cum melioramentis, † & alijs ſu-
pra allegatis, dabitur retractus, qui ſolet da-
ri etiam in vſu communi, & commoditate,
vſusfructus, & in habitatione domus, vel alia
ſeruitute, vel ſimili quocunque iure vendito,
35 immo etiam in actione perſonali, † quam plu-
res habent ad fundum, vt ſi vnus vendat actio-
nem ſuam extraneo, admittuntur conſortes
illius iuris, & actionis ad partem conſortis, vt
ſic poſſint agere actione perſonali ad conſe-
quendum totum fundum ſibi debitum, Ita om-
nia prædicta comprobat *Gutier. pract. quæſt.
lib. 2. q. 165. n. 1. verſ. qua ratione. fol. 356.
poſt Gregor. Lop. ad l. 55. tit. 1. partit. 5. in
gloſ. 2. Azeued. ad l. 13. taur. n. 7. verſ. &
licet ibi dubitet. lib. 5. tit. 11. fol. 282. Ma-
tien. ibid. gloſ. 3. n. 3.* Caſtill. *de vſufr. c. 74.*
36 *n. 28. & 29.* † vbi etiam quod habebit locum
in rebus mobilibus, quidquid aliud ſit in retra-
ctu iure ſanguinis, qui non datur, niſi pro re-
bus immobilibus, prout etiam late ita diſtin-
guit *Gutier. pract. quæſt. lib. 2. q. 165. per tot.
Azeued. ad l. 13. taur. n. 7. lib. 4. tit. 11. fol. 374.*

Additur, quod petentes retractũ poſſident, ſeu de-
tinent totam domum, & habent partem ſupe-
riorem, quæ ſubtus ſe habet paruam apothe-
cam, ſuper qua fuit venditum ius inquilinatus,
& confinant ab vtroque latere, & ſubtus ha-
bent

bent etiam cantinam, ſeu cellarium, immo
etiam ſoluunt penſionem totius domus, etiam
pro d. apotheca, itaut ſtantibus prædictis non
poſſit negari retractus ex ſuperius allegatis,
37 Maxime quia etiam † docetur de obſeruantia,
quæ multum facit in huiuſmodi caſibus, cum
per eam tollatur omnis ambiguitas, tanquam
inducat declarationem omnium, quæ ſunt fa-
cienda *l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat.
1. Bart. in l. cætera. §. vlt. ff. eod. tit. Butr.
in c. cum veniſſent. oppoſ. 2. de inſtitut. Surd.
conſ.* 140. *n*: 44. *lib.* 1.

Non obſtant contraria, Quia non tractatur mo-
do de prælatione vigore Bullę Gregorianę, ſed
ſolum de iure communi, ſecundum quod datur
prælatio ratione communionis cõſortij in do-
mo, de qua agimus, ex multis ſupra adductis,
quæ ſufficiunt abſque eo quod diſputetur an
38 ſit locus d. Bullæ Gregor. XIII. † quæ non pro-
cedit in iuribus incorporalibus, nec vbi ceſſat
ornatus, nec vendente proprietario ad fauo-
rem domini vtilis iuxta *deciſ. R.P.D. Iuſti* de
qua *in 2 part. in recentiorib. deciſ.* 502. vbi
etiam quod non adeſt cõſortium inter empto-
rem & venditorem cum pacto reuendendi, &
quod non intrat ſtatutum vrbis de conſortibus
39 *lib.* 1. *c.* 110. † Prout etiam in retractu cõſangui-
nitatis non venit vſus, habitatio, & vſusfru-
ctus, cum iſta ſint iura incorporalia *Azeued.
ad l.* 7. *n.* 13. *lib.* 5. *tit.* 11. *fol.* 359. † Quemad-
40 modum etiam in decimis non eſt locus retra-
ctui *Idem Azeued. ad d. l. 7. n. 60. Rebuff. de
decim. q.* 10 *n.* 2.

In eadem cauſa, poſt hæc ſcripta, fuerunt multa
ex aduerſo adducta, quæ tamen in idem reinci-
dunt, & eis fuit ſupra ſatis reſponſum, prout
etiam iterum dicitur, quod iſtud ius inquilina-
tus acquiritur ex conductionibus domorum,
quas hebræi habent à Chriſtianis, vt di-
41 ctum eſt, ideo ſequitur, † quod talis ſeruitus ſit
tota in toto, & tota in qualibet parte ipſius
domus conductæ, ſicut anima in corpore hu-
mano *l. ſi cui. 9. ff. de ſeruitutib. l. certo generi.
13. §. ſi totus. ff. de ſeruitutib. ruſticor. præ-
dior. l. via conſtitui. 22. §. quæcunque. ff. eod.
tit. Surd. conſ.* 231. *n.* 3. *lib.* 1. *Rebuff. in l. re-
cte dicimus. 25. col. 2. in fin. verſ. item vide-
tur obſtare. ff. de verb. ſignificat. fol.* 207.

Quare Moiſes hebręus in domo per eũ cõducta à
Monialibus, habet iſtud ius inquilinatus, quod
ab eis dicitur iuriſdictio, ſeu Gazaga, vnde per
conceſſionem, ſeu ceſſionem partis eiuſdem
Gazaga factam abſque aliqua penſione in
apotheca exiſtente ſubtus domum, de qua agi-
mus, non abdicauit à ſe idem ius inquilinatus,
42 ſeu Gazaga, † quod prius acquiſiuit in tota
domo per eum conducta, ſed illud remanſit
penes dictum hebræum conducentem, adeo vt
Gazaga quod habet donatarius, ſeu ceſſiona-
43 rius in parte domus ſibi ceſſa, † & donata ha-
beat dependentiam à iure prius per hebræum
acquiſito mediante dicta conductione, itaut
ſit portio iſtius primi iuris, ſeu participatio
ab illo dependens, ob quam dependentiam, ſeu
portionem, & participationem ſemper debeat
præferri in venditione eiuſdem iuris facta per
eumdem donatariũ, ſeu ceſſionariũ ſoluto eo-
dem pretio, quod ab alijs offertur *Felin. in c.
Eccleſia S. Mariæ. col. 22. poſt med. verſ. ſex-
ta declaratio. n. 51. de conſtitution.* cum alijs
de quibus ſupra *c.* 526. *n.* 3. *Surd. conſ.* 205.
n. 3. *lib.* 2.

Maxime, quia in venditione dictę partis domus
conceſſę ſemper concedens eſſet pręferendus
ratione alterius portionis eiuſdem domus,
44 quam apud ſe retinuit, † cum ad hũc effectum
ſufficeret habere etiam minimam partem in
eadem domo, ne dum maiorem, quę adeſt in
caſu noſtro, tunc enim etiam minimum trahe-
ret ad ſe maximum *Bald. in l. 1. col. 2. in fin.
n. 3. C. commun. ſeru. manumiſ.* cum alijs
adductis *ſupr. c. 526. n. 4.*

Vnde etiam dabitur talis prælatio in conceſſione
portionis iſtius Gazaga, quę adeſt in d. parte
domus per conductorem conceſſa, tanquam
ſit dependens ab illo principali Gazaga per
45 conducẽtem acquiſito, & ſit pars illius, † cum
etiam in iſtis iuribus incorporalibus, & ſerui-
tutibus detur retractus *Gutier. pract. quaſt.
lib. 2. q. 165. n 1. Caſtill. de vſufr. c. 74. n.
28. & 29. Matien. ad l. 13. taur. gloſ. 3. n. 3.*

Neque per conceſſionem iſtius partis Gazaga
poterit dici, quod hebręus, qui illam conceſſit
46 non ſit dominus totius Gazaga, † cum recte
dicamus dominum illum, qui eſt in parte do-
minus, quamuis etiam alius habeat vſumfru-
ctum, itaut etiam dicatur totus fundus noſter
ſine vſufructu *Rebuff. in l. recte dicimus. 25.
col. 2. & 3. verſ. item videtur obſtare. & verſ.
itaque concludere poſſumus. ff. de verbor. ſi-
gnificat. fol.* 208. iuxta *l. ſerui electione. §. 1.
ff. de legat. 1. l. ſi quis ſeruos ſuos ff. de legat. 3.*

Prout neque poteſt dici diuiſa talis iuriſdictio
47 ſeu Gazaga, niſi quo ad cõmoditatem, † itaut
ex hoc ſemper remaneat iſtud ius principale
Gazaga in eo, qui conduxit totam domum
à Chriſtiano, cum nullus alius poſſit tale ius
habere, niſi ille, qui conducit ſimiles domos,
48 exemplo ſeruitutis, quę non diuiduntur † niſi
reſpectu commoditatis *l. cum filius. ff. de le-
gat. 2. Bart. in l. ſeruitutes non diuiduntur. ff.
de verb. obligation. Herculan. in l. in execu-
tione. ff. eod. tit. Rebuff. in d. l. recte dicimus.
25. col. 3. ad med. ff. de verbor. ſignificat.*

EPITOME.

DEmentia quomodo probetur. ¶ Et an debeat eſſe totalis alienatio mentis ad hoc vt teſtamentũ non valeat. ¶ Et quando in concurſu probationum prę ferantur teſtes loquentes de ſana mente, alijs de furore deponentibus. ¶ Negatiua cõſignationis teſtamenti factę per notarium an probetur, ſi teſtes nõ deponãt, quod conſignatio non potuit fieri niſi ipſi vidiſſent. ¶ Teſtis quando debeat reddere

Digitized by Google

dere rationem quamuis non interrogatus tam in cauſa criminali, quam ciuili. ¶ Oſtenſio teſtamenti clauſi facta per notarium teſtatori cum interrogatione ſi illud eſſet ſuum teſtamentum, & reſponſione affirmatiua an habeat vim realis conſignationis. ¶ Rogitus teſtium an valeat, ſi non fiat per teſtatorem, ſed per alium ipſo præſente. ¶ Tabellio an poſſit puniri, ſi ſcribat, quod teſtator nominauit hæredem ore proprio habita relatione ad interrogationem per alium factam. ¶ Octauus teſtis an ſit adhibendus pro teſtatore neſciente ſcribere. ¶ Et quid ſtante clauſula codicillari, omni meliori, vel ſimili. ¶ In crimine falſi an teſtes etiam inſtrumentarij debeant eſſe omni exceptione maiores. ¶ Nominatio hæredis an poſſit fieri ad interrogationẽ alterius tam in teſtamento nuncupatiuo, quam in ſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Dementia eſt præciſè probanda de tempore actus per eum, qui vult illũ infringere, cum totali alienatione mentis. n. 2. 3. & 36.*

4 *Teſtis deponens de furore per verbum, videtur, & de iudicio ſuo quando probet, n. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Mens ſana probatur, quamuis teſtis deponat quod egrotus non dabat reſponſum, niſi interrogatio replicaretur.*

10 *Semimortuus etiam poteſt teſtamentũ cõdere.*

11 *In concurſu probationum præferuntur duo teſtes deponentes de ſana mente teſtatricis, illis qui contrarium deponunt, quamuis eſſent mille. n. 12.*

13 *Negatiua conſignationis teſtamenti facta per teſtatricem notario nõ probatur, ſi teſtes non deponant, quod eadem conſignatio non potuit fieri, niſi ipſi vidiſſent. & n. 14.*

15 *In cauſa criminali teſtis debet reddere rationem ſuæ depoſitionis etiam non interrogatus. Idem in ciuilibus quando deponit ſuper negatiua. n. 16.*

17 *Teſtes contrarij nullam fidem faciunt.*

18 *Notarius præfertur vni teſti.*

19 *Magis creditur duobus teſtibus deponentibus de actu affirmatiuo, quam mille de negatiuo.*

20 *Oſtenſio teſtamenti clauſi facta per notarium teſtatrici cum interrogatione an illud eſſet ſuum teſtamentum, & reſponſione affirmatiua, quãdo habeat vim realis cõſignationis.*

21 *Iudex dicitur proferre ſententiam ore proprio quamuis poſt recitationem notarij, ſolum dicat, ita pronuncio.*

22 *Teſtes debent eſſe rogati per teſtatorem, ſufficit tamen quod à notario, ſeu ab alio, præſente illo, rogentur. n. 23.*

24 *Notarius non punitur ſcribens teſtatorem nominaſſe hæredem ore proprio, quamuis nominauerit ore alterius habita relatione ad interrogationem per alium factam, licèt adeſſet ſtatutum vltra ius commune, quod hæres debeat ore proprio nominari. n. 25. Amplia vt n. 26. & 27.*

28 *Nominatio hæredis poteſt fieri ad interrogationem alterius tam in teſtamento nuncupatiuo, quam in ſcriptis. n. 29. & 30.*

31 *Octauus teſtis adhibendus eſt pro teſtatore neſciente ſcribere. Fallit ſtante clauſula codicillari, vel omni meliori modo, vel ſimili. n. 32.*

33 *Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in crimine falſi. Amplia ad teſtes inſtrumentarios. n. 34.*

35 *Modicus defectus vitiat depoſitiones teſtium in materia falſitatis.*

CAP. DCCCXLIII.

TEſtamentum, de quo agimus, non poteſt
redargui de falſo, quamuis enim prætendatur illud fuiſſe factum à muliere non ſa-
1 næ mentis, † Tamen dementia non eſt concludenter probata, prout eſt probanda ab eo, qui vult infringere actũ occaſione demẽtiæ, itaut etiam præciſè ſit probandus furor tempore actus celebrati *Ruin. conſ. 67. n. 3. lib. 1. poſt Caſtr. in l. qui teſtamento. §. nec furioſus. de teſtam. milit.* Cardin. *conſ. 56. col. 2. verſ. an ex dicto huius teſtis. Alex. in l. furioſum.* C. *qui teſtam. facer. poſſ.* & late reſoluit *Rot. coram R.P.D.* Remboldo *Romana hæreditatis*
2 *de Graecbis 5. Nouembris* 1618. † vbi etiam quod requiritur totalis mentis alienatio ad hoc vt teſtamentum corruat, nam iura de furioſo loquentia intelliguntur ſolum de illis, qui laborant continua mentis alienatione, &
3 carent omnino intellectu, † & nullum vſum rationis habent *c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt. l. cum dotem. §. maritus. ff. ſolut. matrim. Socin. conſ. 42. lib. 1. Menoch. conſ. 683. n. 12. cum ſeq. lib. 7.*
Nec facit depoſitio Io. Baptiſtæ, Quia loquitur
4 per verbum, videtur, † ideo non probat, cum non dicatur tunc deponere tanquam teſtis, neque enim fuit inductus tanquam phiſicus, aut expertus ad cognoſcendum furorem teſtatotis, & vt ſuum iudicium declararet, tunc enim
5 illud admitteretur, ſed tanquam teſtis, † quo caſu debet probari dementia præciſè, non per verbum, *mi parena,* prout in puncto ita notat *Grammat.* qui multa alia adducit *deciſ. 73. n. 27. in fin.* iuxta ea quæ tradit *Bart. in l. quid tamen. §. 1. ff. de arbitr.* vbi quod non probat
6 teſtis deponens de ſuo iudicio, † niſi cum eo iungatur ſenſus corporeus, vel niſi credulitas & iudicium ſit cauſatum à ſenſu inferente ita credi debere *Bald. in l. 3. q. 6. C. de teſtib. Alex. conſ. 24. n. 14. lib. 2.* Et paſſim ad hoc vt teſtis deponens de ſuo iudicio probet, eſt reddenda
7 per eum ratio ſuæ depoſitionis † per viſum, vel alium accommodatum ſenſum corporis *Idem Alex. conſ. 74. n. 6. lib. 1. Io. Andr. ad Speculat. de teſte. §. nunc tractandum. ad fin.* Nam
8 alias † nihil probat *l. teſtium.* C. *de teſtib.*

l. qui

l. qui teſtamentum.§.fin.ff. de teſtam. Ang.
in l. ſciendum.col.2. ff. de verbor. obligat.
Bald. in l. de quibus. col.20. verſ. ſed quid ſi
teſtis. ff. de legib. Alex.conſ.15. n.6.lib.1.

Idem dicendum eſt de Auguſtino, qui etiam lo-
quitur de ſuo iudicio, per illa verba, ***tengo &***
conſidero, quamuis vere idem teſtis probet
potius ſanam mentem, quam furorem, cum
in redditione rationis dicat ***nõ dava audien-***
9 ***za alla prima, ma biſognaua replicarli,*** † per
quæ verba non poteſt dici, quod adſit totalis
alienatio mentis, ſatis enim eſt, quod quis re-
ſpondeat, quamuis interrogatio replicetur *l.*
furioſum.C.qui teſtam. facer. poſſ. Grammat.
10 *decif.73. n.24. in fin.* † vbi quod ex hoc non
impeditur teſtamenti factio, cum etiam ſemi-
mortuus poſſit teſtari *l. quoniam indignum.*
16. vbi Gloſ. in verb. ſeminecis. C. de teſta-
ment. late *Surd. conſ. 414. n.5. in fin. lib.3.*

Alij teſtes ſunt de auditu, neque aliquid præciſè
deponunt, maximè quia neque eis eſt danda
fides, cum multi teſtes etiam pro aduerſario
examinati probent ſanam mentem teſtatri-
11 cis, † qui in concurſu probationum cum te-
ſtibus deponentibus de contrario, præferuntur
Corn. conſ. 85. lib.2. & conſ. 91. in cauſa
vertente. in fin. lib.4. Socin. Iun. conſ.178.n.
15. lib.2. Grammat. decif.73. n.27. Boer. de-
ciſ.23. n.72.& 93. vbi etiam quod magis cre-
ditur duobus teſtibus probãtibus ſanam men-
12 tem, † quam mille deponentibus de inſania
Abb. in c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt.
Iaſ.conſ.2. n.8. lib. 1. & conſ. 178. n.1. lib.2.

Neque obſtat, quod licet notarius, & Franciſcus
probent conſignationem teſtamenti fuiſſe fa-
ctam per teſtatricem eidem notario, Tamen
contrarium deponũt teſtes examinati per Ad-
uerſarium, Quia ijdem teſtes non deponunt
13 de præciſa negatiua, † videlicet quod teſta-
trix non conſignauerit notario teſtamentum,
cum ſolum deponant non vidiſſe, quod illud
fuerit eidem notario conſignatum, quæ verba
non inferunt neceſſario, quod talis conſignatio
non fuerit facta, tanquam detur poſsibilis ve-
ritas in contrarium, per quam excluditur præ-
ſumptio prætenſæ falſitatis, maxime quia Io.
Baptiſta, Auguſtinus, & Iacobus, qui iſtam
negatiuam probant, ſolum dicũt de tempore
eorum acceſſus ad domum teſtatricis, cum ta-
men ibidem inuenerint alios teſtes cum nota-
rio, qui prius acceſſerunt, vt ipſimet fatentur,
14 vnde potuit antea fieri talis conſignatio, † &
quidquid ſit, nullam fidem faciunt, nam debe-
bant dicere, & reddere rationem etiam non
interrogati, quod eadem conſignatio non po-
tuiſſet fieri, niſi ipſi vidiſſent, hac enim de-
poſitione præciſè non facta, nihil probant, ne-
que dicitur conſtare de huiuſmodi negatiua
Grammat. in terminis *deciſ. 73. n. 29. poſt*
Gloſ. in §.hinc nobis. in verb. vidiſſe. auth. de
hæredib. & falcid. late *Surd. conſ.414. n.49.*
lib.3. Alex. conſ.156. n.13. lib.5.

Et iſta rationis redditio magis requiritur, quia
15 ſumus in crimine falſi, † in quo illa eſt danda à
teſte non interrogato, prout regulariter eſt
neceſſaria in cauſa criminali *Aim.conſ.2.n.3.*
in princ. & in fin. vbi quod etiam requiritur
16 in ciuilibus, in quibus teſtis † etiã non inter-
rogatus debet rationem reddere quando de-
ponit ſuper negatiua *Bald. in l. ſi actor. col.3.*
C.de probation. Ang.in l.1.ff.de his qui ſunt
ſui vel alien. iur. Alex. conſ.65. col.3. verſ.
vnde dicimus.lib.1.Surd.conſ.414.n.81.lib.3.
Dec.conſ.101. col.2.verſ. & ad confirmationẽ.

Præſertim, quia iſtimet teſtes contrarium de-
ponunt eius, quod ſubſcripſerunt in teſtamen-
17 to conſignato notario, † vnde tanquam con-
traria deponentes non probant *c. in noſtra.*
& c. cum tu. de teſtib. l. duobus. §. fin. de
iureiur. Natt. conſ.392. n.2. Alex. conſ. 20.
col.2.lib.4. Surd. conſ.132.n. 41.lib.1.& conſ.
168. n.39. lib. 2. Cephal. conſ.204.n.11. ſtan-
18 te præſertim depoſitione notarij † qui præfer-
tur vni teſti, immo æquiparatur duobus ſecũ-
dũ aliquos *Abb.in c. quoniam contra. de pro-*
bation. Bald.in l. militibus.C. de teſtam. mi-
lit.Grammat.deciſ.73. n.33. & deciſ.60.n.11.
Itaut talis depoſitio notarij iuncta cum alijs
teſtibus deponentibus de actu affirmatiuo
19 conſignationis magis illam probet † tanquam
plus credẽdũ ſit duobus teſtibus affirmãtibus,
quam mille negantibus *Gloſ.in l.diem profer-*
re. §. ſi plures. ff. de arbitr. Bart. in l.1. in
princ. ff. de ventr. inſpiciend. Alex. conſ.169.
ad fin. lib.5. Aret.conſ.65.col 2.verſ.ergo data
paritate.Socin.conſ.96.col.penult.lib.1. Curt.
Iun.conſ.17. col.2. Aim. conſ.226. n.11.

Prçterea ſola oſtenſio teſtamenti clauſi facta ipſi
20 teſtatrici per notarium, † cum interrogatio-
ne an illud ſit ſuum teſtamẽtum, & cum reſpõ-
ſione ſubſecuta per verba affirmatiua, quod
eſſet ſuum teſtamentum, videtur habere vim
effectualis, & realis conſignationis, itaut no-
tarius non poſſit puniri de falſo, quamuis teſti-
ficaretur de reali conſignatione, cum nihil
referat, quod teſtatrix conſignet talem ce-
dulam, vel ad interrogationem reſpondeat,
quod illam conſignat interroganti, tanquam
tunc eſſet in eius poteſtate approbare, vel re-
cuſare huiuſmodi conſignationem, adeo vt
ille actus tũc dicatur tacitus rogitus, qui com-
prehenditur ſub nomine conſignationis, & ha-
betur ac ſi ipſa teſtatrix cõſignaſſet, exprimen-
do verba apta importare cõſignationem, vt in
ſimili notat *Alex. conſ. 33. n.12. lib.3.* cuius
opinio eſt magis communis, & approbata, re-
iecta cõtraria, vt teſtatur *Menoch. præſumpt.*
8.n.16.& 17.lib.4.

Et confert ſimile de Iudice, qui dicitur ſenten-
21 tiam ore proprio proferre, † cum recitante
notario idem Iudex poſt recitationem ait, ita
pronuncio *l.1.& 2. C. de ſentent. ex breui-*
cul.recitand. Et ita in propoſito arguit *Bald.*
in l.iubemus. n.6. C. de teſtament. Becc.conſ.
202. n.8. in fin. Menoch. præſumpt.8. n.12.
& 13. lib.4. & latius conſ.45. n.2. & 3.lib.1.

vbi

22 vbi alia ſimilia adducit, † & in ſpecie illud
de teſtibus, qui debent eſſe rogati per teſtatorem
auth. rogati. C. de teſtam. Socin. Iun conſ.
23 183. n. 37. & 38. lib. 2. Et tamen ſufficit † quod
à notario, vel altero rogentur præſente teſtatore,
itaut per aſſertionem eiuſdem notarij, quod fuerint rogati à teſtatore, nihil ſit
ei imputandum Iaſ. in l. ſerui electione. n.
41. ff. de legat. 1. vbi teſtatur ita ſeruari Socin.
in l. ſi quis ita. n. 3. ff. de reb. dub. Corn.
conſ. 304. col. 1. verſ. præterea. lib. 1. Bece. conſ.
202. n. 14. Surd. conſ. 414. n. 36. lib. 4. poſt
Alex. qui notarium ita defendit conſ. 33. n. 11.
12. & 16. lib. 3.

Et magis in ſpecie facit, quod dicimus de nota-
24 rio, qui nulla pœna punitur, † ſi ſcripſerit teſtatorem
ore proprio nominaſſe hæredem,
quamuis vere talem nominationẽ fecerit ore
alterius, habita relatione ad interrogationẽ
per eumdem notarium factam, ſiue per alium
extraneum, cum paria ſint nuncupare nomen
hæredis, vel ſcribere ad relationem alterius
Alex. in l. iubemus. n. 9. C. de teſtam. & in terminis
late ita concludit defendẽdo notarium
Corn. conſ. 261. n. 18. lib. 4. Bece. conſ. 202. n. 8.
ad med. & n. 13. in fin. Boſſ. de falſ. n. 54 & 55.
25 vbi ampliat, † quamuis adeſſet ſtatutum, vltra
ius commune, quod heres debeat ore proprio
nominari, quia neque hoc caſu punietur notarius,
ſi dixerit nominationem fuiſſe factam
ex ore teſtatoris, licet fuerit ad interrogationem
alterius Surd. conſ. 414. n. 53. ad med. lib.
3. Bece. d. conſ. 202. n. 28. & 29.

Quæ maxime procedunt, quando ſumus in ca-
26 ſu, in quo valet teſtamentum, † quamuis hæres
non fuiſſet ore proprio nominatus, tunc
enim notarius nulla pœna punitur, ſi dixerit
à teſtatore hæredem fuiſſe nominatum, licet
verè ad interrogationem alterius nominaſſet,
vt ita indubitanter tenendum eſſe dicit
27 Farinac. de falſ. q. 154. n. 96. & 97. † vbi etiam
idem tenet, quando teſtamentum non eſſet
validum, ſi ore proprio non eſſet facta talis
nominatio, tanquam potius præſumatur error,
quam dolus.

Neque obſtat, quod ſimus in teſtamento in
ſcriptis, in quo requiritur expreſſa nomina-
28 tio hæredis † ex ore teſtatoris, iuxta Affl. deciſ.
143. n. 3. Quia eius opinio non eſt admittenda,
cum in vtroque teſtamento tam nuncupatiuo,
quam in ſcriptis adſit eadem ratio
vt poſſit nominari hæres ad interrogationem
29 alterius, † vt late contra Affl. tenet Menoch.
præſumpt. 8. n. 3. vſque ad 6. lib. 4. Ideo ſine
aliqua diſtinctione concludendum eſt ſemper
valere teſtamentum ad alterius interrogationem
conditum, prout concludunt omnes
in l. iubemus. vbi Cin. col. 2. Bart. & Bald.
n. 6. Fab. Salic. & Aug. C. de teſtam. Idem Ang.
in l. heredes palã in fin princ ff. eod. tit. Alex.
conſ. 12. n. 6. lib. 1. & conſ. 33. n. 9. lib. 3. Bellon.
conſ. 62. in fin. cum alijs late per Menoch.
conſ. 45. n. 1. vſque ad 4. lib. 1. Surd.
30 conſ. 414. n. 53. lib. 1. † vbi quod hæc opinio
eſt approbata in ſcholis, & in iudicijs, ſiue interrogatio
fiat à notario, ſiue ab alijs Couar.
in c. ſi tibi. n. 4. de teſtam. Siluan. conſ. 54.
n. 10. Cephal. conſ. 546. n. 46. lib. 4. Crot. in
l. 1. §. ſi quis ita. n. 12. & ibi Rip. n. 9. ff. de verbor.
obligation.

Vltimum de non appoſitione crucis per teſtatricem,
tollitur ex facto, in quo late fuit deductũ
conſtare de contrario per teſtes ab Ad-
31 uerſario examinatos, † quamuis etiã, hoc ceſſante,
nihil præiudicaretur validitati teſtamẽti,
cum ſubſcripſerit pro teſtatrice neſciente
ſcribere octauus teſtis ad illum effectum
adhibitus, prout de iure requiritur l. hac conſultiſſima.
8. C. de teſtamẽt. Affl. deciſ. 144. n. 1.
& 2. qui etiã ibid. cõcludit quod ſtante clau-
32 ſula codicillari, † vel omni meliori modo, vel
ſimili, de qua in caſu noſtro, ſuſtinetetur teſtamentum,
non obſtante quod octauus teſtis
non interueniſſet pro teſtatore, qui neſciebat
ſcribere Hoſt. in ſumm. de teſtam. §. qualiter
conficiatur. Alex. conſ. 176. lib. 5. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 1.
tit. 7. n. 2. Menoch. præſumpt. 2. n. 16. lib. 4.
& conſ. 575. n. 6. & 7. lib. 6. cum alijs per
Turrett. de effectib. & defectib. clauſ. codicillar.
clauſ. 126. n. 3. vſque ad 10. fol. 278. Grammat.
deciſ. 62. n. 8. & 19. Socin. conſ. 142. n. 3.
& 10. lib. 1.

Et cum prædicta ſufficiant, nõ eſt opus alijs, quæ
poſſent allegari, præſertim quod ſumus in
33 crimine falſi, † in quo teſtes debent eſſe omni
exceptione maiores Alex. conſ. 70. lib. 1. &
conſ. 179. lib. 2. Aim. conſ. 75. n. 34. Dec. conſ.
188. lætatus ſum plurimum. n. 3. Iaſ. conſ. 153.
col. 5. verſ. vndecimo. lib. 2. Anchar. lib. 1. q.
34 71. n. 3. cum ſeq. † vbi ampliat ad teſtes inſtrumentarios
Surd. conſ. 132. n. 43. & 44. lib. 1.
vbi etiã, quod eſt articulandũ tales teſtes eſſe
omni exceptione maiores Pariſ. conſ. 152.
n. 6. cum ſeq. lib. 4. Socin. Iun. conſ. 39. n. 60.
35 lib. 2. Grammat. conſ. ciuil. 59. n. 17. † Itaut in
crimine falſi modicus defectus vitiet depoſitiones
teſtium Bald. in c. cum ioannes eremita.
col. vlt. de fid. inſtrumentor. & in c. ſacramentũ.
de conſuetud. rect. feud. Alex. conſ.
180. n. 6. lib. 6. Surd. conſ. 132. n. 44. lib. 1.

Alia quæ opponuntur, non faciunt ad rem, quia
36 procedunt quando eſſet probatus furor, † tũc
enim allegans ſanam mentem debet illã probare,
aliud quando non conſtat aliquẽ prius
fuiſſe dementem, tunc enim furor eſt probandus
per eum, qui ſe in eo fundat. l. nec codicillos.
C. de iur. codicill. Alex. in l. furioſum.
n. 3. C. qui teſtam. facer. poſſ. & conſ. 147. n.
7. lib. 7. Ruin. conſ. 67. n. 10. lib. 1. Pariſ. conſ.
87. n. 14. lib. 3. & multa adducit Maſcard. concluſ.
824. n. 8. vſque ad 16. Euerard. loc. argument.
95. de tempor. ad temp n. 8. Cardin.
& Abb. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Idẽ Card.
in clem. vnic. de homicid. Imol. l. qui teſtamento.
§. nec furioſus. ff. de teſtam.

EPITOME.

LEgatum quando ſit acceptandum cum onere. ¶ Et an factum in recompenſationem ſeruitiorum, & pro eo, quod poſſet prætendi quocumque modo, cauſa, & ratione comprænhendat quæcumque iura legatario competentia etiam diſſimilia ab expreſſis. ¶ Et quid importent huiuſmodi verba. ¶ Et quando trahantur ad caſus inſolitos, & improprios, etiam in ſuperlatiuo. ¶ Per litem, & moleſtiam datam hæredi, an legatarius priuetur legato, quamuis fuerit à teſtatore prohibita. ¶ Et quid ſi lis non habuerit effectum. ¶ Et quando illi poſſit renunciari refectis expenſis. ¶ Verba generalia, & vniuerſalia, quæ ſint, & in quibus inter ſe differant.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius debet accipere legatum cum oneonere appoſito, ſicut hæres, cui æquiparatur in re legata. n.3.*

2 *Non adimplens onus in legato iniunctum dicitur voluntatem teſtatoris circumuenire.*

4 *Legatum eſt indiuiduum, & vnica voluntas, nec datur illius acceptatio ſine qualitatibus, & oneribus in eo expreſſis.*

5 *Verba pro eo, quod poſſet prætendi quocumque modo, cauſa, & ratione ſunt vniuerſalia, & comprehendunt omnia, quæ poſſent excogitari, & trahuntur ad caſus improprios. Et quando debeant reſtringi ad cauſam expreſſam. n.6. & 7. Et an referantur ad ea, quæ ſunt in ſuperlatiuo. n.9.*

8 *Verba vniuerſalia magis operantur, quam generalia, & habent vim ſingularis expreſſionis, ſiue proferantur affirmatiue, ſiue negatiuè, etiam in materia odioſa, & pœnali.*

10 *Dictio, &, habet naturam, vt diuerſa coniungat, & ſtat ampliatiuè, iuxtà proprietatem ſermonis.*

11 *Relictum in compenſationem ſeruitiorum, & pro eo, quod poſſet prætendi quocumque modo, cauſa, & ratione comprehendit quæcumque iura poſſent legatario competere, etiam diſſimilia ab expreſſis.*

12 *Legatarius non priuatur legato propter litem motam hæredi, quamuis per teſtatorem fuiſſet prohibita.*

13 *Moleſtia prohibita legatario per teſtatorem non inducit pœnam priuationis, ſi non habuit effectum.*

14 *Lis non poteſt dici iuſta, vel iniuſta, niſi ſecuta ſententia.*

15 *Priuatio non habet locum, ſi aliquid fiat de facto, non ſecuto effectu.*

16 *Renunciatio litis permittitur legatario, refectis tamen expenſis, n.17.*

CAP. DCCCXLIV.

VErba legati, de quo agimus, ſunt in
recompenſationem ſeruitiorum habitorum
à legatario, & pro eo, quod poſſit,
aut poſſet prætendere à teſtatrice quocumque
modo, cauſa, & ratione, prout latius in
teſtamento exhibito; ex quibus verbis clarè
colligitur, quod legatarius non poteſt legatum
conſequi, & inſiſtere in ſuis prætenſionibus,
quas habet contra hæredem, tanquam
legatum ſit accipiendum cum onere iniun-
1 cto, † itaut legatarius non poſſit venire
contra factum defuncti, ex cuius perſona lucrum
ſentit, ſicut dicimus in hærede, tanquam
in re legata habeatur pro hærede *l. id
tempus. §. 1. ff. de vſucap. Bald. in c. imperialem.
in princ. n. 19. de prohibit. feud. alienat.
per feder. Curt. Iun. conſ. 55. n. 12.
Natt. conſ. 330. n. 2. Surd. conſ. 107. n. 6.*
2 *lib. 1.* † Aliàs dicitur voluntatem eius circumuenire
contra *l. ſi cui. in princ. ff. de
condit. & demonſtrat. Socin. Iun. conſ. 72.
n. 26. lib. 3. Surd. conſ. 143. n. 9. lib. 1.*

Prout paſſim acceptans, aut petens legatum
3 debet onus in eo iniunctum acceptare † *c. officij.
de teſtam. l. cum ab vno. in princ. ff. de
legat. 2. l. qui tutelam. ff. de teſtam. tutel.
Aim. conſ. 174. n. 9. Caſtr. conſ. 193. n. 3.
lib. 2. Dec. conſ. 299. in cauſa mihi commiſſa.*
4 *n. 13. Surd. conſ. 143. n. 10. lib. 1.* † Legatum
enim eſt indiuiduum, & vnica voluntas,
ideo non poteſt acceptari, reiectis qualitatibus
in eo expreſſis, ſed in totum repudiandum
eſt, vel in totum acceptandum *Idem
Surd.* qui latè comprobat *deciſ. 7. n. 32. vſque
ad 40. poſt Bart. Cum. & Caſtr. in l.
etiam ſi partis. ff. de legat. 1. Crot. conſ. 32.
n. 29. Tiraq. de retract. conuention. in fin.
n. 4. cum ſeq.*

Ceſſabunt igitur omnes prætenſiones legatarij
contra perſonam legantis, & eius hæredem,
ſi voluerit conſequi legatum, maximè,
quia teſtatrix fecit tale legatum pro
eo, quod poſſit, aut poſſet ab ea prætendere
5 quocumque modo, † cauſa, & ratione,
quæ verba ſunt vniuerſalia, & comprehendunt
omnem modum, qui poſſit excogitari,
itaut trahantur etiam ad caſus improprios,
& abuſiuos, comprehendendo omnia,
quæ aliàs non comprehenderentur *l. 1. ff. de
teſtam. milit. l. 2. §. quidam. vbi Gloſ. in
verb. quoquo modo. ff. de fideicommiſſ. libertat.
Decian. conſ. 57. n. 26. lib. 1. Roland.
conſ. 2. n. 34. vſque ad 40. lib. 4. & conſ. 5. n. 47.
48. & 49. lib. 1. Cephal. conſ. 121. n. 1. lib. 1.
Veronenſ. conſ. 14. Stracc. de mercatur. p. 1.
n. 83. tom. 6. p. 1. fol. 288.*

Neque obſtat, quod illa verba, quoquo modo,
cauſa, & ratione, debeant intelligi re-
6 ſpectu ſeruitiorum, † & ſic reſtringi ad cauſam
illam expreſſam, propter quã fuit factum
legatũ *Lex pluribus. in princ. ff. de ſolutionib.*

l. em-

Digitized by Google

Lemptor. §. latius. ff. de pact. Surd. deciſ. 217. n. 1. cum ſeq. Quia prædicta procedunt quando talia verba ſunt appoſita reſpectu vnius
7 cauſæ tantum, † ſecus quando plures cauſæ narrantur, prout in caſu noſtro, in quo legatum fuit factum non ſolum in recompenſationem ſeruitiorum, ſed etiam fuit additũ, & pro eo, quod poſſit, & poſſet prætendere quocumque modo, cauſa, & ratione, tunc enim ex iſtis verbis clarè apparet, quod teſtatrix contemplatus eſt alias cauſas, præter ſeruitia expreſſa, & ſpecificata *l. fliebus. in princ. ff. de aliment. & cibar. legat. l. alimenta. §. baſilica. ff. eod. tit. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupillar. Alex. conſ. 11. n. 10. & 11. lib. 2. Roland. conſ. 3. n. 42. lib. 4. Imol. in c. 1. de tranſact. Ruin. conſ. 41. n. 6. in fin. lib. 5. Natt. conſ. 546. n. 22. & 23.*

Et faciunt, quæ dicuntur per Doctores de ver-
8 bis vniuerſalibus, quæ plus operãtur, † quam generalia *Bart. in l. ſi ita. 8. ff. de aur. & argent. legat. Aym. conſ. 86. n. 6.* Ideo compræhendunt omnia, quę excogitari poſſunt, nullo penitus excepto, immo etiam continent maiora expreſſis, ampliando diſpoſitionem ad illa, quæ alioquin ſub ea non compræhenderentur, etiam ad caſus improprios, & inſolitos, & etiam in materia odioſa, & pœnali, & ſtricti iuris, itaut habeant vim ſingularis expreſſionis, & indiuiduę ſpecificationis, ſiue proferantur negatiuè, ſiue affirmatiuè *Aim.* qui omnia prædicta latiſſimè comprobat *conſ. 294. col. 1. vſque ad 7. Sebrader. de feud. p. 10. ſect. 5. n. 70. vſque ad 77. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. omnia. n. 14. C. de reuocand. donationib.*

Huiuſmodi autem verba quocumque modo, cauſa, & ratione, & ſimilia ſunt vniuerſalia,
9 itaut referantur ad ea, † quæ ſunt in ſuperlatiuo gradu *Aim. conſ. 294. col. 5. in princ. poſt Io. Andr. in c. quiſquis. de elect. Host. in c. cum ſatis. de offic. archidiac. Gemin. conſ. 29. col. 1. poſt med. Ruin conſ. 98. n. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 496. n. 65. vſque ad 68. lib. 5. & de recuper. poſſeſſ. remed. 6. n. 14. vſque ad 19. Rot. diuerſ. deciſ. 505. n. 19. p. 1. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 27.*

Additur, quod legatum fuit factum pro ſeruitijs, & pro eo, quod poſſet prætendi, quæ dictio, &, habet naturam, vt diuerſa coniun-
10 gat, † & ſtat ampliatiuè ſecundum proprietatem ſermonis, qui debet attendi, vt notat *Surd conſ. 315. n. 17. cum ſeq. lib. 3. poſt Bart. in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Ruin. conſ. 133. n. 3. lib. 1. Aim conſ. 9. n. 25. Cephal. conſ. 245. n. 64. lib. 2. Grat. conſ. 9. n. 83. lib. 1. Rebuff. in l. coniunctionem. 29. col. 2. poſt med. verſ. octauo coniunctio. ff. de verbor. ſignificat. fol. 235. Socin. conſ. 33. circa. col. 3. lib. 3.*

Cum etiam legatum contineat non ſolum compenſationem reſpectu ſeruitiorum, ſed etiam illud, quod poſſit, & poſſet prætendi per le-
11 gatarium, † quæ verba includunt omne tempus, & adiuncta cum verbis ſequentibus quocumque modo, cauſa, & ratione compræhendunt quæcumque iura, & prætenſiones, quæ legatario poſſent competere, etiam diſſimilia ab expreſſis *Aret. conſ. 104. col. penult. in princ. Alex. conſ. 7. n. 7. lib. 7. Dec. in c. ſedes. n. 8. verſ. ſecundo limita. de reſcript. Corn. conſ. 269. n. 21. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 40. col. 7. verſ. ſecundo dum dicit. Socin. Iun. conſ. 92. n. 14. lib. 2. Ruin. conſ. 98. n. 11. lib. 2.*

Ex quibus conſtat, quod facta ceſſione omnium prætenſionum per legatarium, poterit eidem
12 ſolui legatũ, † à quo tamen non dicitur receſſiſſe, quãuis litem mouerit, cum nulla adſit prohibitio, quod legatarius non poſſit hæredem moleſtare ſuper prædictis prætenſionibus, neque fuerit aliqua pœna appoſita in caſu moleſtiarum, quæ licet fuiſſet expreſſa; non tamen operaretur, vt legatarius caderet à legato, eum intelligi debeat de moleſtia malo modo, & animo illata, & de facto, & extra iudicium, non autem de moleſtia iuris, & de iudiciali citra calumniam *Bald. in l. 1. verſ. ſed pone. C. de vſufruct. Cuman. conſ. 51. in princ. Aret. in l. ſi ſeruum. §. ait prætor. in fin. ff. de acquir. hæredit. iuxta l. & ſi quis impediat. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Dec. conſ. 581. viſo puncto controuerſiæ. n. 11. Curt. Iun. conſ. 173. n. 13. Bero. conſ. 2. n. 9. lib. 3. Menoch. conſ. 230. n. 16. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 9. vſque*
13 *ad 25.* † Vbi etiam *n. 88. cum ſeq.* ampliat talem moleſtiam prohibitam per teſtatorem non operari pœnam priuationis, ſi non habuit effectum, cum non dicatur moleſtaſſe ad talem finem, ſi mouit quæſtionem, ſed non perſeuerauit vſque ad ſententiam *Cuman. conſ. 51. n. 3. in fin. Caſtr. conſ. 221. n. 2. verſ. ſecundo præmitto. lib. 2. Aym. conſ. 682. n. 2. Menoch. conſ. 230. n. 78. cum ſeq. lib. 3.*

Quorum ratio eſt, quia ſi moleſtia fuerit iuſta
14 non committitur pœna, † ideo non poteſt cognoſci, an ſit iuſta, vel iniuſta, niſi ſecuta ſententia Iudicis *l. ſtipulatio. §. habet. ff. de oper. nou. nunciat. l. licet. ff. vt legat. nom. caueat. l. auia. §. fin. ff. de conditionib. & demonſtrat.* Prout paſſim ad inducendam priuationem, non ſufficiat aliquid fieri de fa-
15 cto, † niſi etiam ſequatur effectus *l. ea quidem. 5. C. ſi mancip. ita fuer. alienat. l. penult. §. docere. vbi Bart. Caſtr. Alex. & Iaſ. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Surd. de alim. tit. 9. q. 26. n. 88. & 89.* Quare erit per-
16 miſſa legatario renunciatio litis, † etiam inuito aduerſario *l. poſtquam liti. C. de pact. Bald. in l. 3. n. 2. ff. de militar. teſtam.* Re-
17 fectis tamen expenſis † *Idem Bald. in auth. contra qui propriam. n. 2. C. de non numer. pecun. Rebuff. de litter. obligator. art. 6. gloſ. 3. n. 7. ad med. verſ. contrarium videtur. fol. 138.* iuxta *l. ſi quis in con-*

M 2

Digitized by Google

in conſcribendo. 39. C. de epiſcop. & cleric. quæ eſt repetita in *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact. l. vlt. in fin. ff. ad velleian. l. vlt. C. eod. tit. l. ſi iudex. ff. de minorib. l. fin. C. quand. mul. tut. offic. fung. poſſ. Dec. conſ. 349. conſuluit. col. 1. in fin. Surd. deciſ. 194. n. 8.*

E P I T O M E.

DE præcedentia Præceptoris S. Spiritus in Capella Papæ, & alijs ſeſsionibus. ¶ Et de inſtitutione præceptoriæ, ſuppreſsione, & reſtitutione, ob quam antiqua priuilegia, an remanſerint, ac ſi nunquam ſuppreſsio fuiſſet facta. ¶ Et an illa ſit inter mẽdicantes, de quibus loquitur Bulla Pij V. ¶ Cauſa præcedentiæ an ſit magni præiudicij. ¶ Et quando debeat prætendi. ¶ Et quid in ea operetur obſeruantia, antiquitas, ſenectus, iuriſdictio, pluralitas dignitatum, electio à maiore prælato, adminiſtratio, habitus, Mozzetta, Rochettum, & Mantellettum, cum ſimilibus. ¶ Canonicus renuncians canonicatui, ſi poſtea illum obtineat, quando poſſit gaudere priuilegijs antiquis, & habere primum locum. ¶ Et quid in ſubrogatione, & vnione. ¶ Reſtitutio quando reponat omnia in priſtinum ſtatum, & gradum, etiam quod ſint alteri acquiſita. ¶ Generales ordinum an ſint prælati, & in dignitate conſtituti. ¶ Canonici regulares an præcedant Benedictinos. ¶ Abbates quando habeant adminiſtrationem perpetuam. ¶ Et an illis æquiparentur Commendatarij. ¶ Et quando exigant ſubſidium charitatiuum, & exerceant iuriſdictionem, ſicut Epiſcopi. ¶ Dignitas maior quando conſideretur in congregationibus. ¶ Et quid in Camerario, Vicecancellario, Epiſcopis, & Auditoribus Rotæ. ¶ Præcedentia in capella Papæ quo caſu debeat attendi etiam extra cam, tam in Subdiaconis, quam Epiſcopis aſsiſtentibus, & ſimilibus. ¶ Veſtes reſeruatæ ad decorem dignitatis an poſſint per quemcumque deferri. ¶ Et quid ex eis arguatur.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa præcedentiæ eſt magni præiudicij.*
2 *Loca prima non debent prætendi ambitu, & cupiditate gloriæ, ſed propter finem obſeruandi ordinis, quod eſt laudabile, & iuri conſonum, vt alter alteri præſit. n. 3.*
4 *Præceptor S. Spiritus habet primum locum in Capella, & concilijs ante Generales aliarum religionum ex obſeruantia, quæ in præcedentia attenditur, etiam ex vnico actu, propter quam datur manutentio. n. 5. & 6.*
7 *Inſtitutio Præceptoris S. Spiritus fuit approbata per Innoc. III. Ordo autem prædicatorum poſtea per Honor. III.*
8 *Antiquior dignitas præfertur poſteriori.*
9 *Præceptoria S. Spiritus fuit ſuppreſſa per Iul. III. quo ad modum eligendi tantum Præceptorem, non quo ad alia iura, & priuilegia, quæ ſunt ei reſeruata. n. 15. Licet poſtea fuerit reſtituta aduerſus dictam ſuppreſſionem per Paul. IV. n. 18.*
10 *Canonicus renuncians canonicatui, ſi iterum efficiatur canonicus, nullam habet prælationem ex priori titulo. Intellige vt n. 11.*
12 *Vnio eſt nomen generale continens ſuppreſſionem, & extinctionem, non tamen amittuntur priuilegia rei vnitæ. n. 13. Declara vt n. 14.*
16 *Per ſubrogationem ad fauorem ſubrogati remanet primus locus cum omnibus priuilegijs prius competentibus.*
17 *Interpretatio non derogationis priuilegiorum eſt ſemper facienda.*
19 *Reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatum, locum, & gradum. Contrarium. n. 20. Declara vt n. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.*
27 *Præceptor S. Spiritus vtitur priuilegijs antiquis, neque indiget nouis, ſtante reſtitutione aduerſus ſuppreſſionem præceptoriæ, cum recuperatione omnium, etiam in tertium alienatorum. n. 28. & 29.*
30 *Expreſſio cauſæ non requiritur in litteris gratioſis, & illa in Principe præſumitur.*
31 *Iuriſdictio cum mero, & mixto imperio tribuit dignitatem, & præeminentiam.*
32 *Habens plures dignitates præfertur habenti vnam. & n. 45.*
33 *Prælatio in ſeſſionibus eſt danda ſenioribus.*
34 *Electus à Summo Pontifice præfertur electo ab inferiore.*
35 *Generales ordinum ſunt prælati, & in dignitate conſtituti.*
36 *Prælatio habet locum ceteris paribus.*
37 *Adminiſtratio Generalis ob numerum maiorum fratrum non tollit in præcedentia prærogatiuam temporis.*
38 *Ordo S. Spiritus non eſt inter mendicantes, de quibus loquitur Bulla Pij V. dantis præcedentiam prædicatoribus.*
39 *Fratres S. Spiritus in Saxia præcedunt Benedictinos ad ſimilitudinem Canonicorum regularium.*
40 *Præceptoria S. Spiritus an ſit perpetua.*
41 *Abbates habent adminiſtrationem perpetuam, quibus æquiparantur Commendatarij tanquam Prælati, & eiuſdem dignitatis, ſecus in Vicarijs, & Commendatarijs temporalibus. n. 42.*
43 *Commendatarij perpetui Eccleſiæ cathedralis exigunt charitatiuum ſubſidium, & exerceant iuriſdictionem, ſicut Epiſcopi.*
44 *Dignitas etiam magna nihil affert præcipuum ſuper alios in loco particulari, vt in Auditoribus Rotæ, Epiſcopis, Camerario, Vicecancellario, & ſimilibus.*
46 *In congregationibus Cardinales antiquiores præcedunt, quamuis poſteriores ſint in admiſſione eiuſdem Congregationis.*

Sub-

Digitized by Google

47 *Suldiaconi præcedunt Auditores* Rota *in ca-*
pella Papæ, prout Epiſcopi aſſiſtentes, Ora-
tores Regum, ſecus extra, propter actuale
ſeruitium, quod exhibent Papæ.
46 *Membra recipiunt normam, & regulam à*
capite, maximè in materia præcedētia. n.49.
50 *Dignitas arguitur ex inſignibus, & veſti-*
bus, & datur ex eis prabeminentia. n.51.
52 *Veſtes particulares reſeruantur magnis vi-*
ris ad decorem dignitatis, quibus, ſicut alijs
inſignibus non poſſunt uti perſona priuata,
niſi ex conceſſione Principis.
53 *De Mantello, Rocbetto, Mozzetta, & alijs*
veſtibus per Prælatos portari ſolitis, re-
miſſiue.

CAP. DCCCXLV.

TRactatur in cauſa, de qua agimus, de
1 præcedentia, † quæ eſt magni præiudi-
cij *Put. deciſ. 440. lib. 2. & deciſ. 6. lib. 3. Card.*
Seraph. deciſ. 22. n. 2. & deciſ. 81. n. 1. Gonzal.
ad reg. 8. in probem. §. 4. n. 30. Maximè, quia
2 non ambitu, † & gloriæ cupiditate prima
loca prætenduntur, quod damnatur, iuxta
illud *Matth. c. 23.* Sed quia ſolum contendi-
3 tur propter finem obſeruandi ordinis, † quod
eſt laudabile, tunc enim nihil aliud quæritur,
quam vt comprobentur à Deo ordinata, &
defendatur natura humana, quæ neque om-
nes ex ordine inter ſummos, neque rurſus
omnes inter nouiſſimos conſtituit, & iura
pariter executioni mandentur, quibus ma-
gnæ curæ fuit, vt alter alteri præſit, & alter
alteri ſubſit *l. 1. & 2. C. vt dignitat. ord. ſer-*
uet. lib. 12. l. lege. 13. C. de erogation. militar.
annon. l. vlt. C. de priuileg. cor. qui in ſacr.
palat. milit. eod. lib. c. ſolitæ. de maiorit. &
obedient. c. vlt. 29. diſtinct. Menoch. conſ.
126. n. 1. lib. 2.

Cum igitur in tam nobili controuerſia obtem-
perandum mihi ſit, vt ſententiam meam pro-
feram, qualis qualis illa ſit, dicam breuiter
omiſſa diſputatione, iuſtiorem eſſe cauſam
Reuerendiſſimi Præceptoris S. Spiritus, ideo
illum preferendum Reuerendiſſimo Generali
4 Prædicatorum, † etenim ex antiquiſſima ob-
ſeruantia ſemper primum locum obtinuit,
Idem Præceptor ante omnes Generales, tam
in Capella Sanctiſſ. D. N. quam in alijs pu-
blicis functionibus, & Concilijs, vt latius in
facto oſtenditur, quæ obſeruantia, & con-
ſuetudo debet attendi in materia præceden-
tiæ, non ſecus ac ſi eſſet lex, itaut neque re-
quirat titulum pro ſuo fundamento, & initio,
etiam quod repugnaret iuri communi *Io.*
Andr. in c. 3. de conſuetud. in 6. Abb. in c.
vlt. eod. tit. Card. Seraphin. deciſ. 716. n. 18.
& deciſ. 964. n. 1. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.
124. n. 2. & ibi latè *Addit. n. 4. Menoch. conſ.*
51. n. 49. & 52. lib. 1. & conſ. 126. n. 2. vſque
5 *ad 7. lib. 2.* † vbi etiam, quod vigore iſtius
conſuetudinis, ex vnico quoque actu eſt quis
in primis manutenēdus in præcedendo *Card.*
conſ. 62. col. 2. verſ. ſed ipſis non proban-
tibus. Corn. conſ. 193. n. 14. lib. 2. poſt Bald.
in l. obſeruare. §. antequam. in fin. ff. de
6 *offic. proconſul.* † & in ſpecie adeſt conſtitu-
tio Leonis X. in qua mandatur ſeruari talem
conſuetudinem ad fauorem eiuſdem Præ-
ceptoris vbique locorum, vt latius in ea
continetur.

Præterea inſtitutio, & ordo Præceptoris fuit
7 approbatus per Innoc. III. † de anno 1204. vt
in *Bullar. n. 7. fol. 38. tom. 1.* Ordo autem Præ-
dicatorum per Honor. III. anno 1218. *Caſſan.*
in catalog. glor. mund. p. 4. conſider. 69. ad
fin. Vnde ratione iſtius antiquioris dignita-
8 tis, † & inſtitutionis præferendus erit Præ-
ceptor Generali Prædicatorum *Gloſ. in c.*
quorundam. de elect. in 6. Anchar. conſ. 210.
Boer. de auctor. magn. conſil. n. 60. vſque
ad 80. iuxta *l. 1. de alb. ſcribend. l. ſemper.*
de iur. immunitat. l. 1. C. *de offic. præfect.*
prætor. l. 1. C. *de prepoſit. ſacr. cub. l. 1.* C. *de*
conſulib. lib. 12. c. 1. de maiorit. & obedient.
c. epiſcopus. 17. diſtinct. Menoch. conſ. 126.
n. 30. lib. 2.

Neque obſtat, quod Præceptoria fuerit ſup-
preſſa, & extincta per Iulium III. de an-
9 no 1552. vndecimo calend. nouembris, † adeo
vt ſtante huiuſmodi ſuppreſſione ceſſent om-
nia priuilegia, & quæcumque prærogatiuæ
hactenus conceſſæ, itaut non conſideretur
aliqua antiquitas, exemplo Canonici renun-
10 ciantis Canonicatui, † qui ſi iterum efficia-
tur canonicus, nullam habet prælationem ex
priori titulo, cui non poteſt inniti, ſed nouo
c. ex inſinuatione. 26. vbi Gloſ. in verb. pri-
ma. de ſimon. & in c. nabucbdonoſor. 18. in
verb. accepit. 23. q. 4.

Quia omiſſo, an iſta procedant ſolum in pri-
uato ex delicto, non autem in ſimpliciter
11 amoto, † iuxta *Felin. in d. c. ex inſinuatione.*
col. 2. poſt med. verſ. facit iſte textus. & ibi
Anan. in fin. de ſimon. poſt Bart. in l. 2. ff.
de decurionib. Reſpondetur, quod non ſem-
per ſtante ſuppreſſione, & ex inctione ali-
cuius rei cenſentur ſublata priuilegia, & alia
12 iura prius competentia, † prout dicimus de
vnione, quæ eſt nomen generale continens
in ſe ſuppreſſionem, & extinctionem tan-
quam antecedentia, & præambula neceſſa-
ria ad illam perficiendam, vt latè per *Hoied.*
de incompatibil. beneficior. c. 3. n. 3. tom. 15.
p. 1. fol. 167. Mandoſ. regul. 12. q. 1. n. 3. fol. 60.
13 Et tamen † non amittuntur iura, & præhe-
minentiæ rei vnitæ, quæ ſemper illa retine-
bit vna cum omnibus priuilegijs prius ei
competentibus *Gloſ. in c. & temporis. 16.*
q. 1. & in clem. per litteras. de præbend. Re-
buff. de vnion. n. 15. & de vicar. perpet. n. 3.
Mandoſ. reg. 12. q. 1. n. 4. cum alijs per *Garz.*
de benefic. p. 12. c. 2. n. 37. & 38.

Et quidquid ſit de prædictis an habeant locum
14 quando vnio ſit æquè principaliter, † vel

 non,

non, vt per Mandoſ. conſ. 27. & per Hoied. de
incompatibil. beneficior. par. 1. c. 15. n. 8. &
p. 2. c. 3. Lapus alleg. 68. vbi Addit. in verb.
eborus. Mantua. conſ. 89. lib. 1. Ferrett.
conſ. 242. In caſu noſtro nulla adeſt difficul-
15 tas, † quia non eſt ſuppreſſa, & extincta præ-
ceptoria, ſed ſolum ſupprimitur, & extin-
guitur modus eligendi Præceptorem, & ip-
ſius Præceptoriæ collatio, cum tam in narra-
tiua, quam in diſpoſitiua Summus Pontifex
moueatur propter crebras mutationes Præ-
ceptorum, ex quibus magnæ impenſæ erant
faciendæ, ideo ad illas euitandas, & ob alias
cauſas ibidem expreſſas, datur nouus modus
eligendi Præceptorem, ex quo non cenſentur
ſublata prius conceſſa, immo illa ſunt præ-
16 ſeruata † ſtante ſubrogatione per Summum
Pontificem facta, per quam ad ſubrogati fa-
uorem remanet primus locus cum omnibus
priuilegijs prius competentibus l. 1. §. vlt.
vbi Gloſ. & Bart. ff. de bonor. poſſeſſ. contr.
tabul. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1.
n. 70. Adeo, vt ſemper ſit facienda interpre-
17 tatio † non derogationis priuilegiorum cum
illorum reuocatio ſit odioſa Caſtr. conſ. 278.
paſſus iſte. n. 4. lib. 1. Gemin. conſ. 35. n. 2.
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 36. n. 76.

Et quatenus etiam omnia prædicta ceſſarent,
quæ tamen ſunt clariſsima, poſt hæc ſcripta
18 fuit exhibita Conſtitutio Paul. Papæ IV. in
qua conceditur reſtitutio in integrum Præ-
ceptoriȩ ſancti Spiritus aduerſus ſuppreſsio-
19 nem contentam in litteris Iulij III. † quæ
quidem reſtitutio reponit omnia in priſti-
num ſtatum, locum, & gradum Azo. in ſumm.
C. de reſtit. in integr. Gloſ. in l. 1. C. de ſen-
tent. paſſ. & in §. 1. inſtit. quib. mod. ius
patr. poteſt. ſoluit. Iſern. in c. 1. de vaſall.
decrepit. ætat. Odd. de reſtitut. in integr. q.
97. n. 8. & 9. cum alijs per Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 32. gloſ. 1. n. 69.

Neque obſtat, quod reſtitutio non operatur, vt
20 reſtitutus recuperet primum locum, † & præ-
cedentiam, quam prius habebat, tanquam
agat ex nouo titulo, & non veteri Anchar. in
c. ex inſinuatione. 26. n. 4. de ſimon. Iaſ. in l.
gallus. §. & quid ſi tantum. n. 72. & ibid.
Galiagul. n. 57. ff. de liber. & poſthum. Fer-
rett. de gabell. n. 170. Pariſ. de reſignat. be-
neficior. lib. 3. q. 7. n. 73. Guid. Pap. ſing. 361.
& conſ. 18. n. 9. cum alijs per Odd. de reſtitut.
in integr. q. 97. n. 19. fol. 260. Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 10. n. 106. fol. 388.

Quia Summus Pontifex motu proprio, & ex
certa ſcientia, & auctoritate Apoſtolica re-
ſtituit, ac plenariè reintegrauit Hoſpitale
S. Spiritus aduerſus ſuppreſsionem, & extin-
21 ctionem prædictã, † illudq. repoſuit in priſti-
num, & in eum ſtatum, in quo erat antequam
litteræ Iul. III. emanarẽt, itaut exiſtat eadem
Præceptoria, prout prius erat, & potiatur,
& gaudeat omnibus priuilegijs, indultis, fa-
uoribus, exemptionibus, libertatibus, iuriſ-
dictionibus, facultatibus, & auctoritatibus,
ac demum iuribus omnibus, quibus ante di-
ctam ſuppreſsionem, & extinctionem po-
tiebatur, ac in eorum omnium poſſeſsione
reali, & actuali permaneat, in qua prius erat,
& cenſeatur in omnibus, & per omnia perin-
de ac ſi præceptoria prædicta nunquam ſup-
preſſa, aut extincta fuiſſet, cum annullatio-
ne, reuocatione, & caſſatione litterarum di-
ctæ ſuppreſsionis, prout latius in Bulla con-
22 tinetur, † ex quibus verbis patet conſtare
de mente Principis volentis, quod reſtitutus
recuperet locum, & omnia, quæ prius obti-
nebat, quamuis medio tempore eſſent alijs
acquiſita, itaut nulla cadat dubitatio, cum
contraria procedant in ſimplici reſtitutio-
23 ne, † non autem in pleniſsima Felin. in c. ex
inſinuatione. 26. in fin. verſ. niſi eſſet facta
reſtitutio. de ſimon. & in c. inter quatuor.
n. 10. de maiorit. & obedient. Iſern. in c. 1.
vbi Præpoſ. & Affl. n. 25. de vaſall. decrepit.
ætat. Pariſ. conſ. 1. n. 36. vſque ad 40. lib. 4.
poſt Card. & Imol. in c. quia diligentia. de
election. cum alijs per Peregr. de iure fiſc.
24 lib. 5. tit. 2. n. 53. fol. 292. † & concludunt om-
nes in l. gallus. §. & quid ſi tantum. vbi
Alex. n. 20. Iaſ. n. 77. in 1. lect. Galiagul.
n. 72. in fin. Socin. n. 24. de liber. & poſthum.
Et ſtante clara mente Principis, quæ in caſu
25 noſtro non poteſt eſſe magis aperta, † non eſt
ſuper hoc diſputandum, neque aliquo modo
dubitandum, vt per Roſental. de feud. c. 10.
concluſ. 38. n. 80. Ferrett. de gabell. n. 170. ad
med. Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. n. 54. ad
med. verſ. in hac doctorum varietate. & lib. 4.
26 tit. 8. Pariſ. conſ. 1. n. 40. lib. 4. † vbi etiam
conſiderat denegationem audientiæ, de qua
in caſu noſtro Ruin. conſ. 21. n. 9. ad med. verſ.
non obſtat igitur in primis. lib. 5.

Quare ſtante huiuſmodi reſtitutione Paul. IV.
& annullatione ſuppreſsionis Iul. III. rema-
net etiam firmum, quod dictum eſt de præ-
cedentia Præceptoris etiam in Concilio La-
27 teranenſi, † nam licet illud fuerit poſt Iul. III.
qui ſuppreſsit Præceptoriam, itaut actus fa-
cti non inuenit præſentem Præceptorem, qui
non poteſt ſe iuuare ex antiqua erectione
Innoc. III. aut ex Priuilegio Leonis X. Ta-
men hoc procedit, quando Præceptoria non
eſſet repoſita ad ſtatum priſtinum cum ple-
niſsima reſtitutione, vt dictum eſt, ideo non
indiget nouis priuilegijs, ſed remanent an-
28 tiqua, † quæ ſunt præſeruata, & remanent
intacta Odd. de reſtit. in integr. q. 94. & 95.
n. 2. & q. 98. n. 22. cum alijs ſupra allegatis
n. 22. & 23. Etenim quando apparet de Prin-
cipis voluntate, omnia per eum expreſſa ve-
29 niunt † quamuis alteri eſſent quæſita, & in
tertium alienata Dec. conſ. 33. col. 1. Itaut ad
iſtum effectum, neque ſit neceſſaria expreſsio
30 cauſæ in huiuſmodi litteris gratioſis † cum
illa præſumatur in Principe, quamuis de ea
non fiat mentio Vaſq. controuerſ. illuſtr.
lib. 1.

lib.1.r.25. n. 17. Socin.Iun. in l.gallus.§. &
quid ſi tantũ.n.110.ff.de liber.& poſthũ. Odd.
de reſtitut. in integr.q.99. n.67. vſque ad 71.
Additur iuriſdictio, quam habet D.Præceptor in
31 vaſallos, qui ei ſubditi ſunt † cum mero, & mix-
to imperio, quorum vaſallorum etiam memi-
nit Paul.IV. in reſtitutione aduerſus ſuppreſ-
ſionem præceptorię col. penult. in fin. quod
dignitatem, & præeminentiam tribuit Bart.
in auth.habita. C. ne filius pro patr. Bald.in
l.2. in princ. ff.de ſenatorib. Rimin.Sen.conſ.
95. n.2. lib.1. Tiraq. de nobilit. c.7. Menoch.
conſ.126. n.8. 9. & 15. lib.2. Et vltra vaſallos
adeſt etiam dignitas Generalatus ſeruorum &
32 prothonotariatus, † & ſecretariæ Apoſtolicæ
cum delatione Rocchetti, & Mozzettę, Itaut
omnibus iſtis ſimul iunctis, prout iungi debent
ad effectum præcedentię, concludendum ſit
quod habens tot dignitates præferatur mino-
res habẽti Bald.in l.ſed & milites.9.in princ.
ff. de excuſat. tut. Felin. in c. clerici. col. vlt.
vbi Dec. col.4, de iudic. Ruin. conſ. 19. n.9.
lib.1. cum alijs per Menoch. qui multa ſimilia
adducit conſ. 126. n.9. vſque ad 15. lib.2. &
conſ.51. n.31. lib.1. Caſſan. in catalog. glor.
mund. p.8. conſiderat. 27. & p. 10. conſider.
13. 33. & 35. Tiraq. de nobilit. c.4.n.8. ¶ Cũ
33 etiam in D. Præceptore adſit maior ætas, † ob
quam ſemper ſeniores in huiuſmodi ſeſſioni-
bus pręferuntur l. alexandrinis. C. de decu-
rionib. lib.10. l. vlt. C. de tironib. eod. lib. l.
ſemper. in princ. ff. de iur. immunit. §. ordi-
nationem. auth. de monach. Iaſ. conſ. 192.
col.1. & 2. lib.2. Menoch. conſ.126. n.21. &
22. lib.2. ¶ Pręſertim quia Præceptor tanquã
34 electus à Summo Põtifice † debet præferri ele-
cto ab inferiori Card. Butr. & Anchar. in c.
perpetuas. de maiorit. & obedient. Prob. ad
Monach. in c. ſtatuimus. n.20. de reſcript. in
6. Menoch. conſ.126. n.34. lib.2. & conſ.257.
n.21. lib.3. Iaſ. in l. ſi quis maior. n.31. C. de
tranſaction. Dec. in l. eum quid. in 1. lect. n.
11. ff. ſi cert petat. Decian. conſ.19. n.214. lib.
3. Natt. conſ.637. n.14. & 41.
Neque obſtat, quod Generalis ſit Prælatus, & in
35 dignitate conſtitutus † Card. Seraphin. deciſ.
1361. n.6. Quia ratione iſtius dignitatis erit
præferendus cæteris paribus, nam alias pre-
36 latio † non habet locum Natt. conſ.62. n.3. ad
med. iuxta l.1. ff. de alb. ſcribend. Gloſ. in
§. ordinationum. auth. de monach. Archi-
diac. in c. quoniam. 16. diſtinct. Salic. in l.
poſtulandum. C. de poſtuland. Felin. in ru-
br. de maiorit. & obedient. col.1.
Maioritas adminiſtrationis, quam habet Genera-
lis ob numerum maiorem fratrum ſui Ordi-
37 nis Non obſtat, † quia ex hoc non infertur ad
præcedentiam, neque tollitur prærogatiua
temporis Aff. ſuper conſtitut. Regn. rubr.
26. q.1. Natt. qui alia exempla adducit conſ.
637. n. 47. & 48. Decian. conſ. 19. n.206. vſ-
que ad 210. lib.3. Menoch. conſ.257. n.59. cum
ſeq. lib.3. late Caſſan. in catalog. glor. mund.
p.4. conſider. 54. vſque ad conſider. 58.
Bulla Pij V. concedens præcedentiam ordini Prę-
dicatorum, loquitur quo ad mendicantes, in-
38 ter quos non exiſtit † Ordo S. Spiritus Caſſan.
d.p.4. conſid.68. & 69. Cũ etiam per d. Bullam
non tollatur indultum Leonis X. ad fauorem
39 S. Spiritus † qui geſtant habitum clericalem,
quo caſu ad ſimilitudinem Canonicorum re-
gularium præcedunt Benedictinos etiam an-
tiquiores, vnde etiam debent præcedere fra-
tres Prędicatorum l. de acceſſionibus ff. de di-
uerſ. & tempor. præſcript. Socin. conſ.28. n.4.
& 29. lib.4. Menoch. conſ. 126. n.25.
Quod Pręceptoria nõ ſit perpetua dignitas Non
verificatur, quia Præceptores nunquam amo-
40 uentur, † niſi per aſſumptionem ad maiorem
dignitatem, cum alias habeant perpetuam
adminiſtrationem, ſicut habent Generales Prę-
dicatorum, & ita de iure præſumitur iuxta
deciſ. Rot. de qua per Gonzal. ad reg.8. gloſ.5.
41 §. 8. n.66. † Prout dicimus de Abbatibus, qui
habent adminiſtrationem perpetuam, quibus
æquiparantur Commendatarij, cum ſint Pręla-
ti, & eiuſdem dignitatis Abb. in c. querelam.
24. in 1. notab. de elect. Barbat. conſ.2. vol.2.
Purpur. in l.1. n.272. ff. de offic. eius. Caſſan.
ſuper conſuetud. Burgund. tit. de ſucceſſ. de
baſtard. rubr.8. §.5. in conſ. ibid. inſerto. n.
59. vſque ad 62. fol. 1172. & 1173. & in ca-
talog. glor. mund. p.4. conſider. 32. in fin. fol.
114. Gomeſ. reg. de triennal. q.5. n.11. vſque
ad 20. & de infirm. reſignant. q.13. col. pe-
nult. & vlt. Rim. Iun. conſ. 716. n.6. lib.6.
Gonzal. ad reg. 8. gloſ.5. §.8. n.50. vſque ad
53. Rot. deciſ. 346. n.2. p.3. diuerſor. lib.3.
42 fol.201. † ¶ Cõtraria autẽ procedunt in vica-
rijs, & Commendatarijs temporalibus, cum in
perpetuis omnia iura loquentia de Prælatis
habeant locum in eis Caſſan. ſuper conſuetud.
43 Burgund. d. rubr. 8. §.5. n.59. fol. 1172. † Ita
vt etiam tales commendatarij perpetui eccle-
ſiæ cathedralis poſſint exigere charitatiuum
ſubſidium ab eccleſijs ſibi ſubiectis, & exerce-
re iuriſdictionem, quæ competit Epiſcopo titu-
lato Idem Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund.
tit. de iuſtices & droict. rubr.1. §.4. n.20. &
21. fol. 136.
Quod Generalis debeat præcedere in Congrega-
tione Inquiſitionis ex ratione ſui officij, Non
ſubſiſtit, nam licet præſupponatur exaduerſo
quod officium cõſultoris ſit annexum Genera-
latui, Tamen in hoc loco debet conſiderari
tanquam conſultor ſecundum officium, quod
ibidem exercetur, non tanquam Generalis,
44 cum dignitas † etiam magna, nihil afferat pre-
cipuum ſuper alios in loco particulari, vt de
Auditoribus Rotæ Epiſcopis, qui ſedent in
ſuo loco, non inſpecta aliqua dignitate Epiſco-
patus, & de Vicecancellario, Camerario, &
Pœnitentiario, qui habent præcipua officia
Curię, nõ tamen ſortiuntur aliquam prerroga-
tiuam in illis, quę ſpectant ad officium Car-
dinalium Boer. de auctorit. magn. conſil. n.65.

Card.

45 *Card. Seraphin. deciſ. 716. n. 15. & 16.* † Vnde cum Præceptor habeat idem officium Conſultoris, & in hoc ſit æqualis Generali, recurrendum eſt ad qualitates, quæ, vt ſupradictum eſt, præponderant in Præceptore, & faciunt, vt præferatur habenti vnam tantum *Dec. conſ. 160. pro domino præpoſito. n. 2. Caſſan. in catal. glor. mund. p. 8. conſiderat. 27. fol. 197.* cum alijs ſuperius allegatis. *n. 32.*

Maxime in huiuſmodi congregationibus, in quibus quis inſeruit tanquam particularis, & habetur ratio perſonarum particularium, vnde ſemper conſiderandum eſt an adſint plures qualitates potius in vno, quam in alio ad effectum præcedentiæ, cum magis deferendum ſit habenti plures dignitates, vt dictum eſt,

46 Præſertim quia † neque Generalis, quamuis habeat annexum officium Conſultoris præcedit epiſcopis, & alijs Prælatis maioribus conſultoribus in eadem Congregatione, non obſtante, quod ſint in ea recepti poſtea, cum in ſimilibus congregationibus non conſideretur anterior receptio, Ideo in eis Cardinales antiquiores præcedunt, quamuis poſteriores ſint in admiſſione illius Congregationis, iuxta quam obſeruantiam idem in alijs ſeruandum eſt *Bart. in l. 2. q. 36. C. quæ ſit long. conſuetud. Corn. conſ. 319. col. 11. lib. 3. Socin. conſ. 7. n. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 257. n. 49. vſque ad 54. lib. 3.*

Quod ex præcedentia Præceptoris in Capella Papæ non ſit arguendum ad alia loca, Non ob-

47 ſtat, † quia licet ſubdiaconi præcedant Auditores Rotæ in capella, ſecus extra, prout Epiſcopi aſſiſtentes, qui extra capellam non præcedunt Oratores Regum, Tamen hoc ideo eſt quia ſtant in actuali ſeruitio Papæ, cuius ratione præferuntur, quæ ratio ceſſat in Præceptore, & Epiſcopis nō aſſiſtētibus, & ſimilibus Prælatis, qui habent locum in Capella, non ex neceſsitate alicuius ſeruitij tunc imminentis, ſed ratione ſuarum dignitatum, & prælaturæ tanquam repræſentantes vniuerſum ordinem ſacerdotalem, adeo vt rectè poſſit argui ab iſta præcedentia, quam habent in capella, ad

48 alia loca, † cum à capite debeant membra recipere normam, & regulam *l. cum in diuerſis. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. c. cum non liceat. de præſcriptionib. Iaſ. in l. de quibus.*

49 *n. 6. de legib.* Et in ſpecie † in materia præcedentiæ ita faciendum eſſe concludit late *Menoch. conſ. 257. n. 44. vſque ad 54. lib. 3.*

Additur habitus clericalis prælaturæ, Birreti, Rocchetti, Mantelli, & Mozettæ, quo per

50 Summū Pōtificē decoratur Præceptor † ex quibus inſignibus, & veſtibus arguitur excellentia dignitatis, & datur præheminentia *Caſſan. in catalog. glor. mund. p. 1. conſiderat. 23. fol. 4. & p. 7. conſider. 44. fol. 187.* Neque iſta quæſtio veſtium eſt ſpernenda, nec ſartoribus relinquenda, prout exaduerſo male præſupponitur, cum ſit ſolida, & vera ratio, quæ ex habitu, & veſtibus deſumitur, prout apparet

51 ex multis † quæ ponit *Caſſan. ibid. & p. 12. conſiderat. 96. fol. 388. & per Doctor. in l. 2. C. de veſtib. olober. & aurat. lib. 11. Florian. in l. ſed & ſi quid. §. mancipiorum. ff. de vſufruct. Speculat. de aduoc. §. ſequitur videndum de veſtibus. col. 2. Gloſ. & alij* in *l. 1.*

52 *C. nulli licer. in fren. lib. 11.* † Sunt enim huiuſmodi veſtes magnis viris reſeruatæ ad decorem dignitatis, quibus ſicut alijs inſignijs non licet priuatis perſonis vti, niſi ex conceſſione Principis *Platea. in l. ſi quis nauiculam. C. de murilegul. lib. 11. Luc. de Penn. in l. 4. C. de veſtib. olober. & aurat. eod. lib. Caſſan. d.*

53 *conſiderat. 96. col. 4. & per tot. fol. 388.* † Et de Mantello, Roccheto, Mozzetta, & alijs inſignibus per Prælatos portari ſolitis multa *Campanil. in diuerſor. iur. canonic. rubr. 9. c. 5. n. 3. cum ſeq. fol. 208.*

EPITOME.

TRanſactio an veniat ſub nomine alienationis, & permittatur in bonis fideicommiſſi, & feudis Cameræ Apoſtolicæ litigioſis. ¶ Et quando in ea ſit adhibenda eadem ſolemnitas, quæ in alienatione requiritur. ¶ Dimiſſio rei penes poſſeſſorem an ſit prohibita, ſicut alienatio, itaut potius bona ſint recuperanda ſoluta pecunia poſſidenti, vt poſſit licitè ſuper eis tranſigi. ¶ Pater adminiſtrator an habeat maiorem auctoritatem in bonis filij, quam tutor, & prælatus. ¶ Poſt Conſtitutionem Clem. VIII. an vnquam fuerit tranſactum occaſione feudorum in lite exiſtentium cum Camera Apoſtolica. ¶ Et quid in bonis confiſcatis per delictum, aut emptis à Baronibus. ¶ Verba vniuerſalia quos caſus comprehendant tam in materia fauorabili, quam in odioſa.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio in bonis fideicommiſſi permittitur de re dubia.*

2 *Alienatio ciuitatum, & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prohibetur per bullas. Summorum Pontificum. n. 4.*

3 *Tranſactio comprehenditur ſub nomine alienationis.*

5 *Verba vniuerſalia quos caſus contineant tam in materia odioſa, quam fauorabili.*

6 *Solemnitas requiſita in alienatione eſt adhibenda etiam in tranſactione. & n. 7.*

8 *Bona prohibita alienari non debent dimitti penes poſſeſſorem, ſed ſunt recuperanda ſoluta pecunia poſſidenti, ad hoc vt tranſactio ſit valida. n. 9.*

10 *Dimiſſio rei per modum tranſactionis an ſit prohibita, & dicatur vera alienatio. n. 11. & 13. & an requiratur beneplacitum Apoſtolicum. n. 14.*

12 *Pater adminiſtrator habet maiorem auctoritatem in bonis filij, quam tutor, & prælatus.*

Verba

15 *Verba omnis, prorſus, omnino, quomodocunque, & ſub quibuſuis cauſis, & prætextibus quid ſignificent.*

16 *Tranſactio rerum eccleſiæ non eſt valida, ſi non adſit vtilitas.*

17 *Dubius eſt litis euentus vſque ad terminationem cauſæ.*

18 *Poſt conſtitutionem Clem. VIII. nunquam fuit tranſactum occaſione feudorum in lite exiſtentium cum Camera Apoſtolica, ſecus de bonis confiſcatis per delictum, ſeu emptis à Baronibus. n.20. & 21.*

19 *Interpratatio vera dicitur, quæ eſt deſumpta ab obſeruantia.*

CAP. DCCCXLVI.

IN bonis feudalibus, & ſimilibus alienari
1 prohibitis ſuſtinetur tranſactio,† ſi fiat de
re dubia, & bona fide l. præſes.12.C. de tran-
ſactionib. l. cum hæreditas. 36. vbi Bart. &
Caſtr. ff. ad trebellian. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuentionib. lib. 26. tit.4.
n. 20. Bald. Prapoſ. Alnarott. Affl. & om-
nes communiter in c.1. de controuerſ. int. va-
ſall. & alium hc beneſic. Zaſ. de feud. p.9. n.
19. Schrad. eod. tit. p.8. c.1. n.44. & 45. cum
alijs per Roſental. eod. tract. concluſ. 21. c.9.
membr. 1. n. 4. & late dixi ſupr. c. 476. n.1.
vſque ad 8.

Verum in caſu, de quo agimus, non videntur præ-
dicta tranſire ſine aliqua difficultate propter
conſtitutiones Summorum Pontificum Pij V.
Gregor. XIII. Sixti V. Innoc. IX. & Clem. VIII.
2 in quibus prohibentur † alienationes ciuita-
tum, & locorum S. R. E. ſub quouis prætextu,
etiam euidentis vtilitatis, Ideo erit videndum,
an ſub verbis in eiſdem conſtitutionibus ex-
preſſis, dum prohibentur alienationes, cenſean-
tur etiam prohibitæ tranſactiones, quaſi illæ
3 veniant ſub nomine alienationum,† & ſint ſpe-
cies earum l.1. §. vtrum. in fin. ff. ne quid in
fraud. patron. Bald. in l.1. poſt princ. vbi
Salic. C. ſi aduerſ. tranſact. Feder. conſ.94.
caſus talis eſt. col.1. Signoroll. conſ.71. col.2.
verſ. circa primum. Gail. obſeruat. 72. n.2.
lib.2. Alex. conſ. 129. ponderatis. col.1. verſ.
nec etiam obſtat. lib.1. Tiraq. de retract. li-
gnag. §.1. gloſ.14. n.65. poſt med.

Et quidem in eiſdem cõſtitutionibus adſunt mul-
tæ clauſulæ, quæ videntur etiam comprehen-
dere tranſactionem, prout in conſtitutione
4 Clem. VIII. §.7. † vbi quæcunque alienatio
interdicitur, præcludendo omnem prorſus &
omnino viam alienationum, & aliarum con-
ceſſionum quomodocunque, & ſub quibuſuis
cauſis, & prætextibus attentandi, & radices
omnes penitus euellendi, ex quibus huiuſmodi
alienationes prouenire valeant, etiam ex cau-
ſæ abſolutæ neceſsitatis, & veræ, & euiden-
tis vtilitatis, ex quibus verbis ita vniuerſa-
liter cõceptis ſatis dicitur comprehenſa tran-
ſactio, & quęcunque ſpecies alienationis, adeo
vt nulla reſtrictio, aut diſtinctio, ſeu limitatio
5 fieri poſſit, † includendo omnia, quæ dici, aut
excogitari valeant, habendo vim ſpecialis ex-
preſſionis, etiam in materia odioſa, vnde
multo magis in fauorabili, ſiue affirmatiuè,
ſiue negatiuè proferantur, quidquid alias ſub
ſimplici prohibitione non comprehẽderentur,
vt late comprobat Aim. conſ.294. col.1. vſque
ad 7. iuxta §. ſanctiſſimas. auth. de alienat.
& emphit. & §.1. auth. de reſtitut. fideicom-
miſ. quem tex. pro notabili allegat Socin.
conſ.251. col. 3. in princ. verſ. poſtremo te-
ſtatur. lib.2. Roland. conſ. 80. n. 37. lib. 3.
Ruin. conſ.163. n.26. lib.5. Dec. conſ.23. pro
tenui facultate mea ac temporis. n.4. & conſ.
481. in caſu de quo permij. n.8. & 9. Cephal.
conſ. 53. n.14. vſque ad 25. lib.1. poſt Iaſ. in
§. item ſi quis in fraudem. n.21. & 24. in-
ſtit. de actionib. Alex. conſ. 29. n.15. lib.7.
Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. n.202. ff. de
legat. 1.

Et paſſim quælibet diſpoſitio loquens de aliena-
tione, habet locum etiam in tranſactione,
6 itaut eadem ſolemnitas, quæ requiritur in vna
requiratur etiam in alia Bald. Ang. & Salic.
in l.1. C. ſi aduerſ. tranſact. iuxta l. non ſo-
lùm. C. de præd. minor. Bart. conſ. 159. lib. 1.
Calcan. conſ.1. n.10. Caputaq. deciſ. 106. p.1.
& deciſ. 195. & deciſ.318. p.3. poſt Abb. in
c. contingit. n. 3. verſ. concluderem. de tran-
ſaction. Aim. conſ.197. quamquam. col.2. verſ.
ſecundo principaliter. Dec conſ.532. pro vera.
col. 3. verſ. non obſtat quod dicitur. & verſ.
præterea illud. n. 9. & 10. Et hanc opinio-
nem indiſtinctè admittendam eſſe teſtatur
Lamberteng. de contractib. gloſ.1. n.1. vſque
ad 22. Roland. conſ.15. n.3. lib.1. Surd. conſ.
28. n.84. lib.1. Caccialup. de tranſact. q.7.
& 8. Menoch. conſ. 13. n.1. lib.1. Tiraq. de
legib. connubialib. gloſ.5. q.20. n.205. & de
retract. lignag. §.14. gloſ.1. n.65. Affl. deciſ.
87. n.4. Pariſ. conſ. 86. n.14. vſque ad 20.
lib.3. Peregr. de fideicommiſ. art. 40. n. 123.
ad med. fol. 376. Molin. de primogenit. hi-
7 ſpan. lib.4. c.9. n.9. & 20. † vbi ad ſimilium
tranſactionum validitatem requirit auctori-
tatem, & licentiam Principis Affl. in c.1. in
princ. n.110. quæ ſint regal. Pinell. in l.1. p.
3. n.50. verſ. ſed hoc de tranſactione. C. de
bon. matern. Vaſq. controuerſ. frequent. lib.
3. c. 61. n.7. Padill. in l. vnum ex familia. §. ſi
de falcidia. n.20. ad fin. ff. de leg.2.

Quæ maxime procedunt, quando, prout in caſu
noſtro, bona ſeu caſtra, ſuper quibus fit tran-
8 ſactio non remanent penes Cameram, † ſed il-
la dimittuntur apud poſſidentem, & petentem
tranſactionem, ſoluta per eum pecunia pro di-
miſſione caſtrorum, cum non liceat tradere
bona ex cauſa tranſactionis, neque illa dimit-
tere penes poſſeſſorem, ſed ſolum ea recu-
perare ſoluta pecunia poſſidenti Bart. in l.
nulli. n.1. vbi Iaſ. n.2. ad fin. ff. de tranſa-
ction. Caccialup. eod. tit. q. 7. n. 8. Curt. de
feud.

feud. p. 4. q. 7. n. 96. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 46.
C. de bon. matern. Molin. de primogenit. bi-
ſpanor. lib. 4. c. 9. n. 27. iuxta Gloſ. in l. cum
hi. 8. §. ſi vni. in verb. tranſigere. ff. de tran-
ſactionib. Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. n.
124. in fin. Aim. conſ. 197. n. 7. Oddus de fi-
deicommiſ. per probibit. alienat. induc. q. 19.
9 n. 162. † vbi de communi omnium ſententia te-
ſtatur Decian. conſ. 37. n. 44. lib. 1. & conſ.
28. n. 7. lib. 3. Albenſ. conſ. 205. n. 52. & conſ.
596. vbi late Anibal. in addit. in verb. alie-
nare. lib. 3. Surd. conſ. 451. n. 1. cum ſeq. lib. 3.
Neque obſtat, quod quando bona dimittuntur
apud poſſeſſorem non dicatur propriè aliena-
10 tio † tanquam non dicantur vnquam poſſeſſa,
ideo poterit valere talis tranſactio ſuper hu-
iuſmodi bonis, aliquo recepto per prohibitum
alienare Menoch. conſ. 508. n. 17. lib. 6. & de
arbitrar. caſ. 171. n. 74. cum alijs per Odd. de
fideicommiſ. per probibit. alienat. induc. q.
19. n. 173. Surd. conſ. 418. n. 18. & conſ. 451.
n. 25. lib. 3.
Quia contraria opinio eſt verior, quod immo
dimiſſio rei per modum tranſactionis ſit pro-
11 hibita, † tanquam dicatur alienatio, & ſub
eius nomine comprehendatur, nam qui rem
ſuam penes alium exiſtentem apud eum di-
mittit ex titulo ad transferendum dominium,
dicitur in eumdem dominium transferre, quã-
uis non tradat §. per traditionem. verſ. pla-
ne. inſtit. de rer. diuiſ. l. quadam mulier. ff.
de rei vendicat. l. ſi ſponſalibus. §. ſi mulier.
ff. de iur. dot. l. qua ratione. §. interdum.
ff. de acquir. rer. domin. Et ita per prædicta
late concludit Tiraq. de retract. lignag. §.
1. gloſ. 14. n. 65. vſque ad 71. Salic. in l. ſi pro
fundo. C. de tranſact. Cephal. cõſ. 133. n. 91. lib.
1. Ang. Rom. & Iacob. Put. in l. natura-
liter. §. nibil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.
Pinell. in l. 1. p. 3. n. 46. C. de bon. matern.
Molin. de primogenitur. hiſpanor. lib. 4. c. 9.
n. 27. Peregr. qui de communi de fideicom-
miſ. art. 40. n. 124. in fin. verſ. in hoc autem
dicto. Capic. deciſ. 156. n. 15. & 16. Epiſcop.
Iſern. in tract. de eccleſ. ſeu practicab. eccle-
12 ſiaſt. q. 395. ¶ Et Surd. ac alij ſuperius allega-
ti loquuntur in patre adminiſtratore, qui habet
maiorem auctoritatem in bonis filij, quam
tutores, & Prælati in bonis alienis eccleſiæ, vt
notat Idem Surd d. conſ. 451. n. 25. & 26. lib. 3.
13 Et quidquid iſti teneant, † non eſt diſcedẽdum
à prędicta opinione, quam etiam ſequitur Rot.
coram R. P. D. Coccino Romana Caſalis tur-
ris Vergatæ. 19. Iunij 1606. quæ in impreſ-
ſis eſt deciſ. 301. n. 1. vbi quod ſemper requi-
14 ritur beneplacitum Apoſtolicum, † quamuis
dimittatur res, quæ erat penes poſſidentem ad
hoc, vt valeat tranſactio Rot. coram Card.
Pamphilio Mediolanen. reſciſſionis permu-
tationis. 10. Ianuar. 1597. & coram R. P. D.
Rubeo. Auerſana Terminan. 27. Iunij 1583.
Federic. de Sen. conſ. 94. Aim. conſ. 323. n. 1.
verſ. hoc ita præſuppoſito. Caput aq. deciſ. 106.
p. 1. & deciſ. 308. p. 3. Bertramin. in addit.
ad deciſ. Sanctiſſimi 418. n. 17.
Maxime quia in conſtitutione Clem. VIII. adſunt
15 verba vniuerſaliſſima, † quæ faciunt, vt com-
prehendatur etiam iſta alienatio per dimiſſio-
nem rei exiſtentis apud poſſidentem, & ex om-
ni, & quacunque cauſa, quæ alias non veniret,
hoc enim impoctant illa verba omnis, prorſus,
omnino, quomodocunque, & ſub quibuſuis
cauſis, & prætextibus, cum ſimilibus in eadem
conſtitutione contentis l. ſi cum exceptione.
§. quatenus. ff. quod met. cauſ. Ruin. conſ.
128. in fin. lib. 1. Seraph. priuil. iuram. 49.
n. 44. late Barboſ. de diction. & clauſul. dict.
206. 207. 212. 247. 267. & 281.
Cum præſertim Summus Pontifex excludat alie-
nationem, quæ fieret ex cauſa abſolutæ neceſ-
16 ſitatis, † aut veræ, ac euidentis vtilitatis, vn-
de etiam ex cauſa tranſactionis, cum in ea
ad hoc vt ſit valida, requiratur vtilitas, nam
alias non valeret Abb. in c. contingit. 3. de
tranſact. iuxta l. præſes. C. eod. tit. Epiſcop.
Iſerniæ. practicab. eccleſiaſt. q. 306. in fin.
Et quamuis non ignorem conſtare de bono iure
Sereniſſimi Ducis ſuper caſtris, de quibus
agimus, prout latius comprobatur in facto,
17 Tamen ſtante lite † non poteſt firmari, quid
Iudices ſentiant, & dubius eſt illius euentus
vſque ad terminationem cauſę l. quod debe-
tur. 32. ff. de pecul.
Et nullus ſimilis caſus datur poſt dictam conſti-
tutionem Clem. VIII. in quo fuerit tranſactum
18 occaſione feudorum † in lite exiſtentium cum
Camera Apoſtolica, nam ſi exiſteret facilius
poſſet ad tranſactionem deueniri, cum ex ob-
ſeruantia ſubſecuta declaretut quælibet diſpo-
19 ſitio, † tanquam ſit vera interpretatio illa, quæ
à practica deſumitur Bald. in c. 1. in princ.
de feud. ſin. culp. non amitt. Aim. conſ. 118.
20 n. 2. ¶ Et nonnulli caſus, † in quibus fuit tran-
ſactum, fuerunt de feudis, terris, & locis confi-
ſcatis per delictũ, quæ non comprehenduntur
in Bulla Pij V. vt declarauit Gregor. XIII. con-
ſtit. 63. §. 13. & Sixtus V. conſtit. 6. §. 8. in
21 fin. † Prout neque comprehenduntur ea, quæ
Camera Apoſtolica emit à Baronibus iuxta
conſtitutionem 8. vt notatur in Bullario in
addit. ad conſtit. Pij V. 35. in princ.

EPITOME.

Fideicommiſſum an expiret ſi deficit con-
ditio ſi ſine filijs etiam ſi momento vixe-
rint, & quamuis ſimus in poſthumo ex ventre
matris extracto. ¶ Et quando illud inducatur
propter rationem conſeruandi agnationem
tam expreſſam, quã tacitam. ¶ Extenſio quã-
do admittatur de perſona ad perſonã, & de ca-
ſu ad caſum. ¶ Nepotes an veniant appella-
tione filiorum in ſubſtitutione fideicommiſſa-
ria. ¶ Filij poſiti in conditione an dicantur vo-
cati. ¶ Et reſpectu cuius portionis. ¶ Prohi-
bitio alienandi facta filijs an debeat extendi
ad

ad nepotes. ¶ Et quæ dicatur realis, ſeu perſonalis. ¶ Et quando operetur fideicommiſſum ad fauorem nepotum. ¶ Et an illi cenſeantur magis dilecti, quam filij.

SVMMARIVM.

1 *Narratio facti, & dubitationis ex eo prouenientis. n. 2.*

3 *Fideicommiſſum expirat, ſi deficit conditio ſi ſine filijs, qui extiterunt, etiam ſi momento vixerint. n. 4. & quamuis eſſemus in poſthumo extracto ex ventre matris. n. 5.*

6 *Diſpoſitio perſonalis non egreditur perſonas nominatorum. & n. 7.*

8 *Verba ſuos filios ſunt de ſui natura perſonaliſſima, & excludunt nepotes.*

9 *Extenſio quando admittatur de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam. n. 10. & 11.*

12 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria tam in actiua, quam paſſiua ſignificatione, an veniant nepotes appellatione filiorum. & n. 13.*

14 *Fideicommiſſum quando ſit inductum propter contemplationem agnationis, itaut nepotes comprehendantur ſub nomine filiorum, quamuis etiam eſſent poſiti in conditione. n. 15. Et quid ſi ratio conſeruationis ſit expreſſa, & quando debeat intelligi iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis. n. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Prohibitio alienationis ſimplex, & abſque aliqua cauſa non operatur fideicommiſſum ad fauorem nepotum, vt veniant appellatione filiorum.*

21 *Prohibitio alienandi facta filijs non extenditur ad nepotes. n. 22. Et quando dicatur realis. n. 24. & 28.*

23 *Alienatio permittitur, non autem prohibetur, ſi teſtator in caſu alienationis, mandauit requiri fratres hæredes, eosq. præferri in bonis alienandis. n. 25.*

26 *Diſpoſitio rerum ſuarum vnicuique permittitur. n. 27.*

29 *Prælatio in retractu bonorum conceſſa filijs non extenditur ad nepotes.*

30 *... ij poſiti in conditione an cenſeãtur vocati. n. 31. 32. 33. & 34. Et reſpectu cuius portionis vocatio intelligatur. n. 35.*

36 *Nepotes an magis diligantur, quam filij.*

CAP. DCCCXLVII.

IN teſtamento exhibito Laurentius inſtituit Adrianum, Octauium, Fabritium, & Guidangelum ſuos filios legitimos, & naturales in rata, & portione ſuorum bonorum particulariter eorum cuilibet aſſignatorum.

Inſuper iuſſit, quod volens aliquis dictorum ſuorum filiorum, & hæredum vllo vnquam
1 tempore vendere, † & quouis modo alienare hæreditatem, vel aliquam hæreditatis ratam ſibi vt ſupra relictam, teneatur prius requirere alios ſuos fratres hæredes prædictos, qui pro iuſto pretio debeant præferri alijs extraneis, & ſi in præmiſſis per aliquem ipſorum fratrum fuerit contrafactũ ipſis prædictis fratribus non requiſitis, poſſint dicti fratres, & eorũ quilibet redimere, & recuperare pro iuſto pretio huiuſmodi bona ſic alienata, & vendita, quamuis vendita, & alienata fuiſſent plus iuſto pretio.

Deinde voluit idem teſtator, quod moriens quiſquam dictorum filiorum ſuorum, & hæredum abſque filijs maſculis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, eius hæreditas redeat, & reuertatur ad alios ſuos fratres, & nepotes ſuperſtites, & ſupraiuiuentes.

Obijt Laurentius teſtator ſuperſtitibus dictis quatuor filijs. Deinde Guidangelus ſine filijs, poſtea Adrianus cum filijs, & filiorum filijs, deinde Fabritius cum Conſtantio filio, qui poſt patris obitum per plures annos vixit, ſuperſtite Octauio patruo cum filijs, & filiorum filijs, qui Conſtantius poſtea deceſſit abſque filijs inſtituendo hæredem Benedictum extraneũ ſuperſtite Octauio patruo.

Dubitatur modo vtrum fideicommiſſum Lau-
2 rentij expirauerit, † per ſuperexiſtentiam Conſtantij filij legitimi, & naturalis ex legitimo matrimonio nati poſt obitum Fabritij patris, & an onus impoſitum filijs cenſeatur repetitum in nepotibus reſpectu patruorum, itaut Conſtantius ſine filijs decedens teneatur reſtituere Octauio patruo ſuperſtiti bona, de quibus agimus.

In prædicta facti ſpecie concludendum eſt affirmatiuè, quod fideicommiſſum Laurentij ex-
3 pirauerit, † nam cum defecerit caſus conditionis ſine filijs, qui extiterunt, non eſt locus fideicommiſſo, iuxta vulgatum, ſed ab omnibus approbatum *conſ. Oldrad.* 21. *& conſ.* 141. *Alex. in l. centurio. n. 6. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. in l. ſubſtitutione. col. penult. verſ. credo indubitanter. ff. eod. tit. Socin. in l. cum auus. in 3. notab. ff. de condit. & demonſtr. Aim. conſ. 98. n. 4. Honded. conſ. 60. n. 40. lib. 1.* latè *Bertazol. conſ. ciuil. 69. n. 4.*
4 *Menoch. conſ. 85. n. 46. cum ſeq. lib. 1.* † Quod procedit, quamuis filius poſtea deceſſerit, immo etiam quod momento vixerit, ſtatimq. poſt matrem ſine filijs deceſſerit *Bald. in c. 1. §. enim etiam. tit. epiſcop. vel abbat. Ruin. conſ. 153. n. 5. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 20. n. 1. cum ſeq. lib. 1. Cephal. conſ. 221. n. 3. lib. 2. Burſat.* qui de communi *conſ. 51. n. 37. lib. 1. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 6. Honded. conſ. 60.*
5 *n. 41. & 42. lib. 1.* † vbi ampliat, quamuis eſſemus in poſthumo extracto ex ventre matris tali tempore, quo viuere potuiſſet, quia ſemper facit deficere conditionem illam ſi ſine filijs *Bald. in l. fin. n. 8. C. de ſuis. & legitim. & conſ. 122. lib. 1. Card. Mantic. d. tit.*

Digitized by Google

tit.6. n.11. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb.
ſuſceperit liberos. n.188. C. de reuocand. do-
nationib. poſt Capoll. conſ. ciuil. 50. col. pe-
nult. verſ. circa ſecundum. Ruſtic. ad leg.
cum auus. lib.4. c.14. n.21. cum ſeq. ff. de
condit. & demonſtrat.

Præterea ſumus in diſpoſitione vnius tantum
6 gradus, & perſonaliſſima, † & concepta cum
dictione illa dictorum, & facta per propria
nomina, ac ſæpe ſæpius repetita, quo caſu
non egreditur perſonas nominatorum, neque
extenditur de perſona ad perſonam, prout
regulare eſt in ſimilibus verbis reſtrictiuis,
vt in eis non detur extẽſio *Anchar. conſ.356.*
ex ſerie teſtamenti, col.3. verſ. tertio hoc pro-
bat Bald. conſ.57. item inſtituto. col.2. lib.2.
Socin. conſ.5. col. 2. ad fin. lib.3. Anan. conſ.
66. col. 3. poſt med. Dec. conſ. 63. pro tenui.
col.1. & conſ.89. viſo puncto. col.3. verſ. po-
ſtremo prædicta concluſio. & conſ.227. col.2.
7 Et de ſubſtitutione facta † cum dictionibus
dictis, & nominibus proprijs *Aim.* latè *conſ.*
98. n. 6. vſque ad 9. cum alijs per *Honded.*
conſ. 60. n. 65. vſque ad 69. lib.1. Rot. deciſ.
667. n.6. par.2. in recentior. & deciſ.49. p.1.
8 *diuerſ. Pariſ. conſ.86. n.36. lib.2.* † Cum etiam
in caſu noſtro adſint illa verba ſuos filios, &
hæredes, quæ dictio ſuos eſt de ſui natura
perſonaliſſima, nullam recipiens extẽſionem,
& excludit nepotes *Theſaur. deciſ.64. ante*
fin. Card. Seraphin. deciſ.1337. n.4. Rot. co-
ram R. P. D. Veroſpio Ariminen. fideicom-
miſſi 31. Ianuarij 1614. & coram R. P. D.
Dunozet. in eadem cauſa. 23. Martij 1615.
quæ in impreſſ. eſt deciſ.667. n.6. ad fin. p.2.
in recentior.

Et cum ſimus in diſpoſitione perſonaliſſima,
neque attenditur tacita, & veriſimilis mens
9 teſtatoris ad effectum extenſionis, † quæ li-
cet admittatur de vno caſu ad caſum, ſi adſit
tacita illius voluntas *l. fin. C. de poſthum.*
hæredib. inſtituend. Tamen aliud eſt in ex-
tenſione facienda de perſona ad perſonam, in
10 qua nihil illa tacita mens operatur † *l. ſi*
quis ita. §. penult. ff. de teſtament. tut. Dec.
conſ. 377. viſis & diligenter. n. 3. Cephal.
conſ.210. n. 49. & conſ. 278. n.75. Aret. in l.
gallus. §. & quid ſi tantum. verſ. ſecundo
adde. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ.97.
col.2. lib.2. Pariſ. conſ.49. n.72. lib.3. Ruin.
conſ. 143. col. penult. lib. 2. Corn. conſ. 47.
col. vlt. lib.3. & conſ.307. col.1. lib.4. Capr.
conſ. 137. col. 1. iuxta *Gloſ. in l. titius. in*
princ. ff. de liber. & poſthum. Roland. conſ.43.
11 *n.49. lib.4.* † vbi quod magis hoc procedit,
quando, prout in caſu noſtro, tractatur de
onere inducendo *Socin. conſ. 29. n. 23. &*
in fin. lib. 4.

Accedat, quod licet in directa ſubſtitutione,
quæ nemini eſt oneroſa, ſed tantum eſt fauo-
rabilis nepotibus, filiorum appellatione ve-
12 niant nepotes, † Tamen aliud eſt in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria, in qua etiam in
actiua ſignificatione nepotes non includun-
tur, quamuis enim in ea agatur de commodo,
& fauore nepotum, vt ex illa cenſeantur vo-
cati, nihilominus, quia ex hac vocatione gra-
uatur hæres, & de eius præiudicio agitur,
tunc filiorum appellatio non compræhendit
nepotes *Bart. in l. liberorum. n. 10. & 11.*
ff. de verb. ſignific. Bald. conſ. 357. lib. 4.
Roman. conſ.438. n.14. in fin. & ibi Mandoſ.
in verb. hæc opinio. Dec. conſ. 95. & pro te-
nui. n. 6. vſque ad 8. Natt. conſ.191. n. 10.
Decian conſ.44. n.31. lib.3. Rimin. Iun. conſ.
75. n.43. cum ſeq. lib.1. & conſ. 173. n. 37.
lib. 2. Cephal. conſ. 607. n 56. lib. 4. Roland.
conſ. 43. n. 25. vſque ad 29. lib. 4. Honded.
conſ. 60. n.61. lib.1. Socin. Iun. conſ. 104. in
princ. lib.3.

Et paſſim, quamuis in actiua ſignificatione ap-
pellatione filiorum continerentur nepotes
13 ad effectum, vt intelligerentur vocati, † Ta-
men aliud eſt in paſſiua, in qua nepotes non
compræhenduntur, itaut filij intelligantur
grauati onere reſtituendi *Caſtr. conſ.97. n.3.*
lib.1. Roland. conſ.43. n. 26. & 27. lib.4. vbi
quod non inuenit contradicentem *Curt. Sen.*
conſ.45. Curt. Iun. conſ. 57. col. 3. in princ.
& conſ. 111. n. 1. & 2. Natt. conſ.191. n.10.
Decian. conſ.47. n.20. lib.3. Gabr. conſ.121.
n.37. lib.1. Cephal. conſ.107. n.16. cum ſeq.
lib.1. Burſatt. conſ. 337. n. 16. lib.3. Alciat.
conſ.98. n.10. & conſ.526. n.2. Honded. conſ.
60. n. 62. & 63. lib.1. Marzar. de fideicom-
miſſ. p.2. q.17. in fin. & latè dixit *Rot. coram*
R. P. D. Dunozet. Ariminen. fideicommiſſi
23. Martij 615. quæ in impreſſ. eſt deciſ.667.
n.2. cum ſeq. p.2. in recentior.

Quibus additur, quod teſtator non eſt digreſſus
14 ad plures gradus ſubſtitutionum, † nec voca-
uit tranſuerſales, nec prohibuit aliquam di-
ſtractionem bonorum ad effectum illa con-
ſeruandi in familia, & agnatione, immo per-
miſit illorum alienationem requiſitis fratri-
bus, adeo vt ſtantibus prædictis, non poſſit
conſiderari aliqua voluntas teſtatoris indu-
cendi fideicommiſſum, quidquid aliud ſit,
quando fuiſſet contemplata agnatio, & illius
conſeruatio, tunc enim ob iſtam rationem
ſecundum aliquos poſſet dici, quod adſit
coniectura ad fauorem nepotum, vt ipſi com-
præhendantur ſub nomine filiorum, quam-
uis etiam ſolum reperirentur in conditione
poſiti *Decian. conſ.31. n.128. lib. 1. & conſ.28.*
n.10. lib.2. Honded. conſ.70. n.38. lib.1. Pe-
regrin. de fideicommiſſ. art.22. n.55. fol.199.
Cephal. conſ.16. n.38. lib.1. Menoch. conſ.452.
n.57. lib. 5. Molin. de primogenit. hiſpanor.
lib.1. c.5. n.35.

Quamuis etiam præſuppoſita ratione conſer-
uandæ agnationis per teſtatorem conſidera-
15 ta, verius ſit, † quod non ideo cenſeatur pu-
rificatum fideicommiſſum ad fauorem ne-
potum, nec ex hoc nepotes veniant appella-
tione filiorum *Dec. conſ. 286. in ciuitate*

Pla-

placentiæ. n.9. & 10. Ferret. conſ.384. n. 15. Menoch.conſ.328.n.36.lib.4. Decian.conſ.26. n.86. lib.2. Card.Seraph. deciſ.1486. n.17.& 18. Rot. in d.cauſa Ariminen. fideicommiſſi coram R.P. D.Dunozet.23. Martij 1615. quę eſt in impreſſ. *deciſ.667.n.11. p.2.in recentio-*
16 *rib.* † vbi quod ad inducendum fideicommiſſum in præiudicium grauati ratio conſeruandæ agnationis debet intelligi iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, itaut non fiat extenſio de caſu ad caſum *Cephal. conſ.17.n.28. lib.1.Honded.conſ.78.n.49.lib.1. Surd. deciſ. 9.n.16.Rimin Iun.conſ.117.n.71.lib.2.Ruin. conſ. 102. n. 14. lib. 2. Sim. de Pret. conſ. 90.*
17 *n.26.* ¶ † Vnde multo magis reijcietur extenſio de perſona ad perſonam, vel de gradu in gradum *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 15. n. 6.* iuxta *conſ. Dec.* 286. *in ciuitate placentia.n.8.& 9.* toties per *Rot.*approbatum,vt teſtatur *d.deciſ.667 n.11.*
18 *ad fin. p. 2. in recentiorib.* † vbi ampliatur quamuis ratio conſeruandæ agnationis eſſet expreſſa *Pedroc. conſ. 38. n.3. & 4. Card. Seraph. deciſ.* 1486. *n.*10. *&* 18. Vbi quod multo minus habebit locum talis coniectura conſeruandæ agnationis, quando, prout in caſu
19 noſtro, non fuiſſet expreſſa, † tunc enim ex ea nullum poteſt ſumi argumentum pro fideicommiſſo *Alex. conſ. 97. ad fin. verſ. nec obſtat vltimum lib.2. Socin.Iun. conſ.155. n.10. lib. 2. & conſ. 13. n.34. lib.3. Dec. conſ. 311. n.6. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.6. tit.15. n.6.*

Amplius, quamuis etiam in teſtamento, de quo agimus, adeſſet prohibitio alienationis, quæ tamen non adeſt,vt infra dicetur,Nihilominus illa non operatur fideicommiſſum ad fauorem nepotum, itaut illi veniant appellatione filio-
20 rum † quando, prout in caſu noſtro, fuit ſimplex prohibitio alienationis abſque aliqua cauſa,tunc enim eſt nulla,& nõ habet aliquem effectum,non ſecus ac ſi non fuiſſet appoſita,vt notant omnes in *l. filiusfamilias.*118. *§. diui. il 2. ff. de legat.*1. dixi late *ſupr. c.765. n.21. & 22.tom.4.*

Maxime, quia dicta prohibitio, quamuis etiam eſſet valida, & cum cauſa,Tamen cum ſit facta
21 filijs non extẽditur ad nepotes *Alex. conſ.* 140. *n.1.lib.6. & conſ. 56. n.1. lib.5. Roland conſ. 43. n.48 lib.4* iuxta *§.nos igitur. auth. de reſtit. fideicommiſ. Cin. Bald.& Salic. in l.voluntas. C. de fideicommiſ. Socin. Iun.* qui de communi *conſ.163. n.9. lib.2.* Præſertim quia teſtator addidit illa verba aliquis dictorum ſuorum filiorum & hæredum, quæ tanquam perſonalia magis excludũt extenſionem de
22 perſona ad perſonam,† nec poſſunt aliquo modo comprehendere nepotes *Alex.conſ.173.col. 2. n.6. lib.5. Corn. conſ. 230. col. 9. lib.3. Socin. Iun. in l.cum filio. in vlt.notab.in fin. ff. de legat.1. & conſ.163.n.11. lib.2. Rot. d. deciſ.667. n.6. p.2. in recentior. Theſaur. deciſ. 64. ad fin. Cardin. Seraphin. deciſ.1337. n.4.*

Licet verè in caſu noſtro, nulla adſit prohibitio
23 neque realis,neque perſonalis, † nam teſtator ſolum iuſſit,quod volens aliquis dictorum ſuorum filiorum & hæredum alienare hæreditatem, vel ratam, teneatur requirere alios ſuos fratres hæredes prædictos, qui debeant præferri, & poſſint vendicare bona alienata, quatenus non requirantur, ex quibus verbis apparet, quod permittitur, non autem prohibetur alienatio, quamuis concedatur fratribus non requiſitis recuperatio, tanquam ex mandato teſtatoris habeant prælationem in caſu
24 alienationis, † cum etiam neque prohibitio de non alienando ſit realis, niſi fuerit facta fauore conſeruandæ familiæ, ad hoc vt bona in ea remaneant *Surd.conſ. 125. n.5. poſt Caſtr. & Iaſ in l. voluntas. C. de fideicommiſ. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. n.42. Rip. n.66.Alciat.n.49.ff. de legat.1. Becc. conſ 24.*
25 *n.25.Menoch.conſ.444.n.46.*† Quæ ratio conſeruationis familiæ non fuit expræſſa in facultate conceſſa fratribus & hæredibus ad retrahendum bona alienata per alios fratres & cohæredes, maxime quia ſolum eis conceditur iſtud beneficium retractus, vndè non poteſt dici, quod fuerit conſiderata per teſtatorem aliqua conſeruatio agnationis, nam ipſis fratribus retrahentibus, non fit alia prohibitio alienationis, neque alij vocantur ad talem prælationem, quatenus per eos fieret aliena-
26 tio, † & ſic illis erit libera facultas faciendi de dictis bonis quidquid voluerint *l. 2. in fin. ff.ſi quis à parente fuer.manum. Roland.conſ. 43. n.45. vſque ad 49. lib. 4.* vbi etiam quod iſta reſtrictio alienationis rerum ſuarum non
27 extenditur de perſona ad perſonam,† ſed ſtricte debet intelligi tanquam ſit cõtra Ius commune *l. dudum. C. de contrahend. empt.* Ceſſante præſertim cauſa conſeruationis bonorum in familia,quæ non fuit expreſſa, neque conſiderata per teſtatorem, & per conſequens
28 non facit prohibitionem realem,† vt dictum eſt *Surd.conſ.67.n.23. cum ſeq.lib.1. & conſ. 96. n.24.eod.lib. Cephal. conſ.259. n.70. lib.2.*
¶ Quamuis etiam dato, & non conceſſo, quod ſit realis, tamen iſta realitas eſt modificata reſpectu fratrum & hæredum, quibus ſolum permittitur recuperatio bonorũ alienatorum
29 ipſis non requiſitis, † vnde non debet extendi ad nepotes, quibus non eſt data facultas recuperandi iſta bona alienata, quæ nunquam ad eos ſpectarunt, neque ſpectare poterant *Roland.d.conſ.43. n.48. lib.4.*

Ex prędictis patet nõ obſtare quæ exaduerſo opponuntur, Nam dum dicitur, quod filij in conditione poſiti cẽſeantur vocati,verius eſt quod ſolum ſit eis reſeruatum ius ſuccedendi ab in-
30 teſtato, † non autem quod ſint diſpoſitiuè vocati *Gloſ. Bart. Bald. Imol. & omnes communiter in l. lucius. la 2.ff. de haeredib.inſtituend. Alex. conſ.165.n.15.lib.2. Aim.conſ. 62.n.6. Pariſ.conſ.18.col.2. lib.2. Thob.conſ. 31.n.13. Gabr. de fideicommiſ. concluſ. 4. n.1.*

cum alijs per *Menocb. conſ.152. n 1. lib.2.*
Neque obſtant multę coniecturæ exaduerſo conſideratæ, ex quibus prætenditur etiam filios
31 in conditione poſitos eſſe vocatos, † Quia cum adſit clara diſpoſitio pro non vocatione nepotum ex ſupra allegatis, nõ attenditur alia coniectura vocationis, vt latè reſpondet *Rot. decis. 667. n.4. vſque ad 14. p.2. in recentiorib.* vbi etiam quod coniecturę pro vocatione debent
32 eſſe plures, † & violentę, ex quibus clare, non æquiuocè poſſit neceſſariò induci voluntas teſtatoris ad hoc, vt recedatur à proprietate verborum, ſtante præſertim reſtrictiua ad filios ſuos, & hęredes, quo caſu non conſide-
33 rantur nepotes, vt ſupra dictum eſt† *Rot. decis. 49. p.1. diuerſor. Honded. conſ.60. n.56. vſque ad 59. lib.1.* vbi etiam, quod quando fuit conſideratus primus gradus tantum filiorum, reſtringitur ſubſtitutio, & non includit filios fi-
34 liorum in conditione poſitorum, † & Doctores contrarium tenentes non loquũtur in ſubſtitutione ita reſtricta, ſed in alijs ſubſtitutionibus, quæ comprę hendebant omnes etiam in conditione poſitos. ¶ Cum etiam tales poſiti in conditione, quamuis cenſerentur voca-
35 ti, Tamen intelligeretur vocatio † reſpectu portionis eorum patris, non autem reſpectu portionis patrui, & aliorum cohęredum patris *Rot. decis. 667. n. 8. p.2. in recentior.* vbi allegantur concordantes deciſiones *Rot. coram R.P.D. Penia Senogallien. fideicommiſſi. 14. Maij 1601. & coram Sanctiſſimo Gregor. XV. Romana fideicommiſſi. 12. Nouembris 1607. quæ in impreſſis eſt decis. 337. n.1. & coram Card. Sacrato Praneſtina bonorum. 11. Iunij 1613. Honded. conſ. 60. n.59. lib.1. Natt. conſ. 551. n. 7. Burſat. conſ. 64. n. 18. lib.1. Gabr. conſ. 115. n.9. lib.1. Cephal. conſ. 419. n.56. lib. 3. Card. Seraph. decis. 1479. & decis. 1281. n.3.* Et contraria procedunt, quando adeſſent coniecturæ *Ruſtic. de filijs in condit. poſit. lib. 5. c.9. Rot. decis. 266. n.3. & decis. 320. n.17. p.1. in recentior. & coram Sanctiſſimo d. decis. 338. n.3. cum ſeq.*
Alia non indigent reſponſione, quia non eſt nouũ quod magis diligantur nepotes ex filio, quam
36 ipſi filij, † cum amor potius deſcendat, prout neque eſt abſurdùm, quod aliquando ſeruetur inæqualitas inter filios, & nepotes, magis grauando iſtos, quam illos, ¶ Et *Bald. in l. venia. ad fin. C. de in ius vocand. & in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. t. matrim.* prout omnes exaduerſo adducti loquuntur in dubio, ſecus vbi apparet de contraria voluntate teſtatoris *Rom. conſ. 438. n. 2. Dec. conſ. 15. pro tenui facultate. n.5. Gabr. conſ. 96. n.19. & 38. lib. 1. Menoch. conſ. 95. n. 28. vſque ad 38. lib.1. dixi ſupr. c.757. n.17. vſque ad 20. Ruſtic. ad l. cum auus. lib. 1. c.4. n.1. & 14. ff. de conditionib. & demonſtrat.*

E P I T O M E.

FRuctus legati conſiſtentis in quantitate quando debeantur legatario. ¶ Et quid in relicto occaſione dotis. ¶ Vel ſtante prohibitione, ne ſors principalis ſoluatur. ¶ Interuſuria dotis an petantur potius ob cauſam alimentorum, vel propter retardatam ſolutionem tam in patre, quam in extraneo. ¶ Et quando ſint debita ex pignore. ¶ Et an requiratur ad iſtum effectum realis ipſius traditio. ¶ Dos conſtituta in quantitate, quam dotans voluit eſſe fundatam ſuper re ſtabili an ſit fundus dotalis. ¶ Et de ſignificatione verbi fundare, & dictionis ſuper an inducat hypothecam. ¶ Ceſſio fructuum dotalium an ſit valida. ¶ Et quando illi tranſeant ad hęredes. ¶ Et quomodo eis ſuccurratur, vt licita ſit illorum perceptio.

S V M M A R I V M.

1 *Dos quando conſiſtat in quantitate, & ex ea debeantur fructus, ſiue ſit relicta in teſtamento, ſiue in contractu. n.2.3.4. & 5.*
6 *Fructus rei legatæ poſſunt licitè percipi per legatarium, ſi non ſit in facultate ipſius ſortem petere. n 7 8. & 9.*
10 *Petitio ſortis quãdo cenſeatur per teſtatorem prohibita legatario. n.11. & 12.*
13 *Diſpoſitio debet intelligi, vt minus recedatur à iure communi, quam fieri poſſit, & vt non trahatur ad illicita.*
14 *Fructus dotis an debeantur potius ob rationem alimentorum, ſeu propter retardatam ſolutionem, tam in patre, quam in extraneo n.15. & 16.*
17 *Patruus an teneatur alere, & dotare neptem.*
18 *Dos conſtituta in quantitate, quam dotans mandauit eſſe fundatã in domibus, & prædijs, an dicatur eſſe fundus dotalis, itaut ex ea poſſint percipi fructus, & quid ſignificet verbum fundare. n.20.*
19 *Dictio ſuper inducit hypothecam.*
21 *Fructus dotis poſſunt percipi ex pignore. Intellige ſi pignus fuerit realiter traditũ pro dote promiſſa, ſecus ſi fuerint bona pignorata pro obſeruatione talis promiſſionis. n. 22. 23. & 24.*
25 *Vſuræ dotales futuræ nõ poſſunt cedi per virum, qui illas percipit ratione onerum matrimonij, & mutatione perſonæ non debentur, quidquid ſit in præteritis.*
26 *Priuilegium mariti percipiendi fructus dotales ex pignore non tranſit ad hæredes, & quomodo illis ſuccurratur & quæ cautela ſit adhibenda n. 27.*
28 *Subrogatum non ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur, ſi in eo deficiat qualitas ſubrogantis.*

CAP.

CAPVT DCCCXLVIII.

VErba legati, de quo agitur, ſunt infra-
ſcripta *Item laſcia à Madalena figlia*
di Giacomo fratello di eſſo teſtatore ſcudi 700.
1 *per numero della ſua dote*, † *quale ſia ſonaz-*
ta ſopra tutte le ſue caſe qui in Roma, & per
frutti di queſti denari quando ſarà maritata
ſe li diano ſcudi 42. l'anno, & mentre non
ſi maritarà gli ſi diano ſcudi 15. l'anno eſſen-
do lei zitella bona, & morendo eſſa Mada-
lena ſenza figli legitimi & naturali, reſtino
alla Compagnia del Santiſſimo Corpus Do-
mini di Obbi commune di Vercana.¶ Ex iſtis
verbis colligitur, quod ſumus in legato quan-
titatis, & pecuniarum, vnde ex eo nulli fru-
2 ctus debentur, † quamuis etiam teſtator man-
dauerit illos ſolui, & quamuis etiam ſimus in
legato relicto pro dote, quod licet ſit fauora-
bile, & pium, nihilominus nulla cauſa eſt adeo
priuilegiata, vt poſſit facere, quod pecunia pa-
riat pecuniam, vnde erit vſura, nam ſtante
dinumeratione temporum, & annorum, in
quibus quantitas debet ſolui, talis promiſſio,
ſeu præceptum non valet ſiue ſimus in contra-
3 ctibus, ſiue in vltimis voluntatibus, † Ita in
ſpecie dotis, & alimentorum concludit late
Roland. conſ.55.n.21. vſque ad 33. lib.2. poſt
Ancbar. conſ.93. n. 3. Socin. conſ.56. n.2. &
3. lib.3. Alex. conſ. 27.n.6. lib.4. Thob.conſ.
82.n.10. Surd.conſ.23.n.3. & de aliment.tit.
1. q.45. n.21. vſque ad 24. Cephal.conſ.133.n.
132. lib.1. Campeg. de dot. p. 2. q.18. n.3. Lup.
in c.per veſtras.in 6.notab. in princ.n.8. & 9.
4 *de donation.int. vir. & vxor. fol. 396.* † qui
omnes loquuntur in dote, & eſt communis
opinio, de qua per *Doctor.in c. ſalubriter. vbi*
Anan. col.7. ad fin verſ. quid autem ſi teſta-
tor damnat. de vſur. cum alijs per *Franciſ.*
Molin. de rit. nuptiar.lib.3.cap.39.n.51. vſ-
5 *que ad 54.*† & ita ſeruat *Rot.per Put.deciſ.71.*
& 107. lib.1. & coram R.P.D. Orano Roma-
na Saluiani interdicti. 10. Nouembris 1591.
impreſſa poſt tract. de Saluian. deciſ. 139. n.
12. & 13.

Contraria autem procedunt, quando non eſſet
in facultate legatarij exigere ſortem à princi-
6 pio, † tunc enim licitè percipitur quod à te-
ſtatore fuit ei relictum, quaſi tunc adſit ratio
excluſiua vſurarum, tanquam ceſſet voluntas
differendi exactionem, propter quam induci-
tur vſura, Cum aliud ſit quando, prout in caſu
noſtro, mulier poteſt ſtatim petere legatum,
tunc enim non eſt differenda exactio propter
lucrum pecuniarum, & ſi differtur, commit-
titur vſura, Ita in ſpecie diſtinguit *Socin. in l.*
2.n.7.vſq; ad 10.ff.de his quæ pœn.nomin. vbi
7 quod ſecũdũ† iſtã diſtinctionẽ fuit Romæ iudi-
catũ *Lup. in l.curabit.commentar.1.§.vlt. n.73.*
C.de action.empt. Couar.lib.3. var.reſolut. c.
1. ad fin. verſ. ſed vbi legatarius. Rom. conſ.
410.n.15. cum alijs late adductis per *Menoch.*
8 *conſ.441. n.1.cum ſeq.lib.5.* † Et in iſtis etiam
terminis loquitur *Surd. conſ.23. n.11. & per*
tot.lib.1. & de aliment. tit.8. priuileg.29. n.6.
& tit.9.q.16.n.53.& latius *eod.tit. 9.q.18.n.9.*
9 *vſque ad 15. & tit.1. q.45.n.24.ad fin.*† & hu-
iuſmodi diſtinctionem approbauit *Rot. coram*
R.P.D. Buratto Romana fructuum 18. De-
cembris 1615. quæ eſt deciſ.773. n.6. p. 2. in
recentiorib. cum alijs per *Franciſc.Molin.de*
rit.nuptiar. lib.3.c.39.n.55.cum ſeq. fol.266.

Neque obſtat, quod immo in caſu noſtro legata-
ria non haberet facultatem exigendi ſortem,
10 cum teſtator reliquerit † ſcuta ſeptingenta
pro dote, quam fundauit ſuper omnibus eius
domibus in vrbe, & pro fructibus d. pecunia-
rum voluit ſolui poſt nuptias ſcuta 42. annua,
& ſi non nupſerit ſcuta 15. itaut videatur te-
ſtator voluiſſe, quod neque ante nuptias, ne-
que poſt illas exigerentur ſcuta ſeptingenta
legata. Quia ex iſtis verbis potius dicendum
eſt non fuiſſe reſtrictam exactionem ad fru-
ctus tantum ſcutorum 42. nam licet illi fue-
11 rint relicti, † tamen non fuit addita aliqua
prohibitio, vt non poſſet peti ſors principalis,
neque fuit conceſſa aliqua dilatio ad ſoluen-
dum ſortem, qua prohibitione, aut dilatione
non extante, legataria debebat facere dili-
gentiam exigendi ſortem, tũc enim hęres con-
ſtituebatur in mora, neque vlla culpa, aut ne-
gligentia poterat conſiderari in non petendo
12 ipſam ſortem *Aim. conſ.89. n.4. & 5.* † Cum
enim teſtator non potuerit licitè relinquere
iſtos fructus pecuniarum, vt dictum eſt ſupra,
neque credendum eſt, quod voluerit prohibe-
re legatariæ exactionem ſortis, nam alias le-
gatum fuiſſet inutile, ſi neutrum potuiſſet exi-
gi, vnde talis diſpoſitio potius debet intelligi,
vt minus recedatur à iure cõmuni, quam poſſi-
13 bile ſit, & non trahatur ad illicita *Aim. conſ.*
25. n.6. & conſ.3. n.13. & 18. Aret. conſ. 106.
col. penult.in 3.dub. Ancbar.conſ.180.col.2.
iuxta l. omnes. C. ſin. cenſ. vel reliq. Caſtr.
conſ.50. col.2. ad med. lib.2.

Neque aduerſatur, quod iſti fructus debeantur
ſaltem ratione alimentorum, ob finem & na-
14 turam ipſius dotis, † nõ autem ob retardatam
ſolutionem, & propter vſurariam prauitatem
Nauarr.de vſur. notab.21. in fin. n.67. Quia
in caſu noſtro clare teſtator mandauit iſta ſcu-
ta 42. annua ſolui debere pro fructu pecunia-
rum, vnde non poteſt conſiderari aliqua lici-
15 ta perceptio, † cũ etiã verius ſit, vt ſtante debi-
to in pecunia, neque pro alimentis, neque pro
dote, neque pro cauſa pia poſſit aliquid percipi
ob retardatã ſolutionẽ, quãuis daretur nomi-
ne alimentorũ *Alex.in l. diuortio.8. in princ.*
n.23. in fin. ff. ſolut. matrim. Cott. in memo-
rabilib.in verb.dos ſoluto matrimonio. ante
med. Purpur. in l.rogaſti. §. ſi tibi. col.8.poſt
med. n.47. ff. ſi cert. petat. Socin. conſ.126. n.
5. ad med. lib.1. Surd. de aliment. tit.1.q.45.
n. 1. vſque ad 15. Barboſ. in l.2. in princ. n.
1. ff. ſolut. matrim. vbi in ſpecie concludit
16 contra *Nauarr.* † Cuius opinio quamuis etiam

eſſet vera, Tamen intelligitur in eo qui tene-
tur alere,& dotare, prout in patre, & ſimili-
bus, quod non eſt in caſu noſtro, cum ſimus
17 in patruo, † qui ad iſta onera nõ tenetur Corn.
conſ.vlt.col.8. in princ.lib.2.Surd.de aliment.
tit.1. q.42. n.14.vſque ad 42. Thob. conſ. 82.
n. 10. cum ſeq. Aim. conſ. 89. n. 3. & quando
neptis ſit alenda,& dotanda per patruum,late
Surd. de aliment. tit. 1. q.28. per tot.

Nec facit, quod iſta dos ſcutorum 700. fuerit
fundata ſuper domibus ipſius teſtatoris exi-
ſtentibus in vrbe, ideo tanquam ex fundo do-
18 tali poſſunt licitè fructus percipi, † Quia iſta
verba non inducunt aliquam conſtitutionem
dotis in domibus teſtatoris, itaut aliqua do-
mus illius ſit fundus dotalis, ſed ſolum ſignifi-
cant hypothecam, quod videlicet dictæ domus
ſint hypothecatæ pro dote per eum legata, cũ
fundare ſit firmare, & ſtabilire l. 2. col. ante-
penult. verſ. poſt hos fuerunt. ff. de origin.
iur. Rebuff. in l. quæſtio eſt fundus. 115. col.
2. poſt princ. verſ. inde fundare. ff. de verb.
ſignificat. Alber. in dictionar. in verb. fun-
daſſet. iuxta c. 2. & c. in præſentia. 8. ante fin.
verſ. intentionem ſuam. de probationib. cum
alijs in Theſaur.ling.latinæ. in verb.fundus.
poſt princ.

Maxime, ſtante illa dictione ſuper domibus, quę
importat hypothecam, & obligationem do-
19 morum, † itaut ſint obnoxiæ pro obſeruatio-
ne dotis promiſſæ, ſignificando ius in re, cui
adijciuntur, & illam obligando Bart. in l.fun-
dus.9. ff. de ann. legat. Caſtr. in l. codicillis.
91. §. inſtituto.ff. de legat.2. Aim. conſ. 20. n.
10. Alex.conſ.156. n.3. lib.6. Natt.conſ.341.
n.6. Surd. conſ.162. n. 10. lib.2. & conſ. 243.
n.12. eod.lib. Oſaſc. deciſ.58. n. 1. Rot. diuerſ.
deciſ. 44. n.1. & 2. & deciſ. 259. & 260. p.1.
late Iacob.Venent.de ann. præſtationib.q.31.
20 n. 6. vſque ad 9. tom. 6. p. 2. fol. 249. † Præ-
ſertim quia talis dos eſt fundata ſuper omni-
bus domibus quæ ſunt valoris ſcutorum quin-
que mille, itaut non poſſit conſiderari aliquis
fundus dotalis pro dote ſcutorum 700. ſed ſo-
lum, quod pro ea ſit conſtituta hypotheca ſu-
per omnibus domibus, adeo vt illæ omnes ſint
obligatæ pro dote promiſſa Bald. in l. 1. col. 1.
verſ. item nota. C. commun. de legat. Faber.
in §. item ſeruiana. col. penult. & fin. inſtit.
de actionib.

Nec ſubſiſtit, quod quatenus etiam eſſet ſolum
21 inductum pignus, & hypotheca, † Tamen erunt
debiti fructus tanquam ex pignore c. ſalubri-
ter. 16. de vſur. Lup. in c. per veſtras. notab.
5. §. 8. incip. octauo inſertur. n.1. & 5. de do-
nation. int. vir. & vxor. fol. 405. Quia præ-
dicta procedunt, quando pignus fuiſſet effe-
ctualiter traditum pro dote promiſſa, tunc
22 enim fructus licitè percipiuntur, † cum aliud
ſit quando ſimpliciter obligantur, & pignori
& hypotheca ſubijciũtur bona pro obſeruatio-
ne promiſſionis dotis, nam hoc caſu non cur-
runt fructus, ideo nõ ſufficit ad hunc effectum
ſola pignoratio, niſi etiam ſequatur traditio,
& poſſeſſio pignoris Gloſ. in c. ſalubriter. in
verb. onera. poſt princ. verſ. item oportet. &
ibi Abb. n.1. Anan. in princ. Hoſt. col. 2. ad
med. verſ. aliter autem non facit. Butr. n.8.
de vſur. Neguſ. de pignorib. p. 5. membr. 5.
n.16. limit.6. fol.114. Lup. in d.c. per veſtras.
§. 8. in fin. verſ. intellige etiam prædicta
23 n.6. † vbi etiam ſubdit, quod ſi non fuerit tra-
ditum pignus, non ſufficiet, quod dos fuerit
promiſſa in pecunia numerata, & interim
quod non ſoluitur, promittatur certa quãtitas,
quia eſſet vſura, & quod percipitur debet in
ſortem computari Anan. Card. & alij com-
muniter in d.c. ſalubriter. Laur. de Rodulph.
24 de vſur. p.2. q.53. † & ita etiam quod requi-
ratur traditio pignoris ad hoc vt fructus lici-
tè ex eo percipiantur etiam in terminis ſtatu-
ti vrbis taxantis tales fructus declarauit Rot.
per Put. deciſ. 312. lib.1. fol.118. & deciſ. 324.
incip. fuit reſolutum. eod. lib. fol. 122.

Et cum ex ſupradictis excludatur mulier legata-
ria à prętenſis fructibus, multo magis erit ex-
25 cludenda Societas ſubſtituta, † cui non con-
uenit hoc legatum fructuum, cum ſolum illa
ſit vocata poſt mortem legatariæ abſque filijs
legitimis & naturalibus, quo caſu pecuniæ le-
gatæ debent reſtare d. Societati, vt legitur in
teſtamento. Præſertim, quia etiam in caſibus,
in quibus deberentur fructus mulieri, ſeu ma-
rito, vel ſimilibus, facta mutatione perſonæ,
illi amplius non ſunt debiti, etiam quod cedan-
tur, cum vſuræ dotales ſint debitę marito in
priuilegium perſonæ propter ſuſtentationem
onerum matrimonij, quarum ceſſio non ad-
mittitur quo ad fructus futuros, quidquid ſit in
præteritis, tanquam huiuſmodi priuilegium
ſit extinctum cum perſona mariti, ideo non po
teſt ad alios tranſire, vt late comprobat Surd.
qui omnibus reſpondet conſ. 269. n. 9. cum
ſeq. lib.2.

Quare etiam maritus, licet percipiat fructus
26 ex pignore † dotali tradito, vt dictum eſt, Ta-
men hoc priuilegium non tranſit ad eius hære-
des, qui imputant fructus in ſortem, ſi poſſi-
deant rem datã marito in pignus Innoc. Hoſt.
Io. Andr. Abb. & alij communiter in c. ſalu-
briter. de vſur. vbi Anan. col.7. monet hære-
des mariti, vt ſtatim illo mortuo caute agant,
27 & inſtent, † vt pignus liberetur, vel adiudi-
cetur in ſolutum, quia hoc modo euitabitur
computatio fructuum in ſortem Surd. conſ.
269. n.26. & 27. lib.2. Laur. de Rodulph. de
vſur. q.51. n.75. Neguſ. de pignorib. p.5. mem-
br.5. n.16. verſ. iſta tamen limitatio. fol.114.
Lup. in c. per veſtras. notab. 5. §. 8. n.4. de
donation. int. vir. & vxor. fol. 405. S. An-
tonin. Archiep. Florent. in ſumm. p.2. tit. 1.
c. 7. §. 9.

Et facit quod dicitur de ſubrogato, qui non ſapit
28 naturam eius, † in cuius locum ſubrogatur, ſi
in eo deficiat qualitas, quæ erat in ſubrogante
Bald. in l. parabolani. C. de epiſcop. & cleric.
Marſil.

Digitized by Google

*Marſil.ſing.353. Caſſan. conſ.53. n.36. Becc. conſ. 101. n. 59. Natt. conſ. 638. n. 41. Alex. conſ.106.n.17.lib.3.*iuxta *l.1.§. ſi quis autem. de ſucceſſor. edict. l. eum in fundo. §. ſi fundus. ff. de iur. dot. Bart in l.1. §. hac actio. ff. ſi quis teſtam.lib. eſſ. iuſſ. fuer. Gozad. in l.2. n.34. C. de pact. int. emptor. & vendit. Brun. de ſtatut.excludentib. fœmin. art. 12. q. 2. verſ. & ad clarius. Gabr. concluſ. 2. n. 67. 66. & 78. de regul. iur.*

E P I T O M E.

Probatio quando excludat probationem. ¶ Et quid in his, quæ committuntur conſcientiæ alicuius. ¶ Parentes, fratres, ſorores, & ſimiles quando poſſint eſſe teſtes in cauſa matrimonij, ſtante illius clandeſtinitate, & magna diſparitate inter coniuges. ¶ Examinatus in cauſa criminali quando probet in ciuili. ¶ Præſentia, & intelligentia parochi an ſufficiat in matrimonio contracto intermedio pariete, vel requiratur viſus. ¶ Et quando teſtes deponentes de tali matrimonio faciant fidem. ¶ Et quomodo debeant habere notas voces contrahentium. ¶ Et an requiratur quod prius illos vidiſſent, & audiſſent, & poſt modicum interuallum contraxiſſent, & quod alij non adeſſent. ¶ In rimula an detur poſſibilis viſus plurium teſtium vnico contextu. ¶ Et an debeant deponere quod vnus poſt alium vidit. ¶ In inuentario, & alijs ſimilibus quando ſit neceſſarius viſus. ¶ Aſſeres, ſeu axes, & ſectiles quid ſignificent. ¶ Teſtamenta, & codicilli an valeant, ſi teſtes non potuerunt videre teſtatorem, quamuis deponant habere notam vocem illius. ¶ Et an poſſint fieri de nocte. ¶ Et quot luminaria ſint in eis neceſſaria. ¶ Cautela an admittatur, vt creditor poſſit probare ſuum creditum, quod teſtes ſtent poſt parietem, cum debitor ipſi ſoli creditori fatetur debitum. ¶ Et an hoc procedat in criminalibus. ¶ Cecus an poſſit teſtificari in cauſa matrimonij.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis in cauſa propria nihil probat.*

2 *Probatio non excludit probationẽ. n.3. quamuis ſtatutum mandaret ſtari probationi alicuius. n.4. & 5. Intellige vt n.9. Et quid in his quæ committuntur conſcientiæ alicuius. n.7. & 8.*

6 *Appellatio prohibetur in cauſa commiſſa conſcientiæ Iudicis.*

10 *Parocho quando non credatur quo ad contractum matrimonij.*

11 *Dolus & fraus non debet alieni patrocinari.*

12 *Parentes, fratres, ſorores, & ſimiles non probant contractum matrimonij, quando adeſt magna diſparitas inter coniuges, ſecus ſi ſit parua, vel quando fuit clandeſtinum. n. 13. & 14.*

15 *Particeps criminis non eſt idoneus teſtis.*

16 *Teſtis deponens de validitate matrimonij, vel eo dirimendo per parietem intermedium quando faciat fidem, & quomodo debeat habere notas voces contrahentium. n.23.25.26.27. & 28. & an requiratur, quod illos prius vidiſſet, & audiſſet, & poſt modicum interuallum contraxiſſent, & quod alij non adeſſent. n.29. & 30.*

17 *Inimicitia excludit teſtẽ deponentem pro matrimonio, prout etiam ſingularitas. n.18.*

19 *Examinatus in cauſa criminali non probat in ciuili abſque repetione, & citatione partis.*

20 *Præſentia, & intelligentia parochi non ſufficit in matrimonio contracto intermedio pariete, ſed requiritur viſus, vt ſatisfactum ſit Concilio, poſt quod cecus non eſt idoneus teſtis in matrimonio, quidquid antea permitteretur. n.21.*

22 *Aſſeres, ſeu axes, & ſectiles quid ſignificent.*

24 *Caſus, in quibus requiritur viſus in teſte remiſſiue.*

31 *In rimula non datur poſſibilis viſus omnium teſtium vnico contextu, ideo non probant, niſi dixerint quod vnus poſt alium vidit.*

32 *Iudex quando debeat potius arbitrari pro inualiditate matrimonij.*

33 *Teſtamentum non valet, ſi teſtes non potuerũt videre teſtatorem propter parietem intermedium, quamuis deponant ſe habere notam vocem illius. n.43. dummodo ex alijs non conſtet de veritate. n.34. Idem in codicillis. n.35.* Declara *vt n.48.*

36 *Veritas magis infigitur oculata fide, quam per aures.*

37 *Omnia palam ſunt facienda in conſpectu teſtatoris ad euitandas fraudes.*

38 *Vox mutatur propter infirmitatem.*

39 *Procliue eſt quibuſdam imitari alienam vocem, vt facit Hyæna.*

40 *Teſtamentum de nocte non eſt validum, ſi non datur facultas videndi teſtatorem, ideo ſunt adhibenda tria luminaria. n.41. 42. 44. & 45. quod ampliatur ad codicillos. n.46.*

47 *Teſtes in teſtamento adhibiti, ſi interrogentur de cauſa ſcientiæ, & reſpondeant, quia audierunt, non probant, ſed debent dicere quia viderunt.*

49 *Fabricans falſam monetam in camera, vel committens adulterium, ita ut non poſſit videri, niſi per rimulam, conuincitur per teſtes, ſi deponant quod vnus poſt alium vidit. n. 50.*

51 *Cautela vt creditor poſſit probare ſuum creditum, quod teſtes ſtent poſt parietem, quando debitor ſoli creditori fatetur debitum. Et an hoc procedat in criminalibus. n. 52. & 53.*

54 *In inuentario, & ſimilibus an requiratur viſus teſtium remiſſiue.*

55 *Matrimonium vt ſit de præſenti, quæ verba ſint dicenda per parochum.*

CAP. DCCCXLIX.

DE matrimonio valido dixi non conſtare
in caſu & ad effectũ, de quo agebamus,
Nam depoſitio Franciſci viri nihil releuat,
1 cum tanquam principalis † nullam fidem fa-
ciat, dum aſſerit ſe contraxiſſe matrimonium
per verba de præſenti cum Catherina *l. nullus.*
ff. de teſtib. l. omnibus. 9. C. eod. tit. Maxime
quia eadem Catherina negat tale matrimo-
nium, itaut ex huiuſmodi depoſitione cõquaſ-
2 ſetur depoſitio Franciſci, † adeo vt neutri ſit
ſtandum, cum probatio probationem non ex-
cludat *Abb. & Dec. in c. poſt ceſsionem. in 3.*
notab. de probation. poſt Gloſ. vlt. in c. 2. de fid.
inſtrument. Rot. diuerſ. deciſ. 785. n. 5. p. 1. Et
3 in ſpecie probationis factæ per virum, † quod
probatio contraria vxoris admittatur *Gloſ. in*
c. continebatur. in verb. viri. de deſponſat. im-
pub. & in c. 1. de frigid. & maleficiat. & in c.
quod autẽ. 27. q. 2. Abb. in c. propoſuiſti. de pro-
batiõ. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. n. 3.
Quod procedit, vt obiter hoc adnotetur, quam-
4 uis lex, † ſeu ſtatutum mandaret ſtari pro-
bationi alicuius, nam poterit nihilominus
illa reprobari *Gloſ. in l. 2. §. ſi abſens.*
vbi Caſtr. ad fin. ff. ſi ex noxal. cauſ.
agat. Bald. in l. ſi tutor petitus. ad fin.
C. de peric. tut. Salic. in l. ea quidem. q.
10. C. de accuſation. Alex. conſ. 114. col. 1.
cum ſeq. lib. 4. & conſ. 91. col. 2. in fin. lib. 6.
5 Quidquid *Fulgoſ.* † *Menoch. & alij* diſſentiant,
cum verior opinio, & magis communis ſit cõ-
tra eos, vt latiſſime teſtatur, & comprobat
Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. n. 1. vſ-
que ad 13. vbi ampliat etiam in his, quæ com-
6 mittuntur conſcientiæ alicuius, † in quibus
licet prohibeatur appellatio *Gloſ. in c. ſtatu-*
tum. §. aſſeſſorem. in verb. relinquatur. vbi
Anchar. Gemin. & Fano. de reſcript. in 6.
Imol. in clem. 1. de iur. patronat. Caſtr. in
l. de pupillo. §. qui opus. de nou. oper. nun-
7 *ciat.* Tamen poterit contrarium † probari,
ſi de magno aliquo præiudicio agatur *Gloſ.*
in d. clem. 1. in verb. oneramus. Bald. in l. 1.
col. 1. C. de reb. credit. Roman. in l. qui bo-
na. §. qui damni. ff. de damn. infect. Gemin.
in c. 2. col. penult. de iuram. calumn. in 6. Iaſ.
in §. ſed iſta. col. penult. inſtit. de actionib.
Quamuis contrarium ſimpliciter teneat *Rot.*
8 *deciſ. 61. in fin. de reſcript. in antiq.* † quæ
ſolum mouetur ex *Gloſ. in c. ſtatutum. 11. §.*
aſſeſſorem. in verb. relinquatur. eod. tit.
in 6. per quam ſolum firmatur, quod non
poſſit appellari, vnde eſſet videndum an hoc
debeat extendi ad contrariam probationem,
de quo *Barbat. de præſtant. cardin. p. 2. q. 2.*
col. 4. verſ. tertio caſu. Tiraq. d. §. 4. gloſ. 1.
9 *n. 11. cum ſeq.* † vbi limitat quando ſtatutum
mandaret neceſſariò ſtandum eſſe tali proba-
tioni, quia tunc non admitteretur aliquid in
contrarium, vel quãdo adeſſent verba pro ple-
naria, plena, pleniſſima & omnimoda probatio-
ne, cum ſimilibus, de quibus per *Felin. in c.*
graue. 19. ante fin. n. 4. de offic. delegat. Dec.
in c. propoſuiſti. col. 3. de probation.
Non obſtat depoſitio Parochi, nam licet alias
illi credatur quo ad contractum matrimonij,
10 Tamen ſtantibus circunſtantijs † clandeſtini-
tatis, & fraudis adhibitæ in huiuſmodi præ-
tenſo matrimonio contrahendo ad fauorem
fratris germani pauperis, & non condigni
talis matrimonij, ac alijs, de quibus in facto,
nulla fides eſt ei adcibenda tanquam deponat
in negotio ad eum pertinente ratione prædi-
cti intereſſe, cuius occaſione non attenditur
eius depoſitio, ſed redditur ſuſpectiſſima, nam
Concilium ſolum conſiderauit frequentiores
caſus bonitatis parochi, nõ autem reſpexit ad
particulares caſus ſuſpitionis parochi, & te-
ſtium, cũ in iſtis remaneant iura firma quo ad
inhabilitatem eiuſdem parochi, & teſtiũ *San-*
chez. de matrimon. diſput. 41. lib. 3. n. 5. col.
6. in princ. verſ. quod ſi dicas fore aliquan-
do. & n. 6. Cuccus lib. 5. inſtitut. tit. 11. n. 62.
11 *cum ſeq.* † Maxime propter dolum, & frau-
dem, quæ nemini debet patrocinari *c. ex te-*
nore. de reſcript. l. nec ex dolo. ff. de dol. Bero.
conſ. 106. n. 14. Tiraq. de retract. lignag. §.
1. gloſ. 9. n. 62. Surd. conſ. 15. n. 14.
Cum etiam ſtante magna diſparitate in qualita-
te diuitiarum, ac nobilitate, de qua in caſu no-
12 ſtro, fratres, ſorores, † & ſimiles pro matrimo-
nio fratris deponentes non ſint admittendi,
ſed tanquam ſuſpectiſſimi excludantur *c. ſuper*
eo. vbi Gloſ. penult. de teſtib. Alex. conſ. 154.
n. 1. lib. 5. Dec. conſ. 309. viſis diligenter at-
teſtationibus. n. 2. Alciat. præſumpt. 2. reg. 1. n.
4. & 5. fol. 37. Socin. conſ. 17. lib. 1. Barbat.
conſ. 4. lib. 1. late *Ferret. conſ. 196. n. 10. &*
17. vbi etiam quod hoc magis procedit ſtan-
te clandeſtinate matrimonij, quæ etiam hic
13 verificatur, † tunc enim minus tales teſtes
admittuntur *Alex. conſ. 151. n. 3. & 4. lib. 5.*
& conſ. 152. n. 12. & 13. eod. lib. Dec. conſ.
309. viſis diligenter. n. 3. & conſ. 133. viſo
14 *proceſſu. n. 6.* † Quidquid ſecus ſit ſtãte modica
diſparitate, non magna *Ferret. conſ. 364. n. 16.*
Minus obſtat depoſitio licentiati Polaini, Quia
vltra quod fuit conductus ab eius patria ad
iſtum effectum probandi tale matrimonium
15 fraudolentum & doloſum, † itaut ſtante par-
ticipatione criminis nõ ſit teſtis idoneus. Re-
ſpondetur quod tanquam forenſis non cogno-
ſcebat Catherinam, quam numquam vidit ni-
ſi vnica vice ſibi oſtenſam à Franciſco princi-
pali, vt ipſemet deponit in *ſummar. n. 8.* vnde
cum eam non cognoſceret, nec viderit, nec
videre potuerit per arctam rimulam, quæ præ-
16 ſupponitur in pariete intermedio † nihil pro-
bat, niſi conſtet quod haberet notam vocem
illius *Menoch. de arbitr. caſ. 475. n. 20. poſt*
Alex. de Neu. inter conſ. Alex. 99. n. 5. lib.
3. iuxta *Gloſ. in l. 2. §. item labeo. ff. de aqu.*
pluu. arcend. Socin. conſ. 130. n. 8. & 9. lib. 1.
Matthæſil. ſing. 125. nota quod licet. n. 1. &
ibi

Digitized by Google

ibi Addit. n.24. Capol. caut.193. Corn. conſ.
17. lib.2. Iaſ. conſ. 97. lib.4. Rip. in l.1. in
princ. ff. de verbor. obligat.

Nec aliquam fidem facit Stephanus alter te-
ſtis, Quia etiam ipſe eſt particeps fraudis
permittendo in domo ſua tale matrimo-
nium doloſum committi, vltra inimicitiam,
quam habebat cum patre puellæ, procuran-
do ſemper in odium patris, vt eius filia
17 ignobili, & pauperi nuberet, † quæ omnia,
& ſimilia faciunt, vt illius depoſitio non
præiudicet *Ferrett: conſ.196. n.10. 11. & 17.*
poſt Socin. conſ.17. per tot. iuxta *§. teſtes. 4.*
q.3. Anchar. conſ.267. in cauſa agitata. col.1.
Dec. conſ.133. viſo proceſſu & ſententia.
n. 6. Cum etiam in omnem euentum ſit vni-
18 cus, & ſingularis, † per quem non probatur
aſſertum matrimonium *c. licet cauſam. de*
probationib. c. bona. il 1. de election. & in ſpe-
cie cauſæ matrimonialis *Ferret. conſ. 353.*
n.10. poſt Alex. conſ.150. col.6. n.9. lib.5.

Et quidquid omnes prædicti deponant, nihil
probant, cum tam Parochus, quam omnes te-
ſtes fuerint examinati in iudicio crimina-
19 li, abſque repetitione † parte citata, quo
caſu nullam fidem faciunt in ciuili, quam-
uis Iudex ex officio illos examinaſſet, vt in
propoſito reſoluit *Rota coram R. P. D. Pe-*
nia. Bergomen. matrimonij 17. Aprilis 1592.
quæ eſt deciſ.64. n.2. poſt conſ. Farinac. lib.2.
Bart. in l. vlt. in princ. ff. de quæſtionib.
Abb. in c. 2. n. 8. vbi Felin. n. 9. de teſtib.
Gabr. de citat. concl.1. n.110. Bald. in l. iu-
bemus. col. 3. de probation.

Quibus additur, quod ſumus in matrimonio
20 facto intermedio pariete, † quo caſu non
ſufficit præſentia, & intelligentia parochi,
ſed etiam requiritur viſus, ſi enim non vide-
ret contrahentes, non eſſet ſatisfactum Con-
cilio, quod ideò voluit præſentiam parochi
propter euitanda mala, & ſcandala, quæ in
dies oriebantur in contrahendis matrimo-
nijs, ad quorum euitationem non ſatis eſt
parochum eſſe præſentem, & intelligere, niſi
etiam viderit, quid geratur per contrahen-
tes, ita in ſpecie concludit *Franciſc. Molin.*
de rit. nuptiar. & pact. in matrim. conuent.
lib.2. differ.11. n.120. vſque ad 123. fol.108.
21 vbi etiam † ex hoc notat, quod parochus,
vel alius cæcus non eſt integer teſtis in ma-
trimonio contrahendo poſt Conciliũ, quid-
quid aliàs ante illud eius depoſitio valeret
quo ad probationem matrimonij *Marſil. in*
rubr. C. de probationib. n. 332. Maſcard.
concluſ. 278. n.17. de quo *Sicard. in l. ſi non*
ſpeciali. n.2. C. de teſtam. fol.325. Addit. ad
Mattheſil. ſingul.124. n.12.

Prædictis tamen obſtat, quod dicitur de teſti-
bus cortinatis, qui non ſunt in præſentia
contrahentium, ſed erant in medio tenues
parietes, murus ſubtilis, vel cortina, vel
22 aſſeres, † ſeu axes, quæ ſunt tabulæ ſectiles
quibus tecta teguntur, eo quod aſſideant pa-
rieti, trabibusq. ſecundum *Bud.* Et ſectilis
ideſt facilis ad ſecandum, & quod in no-
ſtros vſus ſecari ſolet, qui teſtes non pote-
rant videre contrahentes, ſed tamen cogno-
ſcebant voces, vel percipiebant coitum viri,
& mulieris ex coniecturis euidentibus, &
violentis auditu intellectus potius, quam
viſu, quod valeat tale teſtimonium ad pro-
23 bandum contractus, † qui auditu percipiun-
tur, vt ſtipulationes, promiſſiones, matri-
monia, & ſimilia, quæ verbis contrahuntur
Archid. in c. hoc videtur. 22. q.5. n.1. iuxta
c. ſuæ. de ſponſalib. l. 1. de verb. obligat. c.
præterea. de teſtib. c. literis. de præſumpt. c.
24 *dixit. 32. q.1.* † Quidquid ſit in caſibus in
quibus requiritur viſus in teſte, quos ponit
Archid. in d. c. hoc videtur. 22. q.5.

Ideo viro, & muliere exiſtentibus in camera
clauſa, & teſtibus extra cameram, valebit
eorum teſtimonium, ſi dicant, quod audiue-
runt ipſos dicentes verba apta ad matrimo-
25 nium de præſenti † ſi voces eorum notas ha-
bebant *Specul. de teſte. §. 1. n.53. verſ. quid*
ergo ſi viro & muliere in camera. fol. 113.
quod tanquam notabile refert, & ſequitur
Dec. conſ. 162. in cauſa matrimoniali. col.3.
in princ. verſ. ſed ad hoc reſpondetur. Iaſ. in
l. ſi non ſpeciali. n. 9. ad med. verſ. hinc di-
cit. C. de teſtament. cum alijs per *Farinac.*
de teſtib. q. 69. n.177. vbi etiam, quod ita
fuit decisum in *Rot. coram R. P. D. Oradin.*
deciſ.13. Anton. Trigon. ſing.98. n.2. fol.104.
Menoch. de arbitr. caſ. 475. n. 20. Viui.
opin. 990. n. 1. Crot. de teſtib. p. 7. n. 348.
Alciat. conſ. 5. n. 27. lib. 1.

Maximè, quia ſumus in teſtibus deponentibus
pro validitate matrimonij, nam ſi ageretur
26 de illo dirimendo, tunc † paries intermedius
facit, vt non plenè probent ſine alijs admi-
niculis *Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali. n.9. in fin.*
poſt Gloſ. in c. præterea. 27. vbi Imol. n. 4.
& 5. Felin. n. 4. de teſtib. Trigon. ſing. 98.
n.4. poſt med. Farinac. de teſtib. q.69. n.179.
Menoch. conſ. 475. n. 21. Marſil. in rubr.
C. de probat. n. 331. Add. ad Mattheſ. ſing.
27 *124. n.10.* † vbi quod quando agitur de pro-
banda copula ad effectum impediendi matri-
monium contrahendum, non probatur co-
pula per teſtes, qui audiuerunt iuuenem, &
mulierem ſe ad inuicem commiſceri inter-
medio pariete, & cortina *Alex. in l. ſi non*
ſpeciali. n.7. ad med. Capoll. caut. 230. ad
fin. Maſcard. concluſ.457. n.5. Gig. de crim.
laſ. maieſt. lib.2. q.20. n.4.

Verum quidquid ſit de prædictis, quamuis
etiam poſt Concilium probaretur matrimo-
nium per teſtes, qui non viderunt contra-
hentes propter parietem intermedium, ta-
men ſtantibus multis exceptionibus ſupra
adductis fides teſtium remanet inualida,
28 immo quamuis etiam valeret, † tamen re-
quiritur, quod in ſpecie probetur per eos
haberi notam vocem contrahentium, nam
hoc

hoc non probato nullam fidem faciunt, prout
in caſu noſtro de hoc nullum verbum Specul.
de teſte. §.1. n.53. Dec. conſ.162. in cauſa
matrimoniali. col.3. in princ. verſ. ſed ad hoc
reſpondetur. Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. n. 9.
C. de teſtament. & ita in Rot. deciſum per
Oradin. deciſ. 13. teſtatur Viuius opin. 990.
n. 1. Trigon. ſing. 98. n. 2. Menoch. de arbi-
trar. caſ. 475. n. 20.
Amplius neque ſufficeret notitia vocis, quia
29 non dicetur facta plena probatio, † niſi cõſta-
ret, quod teſtes prius vidiſſent cõtrahentes,
illosq. audiſſent, & poſt modicum interual-
lum contraxiſſent intermedio pariete, nam
alias daretur facilis deceptio, ob quam ſimi-
les depoſitiones inualidantur, ita in termi-
nis declarat Felin. in c. præterea. n.4. ad fin.
de teſtib. poſt Abb. in c. cum cauſam. n.6. &
ibi Aret. n.42. vſque ad 47. eod. tit. vbi quod
eſt opinio veriſſima Campeg. de teſtib. reg.
206. in fin. Farinac. eod. tit. q. 69. n. 195.
Ang. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtament.
Cum etiam requiratur probatio, quod aliæ
30 perſonæ non adeſſent vltrà parietem, † nec
adeſſe potuiſſent, quin teſtes ſciuiſſent, aliter
ſecus Alber. in l. 2. §. idem labeo. n.3. verſ.
& tu dices. & ibi Rom. n. 8. verſ. aut con-
trahentes. ff. de aqu. pluu. arcend. Pacian.
de proband. c. 10. n. 27. Farinac. de teſtib.
q. 69. n. 194.
Neque oberit, quod in pariete, de quo agimus,
adeſſet rimula, per quam præſupponitur po-
tuiſſe videri puellam, Quia in facto apparet
illam eſſe adeo arctam, vt difficilis eſſet vi-
ſus, & quamuis hodie fuerit ampliata, ta-
men ſatis eſt, quod tempore contractus eſ-
ſet ità modica, & arcta, vt ex ea non poſ-
ſet aliquis inſpici, vel cum maxima difficul-
31 tate, † cum præſertim in huiuſmodi rimulis
non detur poſſibilis viſus omnium teſtium
vnico contextu, ideo non probant, niſi di-
xerint, quod vnus poſt alium vidit, de quo
nihil conſtat in caſu noſtro Gloſ. fin. in c.
nihilominus. 3. q. 9. Imol. in c. præterea. n.4.
ad med. vbi Felin. n. 2. de teſtib. Bald. in l.
teſtium. col. vlt. C. eod. tit. & in c. cum di-
lectus. col. 1. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.
Cin. & alij in l. hac conſultiſſima :' in fin.
princ. C: de teſtam.
Et cum in matrimonio, de quo agimus, adfue-
rint tot fraudes, & parochus, & teſtes ſint
ſuſpectiſſimi ex rationibus ſupra relatis, &
concurrat diſparitas magna inter prætenſos
coniuges, tàm circa nobilitatem, quàm cir-
ca diuitias, vltrà alias circumſtantias, &
qualitates, quæ militant contra auctorem
fraudis, & doli in tali matrimonio adhibitas,
32 de quibus latius in facto † Iudex debet arbi-
trari illud eſſe omnino inualidum, cum to-
tum hoc eius arbitrio committatur, qui om-
nibus iſtis rectè conſideratis non debet aliud
ſtatuere Bald. in l. conuenticulam. n. 6. ad
med. C. de epiſcop. & cleric. Capoll. cautel.
230. in fin. Et ità ex prædictis fuit iudica-
tum pro inualiditate matrimonij per Rot.
coram R. P. D. Buratto Toletana prætenſi
matrimonij. Iunij 1622.
In prædictis etiàm obſeruandum eſt, quod in
teſtamentis requiritur, vt teſtes debeant vi-
33 dere teſtatorem, † vnde illud non valebit, ſi
per cortinam, aut velum impediretur viſus
eiuſdem teſtatoris, quamuis teſtes depone-
rent ſe habere notam vocem ipſius l. ſi non
ſpeciali. 9. vbi Caſtr. n. 5. Sicard. n. 2. Iaſ. n. 1.
& 7. Alex n. 6. C. de teſtam. Idem Alex. conſ.
99. n. 5. lib. 3. Bart. in l. 2. §. item labeo. ff. de
aqu. pluu. arcend. Corn. conſ. 18. n. 4. lib. 2.
Imol. & Abb. in c. ex litteris. de conſuetud.
Dec. conſ. 354. in caſu propoſito. in princ.
Clar. in §. teſtamentum. q. 59. fol. 55. Craſſ.
eod. tit. q. 69. n. 4. Spin. etiam. eod. tit. de
teſtam. gloſ. 31. n. 21. Farinac. de teſtib. q. 69.
n. 185. Reuner. de teſtament. p. 3. c. 13. per
tot. Polidor. Rip. de nocturn. tempor. c. 141.
34 n. 8. † Quidquid aliud ſit ſtantibus multis
circumſtantijs relatis per Pariſ. conſ. 33. n. 1.
cum ſeq. lib. 2.
Quod etiam eſt in codicillis, iuxtà veriorem
opinionem, de qua per Dec. d. conſ. 354. n. 3.
Anchar. q. 11. n. 20. lib. 2. Quidquid diſſen-
tiat Mattheſil ſing. 124. fol. 135. & Alex. in
35 d. l. ſi non ſpeciali. ad fin. † Cum verior ſit
ſententia contra eos, vt per Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 475. n. 24. Farinac. de teſtib. q. 69.
n. 186. Veritas enim magis oculata fide,
36 quam † per aures infigitur animis hominum
Gloſ. in §. vlt. inſtit. de gradib. cognation.
Maximè, quia in teſtamentis, & codicillis
expedit omnia palam, & apertè fieri in con-
37 ſpectu teſtatoris, ne aliqua falſitas, † aut
fraus locum habeat l. hæredes palam. 21. ff.
qui teſtam. facer. poſſ. Ang. in d. l. ſi non
ſpeciali. n. 3. C. de teſtament. Præſertim, quia
propter infirmitatem ſolet vox mutari in
38 teſtatore † Bald. in l. 2. §. item labeo. n. 4.
ff. de aqu. pluu. arcend. Felin. in c. præte-
rea. n. 3. de teſtib. Abb. in c. cum cauſam. n. 9.
eod. tit. Alex. conſ. 24. n. 10. lib. 2. & conſ. 99.
n. 5. lib. 3. Cũ etiam procliuè ſit quibuſdam
39 imitari alienam vocem more hyænæ, † itaut
multò facilius quis poſſit decipi in auditu,
quam in viſu Cin. in d. l. ſi non ſpeciali. n. 2.
C. de teſtam. Hiæna autem eſt animal, de
quo mira traduntur, ſed maximè ſermonem
humanum inter ſtabula paſtorum aſſimilare,
nomenq. alicuius addiſcere, quem euoca-
tum foras laceret Plin. lib. 8. c. 30.
Quare teſtamentum factum de nocte in tene-
bris non valet, quia non fuit data poteſtas
40 videndi teſtatorem † Iaſ. conſ. 30. lib. 3. Ad-
dit. ad Mattheſil. ſing. 124. iuxta l. non mi-
norem. 20. C. de tranſaction. Quamuis enim
41 permiſſum ſit † facere teſtamentum noctur-
no tempore l. ad teſtium. 22. §. penult. ff. qui
teſtam. facer. poſſ. Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltim. voluntat. lib. 2. tit. 8. n. 3. Felin.
& Dec.

Digitized by Google

& Dec. in c.conſuluit.de offic.deleg. Alber.in
rubr.de teſtam.n.20. Polidor.Rip.de nocturn.
tempor.c.141.n.1. Non tamen licebit in te-
42 nebris, & abſque luminibus, † vt euitetur
fraudis ſuſpitio, nam lucem odit qui male
agit *c. conſuluit. 27.poſt med. de offic. dele-*
gat. & ob rationem conſpectus teſtatoris,qui
43 neceſſarius eſt † vt illius teſtamẽtum valeat vt
dictum eſt *ſupr. n.33.l.ſi vnus. C. de teſtam.*
Polidor. Rip. de noctur.tempor. c.141.n.2.4.
& 20. vbi ex hoc concludit, quod erunt neceſ-
ſaria tria luminaria, quamuis ſimus in teſta-
44 mento ad pias cauſas † iuxta *l. 1. ff. de ven-*
tr. inſpiciend. Ludouic. deciſ. Peruſ.116. n.4.
p.2. Menoch. præſumpt. 12. n.5.lib.4. Rimin.
Iun. conſ. 169. n. 17. cum ſeq. lib. 1. Sim. de
Pret. de interpratat. vltim.volunt.lib.2. du-
bit.1. ſolut. 3. n.9. fol. 126. Iaſ. conſ.50. pla-
45 *cet. lib.3.* † Adeo vt ſine luminibus teſtamen-
tum factũ de nocte non valeat *Dec. conſ. 354.*
n. 1. Decian. conſ. 65. n. 20. lib. 2. Cardin.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit.
8. in fin. Quod etiam ampliatur ad codicillos,
46 qui neque valebunt, † ſi fiant de nocte abſque
luminibus iuxta veriorem opinionem, de qua
per *Polidor. Rip. de nocturn. tempor. c. 142.*
n.9. poſt Menoch. *conſ.288. n.25. Alciat. conſ.*
553. n. 4. Anchar. q. 11. n. 11. p. 2. late *Dec.*
conſ.354. in caſu propoſito. n.3. Honded. conſ.
47. n.9. lib.2.

Prout etiam, ſi teſtes adhibiti in teſtamento in-
47 terrogentur de cauſa ſcientiæ, † & reſpõdeant
ſe ſcire quia audierunt, nihil probant, Nam
omnino opus eſt vt dicant ſcire, quia ipſi vi-
derunt *Bald. in l. diuus.14. in 6. notab. ff. de*
teſtam. milit. Cum ſemper adſit illa ratio cõ-
ſpectus teſtatoris, qui requiritur in teſtibus
adhibitis in teſtamento iuxta *d. l. ſi non ſpe-*
ciali. C. de teſtament. cum alijs allegatis *ſu-*
pra n.33.

Intelligenda tamen ſunt omnia prædicta, quan-
do cortina erat ita concluſa, vt teſtes non
48 poſſent videre teſtatorem, † tunc enim teſta-
mentum non eſſet validum, ſecus ſi poterant
videre, ſed cum aliqua difficultate, puta per
rimulam late *Farinac. de teſtib. q.69. n. 185.*
ad med. poſt Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali. n. 7.
49 *in fin.* vbi dat exemplum † de fabricante mo-
netam falſam in camera, vel cõmittente adul-
terium, qui non poterat videri niſi per par-
uam rimulam, tunc enim teſtes probant, ſi
dicunt, quod vnus poſt alium vidit *Gloſ. vlt.*
in c. nihilominus.3. q.9. Cin. & alij in l. hac
conſultiſſima.in fin. princ.C.de teſtam. Bald.
in c.cum dilectus. col. 3. de cauſ. poſſeſ. &
propriet.& in l. teſtium. col. vlt. C. de teſtib.
Imol. in c. præterea. n. 4. ad med. eod. tit.
50 vbi *Felin. n. 2.* † quod talis actus eſt ſucceſ-
ſiuus, adeo vt teſtes non dicantur deponere
ſuper diuerſis fornicationibus, ſed ſuper vna
tantum *Socin. conſ.63. ad fin.*

Item in prædictis obſeruanda eſt cautela, quam
ponunt Doctores, vt creditor faciat ſtare te-
51 ſtes in aliqua camera, † in qua audiant, quan-
do debitor fatetur debitum ipſi ſoli creditori
exiſtenti in alia camera. *Caſtr. in l. ſi non*
ſpeciali. n. 6. vbi Sicard n. 5. in fin. C. de
teſtament. Dec.conſ.162.n.3. in fin. Addit.ad
52 *Matheſil. ſingul. 124. n. 9.* † vbi de Prætore,
qui poſuit teſtes poſt parietem, & blando ſer-
mone extorſit confeſſionem delicti à reo *Hoſt.*
in c. 2. ad med. de conſuetud. Quamuis verius
ſit quod in criminalibus nunquam valeat te-
ſtimonium de auditu per cortinam interme-
53 diam, † ſeu tenuem parietem, quidquid aliud
ſit in crimine læſæ maieſtatis *Farinac. de te-*
ſtib.q.69.n.189. vſque ad 194. Addit. ad Ma-
theſil. ſing.124. in fin.

In inuentario autem quod requiratur viſus te-
54 ſtium, & in alijs caſibus ponit † *Gloſ. in l. fin.*
§. ſin autem dubius. in verb. cognoſcant. C.
de iur. deliber. Molin. de rit. nuptiar. &
matrim. lib.2. different.11. n. 123. Et qualia
55 debeant eſſe verba, † vt matrimonium dicatur
de præſenti *Gutier. de matrim. c. 3.* & de præ-
ſentia parochi, & an debeat dicere verba vos
coniungo *Idem Gutier. ibid. q.69.*

EPITOME.

REpetitio clauſularum poſitarum in prima commiſsione quando intelligatur in alijs. ¶ Verba conſtito de intereſſe an inducant conditionem, ita vt illo non verificato, non competat iuriſdictio. ¶ Maritus quando ſit manutenendus, ſeu reintegrandus ad poſſeſſionem vxoris quo ad cohabitationẽ, & copulam. ¶ Et quo caſu ſit locus ſequeſtro. ¶ Et quid ſi adſit timor peccati. ¶ Vel matrimonium fuerit conſummatum. ¶ Renunciatio anni probationis an valeat de conſenſu Prælati, ſeu Monaſterij. ¶ Tertius admiſſus pro intereſſe quando intelligatur in ſtatu, in quo cauſa reperitur. ¶ Notorium grauamen an operetur validitatem appellationis, quæ alias non eſſet admittenda. ¶ Exceptio monachatus an poſſit opponi contra maritum agentem ſpolio ad recuperandam vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula contenta in prima commiſſione cen-*
ſetur repetita in alijs. n.2.
3 *Reſcriptũ redditur conditionale propter clau-*
ſulam conſtito de intereſſe, ante cuius veri-
ficationem nulla adeſt iuriſdictio.
4 *Euentus litis eſt incertus.*
5 *Maritus eſt manutenendus in poſſeſſione vxo-*
ris, & cohabitatione, & obſequijs matrimo-
nialibus, neque eſt locus ſequeſtro. n. 16. &
quid ſi adſit timor peccati. n.6. ¶ Vel quan-
do matrimonium fuit conſummatum. n. 7.
8. & 9. ¶ Et quando fiat reintegratio quo
ad cohabitationem tantum, & non copulam.
n.11. & 12.
10 *Probationes quãdo dicãtur eſſe incontinenti.*

Ter-

13 *Tertius admiſſus pro ſuo intereſſe quando intelligatur in terminis & ſtatu, in quo cauſa reperitur.*

14 *Sententia nulla, & inualida habetur ac ſi non fuiſſet prolata.*

15 *Profeſſio non rite facta non præiudicat, nec de conſenſu monaſterij poteſt renunciari anno probationis.*

17 *Notorium grauamen facit, vt poſſit appellari in poſſeſſorio, & alijs caſibus, in quibus denegatur appellatio.*

18 *Sequeſtrum prohibetur, vbi conſtat de poſſeſſione.*

19 *Nullitas ob defectum citationis ſemper poteſt opponi, quãuis non eſſet permiſſa appellatio.*

20 *Exceptio monachatus quando opponatur contra maritum agentem ſpolio ad recuperandam vxorem remiſſiue.*

CAP. DCCCL.

APpellationem dixi eſſe concedendam,
quia non conſtat de aliquo intereſſe Didaci,
qui nunquam fuit admiſſus ad cauſam,
quæ admiſſio debebat præcedere ex forma
commiſſionis directæ Iudici continentis clau-
1 ſulam conſtito, † quæ cenſetur repetita in
alijs commiſſionibus *Rot. diuerſ. deciſ.* 321. *n.*
1. *p.* 1. *Aegid. deciſ.* 525. *Caſſador. deciſ.* 8. *n.*
2. *cum ſeq. de reſcript. Coſta de clauſul. generalib. p.* 4. *clauſ.* 11. *n.* 1. Maxime quia in ſecun-
da commiſſione vna cum illa cauſa antiqua
2 fuit explicata † etiam cauſa noua, tunc enim
datur repetitio clauſularũ, cum non omittatur
cauſa antiqua, neque detur proſecutio ſolius
cauſæ nouæ *Rot. coram R. P. D. Coccino Toletana parochialis.* 28. *Nouembris* 1602. *Coſta de clauſul. p.* 4. *clauſ.* 11. *n.* 2.

Quare, non verificata huiuſmodi clauſula, & non
legitimata perſona Aduerſarij, omnia geſta
3 ſunt nulla, & abſque iuriſdictione, † cum ta-
lis clauſula conſtito reddat reſcriptum condi-
tionale, ante cuius verificationem nulliter agi-
tur, & ſine aliqua iuriſdictione *Pariſ. conſ.*
94. *n.* 4. *vſque ad* 15. *lib.* 4. vbi loquitur de ſi-
mili clauſula conſtito de intereſſe *Socin. conſ.*
99. *n.* 10. *lib.* 3. *poſt Innoc. & Cardin. in c.* 2. *de reſcript. Vant. de nullit. defect. iuriſdict. delegat. n.* 92.

Nec pro intereſſe ſufficit allegare, quod Aduerſa-
rius prætendat ſucceſſionem cuiuſdam primo-
geniture, à qua excluderetur per Eleonoram,
quatenus ſit in ſtatu laicali, & habeat filios,
Quia huiuſmodi intereſſe non concernit vali-
ditatem, ſeu inualiditatem profeſſionis, de
qua agitur, ſed ſucceſſionem bonorum, quo-
rum cauſa eſt multum diuerſa, & pendet in
conſilio Regio, ſtante renunciatione dictorum
4 bonorum per eamdem Eleonoram facta, † per
quam nõ inducitur aliquod intereſſe, tanquam
hoc pendeat à futuro euentu litis, cuius exi-
tus ſunt incerti *l. quod debetur.* 52. *ff. de pecul.*

Præterea matrimonium, de quo agimus, fuit
factum in facie eccleſiæ, & bona fide in vim
præcedentis ſententiæ Iudicis Ordinarij, &
illius rei iudicatæ, vnde non debuit maritus
non citatus ſpoliari poſſeſſione ſuæ vxoris, &
cohabitatione, & obſequijs matrimonialibus
prout ſpoliaretur, ſi eſſet licitum huiuſmodi ſe-
5 queſtrum, † ideo etiam lite pendente idem
vir eſt manutenendus in ſua poſſeſsione, ne-
que poteſt eſſe locus ſequeſtrationi, neque ab
ea eſt incipiendum, cum etiam in caſu, in quo
mulier receſſiſſet, & per vim traducta fuiſſet, ni-
hilominus eſſet marito reſtituẽda, vnde multo
magis, quando eſt in poſſeſsione illius, non eſt
ſequeſtrãda, Ita in ſpecie concludit *Rot. per Achill. deciſ. vnic. alias* 327. *n.* 2. *de ſponſalib. & matrimon.* vbi allegat *Bald. in c. fin. n.* 8. *de probationib.* ſed eſt *in c. accedens. n.* 4. *vt lit. non conteſt.*

Neque obſtat manutentionem, ſeu reſtitutionem
6 denegari, vbi eſt timor peccati † *c. gaudemus. de diuort. Couarr. de ſponſalib. p.* 2. *c.* 17. *§.* 5. *n.* 9. *poſt med. Gabr. de reſtitut. ſpoliator. concluſ.* 11. *n.* 150. *Rot. coram Sanctiſſimo deciſ.* 351. *n.* 45. *Creſcent. deciſ.* 3. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. poſt Gemin. conſ.* 76. *Dec. conſ.* 162. *in cauſa matrimoniali. n.* 11. *verſ. tertio reſpondetur. Imol. cõſ.* 25. *n.* 2. *Rot. corã R. P. D. Buratto Rauennaten. matrimonij.* 20. *Nouembris* 1621. *Ang. in l. ſi quis ad ſe fundum. in* 3. *fallent. C. vnd. vi. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. n.* 20. *vbi Rip. n.* 83. *ff. de acquir. poſſ.* Quia prædicta procedunt antequam ma-
trimonium eſſet conſummatum, ſecus autem
poſt illius conſummationem, & liberorum
procreationem, prout ſumus in caſu noſtro,
7 tunc enim non datur ſequeſtrum, † neque eſt
conſiderandus timor peccati, & maritus de-
bet remanere in poſſeſsione ſuæ vxoris, Ita in
terminis declarat *Achill. deciſ. vnic. alias* 327. *n.* 1. *& per tot. de ſponſalib. & matrim. poſt Io. Andr. Innol. Hoſt. & Anchar. in fin. in c. cum locum. eod tit.* late *Put. deciſ.* 249. *n.* 1. *&* 2. *alias in impreſſ. nouiſſim. eſt deciſ.* 248.
8 *lib.* 3. † vbi etiam *Addit.* notat quod iterum
cauſa propoſita 27. *Maij* 1549. fuit idem re-
ſolutum non obſtante prætenſa materia pec-
cati, quando ſumus poſt matrimonium con-
ſummatum, ne detur ſpolium *Prapoſit. in d. c. cum locum. col.* 2. *verſ. ſtat autem dubium.*
Et ita etiam ante conſummationem matri-
monij ſtante virginitate, & incorruptione vxo-
ris loquitur *Rot. coram Sanctiſſimo deciſ.* 151. *n.* 45. *ad fin.*

Nec facit diſpoſitio *c. litteras. de reſtitut. ſpo-*
9 *liator.* Quia procedit † quando mulier eſſet
conſcia peccati, & quando probationes eſſent
incontinenti, quibus etiam ſtantibus non da-
tur ſequeſtrum, immo tenetur mulier ſtare
cum marito, & cogitur ad eum redire, & præ-
ſtare omnia ſeruitia, licèt ſtante ſua conſcien-
tia, & probationibus paratis, poſſet negare
debitum, Ita in propoſito declarat *Rot. per Achill. d. deciſ. vnic. alias* 327. *n.* 4. *&* 5. *de*

ſpon-

ſponſalib. Sanchez. de matrimon. lib. 2. di-
10 *ſputat. 41. q 4. n.50.* † vbi addit, quod tunc
in hoc caſu dicentur eſſe probationes incon-
tinenti, quando offeruntur infra triduum,
prout latius comprobat *Idem Sanchez. de
matrim. lib.1. diſputat. 51. q.1. verſ. octaua
concluſio. n.14. ante fin. verſ. ſtatim autem.
Bald. & Felin. in c. venient. il 2. de teſtib.
Mandoſ. de monitor. q.31. n 8.*
Amplius etiam talis manutentio, ſeu reſtitutio
dabitur marito, quando lis moueretur ſuper
validitate matrimonij nondum conſumma-
11 ti, neque erit locus ſequeſtro, † intelligendo
quoad cohabitationẽ, & alia obſequia, præ-
ter copulam, cum reſpectu integræ reſtitu-
tionis, etiam quo ad copulam requireretur
conſummatio matrimonij *Abb. in c. ex par-
te. n. 25. & ibi Imol. n. 11. de reſtitut. ſpo-
liator. Brunell. de ſponſalib. concluſ. 12. n.5.
Carrer. eod. tit. lib. 2. c. 3. Barboſ. in rubr.
ff. ſolut. matrimon p.2.n.8. Sanchez. d. lib. 2.*
12 *diſputat. 41. q.4. col. 10. & 11. n. 50.* † vbi
etiam latè comprobat prædicta procedere,
tàm in foro externo, quàm cõſcientiæ, etiam
lata ſententia vna pro validitate matrimo-
nij, & altera pro illius nullitate, cum in hoc
dubio non ſit quis priuandus poſſeſſione iu-
ris ſibi competentis ſuper matrimonio *Pa-
lud. diſtinct. 4. q. 36. q. 2. art. 3. n. 16. An-
tonin. p.3. tit.1. c.3. §.2.* iuxta *c.2. verſ. qua-
ris quando matrimonium. vt lit. pendent.*
Quod magis eſt in caſu noſtro, cum Aduerſa-
rius petierit ſe admitti ad cauſam pro ſuo
intereſſe, narrando, quod Eleonora erat extra
monaſterium, & nuptias contraxerat, vnde
talis admiſſio debet intelligi in ſtatu, & ter-
13 minis, † in quibus reperitur, & ſic in ſtatu
libertatis, & matrimonij, qui non poteſt
immutari, priuando Eleonoram libertate, in
qua iam ipſa erat conſtituta, antequam Ad-
uerſarius ad cauſam veniſſet, quaſi tunc talis
tertius dicatur ratificaſſe omnia acta geſta,
quidquid aliud ſit quo ad actus faciendos
*Innoc. in c. cum ſuper n.6. verſ. ſi autem hac
tertia perſona. & ibid. Butr. n.18. Felin. n.17.
de re iud. Mohedan. deciſ. 81. Put. deciſ. 1 n.2.
& 3. lib. 3. Rot. coram Card. Pamphilio Ca-
lagurìtana beneficij della guardia. 6. No-
uembris 1595. & coram R. P. D. Pamphilio
Perusina ſpolij. 4 Iulij 1612. quæ in impreſſis
eſt deciſ. 431. n.5. ad med. p.1. in recentiorib.*
Additur, quod ſententia Nuntij lata contra
matrimonium, & pro validitate profeſſionis
eſt omnino nulla, & attentata, cum prius
per Aduerſarium fuiſſet commiſſa cauſa ap-
pellationis à ſententia Iudicis Ordinarij in
Rota, & executa inhibitio, ideo non potuit
huiuſmodi lite pendente adiri Nuncius, &
per conſequens omnia fuerunt attentata, &
veniunt reuocanda, itaut talis ſententia non
tribuat aliquod ius Aduerſario, tanquam
nulliter lata, prout neq; præiudicabit Eleo-
noræ, quæ habet pro ſe ſententiam validam,
& magis ex ea redditur tuta, cum verè con-
14 tra ipſam non adſit aliqua ſententia, † tan-
quam idem iudicetur de ſententia nulla, &
inualida, quod de illa, quæ non exiſtit *l. 4.
§. condemnatum. ff. de re iudicat. l. non pu-
tauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſeſſ. con-
tra tabul. Roland conſ. 14. n.25. lib.1. & conſ.
49. n.29. lib.4. Cephal. conſ. 160. n.11. lib. 2.
Surd. conſ. 3. n. 10. vſque ad 17. lib.1.*
Nec ſunt attendenda, quæ obijciuntur de rati-
15 ficatione profeſſionis, † Quia cum non con-
ſtet de requiſitis pro illius validitate, & non
ſit completus annus continuus probationis,
& adſit reclamatio intra quinquennium,
cum alijs in facto adductis, non poteſt talis
profeſſio præiudicare, vt per *Concil. Trid.
ſeſſ. 25. c.15.* Itaut neque de conſenſu Prælati,
& conuentus poſſit renonciari anno integro
probationis *Nauarr. conſ. 33. de regularib.
Beia reſponſ. caſ. conſcient. p.4. caſ. vlt. verſ.
tertio. Barboſ. in remiſſionib. ad Concil. d.*
16 *ſeſſ. 25. c.15. n.8.* † Et quidquid ſit, donec pen-
det cauſa ſuper validitate huiuſmodi ratifi-
cationis, & profeſſionis, non eſt priuandus
maritus poſſeſſione *Sanchez. d. diſputat. 41.
n.50. cum ſeq.*
Dabitur itaque appellatio à prætenſo ſeque-
ſtro, tanquam per illud ſpolietur maritus non
citatus ſua poſſeſſione, & propter ſubuerſio-
nem ordinis poſſeſſorij, & petitorij, & cauſæ
17 ad cauſam, quam Iudex debet euitare, † adeſt
notorium grauamen, à quo licita eſt appel-
latio etiam in poſſeſſorio, & in caſibus in
quibus illa alias prohiberetur *Contard. in
l. vnic. in verb. ſequeſtrum. limit. 16. n. 11.
& 12. C. ſi de momentan. poſſeſſ. fuer. ap-
pellat. poſt Ang. conſ. 107. col.1. verſ. item.*
18 *Alciat conſ. 37. in fin. lib. 6.* † Vbi enim
conſtat de poſſeſſione, prohibetur ſequeſtra-
tio *Bald. conſ. 445. lib.1. Boer. deciſ. 334. col.1.
Bero. conſ. 51. n. 5. vſque ad 14. lib. 3.*
Cum præſertim ob defectum citationis mariti
adſit clara nullitas huiuſmodi ſequeſtratio-
nis, de qua poteſt dici ſemper, & quando-
19 cumque, † quamuis appellatio denegaretur
*Alex. conſ. 6. n.9. lib.4. Bemint. deciſ. 73. n.3.
Achill. Perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. n.23.
verſ. & iudex. tom. 3. p.2. fol. 246. Menoch.
eod. tit. remed. 6. n.20. in fin. Contard. in l.
vnic. limitat. 16. n.10. C. ſi de moment poſſeſſ.*
Ex quibus per Signaturam Sanctiſſimi fuit
conceſſa appellatio ad fauorem Eleonoræ in
cauſa *Zamoren. prætenſæ nullitatis profeſſio-*
20 *nis de menſe Nouembris 1622.* † Quando au-
tem poſſit opponi marito exceptio, quod ſit
monachus, cum agit ſpolio ad recuperãdam
vxorem dicam Deo dante infrà in *cap. par-
ticulari* ad intellectum *c. ex parte. de reſtitut.
ſpoliator. Rot. deciſ. 1. n.7. & deciſ. 2. n.1. eod.
tit. in nou. Bero. in c. in litteris. n.87. & 93.
etiam eod. tit. Menoch. de recuper. poſſeſſ. re-
med. 15. n. 435. fol. 456. Oſaſc. deciſ. 116. n.2.
Aim. conſ. 322. col. 4.*

EPI-

E P I T O M E.

OBligatus adimplere an habeat actionē, ſi fuerit impeditus ram ex facto partis, cui eſt adimplēdū, quàm alterius. ¶ Et quādo excuſetur à mora, & pœna. ¶ Et an requiratur oblatio, quod impedirus eſt paratus facere omnia, quæ ſibi incūbunt. ¶ Et an ſufficiat ſola interpellatio. ¶ Condirio, litis conteſtatio, præſcriprio, & ſimilia quo caſu dicantur habuiſſe effectum propter contumaciam litigantis. ¶ Cambia quando debeantur, quamuis non ſint intimata, & non ſinr verè acceptæ pecunię, non obſtāre pacto, quod illa poſſint fieri ſi ceſſerur in ſolutione debiti. ¶ Confeſſio, an poſſit diuidi. ¶ Productio in parte, & partibus quando admittatur. ¶ Inſtitor an præiudicet domino. ¶ Connexa quæ dicantur, vt illorum idem ſit iudicium.

S V M M A R I V M.

1 *Actio non datur, niſi prius adimpletis adimplendis, quamuis adeſſet impedimentum, quod ſolum excuſat à mora, & pœna, non quod impeditus poſſit agere.*

2 *Implementum habetur pro adimpleto, ſi ex facto partis debeat fieri liquidatio eius, quod debet adimpleri, & non fiat. n. 10.*

3 *Conditio dicitur adimpleta, ſit per eum, cui intereſt impleri, ſit quominus impleatur.*

4 *Lis habetur pro conteſtata, ſi impediatur, ne conteſtetur. Intellige vt n. 7.*

5 *Præſcriptio eſt interrupta, ſi non poteſt interrumpi ex impedimento partis.*

6 *Abſens cauſa litis vitandæ reputatur tanquam præſens.*

8 *Cum per alium ſtat, quominus aliquid fiat, habetur pro facto in eius preiudicium.*

9 *Promittens ſe abdicare ab aliquo officio, ſi requiſitus non ſe abdicat, reputabitur pro abdicato.*

11 *Cambia non debentur, ſi verè non conſtat, quod pecuniæ fuerint receptæ ad cambium, non obſtante conuentione, quod illæ accipiantur, ſi non ſoluatur, & non facta interpellatione de receptione cambiorum. n. 13. & 15.*

12 *Non eſt aperienda via fraudibus, & vſurariæ prauitati.*

14 *Pactum non poteſt facere licitum, quod eſt illicitum.*

16 *Pœna contra exercentes cambia probibita remiſſiuè.*

17 *Inſtitor poteſt præiudicare domino, qui illum præpoſuit.*

18 *Productio in parte, & partibus non admittitur. Declara vt n. 22.*

19 *Data, & recepta in libro rationum dicuntur connexa, & debent in totum approbari, ſeu reprobari. n. 20.*

21 *Connexarum idem eſt iudicium.*

23 *Minor eſt virtus taciti, quam expreſſi.*

24 *Confeſſio, quod quis detinet, ſed vitiosè poteſt diuidi propter contrariam præſumptionem iuris.*

25 *Impeditus adimplere propter incertitudinem, ſeu impedimentum partis debet offerre ſe paratum ad omnia, quæ ſibi incumbunt, vel ſimpliciter interpellare. n. 27. Et quid operetur talis oblatio. n. 26.*

C A P. D C C C L I.

PRo conſecutione vtilium, de quibus agebatur in cauſa Romana ſocietatis, verius eſt, vt comperat actio intentara, non obſtante prætenſa exceptione non adimplementi tanquam agens, nihil poſuerit in appaltu, Nam quamuis regulariter non poſſit agi, niſi prius adimpleantur adimplenda,
1 etiamſi adeſſet impedimentum, † quod ſolum excuſat à mora, & pœna, non autem quod impedito competat aliqua actio *Butr. & Abb. in c. cum ioannes. quod eſt vlt. de iureiur. Natt. conſ. 50. n. 6. in fin. Aim. conſ. 155. n. 10. verſ. & adeo quis agere. Dec. in l. cum proponas. in 3. notab. n. 3. C. de pact. Roland. conſ. 69. n. 12. lib. 4. Menoch. conſ. 55. n. 5. & conſ. 1. n. 367. Maſcard. concluſ. 1388. n. 44. & 45. Ludouic. concluſ. 14. illat. 94. ampliat. 9. fol. 32. Surd. conſ. 186. n. 21.*

Nihilominus in caſu noſtro promiſſio adimplendi fuit incerta de contribuendo omnibus exburſarionibus, & ſolurionibus, quæ occurrent pro negotio appaltus tā pro corpore, & capitali, quàm pro omni alia occa-
2 ſione. † Vnde per adminiſtratorem eiuſdem appaltus erit prius facienda notificatio, & liquidatio, & certificatio iſtarum expenſarum, ad hoc vt ad illa obligarus poſſet adimplere, eaſq. ſoluere, itaut non redacta iſta incertitudine ad rem cerram, non poſſit dici, quod adſit aliqua obligatio in eo, qui tenetur adimplere, ſed ſtante negligentia eius, cui erat implendum, non erit ſublata actio, tanquam implementum habeatur pro adimpleto *Corn. conſ. 104. in fin. verſ. & in contractibus reciprocis. lib. 3.* iuxta *l. quod ſæpè.*
4 *36. §. ſi res. ff. de contrab. empt. l. cum fundus. 31. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi cert. petat. Simon de Pret. conſ. 28. n. 7. Maſcard. concluſ. 1388. n. 65. Ludouic. concluſ. 14. illat. 94. in fin. verſ. limitatur ſecundo. fol. 33. Rot. deciſ. 493. n. 3. in fin. p. 1. in recentiorib. Menoch. conſ. 1. n. 371.*

Prout dicimus de conditione, quæ habetur pro impleta, quando per eum cuius intereſt im-
3 pleri, fit † quominus impleatur *l. iure ciuili. 24. ff. de condit. & demonſtrat. l. 3. ff. eod. tit. l. hæc venditio. 7. in princ. ff. de contrab. empt. l. in executione. 85. §. fin. ff. de verbor. obligation. l. qui operas. ff. locat. Rot. deciſ. 493. n. 3. in fin. p. 2. in recentiorib. Alex. conſ. 49. n. 2. verſ. ſecundo quia. lib. 2.*

Quare

Digitized by Google

Quare ſi aliquis in ius vocatus omnibus modis
ſubterfugit,ne lis conteſtetur,vel alio modo
4 moram facit, † huiuſmodi fuga, cunctatio,
mora, dilatio, contumacia, & fruſtratio habetur
pro litis conteſtatione, & operatur
eoſdem effectus,quos ipſa conteſtatio Alber.
in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. 1. vbi
Bald. Fulgoſ. Alex. & Iaſ. ff. ſi quis cautionib.
Io. Faber. in §. pœnales. col.1. inſtit.
de diuerſ.& tempor.praeſcript.Rip.in l.ſi inſulam.
n.37. col.7. ff. de verbor. obligation.
Florian. in l. inde neratius. §. hanc actionem.
verſ. item quod dictum eſt. ff. ad leg.
aquil. Tiraq. de retract. lignag. §.15. gloſ.2.
5 n.5. & 6. † vbi etiam quod ad interrumpendam
præſcriptionem paria ſunt, quod illa ſit
interrupta, vel quod non poſſit interrumpi
propter contumaciam partis l.2. C. vbi in
rem act. l. ſed ad eos. ff.ex quib. cauſ. maior.
l.electio. §. ſi is quem. vbi Gloſ. vlt. ff. de
noxalib. l.conſtitutionibus. ff. de actionib.&
6 obligationib. † Prout etiam abſens, litis vitandæ
cauſa,habetur pro pręſente Gloſ. in l.
qui data.in verb.litis. ff.ex quib.cauſ.maior.
7 Tiraq. d. §. 15. gloſ. 2. n.6. in fin. † Intelligendo
tamen prædicta, vt ibid. per eum.
n.8. vſque ad 12.

Quemadmodum paſſim, cum per alium ſtat,
8 quo minus quid fiat, habetur pro facto † in
eius præiudicium l. ſi ideo. §. præſenti. & l. ſi
dictum fuerit. §. ſi præſente. ff.de euictionib.
Salic. in l. dedi. §. vlt. ff. de condict. cauſ.
dat. Alber. in l. & ſi poſt tres. col. 10. n. 25.
ff. ſi quis caution. Ang.conſ.349.conſultatio.
col.2. Roman.conſ.486. in caſu propoſitæ conſultationis.
ad med. vbi Mandoſ.in verb. per
eam. Iaſ. in l. hæc verba. 3. in fin. ff. de
legat.1. Tiraq.de retract.lignag.§.15.gloſ.2.
9 n.7. † vbi etiam in fin. quod promittens ſe
papatui abdicare, ſi requiſitus non fecerit,
abdicatio, ſeu renunciatio habebitur pro
facta Dec. in c. porrecta. col. 3. verſ. & hoc
confirmatur. de confirmat. vtil. vel inutil.
Rom.conſ.523.quæſtio diſcutienda.col.penult.
n.17. vbi Mandoſ. in verb. abdicaſſet.

Maximè, quia præſupponitur, quod prius per
adminiſtratorem recipiuntur omnia vtilia
ſpectantia ad appaltum, & poſtea in fine
termini aſſignato ad ſoluendum affictus, illi
ſoluuntur, itaut magis intret incertitudo
adimplementi, cum adminiſtrator debeat denunciare
vtilia, ſi adſint, & ex illis ſoluere
10 pagas deſtinatas, † quod facit, vt donec non
liquidetur iſta incertitudo, nihil ſit imputandum
ei, qui debet concurrere in ſolutionibus
dictorum affictuum Alex. conſ.49. n.3.
lib.2. Adeo vt non ſecuta iſta interpellatione
non poſſit obijci de non implemento Menoch.
conſ.128. n.12. lib.2.

Quo verò ad ſcuta quingenta occaſione cambiorum,
concludendum eſt illa non deberi,
11 cum non conſtet, † quod verè fuerint accepta
ad cambium, non obſtante, quod adſit
promiſſio, & conuentio partis, ſeu ordo in
quo mandant..., quod dicta ſcuta quingenta
retineantur pro integra ſolutione intereſſe
cambiorum decurſorum ob non contributionem
exburſationi corporis, & aliarum
expenſarum debitarum pro rata duorum ſolidorum,
& non obſtante acceptatione dicti
ordinis de eiſdem ſcutis quingentis pro ſu-
12 pradicto intereſſe cambiorum, † quia cum
ſimus in prohibitis, non ſtatur tali conuentioni,
ne hoc modo aperiatur via fraudibus,
& vſurariæ prauitati, quæ omni iure
prohibetur auth. ad hæc. C. de vſur. c.1. eod.
13 tit. & in ſpecie, † ita reſoluit Rot. coram
R. P. D. Litta Mediolanen. pecuniaria. 27.
Martij 1602. quæ eſt in impreſſ. deciſ. 52.
n. 5. p. 1. in recentiorib. vbi reprobantur ſimiles
conuentiones,per quas non poteſt fieri
14 licitum, † quod eſt illicitum Bart. in l. ſi
forte. ff. de peeul. Caſtr. & Iaſ. in l. ſi donatio.
C. de collation. Ideo ad hoc, vt iſta cambia,
& recambia ſint debita Mercatoribus, debet
præcedere proteſtatio, & intimatio, & quod
cum effectu pecuniæ recipiãtur ad cambium
15 pro tali cauſa, † & quod receptio cambiorum
notificetur ad hoc, vt debitor ſit certus,
quod illi currunt vſuræ, à quibus poſſit
ſe liberare, quæ omnia requiſita debent ſimul
concurrere, vt cambia ſolui debeant,
cum non ſufficiat licentia debitoris, vt pecuniæ
accipiantur ad cambium, & recambium,
niſi vlterius omnia iſta verificentur, vt
latè in deciſionibus Cantuec. Millini, Orani,
& aliorum. de quibus in d. deciſ.52. p.1.
in recentiorib. n.3. cum ſeq. iuxta Bullam 1.
16 Pij IV. & 128. Pij V. in bullar. nouo. † vbi
infliguntur multæ pœnæ contra exercentes
talia cambia, & datur facultas illas exigendi
Gubernatori, & Auditori Cameræ, vt etiam
in conſtitut. Pauli V. n.28. §.33.

An autem partita ſcripta per Capſerium præiudicet
Domino,eſſent videndæ facultates,quæ
talibus miniſtris dantur, ſed quoniam præ-
17 ſupponitur illos eſſe iuſtitures † concludendum
eſt poſſe per eos præiudicari domino
præponenti, qui cum regulariter ſentiat cõmodum
ex facto ſimilium inſtitorum, ita
etiam æquum eſt eos obligari, & conueniri
ex contractibus, & geſtis per eoſdem inſtitores,
non ſecus,ac ſi cum ipſo domino contractum
fuiſſet §. vlt. inſtit. quod cum eo.
l. prætor ait. §. ſed ſi ſeruus. ff. de edend.
l. hæres abſens. §. apud labeonem. ff.de iudic.
Rot. Genuenſ. deciſ.14. n.1. Ronchegall. in
l. eamdem. in princ. n.156. 157. & 160. cum
ſeq. ff. de duob. reis. poſt Bald. in rubr. C. de
conſtit. pecun.

Quantũ verò attinet ad productionem partitarum
cum proteſtatione in parte & partibus;
Regulariter tales proteſtationes nõ releuãt,
ideo productio in totum præiudicabit, quãdo
ſumus in ſcriptura alicuius adminiſtratoris,
& in libro rationum, & ſimilibus,

18 nam † ſi quis velit acceptare in parte, non poterit, ſed tenebitur ſtare in toto propter vnitatem officij *Ang. in l. ſumptus. C. de adminiſtrat. tutor. Aim. de antiquit. tempor. p. 1. §. viſo de verbis enunciatiuis. n. 68. & 69. fol. 63. & conſ. 275. n. 3. ante fin. verſ. tertio principaliter danda videtur. Corn. conſ. 82. col. penult. verſ. vel ſaltem videtur ſtandum. lib. 4.*

Præſertim, quia cùm in libro rationum con-
19 tinente data, & recepta, † quæ dicuntur connexa *Rip. in l. admonendi. col. 24. in fin. n. 124. ff. de iureiur. Aim. conſ. 275. n. 4.* In connexis autem, etiam ſi agretur de alia ſcriptura priuata, quam vnius adminiſtra-
20 toris, illa non poteſt approbari in parte, † ſed in totum erit approbanda *l. publia. in fin. ff. depoſit. Bart. in l. quadam. §. nummularios. verſ. vnde puto. ff. de edend. Dec. in l. 1. in vlt. notab. C. eod. tit. Aim. conſ. 275. n. 5.* Connexorum enim idem eſt iudicium,
21 nec poteſt fieri de vno, † niſi etiam fiat de altero *c. ſi quis obiecerit. & c. ſi quis præbendas. 1. q. 3. l. ſed ſi plures. §. 1. vbi Iaſ. in 2. notab. ff. de vulgar. Anchar. conſ. 160. præſupponitur in themate. n. 2.*

Verum, quia ſupra firmatum fuit cambium fuiſſe illicitum, neque potuiſſe conualidari per conſenſum, aut conuentionem partium,
22 ideo iuuabit † talis productio in parte, & partibus, cum expreſſa reprobatione partitæ cambiorum tanquam nulla, & illicita, & ex ea nihil præiudicabitur producẽti, ſi enim expreſsè non poſſunt talia cambia per pactũ,
23 aut conuentionem conualidari, † multò minus dabitur illorum approbatio per productionem, per quam dicitur tacitè approbari illud, quod producitur, cum minor ſit virtus taciti, quàm expreſſi *l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtrat. l. expreſſa nocent. vbi Dec. n. 5. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 10. n. 24.*
24 *lib. 1.* † Prout dicimus de confeſſione, ſeu relatione, quod quis detinet, ſed vitiosè, quæ poterit diuidi tanquam ſit contra præſumptionem iuris *Aim. conſ. 150. n. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 802. n. 2. p. 1. Surd. deciſ. 258. n. 6.* cum multis ſimilibus adductis *ſupr. c. 339. n. 18. vſque ad 24. tom. 2.*

Erit tamen obſeruandum, quod in iſtis contractibus reciprocis, antequã aliquis actionem moueat, datur cautela, vt ille, qui prætendit non poſſe per eum adimpleri promiſſum propter incertitudinem implementi, vel
25 impedimentũ partis, vel quid ſimile, † quod offerat ſe paratum ex latere ſuo ſatisfacere, ſi quid agendum, aut implendum ſupereſt, vt notat *Menoch. conſ. 1. n. 371. poſt Corn. conſ. 79. n. 5. lib. 1. Rot. coram Sanctiſſ. Gregor. XV. Romana domorum. 19. ianuarij. & 10. iunij 1611. & 18. maij 1612.* latè *Surd. conſ. 331.*
26 *n. 42. lib. 3.* † vbi quod non ſolum iſta oblatio ſtante incertitudine excuſabit ab omni mora, ſed etiam pariet actionem abſque eo, quod poſſit obijci de non implemẽto, quamuis etiam hoc caſu ſufficeret interpellatio
27 ad ineundum calculum † ſine aliqua oblatione *Bart. in l. creditor. ff. de diſtract. pignor. Neguſ. de pignorib. p. 2. membr. 3. part. 5. princip. n. 4. Surd. conſ. 331. n. 42. poſt princ. verſ. ait iſto caſu. lib. 3.*

E P I T O M E.

Societas an diſſoluatur quo ad omnes per mortem naturalem, & ciuilem, & ingreſſum monaſterij vnius ex ſocijs. ¶ Et quando tranſeat ad hæredes, cum lucris, & actionibus, tàm actiuis, quàm paſſiuis. ¶ Et quid ſtante iuramento, & clauſula, & eorum quemlibet inſolidum. ¶ Et an poſſit renouari per alios ſuperſtites, itaut ſit eadem cum prima. ¶ Mors quando diſſoluat negonegotia præterita. ¶ Executio inſtrumenti, an detur pro illis, quæ in eo non leguntur, ſed virtualiter continentur, & in conſequentiam neceſſariam veniunt. ¶ Iudex declarans aliquem debitorem an cenſeatur etiam eum condemnare ad ſoluendum debitum. ¶ Actio vna quando contineatur ſub alia. ¶ Conuentio inter ſocios, vt ſiat æqualis diuiſio finita ſocietate, an operetur, vt competat eadem via executiua pro reddenda ratione adminiſtrationis, quæ competebat ex pacto diuiſionis. ¶ Reſtitutio rei mutuatæ, an inſit de natura mutui, quamuis non ſit expreſſa. ¶ Confeſſio receptionis dotis, an includat reſtitutionem illius, & augmenti dotalis. ¶ Deſcriptio rei in æſtimo facta per fratrem communi nomine aliorum fratrum, an transferat in eos dominium. ¶ Et quid in re communiter empta. ¶ Societas generalis, & vniuerſalis ex quibus inducatur. ¶ Acquiſitum nomine proprio, quando ſit communicandum ſocijs. ¶ Futuræ acquiſitiones an veniant in ſocietate. ¶ Promittens reſtituere granum cum intereſſe, an teneatur ad intereſſe quanti plurimi ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa reſtitutio. ¶ Officia empta per patrem filijs, an eis acquirantur, ſi poſtea fuerit facta deſcriptio in eorum perſonam, quamuis nulla interuenerit traditio. ¶ Iuſiurandum quando ſuppleat conſenſum, & trahatur ad ſpecialia.

S V M M A R I V M.

1 *Societas diſſoluitur per mortem vnius ex ſocijs, nec tranſit ad hæredes. Intellige vt n. 2. & 3. & quid ſtante iuramento. n. 4. 9. & 10.*

5 *Iuſiurandum non ſupplet conſenſum, vbi lex illum non præſumit.*

6 *Iuramentum generaliter præſtitum non trahitur ad ea, quæ debent ſpecialiter exprimi.*

7 *Societas per obitum vnius ſocij diſſoluitur, quo ad omnes, quamuis ſit contracta inter plures,*

pluresſ, & eorum quemlibet inſolidum. n.8.

11 *Mors ciuilis diſſoluit ſocietatem, prout etiam ingreſſus religionis Capucinorum, cuius regula eſt incapax bonorum in particulari, & in communi. n.12. & 13.*

14 *Ingrediens religionem tranſit in poteſtatem Superioris.*

15 *Idem iudicatur de religione ſuperueniente, quod de ſeruitute, quæ ſuperuenit.*

16 *Societas extincta per mortem vnius ex ſocijs non dicitur eadem, ſi alij ſocij continuant in ſocietate, ſed eſt noua, & agendum eſt vigore talis renouationis, quæ intelligetur facta cum conditionibus veteris ſocietatis. n.17. & 18.*

19 *Lucra, & omnes actiones poſt finitam ſocietatem tranſmittuntur ad hæredes, neque mors diſſoluit negotia præterita. n.20.*

21 *Promiſſio ſocij de obſeruando contractum obligat hæredem, quamuis ſocietas per mortem illius ſit diſſoluta. n.22.*

23 *Tempus non eſt modus ſoluendæ obligationis, niſi poſtquam fuerit inducta legitima præſcriptio.*

24 *Executio inſtrumenti an competat etiam pro illis, quæ in eo non leguntur, ſed virtualiter, & ex iuris interpretatione continentur.*

25 *Conuentio inter ſocios, vt fiat æqualis diuiſio finita ſocietate detractis pecunijs poſitis pro capitali, operatur, vt competat via executiua pro reddenda ratione adminiſtrationis ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa diuiſio. n.26.*

27 *Ratio adminiſtrationis eſt neceſſarium antecedens ad petendam diuiſionem.*

28 *Conſequens neceſſarium ad antecedens, & è contra venit etiam in materia ſtricta, vt in ſententia, diſpenſatione, & ſimilibus.*

29 *Iudex declarans aliquem debitorem cenſetur eum condemnare etiam ad ſoluendum debitum. Idem in declaratione bonorum hypothecatorum, & condemnatione furis.*

30 *Stipulatio comprehendit omnia quæ ex mente contrahentium intelliguntur, quamuis ex verbis non concipiantur, ſubaudiendo actionem, & perſonam.*

31 *Societas eſt contractus bonæ fidei.*

32 *Actio vna ſub alia continetur, quando non datur ſeparatio.*

33 *Expreſſum dicitur, quod venit ex mente contrahentium.*

34 *Maritus, qui confeſſus fuit ſe recepiſſe dotem, poterit conueniri executiuè pro reſtitutione eiuſdem dotis, & augmenti dotalis ex eodem inſtrumento confeſſionis, quamuis non fuerit expreſſa reſtitutio. n.35.*

36 *Promittens reſtituere granum cum intereſſe tenetur ad intereſſe quanti plurimi ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa reſtitutio.*

37 *Quod venit virtualiter, & perſuaſiuè ex inſtrumento non comprehenditur in eo, ſecus ſi ex neceſſitate, & inſeparabiliter. n.38.*

39 *Conſequentia neceſſaria dicitur, quæ de omni, & ſemper verificatur.*

40 *Reſtitutio rei mutuatæ ineſt de natura mutui, quamuis non ſit expreſſa, & venit ex interpretatione intrinſeca per viam replicationis. n.41. & 42.*

43 *Deſcriptio rei in æſtimo facta per fratrem nomine ſuo, & fratrum transfert dominium omnibus in eo deſcriptis. n.44.*

45 *Officia empta per patrem filys ſunt eis acquiſita, ſi poſtea in literis fuerit facta deſcriptio in perſonam eorum, quamuis nulla interuenerit traditio.*

46 *Frater locans domum communi nomine omnium fratrum an eis aliquid acquirat.*

47 *Societas generalis ex quibus inducatur. n. 48. & 52.*

49 *Acquiſitum per vnum ex fratribus nomine proprio eſt communicandum actione pro ſocio.*

50 *Fraus, & dolus non præſumitur.*

51 *Præpoſitus adminiſtrationi ſocietatis debet acquirere ſocijs etiam non negociantibus.*

53 *Futuræ acquiſitiones veniunt in ſocietate generali, quamuis non adeſſet aliqua conuentio.*

54 *Domus empta pro vnum ex fratribus nomine omnium fratrũ acquiritur omnibus.*

CAP. DCCCLII.

SOcietas diſſoluitur per mortem natura-
1 lem vnius ex ſocijs,† neque ad hæredem
tranſit *l. verum. 64. §. fin. l. actione. 66. §.
morte. ff. pro ſocio. l. furti. 6. §. mandati.
verſ. illud plane. ff. de ijs qui notant. infam.
Rom. conſ. 106. viſo themate. n. 3. Dec. conſ.
441. præſens conſultatio. n. 1. poſt Bart.
conſ. 48. n. 1. lib. 2. Honded. conſ. 85. n. 16. lib. 1.*
Et quamuis adſint plures ſocij, & vnus tantum
moriatur, non tamen remanet ſocietas,
2 quo ad ſuperſtites, † quia reſpectu omnium
dicitur ſocietas diſſoluta, niſi aliud eſſet
conuentum inter contrahentes, quod deberet
continuari cum ſuperuiuentibus *Gloſ.
in §. ſoluitur. inſtit. de ſocietat. Bald. conſ.
448. lib. 4. Ruin. conſ. 91. in princ. & n. 6.
in fin. lib. 1. Alex. conſ 60. n. 1. lib. 7. & conſ.
136. n. 1. in fin. lib. 5. Vbald. de duob. fratrib.
p. 11. n. 2. ad med. tom. 6. p. 1. fol. 163. Dec.
conſ. 212. viſis his quæ accuratè. col. 2. in
princ. verſ. idcirco cum finita. Surd. conſ.
20. n. 15. poſt med. lib. 1. Seraphin. priuileg.
iuram. 57. n. 11. in fin. verſ. ſecundo pondero. Giurb. ſuper conſuetudin. Meſſanen.*
3 *c. 5. gloſ. 3. p. 1. n. 10. fol. 407.* † Vbi etiam,
quod hoc tacitè fieri poterit *Card. Mantic.
de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 6. tit.
24. n. 28. Grat. conſ. 15. n. 7. vſque ad 14.
lib. 1.* vbi quod neque in hoc operabitur iu-
4 ramentum, † cum enim requiratur ſpecialis
conuentio ad effectum, vt duret inter ſuperſtites *d. §. ſoluitur. de ſocietat.* tale iuſiurandum

O 2

5 randum non ſupplet conſenſum, † vbi lex il-
lum non præſumit *Bart. in l. ſi quis pro ro. in*
princ. col. vlt. in 3. membr. ff. de fidriuſſor.
Maximè, quia iuramentum generaliter præ-
6 ſtitum non trahitur ad ea, † quæ debent ſpe-
cialiter exprimi *Bald. in l. ſed & ſi quis.*
§. quæſitum. ff. ſi quis rautionib. Iaſ. in l.
ſancimus. col. 2. C. de teſtament.

Quæ etiam procedunt, quamuis fuiſſet contra-
cta ſocietas inter plures, & quemlibet co-
7 rum inſolidum, † nam etiam tunc vno mor-
tuo, dicitur diſſoluta quo ad omnes, vt in
ſpecie concludit *Alex. conſ. 60. n. 4. & 5. lib. 4.*
vbi quod dicta clauſula generalis in ſolidum
reſtringitur ad naturam ſocietatis, & rerum,
quæ ſunt in contractu deductæ *l. ſi ſtipula-*
tus. in princ. ff. de vſur. Bald. in l. à pro-
curatore. C. mandat. & in rubr. C. de con-
8 *trabend. empt. q. 1.* † Et per conſequens in-
telligetur, vt reſpectu exercitij, & negocia-
tionis quilibet promiſerit in ſolidum exer-
cere durante ſocietate, ſecus ea finita, tunc
enim non durat amplius negotiatio, neque
obligatio ad negotiandum *l. adeo. in princ.*
ff. pro ſocio. l. 4. §. diſſociamur. ff. eod. tit.

Et licet in contractu ſocietatis eſſet interpoſi-
tum iuramentum, non tamen illud efficit,
9 vt per mortem † vnius remaneat ſocietas in
alijs, iuxta veriorem opinionem, de qua
teſtatur *Card. Mantic. de tacit. & ambig.*
conuentionib. lib. 6. tit. 24. n. 19. quidquid
contrarium ſentiant *Surd. Rimin. Gutier. &*
alij relati in addit. ad Seraph. priuil. iuram.
10 *57. n. 2.* † Quia durum eſſet in iudicijs ita
obtinere, vt teſtatur *Idem Seraph. d. priuil.*
57. in fin. Menoch. conſ. 12. n. 9. Oſaſc. deciſ.
76. n. 6. & deciſ. 150. n. 1. Aim. conſ. 875. n. 2.
cum alijs per *Giurb. ſuper conſuetud. Meſ-*
ſanen. c. 5. gloſ. 3. p. 1. n. 23. fol. 409.

Idem eſt in morte ciuili, ideſt in maxima, & me-
11 dia capitis diminutione, † quæ faciunt, vt
quis habeatur pro mortuo, ſiue libertas, &
ciuitas amittatur, ſiue ciuitas tantum, vt
latè comprobat *Card. Mantic. de tacit. &*
ambig. conuentionib. lib. 6. tit. 24. n. 1. vſque
ad 8. iuxta *l. 4. §. diſſociamur. l. verum.*
§. vlt. l. actione. §. morte. & §. publicatione.
ff. pro ſocio. Vbald. de duob. fratrib. p. 11.
n. 1. tom. 6. p. 1. fol. 163.

Ex prædictis colligitur reſolutio primi dubij,
quod ſicut morte naturali, & ciuili vnius ex
12 ſocijs eſt diſſoluta ſocietas, † ita etiam idem
erit per ingreſſum religionis Capucinorum
S. Franciſci, cuius regula eſt incapax bono-
rum tàm in particulari, quàm in communi
clem. exiui. de verbor. ſignificat. Concil.
Trident. ſeſſ. 25. c. 3. de regularib. Et conſe-
quenter per talem ingreſſum, quis habetur
pro mortuo, quamuis enim non adſit mors
13 naturalis, † tamen ad iſtum effectum illi
æquiparatur, & habetur pro morte naturali,
vt latè comprobat *Hondrd. conſ. 62. n. 18.*
vſque ad 28. lib. 1. iuxta *c. placuit. 16. q. 1.*
l. deo nobis. C. de epiſcop. & cleric. Bart. in
tract. minoricar. lib. 4. diſtinct. 3. c. 1. n. 8.
Caſtr. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 2.
n. 2. ff. ad trebellian. Quod etiam ſequitur
14 *Felic. de ſocietat. c. 33. n. 9. cum ſeq.* † vbi
quod ingrediens religionem tranſit in pote-
ſtatem ſuperioris *Bart. in l. patre furioſo.*
ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Et idem
15 iudicatur de religione ſuperueniente, † quod
de ſeruitute ſuperueniente *Dec. in c. deter-*
nimus. ante fin. verſ. & quia religioſus. &
verſ. & ex iſta æquiparatione etiam infer-
tur. n. 8. de iudic. & in c. bonæ memoriæ. n. 3.
de appellat. Innoc. in c. cum olim. de priuileg.
Bald. in l. 2. ad fin. C. de ſentent. Bart. in
l. 1. ff. de ſtipulat. ſeruor. & in l. cum hære-
des. ff. de acquir. poſſeſſ.

Colligitur etiam ex prædictis reſolutio ſecun-
di dubij, quod cum ſocietas ſit diſſoluta per
ingreſſum religionis vnius ex ſocijs, ſicut per
mortem ciuilem, & naturalem etiam quo ad
16 omnes alios ſocios ſuperſtites, † non poterit
dici, quod ſit eadem ſocietas, ſi ijdem ſocij,
qui remanſerunt in tali ſocietate diſſoluta
continuarunt idem negotium inter eos, ſed
intelligetur tacitè renouata, & virtute huiuſ-
modi tacitæ renouationis agendū erit *l. pla-*
nè. l. nemo. l. ſi titium. ff. pro ſocio. Bart. in
l. ſi id quod. §. ſi filius. ff. eod. Abb. conſ. 87.
lib. 2. Decian. conſ. 22. n. 11. 17. & 18. lib. 3.
Hondrd. conſ. 85. n. 26. lib. 1. Seraph. priuil.
iuram. 57. n. 12. verſ. nunc videamus. fol. 267.
17 vbi quod tunc erit noua ſocietas, † non per-
ſeueratio veteris, & eſt opus nouo conſenſu,
neque enim poteſt perſeuerare quo ad ſuper-
ſtites *Vbald. de duob. fratrib. p. 11. n. 2. ad*
fin. verſ. niſi nouo conſenſu. tom. 6. p. 1. fol.
163. Magon. deciſ. Florent. 1. n. 3. Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 6. tit. 24. n. 29. Oſaſc. deciſ. 150. n. 3. & 4.
Mancin. de iuram. effect. 198. n. 3. p. 4. Giurb.
ſuper conſuetud. Meſſanen. c. 5. gloſ. 3. p. 1.
18 *n. 17. fol. 407.* † Et talis renouatio ſocietatis
intelligetur cum eiſdem pactis, & conditio-
nibus, & qualitatibus, cum quibus à princi-
pio fuit ordinata *Dec. conſ. 548. viſa conſul-*
tatione. n. 4. Honded. conſ. 85. n. 27. lib. 1.

Ex quibus etiam patet deciſio tertij dubij, quod
videlicet hæredes tam eius, qui eſt ingreſſus
religionem, quam aliorum fratrum, & ſo-
ciorum defunctorùm, poterunt etiam hodie
agere in vim inſtrumenti ſocietatis initæ in-
ter dictos ſocios, & fratres pro ratis exiſten-
tibus tempore diſdictæ eiuſdem ſocietatis,
19 cum diſſoluta ſocietate, lucra, † & commoda,
& emolumenta omnia ad hæredes tranſmit-
tantur, cum quibus illa debent communica-
ri, quia mors non diſtrahit negotia præteri-
ta *l. verum. §. in hæredem. ff. pro ſocio. Bald.*
conſ. 77. n. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 90. n. 11. &
conſ. 91. n. 11. lib. 1. & conſ. 216. n. 1. eod. lib.
Rim. Iun. conſ. 52. n. 114. Theſaur. deciſ. 242.
n. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uen-

Digitized by Google

uentionib. lib. 6. tit. 24. n. 31. Giurb. ſuper
conſuetud. Meſſanenſ. c. 5. gloſ. 3. p. 1. n. 20.
fol. 407. Carpan. ſuper ſtatut. Mediolan. c.
483. n. 91. Honded. conſ. 85. n. 24. lib. 1.

Prout paſſim ſocietate extincta, ſiue per mor-
20 tem, ſiue per alium modum, † omnes actio-
nes ex eadem ſocietate prouenientes tran-
ſeunt ad hæredes actiuè, & paſſiuè l. 3. ff. pro
ſocio. l. verum. §. in hæredis. ff. eod. tit. Bald.
conſ. 86. n. 1. lib. 2. Alex. conſ. 34. n. 4. lib. 2.
Pariſ. conſ. 72. n. 39. lib. 1. Vbald. de duob.
fratrib. p. 5. n. 32. & p. 11. n. 3. Corn. conſ. 122.
lib. 1. Giurb. ſuper conſuetud. Meſſanen. c. 9.
gloſ. 12. p. 1. n. 4. fol. 611. Gutier. lib. 3. pract.
quæſt. c. 10. n. 42.

Et cum in inſtrumento ſocietatis fuerit per ſo-
cios promiſſum ad inuicem, & viciſſim om-
21 nia attendere, † & obſeruare, & non contra-
facere ſub quouis prætextu, colore, & occa-
ſione, cum clauſulis ampliſſimis, & iuramen-
to, & obligatione camerali roboratis, hære-
des tenebuntur vigore iſtius promiſſionis ad
obſeruantiam contractus actiuè, & paſſiuè,
quamuis enim ſocietas ad eos non tranſeat,
ſed morte fuerit diſſoluta, tamen aliud eſt
quo ad præſtationem portionis vnicuique
tangentis, & quo ad alia promiſſa in contra-
ctu ſocietatis, quæ debent adimpleri per hę-
22 redes, † ſicut per ipſum defunctum, quamuis
etiam de eis nulla eſſet facta mentio l. ſi ſic.
vbi Gloſ. & Bart. ff. de verb. obligation. l.
nemo. ff. pro ſocio. Aret. in §. ſoluitur. n. 2.
inſtit. eod. tit. Alex. conſ. 13. perſpectis. lib. 5.
& conſ. 18 attentis. eod. lib. Corn. conſ. 71. &
conſ. 121. lib. 1. & Dec. conſ. 212. viſis his quæ
accuratè. col. 3. poſt med. n. 6. & col. 4. ad
med. verſ. & hoc in ſimili caſu & fortiori.
Cioffus conſ. 30. n. 2. lib. 2.

Et in portione ſocietatis, & in alijs iuribus ſpe-
ctantibus ad ſocium, qui eſt ingreſſus reli-
23 gionem, & ſucceſſiuè ad eius hæredes † po-
terit mater ingreſſi petere ſatisfactionem
pro ſua legitima, prout etiam ſoror pro vſu-
fructu ſibi debito, non obſtante, quod permi-
ſerint labi tempus poſt profeſſionem factam
per religioſum, cum ſemper ſciuerint ius ea-
rum durare, tanquam tempus non ſit modus
ſoluendæ obligationis, niſi poſtquam fuerit
legitima præſcriptio inducta, quæ in caſu
noſtro non verificatur l. obligationum ferè.
43. §. placet. ff. de action. & obligationib. l.
ſi certis annis. C. de pact. l. libertis. la 2. §. 1.
ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. quæ
dotis. n. 4. ff. ſolut. matrimon. Surd. conſ. 302.
n. 13. lib. 3. & latius de aliment. tit. 1. q. 43.
n. 93. & 94.

In eadem cauſa fuit dubitatum, An executio
inſtrumenti competat etiam pro illis, quæ in
eo non leguntur, ſed virtualiter, & ex iuris
24 interpretatione continentur, † Et quidem
huiuſmodi quæſtio eſt difficilis propter va-
rietatem Doctorum, qui hinc inde firmant
concluſionem, & ob multas deciſiones Rotæ,
quæ adducuntur, itaut non facilè ſit diſcer-
nere, quæ opinio ſit verior, & magis rece-
pta, vt patet ex multis, de quibus per Do-
ctores in c. tranſlato. vbi Dec. n. 4. Felin. n. 3.
de conſtitution. Oſaſc. deciſ. 129. n. 3. & 16.
Rot. diuerſ. deciſ. 741. n. 11. p. 1. latè Cum. ad
rit. magn. cur. c. 6. n. 66. cum ſeq. Gagnol. in
l. cum quid. n. 31. ff. ſi cert. petat. Tiraq. de
legib. connubial. gloſ. 5. & 7. Anton. Gama
deciſ. 51. n. 8. & 206. Mancin. de iuram. p. 4.
effect. 196. n. 412. cum alijs latiſſimè adductis
per Ruginell. practicar. quæſtion. c. 20. n. 1.
vſque ad 27. & dixi latè ſupr. c. 37. n. 34. cum
ſeq. & c. 115. n. 24. & 27.

Verum in caſu, de quo agimus, crederem poſſe
defendi, quod ſtante inſtrumento exhibito,
25 fratres in eo nominati, † & præpoſiti ad ne-
gotiandum principaliter, vigore eiuſdem in-
ſtrumenti, & obligationis cameralis in eo
appoſitæ poſſint cogi ad reddendam ratio-
nem adminiſtrationis, non autem, quod ſit
agendum alia via ordinaria, tanquam non
fuerit de hoc conuentum in eodem inſtru-
mento; Etenim quod inter iſtos fratres ſit
contracta ſocietas de trafico, & negotijs Vr-
bis non controuertitur, cum clarè hoc lega-
tur, & expreſſis verbis in tribus capitulis in
dicto inſtrumento inſertis cōtineatur, immo
etiam ſpecialiter fuit conuentum, quod non
poſſit prouocari ad diuiſionem viuēte patre
omnium fratrum, & ſociorum, cum deputa-
tione Sebaſtiani vnius ex dictis fratribus, qui
debeat eſſe caput negotiationis, & vlterius,
quod eueniente caſu diuiſionis, quando Deo
placuerit, detractis ſcutis quatuor mille, &
medietate fructuū reſeruata Sebaſtiano, om-
ne & totum illud, quod reſtabit de præfatis
mercaturis, & trafico Vrbis debeat æquali-
ter, & communiter diuidi inter ipſos quin-
26 que fratres, † ex quibus verbis clarè colli-
gitur, quod in hac conuentione eſt etiam ex-
preſſa non ſolum virtualiter, ſed etiam ex
neceſſitate redditio rationum adminiſtratio-
nis, cum non poſſit ſciri, quid remaneat in
trafico diuidendo, & æqualiter inter ſocios
diſtribuendo, detractis dictis ſcutis quatuor
mille, cum medietate fructuum, niſi prius
fiant computa, & reddatur ratio adminiſtra-
tionis per eos, qui ſe in huiuſmodi negotia-
tione ingeſſerunt, adeo vt ſtante tali neceſſi-
tate redditionis rationum, quæ debet præ-
cedere diuiſionem inter ſocios æqualiter fa-
ciendam, concludendum ſit, quod poſſit agi
via executiua inſtrumenti ad iſtam rationem
27 reddendam, † ſicut eadem via poteſt agi ad
diuidendum, tanquam ſit neceſſarium conſe-
quens ad antecedens, & veniat ad neceſſa-
riam poſitionem illius, & è contra l. 1. §. fin.
ff. ſi vſusfr. petat. l. obligationum ferè. §. pla-
cet. ff. de actionib. & obligat. l. fundum ſub
conditione. §. 1. ff. de legat. 1. Surd. conſ. 91.
28 n. 4. lib. 1. & conſ. 201. n. 12. lib. 2. † quod
etiam procedit in materia ſtricti iuris, prout

in ſententia,diſpenſatione,& ſimilibus *Aim.*
conſ.79.n.4. vbi multis exemplis comprobat
de Iudice declarante quem eſſe debitorem,
29 qui in neceſſariũ conſequens † cenſetur eum
condemnare ad ſoluendum debitum,& ſi de-
clarat bona eſſe hypothecata, intelligitur
condemnare reum ad eorum reſtitutionem,
& ſi in ſententia dicit Titius furtum commi-
ſit, ex hoc cenſetur eum condemnare ad pœ-
nam ſtatuti pro furto *Ang. conſ. 257. col. pe-*
nult. in fin. verſ. ſupereſt autem videre:
Socin. conſ. 134. col.3. lib. 1. Aret. conſ.156.
col.9. Cret. in l. gallus. §. & quid ſi tantum.
col. 31. ff. de liber. & poſthum. Surd. deciſ.
278. n.17. Ruin. conſ. 153. n.14. lib.4. Me-
noch. conſ.478. n.31. lib.5.

Quod magis eſt dicendum, quia alias reddere-
tur inutilis ſtipulatio, & conuentio diuiſio-
nis, & diſtributionis æqualis de eo,quod re-
manet inter fratres, cum enim illa non poſ-
ſit fieri, niſi prius conſtet, quid aliquis ſo-
ciorum fecerit de bonis ſocialiter admini-
ſtratis, vt ſupra dictum eſt, hoc ceſſante,
30 ceſſabit etiam diuiſio, † cum tamen ad eui-
tandam hanc incertitudinem,& inutilitatem
pacti, ſemper includatur, & ſit compræhen-
ſum in ſtipulatione quidquid ex mente con-
trahentium intelligitur, quamuis ex verbis
non ita concipiatur, admittendo ad hunc ef-
fectum etiam coniecturalem interpretatio-
nem, & ſubaudiendo nedum actionem, ſed
etiam perſonam in ſtipulatione non nomina-
tam, vt benè per *Card. Mantic. de tacit. &*
ambig. conuention. lib. 3. tit. 11. n. 22. vbi
quod multò magis hoc procedet in contra-
31 ctibus bonæ fidei, † in quibus de bono, &
æquo benignior debet fieri interpretatio,
prout eſt caſus noſter *l. conſenſu. ff. de actio-*
nib. & obligationib.

Et quidem ſtante huiuſmodi inſeparabilitate,
quæ adeſt inter diſtributionem æqualem in-
ter ſocios de eo, quod ſupereſt, facta diui-
ſione, & rationem adminiſtrationis, quàm
32 debent reddere ſocij, † dicendum eſt, quod
non erat facienda alia expreſſio, cum vna
actio ſub alia contineatur, itaut vna conceſ-
ſa, cenſeatur etiam conceſſa altera, quæ
non recipit ſeparationem *Bart. in l. quiſ-*
quis. n. 11. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.
Rip. in l.1. §. ſi quis ita. n. 39. in fin. ff. de
verbor. obligat. Iaſ. conſ. 185. in fin. lib.2.
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 6. n.
44. & 45.

Quibus additur, quod omne illud, quod colli-
gitur ex mente contrahentium ſatis dicitur
33 expreſſum, † quamuis expreſſio requireretur
pro forma, & materia eſſet ſtricta *Aim.conſ.*
149. n.11. Tiraq. ad 16. leg. connubial. gloſ.
7. n.149. Cephal. conſ.152. n. 76. lib.1. Surd.
deciſ.253. n.39. cum alijs adductis *ſupr. cap.*
37. n.46. & 47. & c.115. n.27. cum ſeq.

Quare maritus, qui confitetur in inſtrumento
ſe recepiſſe centum pro dote, poterit exe-
cutiuè conueniri pro reſtitutione dictæ do-
34 tis ex eodem inſtrumento, † quãuis expreſsè
non promiſerit illam reſtituere *Alex. conſ.*
126. lib.6. Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. marcel-
lus. ff. de iureiur. quem textum multum no-
tandum tanquam ſingularem dicit *Soarez. in*
l. poſt rem iudicatam. in 2. extenſione. ff. de
re iudicat. dixi ſupr. c. 115. n. 27. vſque
35 *ad 32.* † Et prædicta procedunt tam in reſti-
tutione dotis, quàm augmenti dotalis,& do-
nationis propter nuptias, etiam ſi augmen-
tum eſſet factum ex interuallo, pro quò da-
bitur eadem actio executiua ex inſtrumento
receptionis dotis, quamuis nulla promiſſa
fuerit reſtitutio, prout latè comprobat *Cu-*
mia. ſuper Ritib. magn. Cur. c.60. n.88. cum
alijs per *Rugin. pract. quæſtion. c. 20. n. 13.*

Ideò etiam promittens reſtituere granum cum
expenſis, & intereſſe, ſi in tempore non re-
ſtituit, poteſt cogi ad reddendum frumen-
36 tum quanti plurimi, † licet de iſto quanti
plurimi, nihil in inſtrumento fuerit dictum
Oſaſc. deciſ. 129. n. 16. Ruginell. practic.
quæſtion. c. 20. n. 9. vbi *in fin.* ampliat ad
quodcumque aliud intereſſe, pro quo exe-
cutiuè agi poterit, ſicut pro ipſa ſorte prin-
cipali *Bald. in l. ſi traditio. q.4. C. de actio-*
nib. empt. Ruin. conſ.141. n.9. ad fin. lib.1.
Cum. ſuper ritib. magn. Cur. c.6. n.9.

Ex quibus tolluntur contraria,quæ procedunt,
quando aliquid venit intellectualiter, & per-
37 ſuaſiuè ex inſtrumento, † non autem ex ne-
ceſſitate, & inſeparabiliter, vt dictum eſt,
& declarat *Galleſ. ad form. obligat. cameral.*
tit. de vi inſtrum. obligat. camer. n.12. poſt
med. alias eſt q. 31. in noua edit. vbi ex hoc
38 infert ad *Statutum Vrbis lib.1. c.75.* † di-
ſponens, quod publica inſtrumenta manden-
tur executioni, reiectis omnibus exceptio-
nibus,præterquam ſolutionis &c. tunc enim
dabitur executio etiam pro illis, quæ non
leguntur ex littera, ſed colliguntur ex intel-
lectu ex virtute, & conſequentia eorum,quæ
ſcripta ſunt, ſiue talis conſequentia veniat
ex rei natura,ſiue ex iuris diſpoſitione, dum-
modo ſit conſequentia neceſſaria, ideſt quæ
39 de omni, & ſemper verificetur, † quidquid
aliud ſit, quando ſtatutum ſe reſtringeret ad
tenorem expreſſum inſtrumenti, & huiuſ-
modi diſtinctio eſt approbata, vt per *Man-*
cin. de iuram. par. 4. effect. 196. n. 5. Thob.
conſ.70. n. 2. poſt Felin. in c. tranſlato. n. 5.
verſ. ſecundus caſus. de conſtitutionib.

Additur deciſ. *Rot. coram R. P. D. Orano Ro-*
mano de Coſcerris 13. Ianuar. 1599. impreſſ.
poſt tractat. de obligat. Camer. deciſ. 111. n.16.
40 vbi concluditur, † quod probato mutuo, &
promiſſa illius obſeruantia in inſtrumento,
ineſt de natura mutui ipſius rei mutuatæ in
genere reſtitutio promiſſa *l. cum quid. vbi*
Bart. ff. ſi cert. petat. Aret. inſtit. quib. mod.
41 *re contrahit. obligat. in princ. n. 1.* † Itaut
hoc non veniat ex interpretatione extrinſe-
ca,

ca, ſed intrinſeca per viam replicationis,
nam tunc agitur pro reſtitutione mutui in
vim apochæ, in qua mutuum enunciatur, &
obſeruantia illius promittitur, & dum exci-
pitur, quod talis obſeruantia non continet
reſtitutionem mutui, ſubuenitur actori re-
plicanti, contineri ex natura contractus, vel
ex interpretatione iuris, in qua replicatione
intrat obligatio cameralis, & via executi-
42 ua, prout in caſu noſtro, † in quo ago ad red-
dendum rationem via executiua, contra
quod excipitur, quod non continetur in in-
ſtrumento, ad quod replicatur contineri ne-
ceſſario ex natura contractus; tunc enim ad
hunc effectum iuuabit talis replicatio *Rot.
d. deciſ. Romana de Coſteris. verſ. probato
enim mutuo. coram R. P. D. Orano.*

Quò verò ad tertiam partem domus, de qua in
eadem cauſa dubitabatur, concludendum
eſt illam fuiſſe cõmunicatam alijs fratribus,
non obſtante, quòd fuerit empta per Seba-
ſtianum nomine proprio, cum illis ſit acqui-
ſita talis portio, quemadmodum fuerunt ac-
quiſitæ aliæ duæ portiones eiuſdem domus
emptæ per dictum Sebaſtianum communiter
pro omnibus fratribus, etenim in calculis
inter eos factis fuit tota domus per eumdem
Sebaſtianum deſcripta, & poſita tanquam
43 communis, † ex qua deſcriptione colligi-
tur, vt dominium ſit omnibus acquiſitum
ſicut illi, quem tenor inſtrumenti deſignat,
quamuis res non fuerit tradita *Bart. in l.
rura & poſſeſſiones. n. 1. C. de omn. agr. de-
ſert. lib. 11. Menoch. conſ. 222. n. 46. cum ſeq.
lib. 3.* cum alijs adductis *ſupr. c. 539. n. 2.*

Cum præſertim ſimus inter coniunctas perſo-
nas, inter quas talis deſcriptio magis indu-
44 cit donationem, † & dominij acquiſitionem
*Bart. in l. qua dotis. 34. col. 3. poſt med. verſ.
quæro vlterius. n. 32. ff. ſolut. matrim.* iuxta
*l. filia. C. famil. erciſcund. l. 2. C. ſi quis
alter. vel ſib. Bero. conſ. 178. n. 9. & 10. lib. 2.
Theſaur.* qui de communi *q. 57. n. 5. lib. 1.*

Prout dicimus de officijs emptis per patrem,
quæ dicuntur filijs acquiſita, ſi poſtea in lit-
teris in eorum perſonam fuit facta deſcri-
45 ptio, † quæ habet vim traditionis, tanquam
non poſſit conſiderari meliori modo tradi-
tio, & effectuatio translationis dominij,
quam deſcribendo nomen eorum, in quos
volumus transferri dominium, quamuis
enim non interueniat traditio vera, nihilu-
minus illa deſcriptio habet vim traditionis
fictæ, quæ idem operatur, quod vera *Ang. in
l. 2. C. de dot. caut. non numerat. Dec. conſ.
146. pro teuui. n. 13. Alex. conſ. 147. n. 5. ad
fin. lib. 5. Becc. conſ. 156. n. 13. lib. 2.* dixi *ſupr.
c. 530. n. 1.*

Quæ voluntas magis comprobatur per loca-
tiones poſtea ſubſecutas de tota domo no-
46 mine Sebaſtiani, & omnium fratrum, † quæ
fuerunt effectuatæ, ideo magis faciũt, & pro-
bant ad fauorem eorum, pro quibus fuerunt
*factæ c. inter dilectos. de fid. inſtrumentor.
Gloſ. in l. qui vniuerſas. §. qui per colonum.
ff. de acquir. poſſeſſ. Natt. conſ. 672. n. 20.
Menoch. de retinend. poſſeſſ. rem. 3. n. 572.
Cardin. Seraph. deciſ. 896. n. 2. & deciſ. 1200.
n. 1. Rot. deciſ. 639. n. 6. p. 2. in recentiorib.*

Additur, quod vigore inſtrumenti exhibiti vi-
detur inter iſtos fratres inducta generalis
47 ſocietas omnium acquiſitorum, † & acqui-
rendorum in Vrbe *Menoch. conſ. 122. n. 4.
vſque ad 8. lib. 2.* Dum in eodem inſtrumento
n. 1. & 2. exprimitur *capitale, traffico, mer-
cantie, & robbe, & hauere di Roma.* ¶ Et
poſtea *n. 3. accommuna tutto il traffico, capi-
tale, mercantie, & robbe, che hà poſſede, &
gode in Roma, & vuole che tutti li fratelli
habbino, & godino tutte le ragioni, & attioni
ſopra detto valſente, & hauer di Roma, che
poſſino competere all'iſteſſo Sebaſtiano, reſer-
uatoſi ſolo quattro mila ſcudi ſopra il val-
ſente, & hauer di Roma.* ¶ Et deinde *n. 9.
& 10. tutto quello che reſta delle mercantie
predette, & traffico di Roma ſi habbia da
diuidere communemente, & egualmente tra
eſſi fratelli, dechiarando che detta concordia
s'intenda fatta ſolamente ſopra le robbe, &
traffico loro di Roma preſenti, & futuri ſino
48 al dì della diuiſione.* † Ex quibus verbis non
poteſt negari ſocietas generalis bonorum
Vrbis etiam futurorum, adeo vt, cum pars
domus, de qua agimus, fuerit acquiſita per
Sebaſtianum in Vrbe, debeat inter fratres
communicari, iuxta conuentionem, quod
concordia intelligatur etiam de acquirendis
49 in futurum, † ideo quamuis aliquid acqui-
ratur per vnum ex fratribus nomine proprio
tamen talis acquirens tenetur communicare
actione pro ſocio *Bald. in l. 1. ad fin. C. ſi
quis alter. vel ſib. Caſtr. conſ. 349. ex dic.
col. vlt. in fin. verſ. ſed illud. lib. 1. Alex.
conſ. 78. poſt princ. verſ. & per hoc patet
non obſtare. n. 1. in fin. lib. 2. Menoch. conſ.
121. n. 4. lib. 2. & conſ. 122. n. 17. vſque ad 21.
50 eod. lib. Aim. conſ. 159. n. 2.* † vbi quod alias
eſſet præſumere dolum, & fraudem, quod
voluerit ſocietatẽ fraudare, & ſibi acquirere
illud, quod ad ſocietatem Vrbis generalem
pertinebat, quod non eſt præſumendum
*l. merito. ff. pro ſocio. l. quoties. §. qui dolo.
ff. de probationib. c. fin. de præſumptionib.*

Maximè, quia Sebaſtianus fuit præpoſitus ca-
put, & Gubernator cum omnimoda diſpo-
ſitione omnium agendorum, vt in inſtrumẽ-
51 to. *n. 7.* † quod facit, vt magis voluerit pro-
ſpicere ſocietati, & ad commune commo-
dum omnia in Vrbe acquirere, prout calcu-
lando poſtea cum fratribus, & acquiſita no-
mine proprio ponendo, & deſcribendo com-
muniter dicitur ſatis ſuam voluntatem de-
claraſſe, quod tanquam caput ſocietatis verè
illi, & non ſibi acquiſiuit, prout debebat fa-
cere negotiando communi nomine, & lucra
in communi ponendo, quamuis alter non ne-
gotia-

Digitized by Google

gotiaretur *Alex.conſ.37. col.2. verſ. & idem eſſet dicendum. lib.4. Socin. conſ. 160. col.2. verſ. & ſi dicatur. & conſ. 192. col. 2. in fin. verſ. quinimmo etiam. lib.2. Aim. conſ. 159. n. 3.*

Neque obſtat, quod non ſimus in ſocietate
vniuerſali omnium bonorum, cum illa vi-
deatur reſtricta ad Drogariam, & artem al-
52 bam, † quia ex lectura inſtrumenti aliud col-
ligitur, cum *n. 3. & 10.* communicetur *tutto
l'hauere, robbe, & valſente di Roma tanto
preſenti, come futuri ſino al giorno della
diuiſione*, quæ verba ſunt generalia, & in-
cludunt omnia bona Vrbis, de quibus modo
agimus, quamuis enim non ſimus in vniuer-
ſitate omnium, & quorumcumque bonorum
vbique exiſtentium, tamen ſatis eſt, quod
ſimus in ſocietate generali omnium bono-
rum Vrbis, in qua debet fieri communica-
tio eorum, quæ in Vrbe ſunt geſta, iuxta
conuentionem, quæ compræhendit etiam
nouas, & futuras acquiſitiones in Vrbe fa-
53 ciendas, † quamuis etiam ceſſante pacto lo-
quente de futuris, ſocietas ad illa quoq; tra-
heretur *l.3. ff. pro ſocio. Rebuff. in l.verbum
oportebit. 8. col. 3. poſt princ. verſ. octauo
limitatur. ff. de verbor. ſignificat. fol.84.*

Et quidquid ſit, non fundatur intentio fratrum
ſuper ſola ſocietate bonorum omnium Vr-
bis; ſed ſuper deſcriptione facta tertiæ par-
tis domus emptæ proprio nomine ad fauo-
54 rum omnium fratrum communiter, † per
quam fuit acquiſitum ius omnibus, quibus
fit deſcriptio in præiudicium deſcribentis
*Aim. conſ.217. n.8. Alex.conſ.10.col.2.verſ.
non probatur etiam. n.5. poſt princip. lib.4.
Corn. conſ. 315. in fin. verſ. & dato quod
appareret. lib. 4. Socin. conſ. 46. col. fin. ad
med. verſ. preterea iſta pars. n.3. lib.3. Ri-
min. Sen. conſ. 130. n. 5. lib. 1. Pariſ. conſ.
55. n.22. lib. 1. Dec. conſ. 21. viſo puncto &
diligenter. n.10. Vbald.de duob. fratrib. p.3.
n. 34. verſ. his tamen non refragantibus. So-
cin. Iun. conſ.61.n.4. lib.3. Port. Imol.conſ.
68. n. 25. poſt med.*

E P I T O M E.

EXceptio inobſeruantiæ quando retardet immiſſionem in poſſeſſionem. ¶ Et an ſit ſupplenda per Iudicem. ¶ Et quo caſu excuſet impedimentum. ¶ Creditor fructuum rei vacantis an poſſit capere poſſeſſionem propria auctoritate. ¶ Et qua actione poſtea conueniatur per hæredem poſtquam adimpleuit adimplenda. ¶ Inſtitutio hæredis quæ bona compræhendat. ¶ Sequeſtrum quando detur propter timorem dilapidationis, & vbi conſtat de poſſeſſione. ¶ Et an concedatur ei, qui non docuit de adimplemento, quamuis peteretur ex non iure rei conuenti, & poſſeſſoris. ¶ Pendente lite ſuper exceſſu fructuum aſſignatorum, an competat manutentio. ¶ Et quando illi poſſint percipi non data facultate petendi ſortem, & non adiecta pœna dationi quantitatis, ſed facto ad onus hæredis. ¶ Scientia procuratoris, quando dicatur ſcientia domini. ¶ Teſtator an poſſit mandare hæredi, vt ſciat cenſum contra Bullam in pecunia non numerata. ¶ Et quando hæres contraueniat præcepto defuncti. ¶ Subſtantia negotij an ſit prius terminanda, antequam deueniatur ad cognitionem qualitatum, & accidẽtium. ¶ Forma quo caſu debeat in totum ſeruari. ¶ Oppoſitio inobſeruantiæ an detur ex diuerſo iure. ¶ Et quid in actibus correſpectiuis. ¶ Et quando dicantur talia. ¶ Cenſus an ſit licitus ſine pecunia, ſi conſtet de vero credito. ¶ Ex quibus verbis colligatur, quod ſolutio non fiat in bonis. ¶ Et quando illa poſſint dari loco pecuniæ, ſi agatur inter coniunctos. ¶ Et quid ſtante iuramento. ¶ Et quo caſu illud ſit ſpecifice ſeruandum. ¶ Interpellatio an ſit neceſſaria in obligatione ad diem incertum. ¶ Legitima, & melioramenta quando ſint ſoluenda in pecunia. ¶ Debitor an ſit expectandus poſt interpellationem. ¶ Et quando ſit concedenda dilatio procuratori abſentis ad illum certiorandum, tam ſi velit agere, quam ſi conueniatur. ¶ Mentio alicuius partis inſtrumenti, an inducat ſcientiam omnium in eo contentorum. ¶ Priuilegium petendi cõpromiſſum quando compræhendat cauſas iuratas. ¶ Et an debeat eſſe cauſa magna, vt recedatur à iuramento. ¶ Dictio ſuper an inducat non ſolum hypothecam, ſed etiam operetur, vt ſolutio facienda in quantitate poſſit fieri in bonis hypothecatis. ¶ Poſſeſſio in quo differat à fructuũ acquiſitione. ¶ Defectus dominij quando impediat immiſſionem. ¶ Aliud pro alio, quo caſu poſſit ſolui Inuito creditore. ¶ Debitum deſcendens ex bonis redactum ad pecuniam, an ſit ſatisfaciendum in bonis.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio inobſeruantiæ impedit omnem actionem, & immiſſionem, & dicitur oppoſita ipſo iure, & eſt ſupplenda per Iudicem quamuis pars non oppoſuerit. Et an obſtet impedimentum. n. 2. 3. 50. 53. 55. & 56.*

4 *Exceptio non implementi eſt litis finitæ, & impedit illius ingreſſum.*

5 *Creditor fructuum rei vacantis poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem illius, quando palam, & non clam fuit ingreſſus, qui poſtea conuenitur ab hærede adimplente ea, quæ debet adimplere, eodem iudicio adipiſcenda.*

6 *Defectus dominij incontinenti probatus impedit immiſſionem. Intellige vt n.7.*

8 *Inſtitutio hæredis non comprehendit bona, quorum diſpoſitio non ſpectabat ad teſtatorem. Declara vt n.9.*

Se-

Digitized by Google

10 *Sequeſtrum non datur quando petitur ab eo, qui non docuit de implemento, quamuis illud peteret ex non iure rei conuenti, & poſſeſſoris. Limita vt n.11.*

12 *Sequeſtratio non conceditur, vbi conſtat de poſſeſſione.*

13 *Suſpicio dilapidationis eſt cauſa præcipua conceſſionis ſequeſtri.*

14 *Poſſeſſio quando differat à fructuum acquiſitione. n.15.*

16 *Pendente lite ſuper exceſſu fructuum non eſt priuandus quis poſſeſſione rei, ex qua dicti fructus debentur, quamuis adſit ſententia ſuper exceſſu, ſi ab ea fuit interpoſita appellatio, per quam ſuſpenditur iudicatũ, & interim conceditur manutentio. n.17.*

18 *Fructus licitè percipiuntur, quando non eſt in poteſtate creditoris, & legatarij petere ſortem principalem.*

19 *Aſſignatio fructuum adiecta facto ad onus debitoris moroſi, non dationi quantitatis eſt licita, & poteſt exigi abſque labe vſurarũ.*

20 Scientia procuratoris quando dicatur ſcientia domini. n.21. 60. & 61.

22 *Teſtator non poteſt facere, vt hæres accipiat pecunias ad cenſum contra formam Bullæ Pij V. neque in hoc tenetur obedire præcepto teſtatoris.*

23 *Hæres adeundo hæreditatem etiam non confecto inuentario non approbat diſpoſita per defunctum, niſi ea, quæ de iure poteſt præcipere. n.26.*

24 *Hæres poteſt impugnare, quæ teſtator contra legem diſpoſuit, prout etiam hoc poſſet ipſemet teſtator. n.25.*

27 *Pro forma requiritur, vt cenſus fiat in pecunia numerata, cui partes non poſſunt renunciare.*

28 *Forma eſt indiuidua, & in totum eſt ſeruanda, itaut ſi recedatur à parte, ſit receſſum à toto, quamuis in minimo recederetur.*

29 *Subſtantia negotij prius eſt terminanda, antequam deueniatur ad cognitionem accidentium, & qualitatum.*

30 *Oppoſitio inobſeruantiæ non datur ex diuerſo iure. Fallit in obligatione correſpectiua, quæ eſt vnica non admittens prius, aut poſterius. n.31.*

32 *Promiſſio correſpectiua intelligitur quatenus hinc inde obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectu cauſæ.*

33 *Correſpectiua ex quibus colligantur.*

34 *Vſufructuarius dicitur ille, cui relinquitur vſusfructus donec viuit, vel quouſque ei aliquid adimpletur.*

35 *Cenſus poteſt fieri ſine pecunia, quando adeſt verum creditum. Contrarium. n.36. & 37.*

38 *Verba realiter, & cum effectu excludunt omnem ſatisfactionem, præterquam in pecunia numerata. n. 39. 40. & 69. Maximè ſi ſint geminata. n. 41.*

42 *Legitima eſt ſoluenda in rebus, & in corporibus hæreditarijs, niſi filius conſentiat, vt in pecunia ſoluatur. n.43. Seu per ſtatutum ita mandetur. n.44.*

45 *Argumentum eſt validum de pacto ad ſtatutum.*

46 *Melioramenta non debent ſolui in bonis hæreditarijs, ſed in pecunia, facta æſtimatione, quanti res fuerit meliorata.*

47 *Aliud pro alio non poteſt ſolui inuito creditore, nec è contra.*

48 *Debitor, & creditor ſunt correlatiui, nec ad imparia iudicantur.*

49 *Interpellatio requiritur in obligatione ad diem incertam. n.54.*

51 *Agens vigore inſtrumenti dicitur habere ſcientiam omnium in eo contentorum, etiam quod faciat mentionem de aliqua parte ipſius. n. 52.*

57 *Debitor eſt expectandus poſt interpellationem, quando eſt abſens arbitrio Iudicis, iuxta diſtantiã loci. Declara vt n.58. & 59.*

62 *Procurator repræſentat perſonam domini, itaut pro eo reputetur.*

63 *Dilatio eſt danda procuratori abſentis ad effectum illum certiorandi de negotio, quod tractatur. Et quando ſit præſumenda certioratio, & in quibus caſibus locum habeat. n.64. 65. & 66.*

67 *Implementum eſt probandum in ſpecie, & ante rem in iudicium deductam. n.68.*

70 *Quantitas promiſſa poteſt ſolui in bonis, quando ſumus inter coniunctos. Fallit ſtante iuramento, per quod tollitur quodcumque priuilegium coniunctionis. n.71. & 72.*

73 *Diſpoſitio nunquam trahitur ad caſum, in quo interuenit iuſiurandũ. Amplia vt n.74.*

75 *Priuilegium petendi cõpromiſſum competens conſanguineis in cauſis inter eos vertentibus non comprehendit caſus iuratos. n. 76.*

77 *Non receditur à diſpoſitione continente iuramentum, niſi probetur cauſa, & magna impoſſibilitas. n.78. Intellige vt n.79.*

80 *Bona in ſolutum quando poſſint dari creditori loco quantitatis promiſſæ pro legitima. n.81.*

82 *Solutio eſt facienda in pecunia, ſi fuit promiſſa cum iuramento.*

83 *Debitum quod deſcendit ex bonis, ſi redigatur ad pecuniam, quando poſſit ſolui in bonis. n.84. & 85.*

86 *Dictio ſuper inducit hypothecam, ſiue ponatur in omnibus bonis, ſiue in particularibus, non tamen operatur, vt ſolutio debita in quantitate poſſit fieri in bonis hypothecatis. n.87. 88. & 89.*

CAP. DCCCLIII.

EX iuribus exhibitis clarè apparet, quod fratribus de Valle nulla competit immiſſio in poſſeſſionem bonorum, de quibus agimus, quia non prius eis licet illam acquirere,

quirere, & apprahendere, niſi ſolutis realiter, & cum effectu ſeutis octo mille hæredibus Valerij, iuxta promiſſionem per eos in-
1 ſolidum factam, † vnde cum non doceatur de ſolutione, & adimplemento, obſtat eis exceptio inobſeruātiæ, quæ impedit omnem actionem, & immiſſionem, itaut dicatur oppoſita ipſo iure, nec requiratur oppoſitio partis, cum debeat illam Iudex ex officio ſupplere, quamuis etiam in minimo deficiat implementum, vt concludunt *Bald. Fulgoſ. Dec. & alij in l. filia licet. C. de collation. Aim. conſ.151.n.10. Claud. Seiſel. in l. cum proponas. C. de pact. Menoch. conſ.1.n.368. & conſ.55.n.6.* latiſſimè *Graſſ. de exception. c.13. n. 37. vſque ad 47. & n.52. cum ſeq.*

Nec impedimentum abſentiæ Petri in partibus vltrà montes, vel cuiuslibet alterius cauſæ
2 debet obſtare, † quia ad hunc effectum, vt excuſetur ab implemento, non attenditur abſentia, vel ſimile impedimentum, quod ſolum excuſat à mora, & pœna, non autem faciunt, vt abſenti, & impedito aliqua actio competat, niſi poſtquam ipſe adimpleuit *Dec. in l.cum proponas.la 2.quæ eſt 21.col.2. in princ.verſ. & iſta concluſio ampliatur. C. de pact. Natt. conſ.50. n.7.* Quidquid aliud ſenſerit *Hoſtienſ. in c. ſicut & infra. il 3. quod eſt 29. in fin.de iureiurand.* Cum eius opinio communiter reprobetur, vt per *Butr. ibid. ad fin. n.10. verſ.quid ſi alia. Abb.n.6. verſ. ſed quæro hic dicitur, Roland. conſ.69. n.12.lib.4. Menoch. conſ.55.n.5.lib.1. Surd. conſ.186. n.21. lib.2. Aim. conſ.151.n.10. poſt med. verſ. & adeo agere quis non poteſt. Maſcard.concluſ.1388.n.43.vſque ad 46. Ioſeph. Ludouic. concluſ.14. ampliat.9.* ¶ Contraria autem procedunt, quando volens adimplere
3 fuiſſet impeditus culpa, † & facto illius, qui debet recipere implementum *Sim. de Pret. conſ. 28. n. 7. Graſſ. except.13. n.49.* iuxta *l. iuris ciuilis. ff. de conditionib. & demonſtration. Maſcard.concluſ.1388. n.65.*

Hoc ſtante non poſſunt audiri Aduerſarij ſuper prætenſa nullitate poſſeſſionis captę per Venerabilem Archiconfraternitatem Sanctiſſi-
4 mi Crucifixi, † cui ſatis eſt opponere exceptionem non adimplementi, quæ eſt adeo efficax, vt impediat litis ingreſſum, & ſit exceptio litis finitæ *Caſtr. in l. iulianus. §. offerri. ff.de action. empt. Iaſ.in §.actionum. col.18.n.139. inſtit.de actionib. Roland.conſ. 69. n.13. lib.4. Aim. conſ.248. col. penult. ad med. verſ. non obſtat quod proponitur. Menoch. conſ.1. n. 365.* ſiue ſimus in defectu implementi ſubſtantialium, ſiue accidentalium, vel naturaliū ipſius diſpoſitionis *Bald. in l. pacta conuenta. C.de pact. Alex.conſ.49.n.4. lib.2. Oſaſc.decif.50.n.10.Surd.conſ.52.n.33. lib. 1. Becc. conſ.45. n.6.*

Maximè, quia poſſeſſio per Archiconfraternitatem capta eſt iuſtiſſima, nam interim, donec per partem Aduerſam non adimpletur, omnes fructus debent acquiri hęredibus Valerij, & conſequenter eidem Confraternitati hæredi illius, itaut tales fructus debeant integrè percipi abſque aliqua repetitione vltrà ſcuta octo mille per Aduerſarios ſoluenda, pro quorum fructuum acquiſitione
5 rectè fuit per eā poſſeſſio vacans capta, † cum etiam ille, cui fructus ſunt debiti, poſſit ſua manu accipere, & ingredi bona, à quibus fructus percipere poteſt, quando palam, & non clam, prout eſt in caſu noſtro, fuit ingreſſus, neque ex hoc perdit fructus ſuos, cum poſt adimplementum poſſit hæres remedio adipiſcendæ hæreditatem adire, & talem ingreſſum eodem iudicio conuenire *Roman. conſ. 312. n.1. vbi Mandoſ. in princ. Iaſ. in l.talis ſcriptura. ante fin. verſ. præterea licet dominium. n.43. ff. de legat. 1. Dec. in l.vlt. n.41. verſ. niſi dicamus. C. de edict. diu. adrian. tollend. & in l. 1. n. 21. verſ. facit quia pœna imponitur. C.de pact. Menoch.de adipiſcend. poſſeſſ. rem.1. n.76. & 77.*

Neque obſtat, quod Archiconfraternitas non
6 habeat dominium, cuius defectus, † ſi incontinenti probetur, impedit immiſſionem *Card. Seraphin. deciſ. 83. n. 4.* Quia in caſu noſtro non prætenditur fuiſſe captam poſſeſſionem, niſi pro fructibus, vnde exceptio dominij nihil releuat, & ſatis eſt, quod Aduerſarij non poſſant aliquid opponere contra ingreſſum in poſſeſſionem bonorum, ex quibus debent percipi fructus ex conuentione per eos firmata, donec ipſi effectualiter ſol-
7 uerint, quod promiſerunt, † qua ſolutione facta ceſſabit perceptio fructuum, & conſolidabuntur cum proprietate, & dominio partis aduerſæ *§. finitur. & §. vlt. inſtit. de vſufruct. l.3.§. morte. ff.quib.mod.vſufruct. amittat. Alberic. in l.1.& in l. cum illud.25. ff. quand. dies legat. vel fideicommiſſ. ced. Bacr. deciſ.172. n.29.*

Nec facit, quod bona, de quibus agimus, non
8 ſint cōprahenſa in teſtamento Valerij, † quorum diſpoſitio ad eum non ſpectabat, & conſequenter poſſeſſio non poterat capi per Archiconfraternitatem hæredem, cui obſtat exceptio, quod illa non comprahendatur in inſtitutione *Aret. conſ.74. in 4. dub.* Quia non loquimur de bonis, ſed de fructibus bonorum, qui fructus ſpectant ad Valerium, & eius hæredes vigore tranſactionis, vnde
9 contraria non applicantur, † quæ procedunt in bonis poſt mortem teſtatoris reſtituendis, & in quibus ius ipſius teſtatoris morte finiebatur *Corn. conſ.65.col. 3. poſt med. n.21. lib.2. Iaſ.in l.qui poſt.col.3. C.de legat.Aim. conſ.19. n.13.*

Minus obſtat, quod poſſeſſio bonorum ſit ſequeſtranda, Quia immo eſt manutenenda ad fauorem Archiconfraternitatis, tanquam illam iuſtè acquiſiuerit ratione fructuum ei debitorum, donec ſequatur adimplemen-
10 tum, † Maximè, quia nunquam datur ſequeſtrum,

Digitized by Google

ſtrum, quando petitur ab eo, qui non docuit
de adimplemento, etiam quod illud peteret
ex non iure rei conuenti, & poſſeſſoris, vnde
multò magis, quando conſtat de illius bono
iure *Rot. coram R. P. D. Pacen. Lauacen.*
beneficij 21. Iunij 1596 & coram R. P. D.
Vbaldo Auguſten. hoſpitalis. 21. Februar.
1611. *quæ eſt deciſ. 293. n. 9. p. 1. in recentior.*
¶ Et deciſiones exaduerſo adductæ loquun-
tur in poſſeſſione attentata, & capta penden-
11 te appellatione, † & ſtante gratia ſubrepti-
tia, & nulla, cum alijs, quorum nihil verifi-
catur in caſu noſtro, & ita concludit *Card.*
Seraph. deciſ. 1403. & Rot. in recentior. p. 2.
deciſ. 586. n. 2.

Et vbi conſtat de poſſeſſione, non datur ſeque-
ſtrum *Bald. in l. vnic. n. 3. verſ. & alia eſt*
12 *ſequeſtratio.* † *C. de probibit. ſequeſtrat. &*
conſ. 244. lib. 3. Dec. in l. fin. n. 7. C. de edict.
diu. adrian. tollend. Bero. conſ. 51. n. 9. lib. 3.
Gozad. conſ. 10. n. 42. Rot. deciſ. 35. n. 2. in fin.
p. 2. in recentiorib. Maximè, quia ſumus in
Archiconfraternitate nobiliſſima, cuius ad-
miniſtratio pertinet ad viros omni exce-
ptione maiores, de qua nulla poteſt oriri
13 ſuſpitio ſiniſtra dilapidationis, † quæ eſt
cauſa præcipua conceſſionis ſequeſtri, alias
nunquam erit locus ſequeſtrationi, adeo vt
etiam opus ſit probare omnia iſta requiſita
fundanti ſe in huiuſmodi petitione *Alber.*
Bald. & Caſtrr. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff.
qui ſatiſdar. cogant. Curt. Sen. in l. vnic.
q. 2. n. 32. & quæſt. 6. n. 35. C. de probibit. ſe-
queſtrat. pecun. Rot. deciſ. 654. n. 3. par. 2.
in recentiorib.

Nec aduerſatur, quod aliud ſit poſſeſſio, & aliud
14 fructuum acquiſitio † *Gonzal. ad reg. 8. gloſ.*
34. n. 122. Quia hoc conceditur, ſed non ap-
plicatur ad caſum noſtrum, cum licitè fuerit
capta poſſeſſio, vt percipiantur fructus de-
biti, & contraria procedunt quãdo quis per-
cipit fructus, qui non dicitur habere poſſeſ-
15 ſionem, † cum poſſit ab alio percipere *Gloſ.*
in c. ſi gratioſè. in verb. beneficia. de reſcript.
in 6. & in c. ſi propter. in verb. fructus. eod.
tit. in 6. & in c. ſi tibi conceſſo. de præbend.
eod. lib. Caputaq. deciſ. 34. n. 4. p. 3.

Tollitur etiam obiectum, quod huiuſmodi fru-
ctus non debeantur, tanquam exceſſiui, &
vltrà intereſſe, de quo in *Statuto Vrbis c. 163.*
16 *lib. 1.* † Quia donec pendet tale iudicium ex-
ceſſus, interim debet manuteneri Archicon-
fraternitas in ſua poſſeſſione, neque illa eſt
priuanda, quamuis lata eſſet ſententia ſuper
exceſſiua aſſignatione iſtorum fructuum,
quando ab ea fuit appellatum, vnde multò
magis, quando nihil fuit actum in cauſa,
quia per appellationem eſt ſuſpenſus effe-
ctus eiuſdem ſententiæ *l. 1. ff. ad turpillian.*
17 *cap. veniens. de iureiurand.* † & per conſe-
quens interim non impeditur manutentio
Caputaq. deciſ. 321. par. 1. Caſ. de Graff. de-
ciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. cum
alijs adductis *ſupr. c. 796. n. 41. & 42.*

Amplius conſtat de iuſtitia aſſignationis frù-
ctuum ob non adimplementum ſolutionis,
neque poteſt in hoc conſiderari aliqua vſu-
18 ra, † quia non eſt in facultate Archiconfra-
ternitatis exigere ſortem à principio, vnde
per eam licitè percipitur, quod ſibi fuit reli-
ctum, quaſi tunc adſit ratio excluſiua vſu-
rarum, cũ ceſſet voluntas differêndi exactio-
nem, propter quam inducitur vſura, prout
dicimus de legatario, & ſimilibus, quibus
aliquid relinquitur, donec hæres ſoluerit le-
gatum *Socin. in l. 2. n. 7. vſque ad 10. ff. de his*
quæ pœn. nomin. vbi quod ita fuit Romæ iu
dicatum, quidquid aliud ſentiret *Aret. conſ.*
151. quem non eſſe approbandum concludit
Lup. in l. curabit. commentar. 1. §. 4. n. 73.
C. de actionib. empt. Roman. conſ. 510. n. 15.
Menoch. conſ. 441. n. 10. lib. 5. dixi latè *ſupr.*
c. 34. n. 35. vſque ad 40.

Immo in caſu noſtro talis aſſignatio fructuum
fuit adiecta facto ad onus debitoris moroſi,
19 non autem dationi quantitatis, † tunc enim
eſt licita exactio ſine labe vſurarum *l. Iulius.*
48. *& ibi Gloſ. in verb. poſſit. ad med. ff. de*
action. empt. l. ſi dictum. in princ. ff. de
euictionib. Alex. conſ. 119. quæritur ergo. col.
penult. in princ. verſ. vnde eo ipſo. n. 15. ad
med. lib. 2. Nauar. conſ. 15. n. 6. de empt. &
vendit. Farinac. conſ. 91. n. 18. lib. 1. dixi
ſupr. c. 34. n. 44. vbi ſunt corrigendæ allega-
tiones iuxta hic poſita.

Neque eſt tractandum de abſentia Petri, nam
adſunt procuratores abſentis cum ſpecialiſ-
ſimis mandatis, per quos adminiſtrantur
omnia ad hæreditatem ſpectantia, & fiunt
exactiones creditorum, & locationes bono-
rum hæreditariorum, & cætera omnia, quæ
20 ad hæredes pertinent, † quo caſu talium
procuratorum ſcientia ſufficit, & domino
præiudicat *l. procuratoris. 5. in princ. ff. de*
tributor. action. l. quicumque. 5. §. vlt. ff. de
inſtitutor. actio. Oldrad. conſ. 263. dominus
ægidius. col. 2. ad med. verſ. quoquo modo
ignorantiam. Aim de antiquit. tempor. §. ab-
ſolutis. n. 25. & 26. fol. 247. vbi etiam loqui-
tur de mandato generali, vel cum libera,
quod ſatis eſt ad effectum, vt ſcientia pro-
curatoris dicatur ſcientia domini, iuxta
Gloſ. in d. l. procuratoris. 5. in princ. in
verb. procuratoris. ff. de tributor. action. l.
procurator cui. 58. de procurat. Cum etiam
nomine Petri pèr eoſdem ſuos procuratores
emanauerint multæ inhibitiones contra Ar-
chiconfraternitatem ſuper negotijs hæredi-
tarijs, ex quibus magis talis ſcientia, & fa-
ctum illorum dominis præiudicat *l. apud*
celſum. 4. §. quæſitum. ff. de dol. mal. & met.
exception. l. ſi procurator agit. 11. ff. eod. tit.
21 Prout etiam dicitur de Thoma pręſente, † qui
etiam habet ſuos curatores, quorum ſcien-
tia illi obeſt, eumq. ligat in omnibus, quæ
per eos geruntur *Pariſ. conſ. 61. n. 43. lib. 3.*
iuxta

iuxta *§. pupillus. auth.de hæredib. & falcid. Phanuc. de inuentar. par.2. n.24. Surd. deciſ. 17. n. 14.*

Quo vero ad ſcuta quatuor mille debita per
Petrum, quæ prætenduntur poſſe retineri ad
22 cenſum iuxta præceptum teſtatoris, † concludendum eſt non poſſe Archiconfraternitatē cogi ad ſtandum huiuſmodi cenſui, cum enim ex forma Bullæ non poſſint tales cenſus conſtitui, niſi in pecunia numerata, iſtud præceptum teſtatoris non obligat hæredem tanquam ſit contra conſtitutionem Pontificiam, quia teſtator non poteſt facere, quod leges non habeant locum in teſtamento ſuo *l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. 1. l. nemo poteſt. ff. eod. tit. l. quidam decedens. ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.*

Neque in hoc aliquid operabitur aditio hæreditatis, cum per eam non approbentur di-
23 ſpoſita per defunctum, † niſi ea, quæ de iure potuit præcipere *l. dotis fructus. §. fin. cum l. ſeq. vbi Gloſ. ff. de iur. dot. l. qui iure. ff. de teſtam.milit. Aim. conſ.200. n.8. Surd. conſ. 91. n. 6. lib. 1.* Cum illud quod à principio eſt inualidum non conualeſcat per aditionem *Idem Surd. conſ.237. n.20. lib.2.*
24 ¶ Prout generaliter obſeruatur, † vt hæres impugnare poſſit quæ teſtator contra legem diſpoſuit *Corn. conſ. 200. n. 6. lib.4.* Cum etiam ipſemet defunctus poſſet contra pro-
25 prium factum venire, † quando illud eſſet nullum, & contra legis prohibitionem *Bart. in l. poſt mortem. in princ. ff. de adoption. Alex. conſ.123. n.5. lib.5. Felin. in c.2. n.9. de exception. Affl. deciſ.335. n.11. Surd. conſ. 196. n.53. cū ſeq. lib.2.* vbi ſubdit, quod hęres multò magis hoc poterit facere, cum eiuſdem ſit iuris cuius erat defunctus *l. hæredē.*
26 *ff. de regul. iur.* † Itaut neque tunc obſtet exceptio non confecti inuentarij, vnde multò magis in caſu noſtro, in quo illud fuit legitimè confectum *Surd. d. conſ. 196. n. 55. ad med. lib.2. poſt Bertrand. in l. hac edictali. §. ſi verò plus. n. 28. C. de ſecund. nupt.* cum alijs per *Phanuc. de inuentar. p.7. n.113. & de dot. gloſ.5. n.45.*

Neque oberit, quod fuerit approbata perſona Petri per teſtatorem, itaut non poſſit ab eo aliqua fideiuſſio peti pro conſtitutione huiuſmodi cenſus, Quia Archiconfraternitas, vt dictum eſt, non tenetur ſtare tali pręcepto teſtatoris, & approbationi perſonæ tanquam aduerſanti conſtitutioni Summi Pontificis mandantis in cenſibus ſoluendam eſſe pecuniam numeratam, & incontanti in ipſo con-
27 tractu, † quod eſt inductum pro forma, cui non poteſt per partes renunciari *Rot. coram Cardin. Pamphilio Beneuentana cenſus. 29. Martij 1593.* iuxta notata per *Dec. in l. ſi mater. n. 4. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Caſſador. deciſ.2. de iudic. Brun. de implement.*
28 *& obſeruat. form. in 1. fallent.* † Adeo, vt talis forma ſit indiuidua, & in totum ſit ſeruanda, itaut ſi recedatur à parte, ſit receſſum à toto, quamuis in qualitate minima recederetur *Butr. in c. fin. in 7. notab. de reſtitut. ſpoliator. Dec. in c. prudentiam. in 4. notab. de offic. delegat.* latè *Cencius de cenſib. par. 2. c. 1. q. 1. art. 6. n. 13. vſque ad 19. fol. 98.*

Non eſt igitur quærendum de fideiuſſore, an ſit dandus, nec ne, cum enim non ſit audiendus Petrus in approbatione ſuæ perſonæ quo ad conſtitutionem cenſus per eum faciendi, non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis per Bullam, fruſtra quæritur de modo contrahen-
29 di, † tanquam prius ſit terminanda ſubſtantia negotij cum illius ſubiecto, & poſtea ſit deueniendum ad cognitionem accidentium, & qualitatum *Bald. in l.1. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Ruin. conſ.218. n.14. lib.1. Aim. conſ.21. n.4. Surd. conſ.39. n.12. ad med. lib.1.*

Nec ſubſiſtit, quod denuo obijcitur contra exceptionem implementi, quod modò non agatur ex tranſactione, ſed ex teſtamento
30 Valerij, † adeo vt ex iſto iure diuerſo non detur oppoſitio inobſeruantiæ *Abb. in c. 3. n.2. verſ. quandoque enim. & ibi Felin. n.5. in princ. de iureiur. Natt. conſ.133. n.5. Cephal. conſ.48. n.4. Surd. conſ.101. n.25. Bero. conſ.92. n.20. lib.1. Rot. deciſ.389. n.3. p. 2. in recentiorib.* Quia prædicta procedunt in contractibus ſeparatis, qui non habent aliquam dependentiam vnius ad alium, ſecus
31 in correſpectiuis, † in quibus implementum non ſecutum reſpectu vnius obligationis excludit aduerſarium petentem virtute alterius obligationis correſpectiuæ, quæ dicitur vnica, itaut in ea non ſit dare prius, aut poſterius *Felin. in c. paſtoralis. n. 7. de reſcript.* Cardin. *Seraphin. deciſ.359. n.14. & deciſ. 541. n.4. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. n. 117. C. de reuocand. donationib. Rot. deciſ. 428. p. 1. in re-*
32 *centiorib.* † Cum omnes promiſſiones correſpectiuæ intelligantur, quatenus hinc inde obſeruentur, & non ceſſet obligatio reſpectu cauſæ *Aim. conſ.461. n.39. & 63. lib.3. Rot. coram Sanctiſſimo Romana cenſuum ſcutorum 18. mille. 2. Iunij 1606.* quam refert, & ſequitur *Rot. in d. deciſ.428. n.2. vſque ad 5. p. 1. in recentior.* Et ita in ſpecie declarat *Felin. in d. c. 3. n. 5. de iureiur.* vbi ſi obligationes non ſunt reſpectiuæ ad inuicem, ideſt non reflectuntur ad idem factum, ſed diuerſum, tunc procedūt contraria, cū aliud ſit in cōnexis, & cōglutinatis, & correſpectiuis, quę habent vim vnius capituli, & obligationis *Ang. in l. qui ſeruum. ff. de verbor. obligation. poſt Gloſ. in l. ſi duo. ff. de dolo. Salic. in l. eum proponas. C. de pact.* Itaut ſtante diuerſitate cauſæ, neque temporis vicinitas arguat correſpectiuitatem *Put. deciſ. 271. n.5. & deciſ.490. n.2. lib.2. Rot. coram Sanctiſſimo deciſ.492. n.13.*

Quod

Quod antem tranſactio, & teſtamentum ſine
actus correſpectiui, ſatis apparet ex illorum
33 lectura, † in quibus inſtituitur Archiconfra-
ternitas iuxta formam tranſactionis, quam
teſtator mandat ſeruari per Aduerſarium
hæredem, qui in bonis hæreditatis nihil iu-
ris poteſt conſequi, niſi præcedente adim-
plemento, & obſeruantia omnium in teſta-
mento expreſſorum, quæ ſunt iuxta formã,&
conuentionem firmatã in tranſactione, adeo
vt ex hoc non poſſit negari correſpectiuitas,
tanquam vnus actus ſit geſtus contemplatio-
ne alterius, & alter inſit alteri *Dec. in c. pe-
tens. in 2. notab. de pact. Corn. conſ.* 117. *n.* 14.
lib. 2. *Socin. conſ.* 273. *n.* 4. *lib.* 2. *Felin. in
c.* 3. *n.* 5. *poſt princ. verſ. & quæ ſit ratio qua-
re: de iureiurand.*

Differentia autem quæ datur inter vſufru-
ctuarium ad vitam, & Archiconfraternita-
tem, quæ debet percipere fructus, quouſque
Aduerſarius adimpleuerit, Non ſubſiſtit,
34 quia vterque eſt vſufructuarius, licet vnus
donec viuit, alter autem ad tempus ſecuti
implemẽti, itaut ſi permittitur alteri ingre-
di poſſeſſionem vacantem, concedendum eſt
etiam ei, qui temporaliter eſt vſufructuarius,
cum vterque habeat ius in fructibus, quo-
rum perceptio ſicut ceſſat per mortem, ita
etiam ceſſabit adueniente tempore imple-
menti, facta conſolidatione cum proprieta-
te, & dominio partis aduerſæ *Alber. in l. cum
illud.* 25. *ff. quand. dies legat. ced. Boer. de-
ciſ.* 172. *n.* 29.

Et dum iterum opponitur, quod ſcuta quatuor
millia ſunt retinenda per hæredem ad cen-
ſum iuxta ordinationem teſtatoris, iam dixi-
mus, & denuo dicimus non teneri Archicon-
fraternitatem illi ſtare, tanquam ſit contra
35 formam Bullæ, non obſtante, † quod quan-
do adeſt verum creditum poſſit fieri cenſus,
etiam ſine pecunia, quaſi tunc illud ſucce-
dat loco pretij *Surd. conſ.* 162. *n.* 38. *lib.* 2.
Quia contraria opinio eſt verior poſt Bul-
lam Pij V. cui non poteſt per æquipollens ſa-
36 tisfieri, † prout late contra *Surd.* defendit
Felician. de cenſib. tom. 1. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 17. *&
tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 7. *Boccac. eod. tit. p.* 1. *n.*
52. *& p.* 3. *n.* 39. *Molin. de contractib. p.* 2.
diſput. 390. *n.* 2. *Salon. de contract. & com-
merc. tit. de cenſib. art.* 3. *controuerſ.* 8. *n.* 1.
Azor. inſtit. moral. p. 3. *lib.* 10. *c.* 8. *q.* 1. *&* 3.
Rebell. de obligat. iuſtit. lib. 10. *q.* 1. *n.* 23. *Bo-
nancin. de contractib. diſput.* 3. *q.* 4. *punct.
vnic. n.* 21. *Cencius de cenſib. p.* 2. *c.* 1. *art.* 6.
q. 1. *n.* 33. *vſque ad* 38. Et opinionem *Surd.*
procedere ante Bullam Pij V. dixit *Rot. co-
ram R.P.D. Litta Eugubina cenſus.* 10. *Fe-
bruar.* 1597. *quæ eſt impreſſa poſt d. tract.*
37 *Cencij deciſ.* 92. *n.* 5. † Neque ego ſequutus
ſum *Surd.* prout exaduerſo præſupponitur,
quia ſolum retuli opiniones hinc inde, vt vi-
dere eſt in *addit. ad deciſ.* 224. *n.* 7. *vſque ad*
12. vbi etiam contra opinionem *Surd.* alle-
gaui *Rot. coram R. P. D Penia Bononien.
cenſus* 15. *Februarij* 1599.

Alterum, quod opponitur, eſt facillime ſolutio-
nis, quia ſufficit lectura teſtamenti, ex quo
clare apparet, quod Petrus non liberatur of-
ferendo de melioribus bonis, cum teſtator
mandauerit per eum ſolui ſcuta octomille
38 monetæ iuxta formam concordiæ, † vbi præ-
cipitur talis ſolutio dictorum ſcutorum
octo mille monetæ de iulijs decem pro ſcuto
realiter, & cum effectu, per quæ verba ex-
cluditur omnis ſatisfactio, præterquam in
pecunia numerata *Bald. Socin. Purpur. &
alij in l.* 2. *§. fin. ff. ſi cert. petat. Bart. in l.
talis ſcriptura. ff. de legat.* 1. iuxta *l.* 1. *ff. ad
macedon. Roman. ſingul.* 207. *alias.* 210. *tu
habes. n.* 1. *Rebuff. in l.* 4. *col.* 3. *ad med. ff. de
39 verb. ſignificat.* † Præſertim propter illa ver-
ba de iulijs decem pro ſcuto, quæ ſignificant
ſolutionem nummariam *l. ſi ventri. in fin. ff.
de priuileg. creditor. l. litigatores. §.* 1. *ff. de
recept. arbitr. l. ad hæc. §.* 1. *ff. de vſufr. l.
Lucius. ff. de fideiuſſorib. l. ſi merces. §. vis
maior. ff. locat. Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi
nummos. ff. ſi cert. petat. & in d. l. talis ſcri-
40 ptura. ff. de legat.* 1. † Stantibus etiam ver-
bis realiter & cum effectu, quæ denotant in
materia ſolutionis actum veræ numeratio-
nis, non ſecus ac ſi dictum eſſet naturaliter
Bertaz. clauſ. 34. *gloſ.* 7. *fol.* 189. *poſt Caſtr.
in l. ſingularia. n.* 9. *ff. ſi cert. petat. Socin.
41 conſ.* 143. *n.* 4. *lib.* 1. *Barboſ. dict.* 293. † Maxi-
me propter geminationem verborum reali-
ter, & cum effectu, quæ magis declarant ſo-
lutionem incontanti *Socin. d. conſ.* 143. *n.* 4.
lib. 1. iuxta *l. baliſta ff. ad trebellian.*

Neque eſt attendendum, quod iſta ſumma ſcu-
torum octomille debeatur occaſione legiti-
mæ, & illius reſpectu, vnde attenta iſta ori-
gine poterit dici, quod Petrus liberetur of-
42 ferendo de bonis melioribus, † cum legiti-
ma ſit ſoluenda in rebus ipſis, & patrimonio
teſtatoris, non autem in pecunia, quæ non
dicitur ſubſtantia patris *l. ſcimus. §. reple-
tionem. C. de inoff. teſtam. Bart. in l. ſuus
quoque. in fin. princ. ff. de hæredib. inſtituend.
Guid. Pap. deciſ.* 487. *n.* 1. Quia ex conuentio-
ne, de qua in tranſactione, talis legitima
fuit redacta ad pecuniam, vt in illa ſoluatur,
Ideo non eſt conſiderandum amplius quid de
iure ſtatuatur circa illius ſolutionem in cor-
43 poribus hæreditarijs, & nõ in pecunia, † cum
poſſit filius renunciare fauori ſuo, & acce-
ptare legitimam in pecunia, quæ tunc illi eſt
danda, & non in alia re *Rip. in l. in quartam.
n.* 126. *ad fin. ff. ad leg. falcid. Oldrad. conſ.*
113. *Cuccus de legitim. in verb. ex ſubſtan-
44 tia. n.* 3. *in fin. fol.* 78. † Sicut quando adeſ-
ſet ſtatutum, à quo arguitur ad pactum *Ber-
trand. conſ.* 314. *n.* 2. *lib.* 1. *p.* 1. *& conſ.* 243.
n. 5. *in fin. lib.* 3. *Cuccus ibid. n.* 3. *Rip. in
45 d. l. in quartam. n.* 27. † Prout paſſim valet
argumentum de pacto ad ſtatutum, & è con-
tra

tra Bart. & Bald. in l. fin. C. de fideiuſſorib.
Iaſ. in l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant. Euerard.
loco argumentor. 89. Surd. de aliment. tit. 1.
quæſt. 42. n. 29.

Cum etiam ſolutio ſcutorum octo mille non ſit
facienda tantum pro legitima, & eius ſup-
plemento, ſed etiam pro dotibus, meliora-
mentis, & alijs debitis in tranſactione ex-
preſſis, pro quibus non debent dari corpora
46 hæreditaria, prout dantur pro legitima, † ſed
ſolutio eſt facienda in pecunia, ſacta æſtima-
tione quanti res meliorata fuerit Bart. &
Caſtr. in l. domos hæreditarias. ff. de legat. 1.
Natt. conſ. 13. n. 6. Surd. de aliment. tit. 6.
47 q. 8. n. 18. & q. 11. n. 41. eod. tit. † ideo aliud
pro alio non poteſt ſolui inuito creditore
l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. petat. Surd. de
aliment. tit. 4. q. 3. n. 10. & 11. ſicut non
poſſet debitor cogi aliud pro alio ſoluere,
cum tanquam correlatiui ad imparia non
48 iudicentur, † ſed diſpoſitum in vno habeat
locum in alio l. fin. C. de indict. viduit.
tollend. l. vlt. ff. de acceptilation. Iaſ. conſ.
117. n. 11. lib. 1. Becc. conſ. 45. n. 22.

In eadem cauſa fuerunt per Iudicem alia dubia
propoſita, quæ tamen ſunt deciſa ex ſupe-
rius adductis, ſed vt magis illius animus
quieſcat, repetenda ſunt aliqua, ex quibus
erit plenè ſatisfactum his, quæ iterum oppo-
49 nuntur, cum in idem reincidant, † Nam
quod ſimus in obligatione ad diem incertū,
ideò requirebatur interpellatio l. mora. ff. de
vſur. Natt. conſ. 76. n. 4. Becc. conſ. 120. n. 5.
Gabr. de ſolut. concluſ. 9. n. 32. Bero. conſ.
205. n. 6. vſque ad 9. lib. 3. Aim. conſ. 89. n. 4.
Dec. in l. quod te. in 2. lect. n. 13. ff. ſi cert.
petat. Nihil ad rem noſtrā, quia modò nulla
adeſt quæſtio an ſit incurſa mora, & pœna,
quo caſu opus eſſet videre vtrū ſit neceſſaria
interpellatio ad effectum, vt quis dicatur il-
lam incurriſſe, prout loquuntur omnes Do-
ctores exaduerſo allegati, cū alijs per Surd.
deciſ. 179. n. 11. & per tot. Menoch. de ar-
bitr. caſ. 220. n. 25. Albenſ. conſ. 48. n. 11.

Sed agitur an aduerſarius poſſit agere contra
Archiconfraternitatem ad recuperationem
bonorum, quorum poſſeſſionem accepit,
tunc enim prius per eum, qui ad iſta agit, de-
bet probari adimplementum, ad quod tene-
batur ex diſpoſitione, quam acceptat, & pro-
ducit, nam alias illi non poteſt competere
50 aliqua actio, † non obſtante impedimento
abſentiæ, ſeu ignorantiæ, quæ non attendi-
tur, quando impedimentum non accidit cul-
pa, & facto illius, cui debet impleri, vt di-
ctum eſt ſupr. n. 2. & 3. & notat etiam
Mancin. de iuram. p. 5. effect. 15. n. 9. Addit.
ad Seraphin. eod. tit. priuileg. 174. n. 13.

Et ratio eſt clara, quia Aduerſarius agendo vi-
gore diſpoſitionis, in qua tenetur aliquid
adimplere, non poteſt allegare ignorantiam
51 illorum, quæ per eum ſunt implenda, † cum
ſtatim quod agit in vim illius eſt certifica-
tus omnium ibidem contentorum, & præ-
ſumitur illorum ſcientiam habere Caſtr.
conſ. 59. in 3. dub. lib. 1. Alex. conſ. 39. col. 2.
lib. 2. Aim. conſ. 198. n. 7. Surd. deciſ. 4. n. 8.
52 & 9. † vbi etiam quod ſufficit, vt mentionem
fecerit de aliqua parte diſpoſitionis, ex qua
dicitur probata ſcientia totius Albenſ. conſ.
18. n. 3. Menoch. conſ. 73. n. 25. Burſatt. conſ.
64. n. 36. lib. 1. vnde non poteſt conſiderari
aliqua excuſatio, tanquam hoc inſit naturæ
actus requirentis implementum, vt illud
53 non ſuffragetur, † niſi prius adimpleatur
quod inſpexit in contractu, quo vult ſe
tueri, & ex eo emolumentum reportare
Dec. in l. cum proponas. la 2. quæ eſt 21. col. 2.
in princ. verſ. & iſta concluſio ampliatur.
C. de pact. Natt. conſ. 50. n. 7. Aim. conſ.
151. n. 10. poſt med. Ludouic. concluſ. 14.
ampliat. 9.

Maximè, quia quando agitur contra moroſum
ad incurrendam moram, & pœnam, non
54 conſideratur aliqua ſcientia debiti, † ſed re-
quiritur interpellatio, cum alijs requiſitis,
de quibus per Surd. deciſ. 179. n. 21. & 22.
poſt Bart. in l. quod te. n. 12. Iaſ. n. 5. Rip.
n. 34. ff. ſi cert. petat. Et tamen ad effectum
agendi, non opus eſt, quod actor interpelle-
tur, cum illi actio aliqua non acquiratur, niſi
adimpleat adimplenda ex actu, ex quo vult
actionem acquirere, cum diuerſum ſit, quod
55 quis conueniatur, & quod quis agat, † nam
in conuento requiritur interpellatio, ſecus
in agente, qui debet venire paratus, & do-
cere de obſeruantia eorum, ad quæ eſt obli-
gatus, cum alias actio nulla ei poſſit compe-
tere, quamuis impedimentū allegaret Surd.
56 deciſ. 141. n. 5. & 6. Natt. conſ. 431. n. 38. † tan-
quam illud ſolum excuſet à pœna, & mora,
non autem, quod impedito detur aliqua
actio Idem Natt. conſ. 50. n. 7. Menoch. conſ.
55. n. 4. & 5.

Ideo neque obſtat, quod etiam poſt interpella-
tionem debitor ſit expectandus per annum,
57 quando eſt in partibus longinquis, † vel ar-
bitrio Iudicis, iuxta diſtantiam loci Me-
noch. de arbitrar. caſ. 36. n. 2. Quia hoc pro-
cedit, quando ageretur per Archiconfrater-
nitatem contra Aduerſarium ad ſoluendum
debitum, & ad eum conſtituendum in mora
ob illius non ſolutionem, tunc enim ad eui-
tandam moram, & pœnam aliqua dilatio
58 honeſta eſſet danda, † intra quam actus ex-
plicari poſſit, quaſi tunc debitor non debeat
ſtatim venire cum ſacco paratus l. quod di-
cimus. ff. de ſolution. & in ſpecie latè declarat
Surd. deciſ. 179. n. 12. Oſaſc. deciſ. 71. n. 50.
Becc. conſ. 105. n. 22. Purpur. in l. vinum. 22.
n. 10. ff. ſi cert. petat. Alex. in l. 1. §. item
59 ſi ita. n. 9. ff. ad leg. falcid. † Aliud eſt, quan-
do non agitur contra debitorem, ſed ipſemet
agit ex contractu, in quo adſunt multa, quæ
debet implere, tunc enim nulla actio com-
petit, niſi prius adimpletis adimplendis, vt
dictum

dictum eſt, itaut talis exceptio non adim-
plementi dicatur litis finitæ, & adeo obſtet,
vt Iudex ſuppleat ex officio etiam parte non
petente, vnde multò magis cum de ea oppo-
nitur *Aim conſ. 151. n. 10. Roman. conſ. 244.
n. 5. in fin.*

Cum etiam exiſtente procuratore in Vrbe, non
ſit conſiderabilis abſentia, & ignorantia
60 principalis, † Quare non obſtat, quod ſcien-
tia procuratoris priuatæ perſonæ non ſit
ſcientia domini, neque illi præiudicet *Surd.
conſ. 183. n. 33. & deciſ. 181. n. 17. & 18.* Quia
procedit, quando eſſemus in ſimplici procu-
61 ratore, ſecus quando, † prout in caſu noſtro,
ſumus in procuratore cum ſpecialiſſimo mã-
dato, vel etiam generali, vel cum libera,
tunc enim ſatis eſt, vt dicatur domino præ-
iudicatum per ſcientiam talis procuratoris
*Aim. de antiquit. tempor. §. abſolutis. n. 25.
& 26.* iuxta *l. procuratoris. 5. in princ ff. de
tributor. action. Oldrad. conſ. 263. col. 2. ad
med. verſ. & quoquo modo ignorantiam,*

Neque talis procurator agens nomine domini
ad recuperanda bona, de quibus Archicon-
fraternitas cæpit poſſeſſionem, eſt admitten-
dus, antequam adimpleat, cum enim iſta ex-
62 ceptio impediat dominum, † afficit etiam
procuratorem nomine illius agentem, tan-
quam procurator repræſentet perſonam do-
mini, immo ipſa perſona domini reputetur
*Gloſ. in l. ſi procurator. ff. de dol. mal. &
met. except. l. oſſa. in fin. ff. de relig. &
ſumpt. funer. Surd. conſ. 99. n. 23. lib. 1.*

Minus obſtat, quod deberet etiam dari dilatio
procuratori ad certiorandum dominum,
63 iuxta diſtantiam loci, † itaut veriſimiliter
potuerit peruenire ad notitiam illius nego-
tium, quod tractabatur *Rom. conſ. 481. Rot.
deciſ. 131. n. 6. p. 2. diuerſ.* Quia omiſſo, quod
in caſu noſtro à die obitus Valerij effluxe-
runt quatuordecim menſes, in quibus domi-
64 nus potuit certiorari, † itaut tunc talis cer-
tioratio ſit præſumenda, vt per *Rom. & Rot.
ibid. n. 7.* Reſpondetur, quod prædicta pro-
cedunt, quando ageretur contra procurato-
rem obligatum pro domino, tunc enim de-
bet dari tantum tempus, vt notificetur talis
65 obligatio ipſi principali, † ad effectum vt
contra eum poſſit agi ad cenſuras, & alia in
obligatione contenta, vt declarat *Galleſ. ad
form. obligat cameral. q. 36. n. 11. in nou.
impreſſ. & ibi Addit. in verb. obligationis.
fol. 209.* Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non
agitur contra procuratorem per Archicon-
fraternitatem, ſed ipſemet procurator agit,
66 & moleſtat † eamdem Archiconfraternitatẽ,
vt reſtituat poſſeſſionem captam, tunc enim
non requiritur aliqua certioratio, cum de-
beat venire paratus ad omnia, quæ conti-
nentur in contractu, ex quo actionem inten-
tat, quam non poteſt deducere, niſi prius
67 adimpleat adimplenda, † & probet in ſpecie
adimplementum *Bart. in l. in illa. ff. de
verb. obligat. Alex. conſ. 101. ad fin. lib. 2.
Corn conſ. 101 col. 2. lib. 1. Mancin. de
iuram. p. 5. effect. 11. n. 2. Aim. conſ. 192. n. 15.
& 16.* vbi etiam quod non erit locus adim-
plemento poſt rem in iudicium deductam,
68 & poſt oppoſitionem † non adimplementi
*Caſtr. conſ. 70. col. 5. ad fin verſ. nam ſuf-
ficit. lib. 1. Alex. conſ. 237. in fin. lib. 6. Corn.
conſ. 221. col. 2. lib. 1.*

Quo verò ad ſecundum dubium, fuit etiam latè
oſtenſum, quod ſolutio ſcutorum octo mille
eſt faciẽda in pecunia, non in bonis, non ob-
69 ſtante, quod exaduerſo prætendatur, † quod
expreſſio ſcutorum octo mille ſit demonſtra-
tiuè prolata, ad effectum ſciendi valorem,
de quo contrahentes ſenſerint, Quia iſta in-
terpretatio eſt contra verba aperta eorum-
dem contrahentium, qui non ſolum promit-
tunt ſoluere ſcuta octo mille, ſed addunt de
iulijs decem pro ſcuto realiter, & cum effe-
ctu, quæ verba non ſunt demonſtratiuè pro-
lata, ſed taxatiuè, & diſpoſitiuè, excludendo
omnem aliam ſolutionem, præterquam in
pecunia numerata, vt dictum eſt *ſupr. n. 38.
vſque ad 42.* latè *Natt. conſ. 344. n. 1. & 2.*

Neque obſtat, quod ſimus in promiſſione
quantitatis facta ad fauorem perſonæ ſan-
70 guine coniunctæ, † quo caſu poſſunt dari
bona pro quantitate promiſſa, & aliud pro
alio ſolui *Dec. in l. 2. §. mutui datio. n. 24.
in princ. vbi Iaſ. n. 8. Purpur. n. 97. ff. ſi
cert. petat. Honded. conſ. 18. n. 47. lib. 1.*
Quia iſta coniunctio ſanguinis non verifica-
tur, quãuis enim Petrus ſit de eadem domo,
de qua Valerius, tamen inter eos nulla adeſt
conſanguinitas, & quidquid ſit, ſtante obli-
71 gatione camerali, † & præſtatione iuramenti,
ac alijs clauſulis in inſtrumento concentis,
receditur ab iſto priuilegio conſanguinita-
tis, cum iuſiurandum præciſè obliget ad ex-
preſſa in conuentione, & tollat quodcumque
iuris beneficium *Gloſ in l. ſi pecuniam. 5. in
princ. in verb. neceſſe. ff. de condict. cauſ. dat.*
quam dicit ſingularem *Iaſ. in §. actionum.
n. 24. inſtit. de actionib.* & latius *in §. item
ſi quis poſtulante. n. 12. eod. tit. Imol in c. 1.
de iu iur. & in l. 2. §. ſed ſi quis. ff. de do-
nationib. Abb. & Butr. in c. veniens. de iu-
reiur. Seraph. priuileg. iuram. 22. n. 115.*

Et in ſpecie, quod facultas alicui conceſſa vir-
tute ſtatuti, vel ſimilis diſpoſitionis, vt poſ-
72 ſit ſoluere in bonis, † quod non habeat lo-
cum, quando quis promiſit ſoluere tot au-
reos cum iuramento, latè concludit *Alex.
conſ. 37. viſo, & opportunè diſcuſſo. col. 6. poſt
med. verſ. & tanto fortius. n. 27. lib. 2. Dec.
in l. 2. §. mutui datio. n. 25. verſ. & iſta
concluſio maximè habet locum. ff. ſi cert petat.*
ob illam rationem, inter multas, quæ ad-
73 ducuntur, † quia diſpoſitio non faciens men-
tionem de iuramento nunquam trahitur ad
caſum, in quo interuenit iuſiurandum *Socini
conſ. 131. n. 11. lib. 4. Fulgoſ. conſ. 156. col. 1.*

verſ. ſecundo ratione. Affl. deciſ. 111. n. 13. Dec. in l. pacta noniſſima. n. 8. C. de pact. Pariſ. conſ 33. n. 48 lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 16. n. 44. lib. 1. latè Seraph. de iurament. p-i-
74 uileg. 22. n 9. cum ſeq. † vbi extendit ad di-
ſpoſitiones Papæ, & Imperatoris, etiam cum clauſula derogatoria Gabr. concluſ. 5. de iureiur. n. 18. & 19. Mancin. eod tit. p. 4. effect. 83. n. 1. & 2. Alex. conſ. 38. n. 5. lib. 3. Bertrand. conſ. 85. n. 3. & conſ. 115. lib. 1. p. 2. & conſ. 216. in fin. lib. 3. p. 2.

Et magis in ſpecie de coniunctione, & conſanguinitate, quod illa non attendatur ſtante
75 iuramento, † ita concludit Caſtr. conſ. 13. viſis & conſideratis. n. 1. & 2. lib. 2. vbi de priuilegio competente conſanguineis petẽdi compromiſſum, ſi inter eos oriatur con-
76 trouerſia, † quod illud non poterit peti in cauſis iuratis Alex. conſ. 37. n. 29. lib. 2. Grat. conſ. 33. col. 1. lib. 1. Gozad. conſ. 72. col. 2. verſ. quinto non poteſt dici. Gabr. de iureiurand. concluſ. 5. n. 11. Marſil. ſing. 467. Felin. in c. 2. col. 7. de ſponſalib. Ferrat. cautel. 55. Seraphin. priuileg. iuram. 22. n. 47. & ibi Beneccondorf. in addit. n. 15. Bauer. de virtut. iurament. effect. 24. Dec. in c. conſtitutus. col. 3. de reſcript. Iaſ. conſ. 173. col. penult. lib. 4. Pariſ. conſ. 16. col. 17. lib. 2.

Maximè, quia in caſu noſtro nulla probabilis
77 cauſa allegatur, † ex qua debeat recedi à iurata diſpoſitione, quæ eſt ſpecialiter probanda, vt poſſit dici, quod non obſtet virtus iuriſiurandi Franc. in c. 1. col. fin de iureiur. in 6. Felin in c. conſtitutus. col. 3. de reſcript. Gabr. de iureiurand. concluſ. 5. n. 30. Prout exemplificant doctores, quando ſumus in eo, qui nullo modo poteſt ſoluere, itaut ratione
78 iſtius magnæ impoſſibilitatis † eſſet conſiderabilis oblatio de bonis, quæ ratio non militat in caſu noſtro, cum ſimus in perſona ditiſſima, & nobiliſſima, cui fieret maxima iniuria, ſi aliquis ſuo nomine hoc peteret, ideo ceſſat omnis cauſa, ex qua debeat recedi à promiſſione iurata facta de ſoluendo in quãtitate Bart. in auth. hoc niſi. C. de ſolution. Dec. in l. 2. §. mutui datio. n. 25. verſ. tertia
79 eſt concluſio. ff. ſi cert. petat. † Intelligendo in caſu inopinato contingente poſt factam conuentionem iuratam, per quem caſum auferretur potentia ſoluendi, quaſi tunc iuramentum intelligatur rebus ſic ſtantibus, nam alias ſtante promiſſione iurata ſoluendi in pecunia, non daretur iſta oblatio, ſed eſſet præciſè ſeruandum iuramentum, & valeret renunciatio d. auth. hoc niſi. C. de ſolution. vt latè comprobat Gutier. de iurament. confirmator. p. 1. c. 29. n. 5. cum ſeq. Theſaur. deciſ. 53. n. 13. & 14. Franc. deciſ. 81. n. 4. & 5. Surd. deciſ. 30. n. 10. & 11.

Nec facit, quod iſta quantitas ſcutorum octo mille ſit ſoluenda reſpectu bonorum, in quibus aderant prætenſiones Valerij quo ad legitimam, & alia in tranſactione contenta,
80 quo caſu † poſſunt dari inſolutum bona inuito creditore loco quantitatis conuentæ, & promiſſæ Bart. in l. 2. §. mutui datio. ad fin. vbi Dec. n. 25. verſ. ſecunda concluſio. Iaſ. n 8. verſ quarto fallit ff. ſi cert. petat. Hon-
81 ded. conſ. 34. n. 52. lib. 2. † Quia omiſſa diſputatione veritatis iſtius opinionis, contra quam tenent multi in d. §. mutui datio. vbi Rip. in fin. Reſpondetur, quod omnes promiſſiones ſoluendi in quantitate, quę poſſunt adimpleri in ſolutione bonorum habito reſpectu ſpeciei debitæ, ſiue alterius cuiuſcũque cauſæ, non habent locum, quando in ſimilibus obligationibus adeſſet iuramentum,
82 nam tunc illo exiſtente receditur à dictis regulis, & ſolutio eſt facienda præciſè in pecunia, ad hoc vt iuſiurandum ſpecificè adimpleatur, prout ita debet adimpleri Surd. qui latè comprobat deciſ. 30. n. 9. vſque ad 13. Iaſ. conſ. 9. n. 10. lib. 3. Benintend. deciſ. 28. per tot. Marant. q. 7. n. 19. Rip in l. 2. §. mutui datio n 28. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 37. n. 24. vſque ad 29. lib. 2. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. c. 29. n. 5.

Præſertim, quia modò non agitur de ſolutione legitimæ ad quantitatem redactæ ex conuen-
83 tione partium, † cuius debitum deſcendit ab ipſis bonis, quorum reſpectu eſt ſoluenda l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtam. Guid. Pap. deciſ. 487. Sed vltra illam tractatur de melioramentis, & dotibus tàm matris, quàm ſororis, & multis alijs in tranſactione expreſſis, quę nullum habent reſpectum ad bona, ſed debentur in pecunia,
84 in qua etiam † eſt facienda ſolutio l. ſolutam. in princ. ff. de ſolution. Bart. in l. ſolutionis. ff. eod tit. & in l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec ſoluit. Alex. in l. 4. §. ſoluiſſe. ff. de re iudicat. & conſ. 46.
85 ad fin. lib. 3. Natt. conſ. 344. n. 1. & 2. † vbi etiam, quod in iſto caſu non poteſt ſolui in ſpecie, quamuis debitor offerret in ſolutum tam meliorem l. fin. ff. de vſu. & habitat. §. preterea. inſtitut. de actionib. Roman. conſ. 163. n. 1.

Nec aduerſatur, quod omnes iſtæ prætenſiones melioramentorum, & dotium, quamuis eſſent ſoluendæ in pecunia, tamen afficiunt ipſa bona, cum ex illis debeant detrahi,
86 propter illa verba † ſuper bonis in tranſactione appoſitis, quæ denotant obligationem, & hypothecam Menoch. conſ. 332. n. 25. lib. 4. Quia aliud eſt, quod dictio ſuper inducat hypothecam, aliud quod virtute iſtius hypothecæ poſſit dari fundus pro debito cõſiſtente in pecunia, nam de vno ad alterum
87 non infertur, † Erit itaque ſenſus, vt per iſta verba cenſeatur fundus hypothecatus, itaut ad quemcumque vadat ſit per eum præſtanda ſolutio quantitatis debitæ, non autem quod inuito creditore poſſit dari pars illius fundi pro concurrenti quantitate ſibi debita, quia eſt quid diuerſum vnum ab alio, ex

quo

quo nulla illatio datur, & ita in ſpecie de-
clarat *Bart. in l. fundus quem. ff. de ann.*
88 *legat.* † vbi ſi legentur centum annua ſuper
tali fundo, cenſebitur iſte fundus deſigna-
tus, hypothecatus pro tali præſtatione, à
qua non excuſabitur quilibet poſſeſſor, ad
quem idem fundus perueniet, nam illam in
pecunia tenebitur præſtare *Neguſ. de pi-
gnorib. p. 2. membr. 4. n. 164. verſ. vigeſimus
tertius caſus. fol. 45. Idem Bart. in l. codi-
cillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. Alex. conſ.
156. n. 3. lib. 6. Affl. conſ. 162. n 2. Aim. conſ.
20. n. 10. Surd. conſ. 330. n. 30. lib. 3. Bertazol.
clauſ. 26. gloſ. 5. n. 3. Oſaſc. deciſ. 58. n 1.
Natt. conſ. 341. n. 6. Iacob. Venent. de ann.
præſtation. q. 41. n. 6. vſque ad 9. tom. 6. p. 2
tom. 17. fol. 40.*

Ideo iſta verba, ſuper, ſolum ſignificant aſſecu-
89 rationem, & obligationem bonorum, † & ius
in rebus, quibus adijciuntur pro obſerua-
tione promiſſionis *Bald. conſ. 132. caſus talis
eſt rex cypri conceſſit. n 2. lib. 5. Roman conſ.
388. n. 2. vbi Mandoſ. in verb. induxit.
Rip. in rubr. de pignorib. n. 5. Rebuff in
l. appellatione parentis. 51. col. 4. ad med.
ff. de verbor. ſignificat.*

Quare etiam ſicut inducitur aſſecuratio, quando
talis dictio ſuper apponitur in aliqua re par-
ticulari importando hypothecam ſpecialem
90 illius rei, quæ exprimitur, † ita etiam im-
portabit generalem obligationem omnium
bonorum, quando profertur ſuper omnibus
bonis, cum ita poſſint omnia bona obligari,
ſicut pars bonorum, non tamen ex hoc in-
fertur, quod pro debito quantitatis poſſit
aliud ſolui in bonis hypothecatis, cum hoc
ſit ad fauorem creditoris, qui propter talem
dictionem habet obligata bona debitoris
particulariter, ſeu generaliter, prout fuit
conuentum *Rot. diuerſ. deciſ. 260. n 2. p. 1.*

E P I T O M E.

VErbum diſponere an intelligatur ſolum de actu vltimæ voluntatis, vel etiam inter viuos. ¶ Et quid ſtantibus clauſulis liberè, & prout videbitur, & dictionibus vniuerſalibus, & verbis diſcretiuis. ¶ Et de effectu ſimilium clauſularum. ¶ Et quando liberent à cognitione iudiciali. ¶ Confirmatio alicuius diſpoſitionis per Principem facta, an cenſeatur iuxta naturam illius quo ad reuocabilitatem, ſeu irreuocabilitatem. ¶ Facultas teſtandi per Papam conceſſa an conſumetur in primo actu. ¶ Vel ſit neceſſarium exprimere, vt poſſit reuocari primum teſtamentum, & aliud confici. ¶ Et quando in conceſſione reuocationis veniat actus iuratus. ¶ Donatio inter viuos an poſſit reuocari etiam ex reſcripto Principis. ¶ Et quid ſi non fuerit inſinuata. ¶ Et de varijs effectibus inſinuationis. ¶ Et an illa ſit probanda per ſcripturam. ¶ Seu ſtetur confeſſioni donantis, & donatarij, quod fuerit facta. ¶ Et quid in alijs ſolemnitatibus. ¶ Dictio quatenus, & dummodo an importet conditionem. ¶ Donans cum reſeruatione vſusfructus an dicatur donaſſe poſt mortem, itaut illa ſecuta donatio ſumat effectum, & ſit prohibita Prælatis quo ad redditus Eccleſiaſticos. ¶ Obligationes, & clauſulæ omnes dependentes à principali donatione an expirent non ſecuta inſinuatione. ¶ Et ad quem effectum illa requiratur. ¶ Facultas reuocandi quaſcumque diſpoſitiones an compræhendat donationes inter viuos. ¶ Primogenitura, aut fideicommiſſum an poſſit fieri in bonis, in quibus Papa conceſſit indultum donandi, & teſtandi. ¶ Et quando per huiuſmodi indulta ſit ſolum remotum obſtaculum iuris ciuilis, & nihil noui tribuatur. ¶ Prælatus an poſſit inſtituere maioratum ex bonis, & fructibus Epiſcopatus tàm in vita, quàm in ægritudine, ex qua poſtea obijt. ¶ Et quid in foro tàm fori, quàm poli. ¶ Et an teneatur reſtituere de bonis ſui patrimonij, quod conſumpſit in primogenitura per eum facta. ¶ Concilium Tridentinum an inducat præceptum circa nõ ditatione n conſanguineorum ex bonis Eccleſiæ. ¶ Clerici an ſint domini redditum Eccleſiaſticorum. ¶ Conſuetudo an valeat, vt ſuccedatur in bonis clericorum acquiſitis ex redditibus Eccleſiaſticis.

S V M M A R I V M.

1 *Tenor facultatis conceſſa per Papam Cardinali diſponendi de ſuis bonis, & an compræbendat, vt poſſit reuocari donatio inter viuos.*

2 *Faciens actum cenſetur feciſſe ex poteſtate ſibi tradita, quamuis non expreſſerit. & n. 48.*

3 *Verbum diſponere an intelligatur ſolum de actu vltimæ voluntatis, vel etiam inter viuos. n. 4. Et quid ſtante clauſula liberè, & prout videbitur. n. 5. vel ſi concedatur diſpoſitio diſcretiuè, & cum dictionibus vniuerſalibus. n. 6. & 7.*

8 *Clauſula, vt præfertur, repetit omnia praecedentia, maximè in materia continuata. n 9.*

10 *Omnes actus vltimarum voluntatum ſunt reuocabiles, itaut ſi Princeps illos confirmet, cenſeatur confirmaſſe iuxta naturam illorum, vt poſſint reuocari. n. 11. ſicut è contra. n. 22. & 41.*

12 *Indultum Principis non debet eſſe fruſtratorium, & ſine effectu operandi.*

13 *Facultas teſtandi conceſſa per Papam conſummatur in primo actu tanquam odioſa, adeo vt ſit neceſſe exprimere, quod poſſit primum teſtamentum reuocari, & aliud confici. & n. 14. Contrarium eſt verius. n. 15. 16. 17. & 18.*

19 *In conceſſione reuocationis non venit actus iuratus. Amplia vt n. 20.*

Digitized by Google

21 *Clauſula omni meliori modo non compræhendit modum per iuramentum.*

23 *Princeps non cenſetur voluiſſe derogare iuri tertij, & quando illud cenſeatur ſublatum. n.24. & 25.*

26 *Verba pleno, libero, & omnimodo arbitrio, & voluntati, prout videbitur, & placuerit, & faciendum duxerit an liberent à cognitione iudiciali, qua requiritur in reuocatione actuum geſtorum inter viuos. Et quid in extraiudicialibus. n.27.*

28 *Clauſulæ ſimul iunctæ operantur effectum ſuum, quæ de per ſe non ſufficerent. Ampliа vt n.29.*

30 *Primogenitura, & fideicommiſſum an poſſit institui in bonis, in quibus Papa conceſſit facultatem teſtandi. n.43. 44. 45. & 58.*

31 *Donatio inter viuos an poſſit reuocari etiam ex reſcripto Principis. n.32.*

33 *Reuocatio donationis quando poſſit fieri, ſi fuerit facta ob cauſam matrimonij.*

34 *Damnum præuiſum, ſeu poſſibile præuideri eſt imputandum ei, qui illud paſſus eſt.*

35 *Non præuidens, quod potuit euenire dicitur in culpa.*

36 *Donatio eſt imperfecta, antequam inſinuetur, neque donans poteſt cogi ad inſinuandum, & de varijs effectibus inſinuationis, & an ſit probanda per ſcripturam, vel ſtetur confeſſioni donantis, & donatarij, quod fuerit facta, & quid in alia ſolemnitate. n.37. & 38.*

39 *Inſinuationi non poteſt renunciari.*

40 *Dictio quatenus importat conditionem. & n. 49.*

42 *Inſinuatio requiritur, vt euitentur fraudes, & vt magis donans poſſit deliberare an expediat donaſſe.*

46 *Donans cum reſeruatione vſusfructus dicitur donare poſt mortem, qua ſecuta, donatio ſumit effectum, quæ probibetur fieri à Prælatis.*

47 *Defectus inſinuationis poteſt remitti per Principem.*

50 *Dictio quatenus idem ſignificat, quod dummodo, cuius natura eſt inducere conditionē.*

51 *Qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*

52 *Diſpoſitio reponitur in diuerſa ſpecie propter qualitatem in ea appoſitam.*

53 *Donatio ſecunda facta iuxta formam primæ continet omnes qualitates in prima contentas.*

54 *Omnes clauſulæ, & obligationes dependentes à principali donatione expirant non ſecuta inſinuatione. n. 55.*

56 *Princeps concedendo facultatem teſtandi, ſeu donandi an ſolum remoueat obſtacula iuris ciuilis, & neceſſitatē inſinuandi. n.57.*

59 *Prælatus an poſſit inſtituere primogenituram ex bonis, & fructibus Epiſcopatus tam in vita, quàm in ægritudine, ex qua poſtea obijt. n.60. & 62. Et quid in foro tàm fori, quàm poli, & in alijs caſibus. n.63. 64. & 65.*

61 *Donatio, quæ fit ab ægroto morti proximo, dicitur inter viuos.*

66 *Epiſcopus quando teneatur reſtituere de bonis ſui patrimonij, quod conſumpſit in maioratu.*

67 *Concilium Tridentinum an inducat præceptum Epiſcopis circa ditationem conſanguineorum ſuorum ex bonis Eccleſiæ.*

68 *Clerici an ſint domini bonorum Eccleſiaſticorum.*

69 *Conſuetudo an valeat, vt ſuccedatur in bonis acquiſitis per clericos de redditibus Eccleſiæ.*

CAP. DCCCLIV.

IN facultate exhibita per Summum Pontificem conceditur Cardinali plena, om-
1 nimoda, & libera licentia, † & prout videbitur, placuerit, ac duxerit de quibuſcumque bonis diſponendi, eaq. legandi, relinquendi, ac erogandi, ſeu in totum iam forſan facto teſtamento, donatione, legatis, & diſpoſitione quacumque perſeuerandi, & diſpoſitiones, vt præfertur ſemel, vel pluries in toto, vel in parte factas, & faciendas ſæpè, & ſæpius moderandi, limitandi, commutandi, alterandi, & in totum, vel in parte reuocandi, ac in alias perſonas diſtribuendi, itaut per priores diſpoſitiones, vt ſupra factas, nunquam huiuſmodi facultates poſſint dici conſumptæ, ſed ſemper, & quandocumque diſpoſitiones prædictæ mutari, & alterari in totum, vel in parte reuocari poſſint, & valeant, prout latius in eadem facultate continetur, cum alijs clauſulis ampliſſimis ibidem expreſſis.

Ex iſtis verbis clarè colligitur potuiſſe reuocari donationem inter viuos, de qua agi-
2 mus, † cum in dicta facultate per Principem conceſſa permittatur talis reuocatio, prout etiam in reuocatione apertè exprimitur illam fieri in vim eiuſdem facultatis, quo etiam non expreſſo, cenſeretur quoque reuocans vſus fuiſſe poteſtate ſibi tradita, & omnia feciſſe iuxta cauſam præcedentem, & prout eſt vtilius facienti *Aim. conſ.106. n.9. & 10. Alex. conſ.55. col.2. & 3. lib.5. Surd. conſ.19. n.18. vſque ad 32. lib.1. & conſ.431. n. 40. lib. 3.*

Neque obſtat, quod in dicta facultate Summus Pontifex loquatur per verbum diſponere,
3 quod propriè intelligitur † de diſpoſitionibus, quæ fiunt in vltima voluntate, non autem de donationibus inter viuos *Surd. decis.279. n.7. & decis. 357. n. 7. Franc. decis.435. n.34. & decis.607. n.2. cum seq. Rim. Iun. conſ.152. n.172. lib.2.*

Quia verior eſt contraria opinio, quod etiam
4 verbum diſponere compræhendat actus, † & diſpoſitiones, & omnem materiam inter viuos, vt teſtatur *Natt. conſ.270. n.6. poſt med. verſ. præterea illud quod dicitur. Alex. in rubr.*

*rubr. ff. ſolut. matrim. col. 5. & ibi Rip. n. 16.
Roland. conſ. 62. n. 16. lib. 1.* iuxta *§. penult.
& fin. inſtit. quib. alienar. non lic. c. illis.
de præbend. in 6.*

Et quatenus etiam admitteretur, quod verbum
diſponere traheretur ſolum ad vltimas vo-
5 luntates, † tamen aliud eſt, quando, prout in
caſu noſtro, huiuſmodi verbum eſt iunctum
cum clauſula liberè, & pro libito voluntatis,
& prout videbitur, ac placuerit, cum ſimili-
bus, tunc enim omnes paſſim concludunt,
quod non reſtringitur ad ſolas vltimas vo-
luntates, ſed continet, & verificatur in quo-
cumque actu inter viuos irreuocabili *Pariſ.
conſ. 33. n. 61. lib. 3. poſt Alber. Brun. de
ſtatut. exclud. fœmin. art. 6. membr. 4. q. 7. in
fin.* latè *Roland. conſ. 62. n. 16. vſque ad 21.
lib. 1. Natt. conſ. 270. n. 6.*

Additur, quod in facultate prædicta non ſolum
conceditur diſpoſitio ſimpliciter, ſed cum
6 illa dictione quæcumque, † cuius natura eſt
compræhendere generaliter, tam actus vlti-
marum voluntatum, quam inter viuos, in-
cludendo omnes caſus, etiam impropriando
ſignificationem ipſius, & quæ alias in ſimpli-
ci diſpoſitione non venirent, etiam in pœna-
libus, & odioſis latè *Aim. conſ. 294. col. 2. 3. &
4. Surd. conſ. 73. n. 65. lib. 1. & conſ. 456. n. 8.
lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 368. n. 5. p. 1. Cephal.
conſ. 351. n. 55. lib. 3. Decian. conſ. 44. n. 15.
lib. 4. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 7. n. 20.*

Præſertim, quia Papa locutus eſt diſcretiuè,
7 quod poſſit Cardinalis teſtari, legare, † &
diſponere, quo caſu, cum permiſerit actum
vltimæ voluntatis per illud verbum teſtari,
ſubdendo poſtea verbum diſponere, cenſetur
conceſſiſſe diſpoſitionem inter viuos, ita in
ſpecie *Pariſ. conſ. 33. n. 16. lib. 4.* iuxta *c. quia
nos. 9. vbi Gloſ. in verb. diſponere. de te-
ſtament. Socin. conſ. 91. n. 6. lib. 3.*

Cum etiam Summus Pontifex permiſerit Car-
dinali diſpoſitionem tàm inter viuos, quàm
in vltima voluntate cuiuſcumque notabilis,
& notabiliſſimæ quantitatis, & inexcogita-
tæ, & inexcogitabilis ſummæ, vnde cum po-
ſtea in conceſſione reuocationis vſus fuerit
8 clauſula illa, vt præfertur, † cenſetur permi-
ſiſſe etiam reuocationem donationum inter
viuos, de quibus ſupra locutus eſt, tanquam
ſimus in verbis repetitiuis, & relatiuis om-
nium, quæ ſuperius dicta ſunt *Bart. in l. 1.
§. hoc edicto. ff. de poſtuland. Bero. q. 104.
n. 6. Menoch. conſ. 73. n. 24. lib. 1. & conſ. 124.
n. 59. lib. 2. Iaſ. conſ. 15. verſ. ſecundo prin-
9 cipaliter. lib. 1. Aim. conſ. 88. n. 3.* † Maximè,
quia ſumus in materia continuata, in qua
dicta in vna oratione cenſentur in alia repe-
tita *l. fin. verſ. coniuncta ſcriptura. ff. de
reb. dub. Anchar. conſ. 361. viſa plena facti
narratione. col. 1. ad med. Calder. conſ. 6. de
elect. Corn. conſ. 112. lib. 4. Aim. conſ. 208.
n. 6. & 7.*

Accedat, quod reſpectu teſtamenti, & aliorum
actuum vltimarum voluntatum, quorum fa-
ctionem Summus Pontifex cõceſſit ipſi Car-
dinali, non erat opus licentia Papæ circa il-
10 lorum reuocationem, † cum etiam abſque
tali facultate potuiſſent omnes reuocari,
tanquam de iure ſint reuocabiles, itaut in
vim ſimplicis facultatis teſtandi ſibi conceſ-
ſæ poſſet Cardinalis non ſolum teſtari, ſed
etiam reuocare teſtamentum, & facere ſecũ-
dum, prout voluiſſet, exemplo eius, quod di-
cimus de Principe confirmante teſtamẽtum
11 alicuius, † qui cenſetur confirmare iuxta na-
turam teſtamenti, adeo quod poſſit illud re-
uocari, & aliud condi per teſtatorem, tan-
quam hoc proueniat ex natura ipſius actus
confirmati *Caſtr. in l. omnium. n. 6. vbi Salic.
n. 2. Iaſ. n. 5. Fulgoſ. n. 2. verſ. in textu ibi
detegant. C. de teſtam.* & eſt communis opi-
nio, vt teſtatur *Rot. diuerſ. deciſ. 47. n. 2. p. 1.*

Cum igitur facultas reuocandi non applicetur
teſtamentis, & actibus de iure reuocabili-
bus, debet fieri interpretatio, vt eadem
facultas intelligatur de diſpoſitionibus in-
12 ter viuos, quæ ſunt per ſe irreuocabiles, † ne
alias Indultum Pontificis ſit fruſtratorium,
& ſine effectu operandi, quod non eſt dicen-
dum *l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. vt legator.
nomin. caueat. Pariſ. conſ. 33. n. 16. lib. 4.
Surd. conſ. 81. n. 20. & conſ. 112. n. 46. lib. 1.*

Neque obſtat, quod potius huiuſmodi faculta-
tes teſtandi conceſſæ per Papam Cardinali,
13 vel alteri † clerico conſummantur in primo
actu, tanquam odioſæ, & exorbitantes à
iure communi, & illius correctoriæ, adeo vt
eſſet neceſſaria expreſſio concedendi reuo-
cationes, & alia teſtamenta faciendi, cum
hoc non conceſſo valeret ſolum primum te-
ſtamentum, non autem ſecondum iuxta *Dec.*
in ſpecie exaduerſo allegatum *conſ. 512. cum
reuerendiſſimus cardinalis. col. 2. n. 3. Tiraq.
in l. boues. §. hoc ſermone. in princ. n. 128.
verſ. ſeptuageſimo octauo. ff. de verb. ſigni-
14 ficat.* † quibus addi poteſt *Prob. in c. non
poteſt. n. 10. de præbend. in 6. Curt. Iun. conſ.
178. Couarr. in c. cum in officijs. n. 8. de
teſtam. Redoan. de ſpol. q. 7. n. 18. vſque ad
22. Socin. Iun. conſ. 89. n. 24. cum ſeq. lib. 1.
Gregor. Lopez. in l. 32. in gloſ. 1. in verb. no
valdrà. col. 9. verſ. ſed quid ſi rex. ad fin.
Gabr. de legib. concluſ. 2. n. 18.*

Nam quidquid prædicti ſentiant, contraria opi-
15 nio eſt verior, † quod facultas teſtandi per
Papam conceſſa non expiret, & conſumatur
in primo actu, ſed in vim illius poſſit pri-
mum teſtamentum reuocari, & aliud fieri,
cum cenſeatur Princeps talem facultatem
conceſſiſſe iuxta naturam ipſius teſtamenti,
quæ eſt, vt ſit reuocabilis, prout multis ra-
tionibus reprobato *Dec. & ſequacibus* latè
comprobat *Rot. coram R. P. D. Rubeo. Pien-
tina facultatis teſtandi. 24. Ianuar.* 1578.
16 *quæ eſt deciſ. 47. per tot. p. 1. diuerſ.* † & hanc
opi-

opinionem firmauit etiam *Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 2. c. 11. n. 44. vſque ad 46. fol. 290.* vbi quod nullus ſupereſt dubitandi aditus, & quod contraria ſententia eſt erronea, prout etiam voluit *Io. Andr. in c. non poteſt. vbi Gemin. in §. illud: in fin. de præbend. in 6. Bald. in c. 1. n. 21. de pac. conſtant. Alex. ad Bart. in l. omnes populi n. 29. in verb. non poteſt. de iuſtit. & iur. Tiraq. in d. l. boues. §. hoc ſermone. limit. 17. n. 1. poſt princ. verſ. de qua re loquens. & limit. 18. n. 1. ff. de verbor. ſignificat. Cardin. Alban. de cardinalib. q. 8. Tell. Ferdinand. in l. 4. taur. n. 6. cum ſeq. Camer. in c. imperialem. col. 2. verſ. ſed pulchrum erit hic quærere. de prohibit. feud. alienat. Burſat. conſ. 30. n. 56. poſt med. verſ. præterea ſuppoſita. lib. 1. Grauet. theorem. 13. n. 4. Vaſq. in l. ſi quando. in princ. n. 8. C. de inoffic. teſtam. Sarmient. de redditib. eccleſiaſtic. p. 4. c. 4. n. 3. cum ſeq. Nauar. in apolog. eod. tit. de reddit. q. 3. n. 22. Gregor. Lopez. in l. 32. in gloſ. in verb. no valdrá col. 10. verſ. quid autem ſi quis fecit maioriam. fol. 70.*

17 † vbi ampliat, quod etiam inciſo, ſeu reuocato primo maioratu ex facultate Principis inſtituto, poſſet eiuſdẽ maioratus inſtitutor alium virtute primæ licentiæ inſtituere, quod etiam ſequitur *Molin. de primogenit. lib. 2.*

18 *c. 11. n. 45. in fin.* † Cæteros conſultò omitto, quia eſt opinio approbatiſſima, & latè etiam defendit *Gabr. conſ. 83. n. 26. vſque ad 30. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 11. n. 97. in nou. edit.* vbi etiam teſtatur, quod *Couar.* mutauit ſententiam in nouiori impreſſione.

Et magis dicendum eſt potuiſſe in vim facultatis prædictæ reuocari donationem, de qua agimus, cum in ea donans non appoſuerit aliquod iuramentũ, nec vllam promiſſionem fecerit de non reuocando, neque adſit aliqua clauſula conſtituti, ſeu precarij, vel ſimilis ſolita apponi in huiuſmodi actibus, itaut ex

19 hoc ſatis colligatur mens donantis, † quod non voluerit ſe adſtringere impoſſibilitati reuocationis, prout iurando ſe adſtrinxiſſet, tanquam in conceſſione reuocationum per Principem facta non veniant acta iureiurando confirmari *c. conſtitutus. de reſcript. Gloſ. in c. cum non deceat. de elect. in 6. Innoc. in c. cum inter. in fin. de renunciat. Bertrand. conſ. 41. n. 8. & 9. lib. 1. p. 2. Seraph. priuileg. iuram. 22. n. 66. Alex. conſ.*

20 *38. n. 4. vſq. ad 7. lib 3.* † vbi ampliat quamuis in diſpoſitione Principis adeſſent verba geminata, cum clauſula non obſtantibus, vel ſimili *Bertrand. conſ. 41. col. penult. n. 8. & 9. lib. 1. p. 2.* Prout etiam clauſula omni meliori

21 modo † non comprehendit modum per iuramentum *Seraphin priuileg. iurament. 22. n. 66. poſt Aret. conſ. 20. Anton. de Petruc. in repet. l. 1. n. 287. cum ſeq. de iureiur.*

Nec facit, quod potius cenſendum ſit, vt Papa non voluerit comprehendere donationem inter viuos in conceſſione huiuſmodi reuo-

22 cationis, † ſed potius ſequi naturam illarum, quæ de iure ſunt irreuocabiles, iuxta *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.* Maximè cum adſit ius quæſitum tertio, cui non cenſetur

23 voluiſſe Princeps derogare, † quamuis etiam aliquid faceret motu proprio *Bald. in c. ad audientiam. de reſcript. Gemin. in c. ſi propter. col. 6. eod. tit in 6.*

Quia prædicta procedunt in dubio, ſecus quando, prout in caſu noſtro, conſtat de voluntate Principis volentis tertio præiudicare, de qua voluntate apparet, cum ex ſuperius allegatis neceſſariò veniant actus inter viuos

24 in reuocatione, de qua agimus, † in qua etiam ſpecialiter derogatur regulæ de iure quæſito, vltrà clauſulam non obſtante, & alias derogatorias ibidem contentas, per quas dicitur ſublatum ius tertij, cui apparet per Principem voluiſſe derogari, tanquam iſtæ clauſulæ operentur, & tollant ius alteri quæſitum, non ſecus ac ſi dictum fuiſſet de plenitudine poteſtatis *Alex. conſ. 101. n. 7. lib. 1. Calder conſ. 12. in princ. de reſcript.* dixi *ſupr. c. 458. n. 6.*

Quamuis idem eſſet, licet non appareret derogatum fuiſſe iuri quæſito, cum enim ſimus in

25 materia præiudiciali, † non requiritur illius derogatio *Corn. conſ. 83. n. 16. lib. 4. Card. Seraph. deciſ. 1455. poſt Bald. in l. nec auus. 4. in princ. C. de emancipat. liber. Hoſt. in c. cum inferior. 16 col. 2. ad med. & in fin. de maiorit. & obedient.* cum alijs adductis *ſupr. c. 458. n. 7. vſque ad 16.*

Intellectus igitur verborum in dicta facultate contentorum erit, vt quæcumque diſpoſitiones etiam inter viuos poſſint reuocari, cum Papa omnia committat libero, pleno, & omnimodo arbitrio, & voluntati Cardinalis, & prout ſibi videbitur, & placuerit, & facien-

26 dum duxerit, † quaſi per huiuſmodi verba liberauerit Cardinalem à cognitione, & proceſſu iudiciali, qui requiritur in reuocationibus actuum geſtorum inter viuos, tãquam ſolum confiſus fuerit de illius probitate, & rectitudine mentis quo ad iuſtas cauſas reuocationis abſque eo, quod illas teneretur iuſtificare, hoc enim important ſimilia verba, remouendo quodcumque impedimentum, quo quis pati poſſet, & inducendo poteſtatem non requirendi alicuius etiam Iudicis conſenſum, factum, auctoritatem, & arbitrium, ſed abſtractum ab omni neceſſitate obſeruantiæ, & ſolemnitatis, aut alterius rei extrinſecæ, quæ alias requireretur late *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. reuertatur. n. 134. & 135. C. de reuocand. donation. poſt Abb. in c. de multa. col. 1. de præbend. & in c. penult. de pœnit. & remiſſ. Bart. in l. centurio. ad med. ff. de vulgar. & pupillar. Ruin. conſ. 219. n. 3. lib. 1. Roland. conſ. 62. n. 19. & 20. lib. 1. Iaſ. in l. ſi ſic legatum. in princ. col. penult. verſ. ſecundo principaliter. ff. de legat.*

legat.1. Bald. in c.quæ in eccleſiarum. col.1.
verſ. ibi liberam. de conſtitutionib. & in c.1.
§. callidis in princ.& ibid. Card. Alex.col.2.
in fin. de probibit. feud. alienat. per federic.
Bolognin. conſ. 67. conſortium. col. penult.
verſ. aliquando etiã denotat. Corn.conſ.165.
27 col.5. verſ. reſpondetur. lib. 2. † Maximè in
extraiudicialibus, in quibus per huiuſmodi
verba derogatur diſpoſitioni legis, ac iuris
ſignificando totalitatem, & præciſam liber-
tatem Barbat conſ. 59. col. 2. in fin. lib. 3.
Aim. conſ. 122. n. 5. Menoch. de arbitrar.
lib. 4. q. 7. n. 35. & 36.

Stante præſertim geminatione verborum, quæ
adſunt in huiuſmodi indulto, in quo conce-
ditur licentia diſponendi de quibuſcumque
bonis, & reuocandi, libera, plena, omnimo-
da, prout videbitur, placuerit, & duxerit,
28 quæ omnes † clauſulæ, ſimul iunctæ magis
operantur, licet ſingulæ de per ſe ſufficerent
l. baliſta. ff. ad trebellian. Natt. conſ. 160.
n. 31. Roland. conſ. 56. in fin. lib. 1. Menoch.
conſ. 63. n. 13. Surd. conſ. 10. n. 54. lib. 1. &
29 conſ. 177. n. 18. lib. 2. † vbi ampliat non ſo-
lum quando proferuntur per temporis inter-
uallum, ſed etiam quando vnico verborum
contextu, & in eadem oratione Tiraq. in
l. ſi vnquam. in verb. reuertatur. n. 50.
C. de reuocand. donation. Pariſ. conſ. 58.
n. 10. lib. 3.

Ex quibus ceſſant diſputationes an potuiſſent
talia bona donari tanquam maximi reddi-
30 tus, † & in eis inſtitui fideicommiſſum, &
primogenitura, & an ſint quæſita ex redditi-
bus Eccleſiaſticis, & quid in dubio ſit præſu-
mendum, & quid ſeruandum ſit tàm in foro
poli, quàm fori, vt latè per Molin. de pri-
mogenit. hiſpanor. c. 10. n. 30. vſque ad 52.
fol. 273. cum alijs, quæ latiſſimè per patro-
nos huiuſmodi cauſæ diſputantur. Quia om-
nes iſtæ difficultates tolluntur in indulto, in
quo fuerunt cuncta præmiſa, & conceſſa li-
centia in omnibus caſibus, qui poſſent exco-
gitari, itaut ſolum deficiat iſta expreſſio do-
nationum inter viuos, quæ expreſſio non de-
ſiſſet cauſam liti, ideo ſolum placuit reſtrin-
gere ſpeciem facti ad reuocationem dona-
tionis, quæ ex ſupradictis potuit rectè fieri,
31 quamuis de iure eſſet irreuocabilis, † cum
etiam dentur multi caſus, in quibus ſimiles
diſpoſitiones poſſunt reuocari l. vlt. C. de
reuocand. donat. c. fin. de donationib. Bald.
in cap. 1. §. item ſi fidelis. quib. mod. feud.
amittat: Curt. Iun. de feud. par. 4. quæſt.
penult. in fin.

Ideo non obſtat, quod donatio perfecta non
poſſit reuocari etiam per reſcriptum Princi-
32 pis † l. ſi donatione. 5. C. de reuocand. donat.
Menoch. conſ. 496. n. 104. Quia hoc procedit
in dubio, & de poteſtate ordinaria ipſius
Principis, nam alias quando conſtat de eius
voluntate abſoluta, non prohibetur reuoca-
tio Bald. in l. cum te. 9. poſt princ. verſ. quod
eſt verum. C. de donation. ant. nupt. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 13. tit. 40. n. 11. De qua voluntate Prin-
cipis conſtat in caſu noſtro, cum conceſſerit
facultatem donandi, & etiam donationes fa-
ctas reuocandi, vt latius in indulto, in quo
clarè apparet, quod conceditur reuocatio
quarumcumque diſpoſitionum, quæ non
poteſt referri ſolum ad actus vltimarum vo-
luntatum, ſed etiam inter viuos ſtante adie-
ctione liberè, & pro libito voluntatis, &
prout videbitur, & placuerit, iuxta ea, quæ
adducta ſunt ſupr. n. 3. vſque ad 7.

Neque aduerſatur, quod ſi potuiſſent reuocari
actus irreuocabiles, maximè facti ob cau-
33 ſam matrimonij, † nullus cum talibus con-
traheret, itaut ſic priuarentur facultate con-
trahendi, & donandi, & de rebus ſuis diſpo-
nendi, quod non eſt dicendum Maſtrill. de
magiſtratib. lib. 3. c. 4. n. 336. Quia imputent
ſibi donatarij, qui acceperunt bona donata
ab huiuſmodi perſonis habẽtibus ſimiles fa-
cultates, & matrimonia contraxerunt cum
talibus donationibus, cum enim habuerint
ſcientiam iſtorum indultorum, & donatio-
nes eis factæ fuerint in executionem illo-
34 rum, cum alias non potuiſſent fieri, † dam-
num inde proueniens tanquam præuiſum,
vel poſſibile præuideri, non eſt alijs, quàm
ipſis tribuendum c. damnum. de regul. iur.
l. quod quis ex culpa. ff. eod. tit. Surd. conſ.
35 640. n. 1. † Et quis dicitur in culpa non præ-
uidendo quod poterat euenire Alex. conſ.
41. col. 3. lib. 3. Aim. conſ. 179. n. 5. Surd. conſ.
12. n. 25. lib. 1.

Quibus additur, quod etiam in terminis iuris
communis iſta ſecunda donatio erat reuoca-
36 bilis, † Nam cum non fuerit inſinuata, eſt om-
nino nulla, & non dicitur completa, & per-
fecta ante inſinuationem, neque enim dici-
tur habere aliquem effectum, niſi à die inſi-
nuationis, ad quam faciendam non poteſt
donans aliquo modo cogi, itaut ante illam
poſſit donans alteri donare, & rem traditam
à primo donatario repetere cõdictione ſine
cauſa, & interim antequam inſinuetur, do-
minium non transfertur, tanquam ipſo iure
annulletur, quando non fuit inſinuata, ideo
ex tali donatione imperfecta, nihil debetur
donatario, qui nullos poteſt ex ea fructus ca-
pere, & ſi interim donans obligat omnia
bona ſua, dicitur etiam obligaſſe iſta bona
donata ante inſinuationem, & ſi donatarius
talem rem donatam abſque inſinuatione
vendiderit, ſeu obligauerit, & donans mo-
riatur, obligatio, & venditio eſt penitus
nulla, ita omnia prædicta latè comprobat
Rebuff. qui pro omnibus ſufficiat de inſi-
nuand. donationib. art. 1. gloſ. 6. & 7. per tot.
tom. 2. fol. 378. & 379. iuxta l. ſancimus. in
princ. C. de donationib. l. fin. C. de donation.
ant. nupt. l. quoties. C. de rei vendication.
Surd. de alim. tit. 9. n. 42. n. 18. vbi etiam,

quod

quod quando talis actus reſoluitur ob defe-
ctum inſinuationis, extinguitur omnis obli-
gatio Bald. in l.2. q.13. C. de reſcind. ven-
dit. Neguſ. de pignorib. membr.1. p.5. n 43.

Et cum de tali inſinuatione non doceatur per
eum, qui ſe fundat in illius validitate, & ir-
37 reuocabilitate, † meritò eſt declaranda in-
ualida, & reuocabilis, itaut huiuſmodi inſi-
nuatio ſit probanda per ſcripturam, cum
non ſtetur confeſſioni donantis, aut donata-
rij, quod illa fuit facta Io. Faber. in l. fin.
§. 1. C. de donation. ant. nupt. Rebuff. de
donationib. inſinuand. art. 1. gloſ. vlt. n. 8.
38 verſ. & oportet. tom. 2. fol. 381. † Nam quan-
do eſt neceſſaria ſolemnitas, non ſufficit il-
lius confeſſio, ſed eſt formiter probanda
Felin. in c cum dilecta. de reſcript. Itaut non
poſſit ſolemnitati inſinuationis renuncia-
39 ri † Alex. in l. nemo poteſt n.12. vbi Iaſ. n.41.
Crot. n. 21. Rip. n. 57. ff. de legat. 1. Rimin.
Iun. qui de communi §. 1. n. 238. vſque ad
n.255. inſtit. de donation. Socin. conſ. 77. col. 5.
lib. 1. Lup. in rubr. de donation. int. vir. &
vxor. §. 17. n.6.

Non obſtat, quod in indulto conceſſo per Sum-
mum Põtificem Cardinali adſit facultas do-
nandi Inter viuos etiam abſque aliqua inſi-
nuatione, & omiſſis quibuſcumque ſolemni-
40 tatibus etiam ſubſtantialibus; † Quia in eo-
dem indulto datur iſta facultas quouis mo-
do diſponendi, ſi & quatenus idem Cardina-
lis in tali voluntate minus ſolemni perman-
ſerit, quæ verba important conditionem,
itaut ſtatim, quod apparet contraria volun-
tas, nihil dicatur actum l. Stichum qui meus
erit. ff. de legat. 1. Bart. in l.1. n.20. ff. de
condition. & demonſtrat. Bero. conſ. 51. n.12.
lib. 2. Surd. conſ. 186. n.10. lib. 2.

Cum etiam Papa concedendo talem facultatem
41 donandi inter viuos abſq; inſinuatione, † cen-
ſeatur illam conceſſiſſe iuxta naturam ipſius
donationis inter viuos, quæ eſt, vt ſi fiat ſine
inſinuatione, poſſit reuocari, exemplo fa-
cultatis teſtandi, quæ cenſetur per Summum
Pontificem conceſſa ſecundum naturam te-
ſtamenti, quod eſt reuocabile Rot. in ſpecie
deciſ. 47. n.3. vſque ad 6. p.1. diuerſor.

Præſertim, ne ſequatur abſurdum, quod indul-
tum emanatum mero, & puro fauore ipſius
Cardinalis retorqueatur in eius odium,
prout retorqueretur, ſi non poſſet reuocare,
quod de iure erat reuocabile, vnde ne re-
ſtringatur talis poteſtas, ſed potius amplie-
tur, dicendum eſt donationes per eum factas
abſque inſinuatione poſſe reuocari, cum ex
42 hoc magis conſulatur ipſi donanti, † tan-
quam inſinuatio requiratur in huiuſmodi di-
ſpoſitionibus, non ſolum, ne fraudentur do-
natores, ſed etiam, vt per eos poſſit conſul-
tius deliberari, an expediat donaſſe, & quia
repetendo tales actus donationis, & inſinua-
tionis oſtenditur mentis perſeuerantia, cum
etiam in magnis quantitatibus ſit neceſſaria
maior obſeruantia Rimin. Iun. in §. 1. n.158.
& 422. inſtit de donationib. iuxta l. data
C. eod. tit Oldrad conſ 253. Corn. conſ. 71.
lib. 1. Canar. de inſinuat. p.1. q.9.

Et magis ſumus in donatione reuocabili de
43 iure, tanquam ſit exceſſiua, † & immoderata,
cum ſufficeret prima donatio in ſumma ſcu-
torum 40. mille ad fauorem conſanguineo-
rum, itaut non opus eſſet iterum eiſdem
non indigentibus, ſed diuitibus aliam am-
pliſſimam donationem facere, quæ prohibe-
44 tur Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, † qui
non poſſunt ex ſola familiæ conſeruatione
maioratum conſtituere ex redditibus Eccle-
ſiaſticis, immo peccant mortaliter talia fa-
ciendo Garz. de benefic. p. 2. c.1. n.6. Molin.
de primogenit. hiſpanor. lib.2. cap.10. n.47.
& 48. iuxta Concil. Trident ſeſſ. 25. c. 1. de
reform. & latè comprobat Comitul. reſpon-
ſor. moral. q.7. col.6 poſt med. n.8. fol. 149.
45 vbi etiam n.11. † quod iſta eſt magis commu-
nis opinio, itaut iam videatur facta de fide,
& neceſſario tenenda poſt Archid. in c. ſta-
tutum. §. aſſeſſorem. n.13. de reſcript. in 6.

Maximè, quia ſumus in donatione facta ex red-
ditibus Eccleſiaſticis, reſeruato vſufructo ad
46 fauorem donantis, † quo caſu donans cum
tali reſeruatione dicitur donare poſt mor-
tem, qua ſecuta, ſumit effectũ talis donatio,
ideo non poteſt fieri per Prælatum Port.
conſ. 104. iuxta l.2. §. ſi pecuniam. ff. de do-
nation. cum alijs per Roman. conſ. 26. in
prin. vbi latè Mandoſ. in verb. pro teſtan-
do Alex. conſ 7. n.13 & 14. lib.6. Mannell.
conſ. 4. n.8. & conſ. 173. n.7.

Neq; obſtat, quod defectus inſinuationis fuerit
47 remiſſus per Principem, † qui poteſt illum
remittere Cardin. Seraphin. deciſ. 746. n.7.
Vnde cum Cardinalis donauerit vigore fa-
cultatis ſibi conceſſæ, in qua remittebatur
inſinuatio, videtur, quod illa non ſit neceſ-
ſaria, & per conſequens ſimus in donatione
48 irreuocabili, † prout etiam in dubio cenſe-
tur donatum vigore iſtius indulti, vt actus
valeat, vt in propoſito notat Redoan. de ſpo-
lijs. q.7. §. his præſuppoſitis. n.26. & 27. fol.
208. iuxta l. miles qui deſtinauerat. ff. de mi-
litar. teſtam. Dec. in c. inter cætera. col.3. verſ.
& hoc tantum procedat. de appellat.

Quia in eodem indulto datur per Principem
iſta facultas quouis modo diſponendi, ſi &
quatenus Cardinalis permanſerit in tali vo-
49 luntate minus ſolemni, † quæ verba impor-
tant conditionem reſolutiuam, ſtatim quod
conſtat de non perſeuerantia Dec. conſ. 14.
50 n.1. lib. 3. Surd. conſ. 186. n. 10. lib.2. † vbi
etiam quod talis dictio, quatenus, idem ſi-
gnificat, quod dummodo, cuius natura eſt
importare conditionem l. thais. §. ſtichus.
ff. de manum. teſtam. Aim. conſ. 10. n.14. poſt
Caſtr. conſ. 292. circa primum dubium vi-
detur quod inſtitutio. col.1. & 2. lib.2. Alex.
conſ. 119. col.1. lib.1. & conſ. 20. col.2. lib.6.

Nec

Nec facit, quod Cardinalis eo ipſo voluit do-
nare abſque inſinuatione ſtatim, quod vſus
eſt indulto, & expreſsè in vim illius dona-
uit, Quia hoc procederet, quando ſimpliciter
in eodem indulto ſuiſſet conceſſa facultas
diſponendi de bonis ſuis abſque inſinuatio-
ne, ſecus quando, prout in caſu noſtro, ad-
ditur qualitas, ſi & quatenus diſpoocns in
tali voluntate minus ſolemni permanſerit,
51 tunc enim videtur donatum † cum eadem
qualitate ibidem inſerta, quæ non poteſt
diuidi, aut ſtare ſine ſubiecto *l. nulla. §. ſi
abſentis. ff. de petit. hæreditat. Bald. in l. 2.
ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Menoch.*
52 *conſ. 66. n. 15. Surd. conſ. 246. n. 6. lib. 2.* † Itaut
cenſeatur donans vſus ſuiſſe Indulto cum hu-
iuſmodi qualitate, per quam diſpoſitio re-
ponitur in diuerſa ſpecie *Bart. in l. ſi quis
poſthumo. §. ſi filium. in fin. ff. de liber. &
poſthum. Natt. conſ. 362. n. 18. Bero. conſ. 128.
n. 12. lib. 2. Crot. conſ. 50. n. 8. Surd. conſ. 34.
n. 43. lib. 1.*

Minus obſtat, quod donator voluit potius fa-
cere donationem irreuocabilem, cum vſus
fuerit verbis deuotantibus irreuocabilita-
tem, promittendo non contrauenire, quæ
verba licet non legantur in ſecunda dona-
53 tione, † tamen quia facta eſt iuxta formam
primæ, in qua illa continentur, potius dicē-
dum eſt eadem verba eſſe repetita cū omni-
bus qualitatibus, & clauſulis ibidem inſertis
Surd. conſ. 410. n. 44. & deciſ. 291. n. 18. Quia
etiam dato, quod quis donet inter viuos, &
irreuocabiliter, tamen non ſequitur, vt non
poſſit reuocare donationem, ſi non perman-
ſerit in eadem voluntate per actum inſinua-
tionis, cum omnes iſtæ clauſulæ expirent
54 non ſecuta inſinuatione, † tanquam depen-
dentes ab ipſa donatione principali, & ac-
ceſſoriæ ad illam *l. qui liberis. ff. de vulgar.
& pupill. Dec. in l. cum principali. ff. de
regul. iur. Bart. in l. contrahitur. ff. de pi-
gnor. Neguſant. eod. tit. membr. 1. p. 3. n. 9.
Surd. conſ. 318. n. 5. lib. 3. & conſ. 243. n. 10.
lib. 2.* Et cum principalis donatio ſit imper-
fecta, antequam inſinuetur *l. ſancimus. C. de
donationib.* omnes clauſulæ in ea appoſitæ
de non reuocando, cum ſimilibus, cenſentur
55 tales, † neque obligabunt, ſi non ſequatur
perfectio, quæ datur per inſinuationem
*Gemin. in c. fin. in gloſ. vlt. de appellat. in 6.
Dec. conſ. 247. n. 3. Gozad. conſ. 28. n. 36.
Tiraq. de iur. conſtitut. ampliat. 15. n. 3. &
limit. 7. n. 28. cum ſeq.* latè *Surd. conſ. 365.
n. 4. vſque ad 9. lib. 3. Gabr. conſ. 173. n. 10.
lib. 2. Burſatt. conſ. 103. n. 18.*

Nec aduerſatur, quod ſimilia indulta nihil de
56 nouo tribuant, † ſed ſolum remoueant ob-
ſtacula prouenientia ex diſpoſitione iuris
ciuilis, & neceſſitatem inſinuandi *Abb. conſ.
84. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 4. n. 24. & 25.*
Quia licet Princeps reduxerit actum ad ius
57 gentium, † non tamen ſuſtulit inſinuatio-
nem, niſi quatenus Cardinali viſum fuerit
permanere in diſpoſitione per eum facta,
itaut non data iſta perſeuerantia, non ſit ſu-
blatum obſtaculum iuris ciuilis mandantis
requiri inſinuationem ad perfectioocm do-
nationis *l. quoties. C. de rei vendic. l. ſanci-
mus. in princ. C. de donat. l. fin. C. de dona-
tionibus. ant. nupt.* Et ita bis cauſa propo-
ſita in Rota fuit deciſum, quod potuit reuo-
cari donatio, de qua agebatur *coram R. P.
D. Manzanedo Romana donationis. 5. Fe-
bruarij* 1623.

De facultate autem teſtandi conceſſa per Pa-
pam Epiſcopo, an extendatur, vt poſſit eri-
gere primogenituram, ſunt ponderanda
verba indulti, quæ in caſu noſtro adeo ſunt
58 plena, † vt ſit dicendum potuiſſe illam fieri,
quod tamen procedit in foro fori, cum in
foro poli ſit dubium, an valeat, ſi non adeſt
magna cauſa *Molin. de primogenit. hiſpa-
nor. lib. 2. c. 10. n. 30. fol. 273. Couar. in c.
cum in officijs. n. 7. de teſtam. & de ſponſalib.
p. 1. c. 7. §. 9. n. 8. Nauar. in c. fin. 16. q. 1.
n. 17. in 3. q. & in manual. c. 25. n. 129.
Barbat. de præſtant. cardin. p. 1. q. 4. n. 7.*

Prælatus autem in ſanitate poteſt primoge-
nium inſtituere, & talis inſtitutio habet
vim irreuocabilis donationis, quam de
bonis, & fructibus ſuæ dignitatis Epiſcopa-
59 lis non prohibetur facere, † licet de eis non
poſſit teſtari, nam citra teſtamentum, quo
ad omnia Prælatus æquiparatur vſufructua-
rio *Gloſ. in c. præſenti. in verb. reſeruari.
de offic. ordin. in 6.* latè *Molin. d. c. 10. n. 33.*
vbi quod nullus præter Deum de iſtis ſibi ra-
tionem exigit, & quod ita obſeruatur vbi-
que, & contra Cameram fuit iudicatum,
de quibus *Sot. de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 4.
art. 2. 3. & 4.*

Si autem inſtituat primogenium in ægritudi-
ne, ex qua poſtea obijt, eſt dubium, an va-
60 leat inſtitutio, † licet *Molin. ibid. n. 35. vſ-
que ad* 45. teneat, quod ſit valida ceſſante
fraude, cum non deſinat eſſe donatio inter
viuos, quæ fit ab ægrotante, & morti proxi-
61 mo † *l. ſeia. §. pater. de donat. cauſ. mort. Be-
ned.* latè *in c. rainutius. in verb. teſtamentū.
il 4. n. 22. de teſtam.* Et licet Camera ſæpè ob-
ſtet huiuſmodi donationibus volens illas in-
62 fringere, tamen † contra eum fuit iudica-
tum *Molin. ibid. n. 41. in fin.* vbi quod fiunt
compoſitiones ad effugiendas lites. Ideò
aliunde debet conſtare de fraude, cum ſola
infirmitas non ſufficiat.

Et hæc omnia quo ad forum fori, nam quo ad
forum fori videtur aliud dicendum, nam
prælatus mortaliter peccat faciens maiora-
63 tum in caſibus ſibi permiſſis in foro fori, † ex
ſola familiæ conſeruatione, iuxta *Concil.
c. 1. de reformat. ſeſſ. 25.* vbi præcisè inhibetur
Epiſcopis, ne ditent conſanguineos ex red-
ditibus ſuorum epiſcopatuum *Molin. de
primogenit. hiſp. lib. 2. c. 10. n. 47. & 48.*

Fallit

Fallit qnando maioratus inſtitueretur in cauſam piam, vel quando relictum cõſanguineis
64 eſt moderatũ,† vel quando Prælatus ſibi ſubtrahit neceſſaria, & ex eis facit maioratum tunc enim poteſt, vel quando illum facit ex
65 ſtipendijs, † & fructibus officiorum ſibi datorum à Principibus ſecularibus, vt per *Molin. d. lib. 2. c 10. n.48. vſque ad 51.* An autem teneatur reſtituere ex ſuis bonis patrimonialibus quod in tali maioratu conſum-
66 pſit, † ſunt hinc inde opiniones, de quibus *Idem Molin. d. c.10.n.51. & 52.*

Quo verò ad *Concil. ſeſſ. 25. d. c.* 1. non diſponit aliquid de nouo, nec inducit præceptum,
67 ſed ſolum † monet opus maioris charitatis *Ceuall. q.388. in fin. n. 62. fol.252. Gutier. q.114. lib. 2. pract. n.16. fol.297. Sarmient. de reddit. eccleſiaſt. p.4. c.6.n.15. tom.15.p.2. fol.393. & c.8. p.2. n.23. fol.379.*

Verum eſt, quod *Arcbid. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. n.13.* ſcribit eſſe
68 hæreſim in iure Canonico aſſerere, † quod Clerici ſint domini bonorum eccleſiaſticorum, quem refert, & ſequitur *Comitul. reſponſ. moral. q. 70. col. 6. poſt med. n.8. fol. 149.* vbi etiam *n.11.* quod iſta eſt communis opinio, itaut iam videatur facta de fide, & neceſſario credenda, iuxta *Nauar. de reddit. eccleſ. q.1. monit.24. in fin.* ¶ Sed *Nauar.*
69 non inueni,† & contrarium tenet *Sot. de iuſt. & iur. lib.10. q.4. art.2. cũ ſeq.* vbi quod ſunt domini *Ceual. q.388. n.52. fol.252. Sarmient.*
70 *de reddit. eccleſ. c.6.* † Et an valeat conſuetudo, vt ſuccedatur in bonis clericorum acquiſitis ex bonis eccleſiaſticis, latè *Gutier. lib.2. pract. quæſt. c. 114. Salazar de vſu & conſuet. & ſtyl. regal. cancell. c.3. n.12. Molin. de primogenit. c. 10. lib. 2.*

E P I T O M E.

PRoceſſus factus cum tutrice exiſtente in poſſeſſione adminiſtrationis tutelæ, an ſit validus. ¶ Identitas rei ex qnibus probetur. ¶ Bona expreſsè, ſeu tacitè prohibita alienari an veniant in generali obligatione. ¶ Aſſociatio ad poſſeſſionem ratione hypothecæ quo caſu detur contra tertium vigore conſtituti. ¶ Caducitas an incurratur per alienationem ſolum domino volente. ¶ Et an interim, donec non declaratur per eum, poſſit tertius illam allegare. ¶ Hypotheca quando ſit nulla, ſi conſtituatur ſuper re prohibita alienari. ¶ Et an de huiuſmodi nullitate poſſit tertius opponere. ¶ Et quando dicatur ius excluſiuum agentis, itaut habens intereſſe licitè illud deducat. ¶ Et quid ſi nullitas fuit detecta. ¶ Vel ſi prætẽdatur defenſio poſſeſſionis, quamuis talis poſſeſſio non ſit probata, ſed debeat probari. ¶ Ceſſante hypotheca an ceſſet etiam retentio, & ſaluianum. ¶ Conſtitutum quid operetur in contractu cenſuali.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſociatio ad poſſeſſionem ratione hypothecæ quando detur contra tertium vigore conſtituti. n.2. & 4.*
3 *Conſtitutum an operetur in contractu cenſuali.*
5 *Identitas domus ex quibus probetur.*
6 *Res ſi eſt incluſa intra certos fines, ſufficit de eis docere, vt dicatur probata identitas.*
7 *Legitimatio perſonæ non poteſt opponi per eum, qui citauit aliquem tanquam procuratorem.*
8 *Mater non admittitur ad tutelam, ſi non renunciauit ſecundis nuptijs.*
9 *Proceſſus eſt validus, ſi fiat cum tutrice exiſtente in poſſeſſione adminiſtrationis ipſius tutelæ.*
10 *Bona expreſsè prohibita alienari, & hypothecari non veniunt in generali obligatione, ſecus ſi non adſit expreſſa prohibitio. n.11. & 12. Et quid in tacita prohibitione. n.13. & 16.*
14 *Expreſſum dicitur, quod venit in neceſſarium antecedens expreſſi.*
15 *Permittitur vnicuique apponere in re ſua conditiones ſibi viſas.*
16 *Caducitas non incurritur propter alienationem, niſi domino volente, ſecus quo ad effectum, vt ſuper tali re prohibita alienari poſſit imponi hypotheca, aut cenſus.*
17 *Hypotheca eſt ipſo iure nulla, ſi conſtituatur ſuper re, quæ prohibetur alienari, & de tali nullitate poteſt tertius opponere. & n. 18.*
19 *Ius tertij licitè allegatur, donec declaretur voluntas domini circa nullitatem alienationis rei emphyteoticæ.*
20 *Habens intereſſe poteſt nullitatem ad tertium ſpectantem deducere, maximè ſi fuerit detecta. n.21.*
22 *Ius tertij excluſiuum intentionis, & iuris agentis poteſt opponi. n.23.*
24 *Datur de iure tertij ad tuendam poſſeſſionem, quamuis non ſit probata, ſed debeat probari. n. 25.*
26 *Actio, aut retentio, ſeu Saluianum non competit ceſſante hypotheca.*
27 *Appellatio non admittitur in poſſeſſorio, & vbi adeſt obligatio cameralis.*

CAP. DCCCLV.

PRo ſatisfactione fructuum cenſus decurſorum, dixi concedendum eſſe mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem domus, de qua agimus, quia conſtat de legitima impoſitione eiuſdem cenſus cũ conſenſu proprietarij ad fauorem Iannelli ceſſionarij, & litis conſortium, & de alijs extremis ex inſtru-
1 mento venditionis domus, † quibus probatis ratione hypothecæ competit aſſociatio contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam

ſam à debitore in vim clauſulæ conſtituti in
inſtrumento cenſus appoſitæ *Grat. conſ.* 42.
n. 12. *&* 13. *lib.* 2. *Rot diuerſ. deciſ.* 766 *n.* 11.
p. 1. *& deciſ.* 694. *n.* 8. *p.* 1. *in re entiorib. So-
cin. conſ.* 11 *n.* 1. *ad med. verſ. & pro prædi-
ctorum confirmatione lib.* 3. *Aret. conſ* 36 *n.* 1.
verſ. ſecundo dico . Tiraq. de iur. conſtitut.
2 *limit.* 1. *n.* 23. *&* 24. *fol.* 175. † vbi quod nihil
intereſt quod agatur hypothecaria, vel ſimili
actione contra debitorem, aut alium haben-
tem cauſam ab eo, nam tunc tali præindica-
bit conſtitutum, ſicut ipſi conſtituenti *Bald.
in c. cum veniſſent. de reſtitut. ſpoliator. Cin.
in l. cum res. C. ſi alien. res pignor. dat. ſit.*
iuxta *l. ſuperatus .* 3. *ff. de pignorib.* cum
alijs per *Tiraq. de iur. conſtitut. in princ.
n.* 43. *&* 44. *fol.* 145.

Nec facit, quod conſtitutum videatur reſpicere
3 ratam cenſus venditam, †non autem domum
iſtam cenſuatã, quod facit, vt tunc non poſſit
agi pro aſſociatione *Rot. corã R. P. D. Vbald.
interãnen. manutentionis* 3. *april.* 1620. dixi
deciſ. 20. *n.* 8. Quia contrarium apparet ex le-
ctura inſtrumenti, in quo conſtitutum fuit
appoſitum ſuper re ipſa, vnde aſſociatio de-
creta pro fructibus cenſus non poteſt dici
4 exceſſiua, † cum fuerit pro illa quantitate,
pro qua fuit factum conſtitutum, quo ſtante
competit aſſociatio, & conſtitutum præiu-
dicat habenti cauſam à debitore, ſicut ipſi
debitori conſtituenti *Bart. in l.* 3. *q.* 4. *princ.
in fin. verſ. ſed pone quod debitor. vbi Salic.
col.* 8. *verſ. quæro octauo. C. de pignorib. Bald.
conſ.* 58. *quidam accuſatus. lib.* 5. *Caſtr. conſ.*
10. *ſi vera ſunt . col.* 2. *verſ. ex his etiam
dico. lib.* 1. *Franc. Aret. conſ.* 21. *ſi diligen-
ter & maturius . col. penult. in* 1. *dub.* vbi
ampliat etiam contra Eccleſiam *Tiraq. de
iur. conſtitut p.* 1. *n.* 43. *poſt med. fol.* 145.
Alex conſ. 85. *ponderatis. col.* 2. *lib.* 6. *Gozad.
conſ.* 28. *n.* 15. *Guid. Pap. q.* 356. *verſ. ſepti-
mus eſt. Socin. conſ.* 82. *ſuper quæſtionibus .
col.* 2. *verſ. quinta concluſio. lib.* 3.

Minus obſtat non conſtare de identitate domus
cenſuatæ, Quia contrarium apparet ex in-
5 ſtrumentis exhibitis, † nam cenſus fuit prius
impoſitus ſuper quatuor domibus ſimul iun-
ctis exiſtentibus in via noua tendente ad Ec-
cleſiam S. Franciſci, quibus ab vno erant bo-
na Semidori, retro bona Bonelli, ante via
publica, & in venditione duarum domorum
facta per Antonium Zonghæ adſunt eadem
confinia, prout in venditione domus poſtea
facta per eumdem Antonium Americo de-
ſcribuntur eadem confinia viæ publicæ, &
Bonelli, & Zonghæ, cui eſt annexa domus
empta per Americum à dicto Antonio, itaut
ſtante dicta vnione domus eiuſdem Americi
cum domibus venditis Zonghæ appareat il-
lam eſſe intra confines deſcriptos in inſtru-
mento cenſus, cum domus Zonghæ ſit intra
6 eoſdem confines, † adeo vt quando res eſt
incluſa intra certos fines, ſufficiat de eis do-
cere, cũ ſatis ex illis certificetur res, de qua
agitur *l. forma. in princ. ff de cenſib. l. cum
ſeruo . §.* 1. *ff. de contrab. empt. l. titius hæ-
res. ff. de actionib. empt.*

Non obſtat, quod non fuerint legitimatæ per-
ſonæ, Quia adeſt teſtamentum paternum,
7 & inſtrumentum tutelæ, † & curæ, in quo
conſtat, quod actores ſunt filij, & hæredes
Polidori Iaccij, quamuis nec iſta require-
rentur, cum ſemper pro talibus ad Aduer-
ſario fuerint in iudicio acceptati, & contra
eos actum tanquam tales, quod ſufficit, itaut
non poſſit de legitimatione perſonarum op-
poni *l. inter quos .* 39. *§. alieno. in fin. ff. de
damn. infect. Iaſ. in l. licet.* 24. *n.* 8. *C. de pro-
curat. Natt. conſ.* 126. *in fin.* latè *Surd. de-
ciſ.* 104. *n.* 6. *vſque ad* 14. *& deciſ.* 108.
n. 12. *&* 13.

Nec oberit, quod non conſtet de legitima tu-
8 tela Claricis matris, † quæ non renunciauit
ſecundis nuptijs, & non adimpleuit adim-
plenda *Capic. deciſ.* 50. *n.* 1. *cum ſeq.* Quia
ſatis eſt, quod fuerit doctum ex publicis in-
ſtrumentis illam eſſe in poſſeſſione admini-
ſtrationis, & tanquam tutricem omnia fe-
9 ciſſe, & facere, † quæ ad tutricem pertinent,
cum interim proceſſus non ſit nullus, qui
cum tali fuerit factus *Bart. in l. tutor qui
repertorium. n.* 7. *ff. de adminiſtr. tut. Auffr.
ad Capell. Tboloſ. deciſ.* 289. *in princ. Albenſ.
conſ.* 21. *n.* 7. *Guid. Pap. deciſ.* 330. *Granut.
theorem.* 8. *n.* 19. *Put. deciſ* 318. *in fin. lib.* 1.
*Rot. coram Card. Seraphin. Maceraten. ceſ-
ſionis.* 9. *Decembris* 1592.

Non obſtat retentio, quam prætendit tertius
poſſeſſor domus vigore ceſſionis crediti an-
terioris pro rata ſcutorum ſeptingentorum.
10 Quia † cum talis domus eſſet expreſsè pro-
hibita alienari, & hypothecari tanquam
emphyteotica, & conceſſa cum ſimili prohi-
bitione, vt latius in inſtrumento emphyteu-
ſis exhibito, non potuit venire ſub generali
obligatione bonorum facta per Ioannem ad
fauorem creditorum, quorum eſt ceſſiona-
rius idem tertius poſſeſſor *Bart. in l. codi-
cillis.* 91. *§. inſtituto. n.* 5. *ff. de legat.* 2. *Alex.
in l. ſi conſtante. n.* 26. *ff. ſolut. matrim. & conſ.*
168. *n.* 8. *lib.* 2. *& conſ.* 10. *n.* 5. *lib.* 7. *Rot. di-
uerſ. deciſ.* 425. *alias* 416. *n.* 8. *p.* 1. *Cardin.
Serapb. deciſ.* 1290 *n.* 5. *Grat. conſ.* 55. *n.* 16.
verſ. non obſtat. lib. 1. *Neguſ. de pignorib.
p.* 2. *membr.* 3. *n.* 71. *&* 80. *Fulgoſ. conſ.* 213.
col. 2. *in princ.*

Non obſtat, quod etiam bona emphyteotica
ca comprænhendantur in generali obligatio-
11 ne † *Gloſ. in l. fin. in verb. alijs . verſ. ſed
certè : vbi Salic. n.* 60. *Iaſ. n.* 78. *C. de iur.
emphyt.* latè *Rot. coram R. P. D. Penia
Romana Saluiani interdicti.* 12. *Nouembris*
1592. *impreſſ. poſt tract. de Saluian. deciſ.* 99.
n. 1. latiſſimè *Card. Mantic. de tacit. & am-
big. conuention. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 24. *vſque
ad* 29. vbi ampliat procedere ne dum in em-

phyteuſi priuati, ſed etiam Eecleſiæ Neguſ.
de pignor. p. 2. membr. 2. n. 28. Salic. in d. l.
12 vlt. n. 6. † Quia prædicta procedunt quando
in inſtrumento emphyteuſis non adeſſet pro-
hibitio expreſſa alienationis, ſecus autem ſi
fuiſſet prohibita alienatio etiam lato ſum-
pto vocabulo, tunc enim intelligitur etiam
prohibita hypotheca l. vlt. vbi Gloſ. in verb.
vel hypothe.ã. C. de reb. alien. nõ alien. Socin.
conſ. 75. n. 2. lib. 1. Grat. conſ. 55. n. 16. lib. 1.
Card. Mantic. qui ita diſtinguit de tacit. &
ambig. conuentionib. lib. 11. tit. 4. n. 10. vbi
etiam teſtatur ita fuiſſe decisum in Rot. co-
ram Card. Lancellotto Romana domorum 3.
Iunij 1577. quæ eſt deciſ. 425. par. 1. diuerſ.
quam ſequitur Rot. coram R. P. D. Coccino
Romana Saluiani interdicti. 2. Decembris
1601. impreſſ. poſt tract. de Saluian. deciſ. 17.
n. 5. & coram R. P. D. Penia Romana ſeu
Amalphetana Saluiani interdicti. 9. Iunij
1603. impreſſ. ibid. deciſ. 104. n. 1. vſque
13 ad 6. † vbi etiam ampliatur procedere in
tacita prohibitione latè ſumpto vocabulo,
videlicet ſi in emphyteuſi adſit conuentio,
quod ſi alienauerit ſine conſenſu domini lar-
gæ alienationis ſumpto vocabulo ſolum
cum melioramentis ad dominum emphy-
teuſis reuertatur, quæ verba ſaltem virtuali-
ter continent ipſam prohibitionem ſub pœ-
14 na caducitatis, † vnde dicitur ſatis expreſ-
ſum, quod venit in neceſſarium antecedens
expreſſi, & virtualiter ineſt orationi prolatæ
Bart. in l. prætor ait. in princ. ff. de nou. oper.
nunciat. Gail. lib. 1. obſeruat. 2. n. 2. & 4.

Contraria autem procedunt in tacita prohibi-
tione legali, ſecus vbi concurrit expreſſa
prohibitio hominis, cum duo vincula magis
15 ligent, † & quia permittitur vnicuique in
re ſua apponere conditionem ſibi viſam l. in
traditionibus. ff. de pact. dotalib. & ita in
16 ſpecie reſpondet † Rot. coram R. P. D. Pe-
nia in d. Romana ſeu Amalphetana Saluia-
ni. 9. Iunij 1603.

Minus obſtat, quod alienatio circa huiuſmodi
prohibitionem, ita demum non ſubſiſtat,
quando dominus directus voluerit, & decla-
rauerit, tanquam prohibitio hypothecæ ſit
17 impoſita ad fauorem ipſius, † Quia hoc pro-
cedit ad effectum deuolutionis, & cadu-
citatis, quæ concernit intereſſe domini directi,
& quæ non incurritur, niſi eodem domino
volente, & declarante, ſecus autem ad effe-
ctum, vt ſuper tali re prohibita alienari per
concedentem etiam largæ alienationis ſum-
pto vocabulo, poſſit validè imponi hypo-
theca, & cenſus, vel quid ſimile conſtitui,
prout in ſpecie ita diſtinguit Rot. coram
R. P. D. Penia Romana ſeu Amalphetana
Saluiani interdicti. 9. Iunij 1603. quæ eſt
impreſſ. poſt tract. de Saluian. deciſ. 104. n. 7.
& 8. vbi etiam allegatur in ſimili Rot. co-
ram Card. Seraphino Romana vineæ. 2. Iunij
1598. & coram R. P. D. Coccino Romana
Saluiani interdicti. 8. Februar. 1602. Ca-
putaq. deciſ. 17. p. 1. Et quamuis ſit prohibita
expreſsè hypotheca, non incurritur tamen
caducitas, ſi hypothecetur, cum ſolum talis
hypotheca ſit nulla Corbul. de cauſ. priua-
tion. ob alienation. limitat. 33. n. 5. fol. 299.

Cum etiam ſtante prædicta prohibitione alie-
18 nationis, hypotheca ſit ipſo iure nulla † Al-
ciat. conſ. 258. n. 3. & 14. Corbul. de cauſ. pri-
uat. ob alienation. limit. 33. n. 5. verſ. & hy-
potheca ſeu pignus. fol. 299. iuxta l. ſi credi-
tor. §. fin. ff. de diſtract. pignor. Adeo vt ſtante
huiuſmodi hypotheca nulliter ipſo iure im-
19 poſita, † poſſit quilibet etiam tertius talem
nullitatem allegare Surd. deciſ. 108. n. 19.
vſque ad 21. vbi quod donec declaretur ta-
lis voluntas circa actus validitatem, ſeu in-
ualiditatem, tertius poteſt talem nullitatem
opponere, cum interim idem actus remaneat
nullus, & per conſequens ius tertij licitè al-
legatur, tanquam excluſiuum iuris agentis
ipſo iure, quamuis ille tertius non contra-
dicat Ruin. conſ. 40. n. 7. & 8. lib. 5. Alex.
conſ. 38. n. 6. lib. 2. Roland. conſ. 15. n. 22.
lib. 1. dixi latè ſupr. c. 691. n. 12.

Accedat, quod ſumus in tertio habente in-
20 tereſſe, cuius ratione † poteſt per eum nulli-
tas deduci Caſtr. & Alex. in l. ille à quo.
§. ſi de teſtamento. ff. ad trebellian. Cephal.
conſ. 133. n. 125. lib. 1. Menoch. conſ. 1. n. 321.
cum alijs, de quibus ſupr. c. 691. n. 15. 16.
21 & 17. vbi etiam † quod quando ſumus, prout
in caſu noſtro, in nullitate detecta, tunc po-
terit per quemcumque de illa opponi Felin.
in c. lator. de re iudic. Rot. diuerſ. deciſ. 175.
n. 12. par. 1.

Cum etiam ius tertij poſſit allegari, quan-
22 do eſt excluſiuum intentionis, † & iuris
agentis Aim. conſ. 191. n. 3. cum alijs per
Rot. coram Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. 415.
n. 3. Theſaur. deciſ. 4. n. 1. Quaſi hoc non ſit
propriè dare de iure tertij, ſed de non iure
23 agentis, † quod admittitur Surd. conſ. 415.
n. 17. Rot. deciſ. 741. in fin. p. 4 in nouiſſ. Prout
etiam ad obtinendam abſolutoriam, & tuen-
24 dam ſuam poſſeſſionem † poteſt dari de iure
tertij Caſtr. in l. fin. n. 12. vbi Alex. n. 23. ad
fin. Corn. n. 41. Iacob. n. 46. Zuccard. n. 392.
C. de edict. diu. adr. toll. Menoch. de adipiſc.
rem. 4. n. 595. Rot. coram Sanctiſſ. d. deciſ.
415. & coram R. P. D. Manzanedo Anconi-
tana bonorum. 4. Iunij 1614. Theſaur. deciſ. 4.
25 n. 1. Surd. conſ. 415. n. 16. lib. 3. † Itaut non
obſtet, quod quis non ſit in poſſeſſione, quia
ſufficit, quod fuerit articulatum, & quod
prætendatur, quem eſſe poſſeſſorem, cum ad
iſtum effectum ſit danda remiſſoria, ſi petatur
Rot. coram Sanctiſſ. d. deciſ. 415. n. 4. in
fin. & coram Card. Pamphilio Toletana iu-
ris decimandi. 14. Martij 1594. & coram
R. P. D. Orano Calagurritana panis. 6. No-
uembris 1595.

Ceſſante igitur hypotheca, non eſt danda ali-

qua

26 qua actio, aut Saluianum, ſeu retentio† *Ang. in §. item ſeruiana. in fin. inſtit. de actionib. Surd. conſ. 131. n. 11. lib. 1. Natt. conſ. 474. n. 34.* ¶ Et ita ex prædictis fuit iudicatum concedendo mandatū de aſſociando ad poſſeſſionem domus, de qua agimus, prout in vim dicti mandati capta fuit poſſeſſio, non obſtante appellatione, quæ non fuit admiſſa, cum conſtaret de rectitudine ſententiæ, &
27 quia eramus in poſſeſſorio, † & in obligatione camerali contenta in inſtrumento cenſus, ex quibus excluditur appellatio *Corn. conſ. 191. n. 21. poſt med. verſ. nam loquitur lib. 3. Rot. deciſ. 695. n. 2. ad med. p. 2. in recentiorib.*

EPITOME.

HYpotheca quando veniat in obligatione generali. ¶ Et an confirmetur, ſi tempore, quo venit cauſa confirmationis, non reperiatur res in bonis debitoris. ¶ Et quando tempus exiſtentis conditionis dicatur habile, tàm reſpectu rei, quàm perſonæ, vt conditio poſſit retrotrahi, ſiue ſit mixta, ſiue poteſtatiua, ſiue caſualis. ¶ Creditor prior an ſit præferendus ſecundo etiam in bonis quæſitis per debitorem poſt obligationem factam ſecundo, ſiue obligatio ſit pura, ſiue conditionalis. ¶ Intellectus *l. balneum. §. titia prædium. ff. qui potior. in pignor. habeant.* ¶ Conditio an poſſit retrotrahi, ſi donans ſub conditione ſit mortuus tempore purificatæ conditionis. ¶ Et an in legatis, ſicut in contractibus illa retrotrahatur. ¶ Donatio quando cenſeatur conditionalis ſuſpenſiua, ſeu reſolutiua. ¶ Bona donata ſub conditione an debeant eſſe donantis tàm tempore donationis, quàm purificatæ conditionis, vt dicantur compræhenſa ſub hypotheca.

SVMMARIVM.

1 *Bona futura veniunt in hypotheca generali.*
2 *Hypotheca, & obligatio non confirmatur, ſi tempore, quo venit cauſa confirmationis, non reperitur res in bonis debitoris. Intellige vt n. 3.*
4 *Tempus exiſtentis conditionis, quando dicatur habile, tàm reſpectu rei, quàm perſonæ ad hoc vt conditio poſſit retrotrahi. n. 6.*
5 *Intellectus* l. balneum. §. titia prædium. ff. qui potior. in pign. habeant. *n. 24. & 25.*
7 *In conditione mixta, ſeu caſuali debitor ſtatim, illa exiſtente, fingitur retro obligatus, ſecus in poteſtatiua.*
8 *Creditor prior præfertur ſecundo etiam in bonis quæſitis per debitorem poſt obligationem factam ſecundo, ſiue obligatio ſit pura, ſiue conditionalis mixta, vel caſualis, ſecus in poteſtatiua. n. 9. 10. 11. & 20.*
12 *Conditio caſualis retrotrahitur propter ius quæſitum; quod attenditur, licet ſit conditionale, quod non eſt in poteſtatiua, in qua non dicitur initus aliquis contractus, ſed potius habitus tractatus de ineundo. n. 13.*
14 *Conditio quando retrotrahatur in legatis, ſicut in contractibus. in præiudicium illorum, quibus medio tempore fuit quæſitum. n. 15. & 16.*
17 *Donatio dicitur ſub conditione ſuſpenſiua caſuali, non reſolutiua, ſi fiat ſub illis verbis quatenus donans moreretur ſine filijs. n. 18. & 19.*
21 *Bona donata ſub conditione ſuſpenſiua debent eſſe donantis, vel de tempore donationis, vel de tempore purificatæ conditionis ad hoc, vt dicantur compræhenſa ſub hypotheca. Declara vt n. 22. & 23.*
26 *Conditio an poſſit retrotrahi, ſi perſona, quæ donauit ſub conditione, reperiatur mortua tempore purificatæ conditionis. n. 27. & 28.*

CAP. DCCCLVI.

BOna acquiſita poſt primam donationem veniunt ſub hypotheca eiuſdem primæ donationis ad fauorem Caroli, & filiorum contracta, Nam per Iulium fuerunt donata omnia bona tàm præſentia, quàm futura cum obligatione camerali, & clauſulis ampliſſimis, & promiſſione de obſeruando, & non contrauenlendo, & reficiendo omnia
1 damna, † ex quibus verbis apparet, quod non debet fieri aliqua reſtrictio ad bona quæſita, ſed compræhenduntur acquirenda, licet etiam ſufficeret, quod de futuris non eſſet facta mentio, cum illa etiam venirent in generali obligatione, & hypotheca, vnde multò magis, quando de futuris bonis fuit expreſsè conuentum *l. vlt. C. quæ res pignor. obligar. poſſ. Bart. in l. 1. in princ. ff. de pignorib. Dec. conſ. 539. in inclita ciuitate. n. 3. Pariſ. conſ. 50. n. 13. in fin. lib. 1. Conar. practic. quæſt. c. 29. n. 4. Rot. deciſ. 294. n. 2. par. 1. in recentiorib. Neguſ. de pignorib. membr. 2. p. 2. n. 1.*

Non obſtat, quod tempore primæ donationis Iulius donator non poſſideret bona poſtea acquiſita, prout neque illa poſſidebat de tempore mortis, & purificatæ conditionis, cum donatio prima fuerit facta, niſi ſi & quatenus Iulius ſine filijs decederet, de quo tempore iam ſecundò donauerat Aduerſa-
2 tio, † vnde non poterat agi de confirmatione hypothecæ, & obligationis, cum illa non confirmetur, ſi tempore, quo cauſa confirmationis euenit, res in bonis debitoris non reperiatur *l. qui balneum. 9. §. titia prædium. ff. qui potior. in pignor. habeant. l. ſi prior. 13. §. à titio. ff. eod. tit.*

Quia diſpoſitio illius *tex.* procedit, quando hypotheca, & obligatio fuit ſuper vna re tan-
3 tum, † & ſuper vnico prædio, quod ſolum debitor pluribus obligauit, Etenim ſi extre-

mum à quo non reperitur habile in eſſentia,
tempore exiſtentis conditionis ad obliga-
tionem contrahendam, vel ex parte rei; vel
ex parte perſonæ, tunc conditio non trahi-
tur, neque efficitur retro ad tempus contra-
4 ctus, † & ex parte rei dicitur, ſi tempore exi-
ſtentis conditionis res debita eſſet perẽpta,
ex parte autem perſonæ dicetur, quãdo ante
purificatam conditionem perſona, quæ pro-
miſerat ſub conditione, eſſet mortua, nam
tunc extremum à quo non eſſet habile in eſ-
ſentia, & propterea conditio non poſſet re-
trotrahi, ita in ſpecie declarat *Bart. in l. quo-
ties. in fin. ff. de nouationib. Alex. ad Bart.
in l. ſub conditione. 16. in litter. d. ff. de ſo-
5 lutionib.* iuxta *d. l. balneum. §. titia.* † vbi
res aliena fuit data per debitorem pignori
prius Titio, ſecundo Caio, tertio debitor
illam emit, quarto idem debitor illam ven-
didit Sempronio, & de pretio ſatisfecit Ti-
tio primo creditori, deciditur ibi, quod
Caius ſecundus creditor non poterat talem
rem auocare ab emptore, quia illa nunquam
fuit ei obligata, nã eadem res fuit ſolũ obli-
gata ſecundo creditori ſub conditione, vide-
licet ſi deſierit eſſe obligata primo credito-
ri, vnde cum tempore exiſtentis conditionis,
ſcilicet ſatisfactionis factæ primo creditori,
per quam illi res deſijt eſſe obligata, non re-
periatur ipſa res in bonis debitoris, quia an-
tea fuit vendita Sempronio, & ſic deficiat ex-
tremum à quo in eſſentia, non poteſt illa
obligatio facta ſecundo creditori retrotrahi,
& confirmari *Bart. in d. l. quoties. in fin.
ff. de nouationib. Neguſ. de pignorib. p. 5.
membr. 2. n. 41. & 42. fol. 88.*
Aliud eſt in caſu noſtro, in quo extremum à
6 quo reperitur habile † in eſſentia tempore
exiſtentis conditionis ad obligationem con-
trahendam, nam obligatio non fuit in vna
ſola re, ſed etiam in rebus futuris, quæ fue-
runt hypothecatę primo donatario, & quam-
uis ante purificatam conditionem, perſona,
quæ promiſerat ſub conditione, eſſet mor-
tua, itaut videatur, quod extremum à quo
non eſſet habile in eſſentia, & propterea con-
7 ditio non poſſit retrotrahi, † Tamen hoc in-
telligitur in conditione poteſtatiua, non au-
tem in caſuali, ſeu mixta, prout eſt iſta de
qua agimus, ſi donans deceſſerit ſine filijs,
nam in tali conditione extremum à quo eſt
habile in eſſentia, quia debitor ſub iſta con-
ditione obligatus ſtatim exiſtente conditio-
ne fingitur retro obligatus, & retro libera-
tus, quidquid aliud ſit in conditione poteſta-
tiua, in qua exiſtente conditione debitor non
fingitur retro obligatus, nec retro liberatus,
ita in ſpecie declarando *d. l. qui balneum.
§. titia prædium. & d. l. ſi prior. ff. qui po-
tior. in pignor. habeant.* concludit *Bart. in
l. ſub conditione. 16. n. 5. verſ. quæro vtrum
hoc principium. ff. de ſolutionib. Caſtr. in l.
quidam cum filium. 131. in fin. ff. de verbor.
obligation. & conſ. 446. ad primum quæſi-
tum. n. 1. in fin. lib. 2.*
Quare paſſim concludunt Doctores, quod ſem-
8 per prior creditor præfertur ſecundo † etiam
in bonis quæſitis per debitorem poſt obliga-
tionem factam ſecundo, ſiue ſimus in obliga-
tione pura, ſiue conditionali, ſiue caſuali,
vel mixta nõ dependente ex mera voluntate
debitoris, tunc enim hypotheca trahitur re-
tro ad diem contractus, & creditor ex illa
præfertur poſteriori creditori puro, & perin-
de habetur, ac ſi illo tempore, quo ſtipula-
tio fuit interpoſita, facta fuiſſet ſub hypo-
theca ſine aliqua conditione, non obſtante,
quod ſecundæ, & poſteriores hypothecę con-
tractę fuerint ante purificatam conditionem
9 præcedentis obligationis, † quidquid aliud
ſit in conditionibus poteſtatiuis, quæ non
trahuntur retro, & ideo non faciunt præferri
creditorem, ſed attenditur tempus exiſtentis
conditionis *l. potior. 11. §. ſi colonus. ff. qui
potior. in pignor. Bart. Ang. & Salic. in
l. 1. ff. eod. tit. l. penult. vbi omnes communi-
ter. ff. quæ res pignor. obligar. poſſ. & in l. ſi
is qui pro emptore. vbi Bart. in 5. q. princ.
n. 47. & Iaſ. n. 311. ff. de vſucapion. Ang. &
Alex. in l. ſi filius. in princ. ff. de verbor.
obligation. Neguſ. de pignorib. p. 5. membr. 2.
n. 10. verſ. ſextodecimo amplia. fol. 82.* late
Bero. qui de communi *conſ. 46. n. 15. & 16.
10 lib. 1.* † vbi in ſpecie loquitur de iſtis bonis
futuris obligatis ſub conditione, de qua agi-
mus *Idem Bero. conſ. 45. n. 4. lib. 2. Burſatt.
conſ. 43. n. 1. cum ſeq. lib. 1.* cum alijs per
Menoch. conſ. 851. n. 37. vſque ad 43. lib. 9.
plenè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.
conuentionib. lib. 14. tit. 46. n. 19. cum ſeq.
11 col. 4. 5. & 6.* † vbi etiam quod ita reſoluit
*Rot. coram Cardin. Seraphino Romana mili-
tiæ ſeu pecuniaria. 12. Decembris 1582.*
Ratio autem differentię inter iſtas conditiones,
inter alias, illa eſt, quia in caſuali dicitur ius
quæſitum licet conditionaliter, vnde non
mirum ſi adueniente conditione retrotraha-
12 tur, † & primus ſit præferendus ſecundo po-
ſteriori, quod non eſt in poteſtatiua, quæ de-
pendet à voluntate debitoris, itaut non di-
catur initus aliquis contractus, ſed potius
habitus tractatus de ineundo, ideo non tra-
hitur retro *Socin. conſ. 41. col. 1. in princ.
lib. 4. poſt Gloſ. in clem. 1. in verb. executo-
13 rem. de conceſſ. præbend.* † per quam melius
iſta declarari, quam per legiſtas dicit *Caſtr.
in l. quidam cum filium, 131. in fin. ff. de
verb. obligationib. Neguſ. de pignorib. p. 5.
membr. 2. n. 10. poſt med. fol. 82. Menoch.
conſ. 851. n. 39. vſque ad 45. lib. 9. Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 14. tit. 46. n. 19. & 20.*
Quæ etiam procedunt non ſolum in contracti-
bus, ſed etiam in legatis, nam quamuis in
eis conditio non retrotrahatur in præiudi-
14 cium illorum, † quibus medio tempore fuit
ius

Digitized by Google

ius quæſitum *Neguſ. de pignorib. par. 5. membr. 2. n. 10. verſ. ſed licet ita ſit in contractibus. fol.* 82. Nihilominus iſta procedunt in quantitate legata, ſecus quando certa
15 bona legantur, † tunc enim conditio retrotrahitur ad effectum, vt illa poſſint recuperari à tertio, vt in ſpecie tenuit *Rot. coram R. P. D. Coccino Florentina ſeu Pariſien. pecuniaria. 6. Nouembris 1615. quæ eſt deciſ. 760. n. 6. poſt med. par. 2. in recentiorib.* ſecundum *Caſtr. conſ. 446. iuxta primum quæ-*
16 *ſitum. n. 1. lib. 2.* † Quamuis de hoc non ſit quærendum, quia ſumus in contractibus, in quibus conditio, de qua agimus, retrotrahitur, vt dictum eſt *Rot. d. deciſ. 760. n. 6. in fin.*

Et ita ex prædictis fuit deciſum, quod bona acquiſita poſt primam donationem veniant ſub hypotheca eiuſdem donationis, vt in *deciſione coram R. P. D. Manzanedo Romana de Mazzatoſtis. 27. Iunij 1622.* Quibus cum pars aduerſa non acquieſceret, obtinuit cauſam iterum proponi, ideo fuit datum dubium an eſſet recedendum à deciſis, quod quidem dicebam reſoluendum negatiuè, quia omnia, quæ denuo fuerunt oppoſita in idem reincidunt, & illis fuit plenè ſatisfactum, & vt clarius appareat veritas deciſionis, & quod ab ea non eſt recedendum, opus eſt repetere aliqua in prioribus allegationibus adducta, videlicet, quod non obſtat,
17 quod † prima donatio fuerit conditionalis, tamquam facta ſub illis verbis quatenus donans moreretur ſine filijs, quæ faciunt diſpoſitionem conditionalem *Oldrad. conſ. 139. Dec. conſ. 246. in cauſa magnifici. n. 2. verſ. nec obſtat huic concluſioni. Honded. conſ. 2. n. 56. lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 381. n. 1. par. 1.* & fuit ita reſolutum in hac cauſa *coram*
18 *R. P. D. Veroſpio. 28. Aprilis* 1617. † vbi etiam quod dicta conditio eſt ſuſpenſiua, non autem reſolutiua, cum ſit appoſita perfectioni actus *Gloſ. in l. 2. ff. de in diem addict. Oſaſc. deciſ. 145. n. 8. Decian. conſ. 8. n. 71. lib. 2. Menoch. conſ. 388. n. 15. cum ſeq. lib. 4.*

Quia reſpondetur, quod verſamur in conditio-
19 ne caſuali ſi deceſſerit ſine liberis, † prout in hac cauſa reſoluit Rot. *coram R. P. D. Veroſpio*, vnde in ea retrotrahitur hypotheca ad diem contractus etiam in præiudicium tertij, ad cuius fauorem fuiſſet facta alia donatio, & diſpoſitio, Contraria autem proce-
20 dunt in conditione poteſtatiua, † in qua non datur retrotractio hypothecæ in præiudiciū eiuſdem tertij *Caſtr. conſ. 446. n. 1. lib. 2.* prout etiam ita reſoluit *Rot.* per *Mohedan. deciſ. 1. de pignorib. & coram Card. Seraphin. Roman. de Caualcantibus. 19. Iunij 1593.* quas deciſiones in propoſito adducit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 11. tit. 23. n. 29.* & latius *tit. 44. lib. 14. n. 19.* vbi etiam addit aliam deciſionem *Rot. coram Card. Seraphino Romana militiæ ſeu pecuniariæ. 12. Decembris 1582. Bero. Burſatt. Menoch.* & alij de quibus *ſupr. n. 9. & 10.*

Nec facit, quod ad effectum, vt intret hypotheca, requiritur, quod bona donata ſub
21 conditione ſuſpenſiua ſint donatoris, † vel de tempore donationis, vel de tempore purificatæ conditionis, nam alias illa non dicentur comprehenſa ſub tali hypotheca *l. qui balneum. 9. §. titia. vbi Gloſ. Bald. Ang. Alber. Salic. & Odoffr. in princ. ff. qui potior. in pignor. habeant. Balduin. de pignorib. & hypothec. c. 12. tit. quæ res pignor. obligar. poſſ. col. 3. verſ. ſed & ſi alteri. fol. 192.*

Quia prædicta procedunt in conditione po-
22 teſtatiua, † quæ facit, vt extremum à quo non reperiatur habile in eſſentia temporis exiſtentis conditionis ad obligationem contrahendam, vel ex parte rei, vel ex parte perſonæ, ideo iſta conditio non retrotrahi-
23 tur ad tempus contractus, † Aliud quando prout in caſu noſtro; ſumus in conditione caſuali, ſeu mixta, nam tunc extremum à quo reperitur habile in eſſentia, quia debitor ſub iſta conditione obligatus ſtatim exiſtente conditione fingitur retro obligatus, quod non eſt in conditione poteſtatiua, in qua non fingitur retro obligatus, prout dictum eſt *ſupr. n. 7.* iuxta diſtinctionem *Bart. in l. ſub conditione. 16. n. 15. verſ. quæro*
24 *vtrum hoc principium. ff. de ſolutionib.* † vbi in ſpecie ita declarat *tex. in d. l. qui balneum. 9. §. titia. ff. qui potior. in pignor. habeant. Idem Bart. in l. quoties. in fin. ff. de nouationib. Caſtr. in l. quidam cum filium. 131. in fin. ff. de verbor. obligationib. & conſ. 446. ad primum quæſitum. n. 1. in fin. lib. 2.*
25 quibus additur † *Neguſ. de pignorib. par. 5. memb. 2. n. 41. & 42. fol. 88. & p. 2. membr. 2. n. 6. fol. 6.* & latius *p. 5. membr. 2. n. 10. verſ. ſexto decimo amplia. fol. 82. Gabr. conſ. 141. n. 8. lib. 1. Din. conſ. 4. n. 7. vſque ad 12. Burſat. conſ. 45. n. 1. cum ſeq. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 14. tit. 46. n. 19. col. 4. 5. & 6.*

Nec debet attendi, quod conditio non poſſit
26 retrotrahi, tanquam perſona, † quæ donauit ſub conditione, reperiatur mortua tempore purificatæ conditionis, cum Iulius donator tempore, quo moritur efficiat, vt conditio ſit purificata, quia moritur ſine filijs *Dec. conſ. 246. in cauſa magnifici baronis. col. 2. in fin. verſ. quantum ad alia bona.*
27 *n. 3.* † Quia contrarium ſequitur *Idem Dec. in l. contractus. 23. col. 8. poſt med. verſ. item notandum eſt. n. 17. ff. de regul. iur.* vbi concludit, quod ſiue conditio conferatur in tempus mortis, ſiue poſt mortem, valebit, tanquam in vtroque caſu conditio purificata retrotrahatur, nam in puncto mortis donatoris, ſeu per momentum ante, cenſetur eſſe translatum dominium in donatarium, itaut exiſtentia iſtius conditionis, ſi ſine liberis deceſſerit, anticipet actum moriendi

Oldrad. conſ. 139. ad habendam aliqualem notitiam. n.7. verſ. quintum quando videatur. Guid. Pap. deciſ. 268. quidam donauit. n.1. Alber. in l. vlt. col. 2. verſ. ſed quando videtur. C. de pact. Alex. conſ. 83. viſa facti narratione. col. 2. & 3. n.6. lib. 2. Tiraq. de iur. conſtitut. poſſeſſ. par. 3. limitat. 2. n.11.
28 *fol. 173.* † vbi quod ad hoc eſt bonus *tex. in l. mortis cauſa. ff. de manumiſſ. Iaſ. in l. quoties. col. 5. verſ. nota tamen diligenter. C. de rei vendicat. & conſ. 147. col. 8. in princ. verſ. primo ex limitatione quam tradit in terminis. lib. 2. Negúſ. de pignorib. par. 2. membr. 2. n. 3. vſq; ad 8. fol 6. Claud. Aquenſ. in l. quamuis. §. 1. col. 1. verſ. & ita dicebam. ff. de acquir. poſſeſſion.* Ex quibus fuit concluſum non eſſe recedendum à deciſis *eorum eodem R. P. D. Manzanedo in d. cauſa Romana de Mazzatoſtis. 16. Ianuar. 1623.* Conditio autem licet in contractibus trahatur retro quo ad hypothecam, Tamen ſecus eſt quo ad dominium *Alex. conſ. 228. n. 4. lib. 6.* & ibi latè *Natt. in verb. traberetur. Gabr. conſ. 241. n. 8. in fin. lib. 1.*

E P I T O M E.

Receptio dotis an præiudicet, vt non poſſint peti fructus. ¶ Et quid ſtante ſtatuto Vrbis, aut promiſſione mariti de reſtituendo dotem cum damnis, & intereſſe. ¶ Expenſæ litis cum alimentis quando ſint ſubminiſtrandæ per virum vxori pendente iudicio ſeparationis thori. ¶ Et ad quam ſummam etiam in cauſis grauiſſimis, & inter Principes, & in dote ampliſſima. ¶ Reſtitutio dotis ob vergentiam viri ad inopiam an ſit propria, & vera reſtitutio, ſicut illa, quæ fit ob mortem viri, ſeu ob ſeparationem thori. ¶ Maritus quando teneatur reſtituere dotem vna cum fructibus, ſi propter ſuam culpam non poteſt vxor cum eo habitare. ¶ Et quando ſint per eum pręſtanda alimenta vxori, iuxta neceſſitatem, itaut illud quod ſupereſt ex fructibus ipſi viro acquiratur. ¶ Et quid ſi nulla dos fuit conſtituta, vel adeo parua, vt non ſufficiat ad eam alendam. ¶ Fructus an debeantur ex augmento dotis, & donatione propter nuptias, ſicut de ipſa dote.

S V M M A R I V M.

1 *Confeſſio in precibus probat contra confitentem, quamuis reſcriptum ſit ſubreptitium, & nullum.*
2 *Clauſula cum annexis, incidentibus, & dependentibus, quid operetur.*
3 *Fructus ſunt acceſſorij ad dotem.*
4 *Dos augetur ex fructibus debitis poſt ſeparationem thori, & ſoluto matrimonio.*
5 *Fructus dotis an debeantur officio Iudicis. & n. 6.*
7 *Receptio ſortis non præiudicat quo ad fructus dotis, qui petuntur vigore ſtatuti, ſeu promiſſionis mariti, itaut debeantur etiam quod condemnatio fructuum fuiſſet omiſſa in ſententia. n.8. & 18.*
9 *Fructus dotis ſunt debiti, à die petitionis dotis.*
10 *Iudex poteſt taxare fructus, ſi habeat facultatem taxandi intereſſe.*
11 *Fructus debentur etiam pro donatione propter nuptias, ſicut de dote tamquam acceſſorij ad dotem. n. 12. & 13. Amplia vt n. 14. & 15.*
16 *Reſtitutio dotis, quæ fit conſtante matrimonio propter vergentiam viri ad inopiam non eſt propria reſtitutio, ſecus quando fieret propter mortem mariti, ſeu ſeparationem thori. n. 17.*
19 *Fides non recognita nihil probat.*
20 *Vxor poteſt repetere dotem vna cum fructibus ſi habitet ſeorſum à viro propter illius culpam, & ſæuitiam ſufficientem ad ſeparationem thori.*
21 *Maritus non facit ſuos fructus dotis, ſi non ſuſtinet onera matrimonij.*
22 *Committens in legem matrimonij nihil ex eo lucratur.*
23 *Expenſæ litis cum alimentis ſunt ſubminiſtrandæ vxori per maritum durante iudicio ſeparationis thori, non autem eſt reſtituenda integra dos, & ad quam ſummam. n.27. 28. & 29. Et quid in cauſis grauiſſimis, & inter Principes, & quando fuit data dos ampliſſima. n.30.*
24 *Maritus acquirit quod ſupereſt ex fructibus dotis, vltra neceſſitatem alimentorum debitorum vxori.*
25 *Alimenta ſunt præſtanda vxori per maritum, licet nulla ſit conſtituta dos, vel adeo parua, vt non ſufficiat ad illam alendam.*
26 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.*
31 *Vxor pendente lite ſuper ſeparatione thori debet viuere honeſtè in domo parentum, vel in monaſterio, non autem ſumptuosè.*

CAP. DCCCLVII.

Agebatur in cauſa Recanaten. ſeparationis thori de executione ſententiæ latæ iuxta ea, de quibus *ſupr. c.738.* Et quidem dicebam illam eſſe exequendam tãquam in iudicatum tranſactam, cum enim per Aduerſarum fuerit petita reſtitutio in integrũ, & reſolutum dubium datum, quod non conſtet de cauſis reſtitutionis, procedendum eſt ad vlteriorem executionem ſtante confeſſione eiuſdem rei iudicatæ, quaſi in confeſſum partes Iudicis ſint in exequendo, præſertim quia ſumus in confeſſione facta in precibus, quæ non ſolum probat contra confitentem,
1 ſed etiam eſt irreuocabilis, † licet reſcriptum eſſet nullum, & ſubreptitium *Aim. conſ. 201. n.5. vſque ad 7. poſt 10. Andr. in c. cum poſi-*

poſitionibus. de interiur. Abb. conſ. 38. col. 2.
lib. 2. Ancbar. conſ. 223. col. 1. poſt med. Iaſ.
conſ. 156. col. 3. in fin. lib. 2.
Et quidem executio eſt concedenda non ſolum
pro ſorte principali ipſius dotis, ſed etiam
pro fructibus, ſtante clauſula in commiſſione
poſita cum annexis, incidentibus, ac de-
2 pendentibus, † quæ operatur, vt Iudex poſ-
ſit cognoſcere de acceſſorijs etiam depen-
dentibus ad negotium principale Abb. conſ.
18. n. 7. lib. 2. iuxta c. de prudentia. de dot.
poſt diuort. reſtituend. Gloſ. in c. cum dile-
ctus. de arbitr. Et conſequenter de fructi-
3 bus, † qui ſunt acceſſorij ad dotem l. 1. C. de
condict. indebit. l. 2. C. de pignorat. act. Ce-
phal. conſ. 63. n. 3. & conſ. 131. n. 14. lib. 1.
Immo regulariter ſoluto matrimonio per mor-
tem viri, ſiue facta ſeparatione per diuor-
tium, fructus dotis augent ipſam dotem, &
4 de eis iudicatur, ſicut de dote, † & petuntur
eadem actione, qua petitur ipſa dos iuxta
communem opinionẽ, de qua teſtatur Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 12. tit. 30. n. 6. vſque ad 9. per tex. in l. ſi
marito. §. vlt. verſ. quia minorem dotem re-
cepiſſet. & verſ. hoc etiam ad dotis augmen-
tum. vbi Caſtr. & Alex. n. 2. ff. ſolut. ma-
trimon. Gabr. conſ. 145. n. 1. lib. 2. latè Surd.
deciſ. 211. n. 21.
Neque obſtat, quod fructus dotis debeantur
officio Iudicis, ideo poſt dotem exactam
5 non poſſint peti tanquam † acceſſorij ad do-
tem Put. deciſ. 93. lib. 1. Gabr. conſ. 145. lib.
2. Quia contraria opinio eſt verior, & ſeruа-
tur per Rotam coram Sanctiſſimo Greg. XV.
Rauennaten. fructuũ dotis 28. Februar. 1603.
6 quæ eſt † deciſ. 80. p. 2. in recentiorib. & in
impreſſ. eiuſdem Sanctiſſimi deciſ. 93. n. 2. cum
ſeq. poſt Bald. Nouell. de dot. p. 2. n. 11. Lu-
pus in c. per veſtras. notab. 6. §. 8. n. 6. de
donation. int. vir. & vxor. quos ſequuta eſt
Rot. coram R.P.D. Penia Romana conſigna-
tionis depoſiti. 24. Maij 1595. & coram
Card. Millino Romana fructuum 17. Apri-
lis 1600.
Maxime, quia ſumus in fructibus debitis ex ſta-
tuto, quo caſu ſemper poſſunt peti actione
7 de dote, † neque tunc præiudicat receptio
ſortis Paul. de Monte Pic. conſ. 19. n. 13. Iaſ.
in l. centum capuæ. n. 6. verſ. vltimo aduerte.
ff. de eo quod cert. loc. cum alijs per Rimin.
Iun. conſ. 67. n. 28. Rot. coram Sanctiſſimo
d. deciſ. 93. n. 4.
Et quamuis Fauſtina non habuerit liberos; ni-
hilominus cum maritus lite pendente reti-
8 nuerit penes ſe dotem, † & promiſerit in
contractu matrimonij illam reſtituere in om-
nibus caſibus reſtitutionis cum obligatione
damnorum & intereſſe, poſſunt peti tales fru-
ctus, tanquam debeantur vigore eiuſdem
promiſſionis, velut intereſſe euentum, etiam
quod condemnatio fuiſſet omiſſa in ſententia
Corn. in l. terminato. n. 9. C. de fructib. &
lit. expenſ. cum alijs per Rot. coram Card.
Millino Romana fructuum. 17. Aprilis 1600.
9 Et quidem erunt debiti † iſti fructus à die
petitionis in hoc iudicio, vt per Rotam in
cauſa Romana ſeparationis tori pro D. Lau-
ra Caietana contra D. Io. Baptiſtam Riccia.
Et tales fructus ſunt taxandi per Iudicem exe-
cutorem rei iudicatę iuxta reſcriptum Signa-
turæ, ad quem ſpectat cognitio fructuum, &
10 expenſarum, † ſicut enim poteſt taxare inte-
reſſe, ita etiam fructus, qui veniunt appel-
latione intereſſe Natt. conſ. 510. per tot. &
conſ. 536. n. 5. Surd. deciſ. 282. n. 27.
Prout etiam huiuſmodi fructus debentur pro
donatione propter nuptias tanquam acceſſo-
11 rij ad dotem, † quæ donatio eodem modo
regulatur, ſicut dos Dec. in l. vt liberis. n. 6.
C. de collat. Brun. de augm. concluſ. 5. Bald.
in auth. ſed iam neceſſe. col. 1. verſ. quinto
quæritur. C. de donation. ant. nupt. cum
12 alijs per Maſull. ad deciſ. Capic. 65. n. 11. † Et
ita in ſpecie reſoluit Rot. coram Card. Mil-
lino Romana fructuum. 17. Aprilis 1600. iux-
ta deciſ. Theſaur. 45. n. 3. ad med. reiecta
opinione Affl. contrarium ſentiẽtis deciſ. 291.
& Capic. deciſ. 65. cum contra eos ſit verior
13 ſententia, † vt teſtatur Grammat. deciſ. 103.
n. 96. & 101. & ibi Proſper. Petra in addit.
n. 78. in fin. fol. 269. Fachin. lib. 10. contro-
uerſ. iur. c. 8. per tot. Marcell. Solon. à Pa-
ce Hiſpan. conſ. 4. n. 28. Piſanell. in addit. ad
Affl. deciſ. 291. vbi quod ita fuit iudicatum,
14 immo etiam in fortioribus terminis, quod
debeatur vſura, ſeu intereſſe cenſuum præ-
teritorum, quando debitor fuit in mora, li-
cet ipſe cenſus detur pro intereſſe Gaſpar.
Ant. Theſaur. in addit. ad Theſaur. deciſ. 45.
15 Quæ amplianturt † etiam reſpectu augmenti
dotis à patre promiſſæ, & tempore præfixo
non ſolutæ, cum eiuſdem ſit naturæ acceſſo-
rium, & principale, prout reſoluit Pariſ.
conſ. 26. n. 18. & 19. lib. 1. quidquid aliud
ſenſerit Corn. conſ. 240. lib. 3. cum contrariũ
ſit verius iuxta d. opinionem Pariſ. quam
approbauit Senatus Pedemontan. vt teſtatur
Theſaur. deciſ. 45. in fin.
Additur, quod non verſamur in reſtitutione
dotis ob vergentiam viri ad inopiam iuxta
l. vbi adhuc. C. de iur. dot. & l. ſi conſtante.
16 ff. ſolut. matr. † quæ non dicitur propria re-
ſtitutio, ſed quædam aſſecuratio, vt vxor ſe,
& liberos, & maritũ alat l. mutui. §. manete.
ff. de iur. dot. Bart. in l. ſi quis ſtipuletur. ff. ſol.
matrim. Menoch. cõſ. 1124. n. 25. & 26. Natt.
conſ. 552. n. 10. & 11. & conſ. 81. n. 3. Franc. de-
ciſ. 617. per tot. Gail. lib. 2. obſeruat. 83. n. 17.
& obſeru. 92. n. 7. & 9. Put. deciſ. 356. n. 2.
lib. 3. Caſtr. in d. l. ſi conſtante. n. 3. & ibi
Iaſ. n. 291. in fin. Barboſ. n. 18. 46. & 53. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11.
tit. 30. n. 10. cum alijs latiſſime adductis per
Giurb. deciſ. 16. col. 1. & 2. cum diſtinctio-
nibus, de quibus per eum ibid. n. 11. & 12.
Car-

Carthar. deciſ. 8. n. 5. Surd. de aliment. tit. 7.
q. 25. n. 19. Hering. de fideiuſſorib. c. 6. n. 193.
Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 123. Ma-
gon. deciſ. Florent. 125. n. 3. Coſta remed.
ſubſid. 1. n. 3. Viu. deciſ. 413. n. 2. & deciſ.
538. n. 8. Neapodan. in conſuetud. vbi dos, in
gloſ. in verb. reſtitutionis. verſ. tertio caſu.
Muſcatel. qui teſtatur ita ſeruari in omni
tribunali *in prax. ciuil. p. 3. in gloſ. in verb.*
adiudicantur. n. 52. 81. & 84.

Sed ſumus in vera, & reali reſtitutione dotis
17 propter ſeparationem tori, † *Iaſ. in l. ſi con-*
ſtante. n. 192. ff. ſolut. matrim. poſt Caſtr. in
l. ſi quis ſtipuletur. ff. eod. tit. Vnde tales
fructus licite peti poſſunt, maxime ſtante
ſtatuto vrbis lib. 1. c. 139. iuxta cuius diſpo-
ſitionem fuerunt pacta dotalia ſtipulata cum
reſtitutione dotis, & obligatione damno-
rum & intereſſe, quo caſu fructus debentur
18 etiam recepta ſorte † vigore dicti ſtatuti *Rot.*
coram Sanctiſſimo deciſ. 63. n. 3. & 4. vbi
etiam late *Bertram. in addit. n. 30.* quando
cenſeantur remiſſi iſti fructus poſt receptio-
nem ſortis tam in materia odioſa, quam fa-
uorabili *Honded. conſ. 30. n. 52. cum ſeq. lib.*
1. dixi late *ſupr. c. 455. n. 26. Card. Mantic.*
de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 30. n.
27. in fin.

Et ita ex prædictis fuit deciſum, quod tales
fructus debeantur, quamuis in ſententia re-
ſtitutionis dotis, & ſeparationis thori non
fuiſſet facta aliqua expreſſa condemnatio de
dictis fructibus, vt in deciſione in huiuſ-
modi cauſa *Recanaten. ſeparationis thori co-*
ram R. P. D. Caualerio. 10. Decembris 1621.
vbi etiam quod non obſtabat prætenſio par-
tis aduerſæ, dum allegabat, quod bona capta
in executione facta pro ſcutis ſeptem mille
excedebant valorem ſcutorum quatuorde-
cim mille, quia nullibi probatur talis ex-
ceſſus, niſi per quandam fidem, quæ non fuit
19 producta in actis, neque recognita, † ideo
nulla probatio ex ea reſultabat, quando non
ſumus in antiquis *l. inſtrumenta. C. de pro-*
bat. c. 2. de fid. inſtrum. Oldrad. conſ. 1. n. 3.
& conſ. 227. n. 6. cum alijs multis deciſioni-
bus adductis per *Rot. deciſ. 693. n. 7.* Adeo vt
ſemper defectus recognitionis poſſit oppo-
ni in Curia, quamuis non fuerit oppoſitus
in partibus *Rot. deciſ. 143. n. 3. ad med. p. 2.*
in recentiorib.

Et quoniam contra prædicta fuit iterum oppo-
ſitum de *deciſ. coram R. P. D. Pirouano.*
Ianuen. ſeparationis thori. 5. Iulij 1621. Ob-
ſeruãdum eſt, quod caſus eſt diuerſus, etenim
nos agimus de fructibus dotis, quos tenebi-
tur maritus reſtituere pro tempore, quo do-
20 tẽ penes ſe retinuit, † ſicut tenetur ad dotem
reſtituendam propter ſeparationem thori ſe-
cutam ob culpam eiuſdem viri, & ſæuitiam
ipſius, prout fuit deciſum coram *R. P. D.*
Pamphilio, vt in ſententia, de qua *ſupr. c. 378.*
quod etiã eſt de iure, ſecundũ quod datur re-
petitio dotis mulieri recedenti de domo, &
ſeorſum habitanti propter culpam mariti, &
illius ſæuitiam ſufficientem ad ſeparationem
thori *Bald. in c. ex parte. n. 7. de conſuetud.*
Caſtr. in l. eum mulier. la 1. notab. 3. ff. ſolut.
matrim. Natt. conſ. 547. n. 15. & conſ. 616.
per tot. Roland. conſ. 14. n. 38. lib. 3. & conſ.
27. eod. lib. Menoch. conſ. 299. n. 5. latè *Surd.*
de aliment. tit. 1. quæſt. 32. n. 20. vſque ad 26.
Vnde cum fuerit in mala fide, & pro tem-
pore, quo durauit lis, non ſuſtinuerit onera
21 matrimonij, † non fecit fructus ſuos, tan-
quam illi dentur contemplatione dictorum
onerum, quibus ceſſantibus per conſequens
tenetur ad reſtitutionem dotis, & fructuum
Bald. in l. 1. C. de priuil. dot. & in l. vltim.
in fin. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant.
& in l. vnic. §. ſed ſcimus. C. de latin. libert.
toll. Rimin. Sen. conſ. 184. n. 48. lib. 1. poſt
Odofr. & alios in l. ſi cum dotem. §. ſin au-
22 *tem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrim.* † Cum
enim vir commiſerit in legem matrimonij,
non debet ex eo aliquod lucrum conſequi
l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. Bald.
in l. vbi adhuc. n. 21. C. de iur. dot. & in
l. ab hoſtibus. §. fin. ff. ſolut. matrim. Surd.
de aliment. tit. 7. q. 25. n. 2. & 3. Lup. in rubr.
de donation. int. vir. & vxor. §. 64. n. 12.
Oſaſc. deciſ. 124. n. 12. Cordub. in l. ſi quis
à liberis. §. ſi quis ex his. n. 80. ff. de liber.
agnoſcend.

Aliud eſt in caſu dictæ *deciſionis Ianuen. ſe-*
parationis thori. 5. Iulij 1621. Ibi enim age-
batur de alimentis, & expenſis litis ſuper di-
23 uortio, ſeu ſeparatione thori, † nã tali iudi-
cio pendente tenetur vir illas ſubminiſtrare
vxori, non autem integram dotem reſtitue-
re, dum pendet huiuſmodi lis *Affl. deciſ. 10.*
n. 2. Rebuff. de ſentent. prouiſional. art. 3.
gloſ. 1. n. 26. tom. 1. Gutier. lib. 1. canonic.
quæſt. c. 24. n. 7. ideo ſi dos eſt pinguis, &
24 fructus neceſſitatem excedant, † illud quod
ſupereſt ex fructibus eiuſdem dotis cedit lu-
cro mariti, qui interim eſt dominus dotis
Caſtr. conſ. 65. viſo quodam libello. col. vlt. in
princ. n. 3. verſ. ſecundo quia non eſt verum.
lib. 1. Barboſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. p. 2.
n. 45. ad fin. Rot. coram R. P. D. Pamphilio
Ianuen. alimentorum. 11. Ianuarij 1621.
Aim. conſ. 65. n. 6. ad med. Surd. de aliment.
tit. 1. q. 32. n. 19. in fin.

Prout è contra, ſi fructus dotis non ſufficerent,
25 vel ſi nulla eſſet data dos, † teneretur maritus
præſtare integra alimenta vxori, quæ non
exiſtit in ſeruitio viri propter eius culpam,
abſque vllo facto eiuſdem vxoris *Cuman.*
conſ. 175. n. 3. Bald. in l. 1. n. 9. vbi Iaſ. n. 4.
C. de legat. poſt Cin. in l. quod in vxorem.
n. 1. C. de negot. geſt. Lup. in c. per veſtras.
§. 64. n. 8. de donat. int. vir. & vxor. Gutier.
canonic. quæſt. lib. 1. c. 24. n. 7. Peguer. deciſ.
crimin. 20. n. 4. Barboſ. in rubr. ff. ſolut. ma-
26 *trimon. p. 2. n. 43. & 44.* † Vnde ſi fructus do-
tis

tis excedunt alimenta, debet iſtud ſuper-
fluum remanere apud maritum, vt contra-
riorum eadem ſit diſciplina *l. fin. ff. de le-
gat. 3. l. & ſi contratabulas. in fin. ff. de
vulgar. & pupill. §. illud. inſtit. de ſociet.
Natt. conſ. 442. n. 8. Tiraq. ceſſant. cauſ. p. 1.
n. 17. Surd. conſ. 1. n. 92. & conſ. 135. n. 34.
lib.* 1. Et ita in propoſito arguit *Caſtr. d.
conſ. 65. col. vlt. in princ. lib.* 1.
Quæ autem quantitas ſit competens pro ali-
mentis, & expenſis litis præſtandis mulieri,
27 vt hoc obiter adnotetur, † dicẽdum eſt, quod
de iure hoc totum ſit in arbitrio Iudicis *Co-
uar. pract. quæſt. c. 6. n. 6. verſ. ſolet tamen.
Menoch. de arbitr. caſ. 169. n. 13. & 14.
fol.* 166. Itaut in illis taxandis tanquam pro-
uiſionalibus etiam de iure non procedatur
28 rigoroſè, † ſed ad meram neceſſitatem *Rot.
deciſ. 249. p. 2. in recentior. & coram* Cardin.
Pamphilio Biſuntina ſeparationis thori. 1.
Aprilis 1596. *& coram R. P. D. Pirouano.
Ianuen. ſeparationis thori. 5. Iulij.* 1621.
29 *col. 2. in fin.* vbi etiam, † quod non debent
excedere quartam partem rei, & fructuum
Couar. pract. quæſt. c. 6. n. 7. Rebuff. *de
ſentent. prouiſion. in præfat. n. 29. & 30. q. 7.*
Immo etiam in grauiſſimis cauſis vertentibus
etiam inter Principes, & pro mulieribus ha-
bentibus dotem ſcutorum centum mille
30 Rota † non exceſſit pro iſtis alimentis, & ex-
penſis litis taxam ſcutorum centum auri in
auro pro quolibet menſe *Card. Mantic. de-
ciſ. 176. Rot. in d. Biſuntina, & coram R. P.
D. Pamphilio Ianuen. alimentorum. 11. Ia-
nuarij* 1621. *& coram R. P. D. Pirouano d.
Ianuen. ſeparationis thori. 5. Iulij* 1621. vbi
31 etiam fuit facta ſimilis taxatio, † cum atteta
perſona vxoris ſit competens, tanquam pen-
dente lite teneatur modeſtè viuere in domo
parentum, vel in aliquo monaſterio, non
autem ſumptuosè *Abb. in c. ex tranſmiſſa.
8. n. 4. ante med. verſ. & nota quod quan-
doque collocatur. de reſtitut. ſpoliator.* iux-
ta *c. cum locum. 14. de ſponſalib. cap. ſiue
33. quæſt.* 3.

EPITOME.

TEſtamentum an poſſit condi per mulie-
rem abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vr-
bis. ¶ Et an ſine illis contractus in eo facti
ſubſiſtant. ¶ Et quando reuocentur, ſi teſta-
mentum reuocetur. ¶ Et quid ſi in vltima
voluntate donentur omnia bona, vel fiat re-
nunciatio hæreditatum delatarum, & defe-
rendarum, cum remiſſione iuris tam quæſiti,
quàm quærendi. ¶ Et quando in eis requi-
ratur inſinuatio, & ſolemnitas ſtatutaria, &
certioratio iurium remiſſorum, & ſcientia
omnium in teſtamento contentorum. ¶ Di-
ſpoſitio *l. de his. ff. de tranſact.* In quibus
caſibus procedat. ¶ Mater an poſſit di-
ſponere, vt filiæ, & deſcendentes nihil pe-
tant à ſuis fratribus occaſione bonorum pa-
ternorum, & maternorum, & cuiuſcumque
hæreditatis deuolutæ, & deuoluendæ etiam
ſi aliquid receperit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt condere teſtamentum abſque
ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis, non tamen ſine
illis poterit in eo confiteri, aut contrahe-
re. n. 5. & 6.*
2 *Contractus poſſunt fieri in vltimis volun-
tatibus, & è contra, non autem poterunt re-
uocari, neque irritantur, ſi teſtamentum
irritetur. n. 3. & 4.*
7 *Donatio facta in teſtamento de aliquibus
bonis eſt irreuocabilis, ſecus ſi fiat de om-
nibus bonis. n. 8. & 9.*
10 *Renunciatio hæreditatum delatarum, & de-
ferendarum dicitur verè donatio propter
iurium remiſſionem, & in ea requiritur
inſinuatio cum alijs ſolemnitatibus ſtatu-
tarijs. n. 11. Idem in renunciatione iuris
quærendi. n. 12. & 14.*
13 *Certioratio iurium renunciatorum debet fie-
ri mulieri renuncianti, ad hoc vt ſit valida.*
15 *Remiſſio fideicommiſſi deuoluti, & deuoluen-
di non valet, ſi non conſtet de ſcientia om-
nium in teſtamento contentorum.*
16 *Diſpoſitio* l. de his. ff. de tranſact. *in quibus
caſibus procedat. n. 17. & 18.*
19 *Mater non poteſt diſponere, vt filia, &
eius deſcendentes nihil poſſint petere à ſuis
fratribus occaſione bonorum paternorum,
& maternorum, & cuiuſcumque hæredi-
tatis deuolutæ, & deuoluendæ. n. 20. Etiam
quod aliquid receperit. n. 21. Declara
vt n. 22.*
23 *Renunciatio annullatur, ſi deficiant cauſæ,
ob quas fuit renunciatum.*
24 *Error præſumitur in renunciante, ſi abſque
cauſa renunciauerit.*

CAP. DCCCLVIII.

REnunciatio, & ceſſio facta per Tarqui-
niam ad fauorem ſuorum fratrum, &
ſororis de bonis paternis, & materna, &
cuiuslibet hæreditatis, quæ fuiſſet delata in
eius domo, vel in poſterum deferenda quo-
cumque modo, eſt omnino inualida, & nul-
1 lius roboris, & momenti, † Quamuis enim
fuerit renunciatum omnibus prædictis iuri-
bus in teſtamento, quod per mulierem li-
citè poteſt condi abſque ſolemnitatibus ſta-
tutarijs *Iaſ. in l. 2. n. 17. ff. de legat. 1. Aim.
conſ. 307. n. 6. Burſatt. conſ. 32. n. 20. Car-
pan. ſuper ſtatut. Mediolan. c. 328. n. 183.
Lamberteng. de contractib. mulier. gloſ. 22.
n. 1. Pitus ad ſtatut. Vrbis. lib. 2. c. 151. gloſ.
7. n. 44. & 186. fol.* 39. & 90. Nihilominus,
quia ſumus in contractu facto in teſtamento
2 per mulierem, † verius eſt illum non poſſe
fieri

fieri abſque ſolemnitatibus, quia huiuſmodi
contractus, quamuis poſſint fieri in vltimis
voluntatibus, prout è contra *Bart. in l. hæredes palam. §. vlt. ff. de teſtam. Card. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 18. n. 11. fol. 55.* Tamen retinent naturam cōtractuum
3 inter viuos, † nec ſortiuntur vim teſtamenti, nec poſſunt reuocari, vt teſtamentum; &
illo irritato non irritātur tales contractus in
eo facti *Din. in c. quod ſemel. 21. in fin. de regul. iur. Cin. in l. 1. q. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. Alber. in l. ſi quis in principio teſtamenti. in fin. ff. de legat. 3. Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. eod. tit. Bald. in l. vlt. ff. de reb. cor. & in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. & in l. ſi auia. in princ. C. de iur. deliberand. Roman. conſ. 171. n. 7. verſ. præmiſſis tamen non refragantibus. vbi Mandoſ. in addit. in verb. veriorem. & in verb. irreuocabilis. Bertrand. conſ. 58. ſufficienter. col. 1. n. 2. & 3. p. 2. lib. 1. Dec. conſ. 195. in caſu propoſito breuiter. col. penult. in princ. n. 3. Boer. deciſ. 353. col. 2. in princ. verſ. & talis donatio. n. 5. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 1. n. 36. fol. 170. Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requiſ. p. 1. c. 27. limitat. 12. n. 26. fol. 328. Natt. in auth. hoc inter liberos. n. 77. C. de*
4 *teſtament.* † Et quidquid alij contrarium
ſentiant, iſta opinio eſt verior, & magis communis, vt latè teſtatur *Lamberteng. de contract. mulier. gloſ. 22. n. 7. & 8.* vbi per prædicta concludit, quod licet mulier poſſit ſine
ſolemnitatibus teſtari, non poterit tamen
5 confiteri, † aut alios contractus facere abſque eiſdem ſolemnitatibus per ſtatutum requiſitis *Tiraq. de legib. connubialib. gloſ. 1. in verb. contracter. n. 101. & 102. & de retract. lignagier. ad fin. tit. n. 7. ad med.* qui
etiam loquitur de donatione inter viuos fa-
6 cta in teſtamento, † in qua requiritur ſolemnitas inſinuationis, ſi excedat quingentos ſolidos *Caſtr. conſ. 330. ſuper primo quæſito. n. 1. in 1. & 2. dub. lib. 1. Crot. in rubr. ff. de legat. 1. n. 11. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 1. n. 38. poſt med. verſ. aduertendum eſt etiam. & in fin. verſ. fatetur etiam. fol. 170.*

Neque obſtat, quod huiuſmodi confeſſiones,
7 renunciationes, donationes, † & ſimiles contractus poſſint reuocari, tanquam potius accedant naturæ vltimarum voluntatum, in
quibus ſunt facti. *Iaſ. conſ. 122. in præſenti cauſa. col. penult. verſ. non obſtat aliud. lib. 4.*
Quia loquitur, quando per talem donationem, aut contractum eſſet ſublata libera fa-
8 cultas teſtandi, † veluti ſi quis in teſtamento donaret alicui omnia ſua bona, illum inſtituendo, itaut ſi talis inſtitutio non valeret iure teſtamenti, tunc debeat eſſe valida
iure donationis irreuocabilis inter viuos,
nam hoc caſu talis donatio poſſet reuocari
ob illam rationem, quia tolleretur libera
facultas teſtandi, ſi non poſſet reuocari, contra *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver-*
9 *bor. obligation.* † vbi ita hoc declarat *Alex. col. 2. in princ.* & comprobat etiam *Lamberteng. de contractib. mulier. gloſ. 22. n. 9.*

Præterea huiuſmodi renunciatio hæreditatum
delatatum, & deferendarum nō videtur ſub-
10 ſiſtere, † quia in effectu illa eſt vera donatio
propter iurium remiſſionem *l. ſi quis delegauerit. ff. de nouationib. l. hoc iure. §. 1. ff. de donationib. Bald. in l. ſi mulier. ff. de legat. 3. Ruin. conſ. 60. n. 14. ante fin. verſ. & propterea remiſſio talis iuris. lib. 3. Socin. conſ. 20. n. 8. poſt med. lib. 3. Rot. deciſ. 38. n. 3. ad med. p. 2. in recentiorib.* vbi ex hoc con-
11 cludit, † quod in talibus renunciationibus,
& iurium remiſſionibus debeāt adhiberi ſolemnitates Statuti Vrbis loquentis de donationibus, itaut illis non interuenientibus,
ſint omnino nullæ, præſertim propter non
adhibitam inſinuationem, quæ etiam in eis
requiritur *l. in ædibus. §. 1. ff. de donation. Bald. in l. 4. in princ. n. 2. & §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.* latiſſimè *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. n. 176. C. de reuoc. donationib. Ant. Canar. de inſinuation. q. 47. Alex. in l. ſi quis accepto. ad med. ff. de condict. ob cauſ. & conſ. 137. col. vlt. lib. 2. Iaſ. conſ. 199. lib. 2. Barbat. conſ. 16. col. 11. cum ſeq. lib. 2.* latè *Surd. conſ. 431. n. 18. lib. 3.*

Quæ etiam procedunt in renunciatione iuris
futuri, & quærendi, in qua licet ſecundum
12 aliquos non requirantur ſolemnitates, † Tamen quando ratio ſolemnitatum requiſitarum eſt in conſtitutione expreſſa, prout eſt
in ſtatuto Vrbis propter imbecillitatem ſexus, tunc illæ debent adhiberi etiam in repudiatione iuris futuri, quæ poteſt eſſe multum læſiua, vt in ſpecie ſtatuti Vrbis ita
tenuit *Rot. deciſ. 723. n. 12. & 13. p. 2. in recentiorib. poſt Bald. in l. pactum quod dotali. in fin. C. de collationib. Curt. Iun. in rubr. C. de pact. n. 23. vbi Alciat. n. 33. & 34. Cagnol. n. 32. verſ. tertia concluſio. Caſtr. conſ. 171. col. 2. verſ. item ideo. lib. 2. Iaſ. conſ. 53. n. 4. in fin. lib. 1. Gabr. conſ. 6. n. 2. cum ſeq. lib. 2.*

Cum etiam nulla appareat certioratio iurium
renunciatorum, prout debebat fieri mulieri
13 illa renuncianti, † cum alias renunciatio
non valeat *Menoch. conſ. 237. n. 28. & conſ. 806. n. 23. & conſ. 990. n. 23. Peregr. conſ. 78. n. 9. lib. 1. poſt Bald. in c. cum in iure. n. 17. verſ. & vnum ſcias. de offic. delegat. & in l. 2. quæſt. 4. in fin. C. de reſcind. vendit. Iaſ. conſ. 53. n. 3. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfat. n. 101. C. de reuocand. donationib.*
ſequitur *Rot. deciſ. 723. n. 10. p. 2. in recentior.*
14 vbi ampliat † requiri talem certiorationem
etiam reſpectu iuris, quod ſibi mulier competere dubitaſſet *Bart. in l. vlt. §. 1. n. 1. C. de furt. & ſeru. corrupt.*

Ma-

Maximè, quia ſumus in renunciatione fidei-
15 commiſſi deuoluti, & deuoluendi, † cuius
remiſſio non valet, niſi conſtet de ſcientia fi-
deicommiſſi, & de omnibus in eo contentis,
quæ debet eſſe ſpecifica, cum non ſufficiat
generalis *l. de his. ff. de tranſaction.* cuius
16 diſpoſitio procedit in quocumque actu, † per
quem arguatur renunciatio contentorum
in teſtamento, & in quibuſcumque perſo-
nis, & in quolibet pacto etiam gratuito, &
liberatorio, cum furſan fideicommiſſarius
non ita promptè remiſiſſet, ſi ſcientiam præ-
ciſam habuiſſet de verbis teſtamenti, & qua-
litatibus in eo contentis *Gloſ. Bart. Ang. & alij in d. l. de his. Peregr. de fideicommiſſ. art. 52. n. 15. & 20. vſq; ad 24. Socin. conſ. 59. n. 6. & conſ. 283. n. 1. & conſ. 214. n. 4. & 6. Pariſ. conſ. 12. n. 83. lib. 2. Becc. conſ.* 11. *n.* 19. & con-
cludunt omnes in *l. qui romæ. §. duo fratres. vbi Imol. col.* 1. *Alex. n.* 15. *Aret. col.* 10. *Iaſ. n.* 105. *Rip. n.* 67. *&* 68. *ff. de verb. obligat. Curt. Iun. conſ.* 92. *n.* 4. *Oſaſc. deciſ.* 112. *n.* 6.
17 & de † communi obſeruantia teſtatur *Rot. deciſ.* 382. *n.* 4. *poſt med. p.* 1. *in recentiorib.*
Cum præſertim ſimus in renunciatione non
18 iurata, † ſed ſimpliciter facta, quo caſu ma-
gis requiritur probatio ſcientiæ ſpecialis
Oſaſc. d. deciſ. 112. *n.* 8. *vſq; ad* 12. *Socin. conſ.* 214. *n.* 6. *lib.* 2. *Neuiz. conſ.* 32. *n.* 13. *&* 14.
Additur quod in renunciatione, de qua agimus,
teſtatrix non ſolum remittit iura quæcum-
que fideicommiſſi, & teſtamenti, & cuiuſ-
cumque hæreditatis, vt dictum eſt, ſed etiam
19 diſponit, † vt Margarita filia, & deſcenden-
tes nihil poſſint petere à ſuis fratribus occa-
ſione bonorum paternorum, & maternorum,
& cuiuſcumque hæreditatis deuolutæ, & in
poſterum deuoluendæ quocumq; modo, quæ
diſpoſitio non potuit fieri in præiudicium
filiæ, & deſcendentium, cum etiam in for-
tioribus terminis pactum de non ſuccedendo
factum à matre non obeſſet filiæ, & de-
ſcendentibus, qui poſſent ex perſona propria
ſuccedere, non obſtante dicta renunciatione
materna *Bart. in l. qui ſuperſtitis. n.* 2. *&* 3. *ff. de acquir. hæredit. Alex. conſ.* 75. *col. fin. n.* 13. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 11. *n.* 4. *lib.* 1. *Bellon.* qui de communi *conſ.* 15. *n.* 5. *Natt. conſ.* 470. *n.* 14. *Aim. conſ.* 127. *n.* 1. *&* 4. *Becc. conſ.* 107. *n.* 16. *Socin. conſ.* 183. *col.* 1. *lib.* 2. *Bertrand. conſ.* 23. *n.* 5. *lib.* 2. *p.* 2. *Dec. conſ.* 181. *ſatis nota. n.* 6. *& in l. pactum quod dotali.* C. *de collationib. Gozad. conſ.* 75. *col. penult. Rub. Alexandr. conſ.* 42. *col. fin. Corn. conſ.* 258. *col.* 1. *lib.* 4. *Aret. conſ.* 143. *col.* 4. *& conſ.* 90. *col.* 2. *verſ. ex quibus. Pariſ. conſ.* 94. *col.* 2. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 85. *n.* 2. *lib.* 1. *& conſ.* 133.
20 *n.* 18. *eod. lib.* † & eſt recepta opinio, & ma-
gis vera, vt per *Gabr. de iur. dot. concluſ.* 1. *n.* 43. *Roder. in l. quoniam in prioribus. in declarat. leg. regn. limit.* 4. *n.* 5. *&* 7. *C. de inoffic. teſtam.* vbi ampliat ſiue mater ali-
21 quid receperit, ſiue non, † cum talis receptio
non efficiat renunciationem puram, quæ
erat conditionalis, nec eam reformet, aut
alteret, ideo non poteſt nocere illis, qui ve-
niunt ex perſona propria *Surd. d. conſ.* 133. *n.* 20. *lib.* 1. vbi de magis communi *Aim. conſ.* 84. *n.* 5. *Cephal. conſ.* 334. *n.* 40. *& conſ.* 336. *n.* 16. *Natt. in c. quamuis. n.* 57. *de pact. in* 6. *Gozad. conſ.* 75. *n.* 21. *Alciat. conſ.* 358. *n.* 1.
Contraria autem procedunt, quando filia, & de-
ſcendentes vellent ſuccedere ex perſona ma-
22 tris, † vel tanquam illius hæredes, tunc enim
non poſſent venire contra factum matris ſuę
auctricis, quæ ſicut non poſſet venire contra
ſuam renunciationem, ita neque poterunt
habentes cauſam ab ea *l. cum à matre. C. de rei vendicat.* & in ſpecie concludit *Guid. Pap. deciſ.* 228. *n.* 2. *Caſſan. conſ.* 47. *n.* 33. *Rubeus conſ.* 42. *in fin. Bellon. conſ.* 15. *n.* 10. *Dec. in l. pactum quod dotali. n.* 18. *verſ. ſecundus caſus. C. de collationib. Menoch. conſ.* 89. *n.* 115. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 133. *n.* 10. *vſque ad* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 355. *n.* 43. *ad med. lib.* 3. *Gabr. de iur. dot. concluſ.* 1. *n.* 44.
Vlterius renunciatio facta fuit ex pluribus cau-
23 ſis relatis in teſtamento, † quæ omnes defe-
cerunt ante obitum ipſius teſtatricis renun-
ciantis, adeo vt illis non ſubſiſtentibus, an-
nulletur etiam renunciatio *Socin. conſ.* 31. *col. penult. verſ. quarto etiam probatur. lib.* 1. *Surd. conſ.* 445. *n.* 31. *lib.* 3. Neque enim ſine
24 dictis cauſis mulier renunciaſſet, † immo
præſumenda eſſet renunciatio per errorem,
ſi cauſa non ſubeſſet, quamuis fuiſſet facta
per ſtipulationem *Alex. conſ.* 13. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *poſt Abb. & Felin. in c. ſi cautio. de fid. inſtrum. Cephal. conſ.* 220. *n.* 27. *& conſ.* 308. *n.* 32. *cum ſeq. Surd. conſ.* 431. *n.* 28. *&* 29. *lib.* 3. *Pariſ. conſ.* 96. *n.* 8. *lib.* 3. *Marſil. in rubr. C. de probation. n.* 90. *Decian. conſ.* 45. *n.* 7. *lib.* 2. *Iacob. Butrig. in l. generaliter. C. de non numer. pecun. Imol. in l. à titio. ff. de verb. oblig.*

E P I T O M E.

EXemplum quando fidem faciat, ſi non exhibeatur originale. ¶ Et an requiratur citatio partis. ¶ Et an illa poſſit remitti, ſi fuerit extractum de mandato Iudicis, ſeu Legati de latere, ſeu Papæ. ¶ Solemnitates quando præſumantur interueniſſe in exemplo ſpatio triginta annorum. ¶ Et quid ſi aliquæ ſolum enuncientur, & non omnes. ¶ Inſcriptiones in domibus quam probationem faciant. ¶ Adminicula quando coadiuuent defectum ſcripturæ. ¶ Archiuium an det robur exemplo non authentico. ¶ Et quid extra territorium, & contra non ſubditos. ¶ Originale teſtamenti, ſi amittatur, quomodo illius tenor ſit probandus. ¶ Exemplum exempli quam fidem indueat etiam ſi eſſet ſolemniter factum. ¶ Et quid in hoc operetur Innocentiana.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Exemplum nullam fidem facit, ſi non exbibeatur originale. quamuis producatur per perſonam priuilegiatam. & eſſet ſumptum manu eiuſdem notarij. n.2. & 18. & eſſent plures notarij. n. 32.*

3 *Exemplum ſumptum auctoritate Iudicis non probat ſine citatione partis. n 4. Idem in Legato. n.6. & 12. Et quid in Papa. n.9. 10. 11. 13. & 14.*

5 *Citatio generalis per edictum eſt facienda, ſi non adſit certa perſona, quæ poſſit citari.*

7 *Legatus de latere nihil poteſt ſtatuere contra ius commune. n 8.*

15 *Solemnitates citationum præſumuntur ſpatio triginta annorum tàm in exemplis, quàm in ſimilibus. n.16.*

17 *Auctoritas Iudicis, & alia ſolemnitas enunciata in exemplis, an faciat præſumptionem, quod citatio non interuenerit.*

19 *Subſtantia negotij prius debet cognoſci, antequam tractetur de effectibus illius.*

20 *Illatio non eſt facienda ex diuerſis, quamnis diuerſitas ſit in ſola ratione.*

21 *Inſcriptiones in domibus non probant contra tertium, licet tractaretur de facto antiquiſſimo.*

22 *Depoſitio teſtis inter alios examinati non præiudicat non citatis.*

23 *Fideicommiſſum eſt in ſpecie probandum.*

24 *Teſtis vnicus, & de auditu nullam fidem facit.*

25 *Reo ſatis eſt negare intentionem partis.*

26 *Adminicula coadiuuant defectum exempli.*

27 *Archiuium non dat robur ſcripturæ priuatæ, neque probat contra non ſubditum. n.28. Intellige vt n.29. & 30.*

31 *Originale teſtamenti, ſi amittatur, quomodo poſſit illius tenor probari.*

32 *Exemplum exempli nihil probat tanquam ſimile teſti de auditu auditus, licet eſſet ſolemniter factum.*

33 *Adminicula quando non ſuppleant defectum ſcripturæ. n.34.*

35 *Sumptum ex alio ſumpto regiſtrato in actis alterins cauſæ an faciat fidem vigore Innocentianæ.*

CAP. DCCCLIX.

NOn conſtare dixi de teſtamento, ac fideicommiſſo Hieronymi, Quia ad illud probandum exhibentur duo exempla,
1 quæ nullam fidem faciunt; † non exhibito originali, quamuis plures notatij exemplauerint, & quamuis etiam iuuans ſe exemplo ſit perſona multum priuilegiata, vt in Eccleſia, fiſco, & ſimilibus *Purpur. in auth. ſi quis in aliquo n.7. vſque ad 12. C. de edend. Iaſ. in l. admonendi: col. 66. de iureiurand. Socin. conſ. 120. cum in præſenti. n. 1. in fin. lib. 1.*

Maximè, quia agitur remedio *l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollend.* pro conſecutione
2 poſſeſſionis rerum hæreditariarum, † quo caſu minus probat exemplum, & magis requiritur exhibitio originalis, adeo vt neque ſufficiat, quod illud eſſet ſumptum manu eiuſdem notarij *Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo. n. 15. C. de edend.* vbi ita declarat *Bart in l. 2. §. ſi quas duobus. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. n 651. & 652.* & concludunt omnes in *l. d. fin. vbi Caſtr. in 2. notab. Dec. n. 13. verſ. & quod dicitur. C. de edict. diu. adr. tollend.*

Neque obſtat, quod prætendatur huiuſmodi exemplum fuiſſe ſumptum auctoritate Iudi-
3 cis, † quo caſu fidẽ facit *Couar. pract. quæſt. c. 21. n. 3.* Quia vlterius etiam requiritur citatio partis, ſine qua exemplum nihil pro-
4 bat † *Bart. in l. chirographis. n. 1. de adminiſtr. tutor. Bald. in l. 2. ff. de fid. inſtrum. & conſ. 195. in cauſa dominæ primæ. in fin. lib. 4. Cin. in auth. ſi quis in aliquo. n. 4. vbi Curt. Iun. de communi. n. 15. C. de edend. Rot. deciſ. 1. alias 10. n. 1. de fid. inſtrum. in nou. Ruin. conſ. 88. in fin. lib. 4. Menoch. conſ. 7. n. 1. & conſ. 732. n. 4. lib. 8.*

Et quamuis exaduerſo prætendatur non adfuiſſe tempore exemplationis certam per-
5 ſonam, quæ debuiſſet citari, † Tamen hoc non releuat, cum ſemper debeát præcedere citatio generalis per edictum, vel proclama *Innoc. & Abb. in c. albericus. de teſtib.* quos refert, & ſequitur *Alex. conſ. 150 n. 4. lib. 6.* vbi quod ita fuit conſultum per famoſiſſimos doctores Philippum Corſinum, Nicolaum de Gambionibus, & Roſellum *Idem Alex. conſ. 112. n. 1. lib. 4.* & concludunt omnes in *auth. ſi quis in aliquo. vbi Bald. col. 2. verſ. iuxta. & col. 3. verſ. modus. & Purpur. n. 19. C. de edend.*

Nec facit, quod tale exemplum probet tanquam ſumptum de mandato Legati de late-
6 re etiam ſine citatione. † Quia in eo non datur iſtud ſpeciale, cum ligetur ad obſeruantiam iuris communis, ſicut alius, vt notant *Doctor. in c. fin. de hæretic. in 6. & in clem. ſæpe. de verb. ſignification. Alex. conſ. 34. n. 4.*
7 *lib. 6.* vbi *Natt. in addit.* ampliat. † quod non poteſt ſupplere defectus proceſſus, cum hoc ſpectet ad ſolum Principem *Abb. conſ. 25. dub. 2. lib. 1.* & regulare eſt, vt Legatus de
8 latere nihil poſſit † contra ius commune *Alex. conſ. 17. n. 14. lib. 4.* vbi latè *Add. in verb. legatus. Aim. conſ. 103. n. 2. Butr. conſ. 62. col. 2. Abb. conſ. 1. col. 2. lib. 2. Socin. conſ. 27. col. 3. ad med. lib. 3.* cum alijs per *Vant. tit. an qualibet ſententia poſſ. dici null. n. 7.*

Et Doctores, qui poſſent adduci, non loquun-
9 tur in Legato, ſed ſolum in Papa, † de cuius auctoritate, ſi fuerit ſumptum aliquod exemplum probabit, & ita loquitur *Felin. in c. vlt. n. 9. vbi Hoſt. & Imol. de fid. inſtrum.*

Dec.

Dec. in c. quoniam contra. n. 31. ad med.
verſ. & ad hoc etiam bene facit. de probatio-
nib. & in c 1. n. 3. in fin de fid. inſtrum.
Butr in c. peruenit. col. 1. vbi Hoſt. & Imol.
col. fin. de fideiuſſor. Maſcard. concluſ. 742.
n. 67. & 90.
Immo etiam eſt verior opinio, quod tale exem-
10 plum etiam de mandato Papæ ſumptũ †, non
probet abſque citatione, vt concludit *Pur-*
pur in auth. ſi quis in aliquo. n. 22. verſ.
octauo limita. C. de edend. Cum neque ſu-
premus Princeps poſſit adhibere fidem exẽ-
plis iuxta *c. 1. de fid. inſtrum.* vbi adeſt ne-
11 gatio præciſa, † quæ inducit hanc neceſſita-
tem, vt notat *Couar. pract. quæſt. c. 21. n. 2.*
poſt Roman. ſing. 78. alias eſt ſing. 716. vbi
Addit. n. 1. & 2. Iaſ. in l. gallus. in princ.
col. 4. de liber. & poſthum. Felin. in c. cum
olim. n. 12. poſt med. verſ. & ſubdit. de re
iudicat. De quibus tamen modo nõ eſt quæ-
12 rendum, † cum non ſimus in Papa, ſed Lega-
to de latere, qui in hoc non habet eamdem
poteſtatem, vt dictum eſt *Abb. conſ. 25. lib. 1.*
Et quamuis poſſit Papa in aliqua lite ex iu-
13 ſtis cauſis mandare, † vt adhibeatur fides
exemplis *Couar. pract. quæſt. c. 21. n. 2. poſt*
princ. Tamen requiritur in hoc mandatum
expreſſum Papæ, qui cum in caſu noſtro ni-
14 hil voluerit in Signatura reſcribere, † non
eſt aliud quærendum, quaſi habeamus eius
voluntatem iuri conformem, quod mandat
non eſſe dandam fidem ſimilibus exemplis
auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.
Neque oberit, quod ſtante diuturnitate tem-
poris præſumatur citatio, Quia exemplatio
eſt de anno 1583. & illius productio fuit fa-
cta de anno 1608. Vnde apparet ſolum deflu-
15 xiſſe annos vigintiquinque, † qui non ſuffi-
ciunt ad præſumendam ſolemnitatem cita-
tionis, & ſimilium, cum requirantur triginta
anni, tanquã in materia exẽpli iſtud dicatur
tempus antiquum *Menoch. conſ. 924. n. 20.*
lib. 10. & præſumpt. 80. n. 7. lib. 2. poſt Anchar.
conſ. 136. n 2 Alex. conſ. 79. n. 4. & 5. lib. 5.
Aldobr. conſ. 54. Iaſ. conſ. 114. n. 3. lib. 1. Al-
16 *ciat. præſumpt. 10. reg. 3. n. 7.* † Et eſt ratio,
quia cum agatur de præiudicio alterius, ſo-
lemnitas extrinſeca non præſumitur, niſi
ſpatio 30. annorum *Alex. conſ. 1. n. 20. lib. 4.*
Gabr. qui de veriori opinione teſtatur *conſ.*
36. n. 51. lib. 1. Felin. in c. ſicut. 16. n. 31. de
re iudic. & in c. illud. 9. n. 6. de præſumpt.
& in c. albericus. 43. in fin. de teſtib. Surd.
conſ. 28. n. 98. lib. 1. & conſ. 181. n. 21. lib. 2.
dixi *ſupr. c. 268. n. 10.*
Et tollitur omnis difficultas, quia in huiuſmo-
di exemplo apparet fuiſſe enunciatas alias
ſolemnitates, prout conſenſum, & auctori-
tatem Iudicis, & ſimiles, nihil autem fuit di-
17 ctũ de citatione, † vnde colligitur, quod illa
nõ interuenit, ſatis enim veriſimile eſt, quod
ſi citatio præceſſiſſet illa etiã fuiſſet enũcia-
ta, & deſcripta, ſicut apparet de enũciatione
Stephani Gratiani
aliarum ſolemnitatum, vt in ſpecie conclu-
dit *Imol. conſ. 110. col. 2. in princ. Gozad.*
conſ. 84. n. 9. Aſin. de execution. §. 5. c. 15. in
princ. fol. 128. Decian. conſ 24. n. 28. lib. 1.
Nec talis defectus poteſt coadiuuari, quod
Pariſ. conſuluerit in huiuſmodi fideicom-
18 miſſo *conſ. 53. lib. 3.* † Quia non agitur modo
an extet fideicommiſſum, necne, ſed ſolum
an teſtamentum exhibitum ſit in forma pro-
banti, quod non eſt tale, tanquam non appa-
reat de originali, ſed ſolum de exẽplo, quod
non probat, ideo prius eſt videndum, an con-
19 ſtet de ſubſtantia negotij, † antequã cogno-
ſcatur de effectibus illius *Dec. conſ. 508. con-*
ſului alias. n. 5. Surd. conſ. 150. n. 81. lib. 1. &
Pariſ. ſcribit ſuper exiſtentia fideicommiſſi,
non autem ſuper validitate exempli, cum
etiam plerumque Aduocatis non detur ſcri-
20 ptura authentica, ſed copiæ, † vnde ſumus
in diuerſo caſu, & de vno non eſt inferendum
ad aliud *l. vlt. C. de calumniat. l. papinianus*
exuli. ff. de minorib. Surd. conſ. 150. n. 94.
lib. 1. & conſ. 322. n. 17. lib. 4. Itaut ſufficiat
diuerſitas rationis ad hoc, vt ex diuerſis non
fiat illatio *Menoch. conſ. 106 n. 304. lib. 2.*
Non obſtant inſcriptiones, quæ dicuntur ex-
21 tare in Ianua Palatij, de quo agitur, † Quia
vbi tractatur de præiudicio tertij, non pro-
bant, etiam ſi eſſemus in facto antiquiſſimo,
itaut hoc caſu debeat probari fuiſſe ſcripta
de voluntate partium *Felin. in c. cum cau-*
ſam. 13. poſt Hoſt. & Abbat. ibid. de probat.
per tex. in l. monumentorum. 6. C. de reli-
gioſ. & ſumpt. funer. Bart. in l. 1. in princ.
ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. & ſic per
eos intelligitur *Gloſ. in c. ſanè. il 2. cauſ. 24. q.*
2. & in c. poſtulaſti. 3. q. 7. Aim. de antiq. tem-
por. p. 1. §. octaua datur limitatio. n. 12. in
fin. verſ. hoc intelligit. & n. 15. verſ. & ſine
dubio. fol. 124.
Minus obſtant depoſitiones teſtium, Quia ſunt
22 inter alios, & diuerſas perſonas, † quæ non
præiudicant non citatis *Bart. in l. ſæpè. in*
fin. de re iudicat. Purpur. in l 2 n. 102 C. de
edend. Bald. Imol. & Felin. in c. cauſam
quæ. il 2. de teſtib. Surd. deciſ. 256. n. 5. Et
quatenus etiam tales teſtes deberent atten-
di, tamen nihil probant, cum ſolum deponãt
per Hieronymum fuiſſe factum teſtamẽtum,
23 nihil autem dicunt de fideicommiſſo, † quod
cum non præſumatur, eſt fortiter, & in ſpe-
cie probandum per allegantem *Io. Andr. ad*
Speculat. de teſtam. §. 1. verſ. occurrit. Ro-
land. conſ. 30. n. 2. cum ſeq. lib. 4. Surd. de-
ciſ. 238. n. 3. & conſ. 236. n. 2. lib. 2. Aim.
conſ. 161. n. 16.
Idem dicitur de alio teſte, qui non probat, cum
ſolum deponat audiuiſſe, quod Hieronymus
24 fecit fideicommiſſum, † ideo tanquam vni-
cus, & de auditu nullam fidem facit *c. licet*
ex quadam. de teſtib. Surd. deciſ. 145. n. 2.
Cum etiam non deponat ſuper quibus bonis
fuerit conſtitutum fideicõmiſſum, ideo erat

25 probandum illud adeſſe ſuper palatio, † de
quo agimus, cum ſatis ſit reo negare, quod
in eo non adeſt tale onus Bero. conſ. 67. n.7.
lib. 2. Socin. Iun. conſ. 64. n. 14. lib. 3. Roland.
conſ. 34. n. 3. lib. 4. Cum etiam fideicommiſ-
ſum aliquando ſit ſimplex, & abſolutum, ali-
quando in caſu mortis, cum alijs qualitati-
bus, ex quibus debet conſiderari, quomodo
ſit conſtitutum Surd. conſ. 96. lib. 1.
Nec faciunt adminicula exaduerſo adducta ad
26 hoc, vt ſit danda fides exemplo exhibito † Ca-
putaq. deciſ. 234. p. 1. Nam quamuis præten-
datur, quod illud fuerit repertum in archi-
uio publico Montis Milonis, tamẽ nunquam
archiuium dat robur ſcripturæ priuatæ, cum
27 ſemper illa remaneat talis, † & nihil probat,
niſi habeat requiſita, de quibus per Aim de
antiq. temp. par. 1. §. quarto limitatur. n. 1.
Rot. deciſ. 382. n. 2. in fin. p. 2. in recentior.
Præſertim quando non probatur tempus re-
poſitionis Felin. Corn. & alij per Caputaq.
deciſ. 41. n. 1. cum ſeq. p. 1. & in ſpecie teſta-
menti Curt. Iun. conſ. 166. poſt Socin. Iun.
conſ. 2. lib. 2.
Maximè, quia ſumus in perſonis extra territo-
28 rium, & non ſubditis, † tunc enim quo ad
eas archiuium nihil facit Alex. conſ. 138.
n. 5. lib. 1. Caputaq. deciſ. 42. p. 1. iuxta l. fin.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. c. vt animarum.
de conſtitut. in 6. Bald. in rubr. C. de fid.
inſtrum. col. penult. & vlt. verſ. ſed reſtat.
Butr. in c. 2. col. 2. eod. tit. Io. Andr. ad Spe-
cul. de inſtr. edit. §. nunc dicendum. in
verb. quia de argentario. ad fin. Put. deciſ.
187. lib. 3. Card. Seraphin. deciſ. 642. lib. 1.
Aim. de antiq. temp. par. 1. §. quarto limi-
tatur. n. 5. & 11.
Nec obſtat, quod ſumus in archiuio erecto non
29 in vim ſtatuti, ſed cõſtitutionis papalis, † quo
caſu probat inter omnes iuxta Maſcard. ex-
aduerſo allegatum concluſ. 711. n. 64. Quia
loquitur quando probaretur, quod in dicto
archiuio ſic legitimè conſtituto non repone-
rentur, niſi ſcripturæ authenticæ, de quo hic
30 nihil conſtat, † nam alias nulla adhiberetur
fides Felin. in c. ad audientiam. 12. n. 11.
& 15. de præſcript. Aim. de antiquit. tempor.
p. 1. §. quarto limitatur. n. 2. poſt med.
Nec aduerſatur deciſio coram R. P. D. Vbaldo
31 Amerina hæreditatis 28. April. 1614. † Quia
ibi fuit probata amiſſio originalis, necnon
probatus tenor, & veritas teſtamenti per te-
ſtes, & depoſitionem Commiſſarij Fabricæ,
qui illud extraxit, cũ inſtitutione hæredis, &
legatorum executione, ac alijs, quorum ni-
hil in caſu noſtro verificatur, vnde tanquam
ex diuerſis non eſt facienda illatio l. papi-
nianus. 21. ff de minor.
Nec obeſt, quod duo notarij tranſumptum fe-
32 cerint, Quia etiam ſi eſſent centum, † nihil
faciunt Curt. Iun. conſ. 166. n. 3. vbi de com-
muni poſt Caſtr. in auth. ſi quis in aliquo.
vbi Purpur. n. 14. C. de edend. Rip. in l. ad-
monendi. n. 151. de iureiur. Ruin. conſ. 88. in
fin. lib. 4. Itaut neque obſtet adminiculum
legalitatis notariorum, & bonæ famæ produ-
centis, cum in his caſibus non conſideretur
aliquod priuilegium, quamuis eſſet fiſcus,
ſeu Eccleſia l. 2. ff. de fid. inſtrum. Purpur.
in d. auth. ſi quis in aliquo. n. 7. vſque ad 12.
C. de edend. & dictum eſt ſupr. n. 1.
Quibus additur nos eſſe in exemplo exempli,
33 quod nihil, & nunquam probat, † tanquam
ſit ſimile teſti de auditu auditus Bald. in
l. 3. n. 1. C. de diuerſ. reſcript. Alex. conſ. 108.
n. 4. lib. 5. Dec. in c. 1. n. 2. de fid. inſtrument.
Rot. coram Sanctiſſimo deciſ. 432. n. 1. & de-
ciſ. 550. n. 1. Quãuis tale exemplum exempli
eſſet ſolemniter factum Purpur. in auth. ſi
quis in aliquo. n. 34. & ibi Cagnol. n. 53. C. de
edend. Maſcard. concluſ. 713. n. 3. Rot. coram
Sanctiſſ. d. deciſ. 469. n. 2. & deciſ. 550. n. 2.
& deciſ. 432. n. 2. vbi de communi Rot. di-
uerſ. deciſ. 733. p. 1. Put. deciſ. 159. n. 4. lib. 1.
& deciſ. 152. n. 3. lib. 3. reiecta opinione Bart.
contrariũ ſentientis in d. auth. ſi quis in ali-
quo. n. 3. prout contra eum practicari teſtan-
tur omnes ſupradictæ deciſiones Anchar. q.
27. n. 10. p. 1. Alban. ad Bart. in d. auth. ſi
quis in aliquo. & ibi Dec. n. 30. & Cagnol.
34 n. 53. † Adeo vt ſtantibus tot defectibus, non
poſſint illi ſuppleri per adminicula exaduer-
ſo adducta Corn. conſ. 24. n. 16. in fin. lib. 4.
Maximè, quia licet adminicula poſſint ſup-
plere defectum ſcripturæ ad hoc, vt illi fides
adhibeatur Caputaq. deciſ. 334. p. 1. Rot. co-
ram R. P. D. Litta Gerunden. beneficij de
Ceruiano. 4. Iunij 1604. Tamen non poſſunt
mutare ſubſtantiam, ſeu qualitatem ſcriptu-
ræ, & facere, quod ſcriptura informis, &
minus ſolemnis ſit authentica, & in forma
probanti Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 469. n. 5.
35 Quando † autem vigore Innocentianæ ſum-
ptum ex alio ſumpto regiſtrato in actis al-
terius cauſæ faciat fidem Rot. coram Sanctiſſ.
deciſ. 550. n. 4. & deciſ. 18. n. 2. p. 2. in recent.
& deciſ. 465. n. 3. p. 1. in recent. & coram R. P.
D. Coccino. Conchen. decimarum. de Torel-
monez. 28. Iunij 1617.

EPITOME.

BOna ſubiecta fideicommiſſo quando poſ-
ſint alienari per hæredem pro ſatisfa-
ciendis debitis teſtatoris, & legatis, & im-
penſa funeris, & ſuo credito. ¶ Fideicom-
miſſarius an reuocet alienata reſtituto pre-
tio emptori. ¶ Obligatio ciuilis, & naturalis
quando tollatur per præſcriptionem. ¶ Tre-
bellianica quo caſu ſit danda hæredi, à quo
aufertur hæreditas, & alteri applicatur pro-
pter contrauentionem præcepti teſtatoris.
¶ Et an debeat præcedere declaratio Iudi-
cis ſuper tali priuatione. ¶ Præſcribens an
æquiparetur ſoluenti. ¶ Hæres an cadat à
tota hæreditate per alienationem vnius rei,
vel ſolum à re alienata. ¶ Et quid in em-
phy-

Digitized by Google

phyteuta. ¶ Et quando per eum præſumatur fuiſſe factam alienationem alicuius rei tanquam liberæ, & allodialis in præiudicium domini directi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres poteſt vendere bona hæreditaria etiam ſubiecta fideicommiſſo pro ſatisfaciendis creditoribus, & pro impenſa funeris, ac legatis per teſtatorem relictis. n.2.*

3 *Fideicommiſſarius non repetit rem alienatam per hæredem pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, quamuis vellet reſtituere pretium ementi.*

4 *Coniectura ſolutionis debiti colligitur per lapſum longi temporis. n.7.*

5 *Allegans ſolutionem debet illam probare, & ſufficit probatio per coniecturas. n.6.*

8 *Præſcriptio tollit omnem obligationem ciuilem, & naturalem.*

8 *Præſcribens ſimilis eſt ſoluenti.*

10 *Præſcriptio habet vim pacti, & priuilegij, & æquiualet veritati.*

11 *Hæres rectè ſibi ſoluit creditum ſuum, quod habet cum teſtatore.*

12 *Trebellianica debetur hæredi, quamuis in pœnam contrauentionis præcepti teſtatoris per fideicommiſſum auferatur ei hæreditas, & alteri applicetur. n.13. Intellige vt n.14. & 15.*

16 *Declaratio Iudicis requiritur, quod hæres contrauenìens ſit priuatus hæreditate.*

17 *Reuocatio alienationis, quando competat non natis tempore, quo res fuit alienata. n.18.*

19 *Hæres non cadit à tota hæreditate per alienationem vnius rei, ſed ſolum à re alienata. n. 21. & 22.*

20 *Pro delicto circa rem commiſſo, eatenus res perditur, quatenus in ea peccatur.*

23 *Emphyteuta per alienationem vnius rei non cadit à tota emphyteuſi. & n. 24. Declara vt n. 25.*

25 *Res præſumitur alienata per emphyteutam tanquam libera, & allodialis animo præiudicandi domino.*

CAP. DCCCLX.

PRędium, de quo agimus, licet fuerit alienatum per hæredem, tamen fuit ex permiſſione teſtatoris, & Iudicis iubentium talem alienationem vſque ad condignam ſatisfactionem debitorum, & legatorum, vnde non poteſt prætendi aliqua caducitas, quaſi fuerit contrauentum prohibitioni teſtatoris
1 de non alienando, † cum hæres, etiam non habita dicta licentia, poſſit vendere bona hæreditaria pro ſatisfaciendis creditoribus de eorum pretio, & ad id de iure cogatur, quamuis fecerit inuentarium *Cin. in l. fin. §. & ſi præfatam. in fin. C. de iur. deliber. Imol. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. col. 4. verſ. item ſecundo adde. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. Guid. Pap. de inuentar. n. 2. Phanuc. eod. tit. p. 5. n. 149.* cum alijs per *Surd. deciſ. 318. n. 1. cum ſeq.*

Et paſſim permittitur alienatio hæredi de rebus fideicommiſſo ſubiectis pro debitis ip-
2 ſius teſtatoris, † & pro impēſa funeris, & pro legatis ab eo relictis, cum ob iſtas, vel ſimiles cauſas alienatio dicatur neceſſaria, quæ non imputatur alicui culpæ hæredis *l. alienationes. ff. famil. erciſcund. l. 1. ff. de fund. dotal. l. pater filium. ff. de legat. 3.* & in propoſito notat *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 40. n. 18. fol. 360. poſt Socin. conſ. 16. n. 12. lib. 3. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 16. n. 14. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 1. c. 10. n. 1. poſt Alex. in l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. col. 6. & 7. ff. de damn. infect. Bald. in auth. & qui iurat. n. 38. vbi Salic. n. 45. in fin. C. de bon. auctor. iudic. poſſidend.*

Maximè, quia ſumus in prædiolo modici valoris, cuius pretium correſpondet debitis te-
3 ſtatoris, & impenſæ funeris, † quo caſu non datur fideicommiſſario repetitio rei alienatæ pro dicto ære alieno, quamuis vellet reſtituere pretium ementi, cum alienatio in dictam cauſam ſimpliciter permittatur, nulla redhibendi conditione addita, & quia legitimè factum retractari non poteſt *Iaſ.* in ſpecie *conſ. 161. lib. 4. Peregr. de fideicommiſſ. art. 40. n. 27. fol. 361. & art. 42. n. 23. & 24. fol. 384.*

Non obſtat, quod non probetur pretium rei rei alienatæ fuiſſe conuerſum in ſolutionem
4 æris alieni, † Quia ſtante lapſu quadraginta annorum, lex non præſumit, quod creditores tamdiu ceſſaſſent in exactione ſuorum creditorum, ideo tunc ſufficiens coniectura reſultat pro debiti ſatisfactione *Aff. deciſ. 13. n. 19. Cephal. conſ. 140. n. 18. & 19. lib. 1. Calcan. conſ. 23. n. 5. Aim. conſ. 148. n. 12. Menoch. conſ. 121. n. 98. Surd. deciſ. 105. n. 4. Bertaz. conſ. ciuil. 118. n. 6.*

Et quamuis alleganti ſolutionem incumbat
5 onus illam probandi † *l. 1. C. de probat. Gloſ. in l. 2. in verb. expellere. C. de iur. emphyt. Bald. conſ. 506. tenor quarundam litterarum. lib. 5. & in l. inter debitorem. ff. de pact. Alex. conſ. 101. viſo proceſſu. ad fin. lib. 2.*
6 *Natt. conſ. 569. n. 1.* † Tamen etiam per coniecturas, & præſumptiones dicitur probata ſolutio *Gloſ. in l. ſi chirographum. ff. de probationib. Rimin. Iun. conſ. 407. n. 12. lib. 4. Maſcard. concluſ. 1318. n. 26. Bertazol. conſ. ciuil. 118. n. 1. Surd. deciſ. 105. n. 10.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, in quo creditores ſteterunt per tantum tempus, quod eſt
7 ſufficiens ad præſcribendum, † tunc enim huiuſmodi præſumptio inducit probationem ſolutionis, tanquam non ſit veriſimile, quod creditores tanto tempore tacuiſſent *Rimin. Iun. conſ. 315. n. 16. & 17. lib. 3. poſt Corn. conſ. 277. col. 2. lib. 4. Cephal. conſ. 240. n. 9.*

Et quidem meritò,quia præſcriptio tollit om-
8 nem obligationem ciuilem abſolutè, † & na-
turalem quo ad ſuum effectum, quia etiam
iſta dicirur eliſa, & remanet inefficax,& inu-
tilis *Gloſ.in l.obligationũ ferè.§. placet. ff.de
act. & oblig. Balbus de præſcription.p.1.q.6.
n.1.vſq; ad 8. fol.*112. vbi dat rationẽ quare
præſcriptio tollat obligationem naturalem
9 quo ad effectum, † quia præſcribens ſimilis
eſt ſoluenti, & illi æquiparatur quantum ad
hoc,vt excludatur ille, contra quem eſt præ-
ſcriptum,ideo non inducit compenſationem,
nec ei accedit fideiuſſor *Balbus ibid. n.3. &
4. poſt Felin. in c.ad aures.col.1. de præſcri-*
10 *ptionib.* † Vnde etiam præſcriptio æquiualet
veritati, & habet vim pacti, & priuilegij,fir-
mando quod eſt ipſo iure irritum, cum alijs
effectibus, de quibus per *Tiraq. de retract.
lignag. §.1. gloſ.9. n.249.*

Additur, quod hæreditas, de qua agimus, vltra
debita ſupradicta, erat etiam grauata onere
reſtitutionis dotis vxoris ipſius Scipionis
11 hæredis, qui alienauit, † vnde valuit aliena-
tio per eum facta, cum potuerit idem hæres
ſibi ſatisfacere de huiuſmodi ſuo credito do-
tali ſibi in teſtamento relicto per ſuam vxo-
rem, neque poterit ei imputari aliqua cul-
pa, cum lege permittente talem ſolutionem
ſibi fecerit, eligendo bona fide, quam rem
velit *l. creditoris arbitrio. ff. de diſtract. pi-
gnor. Bald. in l.fin. §. in computatione.n.4.
C. de iur. deliber. Peregr. de fideicommiſſ.
art.35. n. 14. fol.*323.

Cum etiam talis alienatio debeat imputari hæ-
12 redi in quartam trebellianicam, † quæ ei de-
betur, quamuis in pœnam per fideicommiſ-
ſum ei auferatur hæreditas,& alteri applice-
tur, iuxta magis communem opinionem,
de qua latè teſtatur, & indubitatam dicit
Peregrin. de fideicommiſſ.art.3.n.92.fol.35.
13 ob illam rationem, † quia hæres propter
contrauentionem præcepti teſtatoris tene-
tur ex auctoritate Trebelliani reſtituere hæ-
reditatem, vnde etiam ad eius commodum
erit locus diſpoſitioni eiuſdem Trebelliani
quo ad retentionem quartæ, nam aliàs fidei-
commiſſum non committeretur, niſi eſſet
contrauentũ prohibitioni alienationis, cum
etiam talis contraueniens remaneat hæres,
& quia contenti eſſe debemus pœna priua-
tionis hæreditatis indicta à teſtatore, qui
etiam poterat addere pœnam in trebelliani-
ca, & non addidit, vt benè etiam comprobat
*Idem Peregrin.de iur. fiſc.lib.2.tit.10.n.22.
poſt Imol. in l. paterfamilias .ff. de hæredib.
inſtituend. Cuman.in l.1. ff.de his quæ pœn.
nomin. Aret. conſ.18.col.3. in fin.verſ. & ſic
in effectu videtur.& conſ.19. col. penult. poſt
med. n. 9. Rimin. Sen.conſ.258.n.6.lib.2. Al-
ciat. conſ 97. col.1. lib.9. Alex. in l.1. §.item
ſi ita .ff. ad leg. falcid. Innoc. & Butr. in c.
rainaldus. vbi Abb.n.15. de teſtament. Rub.
conſ.43.n.7. Surd.de alim.tit.9.q.25.n.82.*

Contraria autem procedunt, quando adeſſent
14 verba expreſſa teſtatoris mandantis, † vt
propter hæredis inobſeruantiam idem hæres
caderet à nomine, & titulo hæredis, itaut
nunquam fuiſſet hæres, vel quando prohi-
bitionem realem feciſſet, vel quando prohi-
buiſſet alienationem non ſolum hæredi, ſed
etiam ſubſtitutis primis, & vlterioribus,vel
quando ipſo iure mandatur per legem illum
non eſſe retro hæredem,& haberi pro nõ in-
ſtituto,quorũ nihil verificatur in caſu noſtro,
prout in iſtis terminis loquuntur omnes,qui
tenent opinionem cõtrariam, vt benè diſtin-
guit *Peregr. de fideicommiſſ. art.3. n.92. ad
med. fol.35. Gabr. de trebellian. concl.9. n.8.
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib.7. tit. 12. n.28. Socin. Iun.conſ.49. n.21.
lib.3. Mantua.conſ.291.n.10. Ruin.conſ.170.
n. 10.cum ſeq. lib. 3. & conſ. 47. n.18. lib.2.
Gabr. conſ.184. n. 6. lib.1. Surd. de aliment.*
15 *tit.9. q. 25. n.89. vſque ad 94.* † vbi etiam
addit caſum,quando teſtator non ſolum pri-
uauit hæredem ſimpliciter, ſed etiam dixit
illum priuandum tota, & integra hæredita-
te, tunc enim iſta verba operantur, vt non
ſit locus trebellianicæ *Card. Mantic.de con-
iectur. vltim. volunt. lib.7.tit.12.n.13. Craſſ.
in §. trebellianica. q.6.n.4.*

Accedat, quod nulla actio competit Aduerſa-
rio pro prætenſa immiſſione ad bona fidei-
commiſſi, de quibus agimus, nam cum præ-
tendat dictum remedium immiſſionis pro-
pter priuationem primi hæredis alienantis
16 contra præceptum teſtatoris, † Tamen iſta
priuatio non habet aliquem effectum,& exe-
cutionem, niſi præcedente ſententia, ex quo
enim hæres eſt priuandus propter ſuam cul-
pam, & delictum, ſeu contrauentionem, de-
bet prius conſtare per declarationem Iudi-
cis, quod talis contraueniens ſit priuatus
hæreditate, quamuis etiam eſſemus in caſi-
bus, in quibus ipſo iure abſque alia reſtitu-
tione transferretur hæreditas in ſubſtitutos
in pœnam hæredis cõtrauenientis præcepto
teſtatoris, ita in ſpecie concludit *Rimin.
Sen. conſ. 258. n. 6. vſque ad 11. lib. 2. poſt
Bald.in auth.hoc amplius.verſ.quæro vtrum
hæres priuetur ipſo iure. C. de fideicommiſſ.
Archid. & Io. Andr. in c.1.de homicid.in 6.*
iuxta *c.cum ſecundum. de hæretic. eod. lib.
Bart. in l.eius qui delatorem. ff. de iur. fiſc.
Aret. in l. qui à delatoribus. §.1. col.3. in
princ. ff. de teſtament.* Quidquid ſecundum
alios non requiratur ſeparatum iudicium
ſuper priuatione *Surd. de alim. tit. 9. q. 25.
n.74. poſt med. & n.78.*

Vlterius in prædictis nullum ius competit Ad-
uerſario, qui in pœnam priuationis non fuit
17 vocatus, † tanquam tempore alienationis
non eſſet natus, cum tamen ad hunc effectum
teſtator ſolum vocauerit filios natos, & na-
tas ex Scipione hærede, vnde non naſcitu-
ros, & naſcituras, per quas non reuocatur
alie-

Digitized by Google

alienatio, vel ſimilis diſpoſitio *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 82. vſque ad 104. Mandell. conſ. 109. n. 9. cum ſeq. lib. 1.*
18 vbi etiam, † quod contraria procedunt, quã-
do teſtator fuiſſet progreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, vel deſcendentes in infinitum, vel perſonas multorum graduum, quæ non poſſent eſſe natæ ſimul eodem tempore, vel quando nullus erat natus & vocatus tempore, quo euenit conditio, vel in ſimilibus caſibus *Guid. Pap. decis. 511. Mandell. d. conſ. 106. n. 13. & 17. lib. 1.* Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum ſufficiant prius adducta, quæ tollunt omnem difficultatem.

Additur, quod hæres non cecidit à tota hære-
19 ditate per alienationem prædioli, † de quo
agimus, ſed ſolum à re alienata, cum pro delicto circa rem commiſſo, eatenus perdatur
20 res, † quatenus in ea peccatur *l. reſcriptum. ff. de his quib. vt indign. l. paulus. ff. ad leg. falcid. Bart. in l. beneficio. ff. eod. tit. & in l. quidam in iure. 17. §. vlt. ff. de donation. Aret. conſ. 14. n. 5. col. 7. ad med. verſ. nec placet mihi diſtinctio. Bald. in c. 1. n. 9. col. 3. ante med. verſ. quaro vtrum propter peccatum. de alienat. feud. Roland. conſ. 17. n. 2.*
21 *lib. 2.* † Et ita in ſpecie concludit *Iaſ. in l. ait
prætor. in princ. n. 5. ff. de iureiur. Ruin. conſ. 119. n. 12. verſ. ſed contrarium. lib. 2. Menoch. conſ. 164. n. 22.* Quidquid aliud ſentiat *Ang. conſ. 168. in 2. dub. Crot. in l. filiusfamilias.*
22 *§. diui. n. 154. ff. de legat. 1.* Quia contra eos
eſt verior opinio, & magis æqua, & recepta, vt teſtatur *Rot. coram Sanctiſſimo decis. 219. per tot. & coram R. P. D. Litta Romana de Theodolis: 10. Ianuarij 1597.* & latè *coram R. P. D. Orano Peruſina hæreditatis. 16. Nouembris 1584. impreſſ. poſt conſ. Honded. 58. n. 87. lib. 1. Rot. decis. 593. n. 6. p. 2. in recent. Ferdin. Loaz. in d. §. diui. n. 192.* cum alijs adductis *coram R. P. D. Vbaldo Peruſina dotis. 9. Iunij 1613. Curt. Iun. de feud. p. 4. princ. n. 153. Burſat. conſ. 13. n. 38. lib. 1.*

Prout dicimus de emphyteuta, qui ſolum ca-
23 dit à parte, quam alienauit † *Alex. conſ. 99.
n. 28. lib. 5. Alciat. in l. 4. §. cato. n. 107. & ibi Hermanot. Dec. n. 300. vſque ad 306. Rip. n. 45. Socin. n. 20. ff. de verb. obligat. Pariſ. conſ. 6. n. 19. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloſ. 2. n. 28. Natt. conſ. 479. n. 2. Rol. conſ. 17. n. 2. vſque ad 10. lib. 2.* latè *Corbul. de cauſ. priuation. ob alienat. ampliat. 42. n. 6. fol. 230. Clar. in §. emphyteuſis. q. 13. verſ. non omittam. n. 10. fol. 128. Grammat. decis. 49. Caccialup. inter conſ. Corn. 67. lib. 2.* quem ſequitur ibi *Corn. in ſubſcriptione.* Quidquid aliud concludat *Cuman. conſ. 41. in fin. Crot. in d. §. cato. n. 60. Cephal. conſ. 139.*
24 *lib. 1. Trentacinq. lib. 3. reſolut. 8. n. 2.* † Nam
eorum opinio non ſeruatur, vt notat plenè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 28. n. 13. fol. 475. Aldobrand. conſ. 110. n. 22. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 70. n. 9. Rimin. Sen. conſ. 429. n. 50.* & ita etiam ſeruat *Rot. coram Card. Pamphilio Bononien. bonorum emphyteoticorum. 2. Decembris 1596. & coram R. P. D. Ortembergo Burgen. decimarum. 3. Iulij 1606.*

Contraria autem poſſent procedere, quando
emphyteuta alienaſſet aliquam rem emphy-
25 teoticam tanquam liberam, † & allodialem,
& propriam, tunc enim propter alienationem partis caderet à tota emphyteuſi, quaſi tunc appareat de mala intentione interuertẽdi dominium directum propter tale mendacium *Iaſ. in l. fin. n. 125. C. de iur. emphyt. Natt. conſ. 479. n. 4. Alex. conſ. 187. n. 10. lib. 2. Roland. conſ. 17. in fin. lib. 2. Bero. conſ. 102. n. 61. lib. 1. Corbul. de cauſ. priuation.*
26 *ob alienat. ampl. 42. n. 7. & 8. fol. 231.* † vbi
etiam quod in dubio præſumitur res alienata tanquam allodialis animo præiudicandi domino, ſi in alienatione nulla fiat mentio, quod res ſit emphyteotica, vel non exprimatur qualitas, ex qua id poſſit apparere *Caſtr. in l. ſerui electione. §. fin. ff. de legat. 1. Alex. in l. ſi domus. §. fundus. ff. eod. tit. Salic. in d. l. fin. n. 8. C. de iur. emphyt. Bero. d. conſ. 102. n. 60. lib. 1. Rot. coram Card. Plat. Ceſenaten. bonorum. 6. Aprilis 1590.* quam refert *Beltram. ad decis. Sanctiſſimi 219. in fin.*

Ex quibus clarè apparet non poſſe confirmari duas ſententias latas contra hæredem, tanquam ceciderit ab hæreditate propter prætenſam alienationem prædioli, de quo fuit quæſtio, cum nulla adſit deuolutio ex multis ſupra adductis, ideo bene fuerunt dictæ ſententiæ reuocatæ, cum abſolutione hæredis ab omnibus moleſtijs, & alijs contra eum intentatis.

EPITOME.

TRanſactio propter cauſam, & timorem litis quando ſit valida. ¶ Et an præſumatur vtilis minori, & Eccleſiæ, quamuis de vtilitate non conſtet. ¶ Et quid ſi iuſtitia ſit clara, & euidens, & lis de facto mota. ¶ Et an debeat eſſe læſio enormiſſima, vt detur reſciſſio. ¶ In alienatione rerum Eccleſiæ, ſeu minoris qualis vtilitas requiratur. ¶ Et quando in eis ſint adhibendæ ſubhaſtationes. ¶ Decretum Iudicis an valeat ſi fuerit ſtatim interpoſitum, abſque eo, quod præcedat cauſæ cognitio, tàm de iure, quàm de conſuetudine. ¶ Stylus variè obſeruatus, quid operetur. ¶ Curator dementis an pro eo conſtituat domicilium, ſicut tutor pro minore. ¶ Mulier an habeat facultatem vendicandi fundum dotalem alienatum per tutorem, quamuis contra eum habeat actionem. ¶ Conſuetudo an ſit probata ex pluribus inſtrumentis per notarios confectis. ¶ Iudex domicilij an poſſit interponere decretum in tranſactione facta per minorem, quamuis bona ſint alibi ſita, itaut aliud decretum non ſit neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Timor litis, etiam extraiudicialis ſufficit, vt tranſactio iudicetur valida.*

2 *Tranſactio in odium litium an præſumatur vtilis, quamuis non conſtet de vtilitate tranſigentis, & quando vtilitas ſit probanda. n. 5. & 25.*

3 *In alienatione rerum Eccleſiæ qualis vtilitas debeat interuenire.*

4 *Læſio enormiſſima eſt iuſtificanda ad effectum reſcindendi tranſactionem factam ex cauſa litis, habito etiam reſpectu ad dubium illius euentum. n. 28. Nec ſufficit qualibet læſio. n. 6.*

7 *Sententia Iudicis æquiparatur caſui fortuito.*

8 *Iuſtitia clara an attendatur ad hoc, vt tranſactio facta ſuper lite poſſit reſcindi. n. 9. 10. & 11.*

12 *Decretum quando dicatur adhibitum cum cauſa cognitione, quamuis ſit ſtatim interpoſitum, & quid ſeruetur de conſuetudine, & an illa ſit valida, & habeat locum in quocumque negotio etiam grauiſſimo. n. 13. 14. & 15.*

16 *Curator dementis poteſt pro eo conſtituere domicilium, ſicut tutor pro minore.*

17 *Diſpoſita in minoribus extenduntur ad mente captos.*

18 *Iudex domicilij poteſt interponere decretum in tranſactione facta per minorem, quamuis alibi res exiſtant, itaut aliud decretum non ſit adhibendum.*

19 *Subbaſtationes an requirantur in alienatione rerum minoris, & Eccleſiæ. n. 20. & 21.*

22 *Stylus variè obſeruatus non derogat conſuetudini, ſecundum quàm non requiruntur ſubbaſtationes in rebus minorum.*

23 *Conſuetudo non probatur ex inſtrumentis, niſi etiam iuſtificetur, quod illis fuerit adhibita fides.*

24 *Lucrum conſequitur, qui diſcedit à lite.*

26 *Mulier an poſſit vendicare fundum dotalem alienatum per tutorem, quamuis contra eum habeat actionem.*

CAP. DCCCLXI.

ADuerſus tranſactionem, de qua agebatur in cauſa Fauentina bonorum, opponuntur multa, quæ tamen dixi eſſe facilis ſolutionis. Nam ſtante lite ſuper bonis Lauræ licitum fuit Horatio eius Curatori tranſigere, & illa dimittere Lucatello poſſeſſori, & emptori dictorum bonorum, receptis ſcutis
1 quatuor mille pro receſſu à dicta lite, † cuius timor, & ſuſpitio, etiam quod ſit extraiudicialis ſufficit ad hoc, vt iudicandum ſit pro validitate ſimilium tranſactionum, vnde multò magis, quando lis iam erat introducta *l. 1. & 2. C. de tranſaction. Purpurat. in l. cum proponas. n. 23. C. eod. tit. Roman. conſ. 371. n. 1. & ibi Mandoſ. in verb. dubia. Surd. conſ. 451. n. 51. lib. 3. Rot. deciſ. 410. n. 3. & deciſ. 104. n. 2. & deciſ. 447. n. 2. poſt med. p. 2. in recentior. Natt. conſ. 465. n. 2. Pariſ. conſ. 32. n. 28. lib. 1. Caputaq. deciſ. 123. p. 2. in manuſcript.*

Neque obſtat, quod non conſtet de vtilitate mulieris tranſigentis, Quia in odium litium
2 tranſactio eo ipſo dicitur vtilis, † etiam quod ſimus in priuilegiatis, vt in Eccleſia, & ſimilibus *Rot. deciſ. 625. n. 6. p. 1. in recentior.* vbi allegatur *Anchar. conſ. 436. ad med. Dec. conſ. 474. viſo inſtrumento. n. 9. Mohedan. deciſ. 249. alias 4. de locat. fol. 688. Roland. conſ. 15. n. 16. lib. 1.* Qui tamen Doctores non dicunt, quod præſumatur iſta vtilitas, immo *Rol.* concludit contrarium *d. n. 16. cum ſeq.* Sed ſtante lite poteſt defendi, quod præſumatur vtilitas, licet poſſit contrarium probari, vt dicetur infra *n. 5. Redoan. de reb. eccl. non alien. rubr. de cauſ. vtilit. n. 158. fol. 131. & q. 4. verſ. poſſet dubitari. n. 13. fol. 329.* vbi quod in hoc ſtatur arbitrio boni viri *Gloſ. in c. & enim. §. hoc*
3 *ius. in verb. probat. 10. q. 2.* † Quidquid alias in alienatione rerum Eccleſiæ ſit iuſtificanda vtilitas clara, & indubitata *Rot. deciſ. 430. n. 6. p. 1. in recent. & deciſ. 430. n. 4. p. 2. in recent. Redoan. d. rubr. de cauſ. vtilit. n. 68. & 69. Maſcard. concl. 1316. n. 16.* Et quando præſumatur vtilitas in iſtis caſibus *Rot. coram Sanctiſſimo deciſ. 343. vbi Beltram. in addit. n. 4. cum ſeq.*

Maximè, quia in caſu noſtro adeſt decretum Iudicis, quod facit præſumere vtilitatem *Surd. conſ. 249. n. 19. in fin. poſt Bald. in c. ſicut. n. 6. de re iudicat. Alex. conſ. 79. n. 18. lib. 1.* & conſtat fuiſſe ſolutam magnam pecuniarum quantitatem curatori mulieris, itaut ex hoc potius conſideretur vtilitas, quàm læſio, quæ neque ſufficit ad reſcindendam
4 tranſactionem, † cum ſit probanda enormiſſima læſio habito etiam reſpectu ad dubium litis euentum *Gloſ. in l. lucius. §. fin. vbi Bart. n. 3. ff. ad trebellian. Pinell. in l. 2. p. 1. c. 4. n. 14. C. de reſcind. vendit. Rimin. Sen. conſ. 315. n. 2. & 3. lib. 2. Natt. conſ. 548. n. 12. Aim. conſ. 151. n. 26. in fin. & conſ. 192. n. 3. Gabr. conſ. 158. n. 48. cum ſeq. lib. 1. Cephal. conſ. 137. n. 57. lib. 1.* latiſſimè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 26. tit. 9. n. 23. vſque ad 30. Rot. diuerſ. deciſ. 235. p. 2. & in recentiorib. p. 1. deciſ. 625.*
5 *n. 7. & deciſ. 539. n. 2. p. ead.* † vbi etiam quod talis læſio ad hunc effectum non præſumitur, & illam allleganti incumbit onus probandi *Abb. conſ. 64. n. 3. in fin. lib. 1. Roland. conſ. 28. n. 27. lib. 4. Natt. conſ. 650. n. 8. ad med. Port. conſ. 134. n. 39. Ruin. conſ. 129. n. 36. lib. 1. Pariſ. conſ. 96. n. 67. lib. 1. Alex.*
6 *conſ. 92. n. 38. lib. 6.* † Cum propter dubium litis euentum non conſideretur qualibet læſio, tanquam pendeat à caſu *l. de fideicommiſſo. C. de tranſactioni. Bald. in l. fin. §. ſed ſi quis.*

Digitized by Google

ſi quis: colr. C. commun. de legat. Dec. conſ.
474. viſo inſtrumento ſyndicatus. n. 12. Ro-
7 *land. conſ. 28. n. 24. lib. 4.* † Nam ſententia
Iudicis æquiparatur caſui fortuito *Bart. in*
l. ſi per imprudentiam ff. de euictionib. Natt.
conſ. 181. n. 5. poſt med. Aim. conſ. 253. n. 2.
Rol. conſ. 45. n. 22. lib. 3. Rot. deciſ. 451. n. 7.
in fin. p. 1. in recentior.

Nec facit, quod ius ſit clarum diſponens fun-
dum dotalem non poſſe alienari, ideo tran-
ſactio non ſubſiſtit, tanquam facta ſuper iure
8 liquido, & non dubio, † Quia non attendi-
tur huiuſmodi iuſtitia clara ad effectum, vt
non poſſit tranſigi, cum nemo ſit certus de
euentu litis, tanquam de caſu fortuito, vt di-
ctum eſt ex *Aim. Rot. & alijs ſupra allega-*
9 *tis.* † Immo etiam ſufficit controuerſia de
facto mota contra caſum legis, & inſtrumen-
ti, cum illa ſufficiat ad tranſigendum, neque
enim attenditur iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ,
ſed ſolum, quod quis de facto cogatur liti-
gare, quamuis etiam de iure nulla adeſſet
dubitatio, maximè quando poſſidet ille, qui
de facto litigat, vt in caſu noſtro, etiam
quod adeſſet ſententia contra eum, qui de
facto litem mouit, prout latè in ſpecie
omnia prædicta comprobat *Surd. conſ. 451.*
n. 50. & 51. lib. 3. poſt Socin. conſ. 4. n. 2. cum
ſeq. lib. 1. iuxta l. 2. vbi Caſtr. Bald. Alex. &
Iaſ. C. de tranſaction. Oſaſc. deciſ. 91. n. 23.
Bero. conſ. 176. n. 29. lib. 1. latè *Becc. conſ. 109.*
10 *n. 6. Curt. Iun. conſ. 150. n. 16.* † Et ſæpiſſimè
vidimus nedum fundos dotales amitti per
ſententiam Iudicis, ſed res, quæ nullam ha-
bebant dubitationem, & luce meridiana cla-
ras, in quibus proferuntur ſententiæ, vt vul-
go dicitur, de iure ceruellotico, itaut benè
fuerit conſultum huic mulieri mediante cu-
ratore loco fundi dotalis pecuniam magnæ
quantitatis accipere, & ſuper hoc licitè trã-
ſigere, non obſtante, quod lis poſſet dici
manifeſtè calumnioſa, cum hoc caſu etiam
valida ſit tranſactio, quando poſſidet, qui de
facto litigat, vt notat *Surd. d. conſ. 451. ad*
11 *med. lib. 3.* † vbi ponitur exemplum de ſoro-
re excluſa à ſtatuto, quæ de facto litigabat
cum fratribus, qui tamen benè tranſegerunt,
quamuis ius eſſet certum *Caſtr. in d. l. 2. C.*
de tranſaction. Caccialup. eod. tit. q. 1. Alex.
conſ. 101. n. 5. lib. 3.

Nec ſubſiſtit, quod iſta tranſactio non fuerit
12 facta cum cauſæ cognitione, † quæ non po-
tuit interuenire, tanquam omnia geſta fue-
rint vnico contextu, & breuiſſimo tempore,
abſque aliqua ſcriptura ſeparata, prout illa
debebat fieri ad hoc, vt Iudex eſſet informa-
tus de cauſis tranſactionis, per quem poſtea
pronunciabitur eſſe tranſigendum, & deinde
celebrata tranſactione ſuper ea decretum
validè interponere *Menoch. de arbitrar. caſ.*
171. n. 41. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6.
n. 105. Duen. reg. 186. n. 5. cum alijs ex ad-
13 *uerſo adductis.* † Quia omnia iſta de conſue-
tudine ſunt ſublata, cum non amplius ſecun-
dum eam fiant huiuſmodi ſcripturæ ſepara-
tæ, neque breuitas temporis noceat, tan-
quam præſumatur, quod Iudex in ipſo actu
interpoſitionis decreti ſe informauerit de
iuſtis cauſis tranſactionis, & cuiuſcumque
alienationis, & propterea ſuum decretum
interpoſuerit *Imol. conſ. 99. dub. 6. n. 6. &*
conſ. 98. n. 12. & 13. Alex. conſ. 80. col. penult.
lib. 5. Caſtr. conſ. 38. ſuper eo quod quæritur.
in fin. lib. 1. & in l. actis. vbi Alber. C. de
ferijs. Ruin. conſ. 90. ad fin. lib. 5. Hieronym.
Gabr. conſ. 23. n. 9. lib. 1. Anton. Gabr. concl.
5. n. 36. de ſentent. Boccacc. ad conſtit. March.
de minor. gloſ. 4. n. 8. & 30. Simoncell. de
decret. lib. 1. tit. 4. n. 59. Put. deciſ. 364. lib. 1.
latiſſimè *Surd. deciſ. 334. n. 5. vſq; ad 23. lib. 2.*
14 vbi quod † ita ſeruatur etiã in quocumque
negotio grauiſſimo requirente cauſæ cogni-
tionem, & ſubtiliſſimum omnium circum-
ſtantiarum examen *Purpurat. in rubr. de*
offic. aſſeſſor. n. 154. Anchar. q. 16. n. 15. Duen.
regul. 186. ampliat. Achill. deciſ. 199. alias 3.
de præſumptionib. Rot. coram R. P. D. Cor-
duba Maceraten. nullitatis ceſſionis. 8. Apri-
lis 1598. Et valet huiuſmodi conſuetudo, per
15 quam poteſt tolli ius poſitiuum, † & ſtatu-
tum *Bald. in c. imperialem. §. præterea du-*
catus. n. 3. de prohibit. feud. alienat. per fe-
deric. Socin. Iun. conſ. 65. n. 29. lib. 1. Hippol.
Riminald. conſ. 51. n. 3. lib. 1.

Quæ autẽ dicuntur de decreto interpoſito per
16 Iudicem non habentẽ iuriſdictionem, † Non
verificantur in facto, cum appareat Lauram
dementem habuiſſe domicilium in Ciuitate
Fauentiæ, quod potuit per eius curatorem
ibidem conſtitui, ſicuti per tutorem minori
Bart. in l. 1. n. 1. vbi Salic. poſt princ. verſ.
ſed contra iſtam ſuppletionem. C. vbi petant.
17 *tutor. vel curator.* † Omnia enim, quæ diſpo-
nuntur in minoribus, extenduntur ad mente
captos, furioſos, & dementes *Gloſ. in l. 2. C. de*
curator. furioſ. Bald. in c. 1. de benefic. fratr.
& in l. qui neque. ff. de reb. cor. & in l. in-
fantis. q. 11. C. qui adm. Abb. in c. cum non
liceat. 12. vbi Felin. n. 9. de præſcriptionib.
Anchar. conſ. 5. pro parte. col. 2. in fin. verſ.
præterea poſtquam conſtat. Euerard. loco ar-
gument. 73. à minorib. ad furioſ. n. 1. vſ-
que ad 9. fol. 418.

Potuit igitur Iudex domicilij interponere de-
18 cretum in prædicta tranſactione, † quod qui-
dem ſufficiet, non obſtante, quod alibi exi-
ſtant res immobiles, neque enim requiritur
aliud decretum, cum illud Iudicis domicilij
extẽdatur ad bona alibi ſita ratione iuriſdi-
ctionis perſonæ, quam habet in minore, ſeu
furioſo *Bart. in l. legitimos. in princ. ff. de*
legit. tut. Iaſ. in l. cunctos populos. in 4. le-
ctur. in fin. C. de ſumm. trinit. Marſ. in
l. vlt. n. 100. ff. de iuriſd. omn. iudic. Gomeſ.
var. reſolut. lib. 1. de contract. c. 14. n. 17.
Simoncell. qui de magis communi teſtatur *de*
decret.

Digitized by Google

decret. lib. 1. tit. 1. n. 69. verſ. ſecunda eſt opinio. & verſ. quarta ſententia. fol. 36. Cin. & Alber. in l. 1. C. de contrab. empt. Caſtr. conſ. 319. primum quæſitum. col. 2. verſ. intendum exercet actum. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 3. n. 24.

Additur, quod prætenſus fundus dotalis remiſſus per curatorem in tranſactione pro ſcutis quatuor millibus, fuit etiam poſtea venditus per eumdem curatorem, quæ venditio valuit, non obſtante, quod non fuerint factæ
19 ſubhaſtationes, † quæ licet de iure requirantur, tamen de conſuetudine non ſunt amplius neceſſariæ, itaut ſine illis valeant alienationes minorum, vt concludunt omnes communiter in *auth. hoc ius porrectum. vbi Bald. n. 3. ante fin. C. de ſacroſ. eccleſ. Rot. deciſ. 1. in princ. de conſuetud. Luc. de Penn. in l. ſi tempora. in fin. verſ. ſed an in venditione. C. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. Alber.* qui ita in praxi ſeruari teſtatur in *l. & ſi ſine. §. quæſitum. n. 3. ff. de minorib. Bertrand.* qui de magis communi *conſ. 360. n. 4. lib. 2. p. 1. Felin. in c. cum cauſa. n. 10. de iudic.* latè *Franciſc. à Ponte conſ. 1. n. 134. vſque ad 142. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 4. tit. 6. n. 31.*

Quod etiam eſt in alienationibus rerum Eccle-
20 ſiæ, † vt latè dixi *ſupr. c. 479. n. 14. & 15.* quidquid alij contrarium ſentiant, cum eorum opinio non ſeruetur ex rationibus plenè adductis *ibid. n. 17. & 18. vſque ad verſ. & in deciſione.*

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum ſola tranſactio ſufficiat ad effectum validitatis alienationis prætenſi prędij dotalis ex ſupra allegatis, adeo vt non opus ſit diſputare an fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti in venditione poſtea ſubſecuta de eodem prædio remiſſo in tranſactione, & an ſtatutum loquẽs de minoribus procedat in furioſo, quibus omnibus, etiam ſi opus eſſet fuit plenè ſatisfactum per alios Patronos huiuſmodi
21 cauſæ. † Itaut neque etiam obſtet obiectum circa ſubhaſtationes, quod illæ requirantur ſecundum ſtylum Ciuitatis Fauentiæ, Quia talis ſtylus nõ probatur ex nonnullis inſtrumentis exhibitis, in quibus aliquando in alienationibus Minorum fuit adhibita iſta ſolemnitas ſubhaſtationum, cum etiam in alijs multis hoc non fuerit obſeruatum, adeo vt ſtante cõſuetudine non requirẽte amplius iſtas ſolemnitates, ſit concludenter probandus ſtylus contrarius, ad hoc, vt derogetur dictæ conſuetudini, prout etiam quod fuerit introductus per habentes facultatem *l. forma. C. de offic. præfect. prætor. Bart. in l. de quibus. col. 4. n. 10. de legib. Alex. conſ. 36. ad fin. n. 10. lib. 2. Aim. de antiquit. tempor. p. 4. in princ. n. 36. tom. 17. fol. 151. Rebuff. de*
22 *conſuetud. art. 2. gloſ. 13. n. 11.* † Stante præſertim varietate ſtyli opponendi aliquando in dictis inſtrumentis ſubhaſtationes, aliquãdo non, vt dictũ eſt, ob quam varietatẽ non dicitur inductus aliquis ſtylus, neque per illum eſt derogatum conſuetudini, quæ prius extabat *Bart. in l. 2. in princ. ff. ſolut. matrimon. Aim. conſ. 96. n. 5. Socin. conſ. 92. n. 7. in princ. lib. 3. Alex. conſ. 5. n. 7. & 13. & ibi Natt. in addit. in verb. quandoque minus. in fin. & in verb. in ſuo robore. lib. 5. Calcan. conſ. 121. col. penult. in fin. Dec. conſ. 8. viſo puncto & diligenter. n. 4.*
23 *& conſ. 11. n. 12.* † Maximè, quia neq; probatur conſuetudo ex inſtrumentis, niſi etiam probetur, quod illis fuerit adhibita fides, & venerit in notitiam maioris partis notariorum, & populi *Maſcard.* qui alios refert *concl. 425. n. 3. & 4.*

Cum etiam iſtud prædium dotale non extaret penes Lauram, & eius curatorem, vnde fruſtra opponitur de omiſſa ſubhaſtatione,
24 ideo potuit † recedendo à lite dimitti poſſeſſori, accepta magna pecuniæ quantitate, cum ſatis dicatur lucrari, qui eximitur à lite *l. 1. C. de pact. l. ſi ea, C. de vſur. Gloſ. in c. penult. de empt. & vendit.* Et ſemper tranſactio ob cauſã litis præſumitur vtilis *Alex. conſ. 222. n. 12. lib. 2. Roland. conſ. 15. n. 51.*
25 *lib. 1. Surd. conſ. 451. n. 27. & 28. lib. 3.* † vbi quod hoc maximè procedit ſtante decreto Iudicis, de quo in caſu noſtro *Bald. conſ. 448. in fin. lib. 1.* iuxta *l. ab ea parte. in 2. reſponſ. ff. de probation. Marſil. ſingul. 438. Becc. conſ. 52. n. 13.*

Neque obſtat, quod mulieri, & eius hæredibus licitum ſit vendicare fundum dotalem nulli-
26 ter alienatum, † quamuis etiã habeat actionem contra tutorem exiſtentem ſoluendo, qui malè illum alienauit pro conſecutione ſuæ indemnitatis, cum ſit in eius arbitrio contra quem velit agere *Oddo de reſtit. in integr. p. 1. q. 22. art. 3. n. 16.* Quia omiſſa ve-
27 ritate iſtius opinionis, † cum contrarium teneat *Natt. conſ. 492. n. 6. vſque ad 10. Grat. conſ. 119. n. 52. lib. 1. Marc. Anton. del Re. de iuram. calumn. c. 19. n. 58.* vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum in Signatura *corã Clem. VIII. Ruin. conſ. 119. n. 17. in fin. lib. 5.* Reſpondetur, quod non fuit probata iſta nullitas tranſactionis, prout ſupra ſatis plenè oſtenſum fuit omnia fuiſſe ſolemniter acta, quemadmodum neque conſtat de aliqua læſione,
28 quæ debet eſſe magna, † & enormiſſima, vt poſſit reſcindi tranſactio facta ob dirimendas lites *Corn. conſ. 166. n. 11. lib. 1. Grãmat. deciſ. 66. n. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 26. tit. 9. n. 23. vſque ad 30. cum alijs ſupra allegatis. n. 4.* Vltra quod pro iuſtitia tranſactionis adſunt multæ aliæ rationes concernentes tam poſſeſſorium, quàm petitorium, quæ fuerunt adductæ in huiuſmodi cauſa, per quas redditur ius indubitatum hæredum Horatij, itaut nihil amplius ſit addendum.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

MVlier tranſiens ad ſecunda vota an amittat omnia acquiſita per obitum primi viri. ¶ Et quid in dote lucrata vigore ſtatuti. ¶ Et in iocalibus. ¶ Et an talis priuatio dicatur pœna. ¶ Et ab illa excuſetur, ſi fuerit minor, ſicut excuſatur ſi non petijt tutorem filio. ¶ Donatio quando ſit correſpectiua ad dotem. ¶ Et an ſit ſimplex, & pura, ſeu propter nuptias, ſi fiat per maritum propter cauſam eiuſdem dotis. ¶ Vel in recompenſationem nobilitatis vxoris. ¶ Priuatio iuris quæſiti an dicatur pœna. ¶ Bona quæſita laboribus primi viri, an cedant in vtilitatem vitrici, & eius filiorum, vel potius ſint reſeruanda filijs primi matrimonij. ¶ Et quid in donatione facta vxori contemplatione mariti. ¶ Filij hæredes matris quo caſu poſſint impugnare factum illius.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quando dicatur correſpectiua ad dotem. & n.2.*
3 *Simplex, & pura donatio non poteſt dici illa, quæ ſit ob cauſam dotis, ſed eſt propter nuptias, quamuis non ſit expreſſa qualitas nuptiarum, & licet maritus donauerit aliquid extraneo, vt poſtea illud donet vxori. n.10. Amplia vt n.11. & 12.*
4 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota amittit omnia acquiſita per obitum primi viri. Amplia ad dotem lucratam vigore ſtatuti. n.5. Idem in iocalibus. n.7. & 8. Et de ratione. n.22. & 23. Et quid ſi fuerit minor. n.18. 19. 29. & 30. Et an talis priuatio dicatur pœna. n.34. & 35.*
6 *Pœnæ concernentes fauorem filiorum quo ad ſecundas nuptias ſunt communes vtriſque parentibus.*
9 *Donata vxori contemplatione viri acquiruntur ei, & ſuis hæredibus.*
13 *Donatio facta vxori in recompenſationem nobilitatis non ſubiacet pœnis ſecundo nubentium. Intellige vt n.14. & 15.*
16 *Filij hæredes matris poſſunt impugnare factum illius nullum, & contra legis diſpoſitionem. n.17.*
20 *Mater minor non petens tutorem filio non priuatur eius ſucceſſione. n.21. Et an hoc ſit delictum. n.31. & 32.*
24 *Amiſſio proprietatis ob ſecundas nuptias non eſt merè pœna in odium matris, ſed in fauorem filiorum.*
25 *Aequitas ſuadet, vt bona quæſita laboribus primi viri reſeruentur liberis primi matrimonij, non autem cedant in vtilitatem vitrici & eius filiorum. n.26. & 27.*
28 *Pœna non tranſit ad hæredes.*
33 *Priuatio iuris quæſiti dicitur pœna.*
36 *Genus continet ſub ſe omnes ſpecies.*
37 *Caſus idem dicitur vbi adeſt ſimilitudo rationis.*

CAP. DCCCLXII.

DOnatio, de qua agimus, fuit facta in
inſtrumento dotali, ſeu incontinenti
poſt dotis aſſignationem in ipſomet actu, in
quo fuit dos conſtituta coram eodem nota-
1 rio, & teſtibus, † adeo vt ex hoc dicantur om-
nia iſta correſpectiua, & habeantur pro actu
vnico, & indiuiduo *Tiraq. in l. ſi vnquam.*
in verb. donatione largitus. n.117. C. de re-
uoc. donat. Aim. conſ. 298. n. 13. dixi latè
2 *ſupr. c. 692. n. 38. vſque ad 43.* † vbi etiam
quod neque ad hunc effectum correſpectiui-
tatis, requiritur expreſſio, quod donatio
fiat contemplatione dotis, cum ſine tali ex-
preſſione ſufficeret *Menoch. præſumpt. 12.*
n.28. & 29. lib.6.

Vnde cum ſimus in donatione facta ob cauſam
dotis, & in eodem inſtrumento dotali, ſe-
quitur concluſio paſſim ab omnibus appro-
bata, quod talis donatio non ſit ſimplex, &
3 pura, † ſed propter nuptias, quamuis iſta
qualitas nuptiarum non ſit expreſſa, & quam-
uis alio nomine appelletur, videlicet dotis,
ſeu augmenti dotis, cum ſimilibus, tanquam
iſta nomina non attendantur, ſed ſolum con-
ſideretur voluntas, & mens donantis, qui vo-
luit verè, & realiter facere donationem pro-
pter nuptias, non autem ſimpliciter donare,
aut dotare, ſiue dotem augere, quod proce-
dit, quamuis maritus donauerit extraneo
aliquid, vt poſtea illud donaret vxori nomi-
ne dotis, ſemper enim eſt donatio propter
nuptias, & debet conſeruari filijs primi
matrimonij *Surd. conſ.196. n.19. vſq; ad 24.*
cum alijs adductis *ſupr. c.690. n.1. cum ſeq.*

Ex prædictis etiam ſequitur, quod de iſtis do-
natis non potuit mater diſponere ad fauo-
4 rem ſecundi viri, † cum eſſet obligata illa
reſeruare filijs primi matrimonij, tanquam
per tranſitum ad ſecunda vota amiſerit om-
nia, quæ fuit ſuperlucrata per obitum primi
viri, iuxta diſpoſitionem *l. fœminæ. §. illud.*
C. ſecund. nupt. Fulgoſ. conſ.49. col 1. Corn.
conſ. 309. col. penult. lib.3. latiſſimè *Caſtill.*
de vſufr. c.2. per tot. Rot. coram R.P.D. Bu-
ratto Romana hæreditatis & paragij dotis. 3.
Decembris 1614. quæ eſt deciſ.638. p.1. in
5 *recentiorib.* † vbi ampliatur ad dotem lucra-
tam vigore ſtatuti *Bald. in l. ex teſtamento.*
C. de ſecund. nupt. Io. de Garron. in l. gene-
raliter. n.49. vſque ad 58. C. eod. tit. Surd.
conſ.164. n.20. lib.1. & conſ.196. n.35. lib.2.
6 *Burſat. conſ. 12. n. 6. lib. 1.* † ſiue ſimus in
matre, ſiue in patre ſecundo nubente, cum
pœnæ concernentes fauorem filiorum quo
ad ſecundas nuptias ſint communes vtriſque
parentibus *Salic. in l. fœmina. §. illud. n.4.*
& ibid. Sicard. n.2. C. de ſecund. nupt. Dec.
conſ.87. n.3. Roland. conſ.95. n.9. lib.1. cum
alijs in d. deciſ. 638. n. 2. & 3. & latè dixi
ſupr. c.707. n.21. vſque ad 27.

Quæ etiam procedunt in iocalibus, & in
om-

omnibus donatis tempore ſponſaliorum cō-
7 templatione talis matrimonij, † nā iſta om-
nia ſunt conſeruanda filijs primarum nuptia-
rum *Gomeſ. in l.14. taur. n.7.* Quidquid con-
trarium ſenſerit *Roman. conſ.405. col.2. Cre-
menſ. ſing.83. mulier tranſiens. n.2. Caſſan.
ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 6. §.1. n.4.*
8 *fol.* 837. † Cum eorum opinio non approbe-
tur, vt teſtatur *Theſaur. q.29. n.4. lib.1. poſt
Harman. practic. obſeruat. lib.2. tit. de ma-
trimon. c.5.* latiſſimè infinitos adducens *Ma-
ſtrill. deciſ.212. n.36. poſt Sanchez. de matrim.*
9 *lib.6. diſputat.41. n.3. & 4.* † Prout paſſim
omnia, quæ donantur vxori contemplatio-
ne viri, acquiruntur ipſi marito, eiusq. hæ-
redibus, quibus ſoluto matrimonio ſunt per
mulierem reſtituenda *Bart. in l. ſed & ſi plu-
res. §. in arrogato. in fin. ff. de vulgar. Corn.
in l. vt liberis. col.2. C. de collation. Surd.*
qui de magis communi *deciſ.118. n.5. Ca-
gnol. in l. contractus. n.38. ff. de regul. iur.
Lup. in rubr. de donation. int. vir. & vxor.
§.45. Clar. §. donatio. quæſt.* 10. *verſ. ſed
nunquid. fol.96.*

Non debet igitur attendi, quod donauerit ſo-
cer, non autem maritus, Quia ſatis eſt, quod
donatio fuerit facta contemplatione matri-
10 monij, & ipſius filij, † itant perinde ſit, ac ſi
idem filius, & maritus donaſſet, vt dictum
eſt, & vltra ſupra adducta in propoſito noſtro
concludit etiam *Bertrand. conſ.306. n.3. poſt
med. verſ. ſed iſtud obſtare non videtur. lib.2.
p.1.* iuxta *§. ſi vero. auth. de nupt. & auth.
in donatione.* C. *de ſecund. nupt.* & in ſimili
*Bart. in l. cum oportet. in princ. C. de bon.
quæ liber. Ang. in l. in quartam. col. fin. ff. ad
leg. falcid. Sanch. de matrim. lib.6. diſputat.
41. n.3. ad med.*

Prout neque erit conſiderandum, quod ſocer
11 dixerit ſe donare ex mera liberalitate, † Quia
non ex hoc iudicabitur talis donatio pura,
& ſimplex, ſed ſemper habebitur pro dona-
tione propter nuptias, cum etiam tali dona-
tioni conueniat liberalitas, vt in ſpecie re-
ſpondet *Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuent. lib.20. tit.4. n.9.* iuxta *l. vlt. verſ.
vtramque igitur. C. de dot. promiſſ. l. cogno-
uimus.* 10. *verſ. ſed ne videamur. & verſ.
huiuſmodi liberalitatibus æſtimandis. C. de
hæretic. & manich.*

Et ita etiam reſpondetur ad obiectum, quod
fuerint donata iſta bona mulieri, cum clau-
12 ſula, † vt illa liberè habeat, & de eis faciat,
& diſponat, prout voluerit, & ſibi placebit,
Quia iſta verba, & ſimilia etiam ampliſſima
concedentia liberam diſpoſitionem intelli-
guntur, prout de iure, ſecundum quod mu-
lier priuatur proprietate talium rerum reli-
ctarum, & donatarum propter tranſitum ad
ſecunda vota, quamuis maritus ei conceſſiſ-
ſet liberam facultatem de eis diſponendi,
tanquam non cenſeatur remiſſum, quod po-
ſtea quis ſua culpa perdidit, ita in terminis
caſus noſtri concludit *Guid. Pap. deciſ.228.
ex dicto proceſſu n.1. Caſtr. Cremenſ. & alij
per Theſaur. quæſt.29. n.7. Roland. conſ.95.
n.39. lib.1.*

Nec releuat, quod donatio fuerit facta in re-
13 munerationem nobilitatis, † & propterea
tanquam ex titulo oneroſo proueniens non
ſubiaceat pœnis, de quibus in *l. fœmina. C.
de ſecund. nupt. Menoch. conſ.135. lib.2. &
conſ.308. lib.4. Franc. deciſ.428. p.2.* Quia
ſtantibus ampliſſimis diuitijs mariti, per il-
14 las dicitur compenſata nobilitas vxoris, † &
remanet donatio propter nuptias, vt late
poſt *Bald. Lup. Bertrand. & alios* conclu-
dit *Surd. conſ.196. n.38. vſque ad 43. lib.2.*
vbi etiam addit, quod quando in tractatu
matrimonij conuentum fuit inter partes,
15 prout in caſu noſtro, † quod deberet fieri
per maritum donatio, ſeu eſſet aliquid dan-
dum in augmentum dotis, tunc quidquid
poſtea dabitur, non erit datum in recom-
penſationem nobilitatis, ſed in executio-
nem præcedentis conuentionis *Plot. conſ.
168. n.77. inter conſ. vltim. voluntat.*

Et quamuis ſimus in filijs hæredibus matris,
quæ iſta bona reliquit ſecundo viro, & li-
16 beris ſecundi matrimonij, † tamen non pro-
hibentur impugnare factum eiuſdem matris
tanquam nullum, & contra prohibitionem
legis, cum illi poſſint liberè contrauenire
*Bart. in l. poſt mortem. in princ. vbi Alex.
ff. de adoption. Idem Alex. conſ.123. n.5. lib.5.
Felin. in c.2. n.9. de exception. Oſaſc. deciſ.*
17 180. *n.1. Becc. conſ.72. n.17.* † & in ſpecie
caſus noſtri *Surd. conſ.196. n.54. & 55. lib.2.
poſt Bald. conſ.161. quidam mecus. lib.5.
Bertrand. in l. hac edictali. §. ſi vero plus.
n.1. 9. & 26. C. de ſecund. nupt. Io. Garron.
in l.1. n.120. C. eod. tit. Aim. conſ.200. n.5.*

Hęc omnia ſupra adducta, fuerunt in huiuſmodi
cauſa admiſſa, tanquam diſpoſitioni iuris
conformia, Verum poſſet ſolum dubitari de
illorum releuantia, cum pręſupponatur mu-
lierem, quæ ſecundo nupſit, fuiſſe minorem,
18 quaſi ob talem ætatem † non militent pœnæ
ſecundo nubentium ad fauorem filiorum,
ideo non priuabitur proprietate bonorum,
quæ à viro acquiſiuit, quando mater ſecun-
do nubens erat minor vigintiquinque anno-
rum, prout in ſpecie notat *Gabr. de ſecund.
nupt. concluſ.1. n.50. limit.15.* vbi allegat
Boer. deciſ.185. ad fin. quos ſequitur *Hon-
ded. conſ.78. n.127. lib.2. Valaſc. conſult.16.*
19 *n.2. in fin.* vbi refert, † quod *Gabr.* ponit
decem & ſeptem limitationes, & ſic tacitè
videtur approbare etiam iſtam de muliere
minore, & *Boer.* ſequitur etiam *Miſinger.
centur.5. obſeruat.24. in fin.*

Huiuſmodi tamen limitatio non videtur tuta,
quia *Boer.* in quo ſe fundant *Gabr. & Hon-
20 ded.* nihil allegat, † cum ſolum vtatur argu-
mento matris minoris, quæ non petens tu-
torem filio impuberi ipſo iure ſeruatur illæ-
ſa,

Digitized by Google

ſa, nec ſucceſſione eiuſdem impuberis pri-
uatur *l. 2. vbi Gloſ. in verb. obtineat. C. ſi
aduerſ. delict. ſuum reſtitut. poſtulet. Bart.
in l. 1. n. 9. C. de iur. & fact. ignorant. Oſaſc.
deciſ. 87. n. 5. Mandoſ. de ætat. minor. c. 5. q. 13.
Roman. conſ. 279. n. 1. Socin. conſ. 153. col. vlt.
in princ. verſ. ſexto mater. n. 36. lib. 2.*
Iſtud autem ſimile non applicatur ad caſum
noſtrum; nam ideo mulier minor non incur-
21 rit pœnam priuationis ſucceſſionis, † ſi non
petat tutorem infra annum filio, quia neceſ-
ſitas petendi dari tutorem imponitur matri
maiori 25. annis, non minori *Bertrand. conſ.
381. n. 3. ad med. verſ. cuius illam aſſigno
rationem. lib. 2. p. 1.* Quod non eſt in matre
22 tranſeunte ad ſecunda vota, † & diſponente
de bonis ſibi per maritum relictis, lex enim
illi ademit proprietatem talium bonorum
ex præſumpta voluntate relinquentis, cum
deſiderium parentum ſit, vt eorum bona ad
filios perueniant *l. ſcripto. ff. vnd. liber.* vn-
de præſumitur reliquiſſe vxori illa bona ſpe-
23 rans, † quod per eam eſſent illa relictura
filijs *l. vnum ex familia. ff. de legat. 2.* & no-
tat *Gabr. conſ. 156. n. 4. & 5. lib. 1.*
Maximè, quia amiſſio proprietatis ob ſecun-
24 das nuptias non eſt merè pœna, † inducta ſo-
lum in odium mulieris, ſed in fauorem filio-
rum *Dec. in rubr. C. de ſecund. nupt. Innoc.
in c. fin. col. vlt. eod. tit. Bald. conſ. 336. col.
fin. lib. 3. Gabr. conſ. 256. n. 2. & 3. lib. 1.*
Cum amplius hoc non ſit inductum in ali-
quam pœnam, ſed ſolum; quia conuenit
25 æquitati naturali, & rationi, † vt bona labo-
ribus primi viri quæſita non cedant in vtili-
tatem vitrici, vel eius filiorum, ſed reſeruen-
tur liberis prioris matrimonij, vt conſiderat
*Sarmient. lib. 1. Selectar. interpretat. c. 4. n. 3.
ante med.* vbi etiam, quod extra iſtam mate-
26 riam obſeruatur, † quod in ſucceſſionibus
bona, quæ ex vno ſtipite venerunt, ſucceſ-
ſoribus eiuſdem ſtipitis reſeruentur *l. quod
27 ſcitis, vbi Bart. C. de bon. quæ liber.* † Ideo
etiam videmus, quod mortuo filio, eius li-
beri hoc ius proſequi poſſunt *l. in quibus. C.
de ſecund. nupt.* Quod ſi eſſet merè pœna
28 non tranſiret † ad hæredes *§. non autem.
inſtit. de perpet. & tempor. action. Gabr. de
criminal. concl. 35. Sarmien. d. c. 4. n. 4.*
Et ita in terminis contra *Boer.* concludit *Pa-
29 chin. lib. 3. c. 65. in fin.* † quod etiam voluit
Roman. conſ. 279. ad fin. vbi poſtquam con-
ſuluit, quod mater minor non excluditur à
ſucceſſione filij ob non petitum tutorem, ta-
men poſtea ſubdit, quod eadem mater, quia
tranſiuit ad ſecunda vota poſt annum luctus,
ſuccedet quidem filijs minoribus ab inteſta-
to decedentibus in plena proprietate in illis
bonis, quæ eiſdem filijs peruenerunt extra
30 ius paternum, † ſecus autem in his, quæ ex
paterna ſubſtantia ſunt ſortiti, tunc enim
ſolum potietur vſufructu, ſalua remanente
proprietate patruis *l. mater. C. ad tertul-
lian. auth. ex teſtamento C. de ſecund. nupt.*
Cum etiam in muliere minore non petente tu-
31 torem filio, ideo excuſetur mater, † & non
remoueatur à ſucceſſione, quia eſt delictum
in omittendo, & non faciendo, idest in non
petendo prouideri de tutore, & non redden-
do rationem, & reliqua, antequam ſecundo
nubat, vnde magis ei ſubuenitur in non pa-
tiendo has pœnas *Gloſ. in l. ſi mora. ff ſolut.
matrim. Io. de Garronib. in auth. eiſdem
pœnis. n. 9. ad med. C. de ſecund. nupt. vol. 7.
32 fol. 558.* † vbi etiam addit, quod licet contra-
hendo ſecundas nuptias videatur facere, ta-
men non ideo punitur, quia ſecundo nubit,
ſed quia contra ſuam promiſſionem non pe-
tit prouideri de tutore, & non reddit ratio-
nem, & reliqua, antequam tranſeat ad ſecun-
das nuptias, & ſic puniretur, quia omiſit,
vnde tanquam minor non punitur, ſed ſerua-
tur ipſo iure illæſa *l. 2. C. ſi aduerſ. debit.*
Ex prædictis videtur eſſe dubitabilis opinio
Boerij, niſi dicamus, quod pro eo facit alia
33 ſententia, † quod potius ſimus in pœnali-
bus, cum enim iam proprietas ſit matri
quæſita, vtique iuris quæſiti priuatio dici-
tur pœna *l. ſi quis maior. C. de tranſact. Dec.
in auth. qui rem. n. 3. C. de ſacroſan eccleſ.
Socin. Iun. conſ. 27. n. 26. lib. 4. Bero conſ. 15.
34 n. 6. lib. 1. Becc. conſ. 9. n. 3.* † & in ſpecie
tranſeuntis ad ſecunda vota notat *Surd. de-
ciſ. 99. n. 17.* iuxta *l. fœminæ. & l. generali-
ter. C. de ſecund. nupt.*
Quare ſicut mulier minor tranſiens ad ſecundas
nuptias non petito tutore non priuatur ſuc-
35 ceſſione, † cuius priuatio eſt pœna *Bertrand.
conſ. 381. per tot. lib. 2. p. 1.* Ita etiam vide-
tur dicendum illam non eſſe priuandam pro-
prietate bonorum per tranſitum ad ſecunda
36 vota, † tanquam in hoc ſit par ratio priua-
tionis, quæ eſt vice generis, quod ſub ſe con-
tinet omnes ſpecies *Bald. in l. omnes populi.
n. 25. ff. de iuſt. & iur. Aim. conſ. 901. n. 1.
& 2. Surd. deciſ. 276. n. 9.* vbi etiam quod
hoc caſu non dicetur extenſio, aut ſimilitu-
37 do, † ſed idem caſus *Bald. in l. de quibus.
n. 27. ff. de legib. Decian. conſ. 76. n. 10. lib. 2.
& conſ. 111. n. 9. lib. 3. Roland. conſ. 27. n. 7.
lib. 1. Pariſ. conſ. 16. col. 3. & 4. lib. 3. & conſ.
83. col. 3. eod. lib. Socin. Iun. conſ. 30. col. 4.
lib. 1. & conſ. 128. col. fin. eod. lib.* Itaut hoc
etiam procedat in correctorijs, in quibus ea-
dem ratio, & mens operatur, vt ſimus in in-
terpretatione intellectiua, & compræhenſi-
ua, non autem extenſiua *Gloſ. Bart. & Ang.
in l. ait prætor. §. 1. ff. de nou. oper. nunciat.
Pariſ. conſ. 83. col. 3. lib. 3. Roland. conſ. 27.
n. 7. ad med. lib. 1.*
Hæc ſcripſi breuiter, vt Domino meo morem
gererem, licet per eũ omnia poſſint facilius,
& doctius dilucidari, cũ ſatis ſit dubitatio-
nes excitaſſe, vt magis parati ſint intereſſe
habentes ad litem inchoandam, vel forſan
concordandam, prout melius viſum fuerit.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

COnditio non nubendi quando poſſit apponi inſtitutioni, ſeu legato. ¶ Et de quibus nuptijs intelligatur. ¶ Exhæredatio an valeat, ſi filius, ſeu filia contrahant matrimonium cum turpi perſona. ¶ Caſte viuere in concubinatu, quid ſignificet tam reſpectu ſucceſſionis, quam aliorum caſuum. ¶ Vxor indigna, quæ dicatur. ¶ Querela an detur fratri contra fratrem inſtituentem concubinam, ſicut ſi inſtitueret meretricem. ¶ Conditio ſi ſteterit in concubinatu an ſit turpis, tam de iure antiquo, quam nouo. ¶ Diuiſio cum clauſula de non contraueniendo, an retractetur rebus in eodem ſtatu non permanentibus. ¶ Contraueniens conditioni an ſit malæ fidei poſſeſſor, itaut debeat reſtituere rem cum fructibus, ſiue diſpoſitio ſit conditionalis, ſiue pura ſub conditione reſoluenda. ¶ Priuatus hæreditate ob ſpretum præceptum teſtatoris an cenſeatur grauatus illam reſtituere per fideicommiſſum ſubſtitutis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator quando poſſit apponere hæredi, ſeu legatario conditionem non nubendi. n. 3. & an intelligatur de quibuſcumque nuptijs in infinitum, & quando habeat locum cautio mutiana. n. 2.*

4 *Honor familiæ deturpatur per nuptias cum muliere malæ conditionis, & famæ, & an hæc ſit cauſa iuſta exhæredationis, tam in filio, quam in filia. n. 5. & 6.*

7 *Pater, vltra legitimam, non tenetur aliquid filio relinquere.*

8 *Concubina an dicatur turpis perſona, ſicut meretrix.*

9 *Querela inofficioſi datur fratri contra fratrem inſtituentem concubinam, ſicut meretricem.*

10 *Caſtè viuere in actu concubinatus intelligitur quo ad capacitatem ſucceſſionis, à qua non repelluntur filij per iura ciuilia, ſecus quo ad alios caſus in quibus concubinæ ſunt viles perſonæ, & infames.*

11 *Concubinatus erat permiſſus antiquitus, ſecus hodie, itaut conditio ſi quis ſteterit cum concubina dicatur turpis. n. 12.*

13 *Grauius peccatum eſt cum concubina, quam cum muliere, ad quam furtiuus habetur acceſſus.*

14 *Vxor indigna non dicitur ſolum illa, quæ eſt turpis perſona, ſed etiam quæ habet aliam generis inæqualitatem. n. 15.*

16 *Prohibitio de non nubendo certæ perſonæ non requirit cauſam indignitatis, & infamiæ, ſed voluntatem ſolam prohibentis, qui poterit etiam matrimonium probibere cum nobili, & honeſta, dummodo probibitus alteri poſſit nubere.*

17 *Diuiſio cum clauſula de non contraueniendo intelligitur rebus ſic ſtantibus. n. 18. & 19.*

20 *Contrauenientes conditioni appoſitæ in legato, ſeu inſtitutione fingitur vſque retro malæ fidei poſſeſſor, & tenetur rem cum fructibus reſtituere.*

21 *Priuatus hæreditate ob ſpretum præceptum teſtatoris cenſetur rogatus illam reſtituere per fideicommiſſum ſubſtitutis, ſalua tamen legitima, quando ſumus in filio. n. 23.*

22 *Sententia declaratoria requiritur, quamuis priuatio ipſo iure ſit impoſita.*

24 *Relictum ſub conditione non nubendi alicui amittitur per tranſitum ad nuptias, & ſunt reſtituendi fructus percepti, ſiue diſpoſitio ſit conditionalis, ſiue pura ſub conditione reſoluenda.*

25 *Contractus reſoluitur ex noua cauſa ſuperueniente.*

CAP. DCCCLXIII.

COmmunis, & vera eſt diſtinctio Doctorum, circa quæſtionem illam, an teſta-
1 tor poſſit apponere hæredi, † ſeu legatario conditionem non nubendi, Quod ſi talis conditio generaliter inducit viduitatem reſpectu temporis, perſonarum, & locorum, vt videlicet non nubat cum aliqua perſona, aliquo tempore, nec in aliquo loco, tunc non valet, ſed reijcitur tanquam turpis, inhoneſta, & contra bonos mores; ſi verò non inducit prædictam generalem viduitatem, ſed ſpecialem reſpectu temporis, perſonarum, vel loci, vt quod non nubat cum tali perſona, vel cum tali genere perſonarum, vel in tali loco, valebit conditio, & erit ſeruanda tam per legatarium, quam per hæredem inſtitutum, ita decidit *tex. in l. ſed ſi hoc ſpecialiter. 61. §. vlt. alias eſt. l. cum ita legatum. 62. ff. de condit. & demonſtrat. Gloſ. in l. 1. in verb. manifeſtum. in fin. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. Aret. conſ. 67. col. 2. in princ. verſ. venio ad primum. Iaſ. in auth. cui relictum. n. 3. in fin. C. de indict. viduit. tollend. & in l. turpia. §. 1. vbi Alex. ff. de legat. 1. Dec. in l. nuptias. 30. n. 10. ff. de regul. iur. Rip. in rubr. C. de ſecund. nupt. n. 11. Aim. conſ. 1. n. 5. poſt med. verſ. ſimiliter aliud eſt. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 12. de legat. n. 78. fol. 136. Craſſ. in §. legatum. q. 50. n. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 18. n. 3. & tit. 19. n. 8. ad*
2 *med. eod. lib.* †: vbi etiam quod non ſequetur legatum ſtatim, quod alteri nupſerit, neque habebit locum cautio mutiana, cum hoc intelligatur non ſolum de primis, ſed de poſterioribus nuptijs vſque in infinitum *l. hoc genus legati. vbi Gloſ. ff. de conditionib. & demonſtrat. Bart. in l. ſi ſic ſtipulatus. vbi Iaſ. n. 4. ff. de verbor. obligat. Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limit. 5. n. 2. ff. de condit. & demonſtr. fol. 240.*

Hoc ſtante potuit Andreas teſtator prohibere in

in teſtamento Vẽnio eius filio inſtituto, cum
Mariano altero filio, ne in vxorem duceret
Ceruiam Sulpitiam,& in caſu contrauentio-
nis priuare eum ſua hæreditate relinquendo
illi ſolum legitimam de iure debitam, cum
hæc conditio non ſit impeditiua matrimo-
3 nij, † non enim eſt generalis reſpiciens
omnes perſonas, omne tempus, & omnem
locum,ſed ſolum particularis,reſpectu vnius
tantum, quo caſu eſt attendenda, tanquam
licitum ſit alteri nubere, & omnes alias in
vxorem ducere,præter illam ſolam prohibi-
tam Socin. in l. mulieri & titio. n.11. ff. de
condit. & demonſtrat. Coſta in l. cum tale.
§. ſi arbitratu. n. 1. ff. eod. tit. fol.240. late
Sanchez. de matrimon. lib.3. diſput.34.n.35.
vſque ad 41. fol.163.
Quæ prohibitio multò magis valebit in caſu
noſtro, cum teſtator conſuluerit honori ſuæ
4 domus,& familiæ, † quæ multum deturpare-
tur propter nuptias contrahendas per filium
ſuum cum muliere conditionis turpis,& me-
retriciæ, & inhoneſtæ vitæ, quo caſu etiam
poterit filius exhæredari, nedum priuari
hæreditate paterna, relicta ei tantummodo
legitima de iure debita l. 3. §. ſi emancipa-
tus. il. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. Alex.
conſ.98. n.4. in fin. verſ. vnde concludit. &
n.5. lib.1. Ruin. conſ.8. n. 20. lib. 3. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.
11. tit.18. n. 4.
Et quamuis ſecundum alios, hodie iſta non ſit
5 iuſta cauſa exhæredationis, † vt notat Gloſ.
in d. §. ſi emancipatus. in verb. exhæredare.
Iaſ. in l. ſed ſi poſt. in fin. ff. de inoffic. teſtam.
latè Dec. in l. nuptias. 30. n. 14. ff. de regul.
iur. Imol. in c. accedens. col. fin. verſ. & per
prædicta. de procurator. Alex. in l.1. col.16.
6 ff. ſolut. matrim. † Maximè in filio maſculo,
quidquid ſit in filia Pariſ. conſ. 29. n. 28. &
34. cum ſeq. lib. 3. Surd. de alim. tit. 1. q.6.
n.5. in fin. & n.17. poſt med. verſ. ſed ſi ve-
rum dicere fas eſt. Bald. Nouell. de dot. p. 6.
priuil. 16. col.4. Lup. in c. per veſtras. in 2.
notab. §. quod habet concurrere. n. 1. de do-
nat. int. vir. & vxor. Neuiz. in Silu. nu-
ptial. lib. 2. n. 31. Claud. de Battand. de
legitim. art.13. n.30.
Nihilominus ſatis eſt, quod in caſu noſtro non
7 fuit filius exhæredatus, † ſi contingat ducere
indignam in vxorem, cum ei fuerit relicta
legitima de iure debita, ob quam non potuit
filius conqueri, ſi non habet omnia bona
patris, tanquam facto proprio illa amittat,
præſertim, quia pater, vltra debitum iuris
ſubſidium, non tenetur amplius aliquid filio
relinquere, ſed illo excepto, poteſt de rebus
ſuis diſponere quomodo voluerit, nõ ſolum
in fauorem aliorum filiorũ, ſed etiam extra-
neorum iuxta ſuum arbitrium, & liberam
voluntatem l. parentibus. vbi Bart. C. de
inoffic. teſtam. l. hac edictali. §.1. C. de ſecund.
nupt. Io. de Anan. conſ.29. in 4. dub. Caſtr.
conſ.351. pro fundamento prædictorum. col.
2. lib. 1. Abb. conſ. 111. in fin. lib. 2. Aim.
conſ.142. n.1. Cuccus de legitim. in verb. ex
ſubſtantia deficientis. n.15. in fin. fol.220.
Non obſtat, quod mulier, quã filius in vxorem
duxit contra prohibitionem patris, non eſ-
8 ſet meretrix, † ſed tantum concubina ipſius
filij, quæ non dicitur turpis perſona, ſicut
meretrix, cum neque concubinæ nomen di-
catur inhoneſtum, nec ſit turpe alicui cum
ea morari l. maſſurius. vbi Alciat. in fin.
ff. de verbor. ſignificat. l. ſi ea. vbi Bald. C.
de condition. inſert. Paleott. de noth. & ſpur.
c. 11. de concubin. & naturalib. liber. n. 3.
9 & 4. tom. 8. p. 2. fol. 50. † Quia verius eſt,
quod ad effectum, vt dicantur turpes perſo-
næ, æquiparantur meretrices, & concubi-
næ, itaut illis inſtitutis, detur querela inoſ-
ficioſi fratri contra fratrem, tanquam inſti-
tuentem turpes perſonas, & infames, adeo
vt ſufficiat infamia facti, quæ tunc dicitur
talis, quando opinio eſt læſa, & grauata apud
bonos viros, vt latè comprobat Dec. conſ.
330. viſo puncto & ſeptem dubijs. n. 3. vſ-
que ad 6. poſt Ang. conſ. 177. petrus capo-
branci. n. 1. ad fin. verſ. de ſecundo dico.
Ruin. conſ. 5. n. 10. in fin. verſ. nec obſtant
allegata. lib.3. Lancellott. Gall. de ſtatut. q. 3.
n.16. vſq. ad 20. tom.2. fol.298. iuxta §. quia
10 vero legem. auth. vt lic. matr. & auiæ. † Quod
enim dicimus aliquem caſtè viuere in actu
concubinario, debet intelligi quo ad capaci-
tatem ſucceſſiuam, à qua non repelluntur fi-
lij per iura ciuilia, tanquam naturales, ſe-
cus in cæteris caſibus, in quibus ſunt viles
perſonæ, & infames, cum enim omnis forni-
catio ſit peccatum mortale, illa eſt contraria
caſtitati, prout declarat Ang. in §. conſide-
remus. auth. de trient. & ſemiſ. Lancellot.
Galli. de ſtatut. d. q. 3. n. 19.
Maximè, quia licet antiquitus eſſet permiſſus
11 concubinatus, Tamen hodie † eſt prohibitus
c. nemo. 32. q. 4. c.1. de filijs nat. ex matrim.
ad morganat. contract. Felin. in c. cum ſit
generale. in fin. de for. competent. Rip. in l.
ſi vnquam. n.34. C. de reuocand. donationib.
12 Surd. de alim. tit. 1. q. 9. n. 15. † vbi ex hoc
infert, quod conditio, ſi ſteterit in concubi-
natu, dicitur turpis, & habetur pro non ap-
poſita Coſt. in l. cum tale. §. ſi arbitratu. am-
pliat. 3. n. 4. ff. de conditionib. & demonſtrat.
13 Itaut † etiam ſit grauius peccatum cum con-
cubina, quam cum muliere ad quam furti-
uus eſſet acceſſus Abb. in c. tanta. col. fin. vbi
Prepoſ. n. 6. qui fil. ſint legitim. Bero. conſ.
165. n. 12. lib. 2. Vaſq. quæſt. illuſtr. c. 102.
n. 10. Surd. de aliment. tit. 1. q. 9. n. 16.
Præſertim, quia ad hoc, vt dicatur vxor indi-
gna, non attenditur ſolum an ſit concubina,
14 vel meretrix, † cum etiam ex alio capite
poſſit dici indigna inſpecta inæqualitate ge-
neris, familiæ, diuitiarum, nobilitatis, & ſi-
milium, quæ faciunt eſſe conſiderabilem ta-

lem indignitatem ad matrimonium contra-
hendum Io. Andr. in c. ſuper eo. il 2. de te-
ſtib. Bart. in l. ſi rogatus. ff. de manumiſſ.
15 vindict. † & in propoſito declarat Surd. de
aliment. tit. 1. q. 6. n. 21. poſt Lup. in c. per
veſtras. notab. 2. §. 3. quod habet concurrere.
n. 4. & 12. de donationib. int. vir. & uxor.
Cum etiam ad hoc, vt valeat prohibitio de non
16 nubendo certæ perſonæ, † non requiratur
cauſa aliqua indignitatis, & infamiæ, quæ
concurrat in tali perſona prohibita, ſed ſo-
lum voluntas teſtatoris, qui poterit etiam
iſtud matrimonium prohibere cum quacum-
que nobili, & honeſta, tanquam huiuſmodi
prohibitio non dicatur aliquo modo lædere
matrimonium, quando prohibitus poteſt
contrahere cum alia Sanchez. de matrim. lib.
1. diſputat. 34. n. 39. Molin. de iuſtit. tract. 2.
diſputat. 207. col. 2. in fin. verſ. ſi hæreditas
aut legatum. fol. 820. Vrſill. ad Aſſ. deciſ.
350. n. 3. Ricc. collectan. 1568. ad fin. Balbus
deciſ. 13. cum alijs ſupra allegatis. n. 3.
Neque obſtat diuiſio facta inter Marianum, &
17 Vennium fratres, † & cohæredes de bonis
paternis, in quibus fuerunt inſtituti cum
promiſſione de non contraueniendo ex quo-
uis prætextu, cum alijs clauſulis in eadem
diuiſione contentis, ex quibus videtur præ-
iudicatum quo ad prohibitionem patris fa-
ctam in teſtamento de non nubendo perſonæ
18 nominatæ; † Quia talis diuiſio fuit facta
ante contrauentionem, tempore quo potius
credendum erat voluiſſe prohibitum obſer-
uare præceptum paternum acceptando inſti-
tutionem, cum illa qualitate prohibitionis,
vnde promiſſio obſeruandi diuiſionẽ, & non
contraueniendi intelligitur rebus ſic ſtanti-
19 bus, † prout iſta clauſula ſemper eſt ſubintel-
ligenda in quacumque promiſſione, obliga-
tione, diuiſione, pacto, & tranſactione, & in
omnibus diſpoſitionibus etiam iuramento
firmatis l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cauſ.
l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. c. breui.
de iureiurand. Natt. conſ. 30. n. 2. Tiraq. in
l. ſi vnquam. in præfation. n. 166. cum ſeq.
C. de reuocand. donationib. Surd. conſ. 418.
n. 7. vſque ad 11. lib. 3. & conſ. 445. n. 35. eod.
lib. & deciſ. 326. n. 31.
Vnde ſtante contrauentione conditionis appo-
ſitæ in legato, ſeu inſtitutione, res reducitur
ad ſtatum priſtinum, & diuiſio nihil opera-
20 tur, † tanquam contraueniens fingatur vſ-
que ceteo fuiſſe prædo, & malæ fidei poſſeſ-
ſor, itaut teneatur non ſolum ad reſtitutio-
nem rei, ſed etiam ad fructus perceptos, &
qui percipi potuerunt, adeo vt neque ſibi
patrocinaretur præſtatio cautionis mutianç,
quia non ſeruando conditionem in odium
ſui, habetur ac ſi cautionem non præſtitiſ-
ſet Iaſ. in auth. cui relictum. col. vlt. in
princ. n. 7. verſ. tertio nota. poſt Bald. ibid.
col. 3. C. de indict. viduit. tollend. iuxta l. 1.
C. de his quib. vt indign.

Et quando hæres inſtitutus priuatur hæreditate
ob contrauentionem præcepti teſtatoris,
21 deuoluitur hæreditas ad ſubſtitutum, † ſeu
ad cohæredem, itaut ille, qui fuit priuatus,
cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem
talibus per fideicommiſſum, & hoc modo
hæreditas ſemel quæſita poteſt auferri hære-
di, qui adiuit Aret. conſ. 67. n. 7. poſt Bart. in
l. uxorem. §. hæres. ff. de legat. 3. Bald. in
22 l. fin. col. vlt. n. 25. C. de fideicommiſſ. † Et
quamuis hæres in tali caſu inobſeruantiæ
priuetur ipſo iure. Tamen requiritur ſenten-
tia Iudicis, qui declaret talem eſſe priuatum
auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. iudex.
Bald. in auth. hoc amplius. n. 6. vſque ad 9.
23 C. de fideicommiſſ. † vbi etiam quod talis
priuatio intelligetur de hæreditate, ſalua ta-
men legitima filij, qui non dicitur in mora,
neque delicto reſpectu legitimæ, cum non
videatur legatum, quod iure naturæ detra-
hitur l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.
teſtam. Neque enim pœna excedit delictum
l. reſcriptum. ff. de his quib. vt indign.
Et paſſim amittitur hæreditas, ſeu legatum, ſi
relinquatur ſub cõditione non nubẽdi alicui
24 per tranſitũ ad nuptias, † & debet reſtitui cũ
fructibus omnibus perceptis auth. cui reli-
ctum. C. de indict. viduit. tollen. §. qua ve-
ro. auth. de nupt. Molin. de iuſtit. tract. 2.
diſput. 209. col. 1. ad med. verſ. poſtea de iu-
re. fol. 819. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb.
reuertatur. n. 271. vſque ad 279. C. de reuo-
cand. donationib. iuxta l. penult. ff. de option.
legat. Aug. Caſtr. & Alex. in l. 1. C. de his
quib. vt indign. Abb. in c. illo vos. col. 2. de
pignorib. Cremenſ. ſing. 15. ſi legatum ſolui-
25 tur. Roman. conſ. 454. col. vlt. in 3. dub. † Qui
etiam ampliant procedere, ſiue diſpoſitio ſit
conditionalis, ſiue pura ſub conditione re-
ſoluenda, cum vtroque caſu veniant fructus
reſtituendi adueniente caſu reſolutionis, de
quo tamen Io. Andr. & alij in d. c. illo vos.
de pignorib. Coraſ. lib. 3. miſcellaneor. c. 9.
Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 2. c. 12.
n. 19. & 20. fol. 295. Tiraq. in d. l. ſi vnquam.
in verb. reuertatur. n. 283. cum ſeq. C. de
reuocand. donationib.
Et quẽadmodum ex ſupradictis nihil fuit præ-
iudicatum Mariano in iuribus ſuis ſuperue-
nientibus per diuiſionem factam, priuſquam
contraueniretur præcepto teſtatoris, ita ne-
que erit ſibi præiudicatũ per aſſignationem
vineæ paternæ factam per Marianum Vennio
fratri, & cohæredi, cum promiſſione euictio-
nis, ac alijs clauſulis ampliſſimis, ex eo quod
dictus Vennius ſuſcepit in ſe onus ſoluendi
ſocietatem officij debitam per teſtatorem,
Cum enim omnia iſta intelligantur rebus ſic
ſtantibus, & ſint geſta tanquam cum hære-
26 de, † ſtatim quod idem hæres priuatur hære-
ditate ob contrauentionem præcepti, cuncta
iura reſoluuntur, & ob mutationem ſtatus,
& nouam cauſam ſuperuenientem receditur
à con-

Digitized by Google

à contractu *l. cum quis. in princ. ff. de ſolutionib. Aim. conſ.680.n.1. Oſaſc.decif.91. n.2. Surd. decif.326. n.31. Alex.conſ.71. n.8. lib.5. & conſ.25. n.7. lib.7. Afſl. decif.328. n.4. Pariſ. conſ.72. n.45. lib.1.*

EPITOME.

EMptor quando dicatur renunciaſſe exceptioni rei non traditæ, ſi ſciebat illam eſſe alteri obligatam tam in genere, quàm in ſpecie. ¶ Et quid ſi fuerit promiſſa traditio libera. ¶ Nouatio quo caſu fiat etiam ſine aliqua expreſſione. ¶ Taxatio ad ſeptem pro centum an ſit exceſſiua in materia *l. curabit. C. de action. empt.* tàm de iure, quàm de conſuetudine, & more regionis. ¶ Et an interim ſit impedienda executio inſtrumenti iurati, cum obligatione camerali, quamuis talis exceſſus prætenderetur vſuratius. ¶ Pretium rei venditæ an poſſit retineri per emptorem, ſi fuerit ſibi ſatisfactum per æquipollens pro ſuis prætenſionibus. ¶ Et quæ ſit differentia, ſi pro illis relinquatur pars pretij eidem emptori per modum temperamenti, & prouiſionis, ſiue ſimpliciter, & abſolutè, ad effectum, vt non retardetur executio contractus pro reſiduo pretij conuenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptioni rei non traditæ quando per emptorem dicatur renunciatum, ſi ſciebat illam eſſe alteri obligatam, etiam in genere, & quid ſi fuerit promiſſum rem liberam tradi. n.2. & 4.*

3 *Emptor ſciens rem venditam eſſe locatam non poteſt excipere de re non tradita.*

5 *Renunciatio generalis non comprahendit exceptiones futuras.*

6 *Traditio rei venditæ ſolet fieri poſt contractum, & quando emptor poſſit cogitare, quod res ſibi non tradatur.*

7 *Pactum eſt incompatibile, quod emptor retineat pretium, & quod fructus non exigantur per venditorem.*

8 *Nouatio fit ſtante incompatibilitate etiam ſine aliqua expreſſione.*

9 *Emptor an poſſit retinere pretium rei venditæ, quando eſt ſibi ſatiſfactum per æquipollens pro ſuis prætenſionibus. n.10. & 11.*

12 *Exceptio non adimplementi, & rei non traditæ obſtat venditori nedum ad proportionem partis non adimpletæ, ſed etiam reſpectu totius, itaut ſufficiat defectus in minimo ad differendam executionem totius contractus. Intellige vt n.13. & 16.*

14 *Factum non dicitur, quod poteſt reuocari, nec datum, quod non poteſt retineri. n.15.*

17 *Taxatio ad ſeptem pro centum in materia* l. curabit. C. de act. empt. *an ſit exceſſiua tàm de iure, quàm de conſuetudine, & more regionis. n. 18. 19. & 20.*

21 *Executio inſtrumenti iurati, & cum obligatione camerali, non impeditur per exceptionem turbidam, quamuis prætenderetur contractus vſurarius. Amplia vt n. 22.*

CAP. DCCCLXIV.

FVit expreſsè conuentum in inſtrumento exhibito, quod fructus cenſus in ſpecie ſint, & eſſe debeant obligati, affecti, & hypothecati pro redemptione apothecæ, & vnius loci Montis, & quod ſuper illis nulli alteri perſonæ quantumuis priuilegiatæ acquiratur, nec acquiſitum cenſeatur aliquod ius, ſeu actio in præiudicium emptoris, quæ redemptione facta, fructus ſuis loco, & tempore decurrendi liberè ſpectent, & pertineāt
1 ad venditorem, qui illos poſſit exigere, † ex quibus verbis clarè patet, quod ex fructibus dicti cenſus debet redimi apotheca alienata, & non tradita emptori per venditorem, vnde per eumdem emptorem non poteſt retineri reſiduum pretij non ſoluti ſub prætextu dictæ apothecæ non traditæ, cum ipſe conſenſerit, quod ſibi non tradatur, ſed redimatur ex fructibus dicti cenſus, & per cōſequens fuit acceptata talis cautio, quæ ipſum excludit, vt non poſſit excipere de hu-
2 iuſmodi parte rei non traditæ, † cum iſta exceptio non detur ei, qui ſciebat rem eſſe alteri obligatam *Bald. in l. ſi fundum. C. de euict. & in l. ſi domus. vbi Bart. Ang. Alex. & Imol. ff. de legat. 1. Aret. in l. ſerui electione. §. fin. col. 2. ff. eod. tit. Surd. decif. 265. n.36. poſt Bero. conſ.2. n. 12. 15. & 17. lib. 1.* iuxta doctrinam *Caſtr. in l. ſi in emptione. 2. §. vacua. in vltimis verbis. ff. de action. empt. per text. in l. ſeruus. 31. §. vlt. ff. eod. tit. l. habere dicere. ff. de euictionib.* tunc enim ſtante iſta ſcientia, quamuis fuerit promiſſum tradere rem venditam liberè, ſufficit, quod tradatur libera, & vacua, & ex-
3 pedita, eo modo, quo tradi poteſt, † Vnde etiam ſi emptor ſciebat rem eſſe locatam, non poteſt excipere de re non ſibi tradita liberè, quamuis ita fuerit conuentum, etenim videtur approbaſſe, quod ſibi detur vacua, poſtquam finita erit locatio, vel poſtquam ceſſabit obligatio, ſi eſſet alteri obligata *Surd. decif. 265. n. 25. cum ſeq. Bero. conſ.2. n.15. & 17. lib.1. Gozad. conſ.24. n.7.* quos omnes ſequitur *Rota decif. 78. n. 3.*
4 *& 4. p. 2. in recentiorib.* † vbi etiam, quod ſufficit habere notitiam in genere obligationis, quę aderat in tali re vēdita, ita declarando Doctores, dum volunt venditorem teneri ad rem tradendam, iuxta *l. ex ijs prædijs. 5. C. de euictionib. & l. cum venderes. ff. de contrah. empt. l. quoniam. & ibi Bald. C. de compenſat. Surd. conſ.13. n.18. cum alijs quæ exaduerſo allegantur.*

Et facit ratio, nam licet non poſſit dici renun-

Digitized by Google

ciatum exceptioni rei non traditæ per re-
nunciationem generalem omni legum auxi-
5 lio, cum ſimilibus clauſulis, † Tamen hoc
eſt ob illam rationem, quia renunciatio ge-
neralis non compræhendit exceptiones futu-
ras *Roland. conſ.13.n.37. lib.1. Anchar q.2.*
6 *n. 16. lib. 1. Becc. conſ.* 108. *n.*3. † Prout eſt
huiuſmodi exceptio rei non traditæ, cum
traditio, & aſſignatio rei fiat poſt contra-
ctum, & non eſt veriſimile, quod emens co-
gitauerit, quod ſibi res non traderetur, cum
alias non emiſſet, ſi hoc cogitaſſet *Graff. de
exceptionib.c.*13.*n.*16. Vnde cum in caſu no-
ſtro adſit iſta ſcientia, quod res erat alteri
obligata, fuit renunciatum tali exceptioni
rei non traditæ, tanquam non militet am-
plius illa ratio, quod ſcilicet emptor non ita
contraxiſſet, & per conſequens renunciatio
ad iſtam exceptionem extendetur, cum ſit de
ea cogitatum *Bald.in l.*1. *n.*4. *verſ.ſecundo
quæritur. C.commod. Roland.conſ.6. n.57.
lib.1. Socin. conſ.*147.*n.*17. *Curt. Iun. conſ.*
47. *in fin. & conſ.*63. *n.*5. *Menoch. conſ.*37.
*n.*84. *lib.*1. *Becc.conſ.* 108. *n.*20. *&* 21. *Go-
zad. conſ.*27. *n.*15. *Tiraq. in l. ſi unquam. in
præfat. n.* 120. *C. de reuocand. donationib.
Rip. in l.* 4. *§. condemnatum. n.* 24. *ff. de
re indicat.*

Præſertim, quia adeſt incompatibilitas ſtante
huiuſmodi pacto, non enim ad inuicem ſe
7 compatiuntur, † quod emptor retineat pre-
tium, & quod fructus non exigantur per ven-
ditorem, cum eodem tẽpore priuaretur ven-
ditor commodo conſecutionis pretij, & fru-
ctuum alterius partis pretij, quod non eſt di-
cendum fuiſſe per venditorem cogitatum;
nedum factum, ſeu conuentum, Qua incom-
8 patibilitate ſtante, † fie nouatio etiam ſine
aliqua expreſſione *Gabr. conſ.* 81. *n.* 3. *lib.*1.
*Rot. diuerſ. deciſ.*262. *n.*5. *p.*2. *Decian. conſ.*
21. *n.*69. *lib.*1. *Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib.*17. *tit.*3. *n.*13. *Dec.conſ.*
463. *in cauſa qua nomine. n.* 6.

Non obſtat, quod poſſit eſſe, quod nunquam
recuperetur apotheca, ideo magis expedit
emptori retinere pretium, ad hoc, vt vendi-
tor tædio affectus illam recuperet, & ſibi li-
beram tradat, Quia iſta impoſſibilitas recu-
perationis in caſu noſtro non datur, nam
apotheca fuit alienata cum pacto redimen-
9 di, quod facit, † vt ſtatim ſolutis ſcutis cen-
tumquinquaginta pro tali redemptione fa-
cienda, ſequatur recuperatio, vnde ſatis eſt
fuiſſe cautum emptori, qui habens in mani-
bus huiuſmodi pecunias ad effectum redi-
mendi talem apothecam, poterit quandocũ-
que voluerit illam redimere, & dominium,
& poſſeſſionem illius conſequi, Cum etiam
idem emptor, vltra iſtam ſecuritatem, ha-
beat ſcuta quingenta in manibus, itaut ſol-
uendo ſcuta tricenta debita Octauiano vigo-
re mandati ad eius fauorem relaxati, rema-
neant ſcuta ducentum, quæ poterit idem em-
ptor retinere, tanquam correſpondeant ſuæ
10 prætenſioni, immo illam ſuperent, † adeo vt
hoc ſtante non poſſit emptor conquæri, tan-
quam ſit ſibi ſatisfactum per æquipollens,
quod ſufficit, vt in ſpecie fuit deciſum per
*Rot. coram Card. Seraphino Romana non
adimplementi.* 17. *Nouembris* 1597. *quæ eſt*
11 *in impreſſis deciſ.* 1243. *n.* 2. *&* 3. † vbi ap-
probatur huiuſmodi implementum pretij,
quod pro parte remanet penes emptorem,
iuxta *Oſaſc. deciſ.*24. *n.*14. *Neguſ. de pigno-
rib. p* 5. *membr.*1. *n.*24. *&* 28. cum alijs per
*Rot. coram R. P. D. Bubalo Romana pala-
tij.* 7. *Maij* 1590. *& coram Cardin. Millino
Auximana bonorum.* 2. *Iunij* 1595.

Neque aduerſatur, quod ſi totaliter non deter-
minetur talis prætenſio, ſemper obſtet exce-
12 ptio rei non traditæ, † & non adimplementi,
nedum ad proportionem partis non adim-
pletæ, ſed etiam reſpectu totius, itaut ſuffi-
ciat defectus in minimo ad differendam exe-
cutionem totius contractus *Bald. in l.iuriſ-
gentium. §. adeo. in* 2. *notab. ff. de pact. Dec.
in l. cum proponas. n.* 5. *C. eod. tit. Natt.
conſ.* 373. *n.*29. *Menoch. conſ.* 55. *n.*6. *Becc.
conſ.* 45. *n.* 10. *Cephal. conſ.* 66. *n.* 28. *Surd.
conſ.* 101. *n.* 2. Quia prædicta procedunt,
13 quando per modum prouiſionis, † & tempe-
ramenti, & reuocabiliter penes emptorem
relinquerentur iſtæ pecuniæ, quæ ſuperſunt,
deducto credito Octauiani, tunc enim non
videretur ſatis impletum relinquendo penes
eumdem partem pretij correſpondentẽ ſuis
14 prætenſionibus, † cum non dicatur factum,
quod reuocari poteſt *l. item. §. quod ſi actor.
ff. quod cuiuſque uniuerſitat. nomin. l. ſi
pro patre. §. verſum. ff. de in rem verſ. l.*1.
*in fin. ff. quod quiſque iur. c. relatum. de
cleric. non reſident. Decian. conſ.* 1. *n.* 297.
15 *lib.*1. *Socin. conſ* 91. *n.*2. † Nec datum, quod
non poteſt retineri *l. concubinam. §. ſi hæres.
vbi Gloſ. in verb. non poſſit. de legat.*3. Aliud
eſt quando, prout in caſu noſtro, relinquun-
tur ſimpliciter, & abſolutè pecuniæ penes
emptorem abſque aliquo temperamento,
16 nam tunc † dicitur effectuale implementũ, &
ſatis intelligitur vẽditor adimpleuiſſe, relin-
quendo talem partem pretij, quæ correſpon-
det prætenſionibus emptoris, adeo vt non ſit
licita aliqua exceptio rei non traditæ, ſed
danda ſit executio pro reſiduo pretij rei ven-
ditæ, ita in ſpecie diſtinguit *Rot. coram
Cardin. Sacrato Romana Caſaletti.* 7. *Iunij*
1610. *quæ eſt deciſ.*242. *n.*4. *p.*1. *in recentior.*
iuxta *d. deciſ. Card. Seraph.* 1243. *n.*2. *&* 3.

Minus obſtat prætenſa iniuſtitia mandati ob
17 taxationem exceſſiuam † ad rationẽ ſeptem
pro centum *Dec.conſ.* 119. *pro tenui. n.*3. *cum
ſeq.* Quia talis exceſſus non adeſt, cum paſ-
ſim fiant ſimiles taxationes ad dictam ſum-
mam, quamuis nulla fructuum liquidatio
facta fuerit *Rot. Genuenſ. deciſ.* 194. *n.* 3.
*Corn.conſ.*221. *n.*23. *lib.*2. *Anchar. q.*31. *n.*15.
& 16.

*& 16. lib. 2. Iaſ. in l. 3. §. vlt. n. 6. de eo quod
cert. loc.* & de ſimili taxatione *Rot. coram
Card. Sacrato Beneuentana pecuniaria. in
18 fin. 18. Iunij 1607.* † Stante præſertim con-
ſuetudine, & more regionis, prout eſt in
Vrbe *Rot. Ianuenſ. deciſ. 194. n. 3. col. 2. in
fin.* & ita in ſpecie *l. curabit. C. de act. empt.*
19 ſeruandum eſſe, † quamuis eſſent taxati ad
rationem ſeptem, & octo pro centum, etiam
ſi fructus non tantum darent, voluit *Caſtr. in
l. 2. in princ. in verb. æquitatis ratione C. de
vſur.* Et quidem in materia *l. curabit. C. de
act. empt.* valet iſta taxatio tanquam ſit quæ-
dam tranſactio inſpecto futuro euentu, vt
tollatur difficultas probationis *Dec. in c.
cum venerabilis. col. 7. ante med. verſ. puta-
rem tamen. n. 14. de except.* quem ſequitur
*Rot. per Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. n. 4. de vſur.
Pariſ. conſ. 60. n. 33. & 34. lib. 1.*

Cum etiam ad eamdem ſimilem rationem fue-
rint taxati iſti fructus recompenſatiui per
plures emptores vineæ Octauiani, itaut ex
hoc magis arguatur ſolitum, & conſuetudo
20 in huiuſmodi taxationibus, † quæ erit ob-
ſeruanda *Rot. Ianuenſ. deciſ. 194. n. 3. col. 2.
in fin.* Maximè, quia in omnem euentum
iſta non eſt exceptio clara, ſed turbida, quæ
non impedit executionem obligationis ca-
21 meralis, & inſtrumenti iurati, † quãuis præ-
tenderetur vſurarius, & exceſſiuus in ſimili-
bus taxationibus *c. debitores. de iureiurand.
Caſſador. deciſ. vnic. n. 2. de mut. petitionib.
Rot. coram Sanctiſſ. Greg. XV. Romana cen-
ſuum 30. Ianuar. 1606. & corã R. P. D. Vbal-
do Romana executionis laudi. 2. Decembris
1613. quæ eſt in impreſſ. deciſ. 490. in fin.
22 p. 2. in recentiorib.* † Quod procedit ſiue aga-
tur de impedienda ſolutione taxata, & pro-
miſſa, quæ prætenditur exceſſiua, ſiue de illa
compenſanda cum ſorte, tanquam in vtro-
que caſu militet eadem ratio, nec poſſit in
executione induci compenſatio de eo, quod
requirit altiorem indaginem *Rot. deciſ. 540.
n. 10. p. 2. in recentior. poſt Roman. conſ. 76.
n. 2. verſ. quo ad tertium.*

E P I T O M E.

CVra animarum in quo conſiſtat, & ex quibus arguatur. ¶ Et an ſpectet ad Archidiaconum, tàm de iure, quàm ex conſuetudine. ¶ Et quando illa poſſit transferri per Epiſcopum de vno in aliũ, itaut quis ſit cogendus eam ſuſcipere. ¶ Beneficiũ quando conferatur inuito. ¶ Præſcriptio an habeat locum in cura fori contentioſi, & pœnitentialis. ¶ Fons baptiſmalis, aut ſepultura, & actus ſepeliendi, an faciat Eccleſiam parochialem. ¶ Plures deputati ad exercitium curæ animarum cum Rectore an ſint coadiutores, ſeu principales curati. ¶ Epiſcopus an ſit ſolus Rector omnium parochialium totius diœceſis. ¶ Cura animarum exiſtens in Eccleſia collegiata, an ſpectet ad ſingulos canonicos, ſeu ad capitulum. ¶ Et quomodo debeat adminiſtrari. ¶ Decimæ, & oblatione Eccleſię parochialis an pertineant ad Rectorem, ſeu Epiſcopum. ¶ Ad effectum concurſus quando beneficia dicantur curata. ¶ Epiſcopus quo caſu poſſit examinare deputatos à Capitulo ad exercendam curam animarum, non obſtante immemorabili.

S V M M A R I V M.

1 *Archidiaconus de iure non habet curam animarum, nec illam poteſt alteri committere, nec excommunicare. n. 31. & 45.*

2 *Nullus cogitur ad ſuſcipiendam curam animarum. Fallit ſtante neceſſitate. n. 4. ſeu conſuetudine. n. 7. & 8.*

3 *Epiſcopus poteſt transferre curam animarum incumbentem toti capitulo in vnum ex canonicis, cum conſenſu ipſius capituli.*

5 *Beneficium non datur inuito, niſi alius idoneus non inueniatur, quo caſu etiam laicus cogitur ad illud accipiendum. n. 6.*

9 *Cura fori contentioſi, & pœnitentialis non præſcribitur per laicum, ſed per clericum.*

10 *Cura nihil aliud eſt, quam poteſtas adminiſtrandi Sacramenta.*

11 *Cura animarum ex quibus arguatur. n. 12. 13. 16. & 17. & qualiter ſolitum in hoc attendatur. n. 27. 28. & 29.*

14 *Fons baptiſmalis, & ſepultura, aut actus ſepeliendi, an faciat Eccleſiam parochialem, & curatam. n. 15.*

18 *Archidiaconus non habet poteſtatem tollendi curam animarum.*

19 *Confeſſio Archidiaconi, quod Archidiaconatus non habet curam, non eſt valida.*

20 *Cura quando exercetur per plures canonicos deputatos cum Archidiacono an intelligatur, vt ſint coadiutores ipſius, ſeu principales curati. n. 21. 22. 23. 26. & 34.*

24 *Vna mulier non poteſt habere plures ſponſos, nec vnum corpus duo capita, nec Eccleſia duos curatos. n. 25.*

30 *Iura parochialia, quid ſignificant, & quibus applicentur.*

32 *Epiſcopus ſolus eſt Rector omnium parochialium totius diœceſis, & apud eum tantum remanet cura animarum. n. 33.*

35 *Cura animarum, quæ exiſtit in Eccleſia collegiata, non pertinet ad ſingulos canonicos, ſed ad capitulum, per quod repræſentatur vnica perſona Rectoris, & illius exercitium mandatur vni, vel pluribus inſolidum. n. 36. & 37.*

38 *Beneficiati Eccleſiarum parochialium quando poſſint percipere decimas debitas eidem Eccleſiæ, vel potius illa ſpectent ad Epiſcopum. n. 39.*

40 *Beneficia non dicuntur curata, ſi cura animarum pertinet ad Epiſcopum, ſecus quo ad effectum concurſus. n. 41.*

42 *Epiſcopus poteſt examinare deputatos à Capitulo ad exercendam curam animarum non obſtante immemorabili. Declara, vt n. 43. & 44.*

CAP. DCCCLXV.

NOn poteſt Archidiaconus ſe eximere à cura animarum Eccleſię, de qua agi-
1 mus, † Quamuis enim de iure communi talem curam non habeat *Abb. in c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. n. 4. de electionib. Archidiac. in c. nullus omnino. n. 6. poſt princ. verſ. nec habet. 16. q. 7.* Ideo non poterit cogi per Epiſcopum ad illam ſuſcipien-
2 dam, † prout nec quilibet alius, in quem inuitum talis cura nõ poteſt transferri, cum libera debeat eſſe voluntas, tàm in ſpirituali, quàm in tẽporali, ſeu carnali matrimonio, vt in ſpecie notat *Card. Seraph. deciſ. 942. n. 16. Rot. diuerſ. deciſ. 56. n. 1. par. 2. & coràm R. P. D. Decano Calagurritana reductionis prop. mot. 29. Martij* 1591. *Gonzal. ad*
3 *reg. 8. gloſ. 6. n. 70.* † Quidquid alias poſſit Epiſcopus curam animarum incumbentem toti capitulo transferre in certam dignitatem, ſeu canonicum Eccleſiæ de conſenſu tamen ipſius capituli, prout cenſuit Congregatio Concilij, vt per *Garz. de benefic. p. 2. c. 9. n. 19. fol. 187.*

Nihilominus aliud eſt dicendum, quando alter
4 idoneus non inueniretur, † tunc enim etiam inuiti beneficiati adſtringi poſſunt ad hoc onus curæ ſubeundum *Gonzal. ad reg. 8. gloſ.*
5 *6. n 70. in fin.* † Prout regulare eſt, quod quamuis inuito non detur beneficiũ *Achill. deciſ. 1. n. 2. de priuileg.* Tamen ob prædictam
6 cauſam datur coactio, † itaut etiam laici deficientibus clericis, præuijs benignis monitionibus compellantur ab Ordinarijs Eccleſiaſticis, vt accipiant ordinem ſacrum, & miniſtri fiant Sacramentorum, ac rerum Eccleſiaſticarum *Sot. ſentent. 4. diſtinct. 25. q. 1. art. 2. ad fin. Hoied. de incompatib. beneficior. p. 2. c. 9. n. 22. Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 17. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 8. n. 43. vſque ad* 48.

Quemadmodum etiam idem eſſet, quando pro-
7 baretur conſuetudo, † quod Archidiaconus eſſet ſolitus exercere curam animarum, tunc enim non poteſt illam à ſe abdicare, & poterit cogi per Epiſcopum, vt eam continuet, cum in hac materia conſuetudo locorum attendatur, per quam Archidiaconus ſubmittitur huiuſmodi oneri *Gloſ. in c. cum ſatis. 4. in verb. conſuetudinis. poſt med. vbi Innoc. n. 1. & 2. Zabarell. n. 2. de offic. archidiacon. Card. Seraphin. deciſ. 942. n. 16. poſt Abb. in c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. n. 4. de electionib. Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 3.*
8 *c. 15. q. 3. ad fin.* † vbi de Archidiacono Ambianenſi, de quo in *c. dudum. il 2. de electiõn.* Talia enim iura licet non per laicos, tamen
9 per alios poſſunt præſcribi, † etiam quod eſſemus in cura fori pœnitentialis *Gomeſ. in regul. de idiomate. q. 11. in fin. poſt Card. in clem. 2. §. vlt. de religioſ. domib. Stephan. de Gaeta in repet. c. ad limina. n. 251 in princ. 30. q. 1. tom. 1. fol. 176.*

Conſuetudo autem in caſu, de quo agimus, videtur probata, quia tales Archidiaconi ad-
10 miniſtrarunt Eccleſiaſtica Sacramenta, † nam cura nihil aliud eſt, quam poteſtas illa adminiſtrandi *c. 1. de paroch. Abb. in c. dudum. il 2. n. 7. de electionib. & in c. de multa. n. 24. verſ. quo ad primum. de præbend. Hoied. de incompatibilitat. beneficior. p. 1. c. 13. n. 3. Gomeſ. in regul. de idiomat. q. 11. n. 5. col. 2. in fin. Gaeta in d. c. limina. n. 252. in fin.* cum alijs per *Maſcard. concl. 468. n. 1.*

Quod clarius colligitur ex decretis factis diuerſis temporibus in ſynodis generalibus
11 diœceſanis, † in quibus iniungitur onus Archidiacono tenendi penes ſe claues baptiſmatis, & ſacri olei, vt pro commoditate populi illa ab eodem Archidiacono adminiſtrentur, curando, vt in ſacrario ſeruentur ad minus particulæ decem conſecratæ pro infirmis, quibus debeat prouidere, ne abſque Sacramentis aliquis decedat, cum præcepto etiam pœnali retinendi penes ſe duos
12 libros, † ad effectum deſcribendi in vno baptizatos, & in alio matrimonia contrahentes, prout iniungitur parochis, iuxta *Concil. Trident. ſeſſion. 24. c. 1. ante fin. & c. 2. de reformat. matrimon.*

Idque etiam ſtatutum fuit per Epiſcopos in
13 generalibus viſitationibus, † in quibus Archidiaconi fuerunt condemnati pro negligentia commiſſa in exercitio curæ animarum, & pro fonte baptiſmali repetto ſordido, vel vaſe, ex quo accipitur aqua ad baptizandum, cum præcepto eis iniuncto, vt teneant vaſculum olei Sacri pro infirmis, quæ omnia arguunt curam animarum *Abb. in rubr. de paroch. vbi Cardin. n. 2. Rebuff. de nominationib. q. 16. n. 8. Oſaſc. deciſ. 99. n. 2. Gutierez. allegat. 8. n. 9.*

Et quamuis ex fonte Baptiſmali non inferatur ad curam pœnitentialem, nec iudicialem,
14 prout neque ex ſepultura, aut actu ſepeliendi, ex quo non arguitur Eccleſia parochialis, & curata, vt latè comprobat *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 6. n. 48. vſque ad* 57. Tamen non fundatur intentio contra Archidiaconum ex iſtis ſolis actibus, ſed etiam ex adminiſtratione Sacramentorum, confeſſionibus, communionibus, & alijs, quæ ad curam animarum pertinent, vt dictum eſt ſupra, iuxta decreta facta, tàm in Synodis generalibus diœceſanis; quàm in viſitationibus, itaut non poſſit prætendi aliqua exem-
15 ptio ab huiuſmodi onere, † licet etiam negari non poſſit, quod quamuis fons baptiſmalis, ac ſepultura, & decimarum exactio non concludant præciſè ad Eccleſiam parochialem,

chialem, nihilominus multum conferunt ad
comprobandum illam eſſe parochialem, cum
ſint ordinaria, & ferè naturalia, etiam daro,
quod non ſint eſſentialia *Gonzal. ad reg.* 8.
gloſ.6. n.58. in princ.

Accedat, quod in viſitationibus factis per Epi-
ſcopum de anno 1582. facta fuit numeratio
vigintiſex canonicorum, cum quatuor digni-
tatibus, videlicet Archidiaconatu, cantora-
16 tu, decanatu, & Theſauraria, † inter quas
dignitates fuerunt omnia onera, & functio-
nes diſtributæ, & præciſè Archidiacono de-
mandata, & ſpecialiter iniuncta cura anima-
rum, & adminiſtratio Sacramentorum, prout
poſtea Archidiaconus tunc temporis illam
in ſe aſſumpſit, & exercuit, quemadmodum
etiã Modernus Archidiaconus de anno 1614.
cæpit poſſeſſionem Archidiaconatus, cum
onere eiuſdem curæ animarum ei annexo, &
ſemper interuenit in congregationibus, quæ
erant ſolitæ fieri per curatos illius diœceſis
quatuor vicibus quolibet anno pro negotijs
17 ſpectantibus ad curam animarum, † iuxta
decretum Clem. Papæ VIII. prout etiam in-
teruenerunt Archidiaconi anteceſſores, inter
quos Damianus, & Maximianus Archidia-
coni per ſpatium annorum vigintiſex exer-
cuerunt curam animarum, & adminiſtrarunt
Sacramenta, cum omnibus alijs actibus ſpe-
ctantibus ad talem curam, itaut ex omnibus
prædictis clarè appareat non poſſe obtineri
dignitatem Archidiaconatus abſque dicto
18 onere ei annexo, † cum non ſit in poteſtate
Archidiaconi tollere curam animarum, tan-
quam hoc ſolum ſpectet ad Superiorem
Cardin. in clem. vnic. q. 21. *n.* 20. *verſ. ego
autem tenui. de offic. vicar. Imol. in c. de
multa. col.*12. *verſ. quod autem ſufficiat. &
ibi Abb. col.*2. *de prabend. Mandoſ. conſ.*20.
19 *n.* 11. † vbi etiam quod neque valeret con-
feſſio Archidiaconi, vel ſimilis, quod ſuus
Archidiaconatus non habet curam anima-
rum, cum non ſit ſuper eo, de quo poſſit di-
ſponere *l. confeſſionibus. ff. de interrogat.
action. Bart. in l. ſi forte. n.*4. *verſ. vltimo
hac lex. ff. de caſtr. pecul. Pariſ. conſ.*62. *n.*7.
*lib.*1. *Dec. conſ.*307. *n.* 12.

Nec aduerſatur, quod talis cura exerceatur per
vo omnes Canonicos, † Quia hoc faciunt tanquã
coadiutores ipſius Archidiaconi, vt expreſsè
ſtatutũ fuit in decreto facto in Synodo diœ-
ceſana de anno 1592. vbi adminiſtratio Sa-
cramentorum debet in futurum exerceri per
ipſum Archidiaconum principaliter, itaut ſi
contingat alios Canonicos, & Sacerdotes
per Epiſcopum deputari ad huiuſmodi ad-
miniſtrationẽ, intelligantur coadiutores ip-
21 ſius Archidiaconi. † Quod etiam fuit iterum
decretum in alia Synodo ſub eiſdem verbis,
cum præcepto iniuncto Canonicis, vt quan-
do non ſunt impediti, debeant coadiuuare
Archidiaconum in prædicto exercitio curæ
animarũ, prout ſemper obſeruatũ fuit. Quod
non

clarè fuit comprobatum in alia Synodo diœ-
ceſana de anno 1602. vbi quod talis cura
animarum ſpectet ad ſolum Archidiaconum,
& non ad alios.

Cum igitur ex prædictis cura ſit ſolius Archi-
coni, & principaliter ad eum tantum perti-
22 neat, ſequitur, † quod illa debeat exerceri
non alieno nomine, ſed ſuo, adeo vt tunc di-
catur beneficium curatum, tanquam iſta
principalis dignitas ad hoc munus ſit electa
*Milius in repertor. in verb. beneficium.
n.*21. *& in verb. eccleſia parochialis quæ di-
catur.* iuxta *c. extirpanda. §. quia vero. de
prabend. Rebuff. in prax. benefic. tit. de non
promot. intra ann. n.* 36. *Hoied. de incom-
patibil. beneficior. p.* 1. *c.* 13. *n.* 6. *Gonzal. ad
reg.*8. *gloſ.*6. *n.*40. *&* 41.

Contraria autem procedunt, quando vnus aſſu-
23 meretur non ſuo nomine, † & tanquam prin-
cipalis, ſed cum alijs ad regimen alicuius
Eccleſiæ curatæ, tunc enim ſi duo, vel plures
præficerentur, qui confeſſiones audiant, &
baptizent, & alia faciant ad curam ſpectan-
tia, non tamen tales poterunt dici curati,
24 nam ſicut † vna mulier non poteſt duos, ſeu
plures ſponſos habere *c.* 1. *de ſponſ. duor.*
Nec vnum corpus duo capita *c. pleriſque. de
offic. vicar.* Ita nec etiam Eccleſia duos, aut
25 plures curatos, † ſed vnicum ſponſum, Sa-
cerdotem, & Rectorem *c. in apibus.* 7. *q.* 1.
c. ſicut vna. 22. *q.*2. *c. cum non ignores. de
prabend. Oldrad. conſ.* 67. *n.* 1. *Gomeſ. de
idiomat. q.*11. *n.*6. *verſ. requiritur etiam.
Felin. in c. in ratione. corollar.* 10. *ad fin.
verſ. ſcias etiam. de reſcript. Rot. diuerſ. de-
ciſ.* 52. *n.* 17. *vſque ad* 20. *p.* 2. *Gonzal. ad
reg.*8. *gloſ.*6. *n.*47.

Prout paſſim omnes iſti clerici, quibus Epiſco-
26 pus demandat curæ exercitium, † non ſunt
veri Rectores, ſed potius coadiutores ad
participationem oneris Epiſcopi, ſeu princi-
palis curati *Abb. in c. ex apoſtolica. in
princ. de donationib.* iuxta *c. fin. de offic. ar-
chipresbyter. Cardin. in clem. vnic. n.*14. *de
priuileg. Caputaq. deciſ.* 340. *n.*3. *p.*3. *Gon-
zal. ad reg.* 8. *gloſ.*6. *n.*68. *Rot. diuerſor. de-
ciſ.*309. *n.*1. *par.*2.

Nec obetit Decretum Congregationis per Ar-
27 chidiaconum obtentum, † in quo ſtatuitur,
quod idem Archidiaconus exerceat iuxta
ſolitum, Quia iam ſupra oſtenſum fuit ſecũ-
dum obſeruantiam antiquam ſemper talem
curam fuiſſe per Archidiaconos adminiſtra-
tam, & quatenus idem decretum aliud de-
28 mandaret, † Tamen etiam ab eo fuit receſ-
ſum per nouam ordinationem ab eodem Ar-
chidiacono firmatam, & acceptatam etiam
medio iuramento, per quam fuit huiuſmodi
cura incorporata obtinenti dignitatem Ar-
chidiaconatus, prout in inſtrumento 28. De-
cembris 1620. & iterum 10. Ianuarij 1621. vbi
ſuper prædictis fuit facta concordia per to-
tum Capitulum coram Epiſcopo legitimè
con-

congregatum, cum ratificatione omnium
29 ſupra geſtorum per Archidiaconum, † quæ
omnia potuerunt fieri per Epiſcopum, & Ca-
pitulum, cum acceptatione poſtea per Ar-
chidiaconum ſubſecuta *Oldrad. conſ.67.n.1.*
in fin. Mandoſ. conſ.20. n.9. in princ. Put.
deciſ. 290. lib. 1.
Nec obſtabit, quod in confirmatione dictæ cō-
cordiæ ſit orta diſparitas circa illa verba iu-
30 rium parochialium, † Quia iſta concernunt
emolumenta, non autem ſubſtantiam acce-
ptationis curæ, & translationem illius in
Archidiaconum factā, ideo de vno ad aliud
non eſt inferendum, tanquam ſint diuerſa,
& quo ad huiuſmodi emolumenta, & deci-
mas, & oblationes, & alia iura parochialia,
Epiſcopus illa diſtribuet, & applicabit iuxta
modum, & qualitatē onerum, cum inſeruien-
tes Eccleſiæ de illius fructibus debeant vi-
uere *c. vt quiſque. de vit. & honeſt. clericor.*
Abb. in c. conquerente. n. 1. de cleric. non
reſidentib. Caſſador. deciſ. 19. de præbend.
Caputaq. deciſ.306. n.3. & 4. p.3.
In eadem cauſa poſt deciſionem eorum, quæ ſu-
pra adduximus, fuerunt alia dubia propoſi-
ta, quæ tamen in idem reincidunt, ideo non
opus eſſet vlteriori inſpectione, Verum, vt
magis quieſcat animus iudicantis, Iterum
dicimus, quod Archidiaconus inſpecto iure
communi non habet curam animarum prin-
31 cipaliter, † cum illam habeat ſub Epiſcopo,
quaſi vicarius illius à iure deputatus, vnde
neque poterit talem curam animarum alteri
committere, neque excommunicare *Abb. in*
c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. n. 4. de
electiòn. vbi quod de iure communi non ha-
bet propriè curam animarum, niſi propter
conſuetudinem locorum, ſecundum quam
intelligitur totus titulus *de offic. archidiac.*
Innoc. Io. Andr. & alij in c.1. & in c. non
ſatis. eod. tit.
Quare in illa diœceſi, vbi nullus adeſt Rector in
32 quacumque Eccleſia parochiali, † ſed adſunt
plures beneficiati in qualibet Eccleſia, &
Epiſcopus ſolet alicui ex illis committere
exercitium curæ animarum, non tamen ex
hoc dicetur aliquod beneficium curatum,
ſed ſolus Epiſcopus eſt Rector omnium pa-
rochialium totius diœceſis, & apud eum tan-
tū remanet cura animarum *Rot. corā Card.*
Seraph. de qua per *Gonzal. ad reg. 8. gloſ.6.*
n.65. cum ſeq. latè *Garz. de benefic. p.9. c.2.*
n.173. fol.185. Felin. in c. in noſtra. corollar.
10. de reſcr. Prob. ad Monac. in c. ſuper eo. n.
20. de præben. in 6. Rebuff. in prax de nō pro-
mot. intr. ann. n.63. Sarnenſ. de idiomat. q.11.
33 iuxta *c. nullus. de paroch.* † vbi nullo appa-
rente Rectore, Epiſcopus eſt curatus totius
diœceſis, quæ tota remanet ſub eius cura
c. propter hoc. 43. diſtinct. c. licet. 17. q.1. c.1.
de raptorib. Oldrad. conſ.67. n.3.
Ideo iſti Clerici, quibus Epiſcopus demandat
34 curæ exercitium, † non ſunt veri Rectores,
ſed potius coadiutores ad participationem
oneris Epiſcopi *c. fin. de offic. archipreſbyt.*
cum alijs adductis *ſupr. n.20.*
Si tamen Eccleſia collegiata haberet curam
animarum, tunc illa non pertineret ad ſin-
35 gulos Canonicos illius Eccleſiæ, † ſed ad
Collegium, ſeu Capitulum, per quod repræ-
ſentaretur vnica perſona Rectoris *Oldrad.*
conſ.67. n.1. in fin. Mandoſ. conſ.20. n.9. in
princ. Put. deciſ.290. lib.1. Gonzal. ad reg.8.
36 *gloſ. 6. n.71. & 74.* † vbi quod hoc caſu Ca-
pitulum mandabit exercitium curæ anima-
rum alicui deputato, vel pluribus inſolidū,
ſi voluerit ita delegare, remanente tamen
cura penes Capitulum, quod erit verus Re-
ctor, & caput talium deputatorum, & dele-
37 gatorum, † ſicuti dicimus in Epiſcopo, Præ-
lato, Collegio, ſeu Papa *Oldrad. conſ. 67.*
n.3. in fin. Concil. Trident. ſeſſ.24. c.18. de
reformat.
Ex iſtis etiam colligitur, quod quando ſumus
in cura animarum non reſidente penes ali-
quem particularem Rectorem, ſeu Capitu-
38 lum, & Collegium, † ſed penes Epiſcopum,
tunc beneficiati Eccleſiarum parochialium
non poſſunt percipere decimas eidem Eccle-
ſiæ parochiali debitas, cum ſolum pertineāt
ad Epiſcopum, qui eſt verus Rector, & vni-
uerſalis parochus, & habet curam anima-
rum *Rebuff. de decim. q.7. n.4. vſque ad 10.*
poſt Abb. Butr. Io. Andr. & Hoſtienſ. in c.
cum contingat. 29. eod. tit. Rot. deciſ.163. n.3.
& deciſ.309. n.2. p.2. diuerſor. cum alijs per
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 6. n.65. vſque ad 82.
39 vbi etiam quod Epiſcopus illas decimas to-
tius diœceſis ita perceptas diſpenſabit inter
ſe, & clericos, qui de manu Epiſcopi illas
recipient *c. 1. cauſ.16. q.7. Abb. in d. c. cum*
contingat. n. 6. de decim. Put. deciſ. 371.
n. 6. lib. 1.
Quamuis autem dicta beneficia non dicantur
curata, quando cura animarum ſpectat ad
40 Epiſcopum, † vt dictum eſt *ſupr. verſ. quare*
in illa diœceſi. n. 32. Hoied. de incompatibil.
benefic. c. 13. n.7. Tamen ad effectum concur-
41 ſus cenſentur curata, † iuxta *Concil. Trid.*
c.18. ſeſſ.24. Rot. diuerſ. deciſ.48. p.1. Garz.
de benefic. p.9. c.2. n.176. cum ſeq. vbi licet
contrarias reſolutiones Congregationis ad-
ducat, nihilominus ſunt intelligendæ ſecun-
dum diſtinctiones, de quibus per *Gonzal. ad*
reg. 8. gloſ. 6. n.158.
Poterit etiam Epiſcopus examinare Canoni-
cos, ſeu Capellanos deputatos à Capitulo,
42 vel alijs † ad id facultatem habentibus ad
exercendam curam animarum, quam non
licebit eis exercere abſq; eiuſdem Epiſcopi
approbatione, quamuis ab immemorabili
tēpore fuerit ſolita exerceri ſine dicto exa-
mine, vt cenſuit Congregatio Concilij, de
qua per *Garz. de benefic. p.9. c.2. n.182. vſ-*
43 *que ad 188.* † vbi tamen intelligit de appro-
batione, & examine ad exercendam curam,
non

non tamen per concurſum, aut cum exami-
natoribus Synodalibus, prout neque intelli-
getur quando Epiſcopus eis non inhibuit, ne
44 alias curam exerceant,† tunc enim ceſſante
inhibitione poterit per eos talis cura exer-
ceri abſque approbatione, & examine Epi-
ſcopi, quando non requiritur deputatio,
alias ſecus, vt per *Concil. ſeſſ. 24. c. 15.*
Archidiaconus tamen, Archipresbyter, Præpo-
45 ſitus, Decanus,† vel ſimilis non poterit con-
ferre alicui curam animarum, niſi de man-
dato Epiſcopi, alias contrafaciens debet ex-
communicari, cum iſta omnia pertineant
ad Epiſcopum *c. ſi in plebibus. 63. diſtinct. c.
nullus omnino. 16. q. 7. Io. Bertachin. de
Epiſcop. p. 2. n. 86. tom. 13. p. 2. fol. 329.* Itaut
etiam diſpenſatio pecuniarum Eccleſiaſti-
carum in eiuſdem Epiſcopi iudicio, & pote-
ſtate permaneat *d. cap. nullus omnino. ad
med. 16. quæſt. 7.*

E P I T O M E.

Fideicommiſſum iniunctum cum verbis ſi ſine filijs quando expiret relictis filiabus. ¶ Et quid ſi filiæ fuerint diſcretiuè inſtitutæ in ſola dote, filij autem maſculi ſint vocati ad totam hæreditatem. ¶ Vel adſit prohibitio alienationis. ¶ Vel ſit contemplata agnatio. ¶ Vel fuerint vocati tranſuerſales. ¶ Vel ſit excluſa propria filia. ¶ Vel concurrat ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, & propter conſeruandam agnationē. ¶ Qualitas maſculinitatis quando cenſeatur repetita in qualibet parte teſtamenti. ¶ Diſpoſitio excluſionis proximiorum per remotiores, quo caſu dicatur odioſa odio irrationabili. ¶ Argumentum à ratione agnationis quando ſit validum.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio vniuerſalis de filijs maſculis, & congrua dotatio de filiabus, an faciat, vt appellatione filiorum non veniant fœminæ, per quas deficiat conditio ſi ſine filijs. n. 2. 3. & 20.*

4 *Agnatio non conſeruatur per fœminas, ſed per maſculos, & deſcendentes ex maſculis. n. 27.*

5 *Genus maſculinum non comprehendit fœmininum, ſi agatur de agnatione conſeruāda.*

6 *Fœminæ an dicantur agnatæ, & veniant appellatione familiæ.*

7 *Qualitas maſculinitatis quando cenſeatur repetita in qualibet parte diſpoſitionis.*

8 *Pars vna teſtamenti declaratur per aliam.*

9 *Filiæ comprehenduntur ſub diſpoſitione loquente de filijs legitimis, & naturalibus, itaut fideicommiſſum iniunctum ſi ſine filijs expiret relictis filiabus. & n. 10. Declara vt n. 11.*

12 *Coniectura agnationis, vel ſimilis facit recedere à regulis iuris communis.*

13 *Filiæ non continentur propriè ſub nomine filiorum, ſed ex interpretatione.*

14 *Vocatio maſculorum quando excludat fœminas.*

15 *Prohibitio alienationis operatur coniecturam, quod teſtator voluerit bona ſua conſeruari in agnatione excluſis fœminis.*

16 *Agnatio limitata ad vnam perſonam, & caſum non extenditur ad alium. Intellige vt n. 17. & 18.*

19 *Hæreditas dicitur ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*

21 *Diſpoſitio excluſionis proximiorum per remotiores dicitur odioſa odio irrationabili. Declara vt n. 22. & 23.*

24 *Subſtitutio ſola agnatorum non facit, vt ſit conſiderata agnatio, ſecus ſtantibus coniecturis. n. 26.*

25 *Argumentum à ſola ratione agnationis non valet, niſi fuerit expreſſa.*

28 *Teſtator vocando tranſuerſales non cenſetur voluiſſe illos præferre deſcendentibus fœminis. Intellige vt n. 29. & 30.*

31 *Fœminæ quando excludent ſubſtitutum, & quo caſu dicatur habita ratio agnationis. & n. 32.*

33 *Teſtator præſumitur voluiſſe excludere fœminas, ſi adſit ſtatutum, per quod illæ excluduntur propter maſculos. n. 34. & 35.*

36 *Neptis magis cenſetur excluſa per teſtatorem, qui excluſit filiam ab hæreditate propter maſculos.*

C A P. DCCCLXVI.

Dubium propoſitum in cauſa Fanen. fi-
deicommiſſi dicebam decidendum eſſe
affirmatiuè, quod ſit purificatum fideicom-
miſſum, de quo agimus ad fauorem Franci-
ſci, & Andreæ de Pilijs, Nam Petrus, & Pau-
lus hæredes inſtituti per Ioſephum patrem
deceſſerunt ſine filijs maſculis, & licet ex
Paulo remanſerint Iulia, & Smeralda filiæ
1 fœminæ, † non tamen ipſe fecerunt deficere
conditionem ſi ſine filijs, cum teſtator ex-
preſsè mandauerit, quod dictæ filiæ congruè
dotentur, vnde colligitur, quod inter ma-
ſculos, & fœminas fuit diſcretiuè diſpoſi-
tum, nam maſculos ad vniuerſalem hæredi-
tatem vocauit, fœminas verò in ſola dote in-
ſtituit, & per conſequens iſta particularis
prouiſio dotium faciet, vt illæ cenſeantur
excluſæ à fideicommiſſo propter maſculos,
ſtante præſertim repetitione qualitatis ma-
ſculinæ, de qua in teſtamento, & progreſſu
ad plures gradus ſubſtitutionum, cum om-
nibus iſtis ſimul iunctis magis illa conditio
ſi ſine filijs intelligatur de maſculis, vt late
concludit *Dec. conſ. 15. pro tenui facultate
mea. col. 3. ad med. verſ. ſecundo principaliter
moueor. n. 2.* quem ſequitur *Gabr. conſ.
116. n. 14. vſque ad 17. lib. 2. Cephal. conſ. 306.
n. 61.*

n.61. cum ſeq. lib.3. Honded. conſ.65. n.35.
& 36. lib. 1. Ruſtic. ad l. cum auus. lib. 6.
c. 10. n. 12. poſt med. verſ. ſtante igitur ſpe-
ciali prouiſione. ff. de condit. & demonſtrat.
Card. Mantic. de coniect. vltim. voluntat.
2 lib.11.tit.14.n.14. † Et quãuis hæc ſola con-
iectura non ſufficeret, vt notat Card. Seraph.
decis. 880. n. 2. Tamen in caſu noſtro adſunt
aliæ coniecturæ, quæ ſimul iunctæ iuuant,
& contraria procedunt, quãdo illa eſſet ſola
3 Card. Mantic. ibid. n. 6. & 14. † Ideo ope-
rabitur talis diſcretiua diſpoſitio excluſionẽ
fœminarũ Bald. in l. in multis. ff. de ſtat. ho-
min. Socin. conſ.63. col.1. lib.4. Peregr. qui de
communi de fideicomm. art.25. n.45. fol.242.
Molin. de primog. hiſpan. c. 5. n. 55. De-
cian. conſ. 12. n. 38. & conſ. 28. n.26. lib.1.
Rot. deciſ.203. n. 2. & deciſ. 217. n.2. & de-
ciſ.432. n.3. ad med p. 2. in recent.
Quod magis procedit, quia non ſolum teſta-
tor vocauit filios cum iſta qualitate maſcu-
linitatis, ſed expreſsè contẽplatus eſt agna-
tionem, mandando bona in hæreditate ipſius
relicta cuſtodiri in agnatione, & pro illis,
qui ea poſſidere debebunt iuxta ſuam diſpo-
ſitionem, itaut remaneant integra abſque
detractione aliqua alicuius partis in conſan-
4 guineos de Pileis, vt ſupra diſpoſuit, † ex
quibus verbis colligitur clara excluſio fœ-
minarum propter maſculos, & propter con-
ſeruandam agnationem, quæ non conſerua-
tur per fœminas, ſed per maſculos l.1. §. pe-
nult. ff. de ventr. inſpic. Cin. in l. publico.
C. de adulter. Surd. conſ.96.n.27.lib.1. Hon-
5 ded. conſ. 65. n.36. lib.1. † Vbi enim agitur
de fauore agnationis, tunc genus maſculi-
num non compræhendit fœmininum, nec ap-
pellatione filij continetur filia Socin. in l.
cum auus. col.51. verſ. quartus caſus. ff. de
condit. & demonſtrat. & conſ.6. in præſenti
conſultatione. col.5. lib.3. Curt. Sen. conſ.75.
col.10. Calcan. conſ.47. per tot. Corn. conſ.124.
& conſ.138. lib.2. Iaſ. conſ.140. & 141. lib.2.
Dec. conſ.169. dominus rainaldus. col.2. &
conſ.15. per tot. Cephal. conſ.306. n.74. lib.3.
Crot. inter conſ. Grat. 54. n. 29. & 30. lib.2.
Socin. Iun. conſ.181. n.41. lib.2. Rimin. Iun.
conſ.246. n.65. vſque ad 70. lib.3.
Prout etiam dicimus de fœminis, quæ licet ve-
niant appellatione familiæ, itaut etiam di-
6 cantur agnatæ, † Tamen quando teſtator vo-
luit agnationem conſeruari, illæ non veniunt
in diſpoſitione loquente de familia Bald.
conſ. 473. col. 2. lib. 5. Aim. conſ. 180. n. 1.
Ruin. conſ.24. n.7. lib.2. Pariſ. conſ.63. n.10.
cum ſeq. lib. 2. Gozad. conſ. 79. n. 5. Crot.
conſ. 48. n. 36. Card. Mantic. de coniectur.
vltim. voluntat. lib.8. tit.12. n.8. Surd. conſ.
96. n. 28. lib. 1.
Et quamuis non fuerint ſemper nominati ma-
7 ſculi, tamen ſufficit, quod ſæpè filios, † &
ſubſtitutos nominauerit cum iſta qualitate
maſculinitatis, quia cenſetur etiam in alijs
locis de maſculis ſenſiſſe Rol. conſ.82. n. 33.
lib.3. Menoch. conſ.93. n.51. & 81. lib.1. Al-
benſ. conſ.19. n.12. cum alijs per Surd. conſ.
8 96. n.31. in fin. lib.1. † Cum vna pars teſta-
menti declaretur per aliam l. vtrum. ff. de
petit. hæredit. l.1. ff. de reb. dub. Dec. conſ.15.
pro tenui. n.3. Socin. conſ.9. n.8. lib.3. Pariſ.
conſ. 54. n. 10. lib. 2. Bellon. conſ. 13. n. 17.
Surd. conſ.53. n.10. & conſ.179. n.60. lib.2.
vbi ampliat ad ſcripturas ſeparatas Zuc-
card. in l. fin. n.71. C. de edict. diu. adrian.
toll. Aim. in conſ. pro gener. n.336. & 358.
Neque obſtat, quod in vltima voluntate ſit fa-
9 cienda benigna, & lata interpretatio, † vt
appellatione filiorum legitimorum, & natu-
ralium veniant etiam fœminæ l. ſi ita ſcri-
ptum. ff. de legat.2. l. ſi quis ita in princ. ff. de
teſtam. tut. Card. Seraph. deciſ.880. n.1. latè
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 14. n. 1. cum ſeq. adeo vt fidei-
10 commiſſum iniũctum alicui ſi ſine filijs † ex-
piret relictis filiabus Io. Andr. in c. rainal-
dus. col. 2. de teſtam. Alex. conſ.53. col. fin.
lib.3. cum alijs per Roland. conſ.82. n.8. lib 3.
& per Ruſtic. in l. cum auus. lib.6. c.10. n.1.
ff. de condit. & demonſtrat. Quia prædicta
habent locum in ſimplici conditione ſi ſine
11 filijs, † ſecus autem vbi teſtator contempla-
tus eſt agnationem, tunc enim, vt bona in
ea conſeruentur, illa verba ſi ſine filijs non
compræhendunt fœminas, maximè quando,
prout in caſu noſtro, ſunt ſubſtituti agnati,
& non extranei Roland. qui infinitos allegat
conſ.82. n.33. verſ. ſecundo & nouiſſimo loco.
lib.3. Dec. conſ. 514. col. 2. Bero. conſ. 113.
n.11. lib. 2. Albenſ. conſ. 19. per tot. Ruin.
conſ.130. col. fin. lib. 2. Rimin. Iun. conſ.246.
12 n. 67. cum ſeq. lib. 3. † Cum iſta coniectura
agnationis, vel ſimilis faciat recedere à iuris
communis diſpoſitione, quod conditio ſi ſine
filijs non verificetur in fœminis Alex. in l.
gallus. §. quidam rectè. n.11. ff. de liber. &
poſthum. Ruſtic. in l. cum auus. lib. 6. c.10.
n.11. & 25. ff. de condit. & demonſtrat. Socin.
13 conſ. 250. n.4. lib. 2. † Præſertim, quia filiæ
non continentur propriè appellatione filio-
rum, ſed ex interpretatione, vt latè per
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib.11. tit.14. n. 11. ad med. verſ. tamen non
eſt dubitandum. & n.12. cum ſeq.
Amplius, quamuis expreſsè teſtator non man-
daſſet bona conſeruari in agnatione, neque
14 expreſsè illam contemplatus eſſet, † Tamen
ſufficeret vocatos eſſe maſculos in ſubſtitu-
tione, tunc enim ex iſta vocatione cenſeren-
tur fœminæ excluſæ Pariſ. conſ.11. n. 14. &
40. lib.3. Dec. conſ.270. col. fin. & conſ.477.
n.3. Ruin. conſ.158. n. 14. lib. 2. Marzar.
conſ.5. n.29. & 44. cum alijs per Ruſtic. qui
de veriori opinione teſtatur lib. 4. c.2. n.14.
vſque ad 25. ff. de condit. & demonſtrat. Rot.
deciſ.193. n.4. & deciſ.300. n.25. p.1. in recent.
Gabr. conſ.116. n.14. cum ſeq. lib.2.

Quibus

Digitized by Google

Quibus etiam additur, quod teſtator prohibuit pignorationem, & alienationem, & diuiſionem bonorũ, itaut contrafaciens amittat ſuam portionem, quæ accreſcat alteri
15 obſeruanti, † ex qua prohibitione colligitur magis enixa voluntas teſtatoris, quod voluerit bona ſua conſeruari in ſua agnatione, excluſis fœminis *Doct. in l. filiusfamilias. §. diui.. ff. de legat.* 1. *Dec. conſ.* 182. *col.* 2. *Menoch. conſ.* 432. *n.* 6. *lib.* 5. *Decian. conſ.* 1. *n.* 122. *lib.* 1.

Nec obſtat, quod in toto teſtamento non fuerit
16 facta mentio agnationis, † ſed ſolum reſpectu portionis Petri mente capti, ideo agnatio tanquam limitata ad vnam perſonam, & caſum non extenditur ad alium *Cardin. Seraphin. deciſ.* ... *n.* 9. Quia potius agnatio fuit conſiderata generaliter, nam ibidem teſtator ſubdit, quod dicta bona remaneant integra abſque detractione aliqua alicuius
17 partis in conſanguineos de Pileis, † cum præſertim ſemper teſtator prius prohibuerit omnibus ſuis hæredibus pignorationem, & venditionem ſuorum bonorum, itaut iſta ſimul iuncta magis concludant, quod generaliter fuit contemplata agnatio quo ad omnes, non reſpectu vnius tantum, & ſemper in toto teſtamento talis qualitas ſit repetita *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 12. *poſt Socin. Iun. conſ.* 63.
18 *n.* 12. *&* 13. *lib.* 4. † Cum etiam addantur per teſtatorem illa verba, vt bona in hæreditate ipſius relicta cuſtodiantur in agnatione, & ſic non conſiderauit ſolam portionem Petri, ſed
19 generaliter etiã totam hæreditatem, † cum hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti *l. nihil aliud.* 24. *ff. de verb. ſignificat. & ibi Rebuff. col.* 3. *poſt med.* vbi quod ex hoc excluditur pars, cum de tota debeat intelligi *l. filio. & l. mater. ff de inoffic. teſtam.*

Neque obſtat, quod iſta diſpoſitio dotandi filias non poſſit aliter intelligi, niſi in caſu in quo adeſſet aliquis maſculus ſubſtitutus, vt ſcilicet ille maſculus, qui vigore dictæ ſuæ ſubſtitutionis erat ſucceſſurus in vniuerſa
20 hæreditate, teneatur dotare fœminas, † Quia huiuſmodi interpretatio non ſubſiſtit, cum ſit contra mentem teſtatoris, qui cenſetur voluiſſe excludere fœminas propter iſtam dotationem fauore agnationis conſeruandæ, vt dictum eſt ex *Mantic.* & alijs ſupra adductis *n.* 1. 2. *&* 3. & declarat etiam *Cephal. conſ.* 306. *n.* 61. *cum ſeq. lib.* 3. cum alijs per *Ruſtic. ad l. cum auus. lib.* 6. *c.* 10. *n.* 12. *poſt med. ff. de condit. & demonſtrat.* tanquam iſta ratio habeatur pro expreſſa ad excluſionem fœminarum *Socin. Iun. conſ.* 1. *n.* 38. *cum ſeq. lib.* 1.

Nec facit, quod licet teſtator voluerit excludere fœminas filias Pauli propter exiſtẽtiam filiorum eiuſdem Pauli, non tamen creden-
21 dum eſt, † quod illas voluerit excludere propter maſculos tranſuerſales remotioris gradus, ne faceret diſpoſitionem odioſam odio irrationabili, prout eſt talis, quando per remotiores excluduntur proximiores *Rot. di-*
22 *uerſ. deciſ.* 780. *n.* 8. *p.* 1. † Quia ſtantibus ſupradictis coniecturis non conſideratur iſtud odiũ, & illæ ſufficiunt ad excludendos etiam proximiores *Loffred. conſ.* 39. *n.* 28. *Molin. de primogenit. hiſpanor. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 38. *cum ſeq. fol.* 369. *Valaſc. ad l.* 40. *taur. gloſ.* 9. *n.* 5.
23 *Gaſanat. conſ.* 47. *n.* 5. *lib.* 1. † Cum iſtæ præſumptiones, & coniecturæ habeantur pro legitimis probationibus, quamuis teſtator apertè non expreſſerit ſuam voluntatem *l. licet imperator. ff. de legat.* 1. *Menoch. conſ* 95. *n.* 32. *lib.* 1.

Neque obſtat, quod ſola ſubſtitutio agnatorum non faciat, vt ſit conſiderata agnatio *Socin. Iun. conſ.* 30. *n.* 2. *lib.* 4. *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 11. *tit.* 14.
24 *n.* 7. † cum non liceat arguere à ratione conſeruandæ agnationis, ſi non ſit expreſſa *Alex. conſ.* 97. *n.* 12. *ad med. lib.* 2. *Dec. conſ.* 314. *ſuperioribus diebus. n.* 3. *ad fin. Aret. conſ.* 27. *proponitur ex facto. in fin. Socin. Iun. conſ.*
25 13. *n.* 34. *lib.* 3. † Quia non habemus hic ſolam vocationem agnatorum, ſed etiam coniecturas ſupra adductas, & etiam expreſſam rationem agnationis, dum teſtator mandauit conſeruari bona in conſanguineos de
26 Pileis, † & contraria procedunt in ſola vocatione agnatorum abſque alijs coniecturis, prout declarat *Idem Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 13. *&* 14. cum etiam voluntas teſtatoris ex coniecturis colligatur *Dec. conſ.* 269. *dominus rainaldus. n.* 3. *& conſ.* 495. *viſo eleganti. n.* 9. iuxta *l. cum proponeretur. in fin. & l. qui ſolidum. §.* 1. *ff. de legat.* 2. *Bart. in l. imperator. ff. de legat.* 1.

Minus obſtat, quod teſtator non ſolum dixerit, quod bona conſeruentur in agnatione, ſed etiam addiderit pro illis, qui dicta bona poſſidere debent, quod debet intelligi de fœminis, Quia non potuit de illis loqui, cum poſtea ſubiungat alia verba, vt remaneant integra in conſanguineos de Pileis, & ſic in
27 agnatione, † quæ per fœminas non conſeruatur, ſed per maſculos, & deſcendentes ex maſculis *l.* 1. *§. familia. ff. de verb. ſignif. l.* 2. *§. agnati. ff. de ſuis & legit. l. iuriſconſultus. §. inter agnatos. ff. de gradib. affinit. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 17.

Neque aduerſatur, quod quando admittitur
28 tranſuerſalis, non eſt dicendum, † quod teſtator illos voluerit præferre deſcendentibus fœminis, cum ea ratione, qua prætulit filium ſubſtituto in eius portione, cẽſetur voluiſſe præferre illius deſcẽdentes *Caſtr. conſ.* 409. *n.* 2. *lib.* 2. Quia loquitur, quando non fuit habitus reſpectus ad agnationem, nam tunc per vocationem extranei non cenſentur
29 excluſæ fœminæ deſcendentes, † aliud quan-

do

Digitized by Google

do, prout in caſu noſtro fuit conſiderata
agnatio, vt declarat *Idem Caſtr. d. conſ.* 400.
*col. 2. in fin verſ. ſi vero ſubſtitutus fuerat
extraneus. lib. 2.* & ita etiam confirmat *De-
cian. conſ. 1. n. 186. & 112. lib. 1. Rim. Iun.
conſ. 371. n. 109.*
Et ita etiam concordantur omnes deciſiones
30 Rotæ, quæ hinc inde adducuntur, † quia aut
ceſſat ratio agnationis, & fœminæ non ex-
cluduntur, aut eſt conſiderata agnatio, &
tunc de filiabus nulla habetur ratio, vt latè
concludit *Card. Mantic. Nucerina fideicom-
miſſi, quæ in impreſſis eſt deciſ.* 151. vbi refert
omnes deciſiones Rotæ, prout etiam latius
comprobat *Idem Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltim. voluntat. lib. 9. tit. 14. n. 22.
& per tot.*
Non obſtat *deciſ. coram R.P.D. Dunozet Ma-
31 ceraten. hereditatis 19. Ianuarij* 1618. † Quia
ſolum ibi concluditur, quod fœminæ exclu-
dunt ſubſtitutum, cum nulla ratio agnatio-
nis conſeruandæ poſſet conſiderari, Maximè,
quia ibidem teſtator non iuſſit filias fœmi-
nas dotari, neque illas in ſola dote inſtituit,
prout fecit in caſu noſtro, tanquam ex iſta
diſcretiua diſpoſitione cenſeantur fœminæ
excluſæ à fideicommiſſo, vt dictum eſt *Gabr.
conſ. 126. n. 14. vſque ad 17. lib. 2. cum alijs
ſuperius allegatis. n. 1. & 2.*
Prout neque applicatur, dum in eadem deciſio-
32 ne concluditur, † quod ex ſubſtitutione ma-
ſculorum, & de Cippo facta fratri teſtatoris
non reſultet, quod ſit habita ratio conſer-
uandæ agnationis in deſcendentes maſculos,
Quia ibidem hoc fuit propter defectũ illius
primæ ſubſtitutionis factæ filio teſtatoris ſi
deceſſerit ſine filijs, ex quo enim deceſſit ſu-
perſtite fœmina defecerunt etiã omnes aliæ
ſubſtitutiones ſequentes, iuxta *conſ. Oldr. 21.
in deciſione allegatum*; Aliud eſt in caſu no-
ſtro, in quo teſtator contemplatus eſt agna-
tionem, tàm deſcendentium, quàm tranſuer-
ſalium, & non defecit illa prima conditio ſi
ſine filijs, vt ſuperius dictum eſt, adeo vt
ſtante tali agnatione contẽplata poſſit etiam
fieri tranſitus ad alios gradus ſubſtitutio-
num, & de caſu ad caſum, & de linea ad li-
neam, dummodo ſit de agnatis, iuxta diſtin-
ctionem, de qua *ſupr. n. 30.*
Quibus additur Statutum Ciuitatis Fani ex-
cludens fœminas propter maſculos, ex quo
33 deſumitur coniectura pro ſubſtitutis, † cum
præſumendum ſit, quod teſtator voluerit ſe
conformare cum iure municipali ſuæ ciuita-
tis, ad quod verba teſtatorum ſunt referen-
da, vt operentur iuxta illius intellectum
*Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. n. 4. ff. ad
trebellian. Socin. conſ. 51. n. 33. lib. 4. Bald.
in c. in præſentia. n. 11. de probation. An-
char. conſ. 165. n. 3. Card. Mantic. de coniect.
vltim. voluntat. lib. 6. tit. 7. n. 4. vſque ad 9.*
34 vbi quod † iſta coniectura eſt ſatis efficax,
maximè, ſi aliæ coniecturæ etiam leues, &
inſufficientes per ſe concurrerent *Alciat.
conſ. 204. n. 3. lib 9. & conſ. 68. in fin. eod. lib.
Socin. Iun. conſ. 168. n. 63. cum ſeq. lib. 2.*
Et in ſpecie, quod ſtante ſtatuto excluſiuo fœ-
minarum ſit præſumendum, quod appella-
tione filiorum per teſtatorem vocatorum
35 ſit ſolum † cogitatum de maſculis propter
conſeruandam agnationem, prout diſponit
ſtatutum concludit *Caſtr. conſ. 79. caſus iſte
frequenter. alias 409. lib. 2. Card. Mantic. de
coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 7. n. 9.
Cephal. conſ. 134. n. 14. cum ſeq. lib. 1.*
Maximè, quia etiam in caſu noſtro, vltra mul-
36 tas coniecturas ſupra adductas, † concurrit,
quod teſtator propriam filiam excluſit à ſua
hæreditate, dum fideicõmiſſum inſtituit pro
conſeruatione familiæ vocando tranſuerſa-
les, vnde etiam multò magis dicendum eſt
voluiſſe excludere neptes *Socin. Iun. conſ. 10.
n. 11. vſque ad 31. lib. 4. Cuman. inter conſ.
Curt. Sen. 34. n. 10. Ruin. conſ. 205. n. 5. lib. 2.
Card. Seraph. deciſ. 496. n. 4. cum ſeq.*
Huiuſmodi cauſa Fanen. fideicommiſſi de Pi-
leis fuit bis propoſita in *Rota per R. P.
D. Manzanedum 8. Februarij* 1620. & 30.
Maij eiuſdem anni, & nihil deciſum, neque
amplius partes curarunt expeditionem, cum
ſe concordauerint, prout latius in inſtru-
mento concordiæ multum profieuo maſcu-
lis prætendentibus fideicommiſſum.

EPITOME.

Canonici nouiter erecti an frangant nu-
merum antiquorum. ¶ Et quid ſi ad-
ſint verba cum plenitudine iuris canonica-
lis. ¶ Et de ſignificatione talium verborum.
¶ Et quando gaudeant omnibus priuilegijs,
diſtributionibus, emolumentis, prouenti-
bus, oblationibus, funeralibus, & alijs iu-
ribus, quibus potiuntur antiqui. ¶ Clauſula
ſine præiudicio, quid præſeruet tam in peti-
torio, quàm in poſſeſſorio etiam quo ad ef-
fectum manutentionis. ¶ Et quando faciat
actum conditionalem. ¶ Et intelligatur de
alio præiudicio, quàm expreſſo. ¶ Et quid
ſi ſequantur alij actus ſimpliciter geſti abſ-
que reſeruatione præiudicij. ¶ Per erectio-
nem Eccleſiæ collegiatæ in cathedralem, vel
diſmembrationem vnius Eccleſiæ ab altera
in quibus cenſeatur præiudicatum quo ad
iura alteri competentia. ¶ Statutum an ſit
validum taxans numerum canonicorum in
præiudicium expectantium, & quod impe-
trans canonicatum extra numerum non ha-
beat vocem in capitulo. ¶ Et an illi cenſea-
tur derogatum per clauſulam non obſtante,
abſq; eo, quod fiat mentio de vtraque parte
in eodem ſtatuto contenta. ¶ Nomen pro-
uentus, & emolumentorum, quid compræ-
hendat. ¶ In materia præcedentia quando
attendatur conſuetudo. ¶ Tranſactio ante-
ceſſoris an præiudicet ſucceſſoribus. ¶ Et
quando

quando in ea habeat locum remedium *l.2.C. de reſcind. vendit.* ¶ Et an ſit valida in præheminentijs abſque beneplacito Apoſtolico. ¶ Et quo caſu illud præſumatur, licet non ſit enunciatum, & quod tempus ſit neceſſarium. ¶ Obſeruantia an declaret, quæ emolumenta ſint danda canonicis antiquis, & nouiter erectis. ¶ Legata Canonicis pro miſſis, & alijs operibus pijs an eis ſint debita, ſeu Capitulo, & Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Numerus antiquorum canonicorum quando cenſeatur fractus per creationem nouorum, itaut noui admittantur cum plenitudine iuris canonicalis, & omnibus priuilegijs, diſtributionibus, & emolumentis, quibus potiuntur antiqui. n. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Verba cum plenitudine iuris canonicalis, quid ſignificent, & quando includant diſtributiones quotidianas. n. 7. 8. & 9.*

10 *Valet ſtatutum taxans numerum canonicorum in praiudicium expectantium, prout quod impetrans canonicatum extra numerum non habeat vocem in Capitulo, & quando Papa cenſeatur in omnibus huiuſmodi ſtatuto derogare per clauſulam non obſtantibus ſtatutis.*

11 *Admiſſio nouorum canonicorum cum plenitudine iuris canonicalis, ſed ſine praiudicio antiquorum, excludit nouos ab emolumentis, & oblationibus, quas percipiunt antiqui. & n. 12.*

13 *Clauſula ſine praiudicio iurium alterius facit, vt quidquid poſtea geritur ſit conditionale, operando, vt quatenus inferatur praiudicium, nihil ſit factum, quamuis poſtea ſequantur alij actus ſimpliciter geſti abſque tali reſeruatione. n. 14.*

15 *Nullus praſumitur velle renunciare iuri ſibi acquiſito.*

16 *Princeps non intendit praiudicare tertio, ſed illud ſemper dicitur praſeruatum. n. 17.*

18 *Ius alterius non cenſetur ſublatum per erectionem Eccleſia collegiata in cathedralem.*

19 *Verba ſine praiudicio, quando ſint compatibilia cum diſpoſitione principali, & intelligantur de alio praiudicio, quàm expreſſo. n. 20. 33. & 34.*

21 *Decretum cum clauſula ſi & quatenus de iure declaratur prater edictum decreti interpoſiti, cuius defectum Iudex intendit ſupplere.*

22 *Teſtis deponens aliquid factum in praſentia Titij, & Caij, ſi poſtea dicat non eſſe factum in praſentia alicuius, intelligitur prater expreſſos.*

23 *Pracedentia nouorũ canonicorũ qualis debeat eſſe in concurſu antiquorum. n. 56. 57. & 58.*

24 *Caſus legis, & ſtatuti operatur, vt nihil aliud ſit quarendum.*

25 *Nouiter receptus non debet pracedere antiquiorem, & n. 60. Intellige vt n. 28. & 29.*

26 *Praheminentia ſunt fructus, & emolumenta canonicatus.*

27 *Conſuetudo attenditur in materia pracedentia.*

30 *Nomen prouentus eſt generale ad omnem redditum, quod prouenit ex facto hominis, vt funeralia, oblationes, ſigillum, anniuerſalia, & ſimilia.*

31 *Diſtributiones quotidiana veniunt appellatione emolumentorum.*

32 *Reſeruatio praiudicij alterius debet conſeruare omnia intra intacta.*

35 *Clauſula ſine praiudicio praſeruat ius tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, etiam quo ad effectum manutentionis.*

36 *Diſmembratio vnius Eccleſia ab altera Eccleſia eſt valida quo ad omnia praterquam in eis, in quibus ſit praiudicium ſuper decimis debitis canonicis prioris Eccleſia, quando adeſt clauſula ſine praiudicio. n. 37.*

38 *Mortuaria, ſeu anniuerſaria, diſtributiones, candela, nummi, & ſimilia quando debeant dari canonicis nouiter erectis ſimul cum antiquis, vel ſolum pertineant ad antiquos. n. 39. 40. & 41.*

42 *Quod alteri prodeſt, & alijs non nocet eſt concedendum.*

43 *Capitulum conſtat ex vtriſque canonicis nouis, & antiquis.*

44 *Honor Eccleſia conſiſtit in augmento canonicorum.*

45 *Obſeruantia declarat conceſſionem factam canonicis quo ad emolumenta per eos percipienda. n. 46.*

47 *Tranſactio impedit ingreſſum cauſa, & dicitur exceptio litis finita.*

48 *In tranſactione non habet locum remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit.

49 *Tranſactio ſuper re dubia praiudicat ſucceſſoribus.*

50 *Diuturnitas temporis, cum obſeruantia ſubſecuta facit praſumere beneplacitum Apoſtolicum, quamuis non fuerit enunciatum. n. 51. & 52.*

53 *Inſpectio ſola actorum non probat defectum beneplaciti, quando illud potuit adhiberi ante, vel poſt actum.*

54 *Legata, qua relinquuntur canonicis pro miſſis, & alijs operibus pijs, an illis debeantur, ſeu Capitulo, & Eccleſia. n. 55.*

59 *Tranſactio ſuper praheminentijs valet abſque beneplacito Apoſtolico.*

CAP. DCCCLXVII.

IN caſu propoſito videbatur prima facie dicendum, quod Canonici ſex recepti, & admiſſi de mandato Sanctiſſimi, vltra numerum decem & octo canonicorum antiquorum, debeant gaudere omnibus gratijs, priuilegijs, emolumentis, diſtributionibus, & cæteris alijs facultatibus, & prærogatiuis, quibus

quibus potiuntur canonici antiqui, non ſo-
lum ad inſtar, ſed pariformiter, & æquè
principaliter, abſque vlla prorſus differen-
tia, prout diſponunt litteræ Apoſtolicæ ere-
1 ctionis dictorum ſex Canonicorum,† ex qui-
bus colligitur Summum Pontificem non mã-
daſſe ſimpliciter recipi tales nouos canoni-
cos, ſed cum plenitudine iuris canonicalis,
quo caſu omnia prædicta veniunt, cum cen-
ſeatur fractus numerus antiquorum canoni-
corum, non autem creatum ius extraordina-
rium, vt latè concludit *Felin. in c. cum m. ferrarienſis. 9. n.23. col. 14. in fin. in gloſ.*
2 *in verb. vltra numerum. de conſtitut.* † vbi
quod tales canonici poſſunt eſſe delegati Pa-
pæ, & debent habere omnia iura canonica-
lia, & diſtributiones quotidianas, cum di-
gnitate conceſſa alijs canonicis, & cum in-
teruentu in omnibus communibus tractati-
bus, & participatione omnium emolumen-
torum, ac quorumcumque iurium conceſ-
ſorum obtinentibus huiuſmodi canonicatus,
3 & eſt † *tex. in c. fin. §. in illis verò. vbi Gemin. in princ. & Franc. n.1. de conceſſ. præbend. in 6. Butr. in c. pro illorum. ad fin. de præbend. Feder. de Sen. conſ. 291. quia in præſenti. verſ. an iſti recepti.* & latè etiam
explicat *Petrus de Baiſio in director. elect. c.27. p.2. n.4. & 5. tom.15. tractat. p.1. fol. 385. Franciſc. Pauin. de offic. & poteſtat. capitul. ſed. vacant. prælud. 5. n. 15. Sarnenſ. de expectatiu. n. 20.* cum alijs per *Mandoſ. ad regul.9. cancellar. q.10. n.5. fol.56. Ferret. conſ. 313. n. 2. lib. 2.* latè *Hoied. de incompatibil. beneficior. p.1. c.12. n.6. tom. 15.*
4 *p.1. fol.120.* † Et paſſim ita ſeruatur in *Rot.*
vt per *Card. Seraphin. Cortonien. dignitatis. 10. Aprilis 1570. Lancellott. Iacen. canonicatus. 5. Iunij 1599. Ortemberg. Iacen. obſeruationis ſtatutorum. quæ eſt eadem. 14.*
5 *Martij* 1601. † in quibus deciſionibus con-
cluditur, quod iſta Canonici debent admitti
ad omnia emolumenta, cum non ſint ſimpli-
citer ſupernumerarij, ſed per modum aug-
menti cum pleno iure, vt dictum eſt.

Ideo etiam iſta verba cum plenitudine iuris
canonicalis includunt diſtributiones quoti-
6 dianas, † quas percipient Canonici ſupernu-
merarij, qui mandantur recipi cum dicta
clauſula *Felin. in c. cum m. ferrarien. n.23. in fin. verſ. ſed vbi Papa. de conſtitut. per tex. in c. vlt. §. in illis verò. de conceſſ. præbend. in 6. Butr. in c. pro illorum. n. 16. in*
7 *fin. de præbend.* † vbi dat rationem, quia
illis eſt aſſignatum onus intereſſendi in cho-
ro, & ſic in diuinis, propter quod dantur di-
ſtributiones *c. 1. de cleric. non reſident. in 6.*
Vnde debent habere ipſarum emolumen-
tum, quamuis *Butr.* ibidem dicat, quod in
practica hoc non ſeruatur.

Et quod iſti habeant diſtributiones voluit etiã
8 *Feder. conſ. 290.* † *quia in præſenti. col.3. ad fin. n. 6. verſ. alio modo dicitur recipere. Hoied. de incompatibil. beneſic. par. 1. n. 7. & 8. in fin. tom. 15. p. 1. fol. 120. Azor. in ſumm. lib. 3. p. 2. c. 9. quæſt. 3. & 4. fol. 167. Bertach. de epiſc. p. 3. n.22. tom. 13. p. 2. fol. 305. Bald. in margar. in verb. canonicus. il 2. Anchar. in cap. dilectus. il 1. n. 5. de præbend. & dignit.*

Et quamuis *Biſign. deciſ. 11. in fin. de conceſſ. præb. in antiquior.* dicat nõ deberi tali cano-
9 nico diſtributiones, † Tamen loquitur quan-
do fit ſola receptio in canonicum ſuper nu-
merum, non autem quando recipitur cum
plenitudine iuris canonicalis.

Quare etiam dicimus, quod valet ſtatutum ta-
xans numerum canonicorũ in præiudicium
10 expectantium, prout valet ſtatutum, † quod
impetrans canonicatum vltra numerum non
habeat vocem in capitulo, & cũ impetranti
obſtent iſta duo ſtatuta, debet facere men-
tionem de vtriſque, Vnde ſi Papa reſcribe-
ret ſimpliciter, vt quis recipiatur non ob-
ſtantibus ſtatutis erit ſolum derogatum, ſta-
tuto taxatiuo numeri, non autem ſtatuto in-
habilitanti ad vocem, dummodo in litteris
non diceretur, vt fiat receptio cum plenitu-
dine iuris canonicalis, non obſtante aliquo
ſtatuto, nam tunc eſſet derogatum vtrique
ſtatuto, ſi enim obſtaret ſtatutum de voce,
non haberet plenitudinem iuris canonicalis,
vnde per diuerſa cenſebitur etiam illi dero-
gatum *Felin. in c. conſtitutus. 19. in fin. de reſcript.*

Verum iſtis non obſtantibus contrariũ eſt con-
cludendum in caſu, de quo agimus, Nam
quamuis mandetur per Summum Pontificẽ,
quod tales canonici admittantur cum pleni-
11 nitudine iuris canonicalis, † Tamen iſta ad-
miſſio fuit facta ſine præiudicio antiquorum
canonicorum, quo caſu in nihilo cenſetur il-
lis præiudicatum circa eorum emolumenta
cum talis clauſula ſit præſeruatiua iurium
competentium illis, ad quorum commodum
fit reſeruatio, declarando mentem Papæ,
quod videlicet noluerit auferre ius canoni-
corum antiquorum *Caſtr.* in ſimili caſu in-
ueſtituræ Epiſcopi *conſ. 311. circa id quod primo quæritur. col.3. poſt med. verſ. circa tertium principale quæſitum. n.4. lib.1.* quem
ſequitur *Pariſ. conſ. 70. n.19. lib.3. per tex. in*
12 *l. penult. ff. de teſtam. tut.* † & concludunt om-
nes in *c. cum venerabilis. de exception. Idem Pariſ. conſ. 5. n. 40. & 41. lib. 1. & conſ. 23. n. 142. eod. lib. Put. deciſ. 297. n. 27. lib. 1. Caputaq. deciſ. 119. ad med. par. 1. Ferrett. conſ. 320. aliàs 321. n. 1. lib. 2. Oldrad. conſ. 237. Card. Seraphin. deciſ. 144. n. 6.*

Ideo per talem reſeruationem quidquid geri-
tur eſt conditionale, operando, quod quate-
13 nus inferatur præiudicium † perinde ſit, ac ſi
actus non fuiſſet geſtus *l. teſtamento centurio. 51. §. 1. ff. de manum. teſtam. Pariſ. conſ. 23. n.142. lib. 1. Bald. in c. fin. col. vlt. quæ fuit prim. cauſ. beneſic. amittend. Abb. in*

c. 2.

Digitized by Google

*c. 2. de feud. Brun. conſ. 23. Signorol. conſ.
60. col. 2. Rot. coram Card. Blanchetto Re-
gien. feudi de Zobolis. 24. Nouembris* 1586.
cum alijs in tract. de clauſul. p. 1. clauſul. 157.
*n. 1. ad fin. & p. 4. clauſul. 8. n. 4. Peregr. de
fideicommiſſ. art. 47. n. 29.* plenè *Bertram. ad
deciſ. Sanctiſſ. 332. n. 6. ad med. Put. deciſ. 32.
n. 1. & 4. lib. 2.* vbi etiam ampliat, quod non
erit receſſum ab iſta reſeruatione, quamuis
poſtea fierent aliqui actus abſque ea, Cum
enim talis reſeruatio fuerit facta in ipſamet
diſpoſitione, ita poſtea executa partibus cō-
14 ſentientibus, † non attenditur, quod poſtea
ſequantur alij actus ſimpliciter geſti abſque
dicta reſeruatione, nā ab ea nunquam cenſe-
tur receſſum, quidquid aliud ſit quando re-
ſeruatio fieret in præparatorijs ad actum,
ſeu præambulis ipſius, tunc enim ex inter-
uallo videretur ab ea receſſum, & ita proce-
dunt contraria, iuxta *tex. in l. cum plures.
§. locator horrei. ff. locat. & in l. per reten-
tionem. C. de vſur. Felin. in c. cum m. ferra-
rienſis. 9. col. 29. n. 68. & 69. de conſtitut.* & in
propoſito bene declarat *Alex. conſ. 27. atten-
tis narratis in themate. col. 2. in princ. n. 4.
lib. 3. poſt Imol. in l. quoties. §. tantundem.
ff. de hæredib. inſtituend. & in l. titia. §. idem
15 reſpondet. il 1. ff. de verbor. obligation.* † Cum
enim iſta fuerint dicta, & firmata in ipſa di-
ſpoſitione, & reſeruatione poſtea ſubſecuta
iuxta formam illius eſt acquiſitum ius parti,
itaut non ſit veriſimile, quod etiam ex geſtis
ex interuallo voluerit quis iuri ſuo renun-
ciare *l. cum de indebito. in princ. de pro-
bation. c. ſuper hoc. de renunciation.* & iuxta
d. deciſ. Put. ita etiam ſeruat *Rot. coram
Card. Blanchetto Caputaquen. præcedentia.
17. Iunij* 1577. *& coram Cardin. Pamphilio
Rauennaten. vallium. 7. Maij* 1591.

Amplius, quamuis talis reſeruatio non fuiſſet
per Summum Pontificem appoſita, nihilo-
16 minus ſemper ſubintelligeretur, † cum in
ſimilibus conceſſionibus nunquam veniat,
quod eſt alteri quæſitum *c. ex parte. de offic.
deleg. l. 2. §. ſi quid à principe. ff. ne quid in
loc. public. Felin. in c. capitulum. col. 17. de
reſcript. Ferret. conſ. 283. n. 16. lib. 2. Affl.
deciſ. 361. n. 19. 20. & 37. Pariſ. conſ. 23. n.
17 143. lib. 1.* † Quod etiam vltra ius commune
diſponitur in *regul. Cancellar. de iur. quæſit.
non tollend.* per quam Papa præſeruat in
qualibet Signatura ius tertij *Ferret. conſ.
283. n. 15. in fin. lib. 2.*

Quare etiam videmus, quod per erectionem
18 Eccleſiæ collegiatæ in cathedralem † non
cenſetur vnquam derogatum iuri alterius,
niſi in quantum Summus Pontifex exprimit
*extrauag. vlt. de conceſſ. præbend. inter ex-
trauag. Io. XXII. Rebuff. in prax. benefi-
cial. tit. de erection. in collegiat. poſt med.
fol.* 231. Quod magis procedet, quando ere-
ctio eſſet facta ſine alterius præiudicio, tunc
enim canonici talis Eccleſiæ nouiter erectæ
nōn præiudicabunt iuribus aliorum anti-
quorum, cum per talem reſeruationem fir-
metur ius in omnibus non expreſſis *Gloſ. in
c. 1. §. in eos. in verb. quantum. de priuileg.
in 6. Rot. diuerſor. deciſ. 186. n. 4. p. 1. & de-
ciſ. 705. n. 4. ead. par. Oldrad. conſ. 114. Aim.
conſ. 127. n. 7.*

Maximè, quia Summus Pontifex in creatione
iſtorum nouorum Canonicorum, vltra clau-
ſulam ſine præiudicio antiquorum, expreſſit
redditus, & fructus, & diſtributiones, quas
particulariter debent habere noui Canonici,
quæ adeo ſunt pingues, vt excedant in ma-
gna quantitate emolumenta, quæ ab anti-
19 quis canonicis percipiuntur, † Vnde iſta
expreſſio magis firmabit regulam in caſibus
non expreſſis, itaut ex hoc non reddatur in-
compatibilis talis clauſula ſine præiudicio,
cum diſpoſitione principali, quo caſu illa
magis operatur effectum ſuum præſeruando
præiudicium alterius, cum poſſit ſtare vna
cum principali diſpoſitione *Card. Seraphin.
deciſ. 399. in fin. & deciſ. 1343. n. 1. Put. de-
ciſ. 380. n. 1. lib. 1.*

Et quamuis receptio nouorum canonicorum
ſit cum plenitudine iuris canonicalis, quo
inſpecto omnia iura alijs competentia etiam
illis competunt, vt dictum eſt, Tamen cum
habeamus in conceſſione iura expreſſa, quæ
20 modo illis conceduntur, † talis clauſula ſine
præiudicio intelligetur reſpectu aliorum
non expreſſorum, in quibus erunt reſeruata
iura aliorum Canonicorum, & ſic talia verba
intelligentur de alio quocumque præiudi-
cio, quàm de expreſſo iuxta *conſ. Oldrad.
330. in fin. verſ. ſed obiectum iſtius. Gomeſ.
ad reg. de non tollend. iur. quæſit. q. 1. col.
vlt. ad med. Pariſ. conſ. 16. n. 30. & conſ. 70.
n. 12. lib. 1. Put. deciſ. 133. lib. 3.* Caputaq.
deciſ. 284. p. 1. iuxta doctrinam *Bart.* com-
muniter approbatam in *l. fin. §. idem quæſi-
nit. verſ. circa prædictam clauſulam. ff. de
condict. indeb. Rot. coram Sanctiſſ. Romana
hæreditatis à Bordeſia. die 18. Aprilis 1575.
Creſcent. deciſ. 7. de iurepatronat. Mandoſ.
conſ. 10. n. 14.*

Exemplo decreti à Iudice interpoſiti cum
21 clauſula, ſi & quatenus de iure, † quæ de-
bet intelligi præter decretum, ſeu edictum
decreti interpoſiti, cuius defectum Iudex
intendit ſupplere *Bart. in l. cum propter.
in fin. ff. de legat. præſtand. Imol. in l. ſi
quando. in princ. n. 1. ad med. verſ. quid au-
tem ſi iudex. ff. de legat. 1.* Prout etiam dici-
mus de teſte, qui ſi deponat aliquid eſſe fa-
22 ctum in præſentia Titij, & Caij, † ſi poſtea
interrogatus dicat non eſſe factum in præ-
ſentia alicuius, intelligetur præter expreſ-
ſos, videlicet Titium, & Caium *Alex. in l.
non erit. §. dato. n. 5. ff. de iniur. Gomeſ. de
iur. quæſit. non tollend. q. 1. in fin.*

Alterum, de quo quæritur, eſt deciſum ex eiſ-
dem litteris Sanctiſſimi in erectione ſex no-

Digitized by Google

uorum Canonicorum, in quibus præcisè di-
ſponitur, quod dicti ſex canonici, & eorum
quilibet ſtallum in choro, & vocem, & lo-
cum in capitulo dictæ Eccleſiæ, & quibuſ-
cumque proceſſionibus, & actibus capitula-
23 ribus, † ſicut quilibet ex decem, & octo ca-
nicis antiquis, immediatè tamen poſt vlti-
mum ex dictis antiquis canonicis, tunc inibi
præſentibus habere debeant, ex quibus ver-
bis clarè colligitur, quod Summus Pontifex,
neque circa præcedentiam voluit in aliquo
fuiſſe præjudicatum antiquis canonicis, cum
ſemper totum corpus canonicorũ antiquo-
rum debeat ſtare vnitum, abſque eo, quod
aliquis ex nouis canonicis poſſit prætendere
ratione antiquitatis ante eos ſtare, cum poſt
vltimum ex antiquis fuerit illis aſſignatus
24 locus, † & cum habeamus caſum legis, ſeu
ſtatuti non eſt aliud quærendum *c. porro. de
priuileg. Bald. in l. gallus. §. ſi eius. in 2.
notab. ff. de liber. & poſthum. Dec. conſ. 563.
duo dubia. n. 7. & 8. Corn. conſ. 109. in fin.
lib. 1. Surd. conſ. 58. n. 3.*

Neque obſtat, quod non ſit conueniens, vt po-
ſtea receptus præferatur antiquiori canoni-
25 co, † qui potius debet præcedere propter
maiora onera, & ſeruitia, quæ in Eccleſia
ſubijt *c. miramur. ad fin. 61. diſtinct. l. 2.
in fin. C. de offic. magiſtr. officior. Gloſ. in
c. vlt. in verb. antiquiores. de conſuetud. in
6. Caſſan. in catalog. glor. mund. p. 11. con-
ſider. 17. col. penult. ad med. verſ. & non ſo-
lum antiquitas. Gonzal. ad reg. 8. cancellar.
26 in proœm. §. 3. n. 25. & 26.* † vbi quod hoc
maximè procedit, quia iſtæ præheminentiæ
ſunt fructus, & emulumenta poſſeſſionis ca-
nonicatus *Gloſ. in c. cum olim. in verb. capi-
tulo. poſt med. de maiorit. & obedient. Silu.
de beneſic. p. 3. q. 40. n. 4. Caſſad. deciſ. 3. n. 6.
de penſionib.*

Quia illa procedunt de iure communi, ſecun-
dum quod antiquior habet illas prærogati-
27 uas, † ſecus vbi habemus particularem di-
ſpoſitionem, & ſtatutũ, ſeu conſuetudinem,
quæ in huiuſmodi præcedentijs attenditur
*Bald. in c. cum olim. n. 1. & 2. de conſuetud.
Rot. deciſ. 4. in fin. de elect. in nou. Menoch.
conſ. 126. n. 3. lib. 2. Nauar. conſ. 2. de ma-
iorit. & obedient. Ruin. conſ. 155. n. 4. lib. 4.
Rot. coram Card. Blanchetto Oriolen. præce-
dentiæ in choro. 2. Decembris 1592. & coram
R. P. D. Gypſio Aſten. Sedis. 9. Iunij 1593.
28 & 21. Maij* 1597. † Maximè, quia Summus
Pontifex non conſiderauit iſtam antiquita-
tem poſſeſſionis etiam in præcedentijs inter
ipſos ſex canonicos nouos, cũ voluerit præ-
ferri Doctores, & Theologos etiam illis,
qui prius fuerunt recepti, vnde multò minus
iſta antiquitas erit conſiderata in præiudi-
cium primorum decem, & octo canonico-
rum, quibus nunquam voluit Papa præiudi-
care, Ideo quidquid aliud ſit de iure, non eſt
modò ad illud recurrendum ſtante particu-
29 lari diſpoſitione, † quæ præualet *Bald. in
l. omnes populi. vbi Caſtr. in princ. & Iaſ.
in 1. lectur. n. 10. ff. de iuſtit. & iur.* & in
propoſito præcedentiæ *Rot. coram Card. Se-
raphino. Meliten. præcedentiæ 11. Maij 1579.
quæ eſt in impreſſis deciſ. 404. n. 1. & 2.*

Poſt hæc ſcripta fuerunt denuo oppoſita mul-
ta, quæ tamen in idem reincidunt; ideo vt
magis ſit ſatisfactum parti, opus erit aliqua
ex ſupra adductis repetere, & dum dicitur,
quod appellatione prouentuum non veniant
diſtributiones quotidianæ, quas prætendunt
30 Canonici noui, † Reſpondetur, quod immo
nomen prouentus eſt generale ad omnem
redditum vndecumque prouenientem etiam
ex facto hominis, vt funeralia, & oblationes,
vel quæ ex ſigillo, & ſimilibus obueniunt
Boer. deciſ. 224. n. 5. Gutier. conſ. 8. n. 3.
iuxta diſpoſitionem *tex. in c. dilectus. il 1.
in fin. & c. dilectus. il 2. vbi Gloſ. in verb.
aſſignari. de præbend.* & apertè deciditur per
*Bonif. VIII. in extrauag. vnic. col. penult.
ad med. verſ. & quia non occurrit nobis. de
decim. inter extrauag. commun. lib. 3.*

Et quidquid ſit, ſiue nomen prouentus compræ-
hendat diſtributiones quotidianas, necne,
Tamen ſemper verum eſt, quod ſtante diſpo-
ſitione præſeruatiua, cum clauſula ſine præ-
iudicio, debent eſſe reſeruata Canonicis an-
tiquis omnia iura, & emolumenta eis com-
petentia, & quomodocumque vtilitatem
afferentia, & ſic non poterit eis præiudicari
31 in diſtributionibus quotidianis, † quæ ve-
niunt nomine emolumentorum, cum ſint vti-
litates prouenientes ex canonicatibus, ſeu
portionibus *Put. deciſ. 375. n. 2. lib. 2. Card.
in clem. ſtatutum. in princ. de election. Surd.
conſ. 162. n. 1. vſque ad 4. lib. 2. Archidiacon.
& Io. Andr. in c. 1. in princ. de teſtib. & atte-
ſtationib. in 6. Boer. deciſ. 224. n. 6. Alciat. in
l. ſi quis maior. vbi Bertazol. n. 636. vſque ad
641. C. de tranſaction. Gutier. conſ. 8. n. 4.*

Cum etiam Summus Pontifex in creatione
iſtorum ſex nouorum Canonicorum, vltra
clauſulam ſine præiudicio antiquorum, ex-
preſſerit, quid debeant habere dicti ſex Ca-
nonici noui, vt dictum eſt *ſupr. n. 19.* Vnde
ex hoc magis colligitur mentem Papæ fuiſ-
32 ſe, † quod vnuſquiſq; Canonicorum ſit con-
tentus emolumentis ſibi aſſignatis etiam
pro diſtributionibus quotidianis, abſque eo,
quod quærat præiudicium facere in iuribus
competentibus antiquis Canonicis, quæ in
ſpecie per clauſulam ſine præiudicio ſunt re-
ſeruata, vt dictum eſt, Quare talis reſerua-
33 tio debet conſeruare omnia iura canonico-
rum intacta *Gloſ. in c. 1. §. in eos. in verb.
quantum. de priuileg. in 6. Oldrad. conſ. 114.
& conſ. 237. in fin. Bart. in l. penult. C. de-
poſit. Natt. conſ. 636. n. 199. Becc. conſ. 74.
n. 16. & 34. lib. 1. Cephal. conſ. 236. n. 17.
Menoch. conſ. 2. n. 57. lib. 1. Surd. conſ. 152.
n. 29. lib. 2.*

Minus

Minus obſtat, quod ſex Canonici noui debeant
gaudere vniformiter, & pariformiter, prout
Canonici antiqui iuxta diſpoſitionem Bullæ
33 erectionis, † Quia iſta pariformitas decla-
ratur per Summum Pontificem, vt ſemper
debeat eſſe abſque præiudicio Canonicorum
antiquorum, vt in eadem Bulla continetur,
vnde habebit locum in caſibus, in quibus
tale præiudiciũ non adſit, videlicet in priui-
legijs, immunitatibus, libertatibus, faculta-
tibus, prærogatiuis, & gratijs quibuſcum-
que, ſtallo in choro, loco, & voce in capi-
tulo, proceſſionibus, & alijs actibus capi-
34 tularibus, † & ſimilibus ſpecificatis in di-
cta Bulla, quæ in huiuſmodi caſibus expreſ-
ſis intelligetur, cum in alijs non ſpecificatis
remaneat ſemper excepta dicta clauſula ſine
præiudicio *Oldrad. Pariſ. Put. & alij de*
quibus ſupr. n. 20. & 21. Card. Seraph. de-
ciſ.756.n.2. & deciſ.1445.n.4. Honded.conſ.
86. n. 46. lib.2. Schrader. de feud. p. 6. c. 4.
n.38. & 39. Rot. diuerſ. deciſ. 236. n. 3. p.1.
cum alijs in tract. de clauſul. par.1. clauſul.
158. n.3. & p.4. clauſ.8. n. 5. Argel. de con-
trad. legit. q.12.n.9. Barboſ.clauſul.91.in fin.
Quare per huiuſmodi clauſulam ſine præiudi-
35 cio præſeruatur ius tam in poſſeſſorio, † quã
in petitorio, etiam quo ad effectum manu-
teotionis *Peregr. de fideicommiſſ. art.47.n.*
20. & art. 48. n. 36. & conſ. 2. n. 63. lib.1.
Put. deciſ.32. lib.2. Card. Seraph.deciſ 403.
n. 1. & 2. Rot. diuerſ. deciſ. 1013. p. 3. lib. 3.
cum alijs latè per *Beltram.ad deciſ.Sanctiſſ.*
332. n. 6. vbi allegantur concordantes deci-
ſiones *Honded. conſ.86. n.44. lib. 2.*
Quibus additur, quod alias in ſimili caſu re-
ſoluit *Rot. coram R. P. D. Pamphilio Me-*
diolanen. decimarum. 8. *Iunij* 1612. *qua eſt*
36 *deciſ.419. p.1. in recent.* † vbi agebatur de
diſmembratione Eccleſiæ S. Ambroſij ab al-
tera Eccleſia S. Iuliani, & ab omni illius de-
pendentia, & ſuperioritate, cum alijs clau-
ſulis ampliſſimis ibidem inſertis, quæ fuit
declarata valida quo ad omnia, præterquam
ad ea, ex quibus inferebatur præiudicium
Canonicis Eccleſiæ S. Iuliani, cum conceſſio
diſmembrationis fuerit facta per Summum
Pontificem, cum clauſula ſine præiudicio ali-
cuius, per quam fuit præſeruatum ius cano-
nicorum ſuper decimis cõpetens, quod pro-
pterea penes eoſdẽ remanſit *Put. deciſ.197.*
37 *n.23. lib.1. Caputaq. deciſ. 119. p.1.* † Præſertim,
quia tales decimæ erant prius ante diſmem-
brationem applicatæ dictis Canonicis, vnde
non eſt dicendum, quod debeant applicari
canonicis nouiter erectis, vt dicitur in dicta
deciſ. Mediolanen. decimarum. coram R. P.
D. Pamphilio. 8. Iunij 1612. & prius etiam
concluſum fuit in cauſa *Conchen decima-*
rum de Villanueua. 5. Maij 1600. *coram*
Card. Pamphilio.
Neque obſtat *conſ. Caſtr. 170. viſo puncto con-*
traſcripto. lib. 1. quem refert *Card. Thuſcus*
concluſ.514. in verb. diſtributiones quotidia-
38 *næ. n.12. & 13. tom. 2. fol.731.* † Quia multa
ibi conceduntur ad fauorem Canonicorum
antiquorum, videlicet, quod circa diſtribu-
tiones quotidianas nihil ſit acquiſitum no-
uis Canonicis ſtante clauſula ſine præiudi-
39 cio, † Prout etiam idem dicendum eſt de
mortuarijs, ſeu anniuerſarijs pro mortuis
præteriti temporis, quæ inceperunt dari Ca-
nonicis veteribus ex teſtamentis iam defun-
ctorum, iſta enim pertinent in ſolidum ad
antiquos canonicos, quia ſunt effecta de
menſa illorum, nec habent aliquid partici-
pare noui Canonici, cum hoc non poſſit fieri
quin veteribus diminueretur, quod eſt pro-
40 hibitũ per clauſulam ſine præiudicio, † quid-
quid aliud ſit in mortuarijs nouis, quæ de
cætero obueniunt, quando ſunt talia, de qui-
bus poſſint participare ſine damno veterũ,
vt ſunt illa, quæ offeruntur cum mortuis ſin-
41 gulariter cuilibet canonico, † vt cerei, can-
delæ, & nummi, qui ſingulis diſtribuuntur
abſque diminutione, & damno antiquorum,
tanquam per iſta potius onerentur ſoluen-
tes, qui debent dare plus, quam darent ſolis
42 veteribus, & ſic cum illis nouis proſit, † &
non noceat antiquis, debet concedi *l. 2. §.*
idem varus. ff. de aqu. pluu. arcend. l. in
creditore. ff. de euiction.
Et quamuis *Idem Caſtr. d. conſ.170. lib.1.* con-
cludat, quod ea, quæ nouiter relinquuntur
Capitulo, & Canonicis debeant diuidi inter
43 nouos, & antiquos, † tanquam vnum ſit ca-
pitulum, quod conſtat ex vtriſque argumen-
to *l. iuriſperitus. §. cum oriundus. ff. de*
excuſat. tutor. Maximè, quia propter vtili-
tatem priuatam antiquorum canonicorũ,
non debet omitti vtilitas publica, & honor
44 & decus Eccleſiæ, † quod conſiſtit in aug-
mento canonicorum *auth. res quæ. in fin.*
C. commun. de legat.
Nihilominus in caſu noſtro eſt aliter conclu-
dendum, Nam quidquid ſit de prædictis, ha-
bemus obſeruantiam diuturnam, per ſpa-
tium centum annorum, ſecundum quam om-
nia ceſſerunt ad commodum antiquorum,
45 abſque vlla participatione nouorum, † Vnde
per iſtam obſeruantiam tanti temporis ſatis
dicitur declarata conceſſio nouis canonicis
facta, quod nihil fuit eis acquiſitum, nec po-
tuit acquiri ex huiuſmodi relictis, & alijs in
futurum relinquendis *l. ſi de interpretatione.*
ff. de legib. Aim. conſ.10. n.9. Gabr. conſ.66.
n.24. lib.2. Cardin. Mantic. deciſ.296. n.3.
& ita in ſpecie ſimilium conceſſionum talem
obſeruantiam attendi deciſum fuit per *Ro-*
tam in d. cauſa Mediolanen. decimarum
coram R. P. D. Pamphilio. 8. Iunij 1612.
46 *poſt med.* † & concludunt omnes in propo-
ſito noſtro in *c. cum m. ferrarienſis. vbi Fe-*
lin. n. 23. in fin. verſ. limita tertio. Rip. n.
187. de conſtitut. Imol. in clem. vlt. vbi Card.
q. 4. de præbend. Feder. conſ. 291. Staphil.

*de expectatiu. form.*1.*n.*11. *&* 12. *Monet. de*
diſtribut. quotidian. p. 2. *q.* 1. *n.* 12. cum
alijs per *Rot. coram Card. Pamphilio. Con-*
chen. decimarũ de Villanueua. 5. *Maij* 1600.
Accedat tranſactio, per quam omnes iſtæ diffe-
rentiæ inter canonicos antiquos, & nouos
47 fuerunt definitæ, † adeo vt ſtante tali tranſa-
ctione impediatur ingreſſus cauſæ, & obſtet
exceptio litis finitæ *c.* 1. *de lit. conteſtat. in*
6. *l. cauſas.* C. *de tranſact. Bart. in l. elegan-*
ter. § ſi quis poſt. ff. de condict. indebit. Surd.
*conſ.*451.*n.*16. *cum ſeq. lib.*3. vbi etiam quod
fundans ſe in tranſactione dicitur habere in-
48 tentionem ſuam fundatam à iure, † per quod
tollitur omnis retractatio, itaut non habeat
locum remedium *l.* 2. C. *de reſcindend. ven-*
dit. Dec. qui de communi, & veriori opi-
nione teſtatur *conſ.*215. *viſa tranſactione.*
col. 2. *ad med. n.*3. *poſt Gloſ. in c. cum cauſa.*
in verb. reſtituerent. de empt. & vendition.
*Alex. conſ.*42.*n.*11.*lib.*1. *& in l. ſi quis cum*
*aliter. ff. de verbor. oblig. Abb. in c.*1.*not.*3.
*de tranſact. & conſ.*12. *lib.* 2. latiſſimè *Me-*
*noch. conſ.*401.*n.*157.*lib.*5. *& conſ.*727.*n.*33.
Neque obſtat, quod talis tranſactio non præ-
49 iudicauerit præſentibus cannnicis, † Quia
cum ſimus in tranſactione bona fide facta, &
ſuper re dubia, & lite incerta valet, & per
ſequentes vocatos eſt ſeruanda *l. præſes.* 12.
C. *de tranſact.* dixi latè *ſupr. c.* 476. *n.* 1.
*vſque ad n.*4. *tom.*3.
Minus obſtat defectus beneplaciti Apoſtolici,
Quia ſtante diuturnitate temporis cum ob-
ſeruantia ſubſecuta præſumitur obtentum,
50 Itaut ſufficiant triginta anni, † nedum cen-
tum, qui adſunt in caſu noſtro *Gloſ. in c.*
peruenit. de empt. & vendit. Anchar. conſ.
136. *n.*2. *Iaſ. conſ.*114. *n.*3. *lib.*1. *Gabr. conſ.*
36. *n.* 51. *lib.* 1. *Aldobr. conſ.*1. *n.* 175. *Alex.*
*conſ.*17. *n.*8. *lib.*4. *Rot. deciſ.*694. *n.*5. *p.*1. *in*
recentior. Corn. conſ. 109. *n.* 7. *lib.* 3. *Card.*
*Seraph. deciſ.*1319. *n.* 3. *& deciſ.*792. *n.*1. *&*
*deciſ.*671. *n.*1. *Surd. conſ.* 28. *n.*98. *lib.*1. *&*
conſ. 181. *n.* 1. *lib.* 2.
Quæ procedunt ſiue tale beneplacitum fuerit
51 enunciatum, † ſiue non *Felin. in c. albericus.*
*n.*4. *ad fin. de teſtib. Put. deciſ.*365.*n.*4. *&* 7.
*lib.*2. *Rot. diuerſ. deciſ.* 379. *p.* 2. *Card. Se-*
raphin. deciſ. 1042. *n.*3. vbi quod ita perpe-
tuo ſeruatur in *Rot.* vt per *Card. Pamphil.*
Mediolanen. reſciſſionis permutationis. 10.
Ianuarij 1597. vbi allegantur concordantes
deciſiones *Prax. Archiepiſcopal. Neapolitan.*
52 *per Genuenſ. c.* 106. *n.*1. *ad med.* † Quamuis
hoc dictum ſit ex abundanti, quia in caſu
noſtro adſunt centum anni, tunc enim etiam
ceſſante poſſeſſione, & patientia, & ſcientia
partis, etiam abſque aliqua enunciatione
præſumerentur omnes ſolemnitates *Aim. de*
*antiq. tempor. §. vidimus. n.*18. *verſ. ceſſante*
*autem. Couar. pract. quaſt. c.*21. *col. penult.*
*in princ. verſ. immo erit neceſſaria. n.*7.
Et quamuis ſolemnitas non præſumatur inter-
ueniſſe ex curſu longiſſimi temporis, quan-
53 do ex actis conſtat illam non adfuiſſe, † Ta-
men hoc non procedit, quando talis ſolem-
nitas, prout eſt beneplacitum Apoſtolicum,
potuit ante, vel poſt actum adhiberi, tunc
enim ſola inſpectio actorum non probat il-
lam non fuiſſe adhibitam *Alex. conſ.* 219. *n.*
25. *lib.*6. *Dec. conſ.* 341. *n.*13. *verſ. non ob-*
*ſtat. & conſ.*409.*n.*12. *Roland. conſ.*99 *n.*33.
*lib.*2. *Cephal. conſ.*171.*n.*40. *Surd. deciſ.*334.
n. 19. *in fin. par.* 2.
Obſeruandum tamen eſſet in prædictis, an le-
gata, quæ hodie relinquuntur Canonicis
54 pro miſſis, † & alijs operibus pijs ſint relicta
contemplatione omnium Canonicorum tam
veterum, quàm nouorum, vel intuitu Eccle-
ſiæ, ſeu Capituli, vel an fuerint contemplati
Canonici, vt ſinguli, vel vt Collegium, ſeu
reſpectu ordinis, vel antiquitatis, vel alte-
rius qualitatis vniuſcuiuſque ſecundum ſta-
tuta Eccleſiæ, tunc enim omnibus iſtis con-
ſideratis, erit faciẽda diſtributio potius vni,
quã alteri, & plus alteri quã vni, & applica-
buntur talia relicta aliquando Eccleſiæ, ali-
quãdo menſæ capitulari, iuxta cõiecturas, &
55 præſumptiones, † quæ colligentur ex mente
relinquentium huiuſmodi legata, prout latè
diſtinguunt Doctores in *c. cum m. ferrarien-*
*ſis. vbi Rip. n.*11. *de conſtitut. & in c. requi-*
*ſiuiſti. vbi Card. n.*3. *q.* 10. *ad fin. & Couarr.*
*n.*10. *de teſtament. Card. Mantic. de coniect.*
vltim. voluntat. lib. 8. *c.* 6. *n.* 4. 22. *&* 24.
Menoch. præſumpt. 113. *n.* 6. *lib.* 4. *Prax.*
*Archiepiſcop. Neapolitan. per Genuenſ. c.*72.
n. 7. *ad fin. Ceuall. q.* 278. *ad med. p.* 1. *fol.*
197. *Socin. in l. cum ſenatus. n.*8. *ff. de reb.*
dub. Surd. de aliment. tit. 5. *q.* 6. *n.* 7. 13. *&*
20. *Alphonſ. Perez. de anniuerſar. & capel-*
lanijs. lib. 1. *c.* 17.
In huiuſmodi cauſa Panormitana preheminen-
56 tiarum, & canonicatuum † poſt diſcuſſionem
omnium, quæ ſuperius ſunt adducta, ante-
quam in Curia iudicium inchoaretur fuit
poſtea commiſſa cauſa in Rota, & vt clarius
poſſent terminari plures difficultates, quæ
ex ſupra allegatis proponebantur, fuit prius
quæſitum in quo loco ſedere, & incedere
debeant ſex canonici regij nouiter erecti,
quando conueniunt in choro, & capitulo, ac
proceſſionibus, alijsq. actibus cum decem
& octo canonicis antiquis, & *die* 9. *Iunij*
57 1621. *coram R. P. D. Coccino.* † fuit deciſum,
quod ſedere debeant poſt dictos decem &
octo canonicos antiquos propter particula-
rem diſpoſitionem Papæ, in qua expreſsè
mandatur, vt dicti ſex canonici noui habeãt
locum in omnibus ſupradictis actibus poſt
vltimum ex canonicis antiquis, tunc ibidem
præſentibus, vt dictum eſt *ſupr. n.*23. *&* 24.
58 Cum etiã adſit tranſactio † poſt erectionem
ſex canonicorum nouorum facta, in qua eis
aſſignatur ſtallum ex vtraque parte chori
poſt ſtallum antiquorum canonicorum per
quam

Digitized by Google

quam declaratur diſpoſitio Summi Pontifi-
cis dum talem erectionem fecit ex rationi-
bus, de quibu *ſupr. n. 45. vſque ad 53.* vbi
etiam reſpondetur ad defectum beneplaciti;
Quamuis neque tàle beneplacitum eſſet ne-
ceſſarium, cum ſimus in conuentionibus re-
59 ſpicientibus præheminentias, † quæ abſque
alio beneplacito Apoſtolico ligant etiam
ſucceſſores, iuxta *decif. Rot. coram R. P. D.
Dunozet. Cuſentina præcedētia.6.Iunij* 1618.
Stantibus præſertim ſtatutis Eccleſiæ, ex qui-
bus conſtat, quod Canonici antiqui debent
60 eſſe in ordine ſacerdotali, & diaconali, † ſex
autem Canonici nouiter erecti in ordine
ſubdiaconatus, itaut ex hoc ſit danda præ-
cedentia antiquis, tanquam dignioribus cum
aſſignatione primi loci, iuxta diſpoſitionem
*c. ſtatuimus. de maiorit. & obedient. Rot.
coram R. P. D. Dunozet. Vercellen. vnita-
tis capituli. 18. Aprilis* 1614. Quo ad alia
dubia, quæ in huiuſmodi cauſa proponentur
poſt illorum deciſionem fiet mentio Deo
dante in capite particulari.

EPITOME.

EGregiæ perſonæ quales ſint ad effectum, vt Iudex teneatur mittere notarium pro reſponſione articulorum, vel ſimilium. ¶ Et an conſenſus partis, & illius citatio, & præſentia requiratur. ¶ Originarius an ſortiatur forum loci originis. ¶ Et quid ſi ibi non fuerit repertus. ¶ Vel quando ſumus in loco domicilij. ¶ Vel in contractibus. ¶ Vel in delictis. ¶ Abſens cauſa Reipublicæ, ſeu Principis an ſit cogendus dimittere procuratorem. ¶ Et quando detur reſtitutio. ¶ Et quid ſi talis incumberet etiam ſuis negotijs. ¶ Et an debeant eſſe cauſæ graues. ¶ Et abſentia perpetua, & diuturna, & ante litem conteſtatam. ¶ Et quod tempus dicatur longum. ¶ Petens dimiſſionem procuratoris an teneatur probare, quod adſunt perſonæ idoneæ ad huiuſmodi munus ſuſcipiendum. ¶ Proximior, ſeu emphyteuta abſens ex iuſta, & neceſſaria cauſa an excuſetur, ſi non petit inueſtituram infra annum, quamuis non dimiſerit procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ egregiæ habent priuilegium, vt Iudex mittat ad eas notarium pro habenda reſponſione articulorum, cum ſimilibus ad cauſam pertinentibus. Amplia vt n. 3. & 4.*

2 *Egregiæ perſonæ, quæ dicantur.*

5 *Conſenſus partis non requiritur ad effectum tranſmittendi notarium ad domum perſonæ egregiæ, & ſufficit ſola citatio. n. 6. & an pars poſſit petere, vt ſit præſens quando iuratur coram dicto notario. n. 7.*

8 *Originarius ſortitur forum loci originis. Declara ſi ibidem fuerit repertus. n. 9. & 10. Fallit in loco domicilij, in quo non requiritur, vt quis reperiatur. n. 11.*

12 *In contractibus quis ſortitur forum loci contractus, dummodo ibi reperiatur. Secus in delictis. n. 13.*

14 *Abſens cauſa Reipublicæ non tenetur procuratorem dimittere. n. 22. & 31. & datur reſtitutio. n. 16. Intellige vt n. 15. 23. 34. & 37.*

17 *In caſibus, in quibus abſens cogitur ad dimittendum procuratorem, petens talem dimiſſionem debet probare, quod inuenitur perſona idonea ad huiuſmodi onus ſuſcipiendum.*

18 *Princeps non cenſetur voluiſſe derogare iuribus tertij, immo præcipit, vt reſcripta contra ius non obſeruentur. n. 19. & 20.*

21 *Proximior, ſeu emphyteuta abſens ex iuſta cauſa excuſatur, ſi infra annum non petijt inueſtituram, itaut ad hunc effectum, neque teneatur mittere procuratorem.*

24 *Abſentia cauſa Reipublicæ, ſeu Principis dicitur iuſta, & neceſſaria, vt quis non cogatur procuratorem dimittere. Amplia, quamuis talis incumberet etiam ſuis negotijs. n. 25. Declara vt n. 26.*

27 *Abſentia iuſta non duratura longo tempore, operatur, vt quis non teneatur mittere procuratorem, ſecus ſi ſit perpetua. Et quod tempus dicatur longum ad hunc effectum. n. 28. 29. & 30.*

32 *Non eſt veriſimile, quod procurator tractet cauſas graues diligenter, ſicut dominus. Et quæ dicantur tales. n. 33.*

35 *Iudex eſt miniſter iuris, & non debet derogare priuilegio per ius conceſſo, maximè ad petitionem partis. n. 36.*

CAP. DCCCLXVIII.

NOn eſt cogendus D. Comes ad reſpon-
dendum poſitionibus, & iurandum co-
ram Iudice, & perſonaliter coram illo com-
1 parendum, † cum tanquam egregia perſona
habeat priuilegium, vt Iudex mittat ad eum
notarium pro habenda ſimili reſponſione, &
iuramento *l. ad perſonas egregias. de iureiur.
c. ſi qui teſtium. 8. de teſtib. Menoch. de
arbitr. caſ. 70. n. 1. fol. 106. Grauat. ad Veſtr.
c. vlt. lib. 6. n. 11.* Et quod ſimus in perſona
2 egregia eſt clarum, † quia Comes eſt Orator
Sereniſſimi Ducis, & nobilis, & Comes, itaut
ſtante huiuſmodi triplici dignitate dicatur
perſona egregia ad hunc effectum, licet ſuf-
ficeret ſola nobilitas *Menoch. d. caſ. 70. n.
10. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 46. Farinac. de
teſtib. q. 77. n. 209.* Quidquid aliud teneat
Otalor. de nobilit. p. 5. c. fin. n. 16. Et quid in
mulieribus, & prægnantibus, presbyteris,
Senibus, Doctoribus, Aduocatis, Epiſcopis
pauperibus nobilibus, Infirmis, valetudina-
rijs, Militibus, & ſimilibus an gaudeant hu-
iuſmodi priuilegio, vt non cogantur ad pa-
latium venire, latè explicat *Farinac. d.
q. 77.*

Digitized by Google

q.77. n.202. vſque ad 244. & q. 78. n. 97.
Neque obſtar, quod Iudex ſit maximæ, & ſu-
premæ dignitatis, vt nõ deceat ipſum ire ad
3 domũ Comitis, † quia tũc debet ſubſtituere
alium *Felin. in c. ſi qui teſtium. n. 2. ad med.
verſ. primo niſi aliud. Aret. n. 2. verſ. niſi
fortè ſit tanta. de teſtib. Idem Felin. in c.
cum cauſam. 37. n. 21. & 22. eod. tit.* cum
4 alijs per *Farinac. d. q. 77. n. 237.* † Qui om-
nes loquontur etiam in cauſis criminalibus,
in quibus examinatio non ſolet committi
alteri, ſed eſt facienda per ipſum Iudicem
cauſæ *Gloſ. in c. conſtitutus. de fideiuſſorib.
& in c. licet mulieres. de iudic. in 6. Butr. in
c. ſignificauit. de offic. ordinar.*
Nec diſſenſus partis debet obſtare huic ſubſti-
5 tutioni per Iudicem faciendæ, † cum illius
conſenſus non requiratur, iuxta veriorem
opinionem, de qua teſtatur *Felin. in c. cum
cauſam. 37. n. 29. & 30. de teſtib. per tex. in
clem. 1. de offic. delegat. & in c. 2. de iudic.
in 6. Ang. in l. iudices. C. de fid. inſtrum.*
Citabitur tamen pars ad videndum fieri iſtam
6 commiſſionem, † ſeu ſubſtitutionem in alium
Iudicem, ad hoc vt ſciat quis ſubrogetur,
ne forſan ſit perſona ſibi ſuſpecta, & ob alias
cauſas, de quibus per Doctores in *c. ſi quis
teſtium. 8. vbi Bald. n. 9. Abb. n. 2. Felin.
n. 5. de teſtib. Farinac. eod. tit. q. 77. in fin.*
7 *n. 244.* † An autem pars poſſit petere, vt ſit
præſens quando iuratur coram iſto Iudice
ſubrogato, affirmatiuam ſententiam tenet
Felin. ibid. n. 5. Quamuis in muliere aliud
dicendum eſſet, iuxta *§. ſi vero mulier.
auth. vt litigant. iurent in exord. lit.*
Prout etiã idem Comes non poterit conueniri
in ciuitate ſuę originis in cauſis ciuilibus, de
8 quibus agimus, † Quamuis enim ſit origi-
narius illius loci, itaut ratione originis fo-
rum ibidem ſortiatur *l. 2. C. de iuriſdict.
omn. iudic. c. fin. de for. competent.* Tamen
hoc procedit, dummodo in loco originis re-
periatur, & non alias, nam quo ad iuriſdi-
9 ctionem amittitur forum originis, † quando
relinquitur domicilium originis, & alibi
nouum conſtituitur, ideo requiritur ad iſtum
effectum, quod in loco originis quis ſit re-
pertus *Bart. in l. aſſumptio. 6. §. filius. n. 2.
poſt princ. vbi Alex. in addit. in verb. item
in eo. in princ. ff. ad municipal. Idem Alex.
in l. cum quadam puella. 19. n. 5. vbi Caſtr.
n. 6. Dec. n. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic. Abb.
in c. poſtulaſti. n. 4. de for. compet. Affl. de-*
10 *ciſ. 384. n. 6. Gail.* † qui de communi teſtatur
lib. 2. obſeruat. 36. n. 12. Boſſ. qui etiam de
communi *de citationib. n. 30. & de for. com-
petent. n. 73. Cephal. conſ. 414. n. 49. & 58.
lib. 3. Barthol. Socin. conſ. 79. n. 8. lib. 4.* latè
*Marian. Socin. in c. fin. vbi Imol. de for.
compet. Butr. in c. accedens. 3. 2. vt lit. non
conteſtat. Ruin. conſ. 290. n. 14. lib. 2. Clar.
in §. fin. q. 39. in princ. n. 2.*
Et in hoc differt locus domicilij, à loco origi-
11 nis, nam in iſto quis non ſortitur forum, † ſi
ibi non reperiatur, vt dictum eſt, cum in illo
aliud ſit, ſiue reperiatur, ſiue non, tanquam
potentius ſit ius domicilij, quam originis
ratione fori *l. 4. §. prætor ait. ff. de damn.
infect. c. cauſam. vbi Gloſ. in verb. ad do-
mum. de dol. & contumac. Gail. d. obſeruat.
36. n. 12. lib. 2.* & concludunt *Alex. & alij*
communiter in *l. cum quadam puella. ff. de
iuriſd. omn. iudic.*
Quemadmodum dicimus in contractibus, quo-
rum ratione quis ſortitur forum in loco, vbi
12 contraxit, † ſi tamẽ ibidem reperiatur, vt di-
ctum eſt de originario *c. 1. §. contrahentes.
de for. compet. in 6. Ang. in l. hæres abſens.
§. ſi quis tutelam. n. 14. ff. de iudic. Marian.
Socin. in rubr. de for. compet. n. 15. poſt Bart.
in l. aſſumptio. §. filius. n. 2. ff. ad municipal.
Alex. in l. cum quadam puella. n. 5. vbi Ca-
gnol. n. 22. poſt med. verſ. & quod dictum
eſt. de iuriſd. omn. iudic. Gail. obſeruat. 36.*
13 *n. 14. lib. 2.* † vbi extendit etiam ad delicta,
quorum occaſione quis ſortitur forum loci,
in quo deliquit, ſi ibi reperiatur, licet hoc
non ſit tutum, cum in delictis non requira-
tur iſta qualitas reperitionis, etiam quod
eſſemus in loco originis, vt per *Clar. in §.
fin. q. 38. & 39.*
Cum igitur D. Comes non poſſit in dicto loco
conueniri, vt dictum eſt, non debemus quæ-
rere an teneatur ibidem conſtituere procu-
ratorem, quamuis neque iſta conſtitutio
procuratoris eſſet facienda, licet concede-
retur, quod poſſet in eodem loco conueniri,
quod tamen negatur ex ſupra allegatis,
14 Etenim † ſumus in abſente ex cauſa Sereniſ-
ſimi D. Principis, quæ tanquam neceſſaria,
prout illa Reipublicæ, vel alia ſimilis iuſta
facit, vt quis non teneatur procuratorem
dimittere *Gloſ. in c. 1. in verb. abſentia. vbi
Iſern. n. 10. Aluarot. n. 1. & 13. Affl. n. 38.
Præpoſ. n. 8. quo tempor. miles inueſtit. peter.
debeat. Dec. conſ. 138. diligẽter pro tenui. col. 5.
in princ. verſ. & in propoſito ſpecialiter. n. 7.
in fin. Socin. conſ. 66. n. 16. in fin. verſ. nam
abſentes. col. 9. in princ. lib. 3. Laurent. Syl-
uan. de feud. recognit. q. 74. tom. 10. par. 1.
fol. 86. Roſental. de feud. c. 6. concluſ. 50. n. 5.
& in litt. g. in princ. & in fin. verſ. præter-
quam reipublicæ cauſa. Schrader. eod. tit.
p. 6. c. 2. n. 41. Iacob. de S. Georg in eod. tract.
de feud. in verb. qui quidem inueſtiti. n. 52.
Muta ſuper conſuetud. panormit. c. 1. n. 86.
Corbul. de cauſ. priuat. ob non petit. inue-
ſtitur. n. 21. & 22. fol. 24. Mozz. de ſubſtan-
tialib. ſeu requiſ. feud. n. 45. ad fin. verſ. ſi
vero intelligas. Capie. deciſ. 123. in princ.*
15 vbi quod † contraria procedunt in cauſis ce-
ptis ante impedimentum, & in cauſis non
arduis, & non grauibus *Affl. deciſ. 50. n. 3.
& 5. in fin. Aret. conſ. 16. n. 4. in fin. Me-
noch. conſ. 304. n. 40. & conſ. 305. n. 23. lib. 4.*
vbi quod ſi contra tales abſentes cauſa Sere-
niſſimi

16 niſſimi Principis † ageretur,ſtatim eſſet con-
cedenda reſtitutio in integrum *Iaſ. conſ. 7. col. vlt. lib. 3. Ruin. conſ. 26. in fin. lib. 1. Caſſan. conſ.4. n.10.* iuxta *l.1. l. item alij. & l. iulianus. §. cum quoque. ff. ex quib. cauſ. maior. l. vlt. ff. de reſtit. in integr. Odd. eod. tit. quæſt. 89. n. 31. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. c. 1. n. 86. Menoch. conſ. 305. n. 23. lib. 4.*

Amplius quamuis eſſemus in caſibus, in quibus teneretur quis conſtituere procuratorem,
17 Tamen erit probandum per eum,†qui talem
dimiſſionem petit, quod in loco, vbi iudicium intentatur, poterit reus conuentus inuenire idoneum hominem, qui vellet, & rectè poſſet huiuſmodi onus ſuſcipere, licet enim in ciuitate inſigni præſumatur inueniri copiã procuratorum, nihilominus quando ſumus in multis litibus, quæ totum hominem in illis occupent, hoc erit probandum etiam in loco inſigni *Aret.* in ſpecie *conſ.16. præſupponitur in facto. col. 3. ad med. verſ. tertio dato. n.5.* iuxta doctrinam *Bart. in l. idemq. in fin. ff. pro ſocio.*

Neq; obſtat prætenſa licentia Sereniſſimi Prin-
18 cipis per Aduerſarium obtenta, † Quia cum
ſit conceſſa inaudita parte, non præiudicat, prout ſemper in ſimilibus conceſſionibus cẽſetur reſeruatum ius tertij, cui nunquam Princeps intendit derogare, quamuis aliquid faciat, vel reſcribat cum clauſula motu proprio *Bald. in c. ad audientiam. de reſcript. Gemin. in c. ſi propter. col. 6. eod. tit. in 6.*
19 Cum potius † ipſemet Princeps præcipiat
non eſſe obſeruanda mandata, & reſcripta ſua, quando iuri repugnant *l. reſcripta. C. de precib. imperat. offer. l. vlt. C. ſi contr. ius vel vtilit. public. l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. l.4. C. de emancipat.* cum alijs
20 per *Giurb. deciſ.37. col.1.* † Maximè quando
alium læderent *l. fin. ff. de ſenator. l. vlt. C. de præpoſit. ſacr. cubic. lib. 12. l. neque dorotheum. C. de decurion. lib. 10.*

Et quamuis exaduerſo opponatur, quod omnes ſupradicti Doctores loquũtur in eo, qui non petijt inueſtituram, nam proximior, ſeu emphyteuta excuſatur, ſi illam non petijt intra annum propter iuſtam abſentiam, itaut neque ad hunc effectum teneatur mittere procuratorem *Corbul. vbi ſupr. de cauſ.*
21 *priuat. ob non petit. inueſtit. n. 22.* † Tamen
talis caſus eſt in fortioribus terminis, nam ibi agitur de re non implicata, & non requirente diſcuſſionem, quod non eſt in caſu noſtro, in quo abſens minus tenetur procuratorem conſtituere, cum ſimus in plurimis cauſis arduis, & multum præiudicialibus, &
22 valde grauibus,† in quibus non cogitur quis
reſpondere per procuratorem *Hoſt. in c. 2. vbi Abb. n. 3. Imol. n. 3. de procuratorib. Afflict. deciſ. 50. n.3. & 5. in fin. Aret. conſ. 16. n. 5. verſ. ſecundo reſpondeo.*

Et in hac materia, communis eſt diſtinctio doctorum, quod ille, qui non tenetur venire
23 priuilegio perpetuo, † cogitur conſtituere
procuratorem, ſecus autem, quando eſt priuilegium temporale, ſi autem ſumus in alia cauſa, quam ex priuilegio, ſi talis cauſa ſit iniuſta, ſeu voluntaria debet mittere procuratorem, ſi verò cauſa ſit iuſta, & neceſſaria tunc reus abſens non tenetur ad mittendum procuratorem, quidquid aliud ſit in actore, qui tenebitur, Ita diſtinguit *Bart. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. n. 2. ff. ſi quis cautionib.* & ibi latè *Rom. n. 16. Idem Bart. in l. 1. in fin. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcriptionib. poſt Cin. in l. 1. n. 2. C. de reſtitut. milit. Capic. deciſ. 123. n. 5.*

Ex quibus ſequitur, quod firma remanent, quæ ſuperius diximus, quod videlicet, non poteſt cogi D. Comes ad conſtituendum procuratorem, cum ſimus in illo capite diſtinctionis ſupra relatæ abſentiæ ex cauſa
24 iuſta, & neceſſaria, † quæ dicitur talis quan-
do, prout in caſu noſtro, ſumus in abſentia ex cauſa Reipublicæ, ſeu Principis *Dec. conſ. 138. diligenter pro tenui. col. 5. in princ. verſ. & in propoſito ſpecialiter. n. 7. in fin. Menoch. conſ. 305. n. 23. lib. 4. Iaſ. in §. rurſus. n. 3. inſtit. de actionib.* iuxta *l. ſed & ſi per prætorem. 26. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. quæſitum. ff. de re iudicat. Bart. in l. vlt. in princ. col. 2. ff. de reſtitut. in integr. Barboſ. in l. 2. §. legatis. n. 89. ff. de iudic.*
25 vbi ampliat,† quamuis quis incidenter age-
ret de ſuis negotijs particularibus in Curia ad quam fuit deputatus orator, nam ſufficit quod principaliter fuerit miſſus, & electus pro rebus publicis, tunc enim ſemper dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ, ad effectum, vt habeat omnia priuilegia, quæ ſimilibus perſonis conceduntur *l. 2. C. de legationib. lib. 10.*
26 Dummodo abſentia † non eſſet affectata, quæ
tunc præſumeretur, quando quis fuiſſet abſens pro Republica in officio paruæ rei *Afflict. in c. 1. n. 87. quo tempor. mil. Corbul. de cauſ. priuat. ob non petit. inueſtitur. n. 22. in fin.* iuxta *l. ſpadonem. §. vlt. ff. de excuſ. tut.*

Et vltra talem cauſam iuſtam probabilem, & neceſſariam, adeſt etiam, quod ſumus in ab-
27 ſentia non perpetua, † neque longo tempore
duratura, ob quam non debet quis procuratorem dimittere *Rom. in l. 2. n. 16. verſ. aliquando vero impedimentũ. ff. ſi quis cautionib.* iuxta *l. ſi longius. 18. ff. de iudic. l. penult. §. fin. ff. de vacat. & excuſat. muner. Card. in c. 2.* quod incipit *querelam. col. 2. poſt princ. vbi Butr. n. 8. ante fin. de procuratorib. Capic. deciſ. 123. n. 5. poſt Bart. in l. 1. in fin. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.*

Impedimentum autem in caſu noſtro non po-
28 teſt dici longo tempore duraturum,† & diu-
turnum, cum cauſa abſentiæ non excedat biennium argumento *l. cum domini. ff. locat. Menoch. de arbitrar. caſ. 79. n. 1. & 2.*

Et licet ad iudicandam abſentiam diuturnam

Digitized by Google

29 nam aliqui teneant, † quod ſit arbitrarium
Iudici *Abb. in c. quoniam frequenter. n.17. & ibid. Socin. col. 6. verſ. tertio declaratur vt lit. non conteſtat. Menoch. de arbitrar. caſ.62. n.2.* Tamen in caſu noſtro non eſt re-
30 currendum ad arbitrium Iudicis, † cum ſi-
mus in cauſis arduis, & grauibus, in quibus ſimpliciter abſens ex cauſa iuſta, & neceſſaria, & probabili nunquam tenetur mittere
31 procuratorem, † quia beneficium iuris ha-
bet, vt in iſtis cauſis poſſit eligere per ſe comparere, & non per procuratorem, quod non eſt ei auferendum *c. de his. 28. diſtinct.* & notat *Butr. in c.2.n.3. & 8. vbi Abb.n.3. & in fin. & n. 9. etiam in fin. Card. col. 2. ante med. verſ. aut impedimentum eſt temporale. Innoc. n.1. in fin. Imol. n.3. & 10. in princ. & in fin. Hoſt. col.2. per tot. Anchar. n.7. Henric. Boich. col.1. in fin. Anan. n.5. ad med. Io. Andr. col. 3. in fin. de procuratorib. Affl. deciſ.50.n.3. & 5. in fin. Maſuell. ad Capit. deciſ.123. n.5. in fin. poſt Gratian. Hiſpan. reg.387. Aret. conſ.16.n.5. verſ. ſecundo reſpondeo. col.2. Rom. in l.2. n.16. in fin. verſ. hæc omnia reſpiciunt. ff. ſi quis*
32 *cautiōn.* † Quia non eſt veriſimile, quod pro-
curator adeo diligenter tractet cauſas ſuas graues, ſicut ipſemet faceret *l.1. §. fin. verſ. rum vero. ff. de carbon. edict.* & notat in propoſito *Henrich. Boich. in d. c. 2. col. 2. in princ. & ibid. Imol. n.10. de procuratorib.*
Cauſæ autem, de quibus agimus, ſunt graues, &
33 arduæ, cum ſint intricatæ † concernentes
materiam fideicommiſſi, & maiorem partem bonorum, quæ ad hunc effectum non mittendi procuratorem dicuntur tales *Imol.* in ſpecie *in d. c.2. n.13. vbi Anchar. n.9. Hoſt. col. 2. in fin. in verb. grauibus. Io. Andr. in princ. Innoc. n.1. de procurat.*
Additur, quod ſumus in abſentia cauſa Reipu-
34 blicæ, quæ ſemper excuſat abſentem, † vt
non teneatur mittere procuratorem, quando ſuperuenit ante litem conteſtatam *Roman. in l.2. n.16. in fin. ff. ſi quis cautionib. Dec. conſ. 138. diligenter pro tenui. n. 7. in fin. Muta. ſuper conſuetud. Panorm. c.1. n.86.*
Et cum ſimus in priuilegio conceſſo à iure, Iu-
35 dices, † qui ſunt miniſtri iuris, non debent ei
derogare *c. indultum de regul. iur. in 6.* & notat in propoſito *Henric. Boich. in c.2. n. 2. de procuratorib.* Vnde multò minus erit
36 derogandum eidem priuilegio † ad petitionē
priuatæ perſonæ *Hoſt.* in ſpecie *in d. c. 2. poſt prin. de procurat.* iuxta *l. 2. C. de diuerſ. reſcr. l. fin. ff. de conſtitut. princ. l. 4. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iudic. c. de his. 28. diſtinct.*
37 Quo vero † ad dimittendum procuratorem
in cauſa grauibus, necne, eſt notandum *conſ. Dec. 699. incip. accepi reuerenter. col.1. & per tot.* quod fuit votum ſuum tranſmiſſum ad Clem. Papam de eius mandato ſuper ſeparatione matrimonij inter Regem, & Reginam Angliæ.

EPITOME.

INſinuatio teſtamenti quando præſumatur. ¶ Et an illa ſit neceſſaria iuxta ſtatutum Peruſinum. ¶ Confeſſio in vno iudicio quando præiudicet in alio. ¶ Agens ad fideicommiſſum an debeat probare non ſolum hæredem mortuum, ſed etiam deceſſiſſe ſine filijs. ¶ Sententia cum actis, & atteſtationibus in cauſa ſtatus an præiudicet tertio. ¶ Verba vt tota hæreditas reſtituatur, vel abſque diminutione an inducant prohibitionem trebellianicæ. ¶ Clauſula conſtito de intereſſe, quid operetur. ¶ Agnatus an teneatur probare non ſolum agnationem, ſed etiam legitimam agnationem, quamuis non opponatur. ¶ Qualitas proximioritatis an ſit probanda. ¶ Vel ſufficiat, quod ſolum conſtet de proximitate. ¶ Poſſeſſio defuncti an faciat, vt res præſumatur in eius bonis, quamuis non appareat de dominio. ¶ Confeſſio inualida quando conualidetur ex adminiculis. ¶ Et quo caſu admittenda ſit illius reuocatio. ¶ Dictiones quandocumque, & ſine filijs poſitæ in ſubſtitutionibus an comprehendant compendioſam, & fideicommiſſariam. ¶ Et quid ſi fuerit progreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum. ¶ Mutationes nominum, & cognominum quando poſſint fieri tam per liberum hominem, quàm per ſeruos.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum quando debeat inſinuari vitatis hæredibus ab inteſtato iuxta ſtatutum Peruſinum, & an requiratur petitio, & ſententia. n. 2. & 3.*

4 *Inſinuatio præſumitur ſtante diuturnitate temporis.*

5 *Defectus inſinuationis quando ſit ſublatus per patientiam, & ſcientiam eius, qui potuiſſet de eo opponere.*

6 *Obſeruantia præſumitur ſubſecuta ex præambula diſpoſitione.*

7 *Confeſſio facta in vno iudicio quo caſu præiudicet in alio.*

8 *Teſtes inducti probant contra producentem.*

9 *Agens ad fideicommiſſum debet probare non ſolum hæredem mortuum, ſed etiam deceſſiſſe ſine filijs.*

10 *Confeſſio iudicialis nocet confitenti.*

11 *Qualitas proximioritatis quando ſit probanda, itaut non ſufficiat probare proximitatem. n. 12. & 13.*

14 *Agnatus debet probare non ſolum agnationem, ſed etiam legitimam agnationem, quamuis non opponatur. n.15.*

16 *Sententia in cauſa ſtatus probat contra tertium, & in alio iudicio, prout idem eſt in actis, & atteſtationibus.*

17 *Poſſeſſio defuncti facit, vt res præſumatur in eius bonis, quāuis non conſtet de dominio.*

Verba

18 *Verba abſque diminutione indueunt prohibitionem trebellianicæ. n. 19. Idem in verbis, quod reſtituatur tota hæreditas, cum ſimilibus. n. 20. & 21.*

22 *Fideicommiſſum probatur per digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum.*

23 *Liber in quo adnotantur nomina mortuum plenè probat.*

24 *Prætendens intereſſe in cauſa non auditur, niſi de eo docuerit.*

25 *Clauſula conſtito de intereſſe eſt conditionalis, & non dat iuriſdictionem, niſi prius conditio verificetur. n. 26.*

27 *Teſtator quando dicatur intellexiſſe de deſcendentibus ex familia ipſius.*

28 *Reſponſio ad poſitiones obligat, ſicut ipſamet confeſſio.*

29 *Bono viro non conuenit, vt quod ſemel dixit in vno iudicio, poſtea in alio reuocet.*

30 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica plenam fidem facit.*

31 *Inſtrumentum diuiſionis nocet diuidenti, & habentibus cauſam ab eo.*

32 *Verba enunciatiua probant inter partes.*

33 *Adminicula faciunt, vt confeſſio valeat, quæ alias non valeret.*

34 *Reuocatio confeſſionis non admittitur poſt acceptationem.*

35 *Verum cognomen non impeditur, ſi de illo conſtiterit, quamuis aliter quis vocetur. & n. 36.*

37 *Mutationes nominum, & cognominum, quando admittantur tam in libero homine, quàm in ſeruis.*

38 *Archiuium plenam probationem inducit inter ſubditos.*

39 *Dictiones quandocumque, & ſi ſine filijs poſitæ in ſubſtitutionibus comprehendunt compendioſam, & fideicommiſſariam.*

CAP. DCCCLXIX.

COntra teſtamentum, de quo actum fuit
in cauſa Peruſina fideicommiſſi de Gra-
1 tianis opponebatur nullitas, † tanquam non
fuerit inſinuatum citatis hæredibus ab inte-
ſtato, iuxta *Statutum Ciuitatis Peruſiæ lib.*
2. rubr. 41. Verum dicebam illud non obſta-
re, quia loquitur quando præſentans teſta-
mentum, vel aliud inſtrumentum vltimæ vo-
luntatis petit illud inſinuari ad hoc vt am-
plius non poſſit intentari caſſatio illius, tunc
enim per ſtatutum mandatur citari partem
2 intereſſe habentem, † & publicari proclama,
quod non eſt in caſu noſtro, cum non do-
ceatur fuiſſe factam huiuſmodi petitionem,
prout in ſpecie dicti ſtatuti declarauit *Rot.*
coram R. P. D. Buratto Peruſina hæredita-
tis. 28. Nouembris 1616. verſ. in alia vero
3 *parte. col. 6. ad med.* † Præſertim quia ad effe-
ctum annullandi tale teſtamentum ex defe-
ctu dictæ inſinuationis, non ſolum require-
batur petitio, ſed ſententia diffinitiua, quæ
hic non fuit lata, vt in eodem ſtatuto diſpo-
nitur *in fin.* & notat *Bald. conſ.* 144. *n.* 4. *lib.*
5. Angel. de Peruſ. conſ. 36. *n.* 4.

Cum etiam teſtamentum, de quo agimus, fue-
4 rit conditum iam ſunt anni 35. † itaut ſtante
huiuſmodi longinquitate temporis præſu-
matur inſinuatio, & omnis ſolemnitas ne-
ceſſaria, quando, prout in caſu noſtro, debet
interuenire poſt actum *Felin. in c. ſicut. n. 42.*
de re iudicat. Dec. conſ. 409. viſo conſilio præ-
clariſſimi. n. 12. Ceph. in ſpecie ſimilis ſtatuti
conſ. 170. n. 22. & conſ. 172. n. 40. & 44. lib. 2.
poſt Ang. & alios in l. ſciendum. ff. de verb.
obligat. Ruin. conſ. 217. n. 16. lib. 1. Imol. in
c. peruenit. de empt. & vendit. Gabr. de
præſumpt. concluſ. 1. n. 56. Cardin. Seraph.
decif. 742. n. 4.

Additur etiam aprobatio partis aduerſæ de
5 huiuſmodi teſtamento, † ob quam tollitur
omnis defectus inſinuationis, cum etiam ſuf-
ficeret ſcientia, & patientia eius, qui actum
potuiſſet impugnare, tunc enim magis præ-
ſumitur pro ſolemnitate actus, quaſi veriſi-
militer non fuiſſet talis defectus tanto tem-
pore toleratus *Dec. conſ. 409. n. 13. Alex. conſ.*
9. lib. 3. Et quidem obſeruantia eiuſdem te-
ſtamenti fuit probata, cum bona in eo com-
præhenſa fuerint per hæredem poſſeſſa iuxta
6 formã eiuſdem teſtamenti, † itaut præſuma-
tur ſubſecuta ex huiuſmodi præambula di-
ſpoſitione *Aim. conſ. 10. n. 9. & conſ. 118. n. 2.*
Alciat. præſumpt. 24. reg. 2. Rot. diuerſ. de-
ciſ. 598. n. 5. ad med.

Et vltra prædicta adeſt etiam confeſſio Aduer-
ſariorum de exiſtentia eiuſdem teſtamenti,
cum explicita narratione omnium conten-
torum in eo, tam quo ad inſtitutionem Vin-
centij hæredis, quàm proximiorũ maſculo-
7 rum ſubſtitutorum, † quæ confeſſio, quam-
uis ſit facta in vno iudicio, præiudicat in
alio, itaut, non probato errore, non poſſit
reuocari *Bald. in l. 2. n. 25. & ibi Alex. n. 28.*
Dec. n. 62. C. de edend. Innoc. in c. cauſam
quæ. 11. n. 2. de teſtib. Caputaq. deciſ. 190. n. 1.
p. 1. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. n. 17. de except.
Rot. deciſ. 158. n. 11. ad med. p. 1. in recentior.
& deciſ. 4. n. 2. de confeſſ. in antiq.

Maximè ſtantibus teſtibus per eoſdem Aduer-
ſarios examinatis, qui deponunt totam ſe-
riem teſtamenti, cum omnibus qualitatibus,
8 & circumſtantijs, † itaut tales teſtes tanquam
ab ipſis inducti contra eos plenè probent,
quamuis deponerent de credulitate *Pariſ.*
conſ. 50. n. 60. lib. 1. & conſ. 88. n. 12. lib. 3.
Roman. conſ. 104. n. 6. vbi Mandoſ. in verb.
intentionem. Socin. Iun. conſ. 69. n. 12. lib. 1.
Iaſ. in rubr. ff. de iureiurand. col. 4. verſ.
ſexto notabiliter limita. Gabr. de teſtib. con-
cluſ. 1. n. 13. ad fin.

Stante igitur validitate teſtamenti, ſequitur
deciſio alterius dubij, quod videlicet factus
ſit locus fideicommiſſo ad fauorem D. Petri
Iacobi, iuxta tenorem eiuſdem teſtamenti;

Et

Digitized by Google

Et quamuis agenti ad fideicommiſſum in-
cumbat onus probandi hæredem non ſolum
9 mortuum, † ſed etiam deceſſiſſe ſine filijs, vt
per *Alex. & alios in l. ex facto. §. ſi quis au-*
tem. ad trebellian. Dec. conſ. 629. in occur-
renti caſu. n. 2. Oſaſc. deciſ. 108. n. 2. ad med.
Peregrin. de fideicommiſſ. art. 43. n. 49. Surd.
deciſ. 410. n. 5. Tamen cum Aduerſarij cępe-
rint poſſeſſionem bonorum defuncti auctore
10 prætore, † & adiuerint eius hæreditatem
tanquam deceſſerit ſine filijs, dicitur ex iſtis
actibus, & confeſſionibus iuſtificata intentio
actoris abſque alia probatione, tanquam
confeſſio noceat confitenti, maximè quando
eſt iudicialis, quæ præiudicat etiam ſi fue-
rit inter alios *Purpur. in l. 2. n. 10. & ibi*
Dec. n. 62. C. de edend. Surd. deciſ. 325. n. 12.

An autem ſit probandum D. Petrum eſſe proxi-
miorem; in hoc communis eſt illa diſtinctio,
11 quod quando dubitatur † an prætendens fi-
deicommiſſum ſit intra decimum gradum, &
tunc eſt neceſſaria probatio gradus in gene-
re, dummodo appareat eſſe intra decimum
gradum, Aut comparet alius, qui dicit ſe
eſſe proximiorem, & tunc eſt neceſſaria pro-
batio gradus in ſpecie, & in indiuiduo, Aut
nullus alius comparet, & vocatus eſt proxi-
mior agnatus in gradu ſuccedendi, & vnus
probat ſe eſſe de agnatione non probando
gradum ſpecifice, & tunc non eſt neceſſaria
probatio gradus, ſed ſufficit probare ſe agna-
tum, vt poſt alios concludit *Theſaur. q. 61.*
in fin. & eſt deciſio Rot. coram Card. Sera-
phino Leodien. hereditatis. 27. Ianuarij 1597.
in impreſſis. 1219. & in eadem coram eodem
20. Februarij 1598. in impreſſ. 1265. in fin.
12 vbi quod ſufficiet † probatio proximitatis
abſque eo, quod probetur non adeſſe alios
proximiores, cũ talis probatio non ab ipſis
agentibus, ſed excipientibus exigatur, &
ſatis ſit, vt non compareat aliquis, qui dicat
13 ſe proximiorem, † & ita etiam intelligun-
tur adducta per *Peregr. de fideicommiſſ. art.*
43. n. 60. cum ſeq. & concludunt omnes in
l. is poteſt. vbi Alex. n. 15. Iaſ. n. 83. ff. de
acquir. hæredit. Idem Alex. conſ. 179. col. vlt.
lib. 7. Socin. in l. ſi inter. col. 2. verſ. tertio
colligitur. ff. de reb. dub. & conſ. 89. col. 4.
verſ. & ſi iterum. lib. 1. Ruin. conſ. 154. n. 4.
lib. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. gloſ. 1.
n. 6. vſque ad 10. cum alijs per *Molin. de*
primogenit. hiſpanor. lib. 3. c. 9. n. 21. & 22.

In quo tamen eſt obſeruandum, quod non ſuf-
14 ficiet probare ſe eſſe agnatum, † cum requi-
ratur etiam probatio ſe eſſe legitimum *Abb.*
& Card. c. peruenit. qui fil. ſint legitim. Dec.
in l. ſi emancipati. n. 3. in fin. C. de collatio-
nib. Socin. conſ. 39. n. 1. verſ. & proprius ad
materiam. lib. 1. Rol. conſ. 3. n. 40. vſque
ad 48. lib. 1. Odd. conſ. 83. n. 9. Cephal. conſ.
82. n. 53. lib. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. re-
15 *med. 3. q. 29. n. 165.* † Quamuis etiam de hoc
non opponeretur *Dec. conſ. 61. pro tenui fa-*
cultate. col. 1. in princ. Becc. conſ. 75. n. 6.
Decian. conſ. 24. n. 53. lib. 1. cum hoc ſit prin-
cipium intrinſecum, ex quo oritur actio,
prout etiam concludit *Honded. conſ. 4. n. 103.*
lib. 1. Cagnol. in l. hæredem. 59. n. 6. de regul.
iur. Sim. de Pret. conſ. 106. n. 40. Rimin. Iun.
conſ. 494. n. 20. lib. 5. Rot. Genuenſ. per Char-
thar. deciſ. 33. n. 8.

Huiuſmodi autem proximitas, & legitimitas
videtur probata ex teſtibus examinatis per
Aduerſarios, vt latius dicitur in facto, &
quamuis ſimus in alio iudicio, & inter alias
16 perſonas, † tamẽ, cum acta reſpiciant legiti-
mationem, ſeu habilitatem perſonæ, probant
etiam inter alios, quamuis etiam ſuper eis
non fuiſſet pronunciatum, ſicut enim in hoc
caſu noceret, & prodeſſet ſententia, ita
etiam debent præiudicare, & prodeſſe om-
nia acta, & atteſtationes, tanquam à pari
iſta procedant *c. at ſi clerici. 4. de iudic. c. in-*
ter dilectos. §. porro. de fid. inſtrum. & latè
declarat *Alex. conſ. 61. n. 9. lib. 2. poſt Innoc.*
in c. cauſam. il 1. de teſtib. Bart. in l. qui
repudiantis. 17. §. 1. ff. de inoffic. teſtam. Butr.
in c. quamuis. col. 3. de re iudicat. Bald. in
l. ſi quis à ſe fundum. 7. in fin. verſ. idem
eſſet dicendum. C. ad leg. iul. de vi public. &
in l. 2. C. quib. res iudic. non noc.

Identitas autem bonorum, quæ ſunt fideicom-
miſſo ſubiecta, probatur ex multis, quæ ad-
17 ducuntur in facto, † & ſatis eſt probare,
quod bona, de quibus agimus, poſſiderentur
per teſtatorem, quia ex poſſeſſione, & deten-
tione defuncti præſumitur rem fuiſſe in eius
bonis, itaut neque hoc caſu ſit probandum
dominium *Alex. conſ. 116. col. vlt. lib. 5. &*
conſ. 139. n. 8. lib. 6. Natt. conſ. 440. n. 6. dixi
latè *ſupr. c. 419. n. 29. & 30.*

Ex quibus ſequitur concedendum eſſe manda-
tem pro omnibus bonis, de quibus in actis,
nulla habita conſideratione trebellianicæ,
18 cuius detractio cenſetur prohibita, † cum te-
ſtator mandauerit reſtitui ſuam hęreditatem
abſq; aliqua diminutione, quaſi ex iſtis ver-
bis in neceſſariũ antecedens cenſeatur velle,
quod non deducatur trebellianica, quia ſi
illa detraheretur, non fieret reſtitutio ſine di-
minutione, vt in ſpecie communiter conclu-
dunt omnes in *l. centurio. vbi Galiagul. n. 87.*
& 88. ff. de vulgar. & pupillar. Bald. conſ.
398. præmittendum eſt. col. 2. lib. 4. Caſtr.
conſ. 259 omnis difficultas. col. 4. lib. 1. & conſ.
77. viſa facti narratione. col. 2. in 3. dub.
lib. 2. & in auth. ſed cum teſtator. n. 2. C. ad
leg. falcid. Curt. Iun. conſ. 11. col. 4. verſ.
19 *conſtat etiam. Aim. conſ. 174. n. 1. & 2.* † vbi
quod ſtantibus iſtis verbis nullus diſcrepat
ab huiuſmodi opinione *Molin. de primogen.*
hiſpanor. lib. 1. c. 17. n. 15. & 16. Petr. de
fideicommiſſ. q. 15. n. 199. verſ. duodecimum
ſit exemplum. Peregr. eod. tit. art. 3. n. 89.
ad med. verſ. quamobrem verba hac. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 7.
tit. 12.

Digitized by Google

20 *tit. 12. n. 16.* † vbi quod ita eſt iudicandum
Pariſ.conſ.9. & 10. lib.3. cum alijs per *Me-
noch.conſ.374.n.15.ante med.lib.4.* vbi quod
res eſt clara,& nemo diſſenſit *Idem Menoch.
conſ.1006. n.7. & præſumpt.198.n.16.lib.4.
Boer deciſ.44.n.33. Rub.conſ.43.n.13.Alciat.
conſ. 66. n.13. lib.9.* Prout idem eſt, quando
adeſſent ſimilia verba, de quibus *Petr. Me-*
21 *noch.& Peregr. vbi ſupr.* † Quemadmodum
etiam quando mandatur reſtitui totam hæ-
reditatem, dicetur prohibita trebellianica
*Rot. coram R. P. D. Coccino Romana fidei-
deicommiſſi de præuitalibus. 5. Iulij* 1610.
De fideicommiſſo etiam conſtat ex ipſo te-
ſtamento, in quo teſtator eſt progreſſus ad
22 plures gradus ſubſtitutionum, † ex quibus
inducitur fideicommiſſum *Ruin. conſ. 153.
n.6. lib.2. Curt. Iun. conſ.16. n.7. verſ.con-
firmo hanc concluſionem. Alex. conſ. 64. col.
vlt. ad med. lib.5. poſt Anchar. conſ.74. n.2.
in fin. Rimin. Iun. conſ.21.n.41.lib.1. Aim.
conſ.98. n.3. & conſ.316. col. vlt.verſ.ſecun-
do principaliter. & conſ. 878. n. 10. & 11.
Marzar. conſ. 4. n. 3. verſ. confirmantur
præmiſſa. & conſ.6. n. 11. Menoch. conſ.481.
n.10. lib.5. & conſ. 117. n.9. & 10. lib.2. &
conſ.220. n.12. lib. 3. & conſ.634. n.33. lib.7.
& præſumpt. 69. n. 13. cum ſeq. lib.4. Rot. co-
ram R. P. D. Coccino Romana cenſus de
Mutis. 11. Ianuarij* 1616.
Neque obſtat, quod ex depoſitione eorundem
teſtium; in quibus fundatur intentio Petri
Iacobi agentis ad fideicommiſſum, appareat
adeſſe etiam Pompeium in pari gradu cum
D. Petro, Quia fuit probatum eumdem
23 Pompeium deceſſiſſe ante Vincentium; † vt
conſtat ex partita libri, in quo adnotantur
nomina mortuorum, de qua in *ſummar. n.10.*
qui liber plenè probat *Rebuff. de regiſtris
ſeu libr. baptiſm. ſepultur. & alior. act. art.
vlt. gloſ. vnic. poſt princ. verſ. & ſic patet.
Aim. de antiq. tempor. p. 1. §. vidimus &
abunde. n. 1. fol. 113. Rot. diuerſ. deciſ. 20.
n.1. p.2. & deciſ 700. n. 4. p. 1. in recent. &
deciſ. 605. n. 4. p. 2. etiam in recentiorib.* vbi
allegantur concordantes deciſiones *Man-
doſ. reg. 18. q. 10. n. 4.*
Minus obſtat, quod hodie lite pendente Fran-
24 ciſcus prætẽdat ſe admitti ad cauſam, † Quia
non docto de intereſſe, nõ debet audiri *c. ve-
niens. il 1. vbi Abb. col.4. in fin. verſ. nunc
reſtat. Felin. col. 6. de teſtib. Idem Felin. in
c. ex parte. eod. tit. Bart. in l. à diuo pio. §. ſi
ſuper rebus. ff. de re iudic. V ant. quis poſſ.
dicer. de nullitat. n.22. & 24. Roland. conſ.1.
n.31. lib.1. Dec. conſ. 32. n.4. & in l. fin. n.
46. C. de edict. diu. adrian. tollend. Couar.
pract. quæſt. c.13. n.1. & c.16. n.3. verſ. quar-
tus caſus. Rot. deciſ. 618. n.4. p.2. in recent.
& deciſ. 335. n.1. in fin. p.1. etiam in recent.
Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 26. n.25. par. 1.
Doctor. in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de*
25 *negot. geſt.* † Cum etiam per clauſulam con-

ſtito de intereſſe nulla adſit iuriſdictio, tan-
quam importet conditionem *l. à teſtatore.
ff. de condit. & demonſtration. l. qui hæres. in
fin. ff. eod. tit. Pariſ. conſ. 94. n. 8. lib. 4. Put.*
26 *deciſ. 429. lib. 1.* † Reſoluuntur enim iſta ver-
ba in conditionem, ſi tibi de intereſſe con-
ſtiterit, quæ ſimiliter conditionem inducunt
*Pariſ. d. conſ. 94. n. 8. poſt Bald. in l. ſi non
cognitio. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. Lapus
alleg. 16.* iuxta *c. ab excommunicato. de re-
ſcript. c. 1. de plus petition.* Quamuis de iſta
admiſſione Franciſci ſit particulariter vi-
dendum, cum ſit extra dubium.
Et licet iterum opponatur non conſtare, quod
adſit qualitas proximioritatis requiſitæ,
prout erat probanda, cum in Ciuitate Peru-
ſina multæ familiæ adſint ſub hoc cognomi-
27 ne de Gratianis, † Quia ex confeſſione partis
aduerſæ clarè conſtat de gradibus diſtinctis,
& quod decedente Vincentio ſine filijs ſuc-
cedit D. Petrus in bonis fideicommiſſi reli-
ctis per Capitaneum Felicem teſtatorẽ, qua
confeſſione ſtante, ſatisfactum eſt omnibus
exaduerſo adductis, dum volunt, quod teſta-
tor intellexit de deſcendentibus ex familia
ipſius teſtatoris ob illam dictionem ſua, non
autem contentiuè *Menoch præſumpt. 88. n. 2.
lib. 4. & conſ. 233. n. 15. cum ſeq. lib. 3.*
Et quamuis exaduerſo præſupponatur talem
confeſſionem non obſtare tanquam factam
in articulis, & per procuratorem, de cuius
28 mandato non apparet, † Tamen hoc non ap-
plicatur, quia in facto conſtat, quod illa eſt
in poſitionibus datis per ipſoſmet principa-
les; qui obligantur ex eis tanquam ex pro-
pria confeſſione affirmante illud, quod po-
nunt *Pract. Papienſ. in form. poſit. actor. in
verb. ponit per ſacramentum. n. 1. & 2.*
Cum etiam talis confeſſio concernat ſtatum
perſonæ, vt dictum eſt *ſupr. n. 16.* Immo,
29 quamuis non eſſet talis, † Tamen deberet at-
tendi etiam in alio iudicio, & probaret con-
tra confitentem, cum non conueniat bono
viro, vt quod ſemel dixit, poſtea reuocet
*Caputaq. deciſ. 190. p. 1. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1.
n. 17. de exception. Rot. deciſ. 158. n. 11. ad*
30 *med. p. 1. in recentior.* vbi etiam quod vale-
bit in vim extraiudicialis confeſſionis, quæ
de æquitate canonica plenè probat contra
confitentem *Felin. in c. ſi cautio n. 27. & ibi
Butr. Card. & Imol. de fid. inſtrum.* quam
opinionem vti communem ſequitur *Rot. d.
deciſ. 158. n. 11. in fin. p. 1. in recentior. &
coram R. P. D. Cantuccio Hiſpalen. iuris
votandi. 16. Martij 1575. quæ eſt inter im-
preſſas. Rot. diuerſor. deciſ. 4. n. 4. p. 2.*
Quibus additur diuiſio facta inter Aſtorrem
31 patrem Capitan. Felicis teſtatoris, † & auum
Vincentij hæredis grauati ex vna, & Mat-
thæum fratrem germanum Aſtorris, & auum
D. Petri ex altera, vt in *ſummar. n. 4.* Quod
inſtrumentum diuiſionis probat contra hæ-
redem grauatum, & Aduerſarios habentes

cauſam ab eo *Alex. conſ. 152. n. 1. lib. 7. Ruin. conſ. 72. col. 3. lib. 5. Socin. conſ. 46. in princ. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 23. n. 281. Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. n. 5.*

Quod autem Capitan. Felix teſtator ſit filius Aſtorris probatur tam ex teſtamento, de quo in *ſummar. n. 1.* quàm ex pluribus inſtrumentis emptionum in *ſummar. n. 5.* in quibus ſemper denominatur Felix q. Aſtorris,
32 quæ verba licet ſit enunciatiua, † tamen probant inter partes *Felin. in c. 2. n. 2. de for. compet. poſt Cardin. in c. 1. de teſtib. cogend. Aim. conſ. 148. n. 9. Alex. in l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunciation.* cum alijs per *Bertazol. clauſul. 3. gloſ. 1. n. 4.*

Idem etiam probatur de Matthæo diuidente cum Aſtorre fratre germano, quod fuerit Auus D. Petri, nam de hoc conſtat ex poſitionibus datis per Aduerſarium, vt dictum eſt, & ex partita libri nobilis artis mercaturæ ciuitatis Peruſiæ, & ex proceſſu facto in curia Epiſcopali Peruſina, in quo fuit admiſſus filius D. Petri ad militiam S. Stephani, & ex teſtamento Io. Baptiſtæ patris eiuſdem D. Petri, & ex cataſto continente bona obuenta in diuiſione facta inter prædictos
33 auos, & fratres cum alijs relatis in facto, † ex quibus pleniſſimè eſt probata proximioritas D. Petri, cum tamen ſufficerent adminicula, quæ faciunt, vt confeſſio partis plenè probet, & præiudicet confitenti, quamuis alias non probaret *Ruin. conſ. 142. n. 4. lib. 1. Natt. conſ. 547. n. 24. Rot. diuerſ. deciſ. 162. p. 1. & in recentior. deciſ. 334. n. 2. & 3. p. 1.*

Neque obſtant prætenſæ reuocationes confeſſionis, Quia ſtante acceptatione, de qua in
34 actis, † non datur amplius reuocatio *Bald. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſthum. Dec. in l. poſtquam liti. n. 8. C. de pact. Roman. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. n. 13. ff. de verbor. obligation. Franc. in c. fin. col. 3. verſ. & aduerte. de iureiurand. in 6.* cum alijs per *Surd. conſ. 136. n. 8. & 9. lib. 1.*

Nec faciunt depoſitiones teſtium, quod D. Petrus non ſit de familia de Gratianis, ſed filius Io. Bapt. Bettigrilli, Quia omiſſis exceptionibus, de quibus latè in facto, ſatis eſt,
35 quod veritas eſt in contrarium, † cum appareat, quod idem Io. Baptiſta, vt vulgo dicitur *per ſopra nome* vocabatur Bettigrilli, quod non impedit verum cognomen de Gratianis, quando prout in caſu noſtro de illo conſtat *§. ſi quis in nomine. vbi Gloſ. in verb. in nomine. & in verb. intelliguntur. inſtit. de legat. & in l. ſi in nomine. C. de teſtib. & in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Bart. in l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipulat. ſeruor. Surd. conſ. 93. n. 14. lib. 1.* cum alijs per *Bertazol. clauſ. 3. gloſ. 1. n. 1. cum ſeq.*
36 Nam regulariter † nomina, cognomina, prænomina, & agnonima reperta ſunt ſignificandorum hominum gratia, qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil intereſt *d. §. ſi in nomine. inſtit. de legat. Gloſ. in c. quia circa. 6. in verb. falſa. in princ. de conſanguinit. & affinitat.* iuxta *l. 2. C. de falſ. cauſ.*
37 *adiect. legat. l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1.* † Cum etiam paſſim admittantur iſtæ mutationes nominum, & cognominum ab euentu, & ſimilibus, quæ in dies occurrunt, itaut non præiudicent in libero homine, quidquid ſit in ſeruis, vt per Doctores in *l. 1. C. de mutat. nomin. Alex. conſ. 90. n. 19. lib. 6. Franc. Marc. deciſ. 211. n. 3. par. 1.*

Et ita ex prædictis fuit deciſum, quod non obſtent nullitates oppoſitæ contra teſtamentum, cum illud debeat attendi tanquam va-
38 lidum, † & ſolemniter extractum de Archiuio publico Ciuitatis Peruſij, quod plenè probat inter ſubditos *Felin. in c. ad audientiam. 12. n. 12. poſt med. de præſcript. Caputaq. deciſ. 42. p. 2. Alex. in auth. ſi quis in aliquo. n. 8. C. de edend. Rot. deciſ. 271. n. 6. p. 1. in recent.* Prout etiam ſtante validitate eiuſdem teſtamenti deciſum fuit conſtare de fideicommiſſo purificato ad fauorem D. Petri Iacobi, vt in deciſione *coram R. P. D. Caualerio in huiuſmodi cauſa Peruſina fideicommiſſi de Gratianis.* pluries propoſita, &
39 poſtea reſoluta. 10. *Decembris* 1621. † vbi etiam, quod dictiones illæ quandocumque, & ſine filijs poſitæ in ſubſtitutionibus, compræhendunt ſubſtitutionem compendioſam, & fideicommiſſariam *Bart. in l. centurio. n. 9. & 13. ff. de vulg. & pupill. Corn. conſ. 273. n. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 140. n. 18. verſ. non obſtat quod additione. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana de Surdis. 11. May* 1618. Stante præſertim digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum *Rim. Iun. conſ. 21. n. 41.* cum alijs adductis *ſupr. n. 22.*

EPITOME.

MOnaſteria, & loca, in quibus Abbates, & Generales, aut capita ordinum habent ſedem ordinariam principalem quando eximantur à viſitatione Epiſcopi. ¶ Et quibus ad hunc effectum ſit concedenda manutentio. ¶ In præſcriptione quadragenaria, quo caſu requiratur titulus. ¶ Producens, quando approbet iura producta etiam in parte, & partibus, & etiã quo ad ea, quę incidenter in illis exprimuntur. ¶ Confeſſio Prælati, Monaci, & procuratoris quando noceat Eccleſiæ. ¶ Enunciatiuæ inſtrumentorum, quàm probationem faciant. ¶ Conceſſio exemptionis an compręhendat viſitationem. ¶ Qualitates plures quando ſint probandæ. ¶ Poſſeſſio iniuſta, & cui ius reſiſtit an ſit manutenenda. ¶ Teſtes pauci ſuper affirmatiua deponentes, an præferantur mille negantibus. ¶ Abbates, & Generales quando poſſint eligere ſedem in vna ex ſuis Eccleſijs. ¶ Scientia, & patientia an ſit neceſſa-

ria,

tia, vt acquiratur alicui poſſeſſio viſitandi.
¶ Mandatum de manutenendo an detur habenti aſſiſtentiam iuris etiam non docto de poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Producens cenſetur approbare omnia producta etiam in parte, & partibus, & etiam quo ad ea, quæ enunciatiuè, & incidenter exprimuntur.*

2 *Confeſſio ſuperat omnem probationem, & præfertur teſtibus, & inſtrumentis.*

3 *Confeſſio Prælati adminiculata præiudicat etiam ſucceſſoribus.*

4 *Iudex in notorijs poteſt ſe de eis informare ex officio.*

5 *Enunciatiuæ inſtrumentorum habent vim famæ, & probant in antiquis.*

6 *Loca, & Monaſteria, in quibus Abbates, & Generales, aut capita ordinum habent ſedem ordinariam principalem, eximuntur à viſitatione Epiſcopi. Intellige vt n.9. & 13.*

7 *Exemptio generalis non comprehendit exemptionem à viſitatione.*

8 *Manutentio datur habenti aſſiſtentiam iuris, etiam non docto de poſſeſſione.*

10 *Qualitas eſt probanda, vt ſit locus diſpoſitioni, & non ſufficit probatio vnius ſine altera, quando duæ qualitates requiruntur. n. 11. Quamuis etiam à iure illæ præſumantur. & n. 12.*

14 *Epiſcopus viſitans contra expreſſam determinationem concilij non eſt in bona fide, & talis poſſeſſio non eſt manutenibilis, & ad hunc effectum ſufficit, quod aduerſetur vehemens præſumptio iuris. n.15.*

16 *Iniqua occupatio non prodeſt occupatori.*

17 *Manutentio non conceditur quando ius reſiſtit. Amplia vt n.19.*

18 *Poſſeſſio iniuſta debet manuteneri, dummodo non ſit notoriè iniqua.*

20 *Confeſſio procuratoris Monaſterij illi non præiudicat, maximè ſi eſt ſpontanea, & non per modum contentioſæ iuriſdictionis, & n. 21.*

22 *Fides abſque citatione partis nihil probat.*

23 *Poſſeſſio per viſitationes non acquiritur Epiſcopo, ſi fuerint factæ abſque ſcientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur. & n.33. Declara vt n.34.*

24 *Monachus non poteſt obeſſe Monaſterio, nec expreſſè, nec tacitè. n. 25.*

26 *Præſcriptio quadragenaria non iuuat ſtante mala fide.*

27 *Titulus non requiritur in præſcriptione quadragenaria. Fallit ſi ius reſiſtit. n.28. 29. & 30.*

31 *Teſtes pauci deponentes ſuper affirmatiua magis probant, quàm mille negantes.*

32 *Mandatum de manutenendo eſt potius concedendum habenti poſſeſſionem cum titulo, quàm ei, qui non habet, niſi ſolā poſſeſſionem.*

35 *Abbas, & Generalis, ſeu caput ordinum quando poſſit eligere ſedem in vna ex ſuis Eccleſijs, itaut Epiſcopus non poſſit illam viſitare. & n. 37.*

36 *Quod non prohibetur, vtique debet cenſeri permiſſum.*

CAP. DCCCLXX.

SEdem ordinariam principalem Generalis Monachorum Syluestrinorum in Eccleſia, de qua agimus, dixi non poſſe controuerti, quia de illa conſtat ex ipſiſmet viſitationibus per Epiſcopum Aduerſarium productis ad fundandam ſuam prætenſam iuriſdictionem, & præſertim ex viſitatione de anno 1582. in qua expreſsè talis ſedes de-
1 claratur in eadem Eccleſia, † itaut ſtante productione huiuſmodi viſitationum cenſeantur approbata omnia in eis cōtenta per producentem, quamuis productio eſſet facta in parte, & partibus, & etiam quo ad ea, quæ enunciatiuè, & incidenter in actis productis exprimuntur *c. cum olim. de cenſib. Abb. conſ. 52. in 2. dub. lib.2. Aim. conſ. 77. n.8.* latè *Oſaſc. deciſ. 38. n. 26. & 30. Rot. deciſ. 249. n. 6. p.1. in recentior. Mohedan. deciſ. 1. n. 1. de regularib. Dec. in c. cum venerabilis. col. 15. verſ. prædicta concluſio. de exception. Rot. diuerſ. deciſ. 159. n. 6. p. 1.*

Et cum ipſemet Epiſcopus fateatur in dicta viſitatione huiuſmodi Eccleſiam eſſe ſedem, & reſidentiam Generalis, & eamdem Eccleſiam tanquam talem viſitauerit, non eſt re-
2 currendum ad alium modum probādi, † cum confeſſio ſuperet omnes alias probationes, & præferatur inſtrumentis, & quibuſcumque depoſitionibus teſtium *l. cum ſe. C. de tranſact. Bald. conſ. 192. col. 2. ad fin. lib. 2. Socin. conſ. 24. n. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 121. col. antepenult. lib. 1. Surd. conſ. 60. n. 1. lib. 1. Aim. conſ. 61. n. 3.*

Immo etiam talis confeſſio præiudicabit Eccleſiæ, & Epiſcopis ſucceſſoribus, cum ſic
3 adminiculata ex teſtibus, † & alijs in facto adductis *Ruin. conſ. 142. n. 4. lib. 1. Natt. conſ. 547. n. 24. Rot. deciſ. 334. n. 2. & 3. par. 1. in recentior. & coram Sanctiſſ. Romana tutela. 12. Februarij 1582. Card. Seraph. deciſ. 436. n. 6. & deciſ. 442. n. 2. poſt Bald. in auth. hoc ius porrectum. n. 8. C. de ſacroſan. eccleſ. Pariſ. in c. fin. n. 54. de præſcription.*

Et quamuis hæc ſola probatio ſufficeret, Tamen ex abundanti fuerunt examinati ſeruatis ſeruandis teſtes, qui omnes plenè deponunt de tali reſidentia, vt latius dicitur in facto, vltra multas atteſtationes iuratas Ciuium Fabrianenſium, & ipſiuſmet Communitatis, ex quibus explicitè probatur talis
4 reſidentia, † cum etiam ſatis eſſet illam allegare abſque alia probatione, tanquam ſit de re notoria, de qua Iudex poterit ſimpliciter ex officio ſe informare *Bart. in l. lege*

iulia. in fin. ff. de teſtib. Bald. in l. 1. in fin. C. vt quæ deſ. aduocat. & in l. filiusfamilias. §. veterani, col. vlt. ff. de procurat. Alex. conſ. 14. lib. 5. Dec. conſ. 275. col. 5. Aim. conſ. 104. n. 9.

Adſunt etiam enunciatiuæ duorum inſtrumen-
5 torum de anno 1457. & 1522. † in quibus
pariter aſſeritur in tali Eccleſia adeſſe ſolitam reſidentiam Generalium Religionis Silueſtrinorum, vt in *ſummar. n. 6.* quæ enunciatiuæ habent vim famæ, & probant in antiquis *Aret. in c. cum cauſam. n. 26. vbi Felin. n. 4. de probat. Put. deciſ. 209. lib. 2.* cum alijs per *Rot. deciſ. 202. n. 1. & deciſ. 405. n. 5. in fin. p. 1. in recentior.* Vltra confeſſionem Epiſcopi prædeceſſoris, de qua in *ſummar. n. 5.* deponentis fuiſſe deputatos curatos, & approbatos confeſſarios ſolum per Abbates Generales eiuſdem ordinis, quæ omnia ſimul iuncta probant magis, quàm ſit neceſſe *Rot. deciſ. 472. n. 1. & 2. p. 1. in recentior.*

Quibus ſtãtibus ſuccedit clara diſpoſitio *Conc.*
6 *ſeſſ. 25. c. 11. de regularib.* † vbi eximuntur à
viſitatione Epiſcopi Monaſteria, ſeu loca, in quibus Abbates, Generales, aut capita ordinum ſedem ordinariam principalem habent, prout etiam alias declarauit *Sacra Congregatio eiuſdem Concilij Fauentina viſitationis 12. Iunij* 1618. Itaut ob iſtam expreſſam exemptionem à viſitatione ceſſet in
7 totum iuriſdictio Epiſcopi, † quidquid alias
in generali conceſſione exemptionum non compræhenderetur exemptio à viſitatione *Rot. deciſ. 2. de cenſib. in antiq. Socin. de viſitat. lib. 6. quæſt. 14. n. 16. Rot. diuerſ. deciſ. 186. n. 2. par. 1.*

Quare ob huiuſmodi ſolam aſſiſtentiam Conci-
8 lij debet dari Generali manutentio, † etiam
non docto de aliqua poſſeſſione, vnde multò magis, quando de ea docetur, vt in caſu noſtro ex multis viſitationibus exhibitis *Rot. coram Card. Sacrato Sipuntina iuriſdictionis. 24. Maij 1613. quæ eſt deciſ. 491. n. 2. p. 1. in recentior. & deciſ. 332. n. 1. in fin. p. ead. & deciſ. 416. n. 1. ad med. p. 2. in recentior.* iuxta *c. cum perſona. §. fin. de priuileg. in 6. Caputaq. deciſ. 306. n. 1. p. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 145. n. 5. in fin. verſ. quod procedit. p. 2. Menoch. de retin. poſſeſſ. rem. 3. n. 135. & 136. Rebuff. de decim. q. 9. n. 5.* Intelligendo iuxta diſtinctionem, de qua per *Rot. deciſ. 605. n. 2. par. 1. in recentior.*

Non obſtat, quod Epiſcopus prætendat talem
9 exemptionem non ſuffragari Generali, † cum
ſemper præſeruentur quo ad iſtas viſitationes iura illorum Epiſcoporum, qui maiorem exercent iuriſdictionem in perſonas, & loca, in quibus Generales, & capita ordinum habent ſedem principalem, vt in eodem *Conc.*
10 *ſeſſ. 25. c. 11. in fin.* † Quia non ſufficit iſta
prætenſio, niſi ſpecialiter, & formiter talis exceptio, & qualitas per Concilium requiſita probetur, cum alias diſpoſitioni illius non ſit locus *l. 1. §. quod autem ait prætor. vbi Bart. ff. ne quid in flum. publ. Bald. in l. in cauſis. C. de accuſat. Socin. conſ. 55. n. 4. lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 7.*
11 *n. 1. Surd. conſ. 45. n. 14.* † Itaut non ſatis ſit
Epiſcopo probare iuriſdictionem, niſi etiam probet, quod illa ſit maior, cum iſtæ duæ qualitates requirantur per Concilium, vnde etiam copulatiuè ſunt probandæ, nam vna deficiente non admittitur altera *Aim. in*
12 *conſ. 2. pro gener. n. 31. & 125.* † vbi etiam
ampliat procedere in qualitatibus à iure præſumptis *Bero. conſ. 29. n. 29. lib. 2. Menoch. conſ. 75. n. 14. Surd. conſ. 130. n. 1. ad med. lib. 1. Natt. conſ. 581. n. 5.*

Nec facit, quod Epiſcopus probauerit ſuam prætenſionem ex viſitationibus exhibitis,
13 Quia per eas † non probatur iſta maior iuriſ-
dictio in perſonas, & loca reſidentiæ Generalium, & Capitum ordinum, prout requirit Concilium, Nam viſitationes ſunt effectus iuriſdictionis maioris, qua probata poſtea competit ius viſitandi, vnde prius erit probanda aliunde talis iuriſdictio maior, in concurſu enim viſitationum adimitur in talibus locis, & perſonis ab ea exemptis iu-
14 riſdictio Epiſcopi, † qui non eſt in bona fide
viſitando cõtra expreſſam determinationem Concilij *Aim. conſ. 146. per tot.* itaut ſtatim, quod viſitat, & in viſitatione facit mentionem de loco reſidentiæ Generalis, clarè oſtẽdat ſe de facto viſitare contra formam Concilij, de qua non poteſt prætendere ignoran-
15 tiam, † Vnde per tales actus nulla potuit ei
acquiri poſſeſſio manutenibilis propter iuris expreſſam reſiſtentiam, cum etiam in hoc caſu ſufficeret, quod aduerſaretur præſumptio iuris admodum vehemens, vt talis poſſeſſor non ſit manutenendus *Couar. pract. quæſt. c. 17. n. 6. verſ. quarto non ſit reſpondendum. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vlt.*
16 *n. 24. vſque ad 27.* † vbi ſubdit rationem,
quia tunc non eſt quaſi poſſeſſio, ſed potius iniqua occupatio, quæ nihil occupatori prodeſt *Iaſ. in l. ſi prius poſtquam. n. 46. ff. de nou. oper. nunciat.* Et paſſim quando reſi-
17 ſtit ius commune, † non datur manutentio
Card. Seraph. deciſ. 1463. n. 2. Caſſador. deciſ. 8. n. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. diuerſ. deciſ. 21. n. 3. & 6. p. 2. Rot. coram Card. Arigon. Placentina Canonicatus *17. Iunij 1594. quæ*
18 *eſt deciſ. 873. n. 1. p. 4. diuerſor.* † Nam licet
poſſeſſio iniuſta ſit manutenenda, † Tamen hoc fallit quando eſt notoriè iniuſta *Rot. diuerſor. deciſ. 27. n. 11. p. 1. poſt Neuiz. conſ.*
19 *81. per tot.* † Cum etiam nec turbida poſſeſſio
iuuaret *Caputaq. deciſ. 200. lib. 2. Cardin. Mantic. deciſ. 95. n. 10.*

Nec faciunt litteræ exhibitæ procuratoris Monaſterij, in quibus fatetur iuriſdictionem immemorabilem viſitandi ad fauorem Epiſco-
20 pi, † Cum talis confeſſio non præiudicet
Monaſterio *Gloſ. in c. dudum. il 2. in verb.*

de

*de veritate. de electionib. Felin. in c. fin. col.
vlt. ante med. verſ. & adde quod confeſſio. de
præſcript. Roman. conſ. 389. in princ.* Maxi-
mè, quia non eſt facta per modum conten-
21 tioſæ iuriſdictionis, † ſed ſpontaneè, & vo-
luntariè emanata *Bart. in l. certum. §. & an
ipſas. col. 2. ff. de confeſſ. Bald. in l. vnic. n.
30. C. eod. tit. Pariſ. conſ. 115. n. 18. lib. 1.
Rim. Iun. conſ. 293. n. 14. lib. 3.*

Nec obſtant depoſitiones trium Sacerdotum,
ſuper prætenſa viſitatione immemorabili ad
fauorem Epiſcopi, Quia vltra quod omnes
ſunt eius famuli, deponunt per ſimplicem
22 fidem, † quæ non facit fidem, & abſque ci-
tatione partis, ideo nihil probant *Aret. conſ.
163. col. 2. Dec. conſ. 54. in princ. Grammat.
conſ. 63. n. 1. Gabr. concluſ. 1. n. 80. & 103. de
citat. Caputaq. deciſ. 274. n. 2. lib. 3. Caſſador.
deciſ. 8. n. 6. de reſcript.*

Quibus additur, quod neque eſt acquiſita ali-
qua poſſeſſio Epiſcopo per prætenſas viſita-
23 tiones, † tanquam factas ſine præſentia, &
ſcientia eorum, quibus præiudicatur, prout
requiritur *l. 2. C. de ſeruit. & aqua. Calder.
conſ. 12. in fin. de iurepatronat. Felin. in
c. de quarta. n. 41. de præſcript. Ferret. conſ.
58. n. 6. Rot. diuerſ. deciſ. 4. n. 9. p. 2.* cum
alijs latè adductis per *Gonzal. ad regul. 8.
gloſ. 45. §. 2. n. 32.*

Et ſcientia Monacorum, quæ præſupponitur
non ſufficit, cum non potuerint præiudicare
24 Monaſterio expreſsè, † vnde multò minus
tacitè *Decian. conſ. 71. n. 74. lib. 1.* Neque
enim conſiderandū eſt, quod aliqui hoc per-
miſerint, nam ex hoc non infertur præiudi-
cium alijs non conſentientibus, prout neque
25 ſucceſſoribus, † qui etiam poterunt contra-
uenire facto inualido anteceſſorum *Socin.
conſ. 79. n. 47. lib. 4. Menoch. conſ. 1. n. 102.*

Ex prædictis etiam ceſſat quadragenaria per
Epiſcopum allegata, Quia ſtante ſcientia
eiuſdem Epiſcopi aſſerentis in viſitatione,
quod Eccleſia, quā viſitabat erat ſedes prin-
cipalis Generalium Silueſtrinorū, eſt in mala
fide ob reſiſtentiam Concilij mandātis tales
Eccleſias non poſſe per eū viſitari, ob quam
26 malam fidem † nulla præſcriptio obſtat *c. vlt.
de præſcript. c. poſſeſſor. vbi Couar. p. 2. c. 6.
n. 1. cum ſeq. de regul. iur. in 6. Caputaq.
deciſ. 24. & 362. par. 2. Card. Seraph. deciſ.
1360. n. 15. Gabr. de præſcript. concluſ. 1. n. 57.
verſ. contrarium quod bona fides. Rot. deciſ.
197. in fin. & deciſ. 221. n. 7. p. 1. in recent.
Aim. conſ. 146. per tot. Menoch. de retin. poſ-
ſeſſ. remed. 5. n. 6. & remed. 6. n. 132. Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 45. §. 2. n. 35.*

Et minus obſtat talis quadragenaria, cum per
Epiſcopum nullus adducatur titulus, prout
27 requiritur, vt illa ſuffragetur. † Quamuis
enim nullus titulus requiratur in huiuſmodi
præſcriptione quadragenaria *l. ſi quis em-
ptionis. C. de præſcript. trig. annor. Dec. conſ.
266. non excedit. n. 5.* Tamen quando tracta-
tur, prout in caſu noſtro, de præſcriptione
28 viſitandi contra ius, † & concilium, tunc pro-
pter iuris reſiſtentiam non ſufficit quadrage-
naria, ſed debet doceri de titulo, vel de im-
memorabili *c. 1. de. præſcript. in 6. Cardin.
conſ. 114. dico petrum. in fin. Felin. in c. ſi
diligenti. 17. col. 9. n. 11. verſ. nona reſtri-
ctio, de præſcription. Balb. eod. tit. p. 2. p. 3.
princip. q. 6. n. 11. & 12. fol. 198. Couar. lib. 1.
var. reſolut. c. 17. n. 7. & 8. col. 13. verſ. quinto
hinc perpendi poteſt. fol. 99. Rebuff. de decim.
q. 13. n. 81. vſque ad 88. Monet. eod. tit. c. 5.
n. 112. Rot. deciſ. 76. n. 2. p. 1. in recentior. &
coram R. P. D. Coccino Feltren. prabenda.
6. Iunij 1605. & coram Card. Pamphilio Va-
lentina de Gandia. 23. Februarij 1601. & co-
ram Card. Lancellotto Gadinen. adminiſtra-
tionis. 10. Decembris 1582.* Maximè, quia
Concilium non ſolum reſiſtit in genere tan-
tum, ſed etiam in ſpecie prohibendo parti-
culariter, & in indiuiduo Epiſcopis, ne viſi-
tent Eccleſias, in quibus adſunt capita ordi-
29 num, † tunc enim magis requiritur quadra-
genaria cū titulo, vel immemorabilis *Felin.
in c. ſi diligenti. n. 9. verſ. quinta reſtrictio.
de præſcription. poſt Bald. in l. 1. ad fin. C. de
ſeruitut. Anchar. & alij in c. ſine poſſeſſione.
30 de regul. iur. in 6.* † Præſertim in præſcriben-
da iuriſdictione *c. ad decimas. de reſtitut.
ſpoliat. in 6. Felin. in d. c. ſi diligenti. n. 11.
in fin. eod. tit.*

Additur, quod teſtes ex aduerſo examinati po-
tius probant reſidentiā ſemper fuiſſe in Ec-
cleſia S. Benedicti, & quatenus etiam proba-
rent ibidem illam non eſſe, Tamen tales te-
ſtes conuincuntur, & conquaſſantur à noſtris
teſtibus adminiculatis cum enunciatiuis, &
31 confeſſionibus, ac alijs ſupra adductis, † ma-
ximè, quia teſtes Aduerſarij deponunt ſuper
negatiua non reſidentiæ, noſtri autem ſuper
affirmatiua, quibus magis creditur etiam
paucioribus, quàm mille negantibus *Gloſ.
fin. in c. 1. de præſcription. in 6. & in l. diem
proferre. 32. §. inde quæritur. in verb. con-
ſenſerunt. & ibi Bart. ff. de recept. arbitr.
Bald. in l. actor. C. de probation. Imol. in
l. inter pares. ff. de re iudicat. Alex. conſ.
148. n. 2. lib. 2.*

Neque aliqua vis eſt facienda in viſitationibus
ex aduerſo productis, Quia ſunt potius tur-
bationes ſtatus libertatis, in quo exiſtebant
Generales, vt conſtat ex reclamationibus in
facto relatis, Cum etiam tales viſitationes
elidantur à viſitationibus Generalium cum
deputatione confeſſariorum ad curam ani-
marum, quæ tanquam habentes aſſiſtentiam
32 Concilij, † & plures numero, & effectuatæ
præferuntur in manutentione poſſeſſionis,
tanquam habens titulum dicatur habere
poſſeſsionem magis iuſtam, ob quam debet
obtinere in mandato de manutenendo con-
tra eum, qui non habet titulum, & cui reſi-
ſtit concilium, quāuis etiam prætendat pro-

baſſe poſſeſsionem, quaſi paritas probatio-
num reducatur ad imparitatem propter po-
tiora iura poſſidendi *Bald. in l. vnic. col. vlt.
poſt princ. n. 10. in fin. verſ. ſi autem vter-
que probat. C. vnde vi. poſt Gloſ. in c. licet
cauſam. in verb. titulum. ad med. & ibi Card.
col. fin. verſ. dic ergo quod aut pro altero.
Henric. Boich. col. vlt. in princ. n. 6. in
fin. de probation.*

Nec facit, quod non conſtet de ſcientia, & pa-
tientia Aduerſarij viſitationum Generalis,
33 ſine qua † non poteſt acquiri poſſeſſio *l. in
incorporalibus. C. de ſeruitutibus.* Quia cum
ex Concilij diſpoſitione Capita ordinũ exi-
mantur à viſitatione Epiſcopi, & illis com-
petat ius viſitandi, non requiritur aliqua
34 ſcientia, † & patientia alterius ad effectum
acquirendi poſſeſſionem ex iſtis actibus viſi-
tationum *Rot. deciſ. 533. n. 3. p. 1. in recent.*
vbi adducuntur concordantes deciſiones *Re-
buff. de mater. poſſeſſor. in præfat. n. 145. tom.
3. poſt Caſtr. in l. ſeruitutes prædiorum. n. 9.
verſ. licet ipſi. de ſeruitutib. Balb. de præſcri-
ptionib. p. 2. partis 5. principal. q. 7. n. 4.*

Amplius, quamuis non conſtaret de ſede prin-
cipali Generalis in Eccleſia S. Benedicti,
35 prout verè conſtat ex ſupra allegatis, † Ta-
men ex quo hodie per eumdem Generalem
eligitur, & conſtituitur talis ſedes in dicta
Eccleſia, nõ poterit amplius per Epiſcopum
in ea exerceri ius viſitandi, quia per Conci-
lium facultas eligendi ſedem non eſt coar-
ctata aliquo tempore, aut loco, cum ſolum
dicatur, quod ſint exempta monaſteria, &
loca, in quibus Generales habent ſedem
ordinariam principalem, vnde ſi non prohi-
36 betur, † vtiq; debet cenſeri permiſſum *c. cum
apud. de ſponſalib. l. 1. ff. de teſtib. Gloſ. in
l. ſi quæramus. ff. de teſtament. Bero. conſ.
187. n. 7. lib. 3.* Maximè, quia non poteſt de
hoc conquæri Epiſcopus ſub prætextu, quod
ei ius quæſitum tollatur, nam tale ius eſt
temporale, & euentuale, donec non ſit facta
electio ſedis ordinariæ principalis per Ge-
neralẽ, adeo vt eueniente tali caſu ceſſet iu-
riſdictio Epiſcopi, ita diſponente Concilio,
37 Cum præſertim Abbates, † Epiſcopi, & ſimi-
les poſſint in quolibet loco ſuæ diœceſis re-
ſidere, tanquam in qualibet parte illius ha-
beant ordinariam poteſtatem exercendi ea,
quæ ad eorum officium pertinent *c. cum
epiſcopus. 7. vbi Franc. n. 3. de offic. ordinar.
in 6. Idem Franc. in c. qua fronte. n. 2. de
appellat. Pauin. de poteſtat. capit. ſed. vacant.
p. 2. q. 10. n. 25. Nauar. conſ. 2. n. 1. cum ſeq.
de offic. ordinar. Calderin. conſ. 2. eod. tit.*

E P I T O M E.

ABbas non habẽs benedictionem ab Epi-
ſcopo quando poſſit conferre ordines
minores. ¶ Et quo caſu huiuſmodi collatio
ſit per Epiſcopum approbata. ¶ Et quid ſi-
gnificet talis benedictio. ¶ Et quando requi-
rat examinationem. ¶ Vel ſolum ſufficiat
profeſſio fidei. ¶ Et quo tempore ſit facien-
da. ¶ Et an ſit ad bene eſſe, vel de ſubſtantia,
itaut valeat conſuetudo in contrarium. ¶ Et
quando ante illam poſſint exerceri omnia,
quæ ad eumdem Abbatem pertinent, cum
vſu baculi paſtoralis, & mitræ, & pontifica-
lium. ¶ Et an ſtatim vacẽt beneficia per eius
electionem, quidquid ſit in Epiſcopo, in quo
vacant poſt conſecrationem. ¶ Priuilegio-
rum communicatio quid operetur. ¶ Prio-
res, & Abbates an idem ſint quo ad dignita-
tem. ¶ Et quibus alijs nominibus vocentur.
¶ Capita ordinum quæ ſint, & quam poteſta-
tem habeant. ¶ Facultas Abbatis habentis
iuriſdictionem Epiſcopalem, an extendatur
ad ordines. ¶ Præſcriptio quadragenaria an
ſufficiat contra Epiſcopum quo ad iura viſi-
tationum, & ſimilia. ¶ Collatio ordinum
an proueniat ex benedictione Abbatis, ſeu
ex virtute propria, & ex diſpoſitione iuris.
¶ Obſeruantia an attendatur in his, quæ ſunt
contra naturam actus. ¶ Poſſeſſio anteceſſo-
ris in conferendis ordinibus an iuuet ſucceſ-
ſorem. ¶ Manutentio quando cõcedatur ha-
benti aſſiſtentiam iuris. ¶ Diaconus an ha-
beat concionem ad populum ratione ordi-
nis, vel ex poteſtate ſibi per ius conceſſa.
¶ Abbas an debeat eſſe ſacerdos aptitudine,
vel actu. ¶ Et quando poſt benedictionem
petitam, & ab Epiſcopo recuſatam poſſit or-
dines conferre. ¶ Et an ſit locus appellatio-
ni, ſi non admittantur cauſæ recuſationis.
¶ Nouitius an ſit ordinandus ab Abbate du-
rante anno probationis. ¶ Et ſi ordinetur an
ordinans peccet, & ſit ſuſpenſus. ¶ Et an ta-
lis ordinatus, ſi recedat à monaſterio, gau-
deat priuilegio ordinis. ¶ Epiſcopus, &
Abbas ordinans in aliena parochia clericos
alienos an imprimat characterem, & confe-
rat ordinem, & executionem.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas eſt manutenendus in poſſeſſione con-
ferendi ordines minores ſuis ſubditis.*
2 *Poſſeſſio anteceſſoris iuuat ſucceſſorem.*
3 *Collatio ordinum facta per Abbatem quando
cenſeatur approbata per Epiſcopum.*
4 *Abbates habent aſſiſtentiam iuris communis,
per quod datur eis facultas conferendi or-
dines ſuis monacis, immo etiam laicis, quæ
tamen per Concilium fuit moderata quo ad
ſubditos tantum, & quo ad tales ſunt ma-
nutenendi in poſſeſſione. n. 5.*
6 *Priores, & Abbates idem ſunt quo ad di-
gnitatem, & omnes alias qualitates cum
generali adminiſtratione vſus mitræ, & ba-
culi, & cum alijs inſignijs Epiſcopalibus. n.
21. & 26. Declara vt n. 7.*
8 *Abbates aliquando vocantur patres, & An-
tiſtites, & Duces regularium.*

Ab-

Digitized by Google

9 *Abbatiſſa dicitur etiam Prioriſſa, & Prefecta, ſeu Prepoſita.*

10 *Abbas non habens benedictionem ab Epiſcopo non poteſt conferre ordines. n. 28. Fallit n. 30. & 39.*

11 *Benedictio Abbatis facienda per Epiſcopum eſt potius ad bene eſſe, quàm de ſubſtantia, & ante illam poteſt exercere omnia, quæ ad eum ſpectant cum vſu baculi paſtoralis, & ſtatim vacant beneficia per illius electionem, quamuis in Epiſcopo non vacent niſi poſt conſecrationem. n. 18. 21. & 29.*

12 *Abbas datus adminiſtrator Eccleſiæ cathedrali vacanti confert ſuis diœceſanis ordines, quos poteſt conferre ſuis ſubditis.*

13 *Benedictio Abbatis nullum tempus definitum habet, nec dat aliquam notam ordinis ſacri, ſed eſt quædam precatio, per quam inuitatur ad ſuum munus pie exercendum.*

14 *Manutentio conceditur etiam lata ſententia contra poſſeſſorem, & pendente reſtitutione in integrum.*

15 *Priuilegia communicata dicuntur eadem in ſubſtantia, & cum omnibus qualitatibus. & n. 25.*

16 *Valet conſuetudo, quod omittatur benedictio Abbatis. n. 31. 32. & 33.*

17 *Obſeruantia non attenditur in his, quæ ſunt contra naturam actus.*

19 *Immemorabilis facit, vt poſſit allegari quicumque titulus, & quodcumque priuilegium magis proficuum. & n. 36.*

20 *Capita ordinum, quæ ſint, & an habeant facultatem ordinandi, quamuis non habuerint benedictionem. Et quid in Abbate habente vſum pontificalium. n. 38.*

23 *Facultas Abbatis habentis iuriſdictionem Epiſcopalem non extenditur ad ordines. Intellige vt n. 24. & 26.*

34 *Statutum, & conſuetudo debet aliquid operari vltra ius commune.*

35 *Collatio Ordinum an proueniat ex benedictione Abbatis, ſeu ex virtute propria, & conceſſione iuris. n. 40.*

37 *Præſcriptio quadragenaria ſufficit contra Epiſcopum quo ad iura viſitationum, & ſimilia.*

41 *Diaconus poteſt concionem ad populum habere, non ratione ordinis, ſed ex poteſtate ſibi à iure conceſſa.*

42 *Abbas poſt petitam benedictionem, & per Epiſcopum recuſatam poteſt ordines conferre. Intellige vt n. 43. Et quando detur appellatio ſi non admittantur cauſæ recuſationis. n. 48.*

44 *Ordinati ab Abbatibus non ſunt examinandi ab Epiſcopo.*

45 *Examinatio an requiratur in benedictione Abbatis, vel ſolum profeſſio fidei. n. 45.*

47 *Abbas an debeat eſſe Sacerdos aptitudine, vel actu.*

49 *Benedictio quo die ſit danda Abbati.*

50 *Nouitius non debet ordinari ab Abbate durante anno probationis, alias Abbas peccat licet non ſit ſuſpenſus. n. 51.*

52 *Nouitius ordinatus per Abbatem, ſi recedat à monaſterio, non gaudet priuilegio ordinis.*

53 *Epiſcopus, & Abbas ordinans in aliena parochia clericos alienos an imprimat characterem, & conferat ordinem, & executionem. n. 54. 55. 56. & 57.*

58 *Ordinis executio dicitur perfectio ordinis.*

CAP. DCCCLXXI.

SVblatis moleſtijs datis per Epiſcopum contra Abbatem generalem Monachorum Silueſtrinorum ſuper viſitatione ſedis principalis, de qua latè diximus in præcedenti capite, ſurrexerunt nouæ turbationes eiuſdem Epiſcopi prætendentis eũdem Abbatem non potuiſſe, nec poſſe ordines conferre, Vnde fuit dubitatum an Abbati eſſet concedenda manutentio conferendi ordines ſuis ſubditis, Et quidem dixi concludendum eſſe affirmatiuè, cum conſtet de illius poſſeſſione ab antiquiſſimo tempore vſque in

1 præſentem diem, † ob quam debet in ea manuteneri *Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti. n. 3. verſ. ſed ſi non obſtante. ff. uti poſſid. Menoch. de retinend. remed. 3. n. 142. & 148. Rot. decis. 752. n. 2. p. 1. in recentior.* Itaut in hoc caſu ſufficiat etiam poſſeſſio Abbatum

2 anteceſſorum, † quæ iuuat ſucceſſorem *Rot. decis. 1. de reſtitut. ſpoliator. in non. & coram R. P. D. Coccino Montis Regalis iuriſdictionis 6. April. 1601. & coram eodem Theatina iuriſdictionis S. Ioannis in venere. 20. Decembris 1613. quæ eſt decis. 301. n. 2. p. 1. in recentior. Guid. Pap. decis. 629. n. 2.*

Maximè, quia collationes ab Abbatibus geſtæ fuerunt non ſolum patientibus, & ſcientibus Epiſcopis, ſed expreſsè conſentientibus, & eoſdem ordines collatos approbantibus,

3 dum poſtea † ipſi prædictis ſubditis ſic ordinatis contulerunt ſacros ordines, per quorum collationem ſunt approbati præcedentes ordines minores, itaut ſtante iſta agnitione poſſeſſionis non poſſit Aduerſarius amplius contra illam venire, nec eam impugnare *Rot. decis. 752. n. 2. in fin. par. 1. in recentior.* iuxta *l. qui præcario. vbi Ang. ff. de precar.*

Præſertim, quia ſimiles Abbates habent aſſi-

4 ſtentiam iuris communis, † ſecundum quod datur eis facultas conferendi ordines ſuis Monacis, immo etiam laicis *Gloſ. in c. abbates. 3. in verb. quaſi epiſcopalem. vbi Gemin. n. 4. Franc. n. 3. de priuil. in 6. Turrecrem. in c. quoniam. n. 6. diſtinct. 69. Butr. conſ. 19. n. 15. Card. in c. attendentes. §. ſtatuimus. n. 3. q. 9. de ſtat. monachor. Cardin. Seraph. decis. 985. n. 1.*

Quæ facultas fuit etiam comprobata per Con-

5 cilium quo ad ſubditos tantum, † prout hodie quo ad eos prætenditur talis poſſeſſio, vt in

vt in *ſeſſ. 23. c.10. de reformat.* Itant ſtante
huiuſmodi aſſiſtentia tam iuris cõmunis quo
àd ſuos monachos, quàm Concilij magis ſit
concedenda manutentio ipſis Abbatibus *c.
cum perſona. §. fin. de priuileg. in 6. Rot. de-
ciſ. 382. n. 1. & deciſ. 273. n. 1. & deciſ. 491.
n. 2. p. 1. in recent. Caputaq. deciſ. 306. p. 1.
Rot. diuerſ. deciſ. 345. n. 6. p. 2.*

Neque obſtat, quod non ſimus in Abbate, ſed
in Priore, Quia non attenditur iſta denomi-
6 uatio verbalis, † cum in ſubſtantia in caſu
noſtro, idem ſit Prior, & Abbas quo ad di-
gnitatem, & omnes alias qualitates, quæ in
vtroque concurrunt, cum generali admini-
ſtratione, vſu mitræ, & baculi, cum alijs inſi-
gnijs pontificalibus, quæ faciunt, vt atten-
datur perſona, non habita conſideratione
nominis, Priores enim quandoque ſunt ab-
ſolutè ſuperiores, prout Abbates, qui eli-
guntur à conuentu, & Capitulo, vel à Capi-
tulo generali, & iſti dicuntur maiores, &
habent omnia iura Abbatum, vt per *Innoc.
& alios in c. in ſingulis. de ſtat. monachor.
Card. Thuſc. in verb. Priores. concluſ. 708.
n. 1. tom. 6. fol. 550. Gonzal. ad reg. 8.
gloſ. 8. n. 113.*

Contraria autem procedunt in Prioribus, qui
7 ſubſunt Abbatibus, † & ab eis amouentur,
& nullam habent iuriſdictionem in mona-
chos, ſed ſolum adminiſtrationem ſibi com-
miſſam de rebus Eccleſiæ, ſeu Monaſterij
*Marſil. de reddit. eccleſiaſt. c. 15. n. 2. tom. 15.
p. 2. fol. 347. Cardin. Thuſc. d. concluſ. 708.
n. 2. cum ſeq.* iuxta *c. cum ad monaſterium. 6.
§. tales. de ſtat. monachor. Innoc. in c. in ſin-
gulis. n. 2. verſ. & huiuſmodi. col. 2. ad med.
eod. tit. Federic. conſ. 134. in fin. verſ. ad ſe-
cundum. & conſ. 200. in princ. & conſ. 259.
n. 1. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 8. n. 114.*

Quare etiam Abbates vocantur aliquando pa-
8 tres, ſeu Monachorum Antiſtites, † & Duces
regularium, vel alijs nominibus, prout in
diuerſis monaſterijs ſolitũ eſt, vt per *Marſil.
de redditib. eccleſ. c. 15. n. 5. & 6. tom. 15. p. 2.
fol. 347.* Prout etiam dicimus de Abbatiſſa,
quæ etiam appellatur Prioriſſa, Præfecta, ſeu
9 Præpoſita, † ſiue quocumque alio nomine,
quæ venit ſub appellatione Abbatiſſæ *Conc.
Trident. ſeſſ. 25. c. 7. de regular. & monialib.
c. ſanctimoniales. 20. q. 1. Concil. Carthag. 3.
Concil. Agath. c. 19.*

Nec facit, quod quamuis eſſemus in Priore
æquiparato Abbati, Tamen, cum non con-
ſtet, quod habuerit benedictionem ab Epi-
10 ſcopo, † non poteſt ei competere collatio or-
dinum *Firman. de Epiſcop. 2. p. 3. part. princ.
n. 9. tom. 13. p. 2. fol. 321.* iuxta *c. quoniam. 69.
diſtinct. c. cum contingat. de ætat. & qualit.
Oldrad. conſ. 14. n. 11.* cum alijs per *Cam-
panil. in diuerſor. iur. canonic. rubr. 6. c. 1.
n. 9. fol. 76.* Itaut Abbas non ſolum debeat
eſſe benedictus ſimplici benedictione, ſed
etiam ſolemni, vt poſſit conferre ordines, quę
ſolemnis requirit examinationẽ, & quod fiat
diebus dominicis, & feſtiuis, itaut Abbati
non ſacerdoti non ſit danda de iuris rigore,
quamuis in hoc vltimo Curia Romana ſer-
uet contrarium *Lapus allegat. 138. n. 5. fol.
165. Gemin. in c. quoniam. n. 3. diſtinct. 69.
Caſſan. in catal. glor. mund. p. 4. conſid. 32.
col. 6. verſ. item poſſunt. in fin. fol. 112.*

Quia verius eſt, quod iſta benedictio eſt potius
ad bene eſſe, non autem de ſubſtantia, ideo
Abbas ante illã poteſt exercere omnia, quæ
11 ad eũ ſpectant, † & vti baculo paſtorali, ſi ei
datur ad ſuſtentationẽ ordinis, & laboris, ad
quem aſſumptus eſt, quare ſtatim electus di-
citur Abbas, & vacant beneficia, licet in
Epiſcopo non vacent ante conſecrationem,
ob illam rationem differentiæ, quia conſe-
cratio in Epiſcopo confert ordinem, quod
non eſt in benedictione, vt latè omnia præ-
dicta comprobat *Felin. in c. eam te. 7. col. 5.
n. 7. verſ. tertio reſtringuntur prædicta in
abbate. de reſcript. & ibid.* latè *in repertor.
in verb. Abbas & Abbatiſſa. Card. in clem.
attendentes. §. ſtatuimus. q. 6. n. 2. in fin. de
ſtat. monachor.* cum alijs per *Silu. de benefic.
q. 38. n. 6. & 7.* & latius *q. 2. n. 78. vſque ad*
12 *n. 81. tom. 15. p. 1. fol. 5.* † vbi etiã ſubdit, quod
Abbas datus adminiſtrator Eccleſiæ cathe-
drali vacanti poteſt conferre ſubditis illius
diœceſis illos ordines, quos Abbates poſ-
ſunt conferre ſuis ſubditis, tanquam hoc ha-
beat ex ſua propria virtute *Domin. in c. is
cui. col. 1. verſ. vidi dubitari. n. 7. & ibi
Franc. n. 2. ad med. verſ. & concludit etiam
hic. de elect. in 6.* vbi etiam, quod eodem
modo hoc poterit, ſicut poteſt inuitatus in
clauſtris aliorum exemptorum iure ſuo con-
ferre tonſuram, & minores ordines, itaut
non incurrat aliquam pœnam non requiſi-
to diœceſano *Sair. de cenſur. lib. 4. c. 13. n. 5.
ad med. poſt Gemin. in c. abbates. verſ. quid ſi
abbas. n. 6. de priuil. in 6. Maiol. de irregular.
lib. 3. c. 21. n. 12.* & multa etiam adducit *Chri-
ſtophor. Ruffinian. de benefic. c. 5. n. 35. & 36.*
13 *tom. 15. par. 2. fol. 256.* † vbi etiam quod nul-
lum tẽpus eſt præfinitum huic benedictioni,
per quam nullus datur character ſacer, nec
aliqua nota ordinis ſacri, aut inunctio, cum
ſit quædam ſolemnitas, & fauſta, & auſpi-
cata precatio, qua incitantur Abbates ad
ſuum munus piè exercendum *Oldrad. conſ.
14. in fin. verſ. ergo nec in abbate benedictio
expectari debet.*

Et quidquid ſit in prædictis, non eſt modo di-
ſcutiendum an requiratur benedictio, necne
cum ſolum quæratur an Abbas ſit manute-
nendus in poſſeſſione conferendi tales ordi-
nes, quod non poteſt negari ex ſupradictis
14 non obſtante replicatione benedictionis, † tũ
etiam quod fuiſſent latæ ſententiæ ſuper tali
benedictione ad fauorem Epiſcopi, non im-
peditur manutentio *Caputaq. deciſ. 321. p. 1.
Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propr.*

vbi

vbi etiam quod hoc procedit pendente reſti-
tutione in integrum aduerſus ſententias *Rot.*
coram Card. Arigonio Venetiarum cenſus.
22. Martij 1596. & coram Sanctiſſ. Imolen.
cenſus.11. Maij 1607. in impreſſ.decıſ.313.n.4.
Et tollitur omnis difficultas ſtantibus priui-
legijs Apoſtolicis conceſſis congregrega-
15 tioni monachorum Silueſtrinorum, † & eo-
rum Abbatibus, quibus per Paul. V. fue-
runt communicata omnia priuilegia Camal-
dolen. & aliorum quorumcumque monaſte-
riorum Orbis. Vltra quod per Leonem X. &
Clem. VIII. in ſpecie fuit conceſſum eidem
Congregationi Camaldolen. vt illius Abba-
tes, & Priores poſſint dictos ordines confer-
re, vnde ſtante communicatione, & exten-
ſione ſimilium priuilegiorum facta ad fauo-
rem Silueſtrinorum, licebit etiam eorum
Abbati eoſdem ordines conferre, tanquam
per iſtas communicationes priuilegiorum,
dicantur illamet priuilegia, quæ alteri erant
conceſſa, cum eiſdem qualitatibus, & eadem
ſubſtantia *l. fiſcus. in fin. ff. de iur. fiſc.*
Mandoſ. de priuileg. ad inſtar. q.2. per tot.
dixi ſupr. c. 791. n. 9. & 10.
Quibus additur, quod non eſt quærendum in
caſu noſtro de iſta benedictione, quia cum
ab antiquiſſimo, & immemorabili tempore
ſemper tales Abbates habuerint ius confe-
rendi huiuſmodi ordines nulla præcedente
16 benedictione eiuſdem Epiſcopi, † illa con-
ſuetudo eſt ſeruanda, tanquam benedictio
non ſit de ſubſtantia in Abbate, cum valeat
conſuetudo, & obſeruantia, quod iſta bene-
dictio omittatur, ita in ſpecie *Felin. in c.*
meminimus.17. in fin. de accuſationib. iuxta
clem. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtat. mo-
17 *nachor.* † Et contraria procedunt in his, quæ
ſunt contra naturam actus, in quibus con-
traria obſeruantia, & conſuetudo non va-
leret *Gloſ. in c. non putamus. de conſuetud.*
in 6. Felin. in d. c. meminimus. in fin. n.20.
18 *de accuſat.* † Et quod talis benedictio non ſit
de ſubſtantia oſtenſum eſt *ſupr. n. 10. & 11.*
& latè etiam comprobat *Albertin. in repet.*
c. quoniam. q.3. n.2. de hæretic. in 6. tom.5.
fol. 383. poſt Turrecremat. in c. quoniam.
69. diſtinct.
Et cum ſufficiat conſuetudo, & obſeruantia ex
ſupradictis, tanquam non requiratur benedi-
ctio de ſubſtantia, multò magis operabitur
19 in caſu noſtro iſta temporis antiquitas, † &
immemorabilis, quæ facit, vt poſſint Abba-
tes allegare pro ſe titulum quem voluerint,
& quodcumque priuilegium Summorum
Pontificum ſibi magis proficuũ *c. ſuper qui-*
buſdam. §. præterea. vbi Gloſ. in verb. non
extat memoria. de verbor. ſignificat. Put. de-
ciſ.205. n.2. & 3. lib.1. Gozad. conſ.8. n.37.
Pariſ. conſ.111. n.43. & 49. lib.1. Aebill. de-
ciſ.4. de iurepatronat. Rot. deciſ.677. n.4. ad
fin. par.1. in recent.
Et omnes iſti Abbates, qui ſunt capita ordi-
num habent talem facultatem ordinandi,
20 quamuis non habuerint † benedictionẽ Epi-
ſcopi, Itaut ſtatim quod habent ex priuile-
gio vſum pontificalium habeãtur ac ſi eſſent
benedicti *Vgolin. de offic. epiſcop. p. 2. §. 7.*
n.1. fol.21. & notat *Innoc. in c.1. in fin. de*
ſuppl. neglig. prælatar. vbi loquitur de Ab-
batibus Ciſtercienſibus *Archid. in c. quoniã.*
in fin. diſtinct.69. Quorum priuilegia, & to-
tius orbis ſunt communicata Abbati Silue-
ſtrinorum, vt dictum eſt *ſupr. n. 14.* Et de
quatuor capitibus ordinũ S. Benedicti, Clu-
niacen. Ciſtercien. & Præmonſtraten. quod
poſſint conferre ordines minores vigore ſuo-
rum priuilegiorum *Leo in theſaur. for. ec-*
clеſ. p.2. c.16. n.59. fol.237.
Neque obſtat, quod in communicatione priui-
legiorum adſit clauſula quatenus non ſint
21 contraria canonis, & Conciliõ. † Quia iam
ſupra oſtenſum fuit in nihilo adeſſe iſtam
contrarietatem, cum benedictio non ſit de
ſubſtantia, & poſſit de conſuetudine tolli,
maximè in iſtis Abbatibus capitum ordi-
num *Felin. in c. meminimus. in fin. de*
accuſat. Innoc. in c. 1. in fin. de ſuppl. ne-
glig. prælator.
Et dum iterum opponitur, quod non ſimus in
Abbate, ſed in Priore, fuit latè reſponſum
ſupr. n.5. vſque ad 8. quibus denuo additur,
22 quod quocumque nomine vocentur † non eſt
facienda inter eos differentia, itaut omnia
diſpoſita in Abbatibus trahantur ad Priores
Capr. in ſpecie *in clem. abbates. n.15. vſque*
ad 18. poſt Imol. ibid. de reſcript. tom. 6. fol.
18. iuxta *Gloſ. ibid. in verb. abbates. & in*
verb. præſidentes. Albertin. in c. quoniam.
q.3. n.1. de hæretic. in 6. tom.5. fol.383. Caſ-
ſan. in catalog. glor. mund. p. 4. conſider. 32.
col. 5. ad med. fol. 112. Burgos in c. decerni-
mus. n. 20. de iudic. tom.3. fol. 55. vbi quod
Abbates dicuntur Prælati, & veniunt nomi-
ne Prælatorum *Leo in theſaur. for. eccleſ. p. 1.*
c. 2. n. 32. vbi etiam quod ſunt capita ordi-
num *Abb. in d. c. decernimus. n.2.*
Prout etiam dum exaduerſo firmatur conclu-
ſio, quod facũltas Abbatis habentis iuriſdi-
23 ctionem Epiſcopalem, † non extendatur ad
ordines ex *Butr.* in pũcto *conſ.19. n.9. & 10.*
quem etiam refert *Aim. in l.1. n.118. ff. de*
legat. 1. Reſponſio eſt clara, & facilis ſolu-
tio ex eodem *Butr.* qui loquitur in ordini-
bus ſacris, non autem in minoribus, prout
ipſe declarat *d. conſ.19. n.15. verſ. ad quar-*
24 *tum patet reſponſum. col. 5. ad med.* † & ita
etiam intelligitur *Iaſ. in l.1. n.21. verſ. pri-*
mo limita. ff. de legat.1. dum ibidem ſimpli-
citer refert *Butr.* qui cum tali diſtinctione
loquitur, & per conſequens remanent firma
25 priuilegia communicata Abbati, † cui pro-
pter talem exequationem cenſentur conceſſa
omnia, quæ ſunt in exequato *l. illud. ff. de*
donation. cauſ. mort. cum alijs per *Doctor. in*
l.1. vbi Socin. Iun. n.38. ff. de legat.2.

Ma-

Digitized by Google

Maximè, quia ſuperfluum eſt de hoc quærere,
cum reſpectu ordinum minorum ſit indubi-
26 tatum, † nam Abbates habentes iura Epiſco-
palia poſſunt illa conferre, quidquid aliud ſit
in maioribus ordinibus, tàm ex diſpoſitione
iuris communis, quàm Concilij *Gloſ. in c. ab-
bates. 3. in verb. quaſi epiſcopalem. vbi Ge-
min. n.4. Franc. n.3. de priuileg. in 6. Card.
Seraph. deciſ.985. n.1. Concil. Trident. ſeſſ.
23. c.10. Zabar. in clem. attendentes. § ſta-
tuimus. n.3. q.9. de ſtat. monachor. Mandoſ.
reg. 24. q. 2. n. 5. fol. 30.*

Quo verò ad *Caſſan.* per nos allegatum in *ca-
talog. glor. mund. p.4. conſider.32.* obſeruan-
dum eſt illum fuiſſe adductum ad probandũ,
27 quod non eſt facienda vis † an Abbas voce-
tur Prior, ſeu alio nomine, prout exaduer-
ſo magna differentia fiebat, tanquam iura
loquantur de Abbate, non de Priore, Quia
verè iſta diſtinctio eſt reijcienda, prout di-
ctum eſt *ſupr. n.5. 7. & 21.*

Et quamuis *Caſſan. d. conſider. 32. col.6. in fin.
fol. 112.* ſubdat, quod Abbas debeat eſſe be-
nedictus, ad hoc, vt poſſit conferre ordines
minores, & ad iſtum effectũ *idem Caſſan.* ex-
28 aduerſo allegetur, † cum multis alijs, qui
adducuntur, Tamen nõ opus fuit in hoc im-
morari, quia adeſt diſpoſitio *tex. in c. cum
contingat. 11. de ætat. & qualit.* vbi clarè di-
citur, quod Abbas debet habere benedictio-
nem, vt poſſit conferre ordines minores *c. ſta-
tuimus. de ſuppl. neglig. prælator. c. quoniam.
69. diſtinct. clem. attendentes. de ſtat. mona-
chor.* Itant cum habeamus textus præciſos
non ſit recurrendum ad dicta doctorum,
prout multi allegantur videlicet *Gabr. conſ.
181. n.25. in princ. & n. 26. in fin. lib.2. Re-
buff. conſ.2. n.2. & in prax. tit. de cleric. &
à quib. & quom. creent. n. 14. fol.9. Ang. in
ſumm. in verb. abbas. n.4. Piaſec. in prax.
epiſcop. lib.1. c.1.* cum alijs infinitis, qui poſ-
ſent adduci, quod tamen eſt ſuperfluum, cum
per nos nunquam fuerit negatum.

Solum diximus, & iterum dicimus ad declara-
29 tionem, & limitationem prædictorũ, † quod
quamuis benedictio requiratur in Abbate,
Nihilominus poteſt omitti, cum illa non ſit
de ſubſtantia, vt concludit *Felin. in c. eam
te. n. 7. de reſcript.* cum alijs latè adductis
ſupr. n. 10. 17. & 20.

Et cum benedictio non ſit de ſubſtantia, vt di-
ctum eſt, ſequitur, quod valeat conſuetudo,
& obſeruantia conferendi ordines abſque
benedictione, vt notat in ſpecie *Felin. in
c. meminimus. 17. in fin. de accuſationib.*
30 Non obſtãte, † quod exaduerſo præſupponа-
tur *Felin.* non loqui reſpectu ordinum, Quia
ſatis eſt nobis firmare, quod valeat iſta con-
ſuetudo, vt Abbas non teneatur recipere
benedictionem, nam poſtea ſequitur, quod
reſpectu ordinum minorum per eum colla-
torum non poſſit ei obijci defectus benedi-
ctionis per ius commune requiſitæ, cui per
conſuetudinem fuit derogatum, & potuit
derogari in his, quæ non ſunt de ſubſtantia,
nam alias, ſi eſſet de ſubſtantia, tunc conſue-
tudo non poſſet tollere ius commune, tan-
quam tunc eſſet contra naturam actus, quo
caſu conſuetudo, & obſeruantia nihil ope-
ratur *Gloſ. in c. non putamus. de conſuetud.
in 6. Felin. in d. c. meminimus. n.20. de ac-*
31 *cuſationib.* † Et quod ſufficiat mos monaſte-
rij ad hoc, vt non requiratur benedictio, eſt
tex. clarus in *clem. 2. vbi Gloſ. in verb. ſoli-
tæ. de ſtat monachor. Gregor. Tholoſ. ſyntagm.
iur. lib.17. p.2. c.14. n.4. fol.239.* & notat etiam
*Azor. inſtit. moral. lib.12. p.1. cap. 20. in
princ. q.2.* vbi quod non omnes Abbates be-
nedicuntur, ſed tantum illi, qui ſunt bene-
dicendi ſecundum morem, & vſum ſuæ Ec-
cleſiæ, quo vſu non exiſtente, poterunt Abba-
tes conferre ordines, & omnia alia ſimilia
munera obire *Idem Azor. d. c. 20. q.6. ad med.*
32 *verſ. rogabit an poſſit. fol. 1564.* † Et quod
Abbas etiam non benedictus poſſit conferre
ordines ex indulto Apoſtolico, ſeu ex con-
ſuetudine notat *Lap. alleg. 138. n.5. fol.165.*

Ex quibus tollitur obiectum, quod benedictio
non requiratur in Abbate reſpectu admini-
ſtrationis omnium, præterquam ordinum,
Quia iſta procedunt de iure communi, ſe-
cundum quod ſtatim Abbas poteſt omnia,
quæ ad officium ſuum pertinent *Felin. in*
33 *c. eam te. n. 7. de reſcript.* † Vnde ſi accedat
conſuetudo non recipiendi benedictionem
additur iuri cõmuni, vt poſſit Abbas etiam
ea, quæ reſpiciunt ordines minores, prout
eſt de eſſentia conſuetudinis aliquid auge-
34 re, † vt vltra illud operetur *Bald. in l.2. C. de
appellationib. Aret. conſ.106. n.7. & 11. Surd.
conſ.252. n.25. & conſ. 379. n. 25.* Maximè,
quia collatio iſtorum ordinum nõ prouenit
35 ex benedictione, † ſed ex virtute propria, vt
notat *Silu. de benefic. q. 38. n. 6. & 7.* & la-
tius *q.2. n 78. vſque ad 81. poſt Franc. in
c. is cui. n. 2. ad med. & ibi Gemin. n. 7. de
elect. in 6.* latè *Albertin. in repet. c. quoniam.
q.6. n.2. de hæretic. in 6.*

Quod non probetur iſta conſuetudo, ſatis eſt,
quod neque pars aduerſa illam negat, prout
ſemper fuit præſuppoſita, & quatenus in hoc
fiat difficultas, detur dilatio ad eam proban-
36 dam, quia de illa non ſolum conſtabit, † ſed
etiam, quod magis eſt, probabitur immemo-
rabilis, per quam erit ſublata omnis præten-
ſio Aduerſarij, cum idem ſit immemorabi-
lis, quod priuilegium Apoſtolicum, itaut
per eam acquirantur etiam illa, quæ ſunt
Principi reſeruata, quamuis etiam obſtaret
præſumptio iuris communis contra præſcri-
bentem *Felin. in c. cum officij. n.4. de præ-
ſcript. Aret. conſ.30. n. 4.* latè *Rot. deciſ.11.
n.2. vſque ad 6. & deciſ.614. n. 2. p. 2. in
recentior. Achill. deciſ.4. de iurepatron.* & di-
ctum eſt *ſupr. n. 18.* licet ſufficiat ſola ſim-
plex conſuetudo, & obſeruantia, quamuis

non

Digitized by Google

non ſit immemorabilis *Felin. in d. c. memi-*
37 *nimus. in fin. de accuſat.* † Et paſſim etiam
contra Epiſcopum præſcribuntur iura viſi-
tationum, & ſimilia ſpatio quadraginta an-
norum *c. de quarta. de praſcript. Balb. eod.
tit. 1. p. 5. p. quaſt. 12. n. 4. Rot. decif. 394.
n. 2. par. 1. in recent.*

Et ſi modo fiat reſolutio, quod Abbas Silue-
ſtrinorum non poſſit cōferre ordines abſque
benedictione, erit præiudicialis omnibus alijs
38 Abbatibus Capitibus ordinum, † ſubuerten-
do omnia eorum priuilegia, quæ fuerunt cō-
municata eiſdem Silueſtrinis, qui, cum vtan-
tur talibus priuilegijs, & in ſpecie circa col-
lationem ordinum, prout alij habent, non
egebunt benedictione, ſicut neque illi tenen-
tur benedictionem petere reſpectu talium
ordinum, vt in terminis de Abbatibus Ci-
ſtercienſibus dictum eſt *ſupr. n. 19.*

Et ita quoq; vltra prædicta in propoſito noſtro
etiam in terminis Concilij, quod Abbates
39 poſſint conferre ordines minores † abſque
benedictione comprobat latè *Ludouic. Mi-
rand. in manual. pralator. regular. tom. 1.
q. 38. artic. 9. concluſ. 3. fol. 524.* cum alijs etiā
plenè per *Rodriq.* vbi adducit omnia pri-
uilegia Abbatum, quod non requiratur be-
nedictio quoad iſtos ordines *quaſt. regular.
tom. 1. q. 18. art. 2. fol. 102.*

Obſeruandum eſt autem, quod etiam ſemota
conſuetudine, & præſcriptione, Abbates ha-
bent facultatem in collatione ordinum non
ratione eiuſdem conſuetudinis præſcriptæ,
40 ſed ex conceſſione iuris canonici, † quod eis
permittit, vt quatuor minores ordines con-
ferant, non quidem ratione officij, quo fun-
guntur, nec ratione ordinis, quem habent,
ſed ex commiſſa ſibi, & demandata poteſtate
41 à iure ipſo, ſicut habet Diaconus, † vt poſſit
concionem ad populum habere non ratione
ordinis, ſed ex poteſtate ſibi à iure commiſ-
ſa, vt notat *Azor. inſtitut. moral. lib. 5. p. 1.
c. 19. col. 3. in fin. litter. d. fol. 552.*

Neque obſtat, quod Abbas debet requirere
42 Epiſcopum pro benedictione, † qua petita,
& denegata, poterit poſtea ordines conferre,
*c. ſtatuimus. vbi Innoc. Butr. & Panormit.
de ſupplend. neglig. pralator. Campanil. in
diuerſ. iur. canon. rubr. 6. c. 2. n. 9. fol. 76.*
Quia hoc procedit in Abbate, qui de more
benedicitur, talis enim ad hunc effectum
petit humiliter, & religioſè ab Epiſcopo be-
43 nedictionem, † ſecus autem in eo, qui ſecun-
dum vſum, & morem Eccleſiæ non eſt bene-
dicendus, qui nullam benedictionem tene-
tur impetrare, cum ſtatim abſque ea poſſit
ordines conferre, vt comprobat *Azor. inſtit.
moral. p. 1. lib. 12. c. 20. q. 6. ad med. verſ. im-
mo etiam abbbas. fol. 1561.*

Addendum eſt etiam, quod ordinati ab Abbati-
44 bus non ſunt poſtea examinandi. † ab Epi-
ſcopo *Vgolin. de offic. epiſc. p. 2. §. 7. n. 1. fol. 25.*
licet in benedictione Abbatis obligati ad il-
lam petendam ſit neceſſaria examinatio, quæ
45 conſiſtit an ſit criminoſus, † & bene electus
Innoc. in c. venerabilem. n. 3. de elect. Et in
quibus Abbatibus hoc ſeruetur *Idem Innoc.
in c. 1. de ſuppl. neglig. pralat. Archid. in
c. quoniam. in fin. eod. tit. lib. 6.* Quamuis
ſecundum alios non requiratur examen, ſed
46 tantummodo, † quod benedicendus tenea-
tur profeſſionem fidei emittere, & quæ cæ-
remoniæ tunc ſint adhibendæ habetur in
pontificali *fol. 122.*

Et quia ſuperius dictum eſt, quod Abbas debeat
eſſe Sacerdos, & benedictus ad effectum con-
47 ferendi ordines *c. 1. de atat. & qualit.* † no-
tandum eſt, quod debet eſſe Sacerdos, itaut
ordo presbyteratus annexus dignitati Ab-
batiali ſit aptitudine, non actu, ideſt quod li-
cet tempore promotionis ad Abbatiam non
ſit presbyter, tamen debet habere ætatem
legitimam, & alia in ſacerdote requiſita, &
quamprimum talem ordinem ſuſcipere *Pa-
normit. in c. cum in cunctis. §. inferiora.
col. pen. ad med. de elect. poſt Gloſ. in clem.
vt hi qui. §. 2. in verb. annexi. de atat. &
qualit. Caſſan. in catal. glor. mund. p. 4. con-
ſid. 32. col. 4. verſ. ſexto abbates. fol. 111.*

Quando autem Epiſcopus nolens benedicere
48 poſſit opponere cauſas recuſationis, † & ap-
pellare, ſi non admittantur *Innoc. in c. 1. in
fin. de ſuppl. neglig. pralat.* Et quo die Ab-
bas ſit benedicendus *Doctor. in c. cum con-
49 tingat. de atat. & qualit.* † *Steph. Gratia in c. ad
limina. 30. q. 1. n. 103. to. 1. fol. 123.* Et quod be-
nedictio debeat dari illis diebus, quibus or-
dines minores poſſunt conferri *Gloſ. in c. at-
tendentes. in verb. benedicti. de ſtat. monach.*

Infra annum tamen probationis non debet Ab-
bas, nec primam tonſuram dare ſuis regula-
ribus ſubditis quo ad ordines ſuſcipiendos
50 ob illam rationem, † ne fiat fraus legi, ſi illi
poſtea clauſtrum dereliquerint *Io. Andr. in
c. abbates. in verb. conuolauerunt. vbi Ge-
min. & Lapus de priuileg. in 6. Sair. de cen-
ſur. lib. 4. cap. 13. n. 5. ad fin.* Si tamen Ab-
bas tonſuram conferret illi nouitio, pecca-
51 ret, † ſed non ſit ſuſpenſus *Henriq. lib. 13. de
excommunic. & ſuſpenſ. c. 38. §. 2.* Quidquid
aliud ſentiat *Maiol. de irregular. lib. 4. c. 2.
n. 11. in fin.* cum contrarium ſit verius, vt
52 per *Sair. ibid. n. 5. in fin.* † vbi etiam quod ſi
talis nouitius à monaſterio recedat, nō gau-
debit priuilegio tonſuræ *Henriq. d. c. 38. §. 2.*

Notandum eſt etiam, quod quemadmodum à
Epiſcopus non iniuſtus ordinans in aliena
parochia clericos alienos confert ordinem,
53 & imprimit characterem, † licet non execu-
tionem, Ita Abbas ordinans non ſubditos in
ſuo monaſterio, quoniam vtrobique deficit
iuriſdictio, ſed non poteſtas ordinandi *La-
pus allegat. 138. n. 6.*

Verum ſi Abbas erat ſolemniter benedictus, vel
54 ſuper hoc alias ſpecialiter monitus, † pote-
rit in ſuo monaſterio, vel etiam extra con-
ferre

ferre non ſubdito primam tonſuram. quam-
uis illa ſit ordo clericalis, quidquid ſit de
executione ordinis, cum multi teneant, quod
taliter ordinatus illam non habeat, ideo non
percipit fructus beneficij, cum careat execu-
55 tione ordinis, † & dicta executio ordinis
trahitur ad ea, quæ vigore iſtius ordinatio-
nis poteſt exequi, ideſt exercere, & facere,
vnde ſi pſalmiſta caret executione, non po-
teſt cantare in choro, nec alia facere, quæ
ſunt deputata ſuo ordini, & ſic de alijs ordi-
56 nibus *Lap. alleg.* 138. *n.* 7. *&* 15. *fol.* 16. † vbi
latè dat multa remedia ad conualidandam
talem ordinationem reſpectu executionis,
licet etiam ipſe teneat, quod in dicto caſu
57 non ſit impedita executio ordinis; † ſi vero
talis Abbas non ſit ſolemniter benedictus,
nec ordinem contulit, nec characterem im-
preſſit, quando ordinauit non ſubditum *La-*
58 *pus d. allegat.* 138. *n.* 6. *&* 7. † Ordinis autem
executio dicitur ordinis perfectio *c. qui per-*
fectionem. 1. *q.* 1. *Mandoſ. conſ.* 60. *n.* 4.

EPITOME.

EXecutio tranſactionis iuratæ cum obligatione camerali, quando retardetur per exceptiones vſurariæ prauitatis, vel ſimiles. ¶ Et qualis nullitas, & iniuſtitia debeat eſſe ad effectum prædictum. ¶ Et quid ſi eadem executio fuerit cepta. ¶ Vel de exceptione fuerit cognitum. ¶ Et an ſola cognitio ſufficiat, quamuis illa non fuerit expreſsè reprobata, itaut ſatis ſit fuiſſe progreſſum ad vlteriora. ¶ Obligatio cameralis an competat pro non expreſſis. ¶ Confitens receptionem dotis an teneatur ex eodem inſtrumento ad illius reſtitutionem. ¶ Retentio pro dote quando detur contra creditores exequentes in bonis viri ſtante vergentia illius ad inopiã, quæ poſtea ſit probanda. ¶ Et an ſufficiat ſemiplena probatio, ſi agatur inter virum, & vxorem ſuper huiuſmodi vergentia. ¶ Et quid inter creditores, & mulierem. ¶ Fructus dotis an ſint debiti ſoluto matrimonio. ¶ Et ob quam cauſam concedantur. ¶ Clauſula non retardata executione quid operetur. ¶ Et an afficiat tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Executio tranſactionis iuratæ cum obligatione camerali non retardatur, donec plenè fuerit paritum omnibus in ea contentis. n.* 17. *Declara vt n.* 2.

3 *In executione contractus iurati, qui prætenditur vſurarius non inducitur aliqua compenſatio de eo, quod requirit altiorem indaginem.*

4 *Nullitas, & iniuſtitia notoria, quæ dicatur ad effectum retardandi executionem inſtrumenti iurati. n.* 5.

6 *Confeſſio qualis debeat eſſe, vt poſſit impediri obligatio cameralis. n.* 7.

8 *Manutentio in exactione eius, quod debetur, eſt concedenda, non obſtante aliqua appellatione.*

9 *Executio cepta non poteſt impediri per exceptiones turbidas. n.* 10.

11 *Decretum litterarum executorialium, ſeu mandatum relaxatum facit, vt executio dicatur cepta. Intellige vt n.* 12.

13 *Nullitas, de qua fuit cognitum, non debet amplius admitti ad impediendam executionem, nec requiritur reprobatio, ſed ſufficit eſſe progreſſum ad vlteriora. n.* 14.

15 *Obligatio cameralis non competit pro non expreſſis.*

16 *Confitens receptionem dotis poteſt conueniri ex eodem inſtrumento ad illius reſtitutionẽ.*

18 *Retentio pro dote datur contra creditores exequentes in bonis mariti ſtante vergentia viri ad inopiam, quæ poſtea poterit probari. Contrarium eſt verius. n.* 19.

20 *Semiplena probatio vergentiæ viri ad inopiam ſufficit inter ipſos coniuges, ſecus inter mulierem, & creditores. n.* 21.

22 *Fructus dotis non debentur ſoluto matrimonio.*

23 *Intereſſe dotis permittitur propter æquitatem correſpectiuam ad onera matrimonij, quæ conſiderantur ſolum reſpectu vxoris viuentis.*

24 *Reſcriptum cum clauſula non retardata executione eſt exequendum non obſtante appellatione.*

25 *Clauſula non retardata executione afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe.*

CAP. DCCCLXXII.

PRocedendum eſſe dixi ad finalem execu-
tionem, & deliberationem bonorum,
de quibus agebatur in cauſa Iſernien. ſeu
Romana pecuniaria. Etenim ſumus in tran-
ſactione iurata cum obligatione camerali,
& alijs clauſulis ampliſſimis, quo caſu non
1 poteſt retardari executio, † donec plenè fue-
rit paritum omnibus in tranſactione conten-
tis *Caſtr. conſ.* 260. *n.* 4. *lib.* 1. *& in l. poſt
rem iudicatam. ff. de re iudicat. Socin. Iun.
conſ.* 138. *n.* 5. *lib.* 3. *Caſſador. deciſ.* 1. *n.* 2. *de
mut. petition. Theſaur. deciſ.* 26. *n.* 11.
Non obſtãt nullitates tranſactionis ex præten-
ſa ſimonia, & vſuraria prauitate, & multis
2 alijs, quæ exaduerſo adducuntur, † Quia
procedunt quando illæ eſſent claræ, patentes
manifeſtæ, & notoriæ, ſecus vbi non adeſt
iſta notorietas, tunc enim nunquam poteſt
impediri executio contractus iurati, cum
obligatione camerali, ac alijs clauſulis exe-
cutiuis *c. debitores. de iureiur. Surd. conſ.*
327. *n.* 14. *vſque ad* 22. *lib.* 3. dixi latè *ſupr.
c.* 679. *n.* 3. *&* 4. *Rot. deciſ.* 490. *per tot. &*

deciſ.

Digitized by Google

3 *deciſ.540. n.16. p.2. in recent.* † vbi etiam,
quod hæc omnia procedunt ſiue agatur de
impedienda ſolutione vſuræ promiſſæ cum
iuramento, ſiue de compenſanda vſura ſo-
luta cum ſorte, nam in vtroque caſu militat
eadem ratio, vt non poſſit in executione in-
duci compenſatio de eo, quod requirit al-
tiorem indaginem *Rom. conſ. 76. n. 2. verſ.
quo ad tertium*.

Quæ quidem nullitas notoria tranſactionis non
militat in caſu noſtro, cum ſuper ea ſit di-
ſputandum an ſit locus prætenſæ ſimoniæ, an
requiratur beneplacitum Apoſtolicum, an
contractus tranſeat ad hæredes, an admini-
ſtratio beneficiorum ſit locatio, vel potius
4 aſſecuratio, † cum multis alijs requirenti-
bus particulares inſpectiones, quæ faciunt,
vt non poſſit dici nullitas euidens, & noto-
ria, & manifeſta iniuſtitia tranſactionis, cum
tamen ad hunc effectũ debeat eſſe adeo cla-
ra, vt nulla oppoſitione velari, & offuſcari
poſſit *Felin. in c. inter cæteras. col. 5. verſ.
intellige. de re iudic. Franc. in c. dilecto. n.
153. & 168. de appellat. Cephal. conſ. 201.
n. 10 & 11. lib. 2. Burſat. conſ. 73. n 3. lib. 1.
Graſſ. de exception c. 20. n. 12. Menoch conſ.*
5 *696. n. 21. & 23. lib. 7.* † vbi etiam requiri-
tur, quod ſuper tali notorio ſequatur decla-
ratio Iudicis *Roland. conſ. 53. n. 35. lib. 2.
Socin. conſ. 22. col. 3. in fin. lib. 1.*

Et in ſimilibus materijs notorium non dicitur,
6 niſi per confeſſionem partis, † aut rem iudi-
catam *Rot. diuerſ. deciſ. 269. n. 6. & 7. p. 2.
& deciſ. 29. n. 9. in fin. p. 1.* Itaut neque con-
feſſio ſufficiat, niſi fuerit iudicialis non co-
7 ram Iudice tantum, ſed in forma iudicij, † &
non extraiudicialiter *Franc. in c. cum ſpe-
ciali. 61. §. porrò. in princ. in 1. & 2. no-
tab. de appellat. Surd. conſ.* 188. *n.* 8. dixi latè
ſupr. c. 142. n. 7. 8. & 9.

Ideo neque ſufficeret, quod fuiſſet lata ſenten-
tia ſuper nullitate iſtius tranſactionis, nam
ſi ab ea eſſet appellatum, interim non impe-
8 diretur executio, † & competeret manuten-
tio in exactione eius, quod debetur, & quod
fuit promiſſum, vt ſæpè fuit deciſum per Ro-
tam coram *Manzanedo, Orano, Corduba,
& Sanctiſſimo* quarum deciſionum tenor eſt
impreſſus poſt *tract. Ludouic. Cencij. de cen-
ſib. deciſ. 209. vſque ad 214.*

Vnde multò magis in caſu noſtro, in quo nihil
9 fuit doctum de iniuſtitia tranſactionis, † im-
mo iam fuit cæpta executio, quæ non retar-
datur per huiuſmodi exceptiones, niſi ſint
notoriæ, & claræ *Felin. in rubr. de exception.
col. 1. Mandoſ. de inbibit. quæſt. 49. n. 5. & 6.
tom. 5. fol. 95. Graſſ. except. 20. n. 5.* cum
alijs per *Ludouic. Cencium de cenſib. p. 2. c. 2.
q. 4. art. 1. n. 8. & 9. fol. 177.* ¶ Prout paſſim,
10 ſiue ſimus in exceptione nullitatis, † ſiue
in reſtitutione in integrum non retardatur
executio iam cæpta *Caſtr. in auth. quæ ſup-
plicatio. n. 3. verſ. vel dic melius. C. de precib.
imper. offer. Rip. in l. 4. §. condemnatum.
n. 50. ff. de re iudic. Alex. conſ. 225. n. 6. lib. 6.*
latè *Rot. deciſ. 370. n. 7. p. 1. in recent. & de-*
11 *ciſ. 138. n. 2. p. 2. in recent.* † vbi etiam quod
dicetur executio cæpta, quando fuerunt de-
cretæ litteræ executoriales, ſeu relaxatum
mandatum *Rot. coram R. P. D. Bubalo Car-
thaginen. decanatus. 16. Decembris 1587. &
coram R. P. D. Manzanedo Romana pecu-
niaria. 11. Decembris 1613. quæ eſt deciſ. 545.
n. 5. p. 1. in recent. Put. deciſ. 285. lib. 2. Cæſar
de Graſſ. deciſ. 1. n. 14. de reſtitut. in integr.*
12 Quidquid alias ſecus ſit, † quando nulliter
fuiſſet executum *Rot. deciſ. 111. n. 8. par. 1.
in recentior.*

Quibus additur, quod de huiuſmodi exceptio-
nibus fuit ſemper cognitum per ſeptem vi-
ces *coram R. P. D. Buratto Card. Serra*.
tunc pro theſaurario, *& Illuſtriſſimis Ray-
mundo Sanuitale, & Patritio Theſaurario*,
& illis non obſtantibus fuerunt per eoſdem
13 relaxata mandata, † vnde cum fuerit exce-
ptum de iſtis nullitatibus nõ poteſt amplius
excipi, & retardari executio *Felin. in c. pa-
ſtoralis. §. quia vero. n. 17. verſ executor me-
rito. de offic. delegat. poſt Abb. in c. de cæte-
ro. 5. col. 4. in fin. n. 5. verſ. poſſet tam di-
ſtingui. de re iudic. Affl. in conſtit. regn. in
proem. poſt prælud. n 52.*

Neque obſtat, quod non ſufficit fuiſſe cogni-
tum ſuper dictis exceptionibus, niſi etiam
Iudex expreſsè reprobauerit tales exceptio-
14 nes, † Quia talis reprobatio non requiritur
in ſpecie, cũ ſatis ſit, vt pronuncietur ſuper
principali, quaſi tunc dicatur etiam pronun-
ciatũ ſuper exceptione *Alber. in l. ſi iudex.
10. n. 1. & 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien.
iur. & in l. ſi autem. 8. §. ſi quocumque. ad
med. ff. de negot. geſt. Rip. in l. qui romæ. §.
duo fratres. n. 29. ff. de verb. obligat. Abb. in
c. fin. col. vlt. in princ. de iuram. calumn.
Caſtr. in l. 1. n. 7. & 8. C. de ordin. iudicior.
Roman. conſ.* 410. *n.* 3.

Nec debet impediri prædicta deliberatio per
aduerſarios, qui pro eorum intereſſe veniunt
ad cauſam, Nam per eos non probatur ali-
qua certa promiſſio dotis, & quod cum tali
dote filij Io. Chriſtophori acciperent in vxo-
res Aquilinam, & Lætitiam, prout etiam
nihil promittitur quo ad reſtitutionem, &
15 aſſecurationem illius, † pro qua nulla adeſt
obligatio cameralis, quæ non competit pro
non expreſſis *Corn. conſ.* 141. *n. 6. lib.* 3 *Galleſ.
de obligat. camer. p. 3. tit. de vi inſtrum. n. 14.
& 15. Rot. diuerſ. deciſ. 741. n. 11. p. 1. & de-
ciſ. 131. n. 11. p. 2. & coram R. P. D. Iuſto Ro-
mana de Luraghis. 30. Octobris 1600. & co-
ram eodem Peruſina pecuniaria. 3. Decem-
bris 1599. & coram R. P. D. Orano Romana
de Conſciariis. 13. Ianuarij 1599. quæ ſunt
impreſſa poſt Galleſ. de oblig. camer. deciſ. 17.
84. & 111. n. 13. Ruginell. de appellat. §. 2.
c. 3. n. 164. Mancin. de iuram. p. 4. effect. 196.*

16 *n.* 4. † Quamuis alias, qui confitetur rece-
piſſe dotem poſſit cōueniri ex eodem inſtru-
mento ad reſtitutionem illius, iuxta ea, quæ
latè adduximus *ſupr. c.* 125. *n.* 27. *cum ſeq.*
& *c.*852. *n.* 34. *&* 35. *Oſaſc. deciſ.* 129. *n.*3.
17 Et per conſequens † non poterit impediri
obligatio iurata cameralia, pro qua modo
petitur deliberatio *Surd. deciſ.* 44. *n.* 18. *&*
19. *Galleſ. de obligation. camer. par.*3. *de li-*
quidat. n. 16.

Neq; obſtat, quod debeat dari retentio pro præ-
tenſis dotibus cōtra creditores exequētes in
18 bonis mariti, †ſtante vergentia illius ad ino-
piam, quæ poterit poſtea probari, iuxta
Neguſ. exaduerſo allegatum *de pignorib.*
p. 5. *membr.* 1. *n.*29. *fol.*74. Quia eius opinio
non eſt vera, cum contra eum fuerit iudica-
19 tum, † vt latè teſtatur *Theſaur. deciſ.* 207.
*n.*2. *&* 3. prout prius voluit *Bart. in l. cum*
tibi. C. qui potior. in pignor. habeant. Caſtr.
*in l.*2. *col.*1. *vbi Aret verſ. tangit etiam hic.*
ff. ſolut. matrimon. Marſil. in rubr. de falſ.
col. 4. *verſ. nec faciunt. & in l. ſi quis ne*
quaeſtio. col. 3. *ff. de quaeſtionib. Socin. conſ.*
111. *n.* 4. *lib.* 3.

In caſu autem noſtro non conſtat de aliqua ver-
gentia viri ad inopiam, nec teſtes ſuper ea
examinati afficiunt creditores non citatos,
20 Nam quidquid ſit quo ad ipſos coniuges, †in
quibus ſufficit ſemiplenè probare talē ver-
gentiam ad inopiam, Aliud eſt quando ſu-
mus inter mulierem, & creditores, tunc
enim eſt facienda plena probatio talis ver-
21 gentiæ citatis ipſis creditoribus, † cum alias
eis in nihilo præiudicetur quo ad impedien-
dam executionem per illos cæptam *Bart. in*
*l. ſi conſtante. col.*3. *n.*10. *&* *q.*3. *n.*15. *&* 16.
ff. ſolut. matrim. Bald. Nouell. de dot. p. 9.
priuil. 12. *ante fin. Lup. in c. per veſtras. §.*
18. *n.* 31. *ad med. de donat. int. vir. & vxor.*
*fol.*247. *Pariſ. conſ.*54. *n.*6. *lib.*4. *Couar.* qui
de communi *lib.*2. *var. reſolut. c.*6. *n.*8. *verſ.*
item ſatis probatur paupertas. fol. 151. *poſt*
*Gloſ. in l. vbi adhuc. & ibi Cin. q.*12. *Alber.*
col. penult. Salic. in §. creditoribus. in princ.
C. de iur. dot. Felin. in c. veniens. il 1. *quod*
eſt 10. *n.* 9. *de teſtib.*

Minus etiam competere poteſt retentio Fran-
ciſco, & Michaeli, qui non habent aliquod
priuilegium dotis, cum Aquilina mater de-
ceſſerit iam ſunt trigiuta anni, & vltra, tan-
22 quam eis obſtet præſcriptio, † qua etiā ceſ-
ſante eſſent ſimplices creditores ſortis prin-
cipalis abſque vlla obligatione camerali, &
priuilegio dotis, quod non durat amplius
pro fructibus dotis promiſſæ, qui ſolum de-
bentur conſtante matrimonio, non autem
poſt mortem vxoris, quaſi tunc ceſſent onera
matrimonij, quibus non extantibus ceſſant
etiam fructus dotales, juxta deciſionem
Rot. coram Card. Pamphilio Bononien. do-
tis. 4. *Iunij* 1597. quæ fuit confirmata *in ea-*
dem cauſa coram Card. Lancellotto. 24. *Maij*
1600. *& coram R.P.D. Cauallerio Nepeſina*
23 *laudi* 10. *Martij* 1614. † Etenim intereſſe do-
tis ſolum permittitur propter æquitatem
correſpectiuam ad onera matrimonij, quæ
conſiderantur ſolum reſpectu vxoris, cui vi-
uenti per virum ſubminiſtrantur alimenta,
quaſi illa mortua, ceſſet talis æquitas one-
rum matrimonij, propter quę iſtud interuſu-
rium conceditur *Bart. in l. at qui natura.*
*§. non tantum. ff. de neg. geſt. Alex. conſ.*74.
*n.*1. *&* 2. *lib.*5. *Bald. in rubr. C. de vſur. verſ.*
quarto quaero & in l. fin. §. praeterea. & in
l. pro oneribus. C. de iur. dot.

Et minus debet retardari mandatum de deli-
berando, quia Camera Apoſtolica vtraque
parte informante per tres vices denegauit
Aduerſariis inhibitionem, & commiſſionem
cauſæ appellationis exaduerſo interpoſitam
24 à relaxatione dictorum mandatorum, †com-
mittendo ſolum cauſam cum clauſula non
retardata executione, & ſolntione, adeo vt
in primis ſit parendum tali reſcripto, non
obſtante aliquo impedimento appellationis
Lancellott. de attentat. poſt inhibit. c. 20. *li-*
mitat. 13. *Rot. diuerſor. deciſ.* 641. *n.* 10. *&*
11. *p.* 1. *Caeſar. de Graſſ. deciſ.* 3. *in fin. de*
*iudic. cum alijs in tract. de clauſul. p.*1. *clauſ.*
92. *n.* 7. *& clauſ.* 159. *n.*4. *Gonzal. ad reg.*8.
in annotat. contr. nullit. & attent. n. 224.
fol. 284. *in* 2. *edit.*

Quæ quidem clauſula non retardata executio-
ne, & ſolutione afficit etiam tertium venien-
25 tem ad cauſam † pro ſuo intereſſe *Rot. per*
*Caputaq. deciſ.*2. *lib.*1. *in manuſcript. & co-*
ram R.P.D. Orano Compoſtellana parochia-
lis 16. *Decembris* 1596. *Barboſ. de dictionib.*
& clauſul. in verb. ſine retardatione ſolu-
*tionis. clauſul.*93. *n.*6. *fol.*263.

EPITOME.

CONfeſſio procuratoris an præiudicet do-
mino. ¶ Et quid ſi fuerit de recepto.
¶ Scriptura abſque teſtibus quando præſu-
matur antidata. ¶ Et an illius recognitio
retrotrahatur ad diem, in quo fuit confecta.
¶ Mandatum quādo potius dicatur, ſeu ceſ-
ſio. ¶ Et quo caſu expiret per mortem man-
dantis. ¶ Ius ſuperueniens ex cauſa de præ-
terito, & lite, & appellatione pendente an
iuuet. ¶ Conſtitutio procuratoris irreuoca-
bilis, & in rem propriam quando transfe-
rat dominium, ita ut ad eum ſpectet lucrum,
& damnom. ¶ Et an ſtatuta loquentia de
procuratoribus comprehendant iſtos, qui
conſtituuntur in rem propriam. ¶ Mulier,
quamuis non poſſit eſſe procuratrix, & in iu-
dicio comparere, an validè conſtituatur in
rem propriam. ¶ Veriſimilitudo an debeat
attendi in quacumque materia. ¶ Poſt ceſ-
ſionem quando ius alteri quæſitum poſſit au-
ferri. ¶ Aſſertio iudæi an probet contra
Chriſtianum. ¶ Inſtrumentum quando ha-
beat executionem paratam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio eſt inanis vbi adeſt caſus ſtatuti.*
2 *Inſtrumentum cum clauſula guarantigiæ habet executionem paratam.*
3 *Statutum reijciens omnes exceptiones non tollit exceptionem rei non traditæ.*
4 *Confeſſio procuratoris præiudicat domino, ſecus ſi fuerit de recepto. & n. 5. Declara vt n. 6. & 7.*
8 *Statutum circa confeſſionem procuratoris de recepto quid operetur. n. 9.*
10 *Probatio excludit aliam probationem, & quæ ſit potentior. n. 11.*
12 *Scientia, & approbatio antecedentium inducitur per ſubſcriptionem ſubſequentium.*
13 *Veriſimilitudo præualet in probationibus, & in quacumque materia, & habetur pro lege.*
14 *Approbatio confeſſionis non poteſt reprobari.*
15 *Confeſſio cedentis non præiudicat ceſſionario cui iam fuerat ius quæſitum. n. 16. & 26.*
17 *Aſſertio facta in ſcriptura priuata abſque teſtibus præſumitur antidata, & non obeſt tertio.*
18 *Recognitio apochæ non retrotrahitur ad diē, in quo fuit confecta in præiudicium tertij.*
19 *Confeſſio iudæi non probat contra Chriſtianum. & n. 20.*
21 *Mandatum quando potius dicatur, ſeu ceſſio. & n. 22.*
23 *Conſtitutio procuratoris irreuocabilis, & in rem propriam transfert dominium, itaut ad eum ſpectet lucrum, & damnum.*
24 *Mulier licet non poſſit eſſe procuratrix, nec comparere in iudicio, poterit tamen eſſe, ſi conſtituatur in rem propriam.*
25 *Statuta loquentia de procuratoribus non habeat locum in iſtis, qui conſtituuntur in rem propriam.*
27 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, & lite, & appellatione pendente an iuuet. n. 28.*
29 *Mandatum procuratoris in rem ſuam non expirat morte mandantis. & n. 30.*

CAP. DCCCLXXIII.

Confirmandam dixi executionem, de
qua agebatur in cauſa Aretina, ſeu An-
conitana coraminum tanquam ritè, & rectè
factam, præuia verificatione crediti per apo-
cham, & inſtrumentum continens guaranti-
giam, contra quod nulla poteſt opponi ex-
ceptio, niſi ſolutionis, iuxta Statuta ciuita-
tis Florentiæ loquentia, tàm de apochis,
1 quàm inſtrumentis, † itaut non ſit ſuper hoc
immorandum, cum adſit caſus ſtatuti *Bald.*
in l. gallus. §. ſi eius. in 2. notab. ff. de liber.
& poſthum. Dec. conſ. 563. n. 3. Cephal. conſ.
138. *n.* 20. *Surd. conſ.* 58. *n.* 3. & de huiuſmodi
2 inſtrumentis cũ clauſula guarantigiæ, † quod
etiam de iure communi habeant executio-
nem paratam. *Bart. in l. cum vnus. n. 2. ff. de*
bon. auctor. iudic. poſſidend. Ang. in l. ſi de-
bitori. ff. eod. tit. Bald. in l. iubemus. §. ſa-
nè. q. 6. C. de ſacroſan. eccleſ. Menoch. de
arbitr. caſ. 17. n. 4. Theſaur. deciſ. 26. n. 12.
Aſin. de execution. §. 1. c. 25. n. 1. cum alijs
per *Graſſ. de exceptionib. in prælud. n. 10.*
cum ſeq. fol. 8.
Non obſtat exceptio rei non traditæ, quæ non
3 cenſetur ſublata † per ſtatutum reijciens om-
nes exceptiones *Bald. in l. ex ijs prædijs. n. 1.*
C. de euictionib. Alex. conſ. 119. n. 2. lib. 1.
Roland. conſ. 53. n. 32. lib. 1. Quia contrarium
probatur ex apocha exhibita, & recognita,
in qua die 17. Auguſti 1618. procurator ſpe-
cialiter conſtitutus faſſus fuit habuiſſe reſi-
4 duum coraminum, † quæ confeſſio præiudi-
cat Domino *l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de*
confeſſ. Gloſ. in c. 1. verſ. non negauit. de
poſtulat. prælator. & in c. ſuborta. de re
iudic. Felin. in c. 1. col. 10. verſ. circa ter-
tium. n. 14. vt lit. non conteſtat. Bellamer.
deciſ. 164. n. 11.
Quæ procedunt, quamuis ſimus in confeſſione
5 procuratoris de recepto, † quæ licet regula-
riter non præiudicet Domino, tanquã aliud
ſit recipere, & aliud confiteri ſe recepiſſe
l. 1. & vlt. C. de dot. caut. non numer. l. ſi ex
cautione. C. de non numer. pecun. Bart. Bald.
Caſtr. & alij in l. 1. §. vlt. ff. ſi cert. petat.
6 Tamen, quia in caſu noſtro, † vltra confeſſio-
nem procuratoris de recepto, adſunt teſtes
formiter examinati, qui deponunt per eum-
dem procuratorem Mauri fuiſſe integraliter
receptam totam ſummam coraminum debi-
tam per Amodeum, dicitur talis confeſſio
coualidata, & probatur veram conſignatio-
nem interueniſſe, itaut dominus non poſſit
tali confeſſioni contradicere *Caſtr. conſ. 186.*
in cauſa quæ vertitur piſis. n. 1. poſt princ.
verſ. niſi aliter conſtet. lib. 1. cum alijs per
Maſcard. concluſ. 360. n. 6. Tiraq. de retract.
7 *conuention. §. 4. gloſ. 6. n. 12.* † Itaut etiam
in hoc ſufficiant coniecturæ, & præſumptio-
nes ad inducendam talem numerationem
ex confeſſione facta per procuratorem de re-
cepto, ſecundum quas ita debet Iudex arbi-
trari *Idem Tiraq. d. §. 4. gloſ. 6. n. 13. in fin.*
verſ. & ita etiam notat. fol. 557. poſt Alciat.
in l. 2. §. vlt. ff. ſi cert. petat.
Cum etiam vltra probationem conſignationis
8 factam per ſupradictos teſtes, † adſit *Statu-*
tum Ciuitatis Florentiæ rubr. 42. lib. 2. in
quo diſponitur, quod omnis obligatio, vel
ratificatio, vel inſtrumenti receptio facta
per procuratorem poſſit exequi contra prin-
cipalem, qui ideo tenebitur ex diſpoſitione
dicti Statuti, itaut non poſſit talem execu-
9 cutionem impedire, † cum confeſſio procu-
ratoris vigore eiuſdẽ ſtatuti ei præiudicet,
prout de iure ſolet obeſſe *l. fin. ff. de inſtitor.*
act. Dec. conſ. 493. viſo tenore. col. 1. ad med.
n. 3. vſque ad 7. iuxta *l. pecuniæ. vbi Bald.*
in 1. notab. C. de ſolution. Idem Bald. in
l. ſi non ſortem. §. indebitum. verſ. ſi de ex-

Digitized by Google

ceptionè ficta confeſſionis. ff. de condict. indebit. Alex. conſ.25. viſo inſtrumento.lib.2.

Nec facit, quod Amodeus debitor coraminum
aſſerat in ſcriptura priuata, quod verè non
conſignauit integra coramina eidem procu-
ratori Mauri, niſi ſolum pro libris 900. cum
promiſſione conſignandi reſiduum, quæ aſ-
ſertio eſt facta ſub ipſamet die 17. Auguſti
1618. in qua idem procurator affirmauit ſe
recepiſſe reſiduum coraminum ab eodem
Amodeo. Quia huiuſmodi aſſertio nihil pro-
10 bat, † ſtante confeſſione procuratoris de re-
cepto, iuncta cum teſtibus formiter depo-
nentibus conſignationem, quæ probatio ex-
cludit aliam probationem *Put. deciſ.34.n.4.
lib.1. & deciſ.63. n.1. lib.3. Cardin. Seraph.
deciſ.575. n.5. Rot. diuerſ.deciſ. 520.n.4.p.1.
& coram Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. 163.
n.9. Aegid. deciſ. 366. n.6.*

Maximè, quia talis probatio facta per teſtes, &
per confeſſionem procuratoris eſt potentior,
11 & magis veriſimilis, † quam contraria aſſer-
tio Amodei, quia immediatè poſt confeſſio-
nem eiuſdem procuratoris de coraminibus
integrè receptis, idem Amodeus in eadem
ſcriptura manu propria ſignata ſtatim ordi-
nat ſuis debitoribus, vt ſoluant Caſelleſio
pretium coraminum conſignatorum, quæ ſo-
lutio non erat facienda per debitores Amo-
dei, niſi poſt quam coramina fuiſſent inte-
grè conſignata, vnde dando huiuſmodi ordi-
nem cenſetur approbata confeſſio procura-
12 toris, quæ antecedebat talem ordinem, † ne-
que enim poteſt negari ſcientia, & approba-
tio, cum ſubſequatur ſubſcriptio ordinis
*Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus.
col.2. ff. de verbor. obligation. Gemin. in c. ſi
propter. de reſcript. in 6. Surd.conſ.61. n.31.
& deciſ. 265. n. 26.* Cum etiam veriſimilius
ſit, vt conſignatio coraminum fuerit facta,
ex quo ordinatur ſolutio, quæ erat facienda
poſt illorum conſignationem, nã alias delu-
deretur tertius, cui fuerunt deſtinatæ pecu-
niæ ſoluendæ, poſtquam conſignata eſſent
13 coramina, † & talis veriſimilitudo debet
præualere in probationibus, & in quacum-
que materia, tanquam ſit cognata naturæ,
& habeatur pro lege *Aim. conſ. 75. n. 24. &
conſ.135. n. 33. poſt Oldrad. conſ.13. in fin.*
14 *Bald. conſ.* 180. *mortuo filio. lib. 3.* † Itaut
ſtante tali approbatione confeſſionis, non
detur amplius reprobatio *l. pomponius ſcri-
bit. ff. de negot. geſt. Oſaſc.deciſ.62.n.18. Becc.
conſ.3. n.35. Surd. deciſ.288. n.5.*

Præſertim, quia huiuſmodi aſſertio non pote-
rat amplius fieri in præiudicium Caſelleſij,
cui fuerat ius quæſitum per conſignationẽ,
15 & præſentationem cedulæ, † & ceſſionem
crediti *l. ſi partem. §. fin. ff. quemadm. ſeruit.
amittat. Bart. & Caſtr. in l. facta. §. ſi ha-
res. ff. ad trebellian. Corn. conſ.139. col.1. in
fin. lib.3. Affl. deciſ.163. n.5. Natt.conſ.155.
n. 11. Roland. conſ. 85. n.9. lib. 2. Oſaſc. de-*
16 *ciſ. 45. n. 6.* † Stante præſertim ſcientia ceſ-
ſionis, & denunciatione illius, de qua in caſu
noſtro iuxta litteras *ſub die 1. & 22. Septem-
bris 1618. Surd. conſ.82. n.30. lib.1. & conſ.
22. n.44. eod. lib. Socin. Iun. conſ. 82. n.17.
lib.1. Bertr. conſ.290. n.1. lib.2.*

Amplius, cum ſimus in aſſertione facta in ſcri-
17 ptura priuata abſque teſtibus, † præſumitur
antidata in præiudicium Caſelleſij, quæ non
admittitur *Tiraq. de retract. conuentional.
§.1. gloſ.7. n.43. poſt Caſtr. conſ.294. in cau-
ſis. col.2. verſ. tertio quia poſito. lib.1. Anchar.
conſ. 28. rationes. col. 1. Rebuff. de ſchedul.
recogn. in præfat. n.82.* vbi ſecus quando ter-
tius haberet cauſam à recognoſcente *Bald.
conſ.198. lib.1. alias eſt conſ. 466. ad intelli-
gentiam huius materiæ. col.2. verſ. ſecundo
ne ſit. lib.5. Rip. in l. priuilegia. col.5. n.24.
ff. de priuileg. creditor.* Itaut nihil obſtet,
quod fuerit poſtea producta in actis Anco-
næ, & per eundem Amodeum recognita ſub
18 die 13. Martij 1619. † quia talis recognitio nõ
retrotrahitur ad diem 17. Auguſti 1618. de
quo tempore fuit facta in præiudicium tertij
*Couar. lib. 2. var. reſolut. c.11. n.4. ad med.
verſ. cui illud adijciendum. & pract. quæſt.
c. 22. n. 5. verſ. tertio neceſſarium. Azened.
ad leg. hiſpan. lib.4. tit.21. l.5. n.21. fol.506.
& lib.4. tit.15. l.6. n.12. fol 332. poſt Abb. in
c.2. vbi Felin. col.3. de fid. inſtrument.*

Additur, quod ſumus in aſſertione Iudæi, quæ
19 non probat † contra Chriſtianum *Gloſ. in c.
iudæi. in verb. præſumatur. vbi Abb. n. 3.
Felin. in princ. de teſtib. Anan. in c. cum
ſit. n.2. de iudæis. Alex.conſ.179. in fin. lib.2.*
20 *Aim. conſ.73. n.2. Affl. deciſ.114.* † Maximè,
quando contra eius depoſitionem adeſt alia
depoſitio Chriſtiani, prout in caſo noſtro
*Cephal. conſ. 227. n.29. lib.2. Marquard. de
iudæis. par. 2. c.5. n. 11. Farinac. de teſtib.
quæſt. 56. n. 213.*

Minus facit, quod ordo factus debitoribus in
calce ſupradictæ apochæ de ſoluendo Caſel-
21 leſio, † potius reſoluatur in mandatum,
quam ceſſionem, itaut tale mandatum ex-
pirauerit per decoctionem, & mortẽ Amodei
mandantis, adeo vt ſtante declaratione eiuſ-
dem Amodei de non conſignatione corami-
num, niſi pro libris 900. non agatur amplius
de iure tertij, tanquam Caſelleſius vti pro-
curator non poſſit habere plus iuris, quàm
22 Amodeus principalis. † Quia verius eſt, quod
non ſumus in mandato, ſed in ceſſione, vt
conſtat ex litteris Amodei ſcriptis ad Caſel-
leſium ſub die 20. Septembris 1619. in qui-
bus affirmat, & geminatè declarat ſe olim
recepiſſe ab eo ſcuta 420. ſubdens, quod
alias ei tranſmiſit ordinem, vt illas exige-
ret, in cuius augmentum, ne ſolutio retar-
daretur ob defectum eiuſdem ordinis, con-
ſtituit eum procuratorem irreuocabilem, &
in rem propriam, cum facultate exigendi di-
ctas pecunias, tanquam ad ipſum Caſelle-
ſium

Digitized by Google

ſium ſpectantes, & prius ab eo ſibi ſolutas, & quocumque alio modo ſibi placuerit, vt
23 latius in eiſdem litteris continetur,† ex quibus clare colligitur, quod ſtante conſtitutione procuratoris irreuocabilis, & in rem propriam dicitur quæſita actio ipſi procuratori tanquam ceſſionario, prout importat huiuſmodi mandatum, cuius vigore dicitur dominus, & ad eum ſpectat lucrum, & damnum, itaut non teneatur reſtituere, quod exegit, ſed ſibi poſſit retinere *Caſtr. in l. vlt. in princ. n. 1. poſt med. verſ. & ſic dicebatur. & n. 2. verſ. ſed contrarium. ff. de donation. & in l. ſi cum emptore. col. 1. in fin. verſ. ſed quia omnis vtilitas. n. 3. in fin. ff. de pact.* latè
24 *Bertaz. clauſ. 29. gloſ. 1. n. 1. cum ſeq.*† vbi ex hoc concludit, quod quamuis mulier non poſſit eſſe procuratrix, nec comparere in iudicio, poterit tamen eſſe in rem ſuam, cum iura, & ſtatuta loquentia de procuratore non habeant locum in iſtis procuratoribus in rem propriam, qui potius ſunt domini,
25 non autem procuratores † *Bald. in l. 1. q. 5. n. 14. C. de act. empt. & in l. qui ſtipendia. 9. & ibi Iaſ. in princ. & n. 2. C. de procurat. iuxta l. qui abſenti. 4. C. eod. tit. Felin. in c. licet vndique. 30. in fin. n. 3. de offic. deleg. Aret. in l. 1. n. 21. col. 6. in fin. verſ. præterea licet per procuratorem. ff. ſi cert. pet.*

Immo ſtante ceſſione facta per Amodeum ad fa-
26 uorem Caſelleſij, magis eſt dicendum, † vt non poſſit auferri ius translatum *Caſtr. in l. fin. in princ. n. 3. ff. de donation. Bertazol. clauſul. 29. gloſ. 2. n. 2.* Quæ ceſſio magis operatur in caſu noſtro, in quo nulla aderat lis,
27 Quamuis etiam iuuaret, † ſi fuiſſet facta lite pendente, tanquam ſuperuenerit ex cauſa de præterito *l. ſi rem. §. fin. ff. de pignorat. act. l. ſi vbi mandauero. 17. ff. mandat. l. nemo poteſt. 23. ff. de iudic. Ruin. conſ. 12. n. 8. lib. 4.*
28 vbi ampliat, † quamuis ſuperueniat ius pendẽte appellatione *Cephal. conſ. 112. n. 22. lib. 1.*

Et huiuſmodi mandata procuratoris in rem
29 ſuam morte mandantis non expirant, † neque cenſentur reuocata *l. illam. vbi. Bart. C. de donation. Idem Bart. in l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. n. 1. ff. eod. tit. & in l. 1. n. 3. verſ. oppono contra omnes. & n. 4. C. de action. & obligationib. Roman. in auth. ſimiliter. n. 4. C. ad leg. falcid. Iaſ. in l. eius qui. §. placebat. n. 1. verſ. quinto limita. ff. ſi cert. petat. Gabr. concluſ. 2. n. 36. de procuratorib. Cardin. Mantic. de tacit. & am-*
30 *big. conuentionib. lib. 7. tit. 23. n. 52.* † vbi quod ita paſſim ſeruatur in *Rot.* iuxta *deciſ. Card. Seraph. Romana pecuniaria. 27. Octobris 1581. quæ eſt in impreſſ. deciſ. 542. n. 3.* Intelligendo quando ille, qui conſtituit procuratorem in rem ſuam, deceſſit cum herede, ſecus ſi mandans ſine eo obierit, quia tunc nullus eſt, cuius nomine procurator poſſit experiri, & dabitur actio ex perſona propria, vt per *Card. Mantic. d. tit. 23. n. 53.*

EPITOME.

COnſors quando præferatur in re vendita, ſeu locata per conſortem. ¶ Et conſortium, ſeu participatio dominij quid ſignificet; & quem effectum operetur. ¶ Diuiſio inter ſocios quando excludat retractũ. ¶ Et quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum appoſitione terminorum, itaut non ſufficiat intellectualis. ¶ Et quando faciat diuerſos fundos, ſi fiat gratia commodioris culturæ. ¶ Paries intermedius an requiratur, vt poſſint dici duæ domus, ſi vna diuidatur in duas. ¶ Et quando ſola deſtinatio patrisfamilias inducat diuiſionem. ¶ Habẽs minimam partem, an ſit præferendus in retractu. ¶ Æſtimatio, & illius relatio, quando valeat ſine iuramento, & præſentia, & citatione partis, ſiue ſimus in æſtimatore iudiciali, ſiue extraiudiciali. ¶ Princeps, ſeu Iudex, cuius declarationi ſtandum eſt, an poſſit iudicare partibus abſentibus. ¶ Tempus quando præciſè, & in ſpecie ſit probandum. ¶ Societas an contrahatur inter eos, qui eamdem rẽ ſimul conduxerunt, vel emerunt.

SVMMARIVM.

1 *Societas dicitur contracta inter eos, qui eamdem rem ſimul conduxerunt.*
2 *Caſus inſtrumenti habetur pro caſu legis.*
3 *Prælatio datur conſorti in re vendita, & locata per conſortem, iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, & iuris communis. n. 4. & 5.*
6 *Participatio dominij an ſit neceſſaria, vt quis dicatur habere conſortium.*
7 *Prælatio conceditur in vſu communi, commoditate vſusfructus, habitatione domus, ſeruitute, & in quocumque ſimili iure vendito per conſortem, prout etiam in actione perſonali ad fundum. & n. 8.*
9 *Conſortium accipitur pro ſocietate, & ſecundum ſubiectam materiam. n. 10.*
11 *In vtili dominio an adſit conſortium.*
12 *Diuiſio inter ſocios an excludat conſortium, & prælationem, ſeu retractum in re vendita, & quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum terminorum appoſitione, itaut non ſufficiat intellectualis. n. 13. 14. 15. 24. 25. & 26.*
16 *Diuiſiones, quæ fiunt inter ſocios gratia commodioris culturæ non faciunt diuerſos fundos, ſed illi pro vno reputantur, nec datur retractus vnius ſine alio. & n. 28.*
17 *Retractus conceditur etiam habenti minimam partem, cuius ratione dicitur quis habere conſortium. n. 19. & an operetur quo ad res diuiſas. n. 18. 21. & 22.*
20 *Habens plura iura præfertur habenti pauciora.*
23 *Ius congrui admittitur, quamuis res vendita exiſtat iuxta murum communem.*
27 *Paries intermedius requiritur, ad hoc, vt*

 poſſint

*ceptione ficte confeſſionis. ff. de condict. in-
debit. Alex. conſ.25. viſo inſtrumento.lib.2.*
Nec facit, quod Amodeus debitor coraminum
aſſerat in ſcriptura priuata, quod verè non
conſignauit integra coramina eidem procu-
ratori Mauti, niſi ſolum pro libris 900. cum
promiſſione conſignandi reſiduum, quæ aſ-
ſertio eſt facta ſub ipſamet die 17. Auguſti
1618. in qua idem procurator affirmauit ſe
recepiſſe reſiduum coraminum ab eodem
Amodeo. Quia huiuſmodi aſſertio nihil pro-
10 bat, † ſtante confeſſione procuratoris de re-
cepto, iuncta cum teſtibus formiter depo-
nentibus conſignationem, quæ probatio ex-
cludit aliam probationem *Put. deciſ.34.n.4.
lib.1. & deciſ.63. n.1. lib.3. Cardin. Seraph.
deciſ.575.n.5. Rot. diuerſ.deciſ. 520.n.4.p.1.
& coram Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. 163.
n.9. Aegid. deciſ. 366. n.6.*
Maximè, quia talis probatio facta per teſtes, &
per confeſſionem procuratoris eſt potentior,
11 & magis veriſimilis, † quam contraria aſſer-
tio Amodei, quia immediatè poſt confeſſio-
nem eiuſdem procuratoris de coraminibus
integrè receptis, idem Amodeus in eadem
ſcriptura manu propria ſignata ſtatim ordi-
nat ſuis debitoribus, vt ſoluant Caſelleſio
pretium coraminum conſignatorum, quæ ſo-
lutio non erat facienda per debitores Amo-
dei, niſi poſt quam coramina fuiſſent inte-
grè conſignata, vnde dando huiuſmodi ordi-
nem cenſetur approbata confeſſio procura-
12 toris, quæ antecedebat talem ordinem, † ne-
que enim poteſt negari ſcientia, & approba-
tio, cum ſubſequatur ſubſcriptio ordinis
*Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus.
col.2. ff. de verbor. obligation. Gemin.in c.ſi
propter. de reſcript. in 6. Surd.conſ.61. n.31.
& deciſ. 265. n. 26.* Cum etiam veriſimilius
ſit, vt conſignatio coraminum fuerit facta,
ex quo ordinatur ſolutio, quæ erat facienda
poſt illorum conſignationem, nā alias delu-
deretur tertius, cui fuerunt deſtinatæ pecu-
niæ ſoluendæ, poſtquam conſignata eſſent
13 coramina, † & talis veriſimilitudo debet
præualere in probationibus, & in quacum-
que materia, tanquam ſit cognata naturæ,
& habeatur pro lege *Aim. conſ. 75. n. 24. &
conſ.135. n. 33. poſt Oldrad. conſ.13. in fin.
14 Bald. conſ. 180. mortuo filio. lib. 3.* † Itaut
ſtante tali approbatione confeſſionis, non
detur amplius reprobatio *l. pomponius ſcri-
bit. ff.de negot. geſt. Oſaſc.deciſ.62.n.18.Becc.
conſ.3. n.35. Surd. deciſ.288. n.5.*
Præſertim, quia huiuſmodi aſſertio non pote-
rat amplius fieri in præiudicium Caſelleſij,
cui fuerat ius quæſitum per conſignationē,
15 & præſentationem cedulæ, † & ceſſionem
crediti *l. ſi partem.§.fin.ff.quemadm.ſeruit.
amittat. Bart. & Caſtr. in l. facta. §. ſi hæ-
res. ff. ad trebellian. Corn. conſ.139. col.1. in
fin. lib.3. Affl. deciſ.163. n.5. Natt.conſ.152.
n. 11. Roland. conſ. 85. n.9. lib. 2. Oſaſc. de-
16 ciſ. 45. n. 6.* † Stante præſertim ſcientia ceſ-
ſionis, & denunciatione illius, de qua in caſu
noſtro iuxta litteras *ſub die 1. & 22. Septem-
bris 1618. Surd. conſ.82. n.30.lib.1. & conſ.
22. n.44. eod. lib. Socin. Iun. conſ. 82. n.17.
lib. 1. Bertr. conſ.290. n.1. lib.2.*
Amplius, cum ſimus in aſſertione facta in ſcri-
17 ptura priuata abſque teſtibus, † præſumitur
antidata in præiudicium Caſelleſij, quæ non
admittitur *Tiraq. de retract. conuentional.
§.1. gloſ.7.n.43. poſt Caſtr. conſ.294. in cau-
ſis. col.2.verſ.tertio quia poſito.lib.1. Ancbar.
conſ. 28. rationes. col. 1. Rebuff. de ſchedul.
recogn.in præfat.n.82.* vbi ſecus quando ter-
tius haberet cauſam à recognoſcente *Bald.
conſ.198. lib.1. alias eſt conſ. 466. ad intelli-
gentiam huius materiæ. col.2. verſ. ſecundo
ne ſit. lib.5. Rip. in l. priuilegia. col.5. n.24.
ff. de priuileg. creditor.* Itaut nihil obſtet,
quod fuerit poſtea producta in actis Anco-
næ, & per eumdem Amodeum recognita ſub
18 die 13. Martij 1619. † quia talis recognitio nō
retrotrahitur ad diem 17. Auguſti 1618. de
quo tempore fuit facta in præiudicium tertij
*Couar. lib. 2. var. reſolut. c.11. n.4. ad med.
verſ. cui illud adijciendum. & pract. quæſt.
c. 22. n. 5. verſ. tertio neceſſarium. Azeued.
ad leg. hiſpan. lib.4. tit.21. l.5.n.21. fol.506.
& lib.4. tit.15. l.6. n.12. fol 332. poſt Abb.in
c.2. vbi Felin. col.3. de fid. inſtrument.*
Additur, quod ſumus in aſſertione Iudæi, quæ
19 non probat † contra Chriſtianum *Gloſ. in c.
iudæi. in verb. præſumatur. vbi Abb. n. 3.
Felin. in princ. de teſtib. Anan. in c. cum
ſit.n.2. de iudæis. Alex.conſ.179. in fin.lib.2.
20 Aim. conſ.73.n.2. Affl.deciſ.114.* † Maximè,
quando contra eius depoſitionem adeſt alia
depoſitio Chriſtiani, prout in caſu noſtro
*Cephal. conſ. 227. n.29. lib.2. Marquard. de
iudæis. par. 2. c.5. n. 11. Farinac. de teſtib.
quæſt. 56. n. 213.*
Minus facit, quod ordo factus debitoribus in
calce ſupradictæ apochæ de ſoluendo Caſel-
21 leſio, † potius reſoluatur in mandatum,
quam ceſſionem, itaut tale mandatum ex-
pirauerit per decoctionem, & mortē Amodei
mandantis, adeo vt ſtante declaratione eiuſ-
dem Amodei de non conſignatione corami-
num, niſi pro libris 900. non agatur amplius
de iure tertij, tanquam Caſelleſius vti pro-
curator non poſſit habere plus iuris, quàm
22 Amodeus principalis. † Quia verius eſt, quod
non ſumus in mandato, ſed in ceſſione, vt
conſtat ex litteris Amodei ſcriptis ad Caſel-
leſium ſub die 20. Septembris 1619. in qui-
bus affirmat, & geminatè declarat ſe olim
recepiſſe ab eo ſcuta 420. ſubdens, quod
alias ei transmiſit ordinem, vt illas exige-
ret, in cuius augmentum, ne ſolutio retar-
daretur ob defectum eiuſdem ordinis, con-
ſtituit eum procuratorem irreuocabilem, &
in rem propriam, cum facultate exigendi di-
ctas pecunias, tanquam ad ipſum Caſelle-
ſium

ſium ſpectantes, & prius ab eo ſibi ſolutas, & quocumque alio modo ſibi placuerit, vt
23 latius in eiſdem litteris continetur, † ex quibus clare colligitur, quod ſtante conſtitutione procuratoris irreuocabilis, & in rem propriam dicitur quæſita actio ipſi procuratori tanquam ceſſionario, prout importat huiuſmodi mandatum, cuius vigore dicitur dominus, & ad eum ſpectat lucrum, & damnum, itaut non teneatur reſtituere, quod exegit, ſed ſibi poſſit retinere *Caſtr. in l. vlt. in princ. n. 1. poſt med. verſ. & ſic dicebatur. & n. 2. verſ. ſed contrarium. ff. de donation. & in l. ſi cum emptore. col. 11 in fin. verſ. ſed quia omnis vtilitas. n. 3. in fin. ff. de pact.* latè
24 *Bertaz. clauſ. 29. gloſ. 1. n. 1. cum ſeq.* † vbi ex hoc concludit, quod quamuis mulier non poſſit eſſe procuratrix, nec comparere in iudicio, poterit tamen eſſe in rem ſuam, cum iura, & ſtatuta loquentia de procuratore non habeant locum in iſtis procuratoribus in rem propriam, qui potius ſunt domini,
25 non autem procuratores † *Bald. in l. 1. q. 3. n. 14. C. de act. empt. & in l. qui ſtipendia. 9. & ibi Iaſ. in princ. & n. 2. C. de procurat. iuxta l. qui abſenti. 4. C. eod. tit. Felin. in c. licet vndique. 30. in fin. n. 3. de offic. deleg. Aret. in l. 1. n. 21. col. 6. in fin. verſ. præterea licet per procuratorem. ff. ſi cert. pet.*

Immo ſtante ceſſione facta per Amodeum ad fa-
26 uorem Caſelleſij, magis eſt dicendum, † vt non poſſit auferri ius translatum *Caſtr. in l. fin. in princ. n. 3. ff. de donation. Bertazol. clauſul. 29. gloſ. 2. n. 2.* Quæ ceſſio magis operatur in caſu noſtro, in quo nulla aderat lis,
27 Quamuis etiam iuuaret, † ſi fuiſſet facta lite pendente, tanquam ſuperuenerit ex cauſa de præterito *l. ſi rem. §. fin. ff. de pignorat. act. l. ſi vbi mandauero. 17. ff. mandat. l. nemo poteſt. 23. ff. de iudic. Ruin. conſ. 12. n. 8. lib. 4.*
28 vbi ampliat, † quamuis ſuperueniat ius pendẽte appellatione *Cephal. conſ. 112. n. 22. lib. 1.*

Et huiuſmodi mandata procuratoris in rem
29 ſuam morte mandantis non expirant, † neque cenſentur renocata *l. illam. vbi Bart. C. de donation. Idem Bart. in l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. n. 1. ff. eod. tit. & in l. 1. n. 3. verſ. oppono contra omnes. & n. 4. C. de action. & obligationib. Roman. in auth. ſimiliter. n. 4. C. ad leg. falcid. Iaſ. in l. eius qui. §. placebat. n. 1. verſ. quinto limita. ff. ſi cert. petat. Gabr. concluſ. 2. n. 36. de procuratorib. Cardin. Mantic. de tacit. & am-*
30 *big. conuentionib. lib. 7. tit. 23. n. 52.* † vbi quod ita paſſim ſeruatur in *Rot.* iuxta *deciſ. Card. Seraph. Romana pecuniaria. 27. Octobris 1581. quæ eſt in impreſſ. deciſ. 542. n. 3.* Intelligendo quando ille, qui conſtituit procuratorem in rem ſuam, deceſſit eum herede, ſeu ſi mandans ſine eo obierit, quia tunc nullus eſt, cuius nomine procurator poſſit experiri, & dabitur actio ex perſona propria, vt per *Card. Mantic. d. tit. 23. n. 53.*

EPITOME.

CONſors quando præferatur in re vendita, ſeu locata per conſortem. ¶ Et conſortium, ſeu participatio dominij quid ſignificet, & quem effectum operetur. ¶ Diuiſio inter ſocios quando excludat retractũ. ¶ Et quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum appoſitione terminorum, itaut non ſufficiat intellectualis. ¶ Et quando faciat diuerſos fundos, ſi fiat gratia commodioris culturæ. ¶ Paries intermedius an requiratur, vt poſſint dici duæ domus, ſi vna diuidatur in duas. ¶ Et quando ſola deſtinatio patrisfamilias inducat diuiſionem. ¶ Habẽs minimam partem, an ſit præferendus in retractu. ¶ Æſtimatio, & illius relatio, quando valeat ſine iuramento, & præſentia, & citatione partis, ſiue ſimus in æſtimatore iudiciali, ſiue extraiudiciali. ¶ Princeps, ſeu Iudex, cuius declarationi ſtandum eſt, an poſſit iudicare partibus abſentibus. ¶ Tempus quando præciſe, & in ſpecie ſit probandum. ¶ Societas an contrahatur inter eos, qui camdem rẽ ſimul conduxerunt, vel emerunt.

SVMMARIVM.

1 *Societas dicitur contracta inter eos, qui camdem rem ſimul conduxerunt.*
2 *Caſus inſtrumenti habetur pro caſu legis.*
3 *Prælatio datur conſorti in re vendita, & locata per conſortem, iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, & iuris communis. n. 4. & 5.*
6 *Participatio dominij an ſit neceſſaria, vt quis dicatur habere conſortium.*
7 *Prælatio conceditur in vſu communi, commoditate vſusfructus, habitatione domus, ſeruitute, & in quocumque ſimili in re vendito per conſortem, prout etiam in actione perſonali ad fundum. & n. 8.*
9 *Conſortium accipitur pro ſocietate, & ſecundum ſubiectam materiam. n. 10.*
11 *In vtili dominio an adſit conſortium.*
12 *Diuiſio inter ſocios an excludat conſortium, & prælationem, ſeu retractum in re vendita, & quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum terminorum appoſitione, itaut non ſufficiat intellectualis. n. 13. 14. 15. 24. 25. & 26.*
16 *Diuiſiones, quæ fiunt inter ſocios gratia commodioris culturæ non faciunt diuerſos fundos, ſed illi pro vno reputantur, nec datur retractus vnius ſine alio. & n. 28.*
17 *Retractus conceditur etiam habenti minimam partem, cuius ratione dicitur quis habere conſortium. n. 19. & an operetur quo ad res diuiſas. n. 18. 21. & 22.*
20 *Habens plura iura præfertur habenti pauciora.*
23 *Ius congrui admittitur, quamuis res vendita exiſtat iuxta murum communem.*
27 *Paries intermedius requiritur, ad hoc, vt*

poſſint dici dua domus, quando vna diuiditur in duas.

29 *Probatio dubia non relenat, & illam debemus interpretari contra probantem etiam in materia fauorabili.*

30 *Sola animi deſtinatio patrisfamilias an ſufficiat pro diuiſione, itaut excludat conſortium, & retractum. n. 31. & 32.*

33 *Aeſtimatio eſt nulla, ſi fiat abſque praſentia partis per aſtimatorem etiam extraiudicialiter electum. n. 42. Et de cautela ſuper hoc adhibenda. n. 34.*

35 *Iuramentum non requiritur in aſtimatore communiter electo, ſed ſolum monitio partis ad videndum fieri aſtimationem, & calculum. n. 36.*

37 *Relatio periti poteſt fieri partibus abſentibus, dummodo tamen illa fuerint prius monita pro certa die, & hora. n. 38.*

39 *Praſentia, ſeu citatio partis requiritur, quando iudicat ille, cuius declarationi ſtandum eſt, quamuis eſſet Princeps. n. 40.*

41 *Citatio non eſt facienda, ſi citandus non poterat contradicere.*

43 *Relatio facta extra tempus permiſſum eſt nullius roboris, & momenti.*

44 *Tempus eſt pracisè probandum, quando illud eſt de ſubſtantia negotij.*

CAP. DCCCLXXIV.

PRælationem dixi concedendam eſſe DD.
de Neris in locatione, de qua agimus, Cũ
enim ſimus in illis, qui eamdem rem condu-
1 xerunt, † dicitur inter eos cõtracta ſocietas
*Bald. in l. 1. n. 13. q. 11. in princ. C. pro ſo-
cio. Alex. conſ. 133. venio ad primum. n. 1.
lib. 2.* prout dicimus in ementibus ſimul ali-
quam rem *Bart. & Ang. in l. 2. n. 1. vbi Salic.
& Aloyſ. de Leo. in princ. C. pro ſoc. Alex.
conſ. 38. n. 1. lib. 5. Iaſ. in l. ſtipulationes non
diuiduntur. la 2. in princ. n. 9. ff. de verb.*
2 *obligat. Decian. conſ. 97. n. 35. lib. 2.* † Ma-
ximè, quia in inſtrumento exhibito conſtat
expreſsè de iſta aſſumptione in ſocium, &
communicatione tenutæ, itaut ex ea non ſit
locus dubitationi an ſimus in ſocijs, cum
caſus inſtrumenti dicatur caſus legis *Bald.
conſ. 215. col. 2. in fin. lib. 2. Becc. conſ. 74.
n. 19. Surd. conſ. 234. n. 3. lib. 1.*

Qua communione, & ſocietate ſtante, ſuccedit
3 diſpoſitio *Statuti Vrbis lib. 1. c. 11.* † per quod
datur prælatio conſorti, & illo vtitur etiam
ceſſionarius eo modo, quo poterat vti ce-
dens *Aim. conſ. 191. n. 2. Tiraq. de retract.
lignag. §. 26. gloſ. 3. n. 1. Rot. coram R. P.
D. Penia Romana pralationis ſeu requiſi-
tionis. 27. Aprilis* 1605.

Quod etiam, ceſſante ſtatuto, habet locum de
iure communi, iuxta cuius diſpoſitionem,
omiſſo iuris rigore, qui amplius non ſerua-
4 tur, de æquitate, † præfertur ſocius tàm in
venditione, quàm in locatione ſoluto eodem
pretio, quod ab alijs offertur *Socin. conſ. 58.
in fin. verſ. hanc concluſionem probo. lib. 4.
& in l. ſerui electione. §. labeo. n. 7. ff. de
legat. 1. Ruin. conſ. 143. n. 18. lib. 4. Bero.
conſ. 137. n. 12. lib. 1.* Cæteros conſultò omit-
to, quia eſt concluſio clara, & paſſim ab om-
5 nibus approbata, † quam etiam ſequitur
*Rot. coram R. P. D. Ortembrg. Romana
pralationis. 20. Nouembris* 1609.

Non obſtat, quod non ſimus in conſortibus,
cum conductores non participent de aliquo
6 dominio, † prout requiritur ad hunc effe-
ctum conſortij *Bald. in l. dudum. n. 7. C. de
contrah. empt.* Quia huiuſmodi prælatio da-
tur etiam non exiſtente dominio, cum paſ-
ſim concedatur etiam in vſu communi, &
commoditate vſusfructus, & in habitatione
7 domus, ſeu alia ſeruitute, † vel ſimili quo-
cumque iure vendito, immo etiam in actio-
ne perſonali, quam plures habent ad fundũ,
vt ſi vnus vendat actionem ſuam extraneo,
admittuntur conſortes illius iuris, & actio-
nis ad partem conſortis, vt ſic poſſint agere
actione perſonali ad conſequendum totum
fundum ſibi debitum, ita omnia prædicta
comprobat *Gutier. pract. quaſt. lib. 2. q. 165.
n. 1. verſ. qua ratione. fol.* 356.

Nec facit, quod credatur exaduerſo iſta pro-
cedere ſecundum leges hiſpanorum, Quia
Gutier. loquitur in ſimplici quæſtione re-
8 tractus, † quæ applicatur ad illas leges hi-
ſpaniæ ſimiles ſtatutis noſtris, & mouetur ex
illa ratione communionis, quam volens re-
trahere habet in illo iure, prout etiam fir-
mat *Gregor. Lopez. ad l. 55. tit. 1. art. 5. gloſ. 2.
Azeued. ad l. 13. taur. n. 7. verſ. & licet ibi
dubitet. lib. 5. tit. 11. fol. 282. Matien. ibid.
gloſ. 3. n. 3. Caſtill. de vſufr. c. 74. n. 28. & 29.
dixi ſupr. c. 482. n. 35. & 36.*

Maximè, quia conſortium accipitur pro ſocie-
tate *l. ſi fratres. 53. §. idem papinianus. ff. pro*
9 *ſocio.* † *l. amiſſa nauis. ff. ad leg. rhod. de
iactu. Celſ. lib. 7. Liu. lib. 6. Cicer. 3. officior.*
33. cum alijs per *Theſaur. ling. latin. in
verb. conſors. & in verb. conſortium. Pratei.
in lexic. iur. in verb. conſortio.* iuxta *l. pu-
pilli. 96. §. cum eodem. ff. de ſolutionib. Al-
ciat. in l. proximi. 155. in fin. ff. de verbor.
ſignificat.* vbi quod accipitur ſecundum ſu-
10 biectam materiam, † & quod idem ſit ſocius,
& conſors, ſeu particeps *Surd. conſ. 441. n. 27.
lib. 3. poſt Rot. Genn. deciſ. 14. n. 23. & 129.*

Minus obſtat, quod neque in vtili dominio ad-
ſit conſortium ex *Couar. lib. 3. var. reſolut.*
11 *c. 11. n. 3. exaduerſo allegato.* † Quia *Couar.*
hoc non dicit, vt ex eius lectura patet, ſo-
lum diſputat an retractus iure ſanguinis cõ-
petat proximiori ad rem datam in emphy-
teuſim, aut ad cenſum perpetuum, & con-
cludit æquius eſſe, vt detur, vt per *Couarr.
ibid. n. 3. verſ. profectò aquius eſt. col. 3.* Ideo
non eſt opus diſputare an ratione vtilis do-
minij competat conſortium, in quo ſi opus
erit,

erit, adducentur multa pro huius quæſtionis
determinatione, & latè diximus *ſupr. c.460.*
n. 3. & 80. cum ſeq.
Nec releuat prætenſa diuiſio, iuxta quam qui-
libet ſociorum continuauit in pacifico vſu
12 portionis ſuæ, † quo caſu nullum poteſt cō-
ſiderari conſortium, nec datur aliqua præ-
latio *Dec conſ.647. requiſitus. n. 3. poſt med.*
iuxta *l. ſi quis duas ædes. 6. §. ſi quis partem.*
ff. commun. prædior. exaduerſo allegatam.
quibus addo *Gregor. Lop. ad l.55. tit.5. partit.*
5. Gomeſ. ad l.70. taur. n.27. Caſtill. ad l.75.
taur. n.1. Couar. lib.3. var. reſolut. c.14. n.6.
Mexias in pragmat. tax. panis. concluſ. 5.
n.112. Azeued. ad l.13. & 14. alias 74. & 75.
lib.5. tit.11. n.6. fol.282. cum alijs quos con-
ſultò omitto.
Quia reſponderur omnia iſta procedere, quan-
13 do cum effectu res fuit diuiſa, † cum non
ſufficeret, quod res communis eſſet inter ſo-
cios diuiſa intellectu, puta ſi conuenerunt
ſocij, vt alter haberet medietatem fundi, &
alter aliam portionem, quia tunc non dici-
tur verè facta aliqua diuiſio, cum etiam re-
quiratur, vt realiter, & cum effectu termini,
& confines apponantur, & aſſignentur ad ex-
cludendum retractum, nam alias non facta
iſta terminatione effectuali, habebit locum
beneficium eiuſdem retractus, ita in ſpecie
declarat *Azeued. ad d.l.13. & 14. lib.5. tit.11.*
n. 6. ad med. verſ. debet tamen eſſe. fol. 282.
Caſtill. in l. 74. taur. gloſ. 1. col. 1. & 2. &
ibid. Palat. Rub. quod etiam apertè dicitur
in *l ſi quis duas ædes. 6. §. ſi quis partem.*
14 *ff. commun. prædior. exaduerſo adducta.* † vbi
Vulpianus tunc conſiderat eſſe factam diui-
ſionem vnius domus, itaut dicantur duæ do-
mus, quando pariete medio ædificato, fuit
domus diuiſa, per quæ verba patet neceſſa-
riam eſſe terminorum appoſitionem, prout
etiam notat *ibid. Gloſ. in verb. medio. per*
tex. in l.4. §. penult. & l. cos. 12. ff. fin. re-
15 *gundor.* † Et vltra ſupradictos, ita etiam de-
clarat Couar. *lib. 3. var. reſolut. c.14. col. 9.*
verſ. ab eiuſdem publicæ inopiæ. in fin. verſ.
nec quidquam refert colonos. n.6. fol.301. Et
quando diuiſio poſſit fieri intellectu multa
ponit *Tiraq. de retract. lignag. §.1. gloſ.21.*
n. 16. fol. 234.
Præſertim, quia iſtæ diuiſiones cenſentur factæ
inter ſocios gratia vberioris, & commodio-
16 ris culturæ, † quæ non faciunt diuerſos fun-
dos, ſed pro vno reputabūtur *Bart. in l. caius.*
88. vbi Florian. in princ. ff. de legat.1. Ideo
non datur retractus de vno ſine alio, prout
non conceditur, quando quis plures res
emiſſet vnico pretio, & contractu, iuxta
notata per *Tiraq. de retract. lignag. §. 23.*
gloſ. 2. n. 2. & 3.
Et hæc ſufficiant pro concedenda prælatione,
cum ex eis clarū ius colligatur pro DD. Ne-
ris, abſque eo, quod diſputetur an ob ſiluam,
17 quæ remanſit cōmunis, detur retractus, † in
qua quæſtione etiā, vt parti plenius ſatisfiat,
concludendum eſt, quod ſit locus retractui,
cum ratione minimæ partis quis dicatur cō-
ſors, vt dixi *ſupr. c.526. n. 4.* vbi de puteo
communi tām in hauſtu, quām in ſolo, bal-
neo, aditu, ſeu acceſſu, fouea, fiſtula, canali,
& ſimilibus, quia iſta omnia ſunt portiones
18 domus, iuxta latè adducta *d. c.526.* † contra
quæ licet exaduerſo opponatur, quod illa
non ſubſiſtant, dum extendimus iſtam mo-
dicam partem operari effectū retractus quo
ad portiones diuiſas, in quibus nulla poteſt
conſiderari communio, Tamen hoc marte
ſuo dicitur, cū nullum verbum ibidem adſit
de huiuſmodi extenſione, vt ex lectura ap-
paret, & vnuſquiſque fatebitur iudicio can-
dido, & placido perlegens, & irretorto, & re-
cto oculo, non malo, & obliquo, Etenim
per nos ſolum fuit firmata concluſio, quod
19 in hoc caſu minimum trahit maximum, † &
quod ratione iſtius minimi datur retractus,
iuxta *Bald. in l.1. n.3. C. de commun. ſeru.*
manumiſſ. quē vltra adductos ſequitur *Gre-*
gor. Lopez. partit.5. tit.5. n.5. fol.31. Tiraq.
de iudic. in reb. exig. ferend. verſ. duode-
cimo eſt tex. fol. 116. Fabian. de Mont. de
empt. & vendit. q.3. princ. n.44. q.20. tom.6.
p.1. fol.43. Carpan. ſuper conſtit. Mediolan.
c. 434. n. 22. Panthal. Cremenſ. in l. rem
maiorem. quæ eſt 2. n. 53. in vndecima ex-
tenſione. in fin. C. de reſcind. vendit. vol.7.
fol.480. Decian. conſ.15. n.11. lib.4.
Et cum in caſu noſtro non adſit aliqua realis
diuiſio per terminos, & confines, prout re-
20 quiritur ex ſupra allegatis, † magis erit lo-
cus prælationi, maximè cum DD. de Neris
habeant non minimam partem, ſed duas ex
tribus, quo caſu præferuntur tanquam plura
iura habentes *Dec. conſ. 619. licet in caſu*
propoſito. n. 7. Rot. diuerſ. deciſ. 474. n. 14.
par.1. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. c.28.
n. 31. vſque ad 38.
Quamuis neque Doctores exaduerſo allegati
21 aliquid dicant circa modicum, † quod non
ſe extendat ad partes diuiſas, Nam *Panthal.*
Cremenſ. in l.2. n. 53. C. de reſcind. vendit.
nullum verbum facit de hoc, cum ſolum re-
ferat, & ſequatur *Bald. in d. l.1. n.3. C. de*
commun. ſeru. manumiſſ. ¶ Et *Ruin. conſ.27.*
n.12. verſ. ſecundo reſpondetur. lib.4. loqui-
22 tur tantum in ſtatuto, † quod in ſuo caſu non
habebat locum, cum petens prælationem
non eſſet conſors domus, ſed muri vicini ipſi
domui, ex quo muro communi non infere-
batur ad domum communem, prout idem
ſtatutum requirebat communionem in do-
mo, non in muro, vt ita in ſpecie declarando
Ruin. concludit *Decian. conſ.15. n.11. lib.4.*
Licet etiam poſſet iure defendi, quod opinio
23 *Ruin.* non ſit tuta, cum ſufficiat, † quod res
vendita ſit iuxta murum communem, tan-
quam pro acceſſorio habeat locum ius con-
grui ad totum principale, & ſatis ſit quam-
libet

Digitized by Google

libet partem etiam minimam eſſe vicinam, & contiguam ex quouis latere, vt procedant, quæ de iure congrui diſponuntur, vt in terminis latè concludit *Ancbar. conſ.* 160. *præſupponitur in themate. per tot.* & latius comprobat *Ioan. de Amic. conſ.* 1. *n.* 46. *vſque ad* 57.

Poſt hæc ſcripta iterum fuit oppoſitum, quod nullum poſſit dari conſortium ſtante diuiſione inter ſocios facta, quæ tollit beneficium prælationis *Dec. conſ.* 647. *requiſitus n.* 3. cum aliis, de quibus *ſupr. n.* 12. Sed iſta ſunt facilis ſolutionis, & in idem reincidunt, ideo non opus eſſet alia replicatione, ſed vt
24 quieſcat animus opponentis, † iterum dicimus, quod tunc per diuiſionem ceſſat retractus communionis, quando realiter, & cum effectu fuerunt poſiti confines, & termini, per quorum appoſitionem non poteſt tunc dici, quod res ſit amplius communis, ſecus quando, prout in caſu noſtro, fuerunt portiones per ſocios intellectualiter aſſignatæ, vt vnus ſit in pacifico vſu alicuius partis, alter alterius abſque appoſitione confiniũ, tunc enim ad effectum conſequendi prælationem, & retractum, non deſinit eſſe res communis ex *Caſtill. Azeued. Couar. & aliis ſupra allegatis. n.* 13.

Et quamuis prætendatur nullum ex dictis Doctoribus hoc dicere, Tamen vt magis parti ſatisfiat, transcribenda ſunt eorum dicta. Et
25 incipiendo ab *Azeued.* † Vnum tamen inquit notabis, ſcilicet, quod tunc habens partem in re vendita præfertur in retractu conſanguineo vendentis, quoties res illa eſt communis indiuiſa, ſecus ſi iam eſſet inter eos diuiſa, quia tunc ceſſaret retractus communionis, Debet tamen cum effectu eſſe diuiſa, nam non ſufficeret, ſi res communis eſſet intellectu diuiſa inter ſocios, puta ſi conuenerunt inter ſe extra fundum, vt alter haberet medietatem fundi ad partem vicini ſui, & alter ad partem Sempronij, quia non intelligitur verè diuiſus, donec confinia, & termini realiter aſſignentur. Hæc ſunt verba *Azeued. ad leg.* 13. *&* 14. *Taur. alias* 74. *&* 75. *lib.* 5. *tit.* 11. *n.* 6. *&* 7. *fol.* 282. *poſt Caſtill.* qui idem dicit in *l.* 74. *taur. gloſ.* 1. *col.* 1. *&* 2.
26 *& ibi Palat. Rub.* † Quod etiam voluit *Couar. lib.* 3. *var. reſolut. c.* 14. *col.* 9. *verſ. ob eiuſdẽ publica inopia. in fin. verſ. nec quidquam refert colonos. n.* 6. *fol.* 301. vbi requirit ſignationem partium diuiſarum, iuxta *l. ſi quis duas ades.* 6. *§. ſi quis partem. ff.*
27 *commun. prædior.* † vbi quod requiritur paries intermedius, ad hoc vt poſſint dici duæ domus, quando vna diuiditur in duas, prout etiam idem notat *Gloſ. in d. §. ſi quis partem. in verb. medio.* iuxta *l.* 4. *§. fin. ad med. ff. fin. regundor.*

Quorum ratio eſt, quia iſtæ diuiſiones, quæ fiunt inter ſocios abſque appoſitione termi-
28 norum, † cenſentur potius fieri ratione vberioris, & commodioris culturæ, non autem vt res communis in totum diſſoluatur, quod non eſt quando interuenit realis affixio terminorum, tunc enim clarius colligitur diuiſio ex quocumque reſpectu; Vnde non mirum, ſi hoc caſu efficiuntur fundi diuerſi, cum tamen in alio reputentur pro vno *Bart. in l. caius.* 88. *vbi Florian. in princ. ff. de le-*
29 *gat.* 1. & dictum eſt etiam *ſupr. n.* 16. † & ſic non poteſt dici probatio concludens, vt quis voluerit renunciare beneficio retractus, quando poteſt colligi, quod propter aliam cauſam fuerit data portio vni ſocio, & altera per alium retenta, non ſecuto alio effectu realis appoſitionis confinium; Vnde tanquam ſit dubia probatio, non admittitur *l. non hoc. C. vnd. legit. c. in præſentia. de probation. Surd. conſ.* 61. *n.* 15. *& conſ.* 5. *n.* 45. *vſque ad* 50. vbi etiam, quod illam debemus interpretari contra probantem, quamuis eſſemus in materia fauorabili *Alex. conſ.* 52. *col.* 2. *lib.* 5. *Natt. conſ.* 185. *n.* 2. *Tiraq. de retr. lignag. §.* 1. *gloſ.* 16. *n.* 8.

Neque obſtat, quod in fundo ſufficiat ſola ani-
30 mi deſtinatio, ita vt hoc modo facta, † ſatis ſit ad excludendum retractum, & conſortium, iuxta *Bart.* in puncto allegatum in *l. ſi quis duas ædes.* 6. *§. ſi quis partem. n.* 2. *ff. commun prædior.* Quia *Bart.* ſolum dicit, quod fundus poteſt diuidi deſtinatione patrisfa-
31 milias, † non tamen ſubdit, quod iſta diuiſio excludat conſortium, & retractum, quia hoc ſecundum exaduerſo additur abſque eo, quod *Bart* de eo faciat aliquam mentionem, & cum habeamus alia iura, & auctoritates in terminis circa retractum, qui non dicitur excluſus ex iſta deſtinatione etiam in fundo ex ſuperius allegatis, non eſt amplius in hoc inſiſtendum.

Immo non ſolum in fundo, ſed etiam in domo
32 habente plures manſiones † poteſt fieri iſta diuiſio deſtinatione, puta, quod tales cameræ ſint vnius, & aliæ alterius, non tamen ex hac verbali diuiſione efficientur duæ domus, ſed ſemper remanebit vna, & per conſequens non poterit dici excluſum conſortium, & retractus, niſi fiat intermediatio per parietem, ita quod alter pro parte alterius non poſſit conuerſari, nec tranſire, ita in ſpecie notat *Gaſtr. in d. l. ſi quis duas.* 6. *ad fin. verſ. ſed iſtud videtur procedere. ff. commun. prædior.*

Quo verò ad æſtimationem, de qua in eadem cauſa agebatur, dixi illam eſſe omnino nul-
33 lam, cum non ſit ritè facta, † tanquam non inueniatur partes monitas fuiſſe pro certa die, & hora, cum ad diſcuſſionem ſimilium negotiorum ſit neceſſaria partis præſentia, per quam potuiſſet trahi peritus in diuerſam ſententiam, quamuis etiam eſſet extraiudicialiter electus, qui eſt loco arbitri, ideo debet partes monere, & requirere, & ab eis informationem capere, prout in ſpecie ita ſeruandum eſſe dicitur per *Rot. deciſ.* 554. *n.* 1. *&* 2.

& 2. p. 2. in recentior. iuxta doctrinam *Bart.* communiter receptam in *l. theopompus. n. 9. verſ. quandoque ſtatur eius declarationi. ff. de dot. prælegat. & in l. qui bona. n. 3. verſ.*
34 *ſed ante. ff. de damn. infect.* † vbi monet hæc omnia eſſe ponenda in actis, ne proceſſus annulletur *Felin. in c. veniens. il 1. n. 20. verſ. adde etiam. de teſtib. Alex. conſ. 33. n. 9. & 10. in fin. lib. 6. Aldobrand. conſ. 59. n. 6. lib. 1.*
35 *Creſcent. deciſ. 2. alias 80. de arbitr.* † vbi quod licet in æſtimatore communiter electo non requiratur iuramentum, tamen requiritur vocatio partium *Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 13. n. 5. concluſ. 9. verſ. idem ipſe. Cagnol. in l. 2. n. 260. verſ. ſecundo nota. C. de reſcind. vendition.* iuxta *l. 3. C. fin. regund. l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid. l. 1. §. ſi mulier. & §. denunciari. ff. de ventr. inſpiciend. Gabr. de citat.*
36 *concluſ. 1. n. 188.* † vbi etiam, quod non ſolum pars debet moneri ad videndum fieri æſtimationem, ſed etiam calculum *Ang. in d. l. 1. §. marcellus. ff. ſi cui pluſquam per leg. falcid.* Et in iudiciali denunciatione ad menſurandum quid ſeruetur *Alex. conſ. 33. n. 9. lib. 6.*

Adeſt etiam nullitas defectus citationis omiſſę
37 in relatione per peritum facta, † quæ licet in ea non requiratur, cum poſſit fieri partibus abſentibus *Felin. in c. veniens. il 2. n. 20. in princip. de teſtib. Gabr. de citat. concluſ. 1. n. 418. Afin. in prax. §. 7. limit. 107. n. 1.* Tamen hoc procedit, quando prius con-
38 ſtaret fuiſſe partes requiſitas, † & monitas pro certa die, & hora, nã aliàs tali monitione non facta, & nõ poſita in actis erit neceſſaria citatio in relatione æſtimationis per peritũ facienda *Aldobr. conſ. 59. n 6. verſ. ſaltem & n. 7. verſ. vnde cum neque in principio. lib. 1.* ob eam rationem, quia quando illæ,
39 cuius declarationi ſtandũ eſt, † iudicat iuxta ſenſum ſuum partis præſentia requiritur *Bart. in l. alio. col. antepenult. verſ. quare an hæres. ff. de aliment. & cibar. legat. Dec. conſ. 416. in teſtamento. col. fin. poſt med. n. 22. Alex. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor.*
40 *obligationib.* † Ampliando etiam in declaratione Principis, in qua requiritur citatio *Idem Alex. conſ. 11. alias conſului. lib. 7. Bald. in l. fin. C. de legib. Dec. d. conſ. 416. n. 23.*

Neque obſtat, quod citatio non erat neceſſaria, ex quo citandus non poterat contradicere,
41 cum deberet ſtare relationi periti electi, † & approbati *Gabr. de citat. concluſ. 1. n. 348.* Quia hoc præſuppoſitum non debet admitti, nam etiam in æſtimatoribus approbatis per partes eſt neceſſaria citatio, cum poſſit peri-
42 tus trahi in aliam ſententiam, † quando citatus habuiſſet notitiam acceſſus ad locum æſtimandum, proponendo rationes, & merita cauſæ pandendo, cum alijs, quæ in ſimilibus negotijs ſolent fieri, vt in ſpecie notat *Rot. d. deciſ. 554. n. 1. par. 2. in recentiorib. Creſcent. deciſ. 2. n. 2. de arbitr.*

Additur iniuſtitia æſtimationis, quæ iuxta decretum erat facienda ſecundum valorem tẽ-
43 poris, quo ipſum decretum fuit interpoſitum, † videlicet die 8. Nouembris 1621. Et tamen relatio fuit facta poſt tres menſes die 9. Februarij 1622. quod facit æſtimationem nullam, tanquam extra tempus permiſſum, cum neque aſſeratur in dicta relatione, quod tempus fuerit conſideratum, prout debebat conſtare, vt poſſet dici fuiſſe paritum man-
44 dato Iudicis, † quotieſcumque enim vis eſt in tempore, de illo præcisè, & in puncto eſt docendum, alias actus eſt inualidus *Salic. in l. matrem. C. de probat. poſt Gloſ. in l. eum actum. ff. de negot. geſt. Bart. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. oper. nunc.* dixi *ſupr. c. 721. n. 33. Iaſ. Zuccard. & alij in rubr. C. qui admit. Dec. in c. in præſentia. n. 13. de probation. Aim. conſ. 6. n. 106. poſt med. & conſ. 854. n. 11. & conſ. 946. n. 10. Corn. conſ. 135. col. 2. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 39. n. 28. & 29. lib. 1. Maſcard. concluſ. 824. n. 16. Surd. deciſ. 75. n. 10. & conſ. 135. n. 55. lib. 1. Natt. conſ. 177. n. 9. Alex. conſ. 100. ſuper primo caſu. n. 2. lib. 1.*

EPITOME.

Captura ſuſpecti de fuga, quando poſſit concedi per Iudicem incompetentem. ¶ Et quis dicatur fugitiuus ad iſtum effectũ. ¶ Et an requiratur deterioratio bonorum, & mutatio ſtatus. ¶ Et qualis illa debeat eſſe. ¶ Et an idẽ operentur mali mores eum deficientia fidei, & non ſolutione debitorum. ¶ Datio in ſolutũ pro ſe liberando è carceribus, quo caſu ſit nullius roboris, & momenti. ¶ Faciens carcerari aliquem per Iudicem non habentem iuriſdictionem an perdat cauſam, & teneatur actione iniuriarum. ¶ Contractus factus poſt metum quando ſit validus. ¶ Iuriſdictio an ſit prorogata per obligationem de ſe repræſentando, vel de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. ¶ Poſſidens bona ſtabilia an poſſit capi tanquam ſuſpectus de fuga. ¶ Et an debeant eſſe æquiualentia debito. ¶ Tutor quando ſit remouendus à tutela propter malos mores. ¶ Nobilitas perſonæ quid operetur in materia ſuſpicionis fugæ. ¶ Incompetentia Iudicis an poſſit opponi ſtante obligatione camerali, & clauſula vbique locorum. ¶ Exceptio litis pendentiæ an iuuet eum, qui executiuè tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuſpitionis fugæ non poteſt relaxari per Iudicem Eccleſiaſticum contra forenſem, niſi probetur periculum in mora per additionem Iudicis competentis.*

2 *Fugitiuus quando opponat exceptionem incompetentiæ Iudicis.*

Ca-

Digitized by Google

3 *Captura ſuſpecti de fuga debet concedi per Iudicem competentem. n.6. Declara, vt n.7. 8. 9. & 10.*

4 *Faciens carcerari aliquem per Iudicem non habentem iuriſdictionem perdit cauſam de iure, quidquid ſit de conſuetudine, & tenetur actione iniuriarum. n.5.*

11 *Debitor non poteſt capi tanquam ſuſpectus de fuga, ſi poſſidet bona etiam non æquiualentia debito. n. 12.*

13 *Mandatum ſuſpitionis fugæ non eſt concedendum contra debitorem, qui non mutauit conditionem ſuam, nec illam deteriorauit. n. 14. & talis mutatio eſt prius probanda, & debet eſſe inſignis, alias idem mandatum eſt nullum. n. 15. & 16.*

17 *Obligatio de ſe repræſentando, vel de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo quando inducat conſenſum in iuriſdictionem. & n.32.*

18 *Datio in ſolutum ad effectum ſe liberandi è carceribus eſt nulla, ſi carceratio erat iniuſta. & n.33. Amplia vt n.19.*

20 *Deficientia fidei cum malis moribus quando operetur, vt quis poſſit capi tanquam ſuſpectus de fuga, ſicut deterioratio facultatum. n. 22. 23. 24. & 25.*

21 *Fama bona eſt cunctis rebus præferenda, & crudelis eſt, qui illam negligit.*

26 *Tutor remouetur à tutela propter malos mores. & n. 27.*

28 *Nobilitas perſonæ iuncta virtutibus tollit omnem ſuſpitionem.*

29 *Mandatum ſuſpitionis fugæ non datur contra nobiles.*

30 *Mali mores non dicuntur in eo, qui differt ſoluere debitum.*

31 *Illatio non eſt facienda ex diuerſis.*

34 *Reus an poſſit opponere incompetentiam Iudicis, quamuis ſe obligauerit, vt conueniatur vbique locorum, & coram quocumque Iudice.*

35 *Clauſula vbique locorum comprehenditur in obligatione camerali, & an illa adſtrictus opponat declinatoriam fori.*

36 *Exceptio litis pendentiæ non inuatienm, qui executiuè tenetur.*

CAP. DCCCLXXV.

Mandatum ſuſpitionis fugæ, de quo agimus, eſt infirmandum cum omnibus inde ſecutis, Fuit enim relaxatum per Iudicem Eccleſiaſticum contra forenſem laicũ,
1 quod non poterat fieri, † niſi probetur, quod adeundo Iudicem competentem periculum eſſet in mora, de quo hic non conſtat, vt in ſpecie concludit *Caccialup. de debitor. ſuſpect. q.4. n.4. in fin. & q.7. in princ. tom. 3. par. 2. fol. 149. & 153. poſt Guliel. de Cun. in l. extat. q.2. ff. quod met. cauſ.* Et ſecundum dictam diſtinctionem intelliguntur omnia,
2 quæ adducunt Doctores, † quod per fugitiuum non poteſt opponi exceptio incompetentiæ, cum poſſit capi vbicumque fuerit inuentus, tanquam in eo verificetur illud dictum, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, quia debet ſuppleri, ſcilicet in eo, qui competens eſſet, ſi debitor eſſet de illo loco, in quo fuit inuentus, ideſt haberet iuriſdictionem ipſum capiendi, ſi ei ſubditus exiſteret, dummodo periculũ non eſſet in mora, quia tunc etiam Iudex incompetens illius loci, vbi debitor reperitur, efficeretur competens *l. 1. vbi Gloſ. in verb. à iudice. C. vbi quis de curial. vel cohortal. aliaue condition. conueniat.*

Et quidquid alij malè teneant, ſemper verior eſt opinio, vt captura ſuſpecti de fuga debeat
3 concedi per Iudicem competentem, † cum alias non valeat, vt latè concludit *Roland. conſ. 65. n.6. lib. 3. poſt Bald. conſ. 285. col. 1. lib. 1. & conſ. 318. lib. 4. Aret. conſ. 95. Socin. conſ. 99. col. 2. lib. 3. Dec. conſ. 75. col. fin. Bolognin. ad Anan. conſ. 55. col. 2. Curt. Iun. de ſequeſtr. quæſt. 27.*

Quæ adeo vera ſunt, vt faciens carcerari ali-
4 quem per Iudicẽ non competentem, † debeat perdere cauſam *Bald. in c. cauſam matrimonij. ad fin. de offic. delegat. Iaſ. in l. 2. col. 6. in fin. verſ. nota tamen diligenter. ff. de iuriſd. omn. iudic. Dec. conſ. 75. n. 1. in princ. Rip. reſponſ. 13. col. 2. in princ. Rocc. in c. at ſi clerici. in 3. notab. de iudic. Roland. conſ. 65. n. 6. poſt med. verſ. & in tantum. lib. 3.*
5 vbi etiam † quod tenetur ex actione iniuriarum *Alex. conſ. 19. in fin. lib. 3. Socin. conſ. 120. alias eſt conſ. 231. cum in præſenti. col. 4. in princ. verſ. ſecunda ratio eſt concludent. n.6. ad med. lib. 2.* iuxta *l. penult. C. qui bon. ceder. poſſ. l. fin. ff. de iniur. l. nemo carcerem. C. de exactorib. tributor. lib. 10. Neuiz. conſ. 55. n. 26. & 27.* vbi tamen, quod de conſuetudine non perditur cauſa, ſed remanet ſolum actio iniuriarum.

Ideo non obſtat *Anchar. conſ. 192. ſeu* 134. cum
6 alijs, qui eum ſequuntur, † dum volunt nunquam poſſe allegari per ſuſpectum de fuga talem incompetentiam Iudicis, Quia contra eos eſt verior opinio, vt latè concludit *Aret. conſ. 95.* vbi quod ſententia *Anchar.* eſt falſiſſima propter multas rationes latius ibidem per eum relatas, prout etiam teſtatur *Roland. conſ. 65. n. 28. verſ. tertio non obſtat. lib. 3. Dec. conſ. 75. in fin. Curt. Iun. Parpal. Purpur. & Iacob. de S. Georg. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

Cum etiam admiſſa opinione *Anchar.* illa pro-
7 cedat, quando periculũ eſſet in mora, † quia perderetur debitum propter fugam, ſi adiretur Iudex competens, prout dictum eſt ſupra ex *Caccialup. de debitor. ſuſpect. & fugitiu. q.4. n.4. & q.7. n.1. Alex. conſ. 205. n.6. & 8. lib. 6. Dec. conſ. 75. ad fin. Neuizan. conſ. 52. n. 18. Pariſ. conſ. 99. n. 2. lib. 3. Curt. Iun. de ſequeſtr. q. 17.* cum alijs per *Roland. conſ. 65. n. 27. verſ. ſecundo reſpondetur. lib. 3. Socin.*
8 *conſ. 244. n. 5. lib. 2.* † Et ita etiam cum hac qua-

Digitized by Google

qualirate quando periculum eſſet in mora,
ſequendo *Anchar.* loquitur *Socin. conſ. 99.*
n.6. & conſ.100.n.2 in fin.lib.4. prout etiam
Roman. conſ. 242. in fin. & ibi Mandoſ.
in addit. in litter. a. verſ. præſertim.

Immo in caſu, in quo caſu, in quo dari poſſet
mandatũ contra ſuſpectũ de fuga per Iudicẽ
9 incompetentẽ, ſemper debet intelligi, † dum-
modo poſtea per eumdem incompetentem
remittatur captus ad Iudicem competentẽ,
ita *Anchar.* declarat *Felin. in c. ſi vero. 3. col.*
2. ad med. verſ. tamen limita. de ſentent. ex-
communic. Sapia in l.2. n.10. & ibi Purpur.
n.130. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Neuizan.
conſ.52. n.7. Iaſ. in l. vinum. col.4. verſ. ſe-
cundo infero. ff. ſi cert. pet. Coler. de proceſ-
ſib. executiu. p.1.c.2.n.122. & 123. verſ. fallit
10 *tertio. Roland. conſ.65.n.29.lib.3.* † vbi etiam
addit opinionem *Anchar.* procedere quotieſ-
cumque captus tanquam ſuſpectus non poſ-
ſideret bona immobilia in foro ſuo, ſecus ſi
poſſideret, vt in caſu noſtro, quia tunc nullo
modo poteſt capi per Iudicem incompeten-
tem *Dec. conſ. 73. col. fin. poſt Aret. conſ.*
95. col. 3. Bald. conſ.312. lib.5. Rip. reſponſ.
13. n. 29.

Præterea ex teſtibus, de quibus in *ſummar. n 6.*
11 apparet debitorem captum, † tanquam ſu-
ſpectum de fuga poſſidere multa ſtabilia in
ſtatu Eccleſiaſtico, & extra longè maioris
valoris prætenſo credito, quo caſu ſimile
mandatum non poterat relaxari, & relaxa-
tum eſt omnino nullum, itaut ſufficiat, quod
debitor poſſideat bona immobilia, quæ ſint
tot, & talia, vt conſiderata affectione ad illa
ceſſet ſuſpitio fugæ, cum non requiratur, vt
ſint æquiualentia debito, de quo ageretur
Cin. in l. 1. oppoſit. 2. C. vti poſſidet. Bart.
Bald. Ang. & alij per *Caecialup. de debitor.*
ſuſpect. & fugit. q.1.n.9. & 10. vbi de com-
12 muni, iuxta *l. ſi eborus. ff. de legat. 3.* † Vnde
multò magis, quando, prout in caſu noſtro,
conſtat poſſideri per debitorem tot, & tanta
bona, quæ ſolutioni debiti ſatis ſuperque
ſunt, tunc enim rem eſſe extra controuer-
ſiam dicit *Menoch. de arbitrar. caſ. 87.*
n. 13. fol. 114.

Amplius, quamuis non conſtaret de exiſtentia
talium bonorum æquiualentium debito, Ta-
men neque poterat idem mãdatum concedi,
cum non fuerit probata aliqua deteriorario
13 debitoris poſt debitum contractum, † neceſſe
enim eſt ad hũc effectũ probare mutationem
conditionis, cum illa non mutata imputan-
dum ſit creditori, qui cum eo contraxit, quaſi
cenſeatur per eum approbata illius perſona
pro idonea, itaut non poſſit conqueri, nec
ſibi vlterius præcauere rebus in eodem ſtatu
manentibus, & non ſuperueniente cauſa de-
teriorationis *Ang. in l. ſi arbitro. §. qui ex*
14 *cauſa. n. 2. ff. qui ſatiſd. tr. cogant.* † vbi quod
propter deficientiam ſimilis probationis de-
teriorationis facit deſtruere mille capturas
debitorum, multum inuehendo contra eos,
qui ſimilia mandata concedunt, non con-
ſtito prius de prædictis *Pariſ. conſ. 101. n.5.*
ad med. verſ. & notabiliter. lib.3. Alex. conſ.
19. col. 1. in fin. verſ. non obſtat etiam. &
verſ. præterea. lib.3. Dec. conſ.75. pro tenui
facultate. col. 1. ad med. verſ. tertio quia ad
15 *hoc. n. 1.* † vbi etiam ampliat, quod non ſuf-
ficeret, quod poſtea hoc probaretur, cum à
principio captura fuerit nulla *Roman. conſ.*
241. Spectabiles domini. col. 2. Roland. conſ.
65. n.10. & 11. lib.3. Cum etiã non quælibet
16 mutatio attenderetur, † nam debet eſſe inſi-
gnis, & notabilis *Bald. in l. ſi pro ea. in*
princ. ff. mandat. & in auth. ſed iam neceſſe.
C. de donat. ant. nupt. Dec. d. conſ.75. col.1.
in fin. Cornazar. deciſ. Lucenſ. 59. n.3. vſ-
que ad 11. Roland. conſ.65. n.9. lib.3.

Neque obſtat obligatio de repræſentando, vel
ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quaſi ex
hoc cenſeatur præſtitus conſenſus in Vica-
17 rium, † Quia talis obligatio non debet at-
tendi, cum ſit nulla tanquam facta in mani-
bus Birruarij metu carcerationis, quæ cum
ſit iniuſta ex ſupra allegatis, facit vt quæ-
cumque promiſſio ita extorta ſit nullius ro-
boris, & momenti *Rot. coram R.P.D. Piro-*
uano Romana repetitionis indebiti 30. Apri-
18 *lis* 1610. † vbi fuit annullata datio in ſolu-
tum ad effectum ſe liberandi è carceribus,
quia apparebat de iniuſtitia carcerationis,
& ob illius metum *Rol. conſ. 2. n. 48. lib. 1.*
Menoch. de arbitrar. caſ.136. n.4.

Quod ampliatur, quamuis datio in ſolutum ob
19 carcerationem iniuſtam fuiſſet ratificata, † ſi
aderat reſeruatio mandati executiui contra
carceratum in caſu inobedientiæ, quaſi tunc
duret metus nouæ carcerationis, de quo
idem iudicatur, ſicut de ipſo metu *l. pedius.*
4. ff. de incend. ruin. & naufr. Dec. conſ. 218.
viſo. col.2. poſt med. & ibi Add. in verb. du-
rante. Rot. in ſpecie ratificationis *coram*
R. P. D. Pirouano Romana repetitionis in-
debiti. 30. Aprilis 1610. *dixi ſupr. c. 479.*
n. 32. & 33. tom. 3.

Nec aduerſatur, quod alias debitor fuerit con-
tumax, & moroſus in ſoluendo, itaut contra
eum ſit deuentum ad cenſuras ob non ſolu-
tionem ſcutorum 485. debitorum occaſione
20 fructuum cenſus, de quo agitur, † adeo vt
ſtante iſta deficientia fidei poſſit dici ſuſpe-
ctus, non ſecus ac ſi facultates defeciſſent,
cum magis ſit fama, & fide abuti, quàm ſub-
21 ſtantia, † tanquam crudelis ſit, qui illam ne-
gligit, cum omni commodo ſit præferenda
l. iulianus. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Cin.
l. ſi ex plagijs. §. tabernarijs. ff. ad leg. aquil.
22 *Surd.* † in ſpecie *conſ.68. n.16. & 17.*

Quia ſolus reſpectus famæ, & mali mores non
faciunt aliquem debitorem ſuſpectum, niſi
fuerint ordinati ad ſuſpitionem, & fugam,
23 cum non dicatur effecta † conditio debitoris
deterior, niſi reſpectu facultatum, & diui-
tiarum,

Digitized by Google

tiarum, non autem ex ſola fide, & moribus
ſimpliciter conſideratis *Menoch. de arbitr.
caſ.87. n. 19. verſ. nam hac ipſa bonorum
profuſio. fol.* 114. vbi quod tunc mali mores
attenduntur, dum quis operam dat aleæ,
commeſſationibus, & meretricibus, & ſimi-
24 libus,† quaſi tunc ex iſtis malis moribus di-
lapidatio procedat, & ad eamdem dilapida-
tionem illi ſint ordinati; quod prius voluit
Bald. loquens de mingente in lecto in *l. ſi
fideiuſſor. 7. §. ſi ſatiſdatum. in 1. lectur.
in fin. verſ. in eadem gloſa. & ibi Rimin.
ff. qui ſatiſd. cogant.* vbi etiam, quod ita te-
nuit *Mart. Silima. & Iac. Butrig.* quos om-
nes etiam ſequitur *Curt. Sen. in l.1. q.2. n.33.
& 34. C. de prohibit. ſequeſtr. bonor. alias eſt
in tract. de ſequeſtr. q.2. n.34. tom.3. par.2.*
25 *fol.145. Pariſ. conſ.99. n.19. & 20. lib.3.*† qui
omnes ita intelligunt *Gloſ. in d. §. ſi ſatiſ-
datum. in verb. officium. in fin.*

Contraria autem procedunt in tutore, ad quem
remouendum ſufficiunt mali mores, cum tu-
tor non ſolum detur bonis pupilli, ſed etiam
26 perſonæ, † vnde non mirum ſi ob malos mo-
res ſit remouendus, ne pupillum peruerſis
eius moribus imbuat *§. vlt.* & ibi latè *Sil-
ueſt. n. 12. inſtit. de ſuſpect. tutorib.* Quod
ſecus eſt in alijs, in quibus ſolum agitur de
amiſſione rei familiaris, quare ſufficit, quod
27 per diuitias ſit ſublata omnis ſuſpitio, † prout
in ſpecie hanc differentiam inter tutores, &
alios ponit *tex. in l. ſi creditores. 15. ff. de
priuileg. creditor.*

Quamuis in caſu noſtro nõ adſint iſti mali mo-
res, & ſpretus famæ, & fidei, cum ſimus in
perſona nobiliſſima, & omnium virtutum
28 genere prædita, † itaut hoc ſolum ſufficeret
ad tollendam omnem ſuſpitionem prætea-
ſam *Gloſ. in l.1. in verb. qualitatem. ff. de
rip. muniend.* quam ſingularem dicit *Bald.
in rubr. extr. de eo qui mittit. in poſſeſſ. &
in c.2. col.5. de iudic. Iaſ. in l.1. col. penult.
verſ. primo facit. ff. qui ſatiſdar. cogant.*
cum alijs per *Silueſtr. in §. vlt. n.13. inſtit.
de ſuſpect. tutor.*

Neque contra tales fiunt ſimiles executiones,
29 cum multum † ſit deferendum eorum nobi-
litati *l. penult. C. de dignitat. lib.12. Hering.
de fideiuſſor. c.10. n.365. vſque ad 374. Carol.
Tap. in l. fin. c.6. par. 2. n.2. & 6. ff. de con-
ſtitution. princ.*

Nec cenſuræ, & mora in ſoluendo inducunt ma-
los mores, & fractionem fidei, cum fuerint
emanatæ per contradictas abſque ſcientia
30 debitoris, quæ licet etiam concurreret, † Ta-
men non ex eo, quod quis differat ſolutio-
nem, eſt iudicandus infidus, & immorigera-
tus, cum ferè omnes eſſent tales, pauci enim
ſunt, qui ſtatim ſoluunt, & quidquid ſit, hoc
non ſufficit ad ſuſtinendum prætenſum man-
datum ſuſpitionis fugæ, ſtante incompeten-
tia Iudicis, qui illud conceſſit, & ſtantibus
bonis, quæ per debitorem poſſidentur, &
non exiſtente aliqua mutatione conditionis
eiuſdem debitoris, cum alijs ſupra allega-
tis, Cum præſertim cenſuræ obtentæ con-
cludant adeſſe bona, ex quibus magis exclu-
ditur iuſtitia dicti mandati, neque enim
illæ relaxantur contra nihil poſſidentem, &
31 eum, qui non eſt ſoluendo, † vnde ex diuer-
ſis non fit illatio *l. papinianus exuli. ff. de
minorib. Surd. conſ.150. n.94. lib.1.*

Quæ autem exaduerſo allegantur ex *Farinac.*
32 *de carcerib. q.27. n.150.* Non obſtant, † quia
non ſolum per eum non firmatur concluſio,
quod per talem fideiuſſionem cenſeatur ap-
probata incompetentia Iudicis, immo con-
trarium concludit, quod per huiuſmodi fi-
deiuſſionem de parendo mandatis Iudicis
præſtitam coram incompetente non dicitur
prorogata iuriſdictio, cum ſemper intelliga-
tur illa conditio, ſi Iudex fuerit competens
*Pariſ. conſ.48. n.1. & 2. lib.1. Decian. in prax.
lib.4. c.23. n.19. Baiard. ad Clar. q.42. n.4.
Farinac. d. quæſt.27. n.150. in fin. in 2. edit.*
in qua adeſt talis additio, cum forſan fuerit
allegatus in prima editione, in qua non fuit
poſita iſta opinio tanquam verior, & magis
33 communis, † Quamuis in caſu noſtro, non
ſit de prædictis quærendum ſtante nullitate
fideiuſſionis, iuxta dictam deciſionem *Rot.
coram R. P. D. Pirouano Romana repetitio-
nis indebiti. 30. Aprilis 1610. Dec. conſ.468.
ſuperiori anno. n. 24. & 25. Card. conſ.137.
redemptoris. col. 1. Abb. in c. accedens. in 3.
notab. de procurat. Anchar. conſ.300. viſa
ſupradicta facti narratione. col.1. Bart. in
l. ſi ob turpem. ff. de condict. ob turp. cauſ.
Grat. conſ. 38. lib. 2.*

In huiuſmodi cauſa Romana ſuſpitionis fugæ
propoſita *die 18. Maij 1622. per R. P. D.
Remboldum.* nihil fuit deciſum, ſed reſolu-
tio dilata, quæ poſtea ponetur in alio capite
particulari, vbi etiam tractabitur quæſtio
34 illa,† an reus poſſit opponere incompeten-
tiam Iudicis, quamuis ſe obligauerit, vt
conueniatur coram quocumque iudice, &
vbiq; locorum, de qua latè dixi *deciſ. Marcb.*
180. *n.12. & 13. & ibid. in addit. n.9. vſque
ad* 13. vbi defenditur affirmatiua opinio cum
diſtinctionibus ibidem adductis, quibus ad-
ditur *Bald. in rubr. C. de conſtit. pecun. n.6.
Iaſ. in §. plus autem. n.25. inſtit de action.
poſt Gloſ. in l. qui certo. in verb. quolibet.
ff. de condict. indeb.* cum alijs per *Mart. vot.
96. per tot. & clauſ. 343. Anchar. conſ. 140.*
35 *n.5. cum ſeq.*† itaut ex prædictis non obſtet,
quod iſta clauſula vbique locorum compræ-
hendatur in obligatione camerali *Theſaur.
deciſ.26. n.13. Veſtr. in prax. lib.2. c.4. n.4.
in fin.* Quia non excluditur interpretatio
loci diſcreti, & vbi quis de iure poſſet con-
ueniri, vt dixi *d. deciſ. 180. n. 13.*

Quando autem adſtrictus vinculo obligationis
cameralis poſſit opponere exceptionem de-
36 clinatoriam fori, † & Iudicis incompeten-
tiam

Digitized by Google

tiam *Surd. conſ. 280. n. 13. lib. 2. Graſſ. except. 18. n 4. Mandoſ. de inhibit. q. 93. n. 5.*
Prout ille, qui executiuè tenetur an opponat
37 exceptionem litis pendentiæ † *Menoch. de arbitr. caſ. 371. n. 25. poſt Iaſ. in l nulli. n. 8. C. de iudic. & conſ. 9. n. 7. 41. & 42. lib. 1. Solis de cenſib. lib. 2. c. 2. n. 34. Galleſ. de obligat. camer. par. 3. q. 2. n. 2. Ceuall. q. 815. n. 26. p. 3. fol. 232. Burg. de Paz conſ 39. n. 7. poſt Doct. in l. vbi captum. ff. de iudic.*

EPITOME.

VIcinus an præferatur habenti cenſum in re vendita retrahenda. ¶ Et de intellectu Bullæ Pij V. ſuper cenſibus. ¶ Et quãdo per Conſtitutionem Gregor. XV. de iure congrui ſit illi derogatum. ¶ Inter plures habentes cenſus ſuper re vendita quis eorum ſit præferendus. ¶ Cenſus an extinguatur per emptionem rei cenſuatæ ſactam per dominum eiuſdem cenſus. ¶ Simulatio contractus quando poſſit opponi per vnum ex contrahentibus. ¶ Et an præiudicet tertio. ¶ Allegans turpitudinem ſuã an audiatur contra eum, qui non fuit particeps illius turpitudinis. ¶ Vltima quando derogent prioribus. ¶ Promiſſio obſeruandi omnia, & ſingula contenta in inſtrumento, tanquam vera an excludat exceptionem ſimulationis. ¶ Et quando requiratur abſolutio à iuramento. ¶ Nouatio ex quibus ſit inducta. ¶ Beneficium retractus an competat in actu alienationis ſpontaneo, ſeu neceſſario. ¶ Proceſſus ſuper retractu an debeat retardari propter litem motam ſuper nullitate ſubhaſtationis.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus præfertur in retractu habenti cenſum in rebus retrahendis non obſtante Bulla Pij V. de cuius intellectu. n. 2. 3. 4. & 6.*
5 *Fraudibus eſt obuiandum.*
7 *Bulla Gregorij XV. ſuper iure congrui derogat Conſtitutioni Pij V. de cenſibus.*
8 *Clauſula non obſtantibus inducit derogationem praecedentis diſpoſitionis.*
9 *Cenſus extinguitur, ſi dominus cenſus emat rem cenſuatam.*
10 *Res ſua nemini ſeruire poteſt.*
11 *Habentes diuerſos cenſus in re cenſuata vendita quomodo inter eos præferantur.*
12 *Illatio non fit ex diuerſis.*
13 *Contrahentes non poſſunt opponere de ſimulatione, ſtante pacto obſeruandi omnia, & ſingula contenta in inſtrumento, & illa fuiſſe & eſſe vera. n. 14.*
15 *Abſolutio iuramenti eſt petenda per eum, qui opponit ſimulationem contractus iurati per ipſum celebrati.*
16 *Allegans ſimulationẽ, & turpitudinẽ ſuam non auditur etiam replicando contra eũ, qui non eſt particeps illius turpitudinis. & n. 17.*
18 *Simulatio non operatur in præiudicium tertij, cui fuit ius acquiſitum ex venditione.*
19 *Vltima derogant prioribus, maximè in contractibus, in quibus non eſt neceſſaria clauſula caſſans, & irritans. n. 20. & 21.*
22 *Abſurdum ſimulationis eſt euitandum, tanquam illa ſit proxima fraudi.*
23 *Inſtrumentum ſimulatum eſt nullius roboris, & momenti.*
24 *Iuſiurandum non præſumitur appoſitum in vanum.*
25 *Venditio dicitur ratificata per poſſeſſionem captam de re vendita.*
26 *Incompatibilitas facit, vt ſit receſſum per ſecundum actum à primo.*
27 *Nouatio fit propter incompatibilitatem abſque aliqua expreſſione.*
28 *Beneficium retractus competit in actu alienationis ſpontaneo, & non neceſſario.*
29 *Proceſſus ſuper retractu non retardatur propter litem motam ſuper nullitate ſubhaſtationis.*
30 *Venditio facta extraneo cenſetur facta vicino habenti ius retractus, non ſecus, ac ſi à principio ipſe emiſſet.*

CAP. DCCCLXXVI.

IN retractu, de quo agebatur in cauſa Romana prælationis, dixi præferendum eſſe Cæſarem tanquam vicinũ Annæ aduerſariæ, cum illa non poſſit vti priuilegio ſibi competẽti vigore prætenſi cenſus, quẽ habet ſuper
1 eadem domo cõtra eos, † quibus vel ratione vicinitatis, vel conſanguinitatis, vel ſocietatis, vel alterius ſimilis iuris competit beneficium retractus iuxta conſuetudinem, ſeu ſtatutum, aut conſtitutionem de huiuſmodi venditionibus loquentem, Etenim Bulla Pij V. concedens dominis cenſuum talem prælationem, quamuis ſit vniuerſalis,
2 Tamen debet intelligi, † vt non inferatur præiudicium illis, qui haberent maiora, & potentiora iura ex eiſdem ſtatutis ſibi competentia, prout in ſpecie concludit *Nauarr. de vſur. q. 44. n. 127. fol. 313. Ludouic. Molin. de contractib. tract. 2. q. 394. in fin. verſ.*
3 *ſextum vtrum. n. 8. fol* 381. † Et quidqnid contrarium ſequatur *Boccae. de cenſib. p. 2. n. 62. fol. 64.* Iſta eſt verior, & magis communis opinio, quam etiam latè comprobat *Rot. coram Card. Lancellott. Romana domus. 22. Iunij* 1611. *Ludouic. Cencius de cenſib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 3. n. 9. vſque ad* 16. vbi etiam eſt impreſſa dicta deciſio *Card. Lancell. fol.* 245. ſed quia eſt mutilata pluſquam in medietate, ideo datur copia integra, vt poſſit rectius per Iudicem ſententia proferri.
Erit igitur præferendus Dominus cenſus cæte-
4 ris emptoribus, † non autem illis, qui habent priuilegium prælationis, Maximè, quia pateret facilis via fraudandi vicinos, & ſimiles habentes iura retractus, ſi deberet præ-

ferri dominus cenſus, cum paſſim poſſet venditor conſtituere cenſum ad fauorē alicuius emptoris ſuper re, quam vellet in eum transferre per venditionem, & ſic rarò eſſet locus
5 Bullæ iuris congrui, † ideo obuiandum eſt huiuſmodi abſurdo, & inconuenienti *l. in fundo. ff. de re vendicat. c. ſedes. de reſcript.* & ita in propoſito hanc rationem conſiderat *Nauarr. de vſur. q. 44. in fin. n. 127. fol. 313.*

Immo ſi Papa non cenſetur in ſua bulla cenſuum voluiſſe tollere prælationem competentem
6 illis, † qui habebant ius retrahendi ex aliquo priuilegio, ſeu ſtatuto ante dictam Bullam competente, quamuis in eadē Bulla adſit clauſula derogatoria, non obſtantibus, cum ſimilibus verbis, vt dictum eſt, & omnes Doctores ſuperius allegati concludunt, multò magis hoc erit dicendum in caſu noſtro,
7 in quo habemus † poſteriorem conſtitutionem Gregorij XIII. ſuper iure congrui, in qua reuocantur omnia, quæ ſunt contraria per eum diſpoſitis in toto, vel in parte cum clauſulis derogatorijs ampliſſimis ibidem contentis, itaut ex eis ſit etiam derogatum
8 conſtitutioni Pij V. ſuper cenſibus, † cum hoc importet clauſula non obſtantibus *Feder. de Sen. conſ. 46. Alex. conſ. 7. n. 7. lib. 4. & conſ. 155. col. 3. lib. 6. Aim. conſ. 126. n. 6. poſt princ. verſ. rurſus vt dicatur. Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 9. §. 1. n. 57. poſt Rot. coram R. P. D. Orano Conchen. exemptionis decimarum. 12. Martij 1589.*

Additur, quod per emptionem domus factam
9 ab Aduerſaria † domina cenſus ſuper ea impoſiti, dicitur cenſus extinctus *Rot. deciſ. 571. n. 3. p. 1. in recent.* cum res ſua nemini
10 ſeruire poſſit † *l. vranius. ff. de fideiuſſorib. l. ſi qui ades. ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. Surd. conſ. 195. n. 6. lib. 2.*

Neque obſtant multa exaduerſo adducta, iuxta deciſionem *Rot. coram R. P. D. Dunozet Romana retractus ſeu prælationis 2. April.* 1618.
11 Quia loquuntur, † quando eſt contentio inter plures cenſuarios, qui habent diuerſos cenſus in re vendita, quis eorum debeat præferri, non autem quando eſt quæſtio inter cenſuarium, & vicinum, prout eſt in caſu no-
12 ſtro, † Ideo ex diuerſis non eſt facienda illatio *l. papinianus exuli. ff. de minorib. Surd. conſ. 150. n. 94. lib. 1.*

Prædictis pars acquieuit, ſed oppoſuit ſimulationem venditionis, de qua agebatur, Verum dixi nullam ſimulationem probari, nam in contractu eiuſdem venditionis appoſitum fuit iuramentū, cum promiſſione obſeruandi & adimplendi omnia, & ſingula contenta in inſtrumento, & illa fuiſſe, & eſſe vera, vnde
13 non poteſt per contrahentes talis exceptio opponi *Alex. in l. ſeius & augerius. n. 7. ff. ad leg. falcid. Aff. deciſ. 60. n. 1.* latè *Roland.* qui de magis communi, & veriori opinione teſtatur *conſ. 47. n. 31. lib. 4. Oſaſc. de-*
14 *ciſ. 42. n. 6. ad med.* † & concludunt omnes *l. nemo poteſt. vbi Imol. col. 2. Anibal. n. 378. Iaſ. in 1. lectur. col. 3. verſ. ſecundo principaliter. Rip. n. 75. Gutier. n. 386. ff. de legat. 1. Bero. conſ. 211. n. 9. lib. 3.* cum alijs per *Graſſ. except. 12. n. 36. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 1. q. 11. n. 5. fol. 192.*

Maximè, quia antequam opponeretur de hu-
15 iuſmodi ſimulatione, † erat petenda abſolutio *Rot. deciſ. 5. n. 4. ad fin. par. 2. in recent. poſt Curt. Iun. conſ. 108. n. 13. Socin. conſ. 5. n. 3. lib. 1. Galleſ. ad form. obligat. camer. p. 4. q. 2. n. 3. & 4. Iaſ. in l. nemo poteſt. n. 44. de legat. 1. Martin. ad Seraph. priuileg. iuram. 59. n. 2. Surd. conſ. 165. n. 7. lib. 1.*

Præterea ſuper tali ſimulatione pars aduerſa
16 non eſt audienda, † cum alleget turpitudinem ſuam, quæ neque replicando poteſt allegari contra eum, qui non eſt particeps illius turpitudinis *l. tranſactione finita. C. de tranſaction. Bart. in l. cum mulier. ff. ſolut. matrimon. Bald. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. fin. cum l. ſeq. ff. de iureiurand. Alex. conſ. 59. in fin. lib. 1.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18.*
17 *n. 72.* † Prout paſſim non admittitur, quod ipſemet contrahens opponat ſimulationē, ne propria turpitudo detegatur *l. cum profitearis. C. de reuocand. donationib. Rot. deciſ. 116. n. 11. par. 2. diuerſor. & deciſ. 413. n. 3. poſt med. p. 1. in recent. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 16.*

Additur, quod iſta ſimulatio nihil operatur in
18 præiudicium tertij, † cui fuit ius acquiſitum ex venditione *Signorol. de Homod. conſ. 251. col. penult. in fin. verſ. præterea ex ipſa venditione facta per dominum. n. 4.* iuxta *l. ſi partem. ff. quemadm. ſeruit. amittat. l. in concedendo. ff. de aqua pluu. arcend. l. ſcripturas. in fin. C. qui potior. in pignor. habeant. Et Signor.* refert, & ſequitur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 17.*

Et quamuis iſti loquantur in aſſertione ſimulationis facta per contrahentes, quæ non affert præiudicium tertio, Tamen idem eſt in caſu noſtro, in quo per ſolam aſſertionē par-
19 tiū non probatur ſimulatio prætenſa, † cum ex apocha nō poſſit colligi ſimulatio inſtrumenti venditionis, Etenim illa non habuit effectum, immo ab ea cenſetur receſſum per venditionem ſubſecutam, tanquam vltima derogent prioribus *l. pacta nouiſſima. 12. C. de pact. l. ſi vnus. §. pactum ne peteret. ff. eod. tit. inſtitut. de replication. in princip. Surd.*
20 *conſ. 136. n. 42. & 43. lib. 1.* † Maximè in contractibus *l. cum plures. § locator borrei. ff. locat. l. 1. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeruor.* In quibus non eſt neceſſe ponere illam clauſulam caſſantes, & irritantes omnem alium
21 contractum præcedentem, † quia hoc tacitè intelligitur *c. 1.* vbi *Bald.* dicit ſingulare *de tranſactionib. Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima. n. 3. verſ. quarto procedit. C. de pact.*

Et hæc interpretatio eſt potius ſumenda, vt voluerint

lnerint partes derogare dictæ apochæ per
alium contractum venditionis poſtea ſubſe-
22 cutum,† vt euitetur abſurdum ſimulationis,
quæ eſt proxima fraudi *Farinac. de falſit.& ſimulat. q.162. p.1. in princ.* Præſertim,quia
23 inſtrumentum ſimulatum eſt nullum, † & ta-
lis contractus non valet *Bald. in l.vlt. §. in computatione. ad fin. C. de iur. deliber. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ.2.n.13.& 14.*
cum alijs per *Farinac. ibid. quæſt.162. n.7.*
Itaut non ſit præſumendum, quod partes vo-
24 luerint nulliter contrahere , † & in vanum
iurare *l.1. in fin. C. ad municipal. l.vnic. C. de theſaur. lib.10. Surd. conſ.307. n.15. lib.3. & conſ. 345. n. 18. eod. lib.*

Accedat , quod apocha non habuit effectum,&
magis ab ea cenſetur receſſum , quia Ad-
uerſaria emendo à licitatore proſpexit ſibi
rem vtiliorem faciendo, propter obligatio-
25 nes, & alia in inſtrumento promiſſa , † cuius
vigore poſtea cępit poſſeſſionem ſtante clau-
ſula conſtituti eiuſdem domus prius ſibi vē-
ditæ mediante perſona ſui procuratoris,quæ
venditio per eam fuit ratificata , itaut acci-
piendo poſſeſſionem in vim inſtrumenti ven-
ditionis, & conſtituti in eo ſibi reſeruati,cē-
ſeatur declaraſſe nolle poſſidere virtute deli-
berationis ſibi in apocha reſeruatæ *l. pro hærede . §. papinianus . ff. de acquir. hæredit. Oldrad.conſ.332. col.2. ad med. Calcan.conſ. 22. col.2. in fin.* cum alijs per *Aim.conſ.159. n.5. ad med. & conſ.55. n.5. Alex. conſ.127. col.1.& conſ.175. in fin. lib.5. Surd.conſ.28. n.20.cum ſeq & conſ.43.n 7. & conſ.60.n.11. vſque ad* 15. Cum iſta ſint incompatibilia
26 ob quorum † incompatibilitatem ſemper di-
citur receſſum à priori conuentione per ſe-
cundum actum *Bald. in l. vlt. col.1. ad med. verſ. vt quando fortè. n.1. C. de nouat.* latè
Menoch. præſumpt. 134. n. 39. & 40. lib.3. & conſ.381.n.32.& 33. lib.4. cum alijs quos
27 adduxi *ſupr. c. 290. n. 17.* † Itaut per talem
incompatibilitatem fiat nouatio etiam abſ-
que aliqua expreſſione *Gabr. conſ. 81. n. 3. lib.1. Rot. diuerſ. deciſ.262. n.5. p.2. Decian. conſ. 21. n. 69. lib. 1.*

Stante igitur validitate venditionis , & poſſeſ-
ſione poſtea capta in vim illius,competit be-
28 neficium retractus , † tanquam ſimus in actu
alienationis ſpontaneo , & non neceſſario
Rom. conſ.107.col. 1. Alex. conſ.52.n.4.lib.1. & conſ.76.n.10. lib.5. Dec. conſ.159.in cauſa monaſterij. col.2. in fin. & conſ.586.n.7. Signor. conſ. 172. ad fin.n. 7. Aret. conſ. 159. n.12.verſ.venio ad quartum. cum alijs quos
latè adduxi *ſupr. c.544. n.29. 30. & 41.*

Nec facit , quod ſuper huiuſmodi domo fuerit
mota lis contra Aduerſariam emptricem
per filios ſuper nullitate ſubhaſtationis , &
29 illius læſione , † Quia non debet interim re-
tardari proceſſus ſuper retractu,ſi enim per-
ueniat ad vicinum, prout peruenire debet,in
nihilo erit præiudicatum filijs , tanquam il-
lorum iura ſint ſalua , & poterunt exerceri
in ſucceſſorem vicinum retrahentem talem
domum , in quem tranſit cum oneribus , &
omnibus qualitatibus illam concomitanti-
bus , itaut venditio cenſeatur facta retra-
30 henti , † & dominium,& poſſeſſio illi acqui-
ſita,non ſecus ac ſi à principio ad eius com-
modum , & cum eo celebrata eſſet , nulla ,
habita conſideratione primi emptoris,vt di-
ſponitur in Bulla Gregoriana iuris congrui
§.8. ante fin. verſ. ſi quidem aliquo ipſorum.

E P I T O M E.

FAcultates transferendi penſiones quando præſumantur per Iudices viſæ , itaut dicantur eſſe certi de eorum iuriſdictione . ¶ Et an ſufficiat ſola regiſtratio illarum in actis . ¶ Scientia contentorum in mandato procuratoris , & executoris ex quibus probetur . ¶ Pluralitas inſtrumentorum, & iteratio actus, quo caſu ſit præſumenda . ¶ Suſpitio falſi in ciuilibus quando habeatur pro falſitate . ¶ Inſtrumentum publicatum à notario an ſit originale , vel exemplum , itaut faciat fidem, quamuis non reperiatur in prothocollo . ¶ Dictio, poſtea , quid ſignificet . ¶ In actu translationis penſionis geſto incontinenti poſt primum, an requiratur alia regiſtratio facultatum Iudicis, vel ſatis ſit illas eſſe prius regiſtratas . ¶ Et quid in hoc operetur obſeruantia . ¶ Aſſertioni Iudicis , & notarij an ſit ſtandum, quod viderit facultatem ſuæ iuriſdictionis . ¶ Repetitio præcedentium quando debeat fieri in ſequentibus , & è contra .

S V M M A R I V M.

1 *Iudex quando dicatur eſſe certus de ſua iuriſdictione,ad effectum,vt tranſlatio penſionis ſit valida. n. 4. 6. 7. 8. & 19.*

2 *Facultas transferendi penſiones, ſi inſeratur in inſtrumento tranſlationis, præſumitur , quod per Iudicem fuerit viſa, & ſecundum eam præſtitus conſenſus. & n. 3.*

5 *Dictio poſtea denotat interuallum temporis maius, & minus iuxta ſubiectam materiā .*

8 *Aſſertio Iudicis, & notarij non probat,quod viderit facultates ſuæ iuriſdictionis .*

9 *In actu geſto incontinenti coram eodem notario, & executore, & eiſdem teſtibus, & eadem die non requiritur amplius regiſtratio facultatum executoris , quæ prius erant regiſtrata . n. 10. & 16.*

11 *In vna ſcriptura continetur illud,quod adeſt in alia , ad quam refertur .*

12 *Quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe .*

13 *Repetitio præcedentium quando debeat fieri in ſequentibus , & è contra .*

14 *Scientia contentorum in mandato procuratoris , executoris , & ſimilium probatur ex coniecturis .*

15 *Procuratores, & executores nihil poſſunt agere ante acceptationem, & viſionem commiſſionis.*
17 *Validitas trăſlationis penſionis probatur per obſeruantiam ſolutionum multorũ annorũ.*
20 *Pluralitas inſtrumentorum quando praſumatur. n. 21.*
22 *Iteratio actus ſemper eſt præſumenda, vt euitetur falſitas.*
23 *Negatiua non exiſtentia inſtrumenti probatur ex diligentijs factis in actis.*
24 *Inſtrumentum publicatum à notario cum ſolito ſuo ſigno dicitur originale, non exemplum, & plenè probat, quamuis non reperiatur in protbocollo. & n. 25.*
26 *Suſpitio falſi in ciuilibus ſufficit ad tollendam fidẽ ſcripturis. Declara vt n. 27. & 28.*

CAP. DCCCLXXVII.

De valida translatione penſionum, de quibus agebatur in cauſa Ceneten. pĕ-
1 ſionum, dixi conſtare, † Quia fuerunt exhibitæ facultates executori competentes, ex quibus ipſe potuit reddi certus de ſua iuriſdictione, cum enim appareat de illarum regiſtratione in ipſo inſtrumẽto translationis, hoc ſolum ſufficit ad effectũ, vt dicatur Iudicem vidiſſe, & cognouiſſe, & ſecundum tenorem earumdem facultatũ iudicaſſe, prout in ſpecie voluit *Rot. coram Card. Pamphilio Segobien. translationis penſionis.* 11. *De-*
2 *cembris* 1587. *in fin.* † vbi firmatur concluſio, quod non poteſt opponi Iudicem non inſpexiſſe facultatem ſibi præſentatam, quando ipſamet facultas inſeritur in inſtrumento tranſlationis, & idem etiam firmauit *Rot. coram R.P.D. Pampbilio Romana translationis penſionis.* 1. *Iunij* 1616. quod etiam in terminis prius notauit *Franc. in c. cum parati.* 19. *col. penult. in fin. verſ. eo enim ipſo. n.* 45. *in fin. de appellat. poſt Abb. in c. quoniam contra. n.* 11. *in fin. col.* 8. *in princ. verſ. & dic quod licet. de probation.* vbi quod eſt multum notandum per *tex. in c.* 1. *de ſentent.*
3 *excommunicat.* dixi *ſupr. c.* 551. *n.* 1. † quibus additur *Caſtr. conſ.* 19. *ſupradicta exceptiones. col.* 1. *poſt princ. verſ. ſecundo tollitur dicta exceptio. lib.* 1. & *conſ.* 331. *in cauſa ſylueſtri. col. penult. ante fin. verſ. ſed ad prædicta reſpondeo. eod. lib. Bald. in l. edicto. C. de edict. diu. adrian. toll. Felin. in c. ſuborta.* 21. *col.* 5. *ante med. verſ. eſt tamen vtile ſemper allegare. n.* 4. *in fin. de ſent. & re iudic. Franc. in c. dilecto.* 63. *n.* 164. *in fin. verſ. cautela tamen eſt ſemper facere. de appellat. & in c. ex parte. il* 2. *n.* 10. *in fin. verſ. tutius tamen eſſet. eod. tit.*

Maximè, quia in caſu noſtro vltra dictam regiſtrationem, adeſt aſſertio ipſius executoris de notitia, & certa ſcientia dictarum facultatum ſibi præſentatarum, & quod illas poſtea
4 vidit integras non cancellatas, † neq; in aliqua parte ſuſpectas infraſcripti tenoris &c. ſubdens poſt illarum regiſtrationem, & deputationẽ executoris per Cardinalem tranſferentem in eum factam, Nos igitur Flaminius Pariſius Epiſcopus viſis videndis, & cõſideratis conſiderandis &c. ex quo toto contextu verborum apparet, quod non fuit deuentum ad actum translationis penſionis, & vſum iuriſdictionis, niſi poſtquam fuit executor de ea certificatus, cum præceſſerit inſpectio facultatũ, & regiſtratio, quod etiam
5 declaratur per illam dictionem poſtea, † quæ denotat interuallum temporis maius, & minus iuxta ſubiectam materiã, & ſic quod prius vidit, & poſtea vſus fuit facultate viſa, & inſpecta *Gloſ. in l. qui de crimine. C. de accuſationib. Iaſ. in l. iuriſgenti.* 1. *§. quinimmo. ff. de pact. Rebuff. in l. labeo & ſabinus.* 14. *§. item ſi dominus. col.* 5. *ff. de verbor. ſi-*
6 *gnificat.* † Et ſic ceſſat dubitatio, quæ alias oriri poſſet an regiſtratio, & inſertio facultatum fuiſſet facta non de tempore translationis, in quibus terminis loquuntur, quæ in contrarium poſſent adduci.

Ex quibus non obſtat *Ferrett. conſ.* 85. cum alijs allegatis in *deciſ. R. P. D. Manzanedi Carthaginen. tranſlationis penſionis.* 19. *Iu-*
7 *nij* 1606. † *impreſſa per Marcheſ. de commiſſ. p.* 1. *fol.* 637. & *coram R. P. D. Penia Tuden. beneficij de Roſel.* 12. *Decembris* 1594 *impreſſ. per eumdem Marcheſan. de commiſſ. p.* 1. *§.* 2.
8 *fol.* 649. † Quia ibi conſtabat, quod litteræ facultatis non fuerunt præſentatæ, quamuis per notarium, ſeu executorem aſſereretur illas vidiſſe, cum in iſtis illorum aſſertioni non ſtetur *Ferret. conſ.* 81. *n.* 3. *Socin. conſ.* 231. *alias* 120. *n.* 1. *lib.* 1. Aliud eſt in caſu noſtro, in quo adeſt regiſtratio facultarum in actis ex qua ſola exiſtentia inducitur notitia abſque alia probarione, vt dictum eſt *ſupr. n.* 1. *cum ſeq.* & dixi etiam *c.* 551. *n.* 11.

Et quamuis hæc omnia interuenerint in prima translatione penſionis facta ad fauorem Camilli, non autem in alia translatione ſubſe-
9 quenti facta ad fauorem Iacobi, † Tamen hoc nihil refert, cum ſimus in actu geſto eodem die, & corã eodem executore, & notario, ac eiſdem teſtibus, itaut non fuerit neceſſe amplius regiſtrare facultates, quæ ſtatim prius fuerunt regiſtratæ, quaſi virtualiter ſubintelligerentur, tanquam eſſet certa intentio Cardinalis declarantis, quod volebat vti dictis facultatibus, prout etiam ſcientia executoris erat indubitata, & clara quo ad ſuã iuriſdictionem ex actis proximæ
10 præcedentis translationis, † cum tam vnus, quàm alius expreſsè ſe referant ad eaſdem facultates in omnibus, & per omnia iuxta formam, continentiam, & tenorem illarum, adeo vt ex iſtis appareat tales facultates fuiſſe virtualiter inſertas argumento *l. aſſe toto.* 77. *ff. de heredib. inſtituend.* cum in
11 vna ſcriptura videatur cõtineri illud, † quod adeſt

adeſt in alia, ad quã refertur *l.1.C.de codicill. l.1.C. de manumiſſ teſtam. l. ſi ita ſcripſero. vbi Bart ff.de cõditionib. & demonſtr. Diaz. reg.*309. *Gabr.de teſtam concl.*12. latè *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.*4.
12 *tit.*3. *n.*10. *vſque ad* 15. † Stante præſertim, quod omnia fuerunt geſta coram eiſdem incontinenti, tunc enim præſumuntur ineſſe *l. lecta. ff. ſi cert. petat.* & in ſpecie de ſimili certitudine iuriſdictionis notat *Præpoſ. in c. cum parati.* 19. *n.*37. & 38. *de appellat. poſt Bald in l. falſus.* 19. *col.*7. *verſ. item dubitatur vtrum iudex citata. & verſ. & ſi tu dicis quod ordo peruerſus. & verſ. ſolutio ſi iudex credit. C. de furt. & ſeru. corrupt. Caſtr. in l. multum.* 21. *n.*8. *ff. de condit. &*
13 *demonſtrat.* † Et paſſim in actibus factis incontinenti coram eodem Iudice, notario, ac teſtibus concernentibus eamdem diſpoſitionem cẽſentur repetita omnia, quæ prius ſunt expreſſa *Bart. in l. ſeia. §. caio. ff. de fund. instruct. Aret. conſ.*1. *n.*12. *Menocb. conſ.*117. *n.*54. *vſque ad* 58. *lib.*2. Vbi etiam quod hoc magis procedet, quando redderetur inutilis diſpoſitio, non facta tali repetitione *l. iulius. paulus. & l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſtrat. l. iulianus. ff. eod. tit. Bero. conſ.* 120. *n.*74. *lib.*3. *Alex. conſ* 47. *n.*3. *lib.*5. *Socin. conſ.*277. *n.*10. *lib.*2. *Neuiz. conſ.* 72. *n.*18. Prout è contra qualitas appoſita in ſequenti diſpoſitione refertur ad præcedentẽ, quando illa præcedens alioquin eſſet inutilis *Aim. conſ.* 70. *n.* 4. *Iaſ. in l. talis ſcriptura. n.*40. *ff. de legat.*1. *Socin. Iun. conſ.*98. *n.*41. *lib.*1. *Menocb. conſ.* 117. *n.* 58. *lib.*2.

Cum etiam in executoribus, procuratoribus, & ſimilibus ſatis ſit, quod aliundè certiorē-
14 tur de ſacultatibus eis conceſſis, † tanquam ſufficiat ex præſumptionibus poſſe colligi, quod habuerint ſcientiam contentorum in mandato *Bart. conſ.*73. *quæritur vtrum. lib.* 1. iuxta notata in *l. conſenſu. in princ. ff de actionib. & obligat. Alex. conſ.*146. *n.*34.
15 *lib.* 5. † Quidquid alias tales perſonæ nihil poſſint agere ante acceptationem, & viſionem commiſſionis *Gloſ. in clem.* 1. *in verb. receptis. de procuratorib. Caſſador. decif.* 8. *n.* 12. *de reſtitut. ſpoliator. Vant. de nullit. ex defect. mandat. n.* 115. Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, quia [illegible]ſu noſtro, idē executor paulò ante fuerit certioratus
16 de tenore omnium facultatum, † ex regiſtratione facta in prima translatione, & iuxta tenorem earumdem facultatum proceſſit in iſta ſecunda translatione, itaut non poſſit dubitari de certitudine ſuæ iuriſdictionis *Bart. in l. hac autem.* 4. *§. non defendi. n.*2. *ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Felin. in c. quoniam contra.* 11. *col.*9. *in princ. verſ. ex quia ipſe infert. n.*16. *de probationib.*

Quibus additur obſeruantia viginti annorum in pacificis ſolutionibus pro huiuſmodi trãſ-
17 lationum executione, † per quam tollitur omnis defectus, ſi adeſſet, quamuis in caſu noſtro nullus adſit *l.* 1. & 2. *C. de fideicommiſſ. l. ſi veritas. C. eod. tit. Bald. conſ.*402. *n.*9. *lib.*5. *Rom. conſ.*222. *n.*2. *Iaſ. conſ.*161. *col.* 4. *in princ. lib.*2. *Grammat. decif.* 106. *n.* 9. *Aim. conſ.* 101. *n.* 4. *Rot. diuerſ. decif.* 375. *n.*4. *p.*1. *Becc. conſ.*103. *n.*26. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 22. *n.* 11.

Neque aduerſatur, quod iterum opponitur de
18 inualiditate translationis † ob non exhibitas facultates transferendi, prout erat neceſſe ad effectum, vt Iudex, ſeu executor eſſet certus de ſua iuriſdictione *Garz. de benef. p.*6. *c.*2. *n.* 11. *cũ alijs exaduerſo adductis.* Quia prædicta procedunt, quando non conſtaret de regi-
19 ſtratione facta per notarium, † ſecus quando prout in caſu noſtro, facultates fuerunt regiſtratæ, tunc enim ſufficit, itaut dicatur fuiſſe iudicatum, & cognitum iuxta tenorem illarum, vt dictum eſt *ſupr. n.*1. & 2. *ex Franc. Abb. Caſtr. & alijs allegatis.*

Nec faciunt ſuſpitiones falſitatis conſideratæ, Quia quo ad aliud inſtrumentum originale
20 exhibitum, † quod exaduerſo prætenditur diſcordare ab inſtrumento translationis, in quo ſe fundant penſionarij, nihil refert, cum ſint diuerſa inſtrumenta, & diuerſis temporibus facta, & quamuis pluralitas inſtrumẽtorum non præſumatur, Tamen hoc fallit,
21 quando apparet de duplici forma actus, † tũc enim præſumenda eſt pluralitas, & iteratio *Felin. in c. cum ioannes.* 10. *n.*8. *de fid. inſtrum. Ruin. conſ.*31. *n.*4. *in fin. & n.*6. *lib.* 4. cum alijs per *Menocb. præſumpt.*15. *n.*11. *vſque ad* 15. *lib.* 6.

Maximè ad euitandam falſitatem inſtrumento-
22 rum, tunc enim ſemper † iteratio actus præſumitur *Felin. in c. cum ioannes. n.*9. *de fid. inſtrument. & in c. cum tu. col.*1. *de teſtib. Ruin. conſ.*60. *n.*1. *lib.*4. *& conſ.*51. *n.*11. *&* 20. *lib.*5. *Socin. conſ.*24. *n.*28. *lib.*1. *Aret. conſ.* 36. *n.*4. *Menocb. præſumpt.*15. *n.*15. *vſque ad* 19. *Euerard. loco argumentor.* 117. *à præſumptione eiuſdem facti. in fin. Aim. conſ.*6. *n.*35. *Corn. conſ.* 233. *col. vlt. lib.* 3.

Neque obſtat, quod in officio non reperiatur
23 iſtud inſtrumentum translationis, † prout conſtat ex diligentijs factis per ſucceſſorem in dicto officio, ex quibus probatur iſta negatiua *Caſſad. decif.*5. *n.*4. & 5. *ſuper regul. poſt Bald. in l.*2. *C. de error. aduocator.* Quia cum dictum inſtrumentum ſit in forma authentica, & fuerit publicatum à notario cum
24 ſolito ſuo ſigno, † dicitur originale, non autem exemplum *l. vnum. & ibi Gloſ. ff. de teſtam. Bart. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis. § prætor ait. ff. de edend. Abb. Card. & Felin. in c. albertus. de teſtib.* Vnde tanquam originale fidem plenam faciet, quamuis non re-
25 periatur prothocollum, † iuxta opinionem veriorem *Nicol. Matarell.* de qua per *Bald. in rubr. C. de fid. inſtrum. n.*20. & 28. *Alex. conſ.* 175. *n.* 4. *vbi Addit. in verb. rogitus.*

Digitized by Google

ad med. lib. 7. poſt Caſtr. conſ. 130. alias eſt 125. dubitatur primo. col. vlt. n. 6. verſ. contrarium videtur expreſsè. lib. 2. Bertrand. conſ. 44. n. 2. lib. 2. p. 1. Couar. pract. quaeſt. c. 9. n. 3. Cagnol. in l. ſi librarius. 93. n. 81. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 173. n. 109. lib. 2. Claud. in auth. ſi quis in aliquo. col. 1. & ibi Curt. Iun. col. 1. Iaſ. col. 3. Dec. n. 19. cū ſeq. C. de edend. Sola. de prothocol. exhibend. gloſ. vnic. n. 11. dixi ſupr. c. 468. n. 40. & 41. Quidquid aliud ſentiat *Farinac. de falſit. q. 153. per tot.* Quia notarij negligentia non debet nocere parti, ideo inſtrumentum valebit tanquam publicum, & originale *Couar. pract. quaeſt. c. 19. n. 3. Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 742. cum ſeq.*

Nec ſubſiſtunt inueriſimilitudines, & ſuſpitio-
26 nes falſitatis exaduerſo conſideratæ, † quæ ſufficiunt in ciuilibus ad tollendam fidem ſcripturis *Surd. conſ. 173. n. 1. cum ſeq. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 1259. n. 2. & 3.* Quia vbi conſtat de veritate inſtrumenti publici, & authentici, ceſſant huiuſmodi ſuſpitiones,
27 quæ in caſu noſtro non adſunt, † maxime, quia neque ſuſpitio, quamuis adeſſet, aliquid operatur, quando fides inſtrumenti eſſet aliūde comprobata, prout eſt in caſu noſtro propter obſeruantiam illius per viginti annos ſubſecutam *l. iubemus. C. de probat. Socin. Iun. conſ. 61. n. 11. lib. 2. Pariſ. conſ. 28. n. 50. lib. 2. Neuiz. conſ. 68. n. 34. verſ. tertio reſpondetur. Surd. conſ. 6. n. 17. & conſ. 141. n. 16.*
28 *lib. 1.* † Et quod dicitur de ſuſpitione falſi, quæ in ciuilibus habetur pro ſalſitate, procedit quando conſtat de vitio viſibili, alias ſecus *Abb. conſ. 99. n. 6. Rot. coram R. P. D. Caualerio Vratiſlauien. matrimonij. 13. Iunij* 1612. Et quibus fuit deciſum pro validitate dictarum penſionum *coram R. P. D. Pirouano in huiuſmodi cauſa* Ceneten. *penſionum. 22. Iunij* 1620.

EPITOME.

Confeſſio tutoris an obliget pupillum in actu inuentarij. ¶ Et in reſpōſione ad poſitiones, & in ſimilibus. ¶ Et quid ſi fiat ad probandum veritatē, vel ad obligandum minorem, vel quando concurrunt adminicula. ¶ Et qualia debeant eſſe. ¶ Et quo caſu requirātur ſolemnitates pro validitate talium confeſſionum, & declarationum, quæ fiunt per mulieres pro exoneratione conſcientiæ. ¶ Cauſa ſimulationis quando ſit probanda. ¶ Et an ſit neceſſaria in ſimulatione facta de perſona ad perſonam. ¶ Hæres an poſſit grauari in bonis proprijs. ¶ Et quando debeat parere præcepto teſtatoris ſi vult hæreditatem conſequi. ¶ Verisimilitudo quando confirmet actum inualidum, & de varijs illius effectibus. ¶ Confitens extraiudicialiter an poſſit cogi perſeuerare in iudicio in eadem confeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries, & quid ex eo reſultet. n. 2.*
3 *Confeſſio tutoris ligat pupillum, ſi eſt facta in actu inuentarij, & in reſponſione ad poſitiones. Et quid ſi fiat ad probationem veritatis, vel ad illum ad obligandum. n. 4.*
5 *Confeſſio matris tutricis quando valeat abſque ſolemnitatibus ſtatuti.*
6 *Declaratio tutoris dependens à praecepto teſtatoris non requirit aliquam ſolemnitatem ſtatuti. Intellige vt n. 7.*
8 *Confeſſio tutoris, qua de iure eſt facienda, obligat pupillum, & poteſt cogi ad perſeuerandum in ea in iudicio. & n. 9.*
10 *Hæres non poteſt adire hæreditatem non ſeruatis, & adimpletis, quæ teſtator mandauit ſeruari, & adimpleri.*
11 *Hæres debet in totum hæreditatem acceptare, vel repudiare, & ſtatim adeundo approbat voluntatem defuncti. n. 12.*
13 *Teſtator poteſt grauare hæredem in proprijs bonis, nec admittitur recuſatio talis oneris, ſi hæreditas aditur.*
14 *Adminicula confirmant confeſſionem factam ſine ſolemnitatibus requiſitis. Et qualia debeant eſſe. n. 15.*
16 *Veriſimilitudo habetur pro lege, & de varijs illius effectibus.*
17 *Confeſſio informis probat, ſi concurrat veriſimilitudo.*
18 *Simulatio non probatur, niſi conſtet de cauſa ſimulationis. Fallit in ſimulatione de perſona ad perſonam, quæ valet, & ex ea acquiritur commodum perſonæ contemplatæ. n. 19. & 20.*
21 *In contractibus de perſona ad perſonam ſeruanda eſt fides, & illius recognitio.*
22 *Actus qui geritur pro exoneratione conſcientiæ poteſt fieri per mulierem abſque ſolemnitatibus.*

CAP. DCCCLXXVIII.

Pecunias contentas in ſocietatibus, de quibus agimus, dixi conſignandas eſſe creditoribus vſque ad concurrentem quan-
1 titatem ſuorum creditorum, † Etenim adeſt teſtamentum, in quo Antonius teſtator inſtituit hær[illegible] vniuerſalem Cæciliam non adſtringendo [illegible]m ad aliud, quam ad faciendum inuentarium omnium ſuorum bonorū, ſtatim ſecuta morte ipſius, in quo debeat etiam deſcribere omnia credita, & bona per inſtrumentum, ſeu apochas, vel aliter, quæ habet, & ſunt poſita, & exiſtunt in perſonam, & ad fauorem eiuſdem Ceciliæ, tanquam habita, & acquiſita omnia per medium ipſius teſtatoris, & ab eo, prout mater dictæ Ceciliæ optimè ſcit, quæ pro veritate ita declaret, vna cum ipſa Cecilia poſt obitum eiuſdem teſtatoris.

In cuius præcepti executionem tam mater Ceciliæ,

Digitized by Google

ciliæ, quàm eadem Cecilia hæres 11. Augu-
2 ſti 1621. † poſt factum inuentarium decla-
rarunt ſcripturas, & inſtrumenta ſocietatum
ibidem deſcriptarum ſpectare ad hæredita-
tem Antonij, licet quædam credita canta-
rent ad fauorem ipſius Ceciliæ, iuxta inten-
tionem teſtatoris quo ad dictas ſcripturas
tantum; Quam declarationem iterum fece-
runt 20. Auguſti 1620.. in additione ad in-
uentarium facta de alijs tribus ſocietatibus
ibidem deſcriptis.

Quibus ſtantibus apparet, quod ſumus in con-
feſſione tutricis, & recognitione bonæ fidei,
3 quæ ligat pupillum hæredem, † quando fuit
facta in actu inuentarij, tanquam ſit iudicia-
lis, licet eſſet per verbum credo *Bald. in l. vlt. n. 1. in fin. verſ. ſed quid ſi tutor. C. arbitr. tutel. Surd. deciſ. 17. n. 14. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 506. n. 7. & 8.* vbi de reſpõſione
curatoris ad poſitiones, quæ probat contra
pupillum *Rot. Genn. deciſ. 110. n. 2. Socin. conſ. 57. n. 10. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 3. n. 2. p. 1. & deciſ. 38. impreſſ. poſt tract. de ſaluian.* iuxta 1. *edit. & coram Card.* Sacrato
Romana legati. 11. Februarij 1602. poſt Bart. in l. certum. §. ſed an & ipſos. n. 1. in fin. & ibi Cuman. n. 2. in fin. ff. de confeſſ. Abb. in c. ex parte. n. 10. verſ. aut confitemur per viã. eod. tit. Maximè, quia talis confeſſio tutoris
4 eſt facta ad probationem veritatis, † quo ca-
ſu magis afficit minorem, quidquid aliud ſit
quando eſſet facta ad illum obligandum
Alex. conſ. 76. n. 9. lib. 6. latè *Natt. conſ. 543. n. 6. vſque ad 11. Gutier. de tutel. par. 3. c. 1. n. 78.* cum alijs de quibus *ſupr. c. 716. n. 24.*

Non obſtat, quod cõfeſſio matris tutricis ema-
nauerit abſque decreto Iudicis, & ſine ſo-
lemnitatibus ſtatuti, quo caſu non valet ex
5 multis exaduerſo adductis. † Quia cum ſi-
mus in tutrice, quæ ſeruatis ſeruandis acce-
pit tutelam adimplendo omnia, quæ de iu-
re, & iuxta formam ſtatuti ſunt neceſſaria
in ſuſceptione huiuſmodi oneris, non requi-
runtur amplius aliæ ſolemnitates in actibus
per eam gerendis *Alex. in l. quæſitum. n. 3. ff. de in ius vocand. Iaſ. in l. more. n. 51. ff. de acquir. hæredit. Pariſ. conſ. 98. n. 37. lib. 1. Cephal. conſ. 579. n. 6. lib. 4. Gabr. conſ. 29. n. 46. lib. 2. Grammat. theor. 25. n. 36.*

Et quatenus etiam contraria opinio admitte-
6 retur, quod requirerentur ſolemnitates, † ta-
men illæ non ſunt adhibendæ in caſu noſtro,
quia iſta confeſſio, & declaratio dependet à
præcepto teſtatoris, & ſic habet cauſam ne-
ceſſariam ab eo, cuius hæreditas eſt adita, &
in executionem eius, quod mandauit teſta-
tor loquendo de certa, & determinata diſpo-
ſitione, tunc enim tutor non tenetur adhi-
bere ſolemnitates *Bart. in l. qui romæ. §. cohæredes. vbi Iaſ. n. 19. ff. de verbor. obligation.* cum alijs per *Surd. deciſ. 77. n. 1. & per tot.*
7 vbi intelligit contraria; † quando non eſſet
expreſſa per teſtatorem cauſa certa, & de-
terminata *Roland. conſ. 99. n. 45. lib. 1. Lamberteng. de contractib. eor. qui ſin. cert. ſolemnit. gloſ. 3. n. 1.* & notat latius *Idem Surd. conſ. 119. n. 9.*

Quare ſuſtinebitur talis declaratio facta per
tutorem, cum debuerit hoc modo declara-
8 re, † & confiteri *l. ſi tutelæ. ff. de adminiſtr. tutor. Surd. deciſ. 299. n. 4.* & obligabit pu-
pillum, tanquam ſi ab ipſo facta eſſet *l. apud iulianum. §. penult. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Pariſ. conſ. 99. n. 38. lib. 1. Surd. deciſ. 297. n. 5.* iuxta *l. 1. §. 1. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi conſenſit. in princ. ff. ex quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit.*

Cum etiam in caſu noſtro habeamus non ſo-
lum confeſſionem matris tutricis, ſed etiam
ipſius Ceciliæ hæredis, quæ ſimul recogno-
uerunt bonam fidem, & declararunt verita-
9 tem, prout eis teſtator iniunxit, † quam de-
clarationem ſi nõ feciſſent, etiam nunc tene-
rentur facere, & poſſent compelli ad eam fa-
ciendam per creditores, tanquam ſit veriſi-
milis, & iuxta mandatum teſtatoris, quo ca-
ſu poteſt quis cogi ad illam faciendam, & in
ea perſeuerandum in iudicio *Bald. in l. clarum. C. de auctor. præſtand.* iuxta *l. quæro. in fin. ff. de ædilit. edict. Iaſ. in l. magiſtratibus. col. 2. verſ. tertio limita. vbi Purpur. col. 3. verſ. tertio limitatur. ff. de iuriſd. omn. iudic. Marſil. in l. de minore. in princ. col. penult. ff. de quæſtion.* latè *Tiraq. in l. ſi vnquam. in*
10 *præfat. n. 41. C. de reuoc. donation.* † Cum
non liceat eis adire hæreditatẽ defuncti non
adimpleta huiuſmodi qualitate recognitio-
nis per teſtatorem iniunctæ *l. cum ab vno. in princ. ff. de legat. 2. c. officij. de teſtam. l. qui tutelam. ff. de teſt. tut. Aim. conſ. 75. n. 9. & conſ. 245. n. 4. Bellon. conſ. 9. n. 9. Surd. conſ.*
11 *112. n. 29. lib. 1. & deciſ. 110. n. 5. & 6.* † vbi
quod talis hæres debet ab hæreditate abſti-
nere, ſi non vult præcepto teſtatoris obedire
circa huiuſmodi qualitates, tanquam debeat
vel in totum hæreditatem repudiare, vel in
totum acceptare *l. cum quæritur. ff. de administrat. tut. l. nam abſurdum. ff. de bon.*
12 *libert.* † Itane ſtatim hæres adeundo appro-
bet teſtamentum defuncti, cui non poteſt
contrauenire *Bald. in l. mutum. §. 1. ff. de acquir. hæredit. Curt. Iun. conſ. 110. n. 6. in fin. Surd. deciſ. 93. n. 9.*

Quare etiam videmus, quod hæres poteſt per
teſtatorem grauari in proprijs bonis, quod
13 grauamen non licitum eſt ei recuſare, † ſi
vult hæreditatem adire *l. vnum ex familia. 69. §. ſi rem. ff. de legat. 2. l. lucius. 78. §. maritus. ff. ad trebell. Rubens conſ. 158. n. 1. ad med. Roman. conſ. 35. in fin. Alex. conſ. 173. n. 3. & 4. lib. 2. Gabr. conſ. 85. n. 7. lib. 1. Bald. poſt Cin. in l. aſſiduis. C. qui potior. in pignor. habeant. Idem Bald. in l. 1. col. penult. ff. ſolut. matrim. Surd. deciſ. 93. n. 8. & 10. & deciſ. 193. n. 3.*

Quibus adduntur adminicula, quæ magis con-
firmant

Digitized by Google

14 firmant confeſſionem factam, † etiam ſine
ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis *Gloſ. in c. dudum. il 2. in verb. de veritate. ad med. de elect. Pariſ. in c. fin. n. 54. verſ. tertia concluſio. de præſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 117. n 4. & deciſ. 162. p. 1. & coram Sanctiſſ. deciſ. 506. n. 2. cum ſeq. poſt Ruin. conſ. 142. n. 4. Natt. conſ. 547. n. 24. dixi ſupr. c. 716. n. 25.*

Adminicula autem deſumuntur ex qualitate perſonæ Ceciliç filiæ pauperrimi muratoris, & onerati magna familia, & alijs quatuor fi-
15 lijs, † & ex duobus teſtibus formiter examinatis deponentibus audiuiſſe ab Antonio, quod intendebat omnia ſua credita ponere in faciem Ceciliæ, & in ſpecie iſtas ſocietates officij, de quibus modo agitur, ad euitandas moleſtias creditorum, Cum etiam idem Antonius ſemper exegerit fructus, facta prius deputatione ipſius in adminiſtratorem per patrem Ceciliæ abſque onere reddendi rationem, immo ipſum quietando, & liberando, vt latius comprobatur in facto, Vltra inueriſimilitudinem, quod mater declararet huiuſmodi credita eſſe hæreditaria in præiudicium ipſius filiæ, in cuius perſonam prius erant poſita, adeo vt ſtantibus omnibus prædictis coniecturis veriſimilibus, & multis alijs in eodem facto allegatis, illę debeant attendi in materia probationis, & in quibuſcumque alijs diſpoſitionibus legum,
16 ſtatutorum, & contractuum, † cum veriſimilitudo habeatur pro lege, & ſit cognata naturæ, & ſit tantæ potentiæ, vt ex ea tanquam ex lege omnes lites dirimantur, & ad illam impugnandam non admittatur probatio in contrarium, vel ſaltem ſit neceſſaria liquidiſſima, & patens, & notoria, cum multis alijs effectibus, quos latiſſimè ponit *Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat. n. 38. vſque ad 62. C. de reuocand. donat.* Itaut vnum veriſimile additum alteri inducat plenam probationem *Aim. conſ. 61. n. 8. & conſ. 73. n. 41.* Adeo vt iſta confeſſio, quamuis eſſet infor-
17 mis, tamen faciat fidem, † quando cum ea concurrit aliqua veſimilitudo *Idē Aim. conſ. 202. n. 48. poſt Salic. in l. ſi mater. C. de contrah. empt. Dec. conſ. 96. viſo puncto & conſideratis. n. 3. col. 2. in fin. verſ. nec obſtat quod talis confeſſio. Ang. conſ. 153. pater emit fundum. col. 1.* latè *Alex. conſ. 18. conſideratis his quæ in themate. n. 2. vſque ad 7. lib. 3. Surd. deciſ. 225. n. 5. & 6. Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat. n. 51. & in verb. donatione largitus. n. 100. cum ſeq. C. de reuocand. donationib. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 506. n. 10.* vbi ampliat etiam in ſuſpectis, & prohibitis *Salic. in l. ſi mater. C. de contrah. empt. Alex. in l. edita. in fin. C. de edend.*

Neque obſtat, quod adſint inſtrumenta publica ad fauorem Ceciliæ, quæ non præſumuntur
18 ſimulata, † niſi plenè probetur cauſa ſimulationis *Bart. conſ. 65. n. 4. lib. 1. Decian. conſ. 67. n. 6. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 69. n. 2. p. 2. & in recentior. deciſ. 413. n. 1. p. 2. Hondcd. conſ. 41. n 28. lib. 2.* Quia ſtante confeſſione, & aditione hæreditatis, & neceſſitate patendi oneri hæredi iniuncto per teſtatorem, & multis alijs ſupra adductis, ſatis dicitur
19 ſublata vis inſtrumentorum, † Maximè, quia ſumus in ſimulatione contractus de perſona ad perſonam, quæ magis permittitur, & valet actus, & ex eo acquiritur ius veræ perſonæ contemplatæ, & non fictæ, tanquam ſupponatur nomen vnius vice alterius, cuius contemplatione negotium fuit geſtum, & ad quem ſpectat commodum illius *Bald. in l. cum precibus. in fin. verſ. quando ſimulatio. & ibid. Salic. n. 1. C. de probationib.* late *Franciſc. Marc. deciſ. 46. p. 1. per tot. Rot. coram R. P. D. Decano. Placentina bonorum. 13. Aprilis 1584. & Romana ſocietatis. 24. Nouembris 1596. & coram R. P. D. Corduba*
20 *Segobien. penſionis. 20. Maij 1598.* † Quidquid aliud ſit in alijs ſimulationibus contractuum, qui finguntur fieri, & verè nihil agitur, & nullam habent ſubſtantiam veritatis, in iſtis enim magis requiritur probatio cauſæ, cum alijs requiſitis, de quibus latè *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13. tit. 35. n. 6. & per tot.*

Et licet in omnibus ſit ſeruanda fides, tamen in iſtis contractibus de perſona ad perſonam,
21 magis ſeruari debet † *Franciſc. Marc. deciſ. 46. n. 3. p. 1.* tanquam ſit actus, qui geritur pro exoneratione conſcientiæ, qui poteſt fieri per mulierem abſque aliqua ſolemni-
22 tate *Franc. deciſ. 237.* † vbi quod hoc concernit fauorem animæ, quæ non ſubiacet huiuſmodi ſolemnitatibus per legem, ſeu ſtatutum requiſitis *Bald. in auth. ſimiliter. verſ. ſed quid ſi donatio. & ibid. Roman. col. 1. C. ad leg. falcid. Dec. conſ. 120. conſideratis. col. vlt.*

EPITOME.

MVtuum quo caſu dicatur confeſſionatum. ¶ Et ex quibus probetur vera numeratio. ¶ Et quando ex illo obligetur minor, & mulier, & filiusfamilias abſque ſolemnitatibus. ¶ Conſuetudo vicinorum locorum an debeat attendi quo ad interpretationē alicuius ſtatuti, ſiue ſit declaratiua, ſiue diſpoſitiua. ¶ In modica ſumma recepta per mulierem an excludantur ſolemnitates. ¶ Numeratio pecuniæ mutuatæ an probetur ex verbis habuit & recepit appoſitis in apocha priuata. ¶ Et quid ſi fiat mentio numerationis. ¶ Recipiens mutuum à tertio nomine mutuantis an poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. ¶ Et an illius renunciatio ſit valida, ſi fiat in eadem ſcriptura, vel ſit neceſſarium temporis interuallum. ¶ Executio trium conformium ex quibus impediatur. ¶ Adoleſcens ſagax, & integræ mentis, & iudicij ſtabilis quis habendus

Digitized by Google

bendus ſit, vt eius obligatio valeat, & relaxentur iura,& ſtatuta.¶ Minor an reſtituendus ſit accipiens pecuniam mutuo gratuito, ſeu fœneratitio. ¶ Et cui incumbat probatio locupletationis.

SVMMARIVM.

1 *Verba dedit & numerauit non verificantur in confeſſione, ſed in vera numeratione. & n. 23.*
2 *Debitor non poteſt contrauenire his, quæ per eum geſta ſunt, nec debitum negare.*
3 *Minor non diſpouit de ſuis bonis, nec aliquem contractum facit ſine ſolemnitatibus requiſitis in* conſtit.Marchiæ lib.5.rubr.25.
4 *Minor recipiens cum effectu pecunias ſibi mutuatas non tenetur ſeruare ſolemnitates* Statuti Vrbis lib. 1. c. 151. *Amplia idem in ſimilibus ſtatutis, quæ ex illo declarantur. n. 5.*
6 *Conſuetudo vicinorum locorum attenditur ſiue ſit declaratiua, ſiue diſpoſitiua.*
7 *Minor obligatur ex mutuo gratuito, ſecus fœneratitio.*
8 *Reſtitutio in integrum datur minori accipienti pecuniam mutuo ſiue vſuris, dummodo probet ſe ex eo non eſſe factum locupletiorem.*
9 *Mulier recipiendo validè obligatur ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs. Intellige vt n. 11.*
10 *Mulieri non ſubuenitur ceſſante deceptione.*
11 *Minor ſagax, & diligens, & optimi intellectus non præſumitur læſus ex mutuo gratuito, nec eſt probanda verſio. Declara, vt n. 13.*
14 *Integritas mentis, & indicium ſtabile præſumitur in pueris Florentinis, in quibus ſæpè relaxantur iura, & ſtatuta. n. 15.*
16 *Macedonianum obſtat filiofamilias obliganti ſe in mutuo,ſecus in recepto à fratre.*
17 *Tempus quinquennij quando inducat ratihabitionem, vel præſcriptionem, & tollat læſionem, vel ſuppleat ſolemnitatem. n. 18.*
19 *In modica ſumma non ſunt adhibendæ ſolemnitates ſtatuti.*
20 *Index arbitratur quid ſit modicum.*
21 *Numeratio pecuniarum mutuatarum non probatur ex verbis habuit & recepit, quando ſumus in apocha priuata, ſecus ſi ſiat mentio numerationis. n.22.*
24 *Aſſertio numerationis, & renunciatio idem operatur ad excludendam exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
25 *Vera numeratio ſemper dicitur præceſſiſſe, quamuis recipiens mutuum ſolum aſſerat de confeſſione einſdem mutui ſibi facti per tertium nomine mutuantis.*
26 *Sententiæ quando dicantur conformes, & ſit procedendum ad illarum executionem non obſtante quacumque exceptione nullitatis, aut iniuſtitia. n.27.*
28 *Executio trium conformium non impeditur, quamuis opponeretur nullitas, & iniuſtitia cum probatione incontinenti, & ſtatim facienda, ſecus ſi eſſet notoria reſultans ex eiſdem actis. n. 29.*
30 *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ an poſſit fieri in eadem ſcriptura, vel requiratur interuallum temporis. n.31.*

CAP. DCCCLXXIX.

MVtuum, de quo agimus, non eſt per confeſſionem, vt exaduerſo præſuppponitur, ſed in pecunia numerata, quamuis enim prius Epiphanius vocet ſe habuiſſe, & recepiſſe ſcuta quinquaginta à Vincētio ſub
1 nomine mutui, † Tamen poſtea ſubdit, quod dictas pecunias mihi numerauit, ſeu *mi hà contato* Brandimartes de commiſſione eiuſdem Vincentij, ex quibus verbis numerauit, non poteſt intelligi confeſſio, ſed ſolum naturalis actus numerationis *Alex.conſ.179.n. 6.& 7. lib.2. Felin. in c.ſi cautio. n.53. de fid. inſtrumentor. Dec. in l. ſingularia. n.33. ff. ſi cert. petat. Bertaz. clauſ.34. gloſ. 6. n.2. & 3. Bald.in rubr. C.de fid.inſtrum. n.14. Rebuff. in l. in lege cenſoria. 203. in fin. verſ. numerarentur. ff. de verb. ſignificat. fol. 905.*
Cum igitur conſtet de receptione pecuniarum in apotha contentarum, & de illius legiti-
2 ma recognitione,† confirmandæ ſunt ſententiæ latæ pro illius validitate, reiecta alia contraria, cum non poſſit debitor contrauenire his, quæ per eum geſta ſunt, nec debitum negare *l. publia.§. fin. ff.depoſit. Alex. conſ.191. lib.2. Caſtr.conſ.312. n.2. lib.2. Fabius. lib. 11. controuerſ.* c. 29. cum alijs per *Genua.de ſcriptur. priuat.lib.2.c.1.n.8.& 9.*
Non obſtat, quod ſimus in minore vigintiquinque annorum, in cuius contractibus debent interuenire ſolēnitates ſtatuti Aſculani man-
3 dantis, † quod nullus minor poſſit diſponere de ſuis bonis, nec facere aliquem contractū, donationem, remiſſionem, & ceſſionem ſine præſentia duorum proximiorum, & decreto Iudicis,& inſinuatione, itaut ſi fieret abſque prędictis ſolemnitatibus, præſumatur dolosè geſtum, & ſit nullius roboris, quod eſt conforme *Conſtitutioni Marchiæ, vt minorum. lib. 5. rubr. 25.*
Quia huiuſmodi ſtatuta non habent locum, quādo minor in effectu recepit pecunias mu-
4 tuatas, † prout paſſim obſeruatur in ſimili *Statuto Vrbis lib.* 1. c. 151. quod ſæpius fuit declaratum non procedere, quando ſine ſolemnitatibus ibidem requiſitis conſtat de receptione pecuniarum, quæ obſeruantia attendi debet, tanquam ex ea declaretur, quando idem ſtatutum ſit ſeruandum *Bald. in c.1. in princ. de feud. ſin. culp. non amitt. end. Aim. conſ.118. n. 2. & 3.* vbi etiam ad-
5 dit, † quod in hoc caſu ſeruabitur conſuetudo, & obſeruantia aliorum locorum, quando ſimilia

ſimilia ſtatuta exhibentur, ſi contingeret,
quod in loco controuerſiæ non adeſſet talis
praxis *Oldrad. conſ.267. ad fin. Affl. deciſ.*
248. *n.*4. iuxta *l. ſi ſeruus plurium. §. vlt.*
ff. de legat. 1. *Caſtr. conſ.* 437. *ſuper dictis*
6 *quæſitis: in* 2. *dub. lib.* 2. † Itant attendatur
conſuetudo ſimilium locorum etiam quan-
do eſſet contra ius, ſiue ſimus in conſuetudi-
ne declaratiua, ſiue diſpoſitiua *Idem Caſtr.*
*conſ.*471. *quantum ad illam partem. col.*2. *in*
7 *princ. lib.* 1. † Vnde multò magis in caſu, in
quo de iure communi minor obligatur ex
mutuo gratuito, quidquid aliud ſit in fœne-
ratitio *Imol. in c.*1. *n.*7. *verſ. ſed iuxta præ-*
dicta. de depoſit. Alex. in l. ciuitas. n. 11. *in*
fin. ff. cert. petat. Card. Mantic. de tacit. &
8 *ambig. conuentionib. lib.* 8. *tit.* 6. *n* 8. † vbi
ex hoc concludit, quod minor, qui mutuam
pecuniam accepit ſine vſuris, tenetur pro-
bare ſe ex illa non eſſe factum locupletio-
rem, quo probato, conceditur ei reſtitutio
in integrum *l. patri pro filio. §. ſi pecuniam.*
*ff. de minorib. l.*1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. creditor.*
*Aret. conſ.*81. *n.*2. *verſ. aut iſte qui mutuauit.*

Quod etiam eſt in muliere prohibita per ſtatu-
9 tum contrahere abſque ſolênitatibus, † quæ
recipiendo non tenetur illas ſeruare, & va-
lidè obligatur, tanquam de iure communi
recipiendo dicatur facta locupletior *Gloſ. in*
l. fin. in verb. locupletior. C. de in integr.
reſtit. minor. Lamberteng. ad ſtatut. de con-
tract. mulier. gloſ. 24. *n.* 5. *dixi ſupr. c.*576.
*n.*26. *&* 27. vbi etiam, quod idem eſt in Ec-
cleſia, iuxta *deciſ. Rot. coram R. P. D. Litta*
Romana ſocietatis officij. 13. *Februar.*1606.

Et profectò nulla poteſt conſiderari deceptio,
10 quando mulier recipit pecuniam, † qua de-
ceptione ceſſante, illi non ſubuenitur *l. inter.*
ff. de donation. c. cum vniuerſorum. de rer.
permutat. Caſtr. in l. 2. *n.* 7. *ff. ad velleian.*

Contraria autem procedunt in muliere,
11 quæ ſe obligauit cum viro, † tunc enim,
quamuis receperit, tamen lex præſumit, quod
potius pecuniæ peruenerint ad virum, non
obſtante numeratione facta vxori, & ideo
tunc requiritur probatio, quod illæ ceſſe-
rint in vtilitatem ipſius *Bald. in auth. ſi qua*
mulier. n. 9. *& ibi Salic. in fin. C. ad vel-*
*leian. Aim. conſ.*91. *n.*11. cum alijs adductis
*ſupr. c.*756. *n.*34. *&* 35. Et in iſtis terminis
procedit *deciſ. Rot. coram R. P. D. Penia*
Romana ſocietatis officij. 4. *Februar.*1602.

Maximè, quia in facto probatur recipientem
mutuum fuiſſe annorum viginti duorum, &
multum diligentem, & ſagacem, & optimi
12 intellectus, † quo caſu nunquam præſumi-
tur læſus minor ex mutuo recepto, quaſi
credendum ſit in rebus neceſſarijs fuiſſe con-
uerſum *Roman. in l. ſi viro. n.* 26. *verſ. ter-*
tio. ff. ſolut. matrim. Card. Mantic. de tacit.
*& ambig. conuention. lib.*8. *tit.*6. *n.*9. *&* 10.
iuxta *l. vlt. in fin. vbi Bart. n.* 6. *C. ad ma-*
*cedon. Socin. conſ.*16. *n.*10. *cum ſeq. lib.*3. *Aim.*
in conſ. pro gener. n. 124. *Menoch. conſ.* 12.
13 *n.*26. *lib.*1. † Quidquid aliud ſit in mutuante
adoleſcenti quaſi perdituro pecuniam, quo
caſu eſt probanda verſio ad hoc, vt mutuum
poſſit repeti *Gloſ. in l. quod ſi minor. §. vlt.*
*ff. de minorib. Card. Mantic. d. tit.*6. *lib.*8. *n.*10.

Et in adoleſcentibus, & minoribus Aſculanis
magis præſumitur ſagacitas, & diligentia,
14 quamuis non eſſet probata, † cum vt pluri-
mum adſit in eis mentis integritas, & iudi-
cium ſtabile, prout de pueris Florentinis di-
cit *Caſtr. in l. ſi frater. n.* 2. *C. qui teſtam.*
facer. poſſ. vbi quod videntur ſenes in ſenſu,
15 & loquela, tantæ ſunt diſcretionis, † ideo in
eis iura, & ſtatuta ſæpè relaxantur *Magdal.*
de numer. teſt. in teſtament. requiſ. lib. 2. *c.*
4. *n.* 84. *fol.* 405.

Additur, quod ſumus in mutuo dato per pa-
truum nepoti, quo caſu ceſſat fraus, & ſo-
lemnitates non requiruntur, prout dicimus
de filiofamilias, qui licet in mutuo non obli-
16 getur, cum obſtet macedonianum, † tamen
illo non iuuabitur, ſi mutuam pecuniam à
fratre accepit, quaſi tunc ceſſet ratio Sena-
tuſconſulti *Salic. in l. frater à fratre.* 38. *n.*4.
& ibi Seuerin. n. 42. *ff. de condict. indebit.*
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 8. *tit.* 7. *n.* 31.

Accedat, quod apocha fuit facta de anno 1600.
die 2. Septembris, & cum poſt dictum tem-
17 pus fuerint lapſi quindecim anni, † cenſetur
illa ratificata, iuxta *l. fin. C. ſi maior. fact.*
cuius diſpoſitio procedit etiam de iure ca-
nonico, quaſi tempus iſtius quinquennij non
inducat præſcriptionem, ſed ratihabitionem
*Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.*15. *n.*158.
vſque ad 193. *Natt. conſ.*162. *n.* 31. *&* 32.
Gabr. conſ. 20. *n.* 38. *&* 39. *lib.* 2.

Nec oberit, quod quãuis talis taciturnitas ſup-
18 pleat defectũ ſolemnitatũ, † non tamen ſup-
plet læſionẽ, & iniuſtitiam contractus *Bald.*
*in l.*1. *ad med. C. ſi maior. fact.* Quia nulla cõ-
ſideratur læſio in mutuo gratuito recepto
per minorem, niſi per eum probetur non
eſſe factum locupletiorem *Card. Mantic. de*
*tacit. & ambig. conuentionib. lib.*8. *tit.*6. *n.*8.
*cum alijs ſupr. allegatis. verſ. & quidem. n.*6.

Et quæ dicuntur de dolo præſumpto per ſtatu-
tum ſunt ſublata ex ſuperius adductis, cum
ſtante receptione non ſint ſeruandæ ſolem-
nitates ſtatuti, vltra ſagacitatem recipientis
19 mutuum, vt dictum eſt, † ſtante præſertim
modica ſumma, in qua non requiruntur ſo-
lemnitates ſtatuti *Roman. ſing.* 334. *bodie*
*n.*1. iuxta *l. ſenatus. §. marcellus. ff. de le-*
*gat.*1. *Marſil. ſing.* 276. *n.*2. *Iaſ. in l. ſcien-*
dum. n. 10. *cum ſeq. ff. qui ſatiſd. cogant.*
Feder. conſ. 210. *n.* 1. *Redoan. de reb. eccleſ.*
non alien. rubr. 12. *n.* 9. *&* 17. latiſſime
Leo deciſ. Valentin. 113. *per tot.*

Et in caſu noſtro eſt mirandum, quod pro iſta
parua ſumma fiant tot acclamationes, red-
dendo malum pro bono, & recuſando mu-
tuum

Digitized by Google

tuum gratuitum reſtituere, quod tamen iu-
20 ſtus Iudex non debet pati, † cuius recto ar-
bitrio relinquitur iudicare, quid ſit modicũ,
prout verè eſt tale mutuum, de quo agimus,
inſpecta qualitate perſonarum, & nobilitate
illud recipientis, & conditione temporum,
& conſuetudine ciuitatis Illuſtris, cum ſimi-
libus circumſtantijs *Gloſ in l. ſed & ſi ſu-
ſceperit. §. ſi liberis. in fin. vbi Bart. n. 4. ff. de
iudic. Affl. deciſ. 305. n. 6. & deciſ. 73. n. 20.
Ruin. conſ. 55. n. 4. lib. 1. Menoch. de arbi-
trar. caſ. 145. n. 4.*

Nec oberit concluſio exaduerſo firmata, quod
non probatur aliqua numeratio pecuniarum
21 mutuatarum, † ex quo ſumus in apocha,
ſeu ſcriptura priuata, in qua omnia verba
illius, cui aſſeritur mutuatum tempore con-
fectionis eiuſdem ſcripturæ, dicta ſeu ſcripta
non probant numerationem, tanquam talia
verba ſint ab ipſomet contrahente pronun-
ciata Card. *Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 18. tit. 6. n. 7. poſt Salic. in l. ſi
ex cautione. 3. n. 17. C. de non numerat. pecun.*

Quia iſta non ſubſiſtunt, neque aliquid faciunt
22 in facti ſpecie, de qua agimus, † Nam habent
locum quando in cautione, & ſcriptura pri-
uata recipiens mutuum ſimpliciter dixit ha-
bui, recepi, tunc enim per huiuſmodi ver-
ba non probatur aliqua numeratio, & com-
petit exceptio non numeratæ pecuniæ, ſecus
quando, prout in caſu noſtro, vltra dicta
verba habuit & recepit, adſunt alia verba
ſubſequentia videlicet, quæ mihi fuerunt nu-
merata, Nam tunc ſtante huiuſmodi expreſ-
ſione numerationis probatur vera numera-
tio, & tollitur exceptio non numeratæ pecu-
niæ, ita in ſpecie declarat *Idem Cardin.
Mantic. d. lib. 18. tit. 6. n. 8. verſ. ſed ſi quis
dixerit. fol. 315.* quod etiam voluit *Salic. in
l. ſi ex cautione. 3. n. 27. in fin. poſt verſ. &
ex his infero.* C. *de non numer. pecun.* iuxta
l. lecta. ff. ſi cert. petat. & comprobat *Felin.
in c. ſi cautio. 14. col. 14. ad med. verſ. ſed
circa hanc fallentiam nota primo quod non
procedit. & verſ. ſecus ſi ipſe debitor dicat.
n. 53. de fid. inſtrument.* vbi quod cum iſta
diſtinctione intelliguntur *Imol. Rom. & alij
ibid. allegati.* Quidquid aliter ſenſerit *Bart.
in d. l. ſi ex cautione. in 2. lect. n. 10. in fin.*
vbi loquitur etiam, quando fuit dictum ſibi
fuiſſe numeratum in ſcriptura priuata, nam
eius opinio non admittitur, & debet intel-
ligi iuxta diſtinctionem *Salic. Felin. & Card.
Mantic.* ſuperius adductam.

Quorum ratio eſt, quia aliud eſt habuit & rece-
23 pit, & aliud mihi numerauit, † ſeu *mi hà con-
tato*, vt dicitur in apocha, cum ex verbis nu-
merauit non poſſit intelligi confeſſio, ſed ſo-
lum naturalis actus numerationis, vt dictum
eſt *ſupr. n. 1. ex Alex. conſ. 179. n. 6. & 7.
lib. 2. Prateius* qui de communi in *lexic. iur.
in verb. numerandi verbum. fol. 138. Me-
noch. conſ. 22. n. 13. & 24. lib. 1. Tiraq. de
retract. conuentional. gloſ 6. §. 1. n. 10. cum
ſeq. Lanfranc. de confeſſion. n. 39. tom. 4. fol. 49.*

Et paſſim idem operatur aſſertio numerationis,
24 & renunciatio, † ad excludendam exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ *Morot. conſ. 88.
n. 13. poſt Bald. in l. fin. n. 6. vbi Caſtr. n. 4.
Salic. n. 2. C. de non numerat. pecun. Coſta
in l. ſi ex cautione. 3. limit. 9. C. eod. tit. Gu-
tier. de contractib. iurat. c. 37. n. 8.*

Præſertim, quia in caſu noſtro recipiens mu-
tuum atteſtatur numerationem fuiſſe ſibi fa-
ctam per tertiam perſonam nomine mutuan-
25 tis, † tunc enim ſemper probatur, quod præ-
ceſſit vera numeratio, & excluditur exceptio
non numeratæ pecuniæ, quamuis ſolum aſſe-
reretur per recipientem de confeſſione mu-
tui, vnde multò magis quãdo aſſeritur fuiſſe
pecuniam numeratam per tertium, prout in
ſpecie concludit *Salic. in d. auth. ſed iam
neceſſe. C. de donationib. ant. nupt.* quod tan-
quam ſingulariſſimum ſequitur *Iaſ. in §. fue-
rat. col. 23. ante fin. verſ. vnum etiam non
omitto. n. 89. inſtit. de actionib.* & compro-
bat etiam *Marſil. ſingul. 345. maritus ſi con-
feſſus. n. 2. fol. 94. Seraph. priuil. iuram. 60.
n. 16. verſ. ſexto limita. fol. 282.*

Ex iſtis colligitur conſtare de validitate, & iu-
ſtitia duarum ſententiarum latarum in hu-
iuſmodi cauſa Aſculana mutui, ideo illæ
erunt confirmandæ, prout fuerunt confirma-
tæ, quarum executioni erit locus ſtante re-
ſcripto Sanctiſſimi conſtito de tribus con-
formibus, prout de illis conſtat, cum nihil in
26 eis ſit immutatum, † ſed omnes tendant ad
eumdem finem, & effectum, quo caſu adeſt
conformitas, & eſt procedendum ad execu-
tionem *l. qui ſententiam. C. de pœn. Corn.
conſ. 14. in princ. lib. 4. Cardin. in clem. 1.
oppoſ. 1. de re iudicat. Aim. conſ. 183. col. 1.
Couar. pract. quæſt. c. 25. n. 6.*

Quæ etiam procedunt de iure, vndè multò ma-
27 gis ſtante reſcripto particulari, † in qua-
cumque cauſa ſimus non obſtante quacum-
que nullitatis, & iniuſtitiæ exceptione *Clem.
1. de re iudic. Felin. in c. ex parte. n. 16 verſ.
decimo octauo fallit. de offic. delegat. Couar.
pract. quæſt. c. 25. n. 1.* cum alijs adductis in
28 *deciſ. Marcb. 18. n. 5. 6. & 10.* † vbi etiam,
quod neque executio poterit impediri in
tribus conformibus, quamuis opponeretur
nullitas, & iniuſtitia cum probatione ſtatim,
& incontinenti aſſumenda *Rip. in l. 4. §. con-
demnatum. n. 15. de re iudic. Alex. conſ. 77.
n. 12. lib. 2. Lancell. de attent. nullit. pend.
29 c. 17. n. 113.* † Contraria autem procedunt in
exceptione nullitatis notoria, & euidente ex
actis *Roland. conſ. 29. n. 44. lib. 1. Gabr. con-
cluſ. 1. n. 8. de execut. rei iudic.*

An autem poſſit renunciari exceptioni non nu-
30 meratæ pecuniæ in eadem ſcriptura, † Do-
ctores concludunt negatinè, ſecus ex inter-
uallo, quia eadẽ facilitate renunciat debitor,
qua mouetur ad promittendũ *Bart. in l. ſi ex*

cau-

cautione. in 1. lect. n.7. & in 2. lect. n.9. ad med. Alex. conſ.35. lib. 1. aliàs eſt conſ. 379. n.3. lib.2. Dec. in l. 1. n. 13. ad med. C. de edend. Iaſ. in §. fuerat. n.79. inſtit. de actionib. Maſcard. concl.695. n. 14. & 15. p.2. Auffr. ad cappell. Tholoſ. deciſ. 375. in fin. latiſſimè *Graſſ. except. 43. quæ eſt vlt. n.6. vſque ad 9. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.1. §.9. n.22. fol.61.*

31 Stante autem † iuramento non attenditur an incontinenti, ſeu ex interuallo fuerit renunciatum *Mancin. de iuram. par.4. effect. 155. n.5. fol.371.* de quibus tamen erit videndum Deo dante in capite particulari.

E P I T O M E.

EQuites Hieroſolymitani an ſint verè, & propriè religioſi, & ſuccedant in ſeudis, & habeant teſtamenti ſactionem, & ſint capaces bonorum, & ſibi, vel religioni acquirant, & diſponant de rebus ſuis patrimonialibus, & alijs tàm ante, quàm poſt profeſſionem acquiſitis in vita, ſeu in morte, cum alijs effectibus, quæ competunt regularibus. ¶ Et quid de conſuetudine ſeruetur circa prædictas diſpoſitiones. ¶ Et quando huiuſmodi conſuetudo valeat. ¶ Et qualiter ſit probanda. ¶ Et an iuuet aliqua præſcriptio. ¶ Et quo caſu requiratur licentia Magni Magiſtri, vt ſint validæ diſpoſitiones militum de eorum bonis. ¶ Commendatarij, & alij Milites an teneantur eodē arcto & ſeuero vinculo ad faciendam eleemoſynam, prout Clerici beneficiati. ¶ Et an eis concedantur facultates alienandi, quæ dantur Prælatis. ¶ Et quomodo ſit ſatisfaciendum per religionem creditoribus Militis defuncti. ¶ Et an talis religio ſit capax bonorum etiam feudalium. ¶ Regulares, & ſimiles quando licitè donent illud, quod parcius viuendo acquirunt. ¶ Monachus factus Epiſcopus an poſſit condere teſtamentum. ¶ Et an habilitetur per conſuetudinem ad illud faciendū.

S V M M A R I V M.

1 *Milites Hieroſolymitani ſunt verè, & propriè religioſi, & profitentur tria vota, & gaudent priuilegio fori, cum alijs effectibus, quæ competunt veris regularibus. n. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Equites S. Io. tanquam religioſi non ſuccedunt in feudis, ſecus in vniuerſum, quorum religio eſt capax bonorum. n. 7. Declara, vt n. 46.*

8 *Teſtamenti factio eſt prohibita Equitibus Hieroſolymitanis, quamuis non ſint clauſtrales, ſed præfecti commendæ. n. 9.*

10 *Monachus factus Epiſcopus non poteſt condere teſtamentum.*

11 *Milites Hieroſolymitani non ſibi, ſed religioni acquirunt tanquam profeſſi, nec poſſunt diſponere de eorum bonis, ſiue ſint acquiſita ante, ſiue poſt profeſſionem, nec faciunt fructus ſuos, nec habent velle, neque nolle. n. 12. 13. 14. & 15.*

16 *Equites S. Ioannis an de conſuetudine poſſint retinere bona patrimonialia, & de eis arbitrio eorum diſponere, & an valeat talis conſuetudo. n. 17. 18. 19. & 20.*

21 *Regulares tàm de conſuetudine, quàm de iure licitè donant illud, quod parcius viuendo acquirunt. Intellige vt n. 22.*

23 *Conſuetudo contra canones præceptiuos, & contra ſubſtantiam regulæ non admittitur. n. 26. & an iuuet præſcriptio. n.28.*

24 *Regularis, & monachus non poteſt per conſuetudinem habilitari ad teſtandum. Et quid in Cardinalibus. n. 25.*

27 *Conſuetudo eſt probanda in ſpecie, & non generaliter, ſi prætendatur, quod Religioſus potuerit vigore illius donare in notabili & magna ſumma.*

29 *Milites Hieroſolymitani poſt profeſſionem ligantur ſtatutis illius ordinis, nec poſſunt alienare, quæ acquirunt abſque licentia Magni Magiſtri obtinenda in ſcriptis, & in ſpecie in vita, & in morte, cum alias non daretur extenſio de vno caſu in alium. n. 30. 31. 32. & 33.*

34 *Statuta religionis S. Io. quomodo ſint intelligenda remiſſiuè; & qualiter ſit ſatisfaciendum creditoribus Militis defuncti. n. 35.*

36 *Magnus Magiſter religionis Hieroſolymitanæ quando concedat militibus licentiam de ſuis bonis patrimonialibus.*

37 *Commendatarij perpetui ordinum militarium habent facultates alienandi, quæ conceduntur veris Prælatis, & beneficiarijs. Et quid debeant ſeruare. n. 38. & 39.*

40 *Commendatarij, & Milites Hieroſolymitani an teneantur eodem arcto vinculo præcepti in eleemoſyna facienda, prout Clerici beneficiati. n. 41.*

42 *Teſtamenti factio, & erectio primogenituræ quibus commendatarijs religionum permittatur de conſuetudine. n. 43. 44. & 45.*

47 *Beneficiarij quo caſu poſſint teſtari de fructibus ſuorum beneficiorum.*

48 *Monachus, & Prælatus, & Miles regularis, & ſimiles quando habeant teſtamenti factionem. & n. 49.*

C A P. DCCCLXXX.

EQuites Hieroſolymitani ſunt verè reli-
1 gioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, † non
autem largo modo, & impropriè, prout aliqui malè ſentiunt, Cum enim profiteantur tria vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ ſunt propriè religioſi, & regulares, vt ex lib. Conſtitut. d. Equitum, cuius titulus eſt ſtabilimenta *Milit. ſacr. ordin. D. Io. Bapt. Hieroſolymitan. & ex Bull. Innoc.* & alijs latè concludit *Oſaſc. deciſ. 27. n. 18. col. 11. & 12. Rot. deciſ.177. n. 1. ad med. p. 2. in recent.*

recent.

recenti. & deciſ.454. n. 3. poſt vned. ead. part.
cum alijs, quos adduxi *ſupr. c.363.n.20. vſ-*
que ad 30.tom.2.& c.437. n.24. vſque ad 36.
2 vbi quod † idem nõ poſſunt conueniri coram
Iudice ſeculari, & gaudent priuilegio ele-
ctionis fori, ſicut alij Eccleſiaſtici, & quod
comprehenduntur quo ad profeſſionem ſub
decreto *Concil. Trident. ſeſſ.25. c.15. de re-*
gular. & quod ſtatutum loquens de profeſ-
ſis, & religioſis ex ſtricta ſignificatione ex-
tenditur etiam ad eos, & quod illos percu-
tiens incurrit excommunicationem, & quod
nati ex eis dicuntur inceſtuoſi, ſicut ſi orti
3 eſſent ex religioſis, † cum alijs effectibus
de quibus latè *Riccius collectan. deciſ. 216.*
per tot. Franc. deciſ. 28. Nouarius in prax.
election. & variat. for. ſect. 1. q.37. n.1. vſ-
que ad 9. Ponte conſ. 14. n. 3. vbi quod gau-
dent immunitate Eccleſiæ *Rodriq. quæſt. re-*
4 *gul. tom.3.q.1. art.7. fol.6.* † vbi quod eorum
profeſſio dirimit matrimonium ratum non
conſummatum *Nauar. de redditib. eccleſiaſt.*
in fin. Cordub. de caſib. conſcient. q. 18. Et
multa quo ad iſtos Equites, quod verè ſint
religioſi, & quod illis æquiparentur quo ad
5 exemptionem onerum, & collectarum, † &
ſimilium *Graſſ. de effectib. clericat. in præ-*
fat n.56. fol.31. & effect. 1. n.109. vſque ad
117. fol.86. & effect. 2. n. 132. fol.289.
Ex prædictis infertur, quod tales Equites tan-
6 quã religioſi non ſuccedunt in feudis, † iuxta
veriorem opinionem, quàm latè comprobat
Menoch. conſ. 54. n. 14. vſque ad 39. lib. 1.
& conſ.519. n.8. lib.6. & de arbitrar. caſ. 235.
n. 5. & in addit. n. 29. Oſaſc. deciſ. 27. n. 18.
Pont. conſ. 14. n. 5. Aim. conſ.303. n.5. Mo-
bedan. deciſ. 10. n. 3. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. Rim. Iun. conſ. 527. n. 15. & 26. lib. 5.
Fab. Ann. in addit. ad Vincent. Ann. ſing.
207. fol.156. Riccius collect. deciſ.216. col. 3.
verſ. decimo & vltimo. Iul. Cæſ. Imbrian. de
Iudic. Regn. in præfat. n.43. Arman. Piſtor.
quæſt. feudal. lib.2. p.3. q.33. n.22. Graſſ. de
effectib. clericat. effect. 4. n.68. fol. 316. No-
uar. de elect. & variat. for. ſect. 1. q.37. n.9.
latè *Roſental. de feud. c.7. concluſ. 30. n.11.*
7 *& in litter. 6. fol. 354.* † Contraria autem
procedunt in Religione S. Ioannis in vniuer-
ſum, quæ poteſt habere feuda, cum ſit bo-
norum capax *Fab. Ann. ad Vinc. Ann. ſin-*
gul. 207. Graſſ. de effectib. clericat. effect. 4.
n. 70. fol. 316.
Ex quibus etiam ſequitur, quod Milites Hie-
roſolymitani non poterunt facere teſtamen-
8 tum, † tanquam ſint verè religioſi *Rot. co-*
ram Sanctiſſ. Gregor. XV. Interamnen. bo-
norum. 27. Ianuarij. & 5. Maij 1603. in
impreſſ. deciſ. 87. & deciſ.109. in princ. vbi
ampliatur, quamuis non eſſent clauſtrales,
9 ſed præfecti † Commendæ *Mobedan. deciſ.*
10. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cum habitatio
vltra clauſuram non faciat illum teſtabilem;
prout dicimus de Monacho facto Epiſcopo,
10 qui non poteſt teſtari † *Gloſ. in c. 1. vbi Co-*
uar. n. 8. de teſtament. cum alijs per *Graſſ.*
de effectib. clericat. effect. 3. n. 125. fol.322.
Quare etiam iſti Milites tãquam Religioſi non
11 ſibi, ſed religioni acquirunt; † prout alij
profeſſi *auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.*
& ita in terminis concludit *Rot. coram R.P.*
D. Manzanedo Bononien. de paſis. 4. Mar-
tij 1631. quæ eſt deciſ. 333. n.2. in fin. p.2. in
recentior. vbi etiam allegatur *Card. Tuſc.*
concluſ. 107. n.2. tom.4. fol.310. Rot. diuerſ.
deciſ. 436. n.2. p. 3. lib. 3. fol. 224.
Prout etiam iidem milites poſt emiſſam pro-
feſſionem, iuxta ſacros Canones, & eorum
12 ordinamenta, † non poſſunt aliquo modo di-
ſponere de eorum bonis, ſiue illa ſint acqui-
ſita poſtea, ſiue ante profeſſionem in eorum
patrimonio, immo neque fructus dictorum
bonorum alienare, non obſtante ſtabilimen-
13 to 2. *tit.15.* † vbi licet permittatur iſtis mi-
litibus, vt poſſint vita eorum durante poſſi-
dere, & tenere bona, non tamen faciunt fru-
ctus ſuos, cum intelligatur, vt poſſideant
tantum in vſum eis permiſſum circa eorum
commoditatem, itaut ſit liberum, & immu-
ne, quod illis acquiritur reſpectu cenſus, &
onerum, non autem quo ad facultatem alie-
nandi, ita in ſpecie omnia prædicta compro-
bantur per *Rot. diuerſ. deciſ.436. n.3. vſque*
14 *ad 5. par.3. lib. 3. fol.224.* † vbi etiam quod
idem erit in bonis patrimonialibus, quæ per
ingreſſum religionis fuerũt acquiſita ipſi re-
ligioni *Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.87. n.1. vſq;*
ad 5. poſt Card. Paleott. deciſ. 82. Caputaq.
deciſ.68. lib.1. in manuſcript. & coram Card.
Lancellotto Romana Palatij dell'Aquila. 26.
15 *Maij* 1600. † Non enim habent velle, neque
nolle, cum in totum dependeant à voluntate
Magni Magiſtri *Mobedan. deciſ. 10. de cauſ.*
poſſeſſ. & propriet.
Verum, quod dictum eſt de bonis patrimonia-
16 libus videtur limitandum, † vt non habeat
locum de conſuetudine, vſu, & obſeruantia,
ſecundum quam fratres Hieroſolymitani re-
tinent ſemper bona patrimonialia, & de his
arbitrio ſuo diſponunt, prout de huiuſmodi
obſeruantia ſit mentio per *Rot. diuerſ. deciſ.*
436. n. 7. p. 3. lib. 3. fol. 224.
Ideo quæritur an verè talis conſuetudo vigeat,
& ſit in viridi obſeruantia; & ſit valida,
17 itaut poſſint † Equites Hieroſolymitani di-
ſponere inter viuos de ſuis bonis patrimo-
nialibus, & de rebus acquiſitis ex fructibus
ſuorum bonorum, & præcipuè ſi agamus de
ſummis notabilibus ducentorum, vel trecen-
torum millium ducatorum, qui conſiſtunt,
vel in pecunia numerata, vel in gemmis pre-
tioſis, vel in bonis immobilibus.
Et quidem, cum ſimus in veris religioſis, qui-
bus prohibita eſt omnis diſpoſitio tàm inter
viuos, quàm in vltima voluntate, cum alijs
18 latè ſupra firmatis, † non poteſt admitti,
quod poſſint habere bona propria, quorum

ſit licita diſpoſitio eorum arbitrio tanquam
contra paupertatem voto promiſſam facere
videantur, ideo quatenus etiam probaretur
talis conſuetudo, Tamen illa non valebit,
maximè in rebus immobilibus, ſeu mobili-
bus pretioſis *c. cæterum. 3. vbi Abb. n. 3. in
fin. Cardin. ad med. verſ. eſt tamen verus
ſecundu. intellectus. Anan. in fin. Henric.
Boich. poſt princ. verſ. non puto hoc caſu con-
trariam. Imol. ad fin. verſ. ſi autem vellet
immoderatè. Anchar. n. 3. Butr. in fin* &
19 omnes communiter *de donation.* † Qui etiam
intelligunt contraria in re modica donata
pro eleemoſyna, aut maritanda puella, aut
ſubleuando egente, vel ſimilibus caſibus, in
quibus hoc permittitur ſiue in vita, ſiue in
morte *c. ad hoc. & c. relatum. de teſtament.*
20 Et non valere † talem conſuetudinem tenet
etiam *Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 4. c. 3.
quæſt. 11. ad med. fol.* 253.

Immo cum prædicta procedant in clericis ſecu-
laribus, multò magis habebunt locum in re-
ligioſis, qui arctius ligantur huiuſmodi fa-
cultate diſpenſandi, licet æquiparentur quo
ad donationes modicas cauſa pietatis, &
quo ad ſubleuandos pauperes conſanguineos
de his, quæ parcius viuendo ſibi ſubtrahunt,
21 & reſiduum illis donant, † cum in hoc valeat
conſuetudo, vt etiam regularis, & religio-
ſus poſſit donationem facere eius, quod par-
cius viuendo acquirit, tanquam non afferat
multum præiudicium Eccleſiæ, quãois etiam
hoc promittatur ceſſante conſuetudine, vt
latè explicat *Nauarr. de redditib. eccleſiaſt.
q. 1. monit. 33. per tot. fol. 345. poſt Card. in
clem. 2. verſ. ſed tales. in princ. de vit. &*
22 *honeſt. cleric.* † vbi intelligit de religioſis,
qui habent adminiſtrationem, nam alias
nihil poſſent facere *Gloſ. in d. clem. 2. in
verb. conuertendum. & ibi Imol. n. 38. de
vit. & honeſt. clericor.* iuxta *c. monachi. &
c. alia. 16. q. 1. c. non oportet. de conſecrat.
diſtinct. 5. c. non dicatis. 12. q. 1.*

Et magis eſt reijcienda talis conſuetudo tan-
quam ſit contra canones præceptiuos, & pro-
23 hibitiuos, † & contra ſubſtantiam regulæ
*Innoc. in rubr. de conſuetud. poſt Gloſ. in
c. 2. in verb. officiali. eod. tit. in 6.* cum alijs
per *Graſſ. de effect. clericat. in prælud. n.* 148.
& effect. 1. n. 374. cum ſeq. fol. 113. Dec. conſ.
280. *ad fin. Roman. conſ. 356. col. 1. in fin.*
24 *Aim. conſ. 96. n. 2. ad med.* † vbi ex hoc in-
fert, quod regularis, & monachus non poteſt
per conſuetudinem habilitari ad teſtandum
*Bald. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ.
Azor. inſtitution. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 11.
fol.* 253. vbi loquitur etiam de conſuetudine
25 teſtandi Cardinalium, † quæ non eſt valida
*Hoſt. & Io. Andr. in c. ad hæc. de teſtament.
Abb. in c. cum in officijs. eod. tit.* Tanquam
26 talis conſuetudo dicatur irrationabilis, † ob
reſiſtentiam iuris canonici *Corn. conſ. 293.
col. 3. lib. 1. Aim. d. conſ. 96. n. 3. Aret. conſ. 44.
col. 2. Feder. de Sen. conſ. 17. col. 4. poſt med.
Alex. conſ. 196. col. 3. lib. 2.*

Et cum huiuſmodi conſuetudo non ſit valida,
vt diximus, non eſt quærendum an illa vi-
27 geat, † Quamuis in hoc etiam ſufficeret, quod
illa non ſit probata, prout eſt probanda per
Milites, qui ſe in ea fundant, itaut non ſatis
ſit illam generaliter probare, niſi etiam ſpe-
cialiter probetur, quod in notabili ſumma
ſit conſuetum donare, & quod tales dona-
tiones per conſuetudinem admittantur *Ol-
drad. conſ. 237. n. 3. Aret. conſ. 23. in 3. dub.
Aim. conſ. 96. n. 4. Alex. conſ. 196. col. 3. verſ.
quia dicti teſtes. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 26. col.
penult. verſ. ex præmiſſis. Anchar. conſ. 339.
col. 5. verſ. ad ſecundam rationem. n. 5.* & in
propoſito noſtro *Menoch. conſ. 54. n. 3.*

Et probatio ſimilis conſuetudinis contra ius
28 canonicum, & ſtatum regulæ † requirit præ-
ſcriptionem cum ſpatio quadraginta anno-
rum, & multa alia, de quibus per *Azor. In-
ſtitut. moral. lib. 5. c. 17. q. 6. p. 1. fol. 541. poſt
Gloſ. in c. vlt. in verb. legitimè. vbi Abb.
n. 21. de conſuetud. Nauar. conſ. 1. eod. tit.
Felin. in c. 1. n. 11. & 13. de treug. & pac.*

Quare etiam colligitur, quod cum non ſit tra-
29 ctandum de conſuetudine, † quæſtio propo-
ſita eſt decidenda ſecũdum ſtatuta iſtius or-
dinis, & religionis, quibus poſt profeſſio-
nem Milites ligantur *Andr. Molfeſ. conſ. 24.
n. 1. & 3. quod eſt poſt Addit. ad vol. 1. ſuper
conſuetud. Neapolit.* In illis enim diſponitur,
quod tales Equites quidquid acquirunt Re-
30 ligioni acquirunt † quo ad proprietatem, ſibi
vero quo ad vſumfructum vita durante, vt
in *conſtit. eiuſdem religionis tit. 16. rubr. de
contract. & alienation. c. 10. cum duob. ſeq.*
vbi quod nullo pacto poſſint alienare, quod
acquiſiuerunt abſque licentia Magni Magi-
ſtri, ſeu Capituli generalis, quæ debeat ob-
31 tineri in ſcriptis, † & in ſpecie in vita, & in
morte, cum vna non extendatur ad aliam
*Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 2. c. 11.
n. 42. poſt Gloſ. in c. imperialem. in princ. in
verb. ſine promiſſione. vbi Iſern. n. 4. Aluarot.
n. 8. Affl. n. 3. de prohibit. feud. alienat. per
32 feder. Surd. deciſ. 325. n. 9.* † Et in termi-
nis caſus noſtri *Molfeſ. d. conſ. 24. n. 5. & 6.*
Vbi etiam *n. 7.* notat, quod præfata prohi-
bitio non habet locum in bonis mobilibus
dictorum militum, cum loquatur de immo-
33 bilibus, † ideo ad illa non extenditur, &
Molfeſ. ſequitur *Nouar. de elect. & variat.
for. ſect. 1. n. 4. fol. 76.*

Quo verò ad diſpoſitiones vltimarum volun-
tatũ non poſſunt prædicti Milites diſponere,
nec de immobilibus, nec de mobilibus etiam
per ipſos acquiſitis abſque licentia Magni
34 Magiſtri, ſeu Capituli generalis, † vt in eiſ-
dem conſtitutionibus *tit. 5. de commun. ærar.
cap. 20. vſque ad 24. & c. 61. & in nouis ſta-
tut. editis de anno 1597. cap. 33.* ad quorum
explicationem multa *Idem Molfeſ. conſ. 24.
n. 8.*

35 *n.8. vſque ad* 11. vbi etiam *n.*13.† quando ſit
ſatisfaciendum creditoribus Militis defun-
cti iuxta *tit. de communi ærario. c.* 4. 46. 63.
& 64. §. 7.

Et Magnus Magiſter eiuſdem Religionis ſolet
concedere ſuis Militibus licentiam diſpo-
nendi de bonis patrimonialibus, & alijs bo-
36 nis per ipſos acquiſitis, † licet quando ſunt
Cappellani alicuius Commendæ, tunc requi-
ratur etiam licentia Commendatarij eiuſ-
dem Commendæ, cuius licentia ſolet præce-
dere, & Magnus Magiſter concedit licentiam
ſub illa conditione, dummodo etiam inter-
ueniat licentia Commendatarij, prout ita
ſeruari teſtatur *Molſeſ. conſ.24. n.16.*

Et omnibus Commendatarijs perpetuis ordi-
num Militiarum, excepta facultate alienan-
37 di, competunt cuncta, † quæ veris Prælatis,
& beneficiarijs conceduntur *Mobedan. de-
ciſ.10. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Molſeſ.
conſ.24. n.17. & 18.* vbi etiam, quod poſſunt
38 locare bona ſuarum Commendarum, † ſer-
uata tamen forma *extrauag. ambitioſa. de
reb. eccleſ. non alienand. Riccius in prax.
alienat. rer. eccleſ. deciſ. 76. n.4. fol.* 77. vbi
etiam, quod locationes ad longum tempus
factæ per dictos Commendatarios, ſeu alie-
39 nationes ſine ſolemnitatibus, † & cauſis
requiſitis in alienationibus rerum Eccleſiæ
poſſunt per Conſeruatores religionis reuo-
cari, & reduci bona ſic alienata ad religio-
nem *Rodriq. lib.1. quæſt. regular. quæſt.26.
art. 12. in fin.*

Vnde etiam Milites, & Commendatarij Hie-
roſolymitani tenentur illo arcto, & ſeuero
40 præcepti vinculo, † prout clerici beneficiarij
in eo, quod attinet ad eleemoſynam facien-
dam ex annuis redditibus, quos habent, &
quos commendas appellant, cum ſint bona
Eccleſiaſtica, itaut quod illis ſupereſt, ſit de-
bitum pauperibus ex iure naturali, & diui-
no miſericordiæ, & charitatis, & ſecundum
canones, & legem iuſtitiæ, iuxta opinionem
Nauar. de qua per *Azor. inſtitut. moral.
p. 2. lib. 12. c. 11. q. 5. fol.* 714.

Quamuis ſecundum alios iſti Milites in hoc
non ſint habendi inter clericos beneficiarios,
41 nec eorum † annui redditus cenſeantur be-
neficia Eccleſiaſtica, licet enim habeant hu-
iuſmodi bona commendata ab ordine mili-
tari, tamen poſſunt illa diſpenſare in vſus
permiſſos ab eorum ſtatutis, & regulis, in
quibus mandatur, vt aliquando impendant
certam partem fructuum pro neceſſitatibus
Ordinis, & reliquam ſibi retineant, ſeu etiam
omnes fructus ſuo nutu diſpenſent, dummo-
do quotannis in catalogum redigant quid-
quid habent, & Magno Magiſtro deſcriptum
tradant, alioquin tanquam proprietarij ha-
bentur, & puniuntur, eo quod contra pau-
pertatem voto promiſſam facere videantur,
ita in ſpecie concludit *Azor. inſtit. moral.
p.2. lib.12. c.11. q.5. ad med. fol.*714.

Quæ autem poſſent opponi de validitate con-
42 ſuetudinis multarum religionum, † per quam
ſuſtinentur teſtamenta, & aliæ diſpoſitiones
bonorum per Equites factæ, non obſtant,
quia procedunt in Commendatarijs aliarum
religionum S. Iacobi, & ſimilium, non au-
tem S. Ioannis, Illis enim hanc facultatem
permiſit Gregor. XIII. iuxta priſtinam eo-
rum conſuetudinem, reuocando Motum
proprium Pij V. qui ſimpliciter eiſdem con-
ceſſerat facultatem teſtandi, iuxta priuilegia
43 Apoſtolica, † non autem iuxta conſuetudi-
nem, vt notat *Sanchez. p.2. oper. moral. lib.
7. c.8. Molin. de iuſt. tom. 3. diſput.* 604. *in
fin. Motta de confirmat. ordinum militar.
lib.2. c.2. §.18. n.8.* Et de hac conſuetudine
44 Militum S. Iacobi, Calatrauæ, † & Alcan-
taræ meminit etiam *Molin. de primogenit.
hiſpanor. lib.2. c.9. n. 69. col. penult. & vlt.*
vbi etiam concludit poſſe per eoſdem con-
ſtitui primogenituram de bonis tamen pa-
trimonialibus, ſecus de redditibus ſuarum
Commendarum *Manuel. in ſumm. tom.2.
n.32. Nauar. in c. fin.16. q.1. in 3. q. n.29.*

Aliud eſt in Militibus S. Ioannis, qui ſolemni-
45 ter profitentur, † & ſunt incapaces matri-
monij, quibus interdicitur factio teſtamenti
per ſuas Conſtitutiones abſque licentia Ma-
gni Magiſtri, tanquam hoc ſit paupertatis
voto conſonum, vt latius dictum eſt ſupra,
& in propoſito noſtro, ita diſtinguit etiam
Sanchez. p.2. oper. moral. lib.7. c.8. n.36. poſt
46 *Iacob. Berrett. conſ.96. n.2. & 3. lib.1.* † Quan-
do autem valeat conſuetudo, vt milites Hie-
roſolymitani ſuccedant in feudo *Ricc. col-
lect. deciſ.216. Graſſ. de effectib. cleric. effect.*
47 *3. n.128. fol.*322. † Et quo caſu beneficiarius
poſſit teſtari de fructibus *Gemin. in c. præ-
ſenti. n. 15. de offic. ordin. in 6.* Et quando
Monacis, & prælatis liceat primogenituram
48 inſtituere, † & alienare, cum ſimilibus *Mo-
lin. de primogen. lib. 9. & 10.* & dictum eſt
49 *ſupr. c.854.* † Et de alijs Militibus, & regula-
ribus, quando validè poſſint teſtari *Sanchez.
p.2. oper. moral. c. 8. n. 26. vſque ad 38. fol.
335. Azor. lib.1. c. 4. & 5.*

EPITOME.

INterdictum Saluianum, & hypotheca
quanto tempore præſcribatur per tertiũ,
& ſucceſſorem ſingularem, vel vniuerſalem.
¶ Et quid in dote, ſeu fiſco. ¶ Bona emphy-
teotica an poſſint dari in dotem, & licitè
obligari. ¶ Per prohibitionem alienationis
quando cenſeatur prohibita hypotheca.
¶ Dos an dicatur cauſa pia. ¶ Falcidia an ſit
detrahenda de legato dotis, ſicut de legato
pio. ¶ Via executiua an detur contra tertiũ.
¶ Præſcriptio quando habeat vim pacti, &
ſolutionis. ¶ Et illius interruptio an iuuet
eum, qui in iudicio ſuccubuit. ¶ Fructus
dotis an debeantur marito poſt mortem vxo-
ris etiam extantibus liberis.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, & Saluianum interdictum præſcribitur per decennium cum titulo, & bona fide. Intellige in ſucceſſore particulari, ſecus vniuerſali, in quo requiruntur triginta anni. n. 2. 3. 4. 5. & 9.*

6 *Per ſpecialem prohibitionem alienationis dicitur prohibita hypotheca.*

7 *Bona emphyteuſis Eccleſiaſtica non veniunt in generali obligatione bonorum.*

8 *Bona emphyteotica poſſunt dari in dotem, pro qua validè obligantur, ſicut etiam pro donatione propter nuptias, iuxta* Statutum Vrbis. lib. 1. c. 122.

10 *Hypotheca dotalis non præſcribitur decennio per tertium poſſeſſorem, ſicut in Eccleſia. Contrarium n. 11.*

12 *Dos quando dicatur pia cauſa. n. 14.*

13 *Falcidia detrahitur de legato dotis, ſecus de legato pio.*

15 *Hypotheca præſcribitur per tertium ſpatio decennij etiam contra fiſcum.*

16 *Dos paribus paſſibus ambulat cū cauſa fiſci.*

17 *Via executiua datur contra tertium poſſeſſorem vigore ſtatuti Vrbis.*

18 *Præſcriptio triginta annorum parit debitori plenam ſecuritatem, & ſatisfactionem.*

19 *Præſcriptio habet vim pacti, & ſolutionis.*

20 *Interruptio præſcriptionis non iuuat quando quis ſuccumbit in cauſa.*

21 *Fructus tanquam acceſſorij ad dotem non debentur ſublata principali actione eiuſdem dotis.*

22 *Maritus non lucratur fructus dotis poſt mortem vxoris, etiam exiſtentibus liberis.*

CAP. DCCCLXXXI.

COlligitur ex facti ſpecie exhibita, quod
fuit intentatum Iudicium Saluiani con-
tra Dominicum poſſeſſorem domus, de qua
agimus, quod tamen non habet locum, nam
ſumus in eo, qui poſſedit per decennium, &
1 vltra cum titulo, & bona fide, † per quem
dicitur præſcripta hypotheca, & Iudicium
Saluiani ex ea intentatum *l. 1. C. ſi aduerſ.
creditor. l. vlt. ff. de præſcriptionib. long. tem-
por. Pariſ. conſ. 50. n. 2. lib. 1. Affl. deciſ. 139.
in princ. Roland. conſ. 79. n. 7. lib. 1.* cum
alijs per *Rot. coram Cardin. Mantic. Imolen.
Saluiani. 27. Iunij* 1594. *quæ in impreſſ. eſt
deciſ. 291. n. 3.*

Nec obſtat, quod hæc præſcriptio longi tem-
2 poris non habeat locum in eo, † qui habuit
cauſam à debitore, ſed videatur indigere
præſcriptione triginta, vel quadraginta an-
norum *l. cum notiſſimi. in princ. & §. 1. C. de
præſcript. trig. ann. Neguſ. de pignorib. p. 6.
membr. 2. in princ.* Quia hoc intelligitur de
3 herede, qui ſuccedit titulo vniuerſali, † &
repræſentat perſonam debitoris *§. 1. auth. de
iuram. à morient. præſtit. l. heres in omne
ff. de acquir. hæreditat.* Aliud eſt, quando ſu-
mus, prout in caſu noſtro, in eo, qui ſucce-
dit debitori titulo ſingulari, vt eſt emptor,
4 donatarius, † vel ſimilis, tunc enim præſcri-
bitur longo tempore contra hypothecariam
à quolibet poſſidente, excepto ipſo debito-
re, ſeu illius hærede *Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ.
creditor. & ibi Bald. n. 1. & Salic. n. 2.* & hanc
opinionem ab omnibus receptam cum tali
5 diſtinctione, † & paſſim, & vbique ſeruari
teſtatur *Cardin. Mantic. deciſ. 291. n. 5. poſt
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. n. 11.
Balbus de præſcript. 4. p. 4. part. principal.
quæſt. 3. n. 1. fol. 317.*

Additur, quod ſumus in bonis emphyteoticis
Eccleſiaſticis prohibitis in ſpecie alienari
6 etiā lato ſumpto alienationis vocabulo, † per
quam clauſulam cenſetur etiam prohibita
hypotheca *Gloſ. in l. fin. in verb. hypotheca.
C. de reb. alien. non alienand. Socin. conſ. 75.
n. 2. verſ. ſed his non obſtantibus. lib. 1.* & ita
practicari teſtatur *Rot. coram R.P.D. Coc-
cino Romana Saluiani interdicti. 10. Octo-
bris* 1601. *quæ eſt impreſſ. per Scapucin. de
Saluian. interd. lib. 2. quæſt. 9. col. penult. ad
7 med.* † Vbi etiam, quod iſta bona non veniunt
in generali obligatione omnium bonorum
facta ad fauorem eius, qui agit Saluiano in-
terdicto contra tertium poſſeſſorem *Bart. in
l. codicillis. §. instituto. n. 5. ff. de legat. 2.
Gabr. de regul. iur. concluſ. 12. n. 12.*

Et quamuis bona emphyteotica poſſint dari in
dotem, & tam pro ea, quam pro donatione
8 propter nuptias † ſit valida obligatio, & hy-
potheca etiam ſine conſenſu domini, iuxta
Statut. Vrb. c. 122. lib. 1. Tamen ſatis eſt,
quod in caſu noſtro talis hypotheca, quam-
uis validè conſtituta ſit præſcripta per ter-
tium poſſeſſorem ſpatio decem annorum,
cum triginta anni requirantur reſpectu de-
9 bitoris, † & illius hæredis vniuerſalis, non
autem ſucceſſoris ſingularis *Card. Mantic. d.
deciſ. 291.* cum alijs ſupra allegatis *n. 5.* qui-
bus additur *Speculat. de præſcriptionib. §. 1.
n. 29. Iaſ. in §. item ſeruiana. n. 122. inſtit.
de actionib. Neguſ. de pignorib. p. 6. memb. 2.
n. 1. verſ. præterea. Rot. coram R.P.D. Vbal-
do Romana Saluiani. 22. Iunij* 1616. *impreſſa
poſt tract. de* Saluian. *deciſ. 300.*

Nec facit, quod ſimus in dote, cuius hypothe-
10 ca non præſcribitur per decennium, † prout
in Eccleſia *Card. Seraph. deciſ. 920. n. 7. & 8.
cum alijs in tract. de Saluian. inſpect. 2. c. 2.
n. 279. vſque ad 282. fol. 85.* cum valeat ar-
gumentum de dote ad Eccleſiam tanquam
etiam dos ſit cauſa pia, Quia in hypotheca
11 dotali verior eſt opinio, † quod etiam illa
præſcribatur per tertium poſſeſſorem ſpatio
decem annorum, prout alia quælibet hypo-
theca *Boer. deciſ. 328. n. 3. poſt Caſtr. conſ.
70. breuiter. n. 1. & 2. lib. 2.* qui loquitur in
bonis dotalibus, vt in facto ibidem exhibi-
to, prout etiam in ſimili facti ſpecie dotis

tenet

Digitized by Google

tenet *Abb. conſ. 22. n. 2. lib. 5. Neguſ. de pignorib. p. 6. membr. 2. n. 4. Pacific. de Saluian. inſpect. 2. c. 2. n. 275. fol. 85.*

Maximè, quia dos reſpectu ipſius non eſt pia
12 cauſa *Calcan. conſ. 31. col. 6.* † cum alijs per *Tiraq. de pia cauſ. in præfat. col. 5. poſt princ. verſ. verum. fol. 8.* vbi ex hoc concludit, quod de legato dotis detrahitur falcidia,
13 quæ nō detraheretur, † ſi eſſet pia cauſa *Gloſ. in l. tali. in princ. ff. de iur. dot. & in l. ſi non deſignata. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. & in l. in teſtamento quidem militis. C. ad leg. falcid. Bart. in l. ſi eum iî. §. ſi mulier.*
14 *ff. de condict. indebit.* † Contraria autem procedunt de pietate reſpectu dotantis, non autem ipſius dotis, vt per *Calcan. & Tiraq. in locis ſupra allegatis.*

Cum etiam contra fiſcum præſcribatur per ter-
15 tium hypotheca ſpatio decennij † *l. quamuis. ff. de vſucapionib. Bocr. decif. 264. n. 23.* cum alijs per *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 31. fol. 362.* Vnde etiam erit hoc dicendum in
16 dote, † quæ paribus paſſibus ambulat cum cauſa fiſci *l. 2. C. de priuileg. fiſc. Tiraq. de pia cauſ. priuileg. 111. in fin.*

Hæc omnia ſcripſi ſuper facti ſpecie mihi propoſita, & pro reſponſione eorum, quæ fuerunt exhibita, iuxta petitionem partis, Verum poſtea eadem pars exhibuit alia iura, ex quibus colligitur fuiſſe receſsū per actorem à iudicio Saluiani intentato, eum in eo
17 ſuccubuerit per duas vices, † ideo nouum iudicium introduxit agendo via executiua contra eumdem tertium poſſeſſorem, iuxta *ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 85.* in quo diſponitur, quod inſtrumenta dotalia, ex quibus aliquid debeatur ſub nomine dotis, executioni demandētur contra debitores, & eorū hæredes, & quoſcumq; poſſeſſores bonorū tacitè, vel expreſsè obligatorū, etiam ſi tertij poſſeſſores ſint, & ab obligante cauſam non habeāt, dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut poſt poſſeſſa fuiſſe probentur, prout latius in eodem ſtatuto continetur, & per *Lucapet. in prax. lib. 3. c. 5.*

Verū neq; in hoc iudicio executiuo pars aduerſa aliquid poteſt obtinere cōtra poſſeſſorē do-
18 mus, de qua agimus, † cū obſtet præſcriptio nedum triginta annorū, ſed triginta nouem, nam dos fuit promiſſa de anno 1572. & vxor obijt de anno 1574. itaut Laurentius eius vir per lapſum tanti temporis præſumatur ſatisfactus de ſuo prætenſo credito dotali, tanquam omnis actio ſit excluſa ſpatio dicti tēporis, itaut poſſeſſori detur plena ſecuritas *l. ſicut. C. de præſcript. trig. annor. c. ad aures. vbi Abb. & Felin. de præſcript. Surd. decif. 3. n. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 36.*
19 *gloſ. 2. n. 36.* † Adeo vt præſcriptio habeat vim pacti, & contractus, & ſolutionis, & alienationis cauſatæ à patiente iura ſua præſcribi *Bald. conſ. 315. col. 1. lib. 3. Aim. conſ. 10. n. 11. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 242. vſque ad 252.* cum alijs latè per *Surd. decif. 3. n. 23. vſque ad 28. & decif. 236. n. 9. Vaſq. illuſtr. quæſt. c. 52. n. 3. & 16. Balb. de præſcription. p. 1. q. 5. n. 5. cum ſeq.*

Neque obſtabit prætenſa interruptio præſcriptionis ex proceſſu facto in iudicio Saluiani de anno 1593. de quo tempore non erant decurſi, niſi anni decem, & nouem ſtante obitu
20 vxoris Laurentij de anno 1574. † Quia cum Aduerſarius ſuccubuerit in dicta cauſa Saluiani intentata, non poteſt dari aliqua interruptio præſcriptionis *Felin. in c. illud. col. vlt. in 14. concluſ. de præſcription. Balb. eod. tit. 3. p. 6. part. principal. q. 4. n. 57. verſ. quinto limitatur. fol. 616. Tiraq. de retract. lignagier. §. 8. gloſ. 7. n. 27. in fin.*

Et cum ſit ſublata omnis actio, quæ pro dote prætenditur, idem eſt dicendum de fructi-
21 bus, † qui tanquam acceſſorij ad dotem non debentur ſublato principali *c. 2. de precar. Bald. in l. ex teſtamento. 29. in fin. C. de fideicommiſſ. Aim. conſ. 299. n. 3. Alex. in l. t. §. ſi vir. C. de acquir. poſſeſſ.* iuxta *Gloſ. in l. ſi patronus. §. ſi patronum. ff. de his quæ in fraud. patr. Socin. conſ. 78. n. 3. lib. 3.*

Quamuis etiam eſſet inanis prætenſio de huiuſ-
22 modi fructibus dotis, † cum nunquam illi debeantur marito poſt ſolutum matrimonium per mortem vxoris, prout fuit in caſu noſtro, in quo vxor obijt de anno 1574. ſiue exiſtant liberi, ſiue non ſuperſint *Anan. in c. ſalubriter. 16. col. penult. ad med. verſ. & ex prædictis videtur poſſe decidi. de vſur. Ruin. conſ. 162. n. 3. lib. 5. Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 6. §. 8. incip. octauo infertur. n. 4. de donat. int. vir. & vxor. Rot. coram Card. Pamphilio Bononien. dotis. 4. Iunij 1597. & coram R.P.D. Caualerio Nepeſina laudi. 10. Martij 1614.*

EPITOME.

DOs conſtituta per patrem filiæ primo nubenti, & ad eum reuerſa poſt ſolutum matrimonium, an debeat in totum conſeruari pro ſecundis nuptijs, ſiue conſiſtat in quantitate, ſiue in ſpecie, ſiue fuerit promiſſa, ſiue ſoluta. ¶ Et quando poſſit minui, & in ea apponi aliquod pactum, quod prius non erat appoſitum. ¶ Et an intelligatur de quocumque matrimonio tam carnali, quàm ſpirituali. ¶ Renunciatio iuris de futuro an ſit valida in præiudicium creditorum. ¶ Et quid in hæreditate, legato, prærogatiua ſuccedendi, iure primogenituræ, lucro dotali, & legali, legitima, & illius ſupplemento. ¶ Filia ingrediens religionem an habeat actionem conſequendi maiorem dotem, quàm ſolitam dari monaſterio. ¶ Dos quo caſu cenſeatur donata. ¶ Et quando ſuccedat loco legitimæ vigore ſtatuti Vrbis, ſeu legati dotis facti per patrem ipſi filiæ.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dos per patrem conſtituta ſoluto matrimonio an ad eum reuertatur cum onere, vt deſeruiat pro filia volente contrahere ſecundas nuptias.* n. 2. 3. 33. 34. & 35.

4 *Pater tenetur dotare filiam, & dotando præſumitur voluiſſe ſatiſfacere ſuæ obligationi, non donare, ſecus in extraneo.* n. 5.

6 *Dos recuperata per patrem ſoluto matrimonio per obitum viri, ſeu diuortium non poteſt minui, ſed eſt conſeruanda pro ſecundo viro.* n. 7. *Amplia etiam in dote conſiſtente in pecunia.* n. 8. & 9. *& in dote promiſſa.* n. 10. 11. & 12.

13 *Pater nullum pactum poteſt apponere in dote per eum recuperata danda filiæ pro ſecundis nuptijs, quod non erat in ea, quæ fuit data primo viro.* n. 14. & 15.

16 *Matrimonium ſpirituale debet eſſe melioris conditionis, quàm carnale.*

17 *Pater ſicut tenetur conſtituere dotem filiæ nubenti, ita etiam ingredienti monaſterium.*

18 *Dos integra non eſt conſeruanda per patrem pro ſecundis nuptijs ſpiritualibus filiæ, ſicut pro temporalibus.* n. 19. Contrarium *eſt verius.* n. 20. & 21.

22 *Filia ingrediens religionem non habet actionem ad conſequendam maiorem dotem, quam illam, quæ eſt ſolita dari monaſterio. Declara, vt* n. 23. & 24.

25 *Pater poteſt præſtare conſenſum, vt filia de dote ſibi prius conſtituta poſſit liberè diſponere, & agere contra omnes obligatos pro illius reſtitutione.*

26 *Verba motus proprij pro releuatione primogenituræ, quomodo intelligantur.* n. 27.

28 *Ius quæſitum non tollitur per diſpoſitionem poſteriorem.*

29 *Iuri de futuro licet renunciare in præiudicium quorumcumque creditorum.* n. 30.

31 *Hæreditas, legatum, prærogatiua ſuccedendi, ius primogenituræ, lucrum dotale, & legale, & legitima, ac illius ſupplementum poteſt repudiari in præiudicium creditorum.* & n. 32.

36 *Dos quando ſuccedat loco legitimæ vigore ſtatuti Vrbis, ſeu teſtamenti patris.* n. 37.

CAP. DCCCLXXXII.

STante ſeparatione thori, & licentia ingrediendi monaſterium, & in eo profitendi præuia reſtitutione dotis, iuxta mandatum Sanctiſſimi, Concludendum eſt nullum ius alicui competere ſuper eadem dote in præiudicium filiæ prius nuptæ, & poſtea
1 emittentis profeſſionem, † Nam quidquid ſit
de illa opinione, quod dos per patrem conſtituta ad eum reuertatur ſoluto matrimonio per mortem viri, ſeu ſeparationem thori, de qua latè fuit diſcuſſum in cauſa *Romana dotis coram R.P.D. Veroſpio. 8. Martij 1613. & 29. Februarij 1616. & 1. Iulij etiam 1616. & coram R.P.D. Vbaldo. 26. Apr. 1619.*

Tamen ſemper in eiſdem deciſionibus, etiam firmatum fuit, quod dos per patrem conſtituta debeat deſeruire pro filia, & illius ma-
2 trimonio tàm primo, quàm ſecundo, † volẽte
tamen ſecundas nuptias contrahere, non autem remanente vidua, itaut ad hunc effectum talis dos cenſeatur donata ipſi filiæ, vt dicitur in *d. deciſ. coram R. P. D. Vbaldo Romana dotis. in fin.* iuxta *Dec. conſ. 35. præſtantiſſimè doctor. n. 5. verſ. quia pro reſponſione conſiderandum eſt. col. 2. ad med. per tex. in l. ſi donaturus. ff. de condict. ob cauſ. l. ex morte. C. de pact. conuent. l. vlt. C. de dot. promiſſ. §. quia verò. auth. de æqualitat. dot. Gloſ. in auth. ſed quamuis. in verb. diminuere. vbi Salic. n 4. C. de rei vxor. action. Menoch. de arbitrar. caſ. 88. n. 39. fol. 117.* latiſſimè *Paſchal. de virib. patr. poteſtat. in allegation. poſt c. 4. p. 1. n. 79. vſque ad 82.*
3 Intelligendo † in dote conſtituta per extra-
neum, non contemplatione mulieris, ſed viri certi, & matrimonij, vt per *Dec. d. conſ. 35. n. 11. & ibi Addit. in verb. abſolutè.*

Et ſatis eſt, quod ad iſtum effectum tàm primi, quàm ſecundi matrimonij cenſeatur dos per
4 patrem donata filiæ, vt dictum eſt, † nam
alias non præſumendum eſſet, quod pater donaſſet, cum enim teneatur dotare filiam *l. qui liberos. ff. de rit. nuptiar. l. obligamur. §. lege. ff. de actionib. & obligationib.* ſuccedit concluſio, quod dotans magis præſumitur voluiſſe ſatisfacere ſuæ obligationi,
5 quam donare, † Quidquid aliud ſit in extra-
neo dotante, in quo eſt præſumenda donatio, prout hanc differentiam inter patrem, & extraneum facit *Rot. coram R. P. D. Vbaldo Romana dotis. 26. Aprilis 1619. col. penult. poſt med.* iuxta *Socin. conſ. 5. n. 16. lib. 4. Bero. conſ. 190. n. 35. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13. tit. 13. n. 7. 8. & 30.*

Ex quibus ſequitur, quod pater non poteſt aliquo modo diminuere dotem filiæ, quam recuperauit ſiue poſt ſeparationem thori, ſiue
6 poſt ſolutũ matrimoniũ, † ſed tenetur illam
conſeruare pro ſecundis nuptijs filiæ, itaut recuperando talem dotẽ dicatur recuperare cum ſua cauſa, vt illam det alteri viro, cuius reſpectu ſemper dicitur dos, prout latè reſoluit *Rot. diuerſ. deciſ. 156. n. 1. vſque ad 8. par. 2.* vbi loquitur tam in caſu ſoluti matri-
7 monij per obitum viri, † quàm per diuor-
tium, iuxta *l. ſi ſocius pro filia. verſ. quod ſi ſalua ſocietate. ff. pro ſocio. auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. action. Iaſ. in l. 1. n. 9. ad med. verſ. hoc etiam patet. C. eod. tit. & in rubr. ff. ſolut. matrimon. n. 12. Bald. in l. rem quam. n. 1. verſ. vnde ſtatim quæro. C. de iur. dot. Caſtr. in l. vlt. n. 7. ad med. verſ. eſt tertium tempus. C. commun. vtrinſq. iudic. Siluan. conſ. 2. n. 61. ad med. verſ. reſpondetur*

tur

tur quod iure nouo. col. 24. & latè comprobat Paſchal. de virib. patr. poteſtat. in allegationib. poſt c. 4. p. 1. n. 82. vſq; ad 87. fol. 53.
Quæ procedunt, quamuis ſimus in dote conſiſtente in pecunia, nam reſpectu diminutionis, eadem ratio militat in dote recuperata
8 per patrem, † ſiue illa conſiſtat in quantitate, pondere, & menſura, ſiue in ſpecie, vt in fundo, & bonis ſtabilibus, ſemper enim pater prohibetur eam diminuere, & debet conſeruare pro ſecundo matrimonio, vt eſt tex. in terminis in §. quia verò. auth. de æqualit. dot. quem ad hunc effectum benè ponderat Rot. deciſ. 156. n. 5. vſque ad 8. p. 2. diuerſor. Siluan. conſ. 2. n. 61. in fin. Barboſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. p. 4. n. 22. ad fin.
9 fol. 87. † vbi quod quando dos conſiſtit in ſpecie, tenetur pater eamdem dotem dare filiæ ſecundo nubenti, non diuerſam etiam in æquiualenti, cum aliud pro alio non poſſit ſolui inuito creditore, ſecus quando ſumus in quantitate, & menſura, & pondere, tunc enim ſufficit, quod tantundem detur in genere abſque vlla diminutione l. res in dotem. 43. ff. de iur. dot. Siluan. d. conſ. 2. n. 61. in fin.
Prout etiam idem erit in dote promiſſa, cum reſpectu iſtius diminutionis, non attendatur
10 an dos fuerit ſoluta, † ſeu promiſſa, in vtroque enim caſu pater cogitur eamdem dotem filiæ tradere, ſi ad ſecunda vota tranſierit, iuxta veriorem opinionem, de qua teſtatur Barboſ. in l. poſt dotem. 41. n. 33. ff. ſolut. matrimon. Dec. conſ. 35. n. 4. Siluan. eiuſ. 2. n. 74. poſt Salic. in auth. ſed quamuis. C. de
11 rei vxor. action. † Quidquid contrarium ſequantur Cin. & Ang. ibid. & Iaſ. in §. fuerat. n. 134. inſtit. de actionib. Cum aduerſus
12 eos ſit verior ſententia, † vt latè teſtatur Bacca. de non meliorand. filiab. c. 16. n. 12. Crot. in l. ſi conſtante. in 2. lect. n. 14. ff. ſolut. matrimon. Tiraq. de retract. conuention. ad fin. tit. n. 35. licet alios alleget. n. 60. Curt. Sen. conſ. 27. in 4. dub. iuxta l. ex morte. in fin. C. de pact. conuent. l. fin. C. ad leg. falcid. latè Paſchal. de virib. patr. poteſt. in allegat.
13 poſt c. 4. n. 113. † Itaut nec aliquod pactum poſſit apponi in iſta dote, quæ datur filiæ pro ſecundis nuptijs, quod non erat in ea, quæ fuit data primo viro Bart. in l. poſt do-
14 tem. 41. n. 23. ff. ſolut. matrim. † vbi de patre, qui non fuit ſtipulatus ſibi dotem reſtitui in prima dote, quod iſtud pactum non poterit ſtipulari in ſecunda, cum per illud diminueretur dos prius conſtituta l. 3. §. ſed verum. in fin. ff. de minorib. Et iſta eſt verior opi-
15 nio, † quidquid aliter ſentiant Imol. & Roman. vt teſtatur Barboſ. in d. l. poſt dotem. n. 32. ad med. poſt Vincent. ibid. n. 26. & Alex. n. 21. ff. ſolut. matrim.
Et cum prædicta habeant locum in matrimonio carnali, multò magis procedent in ma-
16 trimonio ſpirituali, † quod contrahitur per ingreſſum religionis, tanquam iſtud non debeat eſſe deterioris conditionis, quam illud, immo melioris, cum ſit magis fauorabile auth. niſi rogati. C. ad trebellian. Anchar. conſ. 103. aliàs 118. in paucis verbis. col. 1. Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. 10. col. 36. ad med. verſ. cæterum quia communiter talia ſtatuta ita demum. n. 79. de conſtitutionib. Socin. conſ. 122. præſens conſultatio. verſ. confirmantur prædicta. lib. 2. cum alijs per Euerard. loc. argument. 76. à matrim. carnal. ad
17 ſpiritual. n. 1. vſque ad 4. fol. 430. † Qui omnes ex hoc concludunt, quod pater ſicut tenetur conſtituere dotem filiæ nubenti, multò magis monaſterium ingredienti Bald in l. fin. col. 2. C. de dot. promiſſ. Menoch. præſumpt. 189. n. 91. lib. 4. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſputat. 26. n. 7. Gutierez. eod. tit. c. 80. n. 10. Barbat. conſ. 4. col. 3. lib. 1. Alex. conſ. 139. n. 7. lib. 2.
Neque obſtat, quod licet non poſſit diminui dos data filiæ pro primo matrimonio, ſed integra ſit conſeruanda pro ſecundis nuptijs,
18 Tamen hoc intelligitur, † quãdo filia iterum contrahit matrimonium carnale, ſecus ſi ingrediatur monaſterium, tunc enim filia debet eſſe contenta illa dote, quæ per patrem aſſignabitur, dummodo ſit congrua reſpectu monaſterij, quod filia ingreditur, cum in eo non requirantur ſumptus magni, qui ſolent fieri in ſecundis nuptijs, ideo in hoc caſu non procedet diſpoſitio auth. ſed quam-
19 uis. C. de rei vxor. action. † vt in ſpecie ita concludit ibid. Salic. n. 4. Crot. in l. ſi conſtante. in 2. lect. n. 10. ff. ſolut. matrimon. Barboſ. in l. poſt dotem. 41. n. 53. poſt med. verſ. vtrum tamen. & n. 54. ff. eod. tit. Alciat. in l. 1. n. 57. etiam eod. tit. ff. ſolut. matrim. & in l. nemo poteſt. n. 20. ff. de legat. 1.
Nam huiuſmodi opinio eſt communiter repro-
20 bata, cum verior ſit ſententia, † vt diſpoſitio auth. ſed quamuis. habeat locum etiam ſi filia velit ingredi monaſterium, neque enim in hoc caſu conſideratur maior, aut minor impenſa, ſed ſolum ius acquiſitum filiæ irreuocabiliter propter dotẽ ſibi prius conſtitutam, in cuius præiudicium nulla datur diminutio, ſiue ſimus in nuptijs carnalibus, ſiue in ſpiritualibus, maximè propter æquiparationem illarum, ita in ſpecie concludit Rip. in l. 1. n. 61. ff. ſolut. matrimon. Boer. deciſ. 131. n. 8. Io. Faber. in auth. ſed quamuis. vbi Rayn. Ang. & Cin. n. 6. C. de rei vxor. action. Alex. conſ. 139. viſo themate ſupraſcripto. n. 6. lib. 2. Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ampliat. 11. n. 2. ff. de condit. & demonſtrat. quod etiam prius voluit Io. Andr. ad Speculat. tit. qui fil. ſint legitim. col. antepenult. n. 33. in verb. quidam martinus de fano. fol. 174. poſt Vbert. de Bon. in l. vnic. vbi Alber. n. 28. C. de rei vxor. action. Roman. ſing. 788. incip. authentica ſed quãuis. n. 1. & ibi Nicol. Pig. in addit. Curt. Iun.

Iun. in auth. res quæ. n. 26. ad fin. C. com-
mun. de legat. Addit. ad Salic. in d. auth. ſed
quamuis. in verb. ingrediatur. vbi allegat
Caſtr. conſ. 123. alias conſ. 11. viſo dicto libel-
lo & contentis in eo. verſ. ſi vero nubat. Me-
noch. præſumpt. 189. n. 91. in fin. lib. 4. Bacca.
de non meliorand. dot. rat. fili. c. 15. n. 3. Fon-
tanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 1.
n. 43. vſque ad 50. fol. 137. tom. 2. Euerard.
loco argument. 76. à matrim. carnal. ad ſpi-
ritual. n. 4. ad med. verſ. tertio iſtud facit.
21 *fol. 431.* † Cæteros conſultò omitto, quia eſt
concluſio veriſſima, prout etiam teſtatur
Campeg. de dot. p. 1. q. 30. Bald. Nouell. eod.
tit. p. 6. priuileg. 16. n. 2. & p. 1. col. 2. in fin.
n. 9. cum ſeq. vbi *Addit.* ampliat procedere
etiam quod filia haberet aliunde *Ang. in*
§. quia vero. auth. de æqualit. dot.

Neque obſtant deciſiones *coram Sanctiſſ. 63. &*
22 *aliæ,* in quibus concluditur, † quod non com-
petit actio mulieri ingredienti monaſterium
cum dote ordinaria ad conſequendam ma-
iorem dotem, nec reſpectu nobilitatis, nec
ſub prætextu, quod ſorores habuerint am-
pliſſimam dotem, Quia procedunt, quando
filia vellet compellere patrem, vt ipſam do-
23 tet, † dum vult ingredi monaſterium, tunc
enim ſatisfactũ eſt obligationi patris illam
dotando cum dote, quam monaſterium ſo-
let accipere, ſecus quando, prout in caſu no-
ſtro, fuit mulier ſemel dotata, & poſt primas
nuptias vult ingredi religionem, nam tunc
non poteſt minui dos prius conſtituta, tan-
quam illi ſit acquiſita irreuocabiliter, quem-
admodum ſi vellet ſecundas nuptias carnales
24 contrahere, † ne ingreſſus monaſterij ſit mi-
nus fauorabilis, quam aliud matrimonium,
quod eſſe non debet, ita in ſpecie declarat
Siluan. conſ. 2. n. 69. Fontanell. de pact. nu-
ptialib. tom. 2. clauſul. 5. gloſ. 8. par. 1. n. 48.
& 49. fol. 136.

Accedat, quod in caſu noſtro pater præſtitit
conſenſum, vt filia de ſua dote ſibi prius cõ-
25 ſtituta liberè poſſit diſponere, † & agere
contra omnes obligatos pro eiuſdem dotis
reſtitutione, & ſolutione, quod potuit fa-
cere, iuxta *l. 2. §. ſi voluntate. ff. ſolut. ma-*
trimon. l. non ſolum. ff. eod. tit. Alex. conſ.
139. n. 3. ante med. lib. 2.

Neque talis conſenſus poteſt impugnari per
Principem, ſub prætextu motus proprij ere-
26 ctionis montium † in quo Summus Pontifex
mandat, quod pro releuatione primogeni-
turæ ſint obligata bona, & iura per Ducem
acquirenda; Quia omiſſo, quod non eſt lo-
cus releuationi viuente Duce, ad quem ſpe-
ctat primogenitura, Reſpondetur, quod di-
cta verba non poſſunt trahi ad ius quæren-
dum per Ducem ſuper dote in caſu diuortij,
27 tanquam ad eum reuertatur dos † cum ſua
cauſa conſeruationis pro ſecundis nuptijs
Siluan. conſ. 2. n. 61. ad med. cum alijs ſupra
allegatis. verſ. ex quibus, poſt princ. n. 6. & 7.

Ideo nullum ius, nec aliqua hypotheca po-
teſt conſtitui in præiudicium filiæ dotatæ,
pro qua dos eſt conſeruanda pro ſecũdis nu-
28 ptijs, † Maximè, quia conſtitutio dotis eſt
anterior motu proprio erectionis montium,
per quod non tollitur ius quæſitum *Felin. in*
c. capitulum. col. 17. de reſcript. Abb. in c. ex
parte. il 3. in 2. notab. de decim. Innoc. in c.
quod ſuper his. de voto.

Nec aduerſatur, quod etiam in motu proprio
Papa prohibeat nihil poſſe diſponi pro rele-
29 uatione primogenituræ, † adeo vt ex hoc
non potuerit Dux remittere ius quærẽdum,
& ſpem ſucceſſionis, quæ videtur renunciata
ſtante conſenſu præſtito per Ducem ad fauo-
rem filiæ, vt agat pro dote ſibi prius conſti-
tuta, & de ea liberè diſponat: Quia iuri de
futuro poteſt vnuſquiſque renunciare etiam
in præiudicium quorumcumque creditorũ,
36 ſiue illi ſint chirographarij, † ſiue hypothe-
carij *Bart. in l. in fraudem. de iur. fiſc. Sard.*
deciſ. 140. n. 8. & conſ. 300. n. 17. latiſſime
Giurb. ſuper conſuetudin. Meſſanen. c. 5.
31 *gloſ. 7. n. 13. & gloſ. 8. n. 5. & 6.* † vbi de hæ-
reditate, legatis, prærogatiua ſuccedẽdi, iure
primogenituræ, lucro dotali, ac alijs lucris
legalibus, & ſimilibus *Peregr. de iur. fiſc.*
lib. 6. tit. 7. n. 4. & 38. Gutier. in c. quamuis.
32 *n. 24. cum ſeq. de pact. in 6.* † Itaut etiam
valeat repudiatio legitimæ in præiudicium
creditorum, prout etiam ſupplementi legi-
timæ *Idem Giurb. d. gloſ. 7. n. 10.* latè *Pe-*
regr. conſ. 46. per tot. lib. 3.

Maximè, quia per huiuſmodi conſenſum nihil
33 diminuitur de patrimonio Ducis, † cum ad
eum dos filiæ ſpectet ſolum cauſa conſer-
uationis, & ſolutionis ſecundo viro, iuxta
auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. action. cum
alijs ſupraadductis.

Neque idem cõſenſus poteſt impugnari vigore
adminiſtrationis conceſſæ per Ducẽ patrem
34 Principi filio, † Quia non conſideratur am-
plius intereſſe adminiſtrationis ſtantibus ſe-
cundis nuptijs ſpiritualibus, ad quarum fa-
uorem dos primo viro data debet iterum
conſtitui abſque aliqua diminutione, Con-
traria autem procedunt, quando pleno iure
35 dos reuerſa eſſet ad commodum patris, † ſe-
cus ſi reuertatur cum onere illam tradendi
filiæ ingrediendi monaſterium *Alber. in*
l. 1. n. 28. C. de rei vxor. action. cum alijs
ſupra allegatis.

Præſertim, quia ſumus in dote, quæ ſuccedit
loco legitimæ, cum ſtatutum non excludat
36 filiam ſimpliciter, † & mandet illam dotari,
tunc enim dos nõ ſuccederet loco legitimæ,
ſed vlterius diſponat, quod filia dotata non
ſuccedat, nec aliquid petere poſſit, nam
tunc relictum cenſetur loco legitimæ, & eſt
purum, & ab eo reijcitur onus conditionis,
& tranſmittitur, cum alijs effectibus legi-
timæ competentibus *Caſtr. in l. titio centum.*
§. titio genero. n. 8. ff. de condit. & demonſtr.

Me-

Menoch. conſ.81. n.4. Gabr. conſ.11. n.4. &
5. lib.1. Morot. conſ.23.n.7. Seſſa.deciſ.20.n.
58. cum ſeq. Rot.corã Sanctiſſ.*deciſ.565.n.4.*
cum alijs quos latè adduxi *ſupr. c.700.n.29.*
37 *& 30.*† Prout etiam dicimus de dote relictæ
per patrem in teſtamento filiæ iure inſtitu-
tionis, quæ ſuccedit loco legitimæ *Honded.*
conſ.53.n.12.lib.2. Rot. diuerſ.deciſ.60.n.30.
& deciſ.66. n.3. p.1. & coram Sanctiſſ.deciſ.
565.n.5. poſt Alex.conſ.131. poſt princ.verſ.
qua quidem dos. lib. 1.

E P I T O M E.

IDentitas ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant duo confines. ¶ Et quid ſi illi ſint diuerſi, aut generales, & conueniant pluribus corporibus. ¶ Vel quando non poſſunt adaptari, niſi rei, de qua agitur. ¶ Et in illorum probatione an ſtetur coniecturis, & adminiculis. ¶ Domus quo caſu dicatur cõpræhenſa in confinibus, ſi non reperiatur alia domus, cui correſpondeant demonſtrationes, quæ illi conueniebant, quamuis adeſſent aliæ, quæ ei non conuenirent. ¶ In annuis præſtationibus an requirantur tot præſcriptiones, quot ſunt anni non obſtante ſtatuto Vrbis. ¶ Expreſſio loci cum confinibus, quamuis requiratur pro forma, an ſatis ſit vt vnus locus, vel illud confine exprimatur, ſi quod exprimitur non poteſt alteri conuenire, quam illi, de quo quæritur.

S V M M A R I V M.

1 *Identitas probatur ex duobus confinibus. Intellige dummodo non ſint incerti, & adaptabiles pluribus corporibus. n. 2. Declara, vt n. 3. & 4.*
5 *Generalitas, & diuerſitas confinium non præiudicat, quando poſſunt conuenire ſolum vni rei, & tunc dicitur probata identitas.*
6 *In materia confinium multum defertur congruentiæ, & veriſimilitudini.*
7 *Adminicula admittuntur in probatione confinium.*
8 *Identitas probatur per coniecturas.*
9 *In antiquis ſufficit ſemiplena probatio identitatis.*
10 *Domus dicitur comprahenſa in confinibus, ſi non reperiatur alia domus, cui conueniant demonſtrationes, quæ illi conueniebant, quamuis eſſent aliæ, quæ non conuenirent. n. 11. & 12.*
13 *Expreſſio loci cum confinibus, quamuis requiratur pro forma, tamen ſufficiet, quod vnus locus, vel illud confine exprimatur, ſi illud expreſſum non poteſt in alio loco conuenire, quam ei, de quo agitur.*
14 *In annuis præſtationibus, & fructibus cenſuum tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, neque in eis obſtabit* Statut. Vrb. lib. 1. c. 138. & 159.

CAP. DCCCLXXXIII.

IDentitas domus, de qua agimus, eſt probata, nam verificantur duo confines in
inſtrumento enunciati, videlicet via ante
dictam domum, quæ tendit ad Eccleſiam
S. Ioannis de mercatello, & viam retro eam-
dem domum, quæ vadit ad Macellum corui,
1 & ad ſcalas Aracæli, † ex quibus duobus
confinibus regulariter dicitur conſtare de
identitate *l. forma. 4. in princ.* vbi *Gloſ. in*
verb. vicinos. ff. de cenſib. Bart. in l. demon-
ſtratio falſa. q.7. n.14. ff. de condition. & de-
monſtrat. quem ſæpius per Rotam approba-
tum teſtatur *R.P.D.Pamphilius Forolinien.*
fideicommiſſi. 11. *Februarÿ* 1613. *quæ eſt de-*
ciſ.459.n.1. in fin. par.1. in recentior. Alex.
conſ.73. n. 6. lib. 3.
Neque obſtat, quod per dictas duas demonſtra-
tiones, ſeu confines non dicatur probata
2 identitas, † tanquam illi poſſint alijs bonis
conuenire, ſtante incertitudine, & generali-
tate talium confinium, cum tamen ad iſtum
effectũ debeant eſſe ſpeciales, & non adapta-
biles alijs corporibus *Rot. deciſ.295. n.8. ad*
fin. & n. 9. in princ. p.1. in recentior. iuxta
opinionem *Caſtr. in l. in teſtamento quidam.*
ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ.73. n.8.
verſ. plus dicit. lib. 3. & conſ.38. n.5. lib.5.
Ruin. conſ. 30. n.6. lib.1. Rot. coram R.P.D.
Remboldo Bononien. de Bonſignoribus, 10.
Ianuarÿ 1622. *& coram eod. Peruſina fidei-*
commiſſi de Gratianis 25. *Iunÿ* 1623.
Quia prædicta procedunt, quando ex iſtis de-
3 mõſtrationibus reſultaret incertitudo, † per
quam obſcuraretur probatio identitatis, vt
dicitur in *d. deciſ.* 295. & latius in *Romana*
Caſtri Orciani coram R.P.D.Orano. 1. *April.*
1591. ex qua deſumpta eſt *d.deciſ.*295. & latè
declarat *Surd. conſ.* 235. *n.19. lib.2. Roland.*
conſ.67.n.18. & 19.lib.2. Ruin.conſ.115.n.4.
lib.5. Pariſ. conſ.58. n.22. & 24.lib.3. Alex.
in l. ſi in nomine.4.n.2.ad fin. & ibi Rimin.
in fin. C. de teſtam. Hieron. de Monte in
tract. fin. regundor. c.87. n.8.
Iſta autem incertitudo non reſultat in caſu no-
ſtro, cum in dicta via nulla adſit alia domus,
quæ habeat eoſdem confines ante, & retro,
4 prout habet domus, de qua agimus, † ma-
ximè, quia in ea adſunt aliæ circumſtantiæ,
& qualitates deſcriptæ in inſtrumento, quæ
cæteris domibus ibidem exiſtentibus non
conueniunt, videlicet locus diſcopertus, &
tinellus, & cantina, cum cameris, & alijs
ibidem deſcriptis, itaut omnibus iſtis con-
currentibus non adſit aliqua incertitudo, &
magis ſit probata identitas per dictos duos
confines enunciatos *Maſcard. concluſ. 874.*
n.3. in fin. poſt Corn. conſ.280. n.5. ad med.
lib.3. & conſ.61. n.19. eod. lib. Burſat. conſ.
5 *106. n. 22. in fin. lib.1.* † Itaut nedum gene-
ralitas, ſed neque diuerſitas confinium non
nocet, quando poſſunt conuenire vni rei,
tunc

tunc enim dicitur probata identitas *Aim. conſ. 198. n. 2. ante med. verſ. fortius ſcribit. Corn. conſ. 230. col. penult. ad fin. lib. 4.*

Maximè, quia in materia confinium multum
6 defertur congruentiæ, † & veriſimilitudini *Rot. coram Card. Sacrato Balneoregien. confinium. 19. Decembris 1603. & coram eodem Tiburtina confinium. 4. Martij 1611. qua eſt decis. 334. n. 2. p. 2. in recentior. poſt Decian. conſ. 20. n. 17. lib. 3.* Præſertim, quia in eadem materia confinium tanquam difficilis
7 probationis, † multum attenduntur adminicula *c. cum cauſam. in fin.* vbi *Bald. in princ. Felin. n. 1. de probat. Alex. conſ. 90. n. 4. lib. 6. Pariſ. conſ. 27. n. 15. lib. 1. Hieron. de Mont. de finib. c. 53. Rot. diuerſ. decis. 310. p. 2. & d. decis. 334. n. 1. in fin. par. 2. in recentiorib.*

Cum etiam paſſim probetur identitas per con-
8 iecturas † *Ang. in l. ſi certis annis. C. de pact. Bald. conſ. 267. lib. 2. Affl. decis. 23. n. 3. Siluan. conſ. 57. n. 5. cum ſeq. Maſcard. concl. 874. n. 6. Cephal. conſ. 170. n. 25. lib. 2.* Tanquam de facili præſumatur identitas corporis *Anchar. conſ. 194. in cauſa & quæſtione iaannis. ad fin. Aim. conſ. 198. n. 2. poſt princ. verſ. facit.*

Præterea ſumus in antiquis, in quibus ſufficeret
9 ret etiam ſemiplena probatio † identitatis *Socin. conſ. 89. n. 3. lib. 1.* iuxta *c. cum cauſam. de probat. Cardin. in clem. 1. oppoſ. 3. eod. tit. Dec. conſ. 109. pro tenui. col. 2. ad med. Siluan. conſ. 57. n. 6. in fin. Pariſ. conſ. 107. n. 7. lib. 1.* Vnde etiam admittitur probatio per verba enunciatiua poſita in inſtrumento antiquo *Gloſ. in c. ſeries. in verb. inſtrumentum. de teſtib. & in c. ſi papa. in verb. probata. de priuileg. in 6. Barbat. conſ. 6. n. 3. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 65. n. 7. lib. 1.*

Quibus additur, quod ſi iſti confines non conuenirent huic domui, nulla alia reperiretur domus in illo loco, cui poſſent ad vnguem tales confines conuenire, vt in facto præ-
10 ſupponitur, † Vnde cum neceſſe ſit, quod vna domus reperiatur, quæ fuerit illa compræhenſa in confinibus antiquis, & tamen nulla alia repériatur, cui magis conueniant demonſtrationes, & confinia compræhenſa in inſtrumentis antiquis, quàm iſta, ſequitur, quod hæc ſit illamet, de qua quæritur, & quod ſufficiant duæ demonſtrationes adductæ, ita in terminis concludit *Decian. conſ. 17. n. 20. lib. 3.* iuxta doctrinam *Alex. in l. ſi*
11 *in nomine. col. 1. in fin. C. de teſtament.* † vbi quod licet quando ſunt quatuor confinia, ſeu demonſtrationes, quarum duæ conueniunt, & aliæ duæ non, res reddatur dubia, tanquam non debeant præualere magis illæ, quam iſtæ, Tamen hoc habebit locum, ſi appareret, quod illæ duæ demonſtrationes, quæ non conueniunt rei, de qua agitur, conuenirent
12 alteri, ſecus quando, † prout in caſu noſtro, de hoc non doceretur, tunc enim eſt neceſ-

ſarium, quod adſit identitas, ex quo alia res non reperitur, cui omnes demonſtrationes conuenirent *Aim. conſ. 198. n. 2. verſ. fortius ſcribit. Surd. conſ. 235. n. 19. lib. 2. Rol. conſ. 67. n. 19. lib. 2.*

Quod confirmatur, uam licet in aliquibus caſibus requiratur pro forma expreſſio loci cũ
13 confinibus, † Nihilominus ſufficiet, quod vnus locus exprimatur, vel illud confine, ſi illud expreſſum non poteſt in alio loco conuenire, quam ei, de quo agitur *Bart. in l. demonſtratio falſa. q. 7. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. libellorum. in princ. ff. de accuſation. & in l. cum ſeruo. ff. de contrah. empt. Alex. in l. 2. ff. de liber. & poſthum. Bald. & Roman. in l. certum. ff. ſi cert. petat. Decian. conſ. 17. n. 20. ante med. verſ. quod dictum confirmatur. lib. 3.*

Cum igitur conſtet de identitate domus, bene fuerunt relaxata mandata, quorum executio non debet retardari ſub prætextu prætenſæ
14 præſcriptionis, † cum enim ſimus in annuis præſtationibus, & fructibus cenſuum, tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni *Butr. in c. peruenit. n. 27. de cenſib. Fulgoſ. conſ. 164. n. 1. Capell. Tholoſ. decis. 343. Boer. decis. 366. Guid. Pap. decis. 406. ad fin. Cencius de cenſib. p. 3. c. 1. q. 8. art. 2. n. 1. & 17. fol. 265. Put. decis. 209. n. 2. lib. 1. Mohedan. decis. 226. Rot. coram R. P. D. Gypſio Romana cenſus de caſarellis. 9. Decembris 1587. & coram Card. Millino Romana fructuum cenſus. 13. Iunij 1603. & coram R. P. D. Vbaldo Vormatienſis cenſus. 23. Iunij 1614.* quæ omnes ſunt impreſſæ poſt *tract. de cenſib. Ludouic. Cencij decis. 230. n. 12. & decis. 302. n. 1.*
15 *& decis. 303. n. 3.* † vbi etiam, quod hoc caſu non obſtabit *ſtatut. Vrb. lib. 1. c. 158. & 159.* in quo expreſsè excipitur cenſus, & in eo non venit contractus iuratus, ideo poſſunt peti fructus decurſi per ſpatium 30. annorum, quia in illis ceſſat præſcriptio *Socin. Iun. conſ. 80. n. 74. lib. 3.*

E P I T O M E.

SOlutio quo caſu ſit facienda de moneta noua, ſeu de antiqua in contractibus, ſententijs, reſcriptis, mandatis Principum, & in obligatione cauſata ex lege, & ſtatuto, & ſimilibus. ¶ Et quid ſi debitor pro pluri illam expendiſſet propter ſuam induſtriam. ¶ Promiſſio cambiorum quando dicatur facta iuxta cambia noua, ſeu antiqua. ¶ Et an in eis conſideretur, quod valor monetæ accreſcat, ſeu decreſcat. ¶ Cauſa ſuperueniens quando ſit compræhenſa in contractu etiam iurato. ¶ Et de effectu clauſulæ rebus ſic ſtãtibus. ¶ Ducatus, quamuis non mutetur, an dicatur mutatus, ſi mutatur valor monetarum, ex quibus componitur. ¶ Et an moneta groſſa ſit æſtimanda per minutam, itaut decreſcente valore monetæ, decreſcant omnia,

nia, quæ ex ea conſtantur. ¶ Suſceptio caſuum fortuitorum an extendatur ad inſolitas mutationes prouenientes ex facto Principis. ¶ Taxatio monetæ ex quibus colligatur. ¶ Tempus contractæ obligationis an debeat attendi in ſolutione monetarum. ¶ Et quid ſi adſit timor crebræ mutationis illarum. ¶ Et quando talis ſuſpicio ſit conſideranda. ¶ Et quid ex præſumptione iuris, & veriſimilitudine contrahentiũ ſit ſtatuendum circa ſolutiones, quæ debent fieri propter mutationes monetarum. ¶ Litteræ cambij an habeant executionem paratam. ¶ Expoſitio rei incertæ, & dubio euentui an ſit præſumenda inter contrahentes. ¶ Princeps mutando monetam quando cenſeatur tollere obligationes iam contractas.

S V M M A R I V M.

1 *Litteræ cambij an habeant executionem paratam.*

2 *Moneta noua quando ſit ſoluenda, vel potius antiqua in contractibus, ſententijs, reſcriptis, & mandatis Principum, & obligatione cauſata ex lege, ſeu ſtatuto cum ſimilibus. n. 3. & 4. Et quid ſi debitor pro pluri illam expendiſſet propter ſuam induſtriam. n. 5.*

6 *Promiſſio cambiorum, quo caſu dicatur facta per contrahentes habito reſpectu ad cambia antiqua, ſeu noua.*

7 *In cambijs an conſideretur, quod valor monetæ accreſcat, ſeu decreſcat.*

8 *Princeps mutando monetam non cenſetur mutaſſe obligationes iam contractas.*

9 *Cauſa noua ſuperueniens non eſt comprehenſa in contractu etiam iurato, & tenaciſſimo. n. 10.*

11 *Ducatus, quamuis non mutetur, dicitur tamen mutatus, ſi mutatur valor monetarum, ex quibus ille componitur. n. 12.*

13 *Decreſcente valore monetæ, decreſcunt omnia, quæ ex ea conſtantur.*

14 *Moneta groſſa æſtimatur per minutam.*

15 *Suſceptio caſuum fortuitorum cum clauſulis ampliſſimis non extenditur ad inſolitas mutationes ex facto Principis prouenientes.*

16 *Solutio debet fieri de illa moneta, de qua partes cogitarunt. n. 17.*

18 *Tenor conuentionis attenditur circa ſolutionem monetæ. Intellige vt n. 19.*

20 *Taxatio monetæ quando dicatur facta.*

21 *Clauſula rebus ſic ſtantibus intelligitur in quacumque diſpoſitione.*

22 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima, vt partes cogitarint ſoluere de illa moneta, quæ currebat tempore contractus. & n. 23.*

24 *Poſt emptionem omne commodum, & incommodum ſpectat ad emptorem.*

25 *Tempus contractæ obligationis attenditur, quo ad ſolutionem monetarum, quando nullum fuit periculum crebræ mutationis, ſecus ſi adſit timor, nam tunc ſolutio eſt facienda iuxta valorem monetæ tempore ſolutionis. Declara vt n. 26. & 27.*

28 *Non eſt præſumendum, quod quis voluerit ſe ſubmittere rei incertæ, & futuro euentui. n. 32.*

29 *Timor mutationis monetæ quomodo inducatur. & n. 30.*

31 *Interpretatio eſt facienda contra eum, qui poterat apertius loqui.*

33 *Veriſimilitudo facit, vt iudicandum ſit pro eo, pro quo illa verificatur.*

CAP. DCCCLXXXIV.

OMiſſa quæſtione an litteræ cambij habeant executionem paratam, necne,
1 cuius deciſio † non eſt modo quærẽda, & dixi *ſupr. c. 569. n. 25.* concludendum eſt conſtare de ſolutione litterarum cambij, de quibus agimus, nam quamuis prætendatur, quod ſolutio cambiorum ſit facienda de menſe Maij, & Iunij 1621. ad rationem monetæ nouæ tunc currentis, Nihilominus verius eſt, quod debent attendi cambia facta ſuper moneta antiqua vltimi temporis, ante reprobationem monetæ à ciuitate Neapolis per Vrbem, Etenim Honofrius, & fratres de menſe Septembris 1621. promiſerũt ſoluere valorem ducatorum decem mille, & ſe acen-
2 tum, † quo tempore currebat moneta Regni antiqua, quæ non ponderabatur, vnde non poſſunt cogi ad ſoluẽdum valorem monetæ nouæ ad pondus melioris ligæ, quam erat moneta antiqua, cum non fuerit promiſſus valor monetæ nouæ, ſed antiquæ, & per conſequens ſtante mutatione monetæ melioris bonitatis, & ponderis eſt ſoluenda antiqua, vel noua ſecundum æſtimationem
3 antiquæ, † videlicet, vt tantum detur de noua, quanti tempore ſolutionis venderetur, & valeret antiqua, cum ſemper partes cogitauerint in ſolutione ſimilium monetarum, quod attendãtur illæ, quæ currunt tempore, quo contractus fit, & obligatio oritur, non autem quando cedit ſolutio in futurum tempus, tanquam in contractibus inſpiciatur conſenſus iuxta tempus, quo diſpoſitio celebratur, & formatur *c. cum canonicis. de cenſib. Gabr. conſ. 164. n. 4. cum ſeq. lib. 1. Couar. veter. numiſm. collat. c. 7. § vnic. n. 2. verſ. tertia concluſio. Brun. de monet. augment. & diminution. partic. ſeu concluſ. 1.*
4 *n. 1.* vbi infinitos adducit, † & ampliat in debito contracto per ſententiam ex Iudicis condemnatione, ſeu reſcripto, & mandato Principis, & in obligatione cauſata ex lege, & conſtitutione, aut ſtatuto, & etiam ſi debitor pro pluri expendiſſet, quia non poſſet peti, quod fiat ſolutio ſecundum quod fuit
5 expenſa, † tanquam lucrum ex induſtria ſic ipſius debitoris *Alber. & Iacob. de Aren. in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* iuxta *l. 3. ff. ad leg.*

tunc enim dicitur probata identitas Aim.
conſ. 198. n. 2. ante med. verſ. fortius ſcri-
bit. Corn. conſ. 230. col.penult.ad fin.lib.4.
Maximè, quia in materia confinium multum
6 deſertur congruentiæ, † & veriſimilitudini
Rot. coram Card.Sacrato Balneoregien.con-
finium. 19.Decembris 1603. & coram eodem
Tiburtina confinium.4.Martij 1611.quæ eſt
deciſ.334. n.2. p.2. in recentior. poſt Decian.
conſ.20. n. 17. lib.3. Præſertim, quia in ea-
dem materia confinium tanquam difficilis
7 probationis, † multum attenduntur admi-
nicula c. cum cauſam. in fin. vbi Bald. in
princ. Felin. n. 1. de probat. Alex. conſ. 90.
n.4. lib.6. Pariſ.conſ.27. n.15. lib.1. Hieron.
de Mont. de finib. c. 53. Rot. diuerſ. deciſ.
310. p. 2. & d. deciſ. 334. n. 1. in fin. par. 2.
in recentiorib.
Cum etiam paſſim probetur identitas per con-
8 iecturas † Ang. in l. ſi certis annis. C.de pact.
Bald.conſ.267. lib.2. Affl. deciſ.23. n.3. Sil-
uan. conſ.57. n.5. cum ſeq. Maſcard. concl.
874. n.6. Cephal. conſ. 170. n.25. lib.2. Tan-
quam de facili præſumatur identitas corpo-
ris Ancbar. conſ. 194. in cauſa & quæſtio-
ne ioannis. ad fin. Aim. conſ. 198. n. 2. poſt
princ. verſ. facit.
Præterea ſumus in antiquis, in quibus ſuffice-
9 ret etiam ſemiplena probatio † identitatis
Socin. conſ. 89. n. 3. lib. 1. iuxta c. cum cau-
ſam. de probat. Cardin. in clem. 1. oppoſ. 3.
eod. tit. Dec. conſ. 109. pro tenui. col. 2. ad
med. Siluan. conſ.57. n.6. in fin. Pariſ.conſ.
107. n. 7. lib.1. Vnde etiam admittitur pro-
batio per verba enunciatiua poſita in inſtru-
mento antiquo Gloſ. in c. ſeries. in verb.in-
ſtrumentum. de teſtib. & in c. ſi papa. in
verb. probata. de priuileg. in 6. Barbat.conſ.
6. n. 3. lib.2. Socin. Iun.conſ.65. n.7. lib.1.
Quibus additur, quod ſi iſti confines non con-
uenirent huic domui, nulla alia reperiretur
domus in illo loco, cui poſſent ad vnguem
tales confines conuenire, vt in facto præ-
10 ſupponitur, † Vnde cum neceſſe ſit, quod
vna domus reperiatur, quæ fuerit illa com-
præhenſa in confinibus antiquis, & tamen
nulla alia reperiatur, cui magis conueniant
demonſtrationes, & confinia compræhenſa
in inſtrumentis antiquis, quàm iſta, ſequi-
tur, quod hæc ſit illamet, de qua quæritur,
& quod ſufficiant duæ demonſtrationes ad-
ductæ, ita in terminis concludit Decian.conſ.
17. n.20. lib.3. iuxta doctrinam Alex. in l. ſi
11 in nomine. col.1. in fin. C.de teſtament. † vbi
quod licet quando ſunt quatuor confinia, ſeu
demonſtrationes, quarum duæ conueniunt,
& aliæ duæ non, res reddatur dubia, tanquam
non debeant præualere magis illæ, quam
iſtæ, Tamen hoc habebit locum, ſi appareret,
quod illæ duæ demonſtrationes, quæ non
conueniunt rei, de qua agitur, conuenirent
12 alteri, ſecus quando, † prout in caſu noſtro,
de hoc non doceretur, tunc enim eſt neceſ-
ſarium, quod adſit identitas, ex quo alia
res non reperitur, cui omnes demonſtratio-
nes conuenirent Aim.conſ.198.n.2.verſ. for-
tius ſcribit. Surd. conſ. 235. n.19. lib.2. Rol.
conſ. 67. n. 19. lib. 2.
Quod confirmatur, nam licet in aliquibus ca-
ſibus requiratur pro forma expreſſio loci cũ
13 confinibus, † Nihilominus ſufficiet, quod
vnus locus exprimatur, vel illud confine, ſi
illud expreſſum non poteſt in alio loco con-
uenire, quam ei, de quo agitur Bart. in l.
demonſtratio falſa. q.7. ff. de condit. & de-
monſtrat. & in l. libellorum. in princ. ff. de
accuſation. & in l. cum ſeruo. ff.de contrah.
empt. Alex. in l. 2. ff. de liber. & poſthum.
Bald. & Roman. in l.certum. ff. ſi cert.petat.
Decian. conſ. 17. n. 20. ante med. verſ. quod
dictum confirmatur. lib.3.
Cum igitur conſtet de identitate domus, bene
fuerunt relaxata mandata, quorum executio
non debet retardari ſub prætextu prætenſæ
14 præſcriptionis, † cum enim ſimus in annuis
præſtationibus, & fructibus cenſuum, tot re-
quiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni
Butr. in c. peruenit. n.27. de cenſib. Fulgoſ.
conſ.164. n.1. Capell. Tholoſ.deciſ.343. Boer.
deciſ.366. Guid. Pap. deciſ.406. ad fin. Cen-
cius de cenſib. p.3. c. 1. q.8. art.2. n.1. & 17.
fol.265. Put. deciſ.209. n.2. lib.1. Mohedan.
deciſ.226. Rot. coram R. P. D. Gypſio Roma-
na. cenſus de caſarellis. 9. Decembris 1587.
& coram Card. Millino Romana fructuum
cenſus. 13. Iunij 1603. & coram R.P.D.Vbal-
do Vormatienſis cenſus. 23. Iunij 1614. quæ
omnes ſunt impreſſæ poſt tract.de cenſib.Lu-
douic.Cencij deciſ.230. n.12. & deciſ.302. n.1.
15 & deciſ.303. n.3. † vbi etiam, quod hoc caſu
non obſtabit ſtatut.Vrb.lib.1. c.158. & 159.
in quo expreſsè excipitur cenſus, & in eo
non venit contractus iuratus, ideo poſſunt
peti fructus decurſi per ſpatium 30. anno-
rum, quia in illis ceſſat præſcriptio Socin.
Iun. conſ. 80. n. 74. lib. 3.

E P I T O M E.

SOlutio quo caſu ſit facienda de moneta
noua, ſeu de antiqua in contractibus,
ſententijs, reſcriptis, mandatis Principum,
& in obligatione cauſata ex lege, & ſtatuto,
& ſimilibus. ¶ Et quid ſi debitor pro pluri
illam expendiſſet propter ſuam induſtriam.
¶ Promiſſio cambiorum quando dicatur fa-
cta iuxta cambia noua, ſeu antiqua. ¶ Et an
in eis conſideretur, quod valor monetæ ac-
creſcat, ſeu decreſcat. ¶ Cauſa ſuperueniens
quando ſit compræhenſa in contractu etiam
iurato. ¶ Et de effectu clauſulæ rebus ſic ſtã-
tibus. ¶ Ducatus, quamuis non mutetur, an
dicatur mutatus, ſi mutatur valor moneta-
rum, ex quibus componitur. ¶ Et an mo-
neta groſſa ſit æſtimanda per minutam, ita ut
decreſcente valore monetæ, decreſcant om-
nia,

nia, quæ ex ea conſtantur. ¶ Suſceptio caſuum fortuitorum an extendatur ad inſolitas mutationes prouenientes ex facto Principis. ¶ Taxatio monetæ ex quibus colligatur. ¶ Tempus contractæ obligationis an debeat attendi in ſolutione monetarum. ¶ Et quid ſi adſit timor crebræ mutationis illarum. ¶ Et quando talis ſuſpitio ſit conſideranda. ¶ Et quid ex præſumptione iuris, & veriſimilitudine contrahentiũ ſit ſtatuendum circa ſolutiones, quæ debent fieri propter mutationes monetarum. ¶ Litteræ cambij an habeant executionem paratam. ¶ Expoſitio rei incertæ, & dubio euentui an ſit præſumenda inter contrahentes. ¶ Princeps mutando monetam quando cenſeatur tollere obligationes iam contractas.

S V M M A R I V M.

1 *Littera cambij an habeant executionem paratam.*
2 *Moneta noua quando ſit ſoluenda, vel potius antiqua in contractibus, ſententijs, reſcriptis, & mandatis Principum, & obligatione cauſata ex lege, ſeu ſtatuto cum ſimilibus. n. 3. & 4. Et quid ſi debitor pro pluri illam expendiſſet propter ſuam induſtriam. n. 5.*
6 *Promiſſio cambiorum, quo caſu dicatur facta per contrahentes habito reſpectu ad cambia antiqua, ſeu noua.*
7 *In cambijs an conſideretur, quod valor monetæ accreſcat, ſeu decreſcat.*
8 *Princeps mutando monetam non cenſetur mutaſſe obligationes iam contractas.*
9 *Cauſa noua ſuperueniens non eſt comprehenſa in contractu etiam iurato, & tenaciſſimo. n. 10.*
11 *Ducatus, quamuis non mutetur, dicitur tamen mutatus, ſi mutatur valor monetarum, ex quibus ille componitur. n. 12.*
13 *Decreſcente valore monetæ, decreſcunt omnia, quæ ex ea conſtantur.*
14 *Moneta groſſa æſtimatur per minutam.*
15 *Suſceptio caſuum fortuitorum cum clauſulis ampliſſimis non extenditur ad inſolitas mutationes ex facto Principis prouenientes.*
16 *Solutio debet fieri de illa moneta, de qua partes cogitarunt. n. 17.*
18 *Tenor conuentionis attenditur circa ſolutionem monetæ. Intellige vt n. 19.*
20 *Taxatio monetæ quando dicatur facta.*
21 *Clauſula rebus ſic ſtantibus intelligitur in quacumque diſpoſitione.*
22 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima, vt partes cogitarint ſoluere de illa moneta, quæ currebat tempore contractus. & n. 23.*
24 *Poſt emptionem omne commodum, & incommodum ſpectat ad emptorem.*
25 *Tempus contractæ obligationis attenditur, quo ad ſolutionem monetarum, quando nullum fuit periculum crebræ mutationis, ſecus ſi adſit timor, nam tunc ſolutio eſt facienda iuxta valorem monetæ tempore ſolutionis. Declara vt n. 26. & 27.*
28 *Non eſt præſumendum, quod quis voluerit ſe ſubmittere rei incertæ, & futuro euentui. n. 32.*
29 *Timor mutationis monetæ quomodo inducatur. & n. 30.*
31 *Interpretatio eſt facienda contra eum, qui poterat apertius loqui.*
33 *Veriſimilitudo facit, vt iudicandum ſit pro eo, pro quo illa verificatur.*

CAP. DCCCLXXXIV.

OMiſſa quæſtione an litteræ cambij habeant executionem paratam, necne,
1 cuius deciſio † non eſt modo quærẽda, & dixi
ſupr. c. 569. n. 25. concludendum eſt conſtare de ſolutione litterarum cambij, de quibus agimus, nam quamuis prætendatur, quod ſolutio cambiorum ſit facienda de menſe Maij, & Iunij 1621. ad rationem monetæ nouæ tunc currentis, Nihilominus verius eſt, quod debent attendi cambia facta ſuper moneta antiqua vltimi temporis, ante reprobationem monetæ à ciuitate Neapolis per Vrbem, Etenim Honofrius, & fratres de menſe Septembris 1621. promiſerũt ſoluere valorem ducatorum decem mille, & ſexcen-
2 tum, † quo tempore currebat moneta Regni antiqua, quæ non ponderabatur, vnde non poſſunt cogi ad ſoluẽdum valorem monetæ nouæ ad pondus melioris ligæ, quàm erat moneta antiqua, cum non fuerit promiſſus valor monetæ nouæ, ſed antiquæ, & per conſequens ſtante mutatione monetæ melioris bonitatis, & ponderis eſt ſoluenda antiqua, vel noua ſecundum æſtimationem
3 antiquæ, † videlicet, vt tantum detur de noua, quanti tempore ſolutionis venderetur, & valeret antiqua, cum ſemper partes cogitauerint in ſolutione ſimilium monetarum, quod attendãtur illæ, quæ currunt tempore, quo contractus ſit, & obligatio oritur, non autem quando cedit ſolutio in futurum tempus, tanquam in contractibus inſpiciatur conſenſus iuxta tempus, quo diſpoſitio celebratur, & formatur *c. cum canonicis. de cenſib. Gabr. conſ. 164. n. 4. cum ſeq. lib. 1. Couar. veter. numiſm. collat. c. 7. § vnic. n. 2. verſ. tertia concluſio. Brun. de monet. augment. & diminution. partic. ſeu concluſ. 1.*
4 *n. 1.* vbi infinitos adducit, † & ampliat in debito contracto per ſententiam ex Iudicis condemnatione, ſeu reſcripto, & mandato Principis, & in obligatione cauſata ex lege, & conſtitutione, aut ſtatuto, & etiam ſi debitor pro pluri expendiſſet, quia non poſſet peti, quod fiat ſolutio ſecundum quod fuit
5 expenſa, † tanquam lucrum ex induſtria ſit ipſius debitoris *Alber. & Iacob. de Aren. in l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* iuxta *l. 3. ff. ad leg.*

Digitized by Google

leg. falcid. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de
pignorat. action. Brun. de monet. augm. &
diminut. partic. ſeu declarat. 13. n. 1. fol. 394.
Neque obſtat, quod ſolutio fuerit promiſſa,
iuxta computum cambiorum, quod fuiſſet à
ciuitate Neapoli per Vrbem prima hebdo-
mada Maij, & Iunij, & ſic ad rationem duca-
torum 138. pro quolibet centenario ſcuto-
6 rum auri ſtamparum, † Nam cambia non
fuerunt facta ſuper moneta, quę erat in obli-
gatione ſoluendi in dictis litteris, ſed ſuper
alia moneta melioris ligæ, quæ ponderaba-
tur, vnde de huiuſmodi cambijs partes non
intellexerunt, ſed de cambijs ſuper moneta
antiqua, quæ debent attendi tanquam de
dicto tempore oriatur obligatio, vt dictum
eſt *Bald. in l. ſi duobus. in princ. verſ. item*
quæro. C. commun. de legat. Abb. in c. quan-
to. col. penult. de iureiurand. Afſl. in c. 1. in
verb. moneta. quæ ſint regal. & deciſ. 194.
n. 2. Socin. Iun. conſ. 145. n. 94. lib. 4. Mi-
ſinger. centur. 4. obſeruat. 1. n. 2. Curt. Iun.
in l. cum quid. n. 13. ff. ſi cert. petat.
Minus obſtat, quod in cambijs non conſidere-
tur, quod valor monetæ accreſcat, vel de-
creſcat, cum ſimilia augmenta, & diminu-
7 tiones quotidie contingant, † Nam hoc pro-
cedit, quãdo hęc omnia contingunt ex curſu
temporis, tunc enim illa fuerunt per partes
cogitata, ſecus autem quãdo cambia decre-
uerunt, aut creuerunt ex futura mutatione
monetæ, cum de ea non ſit credendum, quod
contrahentes cogitauerint tẽpore ſuæ obli-
gationis, & quod voluerint ſe committere
periculo ſimilium mutationum *Calcan. conſ.*
15. n. 15. verſ. idem facit quia. col. 2. iuxta
l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de donation.
int. vir. & uxor. Salic. in l. vlt. C. ſi cert. petat.
Rubeus conſ. 17. col. 2. verſ. verumtamen.
8 *Menoch. conſ. 49. n. 6.* † Prout quoquè Prin-
ceps, quando pecuniam mutat, non dicitur
mutaſſe obligationes iam cõtractas *Salic. in*
l. ſi ex legati cauſa. verſ. iuxta prædicta mo-
ueo dubia. ff. de verbor. obligationib. Guid.
Pap. deciſ. 493. ſi fiat monetæ mutatio. poſt
princ. verſ. & quia graue.
Maximè, quia in omnibus contractibus, & qui-
buſcumque diſpoſitionibus ſemper intelli-
9 gitur clauſula illa rebus ſic ſtantibus, † itaut
ſi noua cauſa ſuperueniat, liceat contraue-
nire, tanquam illa non cenſeatur in contra-
ctu compræhenſa *Dec. conſ. 334. viſo conſilio*
clariſſimi. n. 3. & 4. Aim. conſ. 95. n. 4. Natt.
conſ. 525. n. 16. Ruin. conſ. 170. n. 13. lib. 1.
Oſaſc. deciſ. 91. n. 2.
Quod procedit in quibuſcumque actibus, &
10 promiſſionibus tenaciſſimis, & iuratis, † quæ
ſemper intelliguntur eodem ſtatu manente,
vt latè comprobat *Tiraq. in l. ſi unquam. in*
præfation. n. 166. uſque ad 173. C. de reuo-
cand. donationib. iuxta *l. vltim. in princ. ff.*
ad municipal. c. 2. de renunciation. c. vene-
rabilem. in fin. de election. Bald. in l. fin.
col. 2. verſ. ſeptimo ineſt conditio. C. de non
numer. pecun. Caſtr. conſ. 348. non eſt du-
bium. ad fin. lib. 1. Dec. conſ. 408. in præſenti
conſultatione. col. 2. poſt med. n. 11. Brun. conſ.
99. in fin. Bertrand. conſ. 67. n. 3. lib. 3.
Nec facit, quod ducatus, de quo fit mentio in
litteris, non ſit mutatus, prout nec alia mo-
neta regni, præter tredicinquas, & zannet-
tas, quarum mutatio non debet attendi, cum
11 illæ non ſint in obligatione, † Quia ducatus
componitur ex dicta monetis reprobatis,
& mutatis, Nam tempore, quo fuerunt ac-
ceptæ ad cambiũ pecuniæ, & promiſſæ ſolui,
non currebant, niſi dictæ zannettæ poſtea
reprobatæ etiam in banchis, vt deponunt
teſtes in *ſummar. n. 4.* & clarè legitur in
12 pragmatica, † vbi etiam quod propter di-
ctas monetas fuerunt alterata cambia in ma-
ximo exceſſu vltra eorum iuſtum valorem,
Vnde etiam ducatus erit diminutus, tãquam
13 compoſitus ex monetis diminutis, † cum
decreſcente æſtimatione monetæ, decreſcant
omnia, quæ ex illa conſtantur *l. 4. vbi Bart.*
Ang. & Luc. de Penn. C. de veter. numiſmat.
poteſt. lib. 10. Purpur. conſ. 279. n. 5. lib. 1. poſt
Oldrad. conſ. 250. factum tale eſt. col. 1. Curt.
Iun. in l. cum quid. n. 23. ff. ſi cert. petat.
14 Tanquam † moneta groſſa æſtimetur per mi-
nutam *Abb. in c. quanto. 18. col. penult. ad*
med. verſ. hoc tamen limitauit. de iureiur.
Amplius neque obſtaret, quod promiſſio eſſet
facta riſico, & fortuna promittentis, cum ſu-
ſceptione caſuum fortuitorum, & ſimilium,
quia omnia iſta intelliguntur rebus non mu-
tatis, de quarum mutatione partes non co-
15 gitarunt, † & in quibus non fuit intentio
Principis illis nocere, ideo talis promiſſio
etiam cum dictis clauſulis, & amplioribus
facta non extenditur ad iſtas inſolitas muta-
tiones ex facto Principis prouenientes, prout
latè comprobat *Aim. conſ. 95. n. 1. uſque ad 9.*
poſt Anchar. conſ. 402. Dec. conſ. 335. col. 2.
Bald. conſ. 396. quidam habens vnum fi-
lium. lib. 3.
Additur, quod ſi aliqua moneta currebat ante
16 mutationem, & decretum, † vt monetæ da-
rentur ad pondus, non dabatur pro eius va-
lore, quia pro ducato carolenorum nouem
opus erat dare carolenos 16. & 18. de mo-
neta Zannette, & de duplis auri carolenos
50. vſq; ad 54. vt deponunt teſtes in *d. ſum-*
mar. n. 4. Adeo vt ex hoc clarè appareat,
quod valor omnium monetarum tàm Regni,
quàm extra Regnũ regulabatur à curſu Zan-
17 nettarum, † vnde illæ debent attendi nulla
habita conſideratione monetæ nouæ, quæ
erat ſoluenda ad pondus, de quo pondere
nulla fuit facta obligatio, & per conſequens
promittentes illam ſic ponderatam ſoluere
non tenentur tanquam de ea non ſenſerint
Brun. de monet. augment. & diminut. par-
ticul. 1. n. 2. Theſaur. deciſ. 174. n. 1. Purpur.
conſ. 179. n. 4. & 5. lib. 1.

Neque

Digitized by Google

Neque aduerſatur, quod circa ſolutionem monetæ ſit attendendus tenor conuentionis,
18 quæ fuit, † vt ſoluantur tot ſcuta auri ſtamparum calculando cambium ad rationem Maij, & Iunij, vnde non conſideratur amplius mutatio monetæ, ſiue in melius, ſiue in peius ſtante taxatione conuenta *Menoch. conſ. 49. n. 10. Surd. conſ. 392. n. 16. & conſ. 438. n. 9. Theſaur. de augm. monet. par. 1. n. 72.*
Quia huiuſmodi taxatio non adeſt in caſu no-
19 ſtro, † non enim fuit conuentum, vt pro ducatis decem mille, & ſexcentum ſoluerentur ſcuta auri ſtamparum octo mille, vel nouem mille, tunc enim eſſet determinatũ pretium certum, & illud eſſet ſoluendum, prout concludunt omnes doctores exaduerſo allegati, ſed ſolum fuit promiſſa ſolutio valoris ducatorum decem mille, & ſexcentum monetæ Regni ad rationem carlenorum decem pro quolibet ducato, quæ erunt ſoluenda in ſcutis auri ſtamparum calculato cambio menſis
20 Maij, & Iunij 1623. † ex quibus verbis apparet, quod nulla fuit facta taxatio monetæ in conuentione, cum ducati Regni tantum ſint in obligatione, quorum valor, licet ſit ſoluendus in auro, non tamen fuit expreſſus numerus aureorum, & quamuis ſit additum cambium menſis Maij, & Iunij, Nihilominus iſta additio intelligitur de cambio illius monetæ antiquæ prius promiſſæ, quatenus
21 curreret, † non autem de cambio nouæ monetæ propter reprobationem antiquæ, & ſic dũmodo res in eodẽ ſtatu permaneret *Aim. conſ. 95. n. 4. col. 2. ad med. Pariſ. conſ. 24. n. 72. lib. 2. Afflict. deciſ. 328. n. 4. Socin. conſ. 123. n. 8. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 91. n. 2. & 3. Natt. conſ. 50.*
22 *n. 1. cum alijs ſupra allegatis.* † Ideo ſemper recurrendum eſt ad præſumptionẽ iuris diſponentis, quod partes cogitarunt de illa moneta, quæ currebat tempore contractus *Roman. conſ. 123. circa primum. col. 1. Pur-*
23 *pur. conſ. 179. n. 6. & 7. lib. 1.* † vbi quod in hac materia tales præſumptiones dicuntur liquidiſſimæ probationes *l. licet imperator. ff. de legat. 1. Gloſ. in l. ſi tutor petitus. C. de pericul. tut.*
Nec ſubſiſtit, quod cambium ſit emptio, & venditio, itaut poſt illud dominium ducatorum ſit translatum in cambiantes venditores, prout dominium aureorum ſtamparum in emptores, ad quos omnes ſpectat commodum, & incommodum poſtea ſuperueniens
24 *l. æſtimatis. 51. ff. ſolut. matrimon.* † Quia ſiue cambium ſit emptio, ſiue mutuum, ſiue permutatio, ſiue contractus innominatus do vt des, de quo modo non eſt quærendum, ſatis eſt, quod in quacumque diſpoſitione ſimus etiam iurata, & cum ampliſſimis clauſulis facta, ſemper illa ſit intelligenda rebus ſic ſtantibus, cum partes noluerint ſe obligare, niſi iuxta valorem monetæ, quæ tempore contractus currebat *Tiraq. in l. ſi unquam. in præfation. n. 166. cum ſeq. C. de reuocand. donationib.*
Neque obſtat, quod tunc attendatur tempus contractæ obligationis quo ad monetarum
25 ſolutionem, † quando tempore contractus nullum fuit periculum crebræ mutationis monetæ, & illius valoris, ſecus ſi fuit timor, nam tunc ſolutio eſt facienda iuxta valorem, quem habet moneta tempore ſolutionis *Federic. Martin. de iur. cenſ. ſeu annuor. reddit. c. 5. n. 75.* quod prius voluit *Couarr. veter. numiſmat. collat. c. 7. §. vnic. n. 5. verſ. octaua concluſio. fol. 204.*
Nam timor huiuſmodi mutationis non verificatur, quia per edictum publicatũ de menſe Iulij 1621. antequam fuiſſet facta obligatio
26 cambiorum † præcipitur, quod omnes liberè, & abſque vllo timore perciperent dictas malas monetas, & cum eis negotiarẽtur ſub fide, & verbo Principis, quia damnum mutationis monetæ fuiſſet commune, tàm habentibus, quàm non habentibus eamdem malam monetam, ex quo præcepto non poteſt dici, quod Honofrius, & fratres habuerint timorem mutationis, & quod voluerint in ſe aſſumere riſicum damnorum mutatio-
27 nis monetæ, † ſed ſolum, quod intellexerint velle ſoluere ſecundum cambia, quæ ordinariè currebant ſuper moneta antiqua tẽpore obligationis, maximè, quia ignorabatur tempus mutationis, cum à primo edicto vſque ad reprobationem monetarum, & mãdati facti, vt ad pondus illæ darentur effluxe-
28 rit annus integer, † tum etiam, quia neſciebatur an mutatio eſſet facienda in melius, vel in peius, itaut non ſit præſumendum, quod quis voluerit ſe ſubmittere rei incertæ, cum certa pro incertis non ſint dimittenda *l. cum titio. ff. ad leg. falcid. l. ſi ſtipulatus. ff. de fideiuſſorib. l. non quemadmodum. ff. de iudic.* & in propoſito noſtro ita arguit *Calcan. conſ. 15. n. 15. ad med. verſ. ad hoc facit. col. 5. in fin.*
Præterea in caſu noſtro adeſt mutatio monetæ tàm in bonitate extrinſeca, quàm intrinſeca, quia in totum fuit reprobata, cum præcepto, quod in ſolutionibus faciendis debe-
29 rent omnes monetæ ponderari, † quo caſu timor mutationis nihil operatur, tanquam talis timor ſolum ſit attendendus, quando mutatio pecuniæ contingeret quo ad bonitatẽ extrinſecam, tũc enim huiuſmodi mutatio nocet, & prodeſt etiam ante litẽ motam creditori, & ita intelliguntur adducta per *Feder. Martin. de iur. cenſ. ſeu ann. reddit.*
30 *c. 5. n. 75.* † qui loquitur iuxta opinionem *Couarr. de collat. veter. numiſmat. c. 7. §. vnic. n. 3. verſ. cæterum. col. 2. in fin.* vbi ad hunc effectum requirit iſtam qualitatem mutationis pecuniæ quo ad bonitatem extrinſecam non autem intrinſecam poſt *Abb. Butr. Burg.* & alios per *Couar.* allegatos.
Vlterius etiam admiſſo periculo, & timore

mu-

Digitized by Google

mutationis moneræ, qui tamen non adeſt ex
31 ſupra adductis, † Nihilominus talis timor aderat tàm in venditore, quàm emptore, cum vterque habuerit notitiam, vel debuiſſet habere dictę pragmaticæ ſtante illius publicatione facta de menſe Iulij 1621. Vnde propter huiuſmodi dubietatem, eſt facienda interpretatio contra venditorem, qui poterat apertius loqui, & voluntatem ſuam clarius conſcribere *l. veteribus. 40. ff. de pact. l. labeo ſcribit. ff. de contrahend. emption. Alex. conſ. 11. col. vlt. ad fin. lib. 2. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. n. 3. ff. de verbor. obligationib. Dec. in l. in contrahenda. 132. n. 1. ff. de regul. iur. & conſ. 200. in cauſa præſtantiſſimi. n. 3.*

Et huiuſmodi interpretatio eſt magis facienda contra venditorem, quia cum ea concurrit
32 veriſimilitudo, † tanquam non ſit credendum, quod contrahentes voluerint conuentionem ſuam regulare à futuro euentu dubio, & incerto, & ſe ſubmittere periculo mutationis monetæ nouæ, & incognitæ, & dependente à facto Principis, omiſſa moneta eis nota, ſuper qua fuit inita conuentio,
33 itaut ſtante † iſta veriſimilitudine Iudex debeat iudicare contra venditorē *Oldrad conſ. 115. ex forma iſtius. col. 1. in fin. & col. 3. verſ. & cum dominus. Salic. in l. 1. col. 4. C. de edend. Corn. conſ. 319. circa primum. col. 1n. verſ. & hinc eſt. lib. 3. Anan. conſ. 53. col. 1. Dec. in d. l. in contrahenda. 132. n. 3. in fin. & ibi Mainer. in fin. ff. de regul. iur.* latiſſimè *Tiraq. in l. ſi vnquam. in præfat. n. 53. vſque ad 62. C. de reuocand. donationib.* vbi quod paſſim ita ſeruatur in contractibus, reſcriptis, ſtatutis, & quibuſcumque diſpoſitionibus *Bald. Ang. & Caſtr. & alij in l. tale pactum. §. vlt. ff. de pact.* Et in ſpecie mutationis monetæ iſtam veriſimilitudinem attendendam eſſe notat *Calcan. conſ. 15. n. 15. in fin. verſ. item facit quia in his mutationibus. col. 6. in princ.*

E P I T O M E.

CEnſus, ſeu annui redditus conſtituti ſuper re immobili quando iudicentur tāquam ſtabilia, & iura cohærentia ipſi rei. ¶ Et quo caſu in eorum alienatione requirantur ſolemnitates, cum varijs illorum effectibus. ¶ Statutum loquens de venditione, ſeu alienatione quando compræhendat permutationē. ¶ Argumentū à contrario ſenſu litterę an ſufficiat, vel etiam debeat adeſſe contrarius ſenſus ſtatuentium. ¶ Extinctio cenſus quando conſideretur ſtante dominio reducibili ad reuocationem. ¶ Venditio an dicatur, ſeu permutatio, ſi præponderet pecunia ſpeciei permutatæ. ¶ Et talis exceſſus in quanta parte debeat eſſe. ¶ Cenſus an ſit potius de loco contractus, vbi deſtinatur ſolutio, & vbi adeſt perſona creditoris, vel de loco, in quo fuit impoſitus. ¶ Lapſus termini an inducat renunciationem retractus. ¶ Et an illius priuilegium concedatur in cenſibus. ¶ Seu in re immobili permutata cum altera re immobili redimibili. ¶ Seu in permutatione rerum ſtabilium cum cēſibus.

S V M M A R I V M.

1 *Redditus annui, ſeu cenſus conſtituti ſuper re immobili indicantur tanquam ſtabilia, & iura cohærentia rei, & de varijs illorum effectibus. n. 2. 3. 4. 5. & 6.*
7 *In permutatione annuorum redditnum cum re ſtabili non habet locum retractus. n. 9.*
8 *Caſus ſtatuti tollit omnem dubitationem.*
10 *Statutum loquens de alienatione an compræhendat permutationem. n. 12. 13. 14. & 15.*
11 *Verba ſunt ſtrictè intelligenda in ſtatutis.*
16 *Permutatio non compræhenditur in ſtatuto prohibente venditionem. Declara vt n. 17.*
18 *Venditio dicitur, non permutatio, ſi præponderet pecunia ſpeciei permutata. n. 19. 20. & 21. Itaut exceſſus debeat eſſe in tertia parte. n. 22.*
23 *Cenſus eſt potius de loco contractus, vbi deſtinatur ſolutio, & vbi eſt perſona creditoris, quam de loco, vbi fuit impoſitus.*
24 *Argumentum à contrario ſenſu litteræ non eſt ſumendum, cum debeat etiam eſſe à contrario ſenſu mentis ſtatuentium.*
25 *Extinctio cenſus non conſideratur ſtante dominio reducibili ad reuocationem. & n. 26.*
27 *Retractus an habeat locum quando fit conceſſio ſub annuo cenſu redimibili, prout quando fieret venditio. n. 28. & 32.*
29 *Præſens ſtatus rei debet attendi.*
30 *Cenſus dicitur perpetuus, quamuis iuxta formam Bullæ poſſit ſemper redimi.*
31 *Retractus non competit in re immobili permutata cum altera re immobili redimibili.*
33 *Lapſus termini à ſtatuto præfixi inducit renunciationem retractus.*
34 *Extenſio non eſt facienda vltra formam præciſam ſtatuti in alterius præiudicium.*
35 *In cenſibus quando habeat locum priuilegium retractus remiſſiuè.*

C A P. DCCCLXXXV.

CEnſus, ſeu annui redditus conſtituti ſuper re immobili iudicantur tanquam
1 res immobiles, † ſunt enim iura cohærentia ipſi rei, cum perceptione alicuius certæ quantitatis ex re, cui inhærent, itaut iſtud ius ſit ſeruitus quædam, & tanquam pars rei, neque enim eſt actio ipſa, per quam exigitur annua pecunia, ſeu vſusfructus, ſed eſt ius, ex quo naſcitur, & renaſcitur talis fructus, & ſicut res immobiles vendicantur, cō-petit enim pro eis confeſſoria, quæ datur pro iuribus incorporalibus inſtar rei vendicationis, & eſt actio realis, & datur iudicium peti-

petitorium, & poſſeſſorium contra quemli-
bet, tanquam ſit onus reale, quod concomi-
tatur rem ipſam quocumque vadat, cohæ-
rentia enim facit, vt in omnibus, & per om-
nia habeantur pro re immobili, non impro-
2 priè, † ſed propriè, & tanquam rei cohæ-
rentes nunquam faciunt tertiam ſpeciem,
ſed ſemper continentur ſub diſpoſitione im-
mobilium, etiam quod ſimus in materia
odioſa, & confiſcatione immobilium, & do-
natione, legato, & ſtatuto loquente de im-
mobilibus, adeo vt tales cenſus dicãtur per-
petui, quamuis ſint redimibiles, & eorum
3 ſint incapaces fratres minores,† & illos poſ-
ſidens excuſetur ab onere ſatiſdandi, & in
eis licitè feudum conſtituatur, & in eorum
alienatione facta per minores, & ciuitates,
& Eccleſiãs,& loca pia requirantur ſolemni-
tates, quæ in diſtractione immobilium re-
quiruntur, & ex eis ſit debita gabella, quæ
vigore ſtatuti eſt ſoluenda pro bonis ſtabili-
4 bus, cum omnibus alijs effectibus † ex qui-
bus reſultat talis adæquatio inter cenſus, &
bona immobilia, cum contraria procedant
in cenſibus, qui non cohærent rei immobili,
ſed ſolum debentur actione perſonali, iſti
enim faciunt tertiam ſpeciem,quãdo deben-
tur à perſona priuata, non autem à Repu-
blica, vel ex publico, ita omnia prædicta
latè comprobat *Surd.* qui pro omnibus ſuf-
ficiat *deciſ.*204. *per tot. Gabr. conſ.*141. *n.*1.
vſque ad 24. *lib.*2. *&* *conſ.*148. *n.*1. *vſque*
ad 10. *eod. lib.* & dixi *ſupr. c.*585. *n.*6. *cum*
5 *ſeq. &* *c.*420. *n.*11. *vſque ad* 16. † & ita plu-
ries fuit deciſum per *Rot. coram Cardin.*
Mantic. deciſ. 14. *Card. Seraph. deciſ.*224.
*n.*4. *& coram Iuſto, Blanchetto, & Vbaldo*,
vt in eorum deciſionibus impreſſis per *Cin-*
*cium poſt tract. de cenſib. deciſ.*81. 82. 84. *&*
85. *Palaez de maiorat. p.* 1. *q.* 40. *n.* 37. *vſ-*
6 *que ad* 65. *fol.*216. † Et quamuis *Idem Cin-*
*cius de cenſib. p.*1. *c.*3. *q.* 1. *art.*2. *n.*28. *fol.*52.
limitet in ſtatuto pœnali, Tamen verior eſt
contraria opinio, vt dictum eſt ex *Surd. &*
Gabr. & alijs ſupra allegatis.

Cum igitur ſimus in rebus immobilibus, con-
cludendum eſt non eſſe locum prætenſo re-
tractui, ſumus enim in permutatione pa-
7 latij,† pro quo emptor dedit cenſus, ſeu an-
nuos redditus, quæ permutatio expreſsè ex-
cipitur in ſtatuto, cum per illud concedatur
retractus conſanguineo, ſi contingat vendi,
& alienari rem immobilem, præterquam ſi
contrahentes permutant aliquas res immo-
biles, quas nullo modo ſtatuentes voluerũt
compræhendi ſub ſtatuto, quinimmo inui-
cem permutantes res aliquas immobiles ſint
immunes à dicta obligatione, illiſq. ſeu con-
8 tra eos nullus poſſit ſe præſentare, † Vnde
cum habeamus caſum clarum ſtatuti, nihil
eſt ambigendum *Bald. in l. gallus. §. ſi eius.*
in 2. *notab. ff. de liber. & poſt. Corn. conſ.*109.
*in fin. Surd. conſ.*100. *n.*3. *lib.* 1.

Quod etiam ceſſante ſtatuto eſt dicendum,
cum in permutatione non habeat locum re-
9 tractus † *Bald. de iur. prothomiſ. n.*8. *fol.*88.
Afflict. eod. tit. §. 3. *n.* 12. *verſ. ſed in con-*
*trarium. fol.*48. iuxta *l.*3. *C. de præd. curial.*
lib. 10. *l.* 1. *ff. de rer. permutat. l. ita con-*
ſtante. cum l. ſeq. ff. de iur. dot. Guid. Pap.
*deciſ.*92. *in fin. & deciſ.*508. *n.*1. *in fin. Caſ-*
ſan. ſuper conſuetud. Burgund. tit. de re-
tract. rubr. 10. *§.*9. *n.*10. *in fin. verſ. iſtud*
eſt magnum fundamentum. fol. 1342. *& §.*
12. *q.*1. *fol.*1354. *Platea. in l. vlt. col.*2. *C. de*
*prædijs curial. lib.*10. *Ferron. Ign. Cuiac.* &
alij, de quibus per *Roſental. de feud. c.* 9.
*membr.*2. *concluſ.*90. *n.*11. *fol.* 657. *Proſper*
Rendell. de iur. prothomiſ. §. cauſa vero do-
*tis. in verb. ex permutatione. n.*1. *cum ſeq.*
*fol.*208. *Boer. deciſ.*144. *n.*1. *&* 2.

Non obſtat, quod ſtatutum loquatur de alie-
natione, quæ compræhendit etiam permu-
10 tationem, † vt in puncto huius ſtatuti Ra-
uennæ concludit *Alex. conſ.*63. *n.* 1. *&* 2. *lib.*
7. *Rot. coram R.P.D. Vbaldo Romana præ-*
lationis vineæ 22. *Maij* 1617. iuxta *§. aliena-*
tionis. auth. de non alienand. aut permutand.
reb. eccleſ. c. nulli. de reb. eccl. non alien. Imol.
*in c.*1. *n.*3. *&* 4. *eod. tit. Rebuff. in l. alienatio-*
*nis verbum.*28. *col.*3. *verſ. duodecimo permu-*
tatio. ff. de verb. ſignific. Tiraq. de retract.
*lignag. §.*1. *gloſ.*14. *n.*34. *Rot. coram R.P.D.*
Pamphilio Lucan. bonorum. 26. *Martij* 1610.
& coram R.P.D. Vbaldo. Lucana terrarum.
16. *Decembris* 1613. Nam verior eſt opinio
contraria, quod permutatio non veniat ap-
pellatione alienationis in ſtatutis, in quibus
11 verba ſunt propriè, † & ſtrictè intelligenda
*l.*3. *§. hac verba. ff. de negot. geſt.* Cum ver-
bum alienare impropriè includat permuta-
tionem *Alex. conſ.*26. *col.*1. *n.*8. *lib.*5. *Iaſ. in*
*l.*1. *n.*7. *&* 8. *ff. de rer. permut.* Et quod no-
12 mine alienationis, † non veniat permutatio
notat *Fabian. de Mont. de empt. & vendit.*
*p.*2. *n.*25. *Boer. deciſ.*144. *n.*1. *Curt. Sen. conſ.*
66. *n.* 25. *Carpan. ſuper ſtatut. Mediolan. c.*
417. *n.*838. *vſque ad* 843. Vbi intelligit con-
traria, quando diſpoſitio contineret verba
prægnantia cum dictionibus, vel alio modo
alienauerit, vel aliquo colore, cum ſimili-
13 bus, † tunc enim compræhenderetur omnis
alienatio etiam impropria *Igneus in l. du-*
*dum. n.*99. *C. de contrah. empt. Anchar. q.*39.
*n.*10. *&* 11. *lib.*1. *Peregr. de fideicommiſſ. art.*
40. *n.*33. & ita etiam declarat *Rot. coram*
R. P. D. Vbaldo in d. cauſa Romana præla-
tionis vineæ. 22. *Maij* 1617. iuxta *Gloſ. in*
c. ſolitæ. in verb. quodcumque. & ibi Abb. in
*vlt. notab. n.*7. *de maior. & obedient. Tiraq.*
d. §. 1. *gloſ.*7. *n.*20. latè *Surd. conſ.*453. *n.*8.
*lib.*3. *Rot. diuerſ. deciſ.* 364. *n.* 1. *p.* 1. Cum
alias ſi eſſet ſimpliciter prohibita alienatio,
14 non compræhenderetur † permutatio *Natt.*
conſ. 470. *n.* 5. *Socin. Iun. conſ.* 20. *col. vlt.*
lib. 1. *& conſ.* 28. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 2. *Albenſ.*

conſ. 97. n. 15. lib. 1. Decian. conſ. 55. n. 58.
lib. 3. Menoch. conſ. 1131. n. 26. Peregr. de
fideicommiſſ. art. 40. n. 32. Petr. eod. tit. q. 8.
n. 525. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.
conuentionib. lib. 25. tit. 5. n. 5. cum ſeq.

Et quidquid ſit de prædictis, ſtatutum, de quo
agimus, excipit in ſpecie permutationem,
15 adeo vt non ſit curandum, † quod Alex. d.
conſ. 63. lib. 7. contrarium concludat etiam
in caſu huiuſmodi ſtatuti, cum non appareat,
quod in ſtatuto tunc temporis illi exhibito
adeſſet talis reſeruatio quo ad permutatio-
nem, cum aliud conſuluiſſet propter verba
expreſſa ſtatuti, Quamuis in caſu Alex. con-
currerent multa, quæ indicabant veram ven-
ditionem, non autem permutationem, prout
ita eum declarat Boer. deciſ. 144. n. 2. verſ.
16 & hanc etiam opinionē. col. 2. ad med. † Prout
etiam minus veniret permutatio, ſi ſtatutum
loqueretur de venditione, quæ non trahitur
ad permutationem l. 1. ff. de contrab. empt.
Itaut prohibita venditione non cenſeantur
prohibiti alij contractus Franc. in c. vnic.
col. 1. de exceſſib. prælator. in 6. Rebuff. in l.
alienationis verbum. 28. col. 6. verſ. quarto
prohibita. ff. de verb. ſignificat. Rot. coram
R. P. D. Vbaldo Romana Saluiani. 10. Ia-
nuarij 1611. & coram eodem Romana præ-
17 lationis vineæ. 22. Maij 1617. † Contraria
autem habent locum, quando eſſet eadem
ratio in alijs contractibus, & in alienationi-
bus l. ſtatuliberos. ff. de ſtatuliber. l. titius.
§. lutius. ff. de liber. & poſthum. l. apud iu-
lianum. §. authoris. ff. de dol. except. l. ſicut.
§. venditionis. ff. quib. mod. pign. vel hypo-
thec. ſoluit. Quod procedit etiam in odioſis,
& ſtatutis propter dictam paritatem ratio-
nis Rebuff. in l. 1. ff. de verb. ſignificat. & in
l. alienationis. col. 7. in princ. verſ. ideo ſi
quis non valens. ff. eod. tit. fol. 227.

Minus obſtat, quod vltra permutationem cen-
ſuum, interuenerit etiam pecunia maioris
18 quantitatis, quam eſſent cenſus, † quo caſu
non dicitur amplius permutatio, ſed vendi-
tio, tanquam præponderet pecunia ſpeciei
Bart. Caſtr. & Imol. in l. ariſto. ff. de dona-
tionib. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.
conuentionib. lib. 2. tit. 2. n. 17. & lib. 25. tit. 2.
n. 4. & 5. Corbul. de cauſ. priuation. ob non
ſolut. canon. limit. 12. n. 2. & 6. Burg. de
19 laudem. p. 2. inſpect. 4. n. 10. fol. 75. † Cum
etiam hoc diſponat ſtatutum, per quod con-
ceditur retractus ſtante huiuſmodi exceſſu,
quod ſeruandum eſt ad effectum prælationis
Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. n. 9.
in fin. & §. 33. in princ.

Quia potius ex calculo apparet, quod cenſus
permutati præualent quantitati pecuniarum
datæ ob æquiualentiã valoris palatij, etiam
demptis duobus cēſibus, qui exaduerſo præ-
tenduntur, quod ſint demendi, vt latius in
20 facto oſtenditur, † Ideo cum præponderet
ſpecies quantitati, ſumus in vera permuta-
tione, & ſtatutum non habet locum, prout
expreſsè in eodem ſtatuto diſponitur, quod
etiam eſt de iure, ſecundum quod attendi-
21 tur an præualeat ſpecies, † ſeu quantitas
c. ad quæſtiones. vbi Abb. n. 4. de rer. permu-
tat. Bart. in l. ſi emptione. in princ. ff. de
contrab. empt. Bald. in prælud. feudor. n. 11.
Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. n. 9.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 25. tit. 2. n. 22. Alex. in l. 2. in princ.
& ibi Iaſ. col. 3. Purpur. n. 56. ff. ſi cert.
22 petat. † Itaut ad iſtum effectum prælationis
pecunia debeat excedere ſpeciem in tertia
parte, cum alias exceſſus non eſſet conſide-
randus Rip. reſponſ. 25. n. 11. de iur. emphyt.
lib. 2. quem ſequitur Cardin. Mantic. d. lib.
25. tit. 2. n. 6.

Quamuis etiam verius ſit, quod non ſint de-
mendi duo cenſus, prout exaduerſo præten-
ditur, Nam quo ad primum conſtitutum
23 extra ciuitatē, & diſtrictum Rauennæ † cla-
rum eſt, quod ſtante deſtinatione ſolutionis
in ciuitate Rauennæ, & contractu ibidem
celebrato de eodem cenſu, ſequitur, quod
idem cenſus dicatur eſſe potius de loco con-
tractus, & vbi eſt perſona creditoris, quam
de loco, in quo fuit impoſitus Aret. conſ. 10.
col. 1. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund.
rubr. 2. tit. des confiſcation. §. 1. n. 18. vſque
ad 24. Rot. coram R. P. D. Oradino Romana
de Aburdeſia. 1571. & coram Card. Lancel-
lotto Auenionen. & Cauallicen. collectarum.
16. Maij 1583. cum alijs quos late adduxi
ſupr. c. 29. n. 2. cum ſeq.

Amplius, quamuis ſtatutum loquatur de inui-
cem permutantibus res aliquas immobiles
tàm Rauennæ, quàm in diſtrictu poſitas, non
24 tamen excludit immobilia alibi ſita, † quia
non eſt ſumendum argumentum, quod à con-
trario ſenſu ſtatuentes voluerint aliud eſſe
in bonis exiſtentibus in alio loco, nam il-
lud non procedit quando ſimpliciter ſumi-
tur à contrario ſenſu litteræ, cum etiam
debeat eſſe à contrario ſenſu mētis ipſorum
ſtatuentium, quæ mens in caſu noſtro non
verificatur, tanquam non ſit diuerſa ratio
vnius loci ab alio, & reſtrictio ad bona ci-
uitatis Rauennæ non eſt facta limitatiuè, ſed
demonſtratiuè, quæ non alterat, quaſi potius
ſit ratione frequentioris vſus Gloſ. in clem. 1.
in verb. præſidentes. in fin. de reſcript. Eue-
rard. loco argumentor. 82. à contrario ſen-
ſu. n. 21. fol. 505.

Idem dicendum eſt de alio cenſu, qui non di-
citur extinctus, quamuis fuerit quæſitus Si-
moni, cum conceſſio illius fuerit facta non
25 extinctiuè, † ſed tranſlatiuè præuia reſerua-
tione dominij viciſſim facta per contrahen-
tes ſuper rebus permutatis in euentum eui-
ctionis, quo caſu, ſtante dominio reducibili
ad reuocationem, non conſideratur aliqua
extinctio l. ex ſextante. §. latinus largius.
vbi Bart. ff. de except. rei iudicat. Afflict. de-
ciſ.

Digitized by Google

ciſ.237. n. 5. vbi Vrſill. n.7. Negùſant. de
26 *pignorib. p. 5. membr. 1. n. 55.* † Et in cenſu
Rot. coram R. P. D. Dunozet Romana pra-
lationis. 2. Aprilis 1618. *impreſſ. poſt tract.*
Cencij de cenſib. deciſ. 308. *n.* 7. vbi allegan-
tur concordantes deciſiones.

Nec facit, quod iſti annui cenſus conſiſtentes
in pecunia poſſint redimi pro pecunia, adeo
vt poſſit dici totum valorem Palatij empti
27 conſiſtere in pecunia, † non ſecus ac ſi pecu-
nia ſoluta fuiſſet, ideo erit locus retractui,
tanquam non ſimus amplius in permutatio-
ne, ſed in venditione *Franc. deciſ.* 392. Quia
Franc. loquitur iuxta tenorem conſuetudi-
nis Neapolitanæ, per quam mandatur, vt ius
congrui habeat locum non ſolum in emptio-
28 ne, & venditione, † ſed etiam quando ſit con-
ceſſio ſub annuo cenſu redimibili, vt decla-
rat *Idem Franc. ibid. n.* 1. Ideo ceſſante con-
ſuetudine non habebit locum retractus quã-
do fuit conſtitutus cenſus in rebus immobi-
29 libus, qui ſemper dicetur perpetuus, † quã-
uis redimi poſſit, tanquam ſit attendendus
præſens ſtatus rei, vt in ſpecie notat *Tiraq.*
de retract. lignag. §.1. gloſ. 14. *n.* 120. *poſt*
Ruin. conſ. 82. *n.* 3. *lib.* 1. Et paſſim cenſus
dicuntur perpetui, & inter immobilia repu-
30 tantur, † quamuis iuxta formam Bullæ ſem-
per poſſint redimi *Surd. deciſ.204. n.9. in*
fin. Melchior. Palaez. de maiorat. p.1. q.40.
n.51. Valaſq. de cenſib. q. 89. n.21. ante fin.
iuxta *l. ſufficit. ff. de condict. indebit. Couar.*
lib. 3. variar. reſolution. c.7. n.2.

Quare etiam in re immobili permutata cum
31 altera re immobili, ſed redimibili, † non
eſt locus retractui *Tiraq de retract. lignag.*
§. 1. gloſ.14. n. 120. ad med. Prout etiam res
corporales poſſunt permutari cum incorpo-
ralibus, cum verè dicatur permutare, qui
rem ſoli pro annuo reddítu permutat *l. vlt.*
32 C. *de rer. permutat.* † Ideo iſta permutatio
cum cenſibus dicitur permutatio rei immo-
bilis cum re immobili, cum dicantur im-
mobiles ex ſupra adductis, & declarat etiam
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib.25. tit.3. n.4. & 5. iuxta *§. hac*
igitur. auth. de non alienand. Rip. reſponſ.21.
n.1. & 2. de iur. emphyteotic. vol.2.

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, cum pro
excluſione retractus ſufficeret allegatio de-
poſiti non rectè facti abſque pecuniæ nume-
ratione, & extra locum per ſtatutum expreſ-
33 ſum, & extra terminum præfixum, † quo ela-
pſo non eſt amplius locus retractui *Tiraq.*
de retract. lignag. §. 3. gloſ. 4. n. 2. fol.250.
poſt Innoc. in c. cum in tua. vbi Abb. col. vlt.
qui matrim. accuſ. poſſ. Bald. in l. diffamari.
col. 2. verſ. expedito textu. C. de ingen. &
manum. & in l.1. in princ. C. de reſtit. in
integr. Alex. conſ.133. in fin. lib.6. Guid. Pap.
conſ.38. col. vlt. verſ. quia mora. Felin. in
c. 2. col. antepenult. verſ. item intellige niſi
eſſet terminus. de conſtitut. Affl. de iur. pro-
thomiſ. in verb. vt intra triginta dies. col.9.
verſ. quarto nota. Surd. deciſ. 189. n.8. &
conſ. 97. n. 21. cum etiam non fuerit facta
oblatio eorum, quæ fuerunt data per empto-
34 rem, † prout ſtatutum requirit, quod non
debet extendi vltra formam præciſam in al-
terius præiudicium *Albenſ. conſ.107. Gail. ob-*
ſeruat.19. n.17. lib.2. Roland. conſ.72. col.1.
& 2. lib.3. Cephal. conſ.421. n. 45. lib.3. Dec.
conſ.10. viſo puncto. n.2. & conſ.455. placet.
35 *n.7. Alex. conſ. 50. n.5. lib. 5.* † Quando au-
tem in cenſibus perpetuis habeat locum re-
tractus *Valaſc. de cenſib. c.89. n.22. Palaez.*
de maiorat. par. 1. quæſt. 40. n. 66. Gutier.
lib. 2. pract. quæſt. n. 146.

E P I T O M E.

Vxor quando mutet proprium domici-
lium, & aſſumat illud viri, & efficia-
tur de eius familia, & ciuis illius ciuitatis
cuius eſt vir. ¶ Et ad quem effectum hoc de-
beat intelligi. ¶ Et quo caſu ligetur ſtatutis
loci originis, extra quem fuit nupta. ¶ Et an
valeat illius teſtamentum non ſeruatis ſo-
lemnitatibus requiſitis in loco, vbi eſt orta.
¶ Et quid ſi fuerit non ſimpliciter prohibita
relinquere marito, ſed ſolum vltra quartam
partem ſine dictis ſolemnitatibus. ¶ Statu-
tum excludens ſororem à ſucceſſione extan-
tibus fratribus an excludat etiam nuptam
extra territorium. ¶ Forum non ſortiri,
& ſtatutis non ligari quando paria iudicen-
tur. ¶ Subditi Epiſcopi delinquentes extra
diœceſim, & poſtea ad eam redeuntes an
poſſint puniri pœnis per eumdem Epiſco-
pum ſtatutis.

S V M M A R I V M.

1 *Sacramentum matrimonij facit, vt transfun-*
datur origo vxoris in originem viri, ita vt
ſit de illius familia, non patris, & ciuis
illius ciuitatis, cuius eſt vir. Declara,
vt n. 14.
2 *Vxor ligatur ſtatutis loci originis, extra*
quem fuit nupta, & tenetur ad onera in
loco, vbi bona poſſidet.
3 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione*
ſtantibus fratribus excludit etiam nuptam
extra territorium. & n. 4.
5 *Paria ſunt non ſortiri forum in loco, & non*
ligari ſtatutis illius loci. Intellige vt n.6.
7 *Teſtamentum mulieris abſque ſolemnitati-*
bus ſtatuti loci ſuæ originis eſt nullius ro-
boris, quamuis fuerit conditum in loco, vbi
fuit nupta. n. 8. & 9.
10 *Statutum, quod non prohibet ſimpliciter mu-*
lierem relinquere marito, ſed ſolum vltra
quartam partem abſque ſolemnitatibus, non
extenditur ad eum, qui teſtatur extra ter-
ritorium. Declara, vt n. 11. 12. & 13.
15 *Maritus quando præſumatur habere ſcien-*
tiam ſtatuti originis.

16 *Subditi Epiſcopi delinquentes extra diœce-
ſim, & poſtea ad illam redeuntes non
poſſunt puniri pœnis per eumdem Epiſco-
pum ſtatutis.*

CAP. DCCCLXXXVI.

VXor quamuis mutet proprium domici-
1 lium, & aſſumat illud viri, † & ſit ci-
uis illius ciuitatis, cuius eſt vir, & eiuſdem
originis propter vnionem Sacramenti ma-
trimonij, quod habet naturam, vt transfun-
datur origo vxoris in originem viri, itaut
etiam dicatur de familia viri, non patris, vt
latè omnia prædicta comprobat *Tiraq. de
legib. connubialib. l. 1. gloſ. 1. par. 1. n. 28.
vſque ad n. 34.*
Nihilominus prædicta procedunt reſpectu fori
2 iudicialis, ne ibi conueniri poſſit, † nam quo
ad bona, & alia retinet originale domici-
lium, & ligatur ſtatutis loci originis, extra
quem ſi fuerit nupta, mutat ſolum originem
quo ad ea, quæ poſſent illam abſtrahere ab
obſequio, & ſeruitijs mariti, nam quo ad
alia nulla adeſt mutatio originis propriæ,
ideo quo ad onera realia, & mixta, illa ſu-
ſtinet in loco, vbi poſſidet, cum nunquam
perdat domicilium originis, quod circa om-
nes effectus retinet, præter iudicialia, ne à di-
ctis ſeruitijs diſtrahatur *Bart. in l. fin. §. idē
reſcripſerunt. n. 5. ff. ad municipal. Bald.
conſ. 351. in bonis feudalibus. n. 8. ad med.
lib. 1. & conſ. 308. ad euidentiam. n. 7. lib. 3.
& in l. cum quadam puella. vbi Dec. n. 6.
Curt. Iun. n. 6. Cagnol. n. 20. Socin. n. 6. verſ.
ſecundo limita. ff. de iuriſdict. omn. iudic.
Iaſ. in l. ſi arrogator. n. 45. ff. eod. tit. Albenſ.
conſ. 23. n. 10. Alex. conſ. 20. in fin. lib. 2. &
conſ. 101. poſt princ. lib. 3. & conſ. 125. lib. 7.
Platea in l. origine. C. de municip. & origin.
lib. 10. & in l. mulieres. C. de dignitat. lib.
12. Capr. conſ. 21. col. penult. Abb. in c. po-
ſtulaſti. col. 2. de for. compet.* latiſſimè *Tiraq.
ad l. 1. connubial. gloſ. 1. p. 1. n. 37. Io. de
Amic. conſ. 20. col. 2. Surd. conſ. 560. n. 8. vſ-
que ad* 11. & quando talis mulier nupta ex-
tra locum originis teneatur ad onera perſo-
nalia *Caſtr. conſ. 89. ad med. lib. 2. Cephal.
conſ. 526. n. 33. lib. 4. Ruin. conſ. 49. n. 9. lib. 3.*
Quæ procedunt non ſolum in fauorabilibus, in
quibus mulier alibi nupta retinet propriam
3 originem, † ſed etiam in odioſis, nam in eis
quoq; ligatur ſtatuto loci ſuæ originis, ideo
ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione
ſtantibus fratribus excludit etiam nuptam
extra territorium, cum ex hoc non diſtraha-
tur à ſeruitijs viri *Salic.* in ſpecie in *l. cun-
ctos populos. n. 15. col. 7. poſt med. verſ. item
attende. C. de ſacroſan. eccleſ. Corn. conſ. 202.
col. 2. in princ. verſ. quod & ſecundo fortius.
n. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 49. n. 9. lib. 3. Roland.
de lucr. dot. q. 22. n. 14. & conſ. 79. n. 49. lib. 3.*
4 *Campeg. de dot. p. vlt. q. 71. in princ.* † Et
quidquid *Signor.* & alij cõtrarium teneant,
iſta eſt verior opinio, vt teſtatur *Surd. conſ.
560. n. 10. ad med. verſ. & in terminis quod
ſtatutum. lib. 4. poſt Brun. de ſtatut. excluſiu.
fœminar. art. 6. n. 26. Cephal. conſ. 13. n. 45. lib.
1. & conſ. 526. n. 33. lib. 4. Albenſ. conſ. 23.
lib. 1. Bero. q. 109. n. 1.*
Nec obeſt, quod paria ſint non ſortiri forum
5 in loco, & non ligari, † neque ſubijci ſtatu-
tis illius loci, vt notatur in *rubr. extr. de
conſuetud. Gloſ. in c. quod contra mores. in
verb. aut peregrini. 8. diſtinct. Alex. conſ. 41.
n. 5. lib. 5. & conſ. 210. lib. 2.* Quia illud pro-
cedit in eo, qui forum non ſortitur gratia
6 ſui, ſecus autem in vxore, † quæ in loco do-
micilij non ſortitur forum gratia mariti, &
ad illius commodum, videlicet, vt ab eius
ſeruitio non remoueatur, nam quemadmo-
dum in alijs poteſt vti commodo ſtatuti, &
in his, quę illi proſunt, remanet ciuis *Bart. in
l. fin. §. item reſcripſerunt. n. 5. ff. ad muni-
cipal.* Eodem modo quo ad incommodum
debet ſubiacere ſtatutis domicilij ſui, ſi vir
ex hoc non amittit ſeruitium vxoris ſuæ, ita
in ſpecie reſpondet *Ruin. conſ. 49. n. 10. lib. 3.*
Ex prædictis patet, quod teſtamentum, de quo
agimus, eſt nullius roboris, & momenti,
7 tanquam cõditum abſque conſenſu, † & præ-
ſentia conſanguineorum, prout requirit ſta-
tutum loci originis, quo ſtatuto ligabitur
vxor, licet illud condiderit in loco, vbi fuit
nupta, cum etiam ibidem teneretur ſeruare
ſolemnitates requiſitas per ſtatutũ loci ori-
ginis, tanquam per illud reſpiciatur perſona
teſtantis, ideo vbicumque mulier ſubdita te-
ſtatur, non valebit teſtamentum, ſi non ſer-
uetur forma, quæ reſpicit habilitatem, ſeu
inhabilitatem perſonæ, cum etiam poteſtas
ſtatuentium inter ſuos ſubditos non arcte-
tur territorio, neque ex differentia locorum
debeant variari iura ſtatutorum, ita in ſpe-
cie per prædictas, & ſimiles rationes con-
cludit *Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. n. 219.
vſque ad n. 225.*
Neque obſtat, quod cõtrarium ſequatur *Corn.
8 conſ. 241. n. 4. cum ſeq. lib. 2.* † *Durand. de
art. teſtand. tit. 1. cautel. 2. n. 5. ad fin. tom. 8.
p. 1. fol. 110. Bertazol. clauſ. 7. gloſ. 19. n. 19.
verſ. contrarium tamen alias. ad fin. fol. 56.
Lamberteng. de contract. mulier. gloſ. 2. n. 37.
vſque ad 40. fol.* 163. Nam quidquid iſti te-
9 neant, opinio contraria eſt verior, † quàm
etiã vltra *Tiraq.* defendit *Firman. de gabell.
p. 6. q. 5. n. 9. ad fin. tom. 12. fol. 63.* vbi quod
ita iudicauit in capitolio Vrbis, quod mu-
lier Viturchiana non potuit conficere teſta-
mentum in ciuitate Viterbij ſine conſenſu
propinquorum, qui requirebantur ex ſtatuto
Viturchiano *Alex. conſ. 41. n. 4. in fin. vſque
ad 7. lib. 5.* vbi teſtatur de veriori opinione
*Marſil. in l. fin. n. 142. ad med. verſ. & pro
iſta parte facit quod voluit. vſque ad n. 142.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. Capr. conſ. 21. col.
penult.*

penult. poſt princ. verſ. nec obſtat ſi dicatur. n.9. in fin. vſque ad 11. Bald. conſ.226. præmiſſis verbis ſtatuti. lib.5. & conſ. 418. ſuper primo puncto. lib. 4. & conſ.60. quædam ſoror de ordine. lib.5. Caccialup. in l.1. col.54. C. de ſumm. trinit. Florian. in l. 1. ff. de vſur. Roman. conſ.39. n.1. & 2. & ibi Mandoſ. in verb. quod ſic. & in verb. principalis. Tiraq. qui alios adducit *d. gloſ.8. n.219. & 220. Ruin. conſ.160. col.1. & 2. lib.4.*

Minus obſtat, quod ſtatutum non prohibeat ſimpliciter perſonam, quod videlicet mulier non poſſit legare marito, aut teſtari ad illius
10 fauorem, vel quid ſimile facere, † ſed etiam addat, vt non poſſit condere teſtamentum, & relinquere marito vltra quartam partem abſque conſenſu proximiorum, & ſic requirat iſtam ſolemnitatem conſenſus, tunc enim huiuſmodi ſtatutum non extenderetur ad teſtantem extra territorium, quia circa ſolemnitatem ſolummodo attenditur locus, & ſtatutum loci contractus, vbi talis ſolemnitas requiritur *Aret. conſ.54. col.3. Rot. deciſ. 500. n. 4. p. 2. in recentiorib.* cum alijs per *Surd.*
11 *conſ.257. n.5. lib.2.* † Quia procedit, quando ſtatutum principaliter de ipſo actu loquitur, & dat formam actui, quamuis ſecundario inhabilitet perſonam, tunc enim debet ſeruari locus contractus *l. ſi fundus. ff. de euictionib.* Aliud eſt quando, prout in caſu noſtro, datur per ſtatutum forma actui ſecundariò, & principaliter inhabilitatur perſona, nam in hoc caſu, talis perſona eſt inhabilis etiam extra
12 territorium, † non ſecus ac ſi indiſtinctè, & abſolutè inhabilitaretur perſona per ſtatutum, ita in ſpecie declarat *Ruin. conſ. 160. col.2. ad med. verſ. nec eſt verum illud quod dicit. & verſ. nec obſtat quod vbi ſtatutum dat etiam formam. n. 4. & 5. lib. 4.*

Præterea ſupradicta habent locum, quando talis ſubditus ſtatuentibus mutaſſet domici-
13 lium ſuum, † & illud tranſtuliſſet de loco ſubdito ſtatuentibus ad alium locum, in quo ſimilis prohibitio non eſſet *Alex. conſ.41. n.7. cum ſeq. lib.5. Marſil. in l. vlt. n.142. ad med. verſ. niſi talis ſubditus. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Quod non eſt in muliere alibi nupta,
14 quæ non mutat domicilium, † nec illud trãſfert ad locum mariti, cum ſemper ſuum retineat, præterquam in caſibus, in quibus diſtraheretur à ſeruitijs mariti, vt dictum eſt *Surd. conſ.560. n.10. lib.4. Aim. conſ.271. poſt princ. verſ. nec videtur obſtare quod iſta filia. Curt. Iun. conſ.5. col.2. poſt med. verſ. ſecundo reſpondetur. Corn. conſ. 177. in fin. lib. 4.*

Quibus additur, quod tempore teſtamenti aderant proximiores mulieris in loco, vbi illud fuit per eam conditum, etiam in domo ipſius mariti, itaut ſtante iſta præſentia facilè fuiſſet eos adhibere, & eorum conſenſum
15 exigere, † Maximè, quia etiam in marito præſumenda eſt ſcientia ſtatuti loci originis vxoris, nam quo ad lucrum dotale, idem maritus voluit obſeruandum eſſe ſtatutum ſuæ originis, non autem illud mulieris, adeo vt poſſit ex hoc colligi aliqua notitia alterius ſtatuti exigentis præſentiam, & conſenſum proximiorum ipſius teſtatricis, qua ſtante non valeret teſtamentum ad eius fauorem conditum, vt poſt *Anchar. Alex. & Pariſ.* concludit *Bertazol. clauſul.7. gloſ.19. n. 18. col. 3. verſ. declara ſecundo dummodo contrahens cum muliere. fol.56.*

Quo vero ad alterum dubium incidenter propoſitum in prædictorum diſcuſſione, concludendum eſt, quod ſubditi Epiſcopi delinquẽtes extra diœceſim, & redeuntes ad ipſam
16 non poſſint † puniri pœnis ſtatutorum eiuſdem Epiſcopi, neque ligentur pro delictis alibi commiſſis, cum ſtatutum territorij non porrigat vires ſuas extra territorium, vt in ſpecie latè concludit *Alex. conſ. 111. col. 1. & 2. lib.1. & conſ.41. col. 1. lib.5. poſt Gloſ. in clem.1. §. eiuſdem. in verb. omnimodam. vbi Card. q.8. de for. compet. Abb. in c. cum contingat. col.3. verſ. ſed dubium eſt. eod. tit. & in c. à nobis. il 1. col.2. verſ. ad tertium. vbi Felin. col.2. verſ. circa tertium. de ſent. excommun. Gemin. in c.2. col.7. verſ. quantum autem. vbi Franc. col. 3. verſ. ſecundo quæritur. de conſtit. in 6. Socin. conſ. 271. verſ. his tamen non obſtantibus. lib. 2.* Et quidquid alij contrarium ſequantur, iſta eſt verior, & magis communis opinio, vt teſtatur *Botteus de ſynod. par.3. art.2. n. 21. tom. 13. par. 2. fol.* 401.

EPITOME.

INſinuatio donationis an cõcernat ſolemnitatem illius loci, in quo fit. ¶ Et quando forenſis donans teneatur ad eam faciendam. ¶ Promiſſio de donando, an ſit idem, quod donatio, itaut in vtroque caſu ſit neceſſaria inſinuatio. ¶ Intellectus *l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donation.* ¶ Hæres quando poſſit opponere defectum inſinuationis. ¶ Ratificatio contractus an admittatur mortuo vno ex contrahentibus. ¶ Circuitus quando ſint euitandi. ¶ Per pactum de donando, ſeu vendendo an acquiratur ius in re, vel ſolum detur actio perſonalis ad intereſſe. ¶ Promittens ſe obligaturum tradere an poſſit conueniri ad rem promiſſam tradendam. ¶ Venditio, conductio, ceſſio, depoſitum, mutuum, & ſimilia an differant à pacto de vendendo, conducendo, mutuando, cedendo, & deponendo. ¶ Donatio requirens inſinuationem an valeat, ſi non fuerit facta in ſcriptis. ¶ Et quomodo ſuccurratur ei, cui fuit donatum coram teſtibus, quo ad inſinuationem faciendam. ¶ Donatarius an faciat fructus ſuos rei ſibi donatæ, & traditæ ante inſinuationem.

¶ Et

¶ Et an illa ſit adhibenda, tam in donatione facta extraneo, quàm coniuncto. ¶ Et an facultas illam inſinuandi competat hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio eſt probanda per eum, qui ſe in illa fundat cum requiſitis neceſſarijs inſinuationis, & ſimilium etiam in ea, quæ fit iuxta* l. ſi quis argentum. C. de donation. *n. 2. 3. 31. & 38.*

4 *Statutum Vrbis requirit in donatione excedente ſummam ducatorum ducentum inſinuationem infra ſex menſes.*

5 *Forenſis donans in Vrbe tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti Vrbis.*

6 *Inſinuatio concernit ſolemnitatem actus illius loci, in quo fit.*

7 *Iudex debet ex officio curare, vt non fiant fraudes in donationibus, quæ celebrantur in ſuo territorio.*

8 *Donatio requirens inſinuationem non valet, niſi facta ſit in ſcriptis. & n. 9.*

10 *Intellectus* l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donat. *& n. 11.*

12 *Donans alicui præſenti bona ſua coram teſtibus quomodo debeat talem donationem inſinuare.*

13 *Hæres poteſt opponere, quod donatio non fuit inſinuata, ſicut poterat ipſemet defunctus, qui donauit.*

14 *Facultas inſinuandi donationem non competit hæredi. & n. 15.*

16 *Ratificatio contractus non admittitur mortuo vno ex contrahentibus.*

17 *Donatio ante inſinuationem eſt imperfecta, & ſolum incipit valere à die inſinuationis, & ante illam donatarius non facit fructus ſuos, quamuis bona donata in eum fuerint tranſlata.*

18 *Donatio non inſinuata infrà terminum à ſtatuto præfixum reſoluitur.*

19 *Inſinuatio requiritur in donatione facta tàm extraneo, quàm coniuncto.*

20 *Promiſſio donandi an idem ſit, quod donatio. n. 21. & 29.*

22 *Diſpoſitio* l. ſi quis argentum. C. de donat. *habet locum etiam in pacto de donando.*

23 *Inſinuatio requiritur tàm in donatione, quàm in promiſſione donandi. n. 31.*

24 *Rationes quæ ſint, vt requiratur inſinuatio in donatione.*

25 *Circuitus ſunt euitandi.*

26 *Emptor promittens venditori dare facultatem redimendi poteſt conueniri ad redimendum, nec opus eſt agere ad dandam dictam facultatem.*

27 *Promittens ſe obligaturum rectè conuenitur ad rem promiſſam tradendam.*

28 *Promiſſio faciendi non differt ab ipſo facto.*

30 *Venditio, conductio, ceſſio, depoſitum, mutuum, & ſimilia an differant à pacto de vendendo, conducendo, cedendo, deponendo, & mutuando.*

32 *Per pactum de donando, ſeu de vendendo non acquiritur ius in re, ſed ſolum datur actio perſonalis ad intereſſe. n. 33. & 37. Intellige vt n. 34.*

35 *Exceptio, quæ conceditur in actione reali, multò magis eſt admittenda in perſonali.*

36 *Ex actu imperfecto nihil debetur.*

39 *Teſtes, & inſtrumenta eamdem vim obtinẽt.*

CAP. DCCCLXXXVII.

NOn poteſt agi ad prætenſam donationem, cum de ea non appareat, neque teſtes aliquid probent, omnes enim ſunt ſingulares, tam quo ad bona, quæ prætenduntur donata, quam quo ad locum, & tempus, vt latius oſtenditur in facto, itaut non opus ſit omnes iſtas exceptiones repetere, vltra quod adſunt teſtes regulares, qui non poſſunt teſtificari abſque licentia ſui Prælati,
1 Ideo non probata donatione, † nihil eſt aliud quærendum, cum requiratur, quod illa facta ſit *l. decem. ff. de verbor. obligation. §. ſeruus. inſtit. de capit. diminut.* Et quod ſit perfecta *l. nominis. in fin. ff. de verbor. ſignificat. Rebuff. de donationib. inſinuand. in princ. n. 3. tom. 2. fol. 367.*
Amplius, quamuis probaretur talis donatio, quod tamen negatur ex ſupradictis, non ſufficit aliquid fuiſſe donatum, niſi etiam pro-
2 betur illud fuiſſe inſinuatum, † Nam quamuis exaduerſo agatur ex diſpoſitione *l. ſi quis argentum. 35. §. ſed & ſi quis vniuerſitatis. C. de donationib.* vbi tenetur donator præſtare quantum donauit; Tamen intelligitur, dummodo ſubſecuta fuerit inſi-
3 nuatio, † cum ſemper illa reſeruetur iuxta *l. ſancimus. 34. C. de donationib.* & declarat *tex. in d. l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. verſ. obſeruatione & hic monimentorum* & notat etiam ibi *Bald. in princ. & in fin. verſ. & ſic ſolidum omnino. & Salic. n. 8.*
Additur *Statut. Vrb. c. 150. lib.* 1. per quod mã-
4 dantur inſinuari donationes † excedentes ſummã, ſeu valorem ducatorum ducẽtorum infra ſex menſes à die donationis factæ per acta alterius notarij, aliàs vltra dictã ſummã ſint nullæ, nec poſſit renunciari tali inſinuationi, vt latius in eodem ſtatuto continetur,
5 quod eſt ſeruandum, † etiam per forenſes facientes donationes in Vrbe *Caputaq. deciſ. 206. p. 3. poſt Abb. conſ. 32. in quæſtione. in 1. dub. lib. 2. Corn. conſ. 185. n. 9. lib. 2. Barbat. conſ. 2. illud. col. 6. lib. 2. Rebuff. de dona-*
6 *tionib. inſinuand. art. 1. gloſ. 3.* † Tanquam talis inſinuatio concernat ſolemnitatẽ actus illius loci, in quo fit, ideo etiam per exteros erit ſeruanda *l. ſi fundus. ff. de euictionib. Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumm. tri-*
7 *nitat.* Cum etiam hoc fiat, † vt fraus euitetur, quod ſpectat ad officium eius, in cuius ter-

territorio actus geritur *l. congruit. de offic.*
præſid. neque enim exteri poſſunt violare
ſtatuta, & leges ciuitatis, vbi donant *c. quo*
iure. & c. quæ contra. 8. *diſtinct.*
Et cum requiratur inſinuatio, non valebit do-
8 natio, niſi eſſet facta in ſcriptis, † ſi enim
non ſit talis, non poteſt in actis redigi, prout
requiritur *l. ſancimus. & l. penult.* C. *de*
donationib. & in ſpecie ita concludit *Rebuff.*
*de inſinuand. donationib. in princ. n.*4. *&* 5.
vbi quod nec crederetur parti aſſerenti do-
9 nationem factam, † ſi de ea non conſtaret
per ſcripturam, neque poſſet illa probari
per teſtes, tanquam illius inſtrumentum re-
giſtrari debeat, ideo ſemper requiritur ſcri-
ptura *Bald. in l.*2. *n.*14. *C. de edend.*
Neque obſtat, quod de iure non requiratur iſta
10 ſcriptura *l. ſi quis argentum.* † *§. ſed & ſi*
quis. C. *de donationib. §. vlt. vbi Gloſ. in*
verb. niſi tantummodo. in fin. auth. vt non
non fiant pignoration. Quia cum per ſtatu-
tum requiratur inſinuatio infra ſex menſes
facienda, non iuuat talis donatio, niſi fiat in
ſcriptis, ad hoc vt poſſit in actis regiſtrari,
11 & imputet ſibi pars, † quæ non ſibi prouidit
de modo donandi ad effectum, vt illam poſ-
ſet inſinuare iuxta formam ſtatuti, quam
debebat præcisè ſeruare *Caputaq. deciſ.*206.
*p.*3. *cum alijs ſupra adductis.*
Immo cum etiam de iure ſit neceſſaria inſinua-
tio in donationibus factis iuxta diſpoſitio-
nem *d. l. ſi quis argentum.*35. vt notant ibid.
omnes Doctores, concludendum eſt, quod ſi
aliquis donauerit alicui præſenti bona ſua
12 coram teſtibus, † tunc donatarius, vt perfi-
ciat ſuam donationem per actum inſinuatio-
tionis, debet vti praxi contenta in *c. ſignifi-*
cauit. de teſtib. quod videlicet citetur do-
nans coram Iudice, & interrogetur, ſi dona-
uerit, & ſi dicat ſe donaſſe, & non pœniteat
conſcribetur ſua donatio, & tunc donatarius
petat illam inſinuari, & in acta redigi, ad
hoc vt probet tanquam inſinuata, ita in ſpe-
cie declarat *Rebuff. de inſinuand. donatio-*
nib. in princ. n. 5.
Et cum hæc non fuerint facta, dum vixit dona-
13 tor, nõ poterunt modo fieri † poſt eius mor-
tem inuitis ipſius hæredibus, qui poterunt
opponere de non inſinuatione, ſicut poterat
defunctus, qui donauit *Aim. conſ.* 200. *n.* 7.
poſt Roman. conſ. 120. *in* 2. *dub. Affl. deciſ.*
240. *n.* 8. *Socin. conſ* 79. *n.*47. *lib.*4. *Rot. di-*
*uerſ. deciſ.*110. *in princ. par.*2.
Et quod magis eſt, facultas inſinuandi donatio-
14 nem non competit hæredi † *Aret. conſ.* 123.
Dec. in l. hæredem. 59. *n.*7. *ff. de regul. iur.*
*Menoch. conſ.*1222. *n.*3. *&* 4. *lib.*13. *Rebuff.*
*de donat. inſinuand. art.*1. *gloſ. vlt. n.*3. *tom.*2.
*fol.*380. dixi latè *ſupr. c.*783. *n.*5. *vſque ad* 14.
vbi etiam, quod paſſim defectus inſinuatio-
15 nis ita obſtat, † vt mortuo donatore, non
poſſit donatarius inſinuare donationem in-
uitis hæredibus donantis, ſicut non poſſet in-
uito ipſo donatore viuente *Imol. in l. aqui-*
*lius. col.*1. *ff. de donation.* Canar. *de inſinuat.*
*quæſt.*8. cum alijs adductis *ſupr. c.*531. *n.*3.
16 tanquam mutatus ſit ſtatus, † & non detur
amplius ratificatio contractus mortuo vno
ex contrahentibus *Surd. conſ.*9. *n.*53. *vſque*
ad 56. *lib.* 1. *poſt Butr. in c. fin. col.* 3. *vbi*
*Imol. de confeſſ. Cephal. conſ.*440. *n.* 30. *lib.*3.
*Bald. conſ.*167. *quidam franciſcus. n.*5. *lib.*5.
*Becc. conſ.*66. *n.*19. *&* 27. *cum ſeq. lib.*1.
Benè igitur potuit donans, quamuis etiam do-
naſſet, & probaretur donatio, & res donatas
etiam tradidiſſet, illas alteri donare, & vxo-
rem in eis inſtituere in vſufructu, & in pro-
prietate Venerabilem Archiconfraternita-
17 tem Sanctiſſimi Crucifixi, † cum donatio
ante inſinuationem ſit imperfecta, & non
completa, & habeatur pro non facta, itaut
ſolum incipiat valere à die inſinuationis,
ideo ſi fuerint traditæ res donatæ, competet
condictio ſine cauſa, & interim, donec non
inſinuetur, non fuit dominium translatum,
nec donatarius aliquos fructus acquiſiuit,
tanquam ſimus in actu nullo, & imperfecto,
vt latè omnia ſupradicta comprobat *Rebuff.*
qui pro omnibus ſufficiat *de inſinuand. do-*
*nationib. art.*1. *gloſ.*6. *&* 7. *per tot.*
Et minus iſta inſinuatio poteſt peti in caſu no-
18 ſtro, quia iuxta *Statut. Vrb. lib.*1. *c.*150. † de-
bet donatio inſinuari infra ſex menſes, vnde
ſi aliter fiat, donatio reſoluitur *Bald. in l.*
*fin. col.*1. C. *de donationib. ante nupt. Caſtr.*
in l. vniuerſa. C. *de precib. imperat. offer.*
*Affl. in c. imperialem. q.*24. *n.*10. *de prohibit.*
feud. alienat. per federic. Canar. de inſinuat.
*p.*1. *q.*28. *Rimin. Iun. in §.*1. *inſtit. de dona-*
*tionib. n.*216. Quidquid ceſſante ſtatuto talis
facultas inſinuandi eſſet perpetua *Idem Ri-*
min. Iun. d. §. 1. *n.* 211.
Neq; eſt facienda differentia inter donationem
19 factam coniuncto, ſiue extraneo, † Quia in
vtroque requiritur inſinuatio, ſine qua erit
nulla, cum adſit eadem ratio, immo maior
videtur eſſe inter coniunctos, qui ſunt aptio-
res ad nocendũ, quando tractatur de eorum
commodo, quàm extranei, vt notat in ſpecie
Bald. in l. data iampridem. alias incip. lata
iampridem. 27. *n.* 3. *&* 4. C. *de donationib.*
*Barbat. conſ.*23. *n.*14. *col.*4. *lib.*2. *Rebuff. de*
inſinuand. donationib. artic. 1. *gloſ.* 1. *n.* 8.
tom. 2. *fol.* 369.
Quo verò ad eamdem donationem, dum præ-
tenditur illius validitas, quamuis nõ ſit in-
ſinuata, quia ſumus in promiſſione, ſeu pa-
20 cto de donando, † concludendum eſt, vt hu-
iuſmodi conuentio ſit idem, quod donatio,
cum in pacto de donando contineatur ipſa
donatio, iuxta opinionem *Bart. in l. iuriſ-*
gentium. in fin. princ. vbi Fortun. Garzia
*col.*32. *ff. de pact. & in l. in ædibus. §.*1. *ff. de*
donationib. & in l. vlt. col. 2. *verſ. non ob-*
ſtat quod ex iſto. ff. de condict. ob cauſ. Io.
Fab. Port. Odofred. Azor. Ang. & alij quos
refert,

refert, & latè ſequitur *Rip. lib. 3. reſponſor.*
21 *c. 12. n. 1. & 2. fol.* 101. † vbi quod ab opinione
Bart. non eſt recedendum in iudicando tan-
quam communi, & maioris auctoritatis,
quod etiam dicit *Socin. conſ.* 102. *col. 2. ad
med. verſ. & ſi dicatur verba dicta ſcriptu-
ra. n. 4. lib. 3. Menoch. conſ. 92. n. 27. lib. 1. &
conſ. 967. n. 1. lib. 10. Palaez. de maiorat. p. 1.
q. 40. n. 25. Alciat. conſ. 117. n.* 102. qui om-
22 nes defendunt opinionem *Bart.* † addentes,
quod diſpoſitio *l. ſi quis argentum. C. de
donation.* habet locum in pacto de donando
*Alex. in d. l. iuriſgentium. in princ. n. 11.
in fin.* vbi quod magna eſt auctoritas *Bart.*
licet in pũcto iuris aliud videretur tenendũ.

Cum igitur conuentio de donando ſit donatio,
& ſub ea contineatur, vt dictum eſt, ſequi-
tur, vt in iſto pacto requiratur inſinuatio,
23 quemadmodum in donatione requiritur, † vt
inter inſinuationem, & pactum donandi poſ-
ſit paciſcens, ſeu donans deliberare an ſibi
expediat adimplere, & vt iteratio actus oſtẽ-
dat mentis perdurationem, & vt tollatur de-
ceptionis ſuſpitio, & vt occurratur falſis mo-
dis probationũ, & quia Reipublicæ intereſt
ne quis re ſua malè vtatur, quæ omnes ra-
24 tiones fuerunt in cauſa, † vt inſinuatio re-
quiratur *Io. Andr. in addit. ad Speculat. de
inſtrumentor. edition. §. porro. verſ. donatio.
Rebuff. de inſinuand. donationib. art. 1. gloſ.
1. n. 1. vſque ad 7.*

Quibus conferunt, quæ dicuntur de circuitu
euitando, prout debent facere omnes Iudi-
25 ces † amplectendo æquiorem ſententiam, &
veritatem ſectando reiectis huiuſmodi ſub-
tilitatibus *l. dominus teſtamento. vbi Iaſ.
n. 3. ff. de condict. indeb. Dec. in l. cum fun-
dum. §. ſeruum ſuum. n. 1. ff. ſi cert. petat.
Boer. deciſ. 183. n. 13. Menoch. conſ. 795. n. 37.
lib.* 8. Et contraria procedunt, quando cir-
cuitus non ſunt inutiles, & quando caſus
non eſt à iure expreſſus *Surd. conſ. 52. n. 70.
lib. 1. poſt Tiraq. de retract. conuention. §. 2.
gloſ. 1. n. 70.* itaut non ſit facienda differen-
tia inter iſtas donationes, & pacta de do-
26 nando, † ſicut dicimus de contractu, in quo
non fuit conceſſa ſimpliciter facultas redi-
mendi, ſed tantum emptor promiſit dare
venditori talem facultatem redimendi intra
certum tempus, nam venditor poterit vir-
tute iſtius promiſſionis agere, vt emptor re-
uendat reſtituto pretio, non autem ſolum-
modo agere, vt ei detur huiuſmodi facultas
Tiraq. qui ita iudicatum teſtatur *de retract.
conuentional. ad fin. tit. n. 26. & 61.*

Quare ille, qui promiſit ſe obligaturum, poteſt
27 rectè conueniri † ad rem promiſſam traden-
dam *Roman. ſing. 183. Ruin. conſ. 12. n. 32.
lib. 3. & in l. 4. §. cato. in 8. notab. ff. de
verb. obligation. Affl. deciſ. 61. in princ. Boer.
deciſ. 183. Gomeſ. in §. in perſonam. n. 41.
inſtit. de actionib.* latiſſimè *Tiraq.* qui infi-
nita ſimilia adducit *de retract. conuentional.
ad fin. tit. n. 26. vſque ad* 42. vbi multa ad
28 materiam promiſſionis faciendi, † quæ non
differt ab ipſo facto, itaut hoc ſit attenden-
dum etiam in diſpoſitionibus exorbitanti-
bus, & ſtatutis *Alex. conſ. 63. col. vlt. lib. 4.
Socin. Iun. conſ. 35. n. 10. lib. 1.*

Nec me latet, quod alij tenent contrariam
opinionem, quod videlicet differat pactum
29 de donando à donatione, † & quod diſpoſitio
d. l. ſi quis argentum. non habeat locum in
promiſſione donationis, vt notat *Salic. in
l. 2. C. de condict. ob cauſ. Alex. in l. iuriſ-
gentium. in princ. n. 9. vſque ad 12. ff. de
pact. Dec. in l. ſi pacto quo pœnam. 14. col. pe-
nult. poſt princ. verſ. vnde aliter reſpondeo.
C. eod. tit. Io. de Anan. conſ. 64. ad med. verſ.
ſunt enim iſta diuerſa. Roland. conſ. 69. n. 18.
lib. 3. Caccialup. de pact. q. 6. col. penult. Aret.
in §. in perſonam. n. 15. cum ſeq. inſtit. de
actionib. Bald. conſ. 397. caſus talis eſt. lib. 1.
Caſtr. conſ. 138. dicta donatio. col. vlt. lib. 1.
Tiraq. de retract. conuentional. ad fin. tit.
n. 48. Imol. in l. in ædibus. §. ex rebus. col. 1.
ff. de donation. b. & in c. qualiter. de pact.*

Et faciunt, quæ dicuntur in ſimili de vendi-
30 tione, quę differt à pacto de vẽdendo, † prout
idem eſt in conductione, ceſſione, redhibitio-
ne, commodato, depoſito, mutuo, renoua-
tione, ratificatione, compromiſſo, redem-
ptione, condemnatione, reſtitutione in inte-
grum, abſolutione, conceſſione in emphy-
teuſim, actione, renunciatione, ſolutione, in-
feudatione, conſenſu, & ſimilibus, quæ om-
nia latè adducit *Tiraq. de retract. conuen-
tional. ad fin. tit. n. 42. vſque ad 62. Surd.
conſ. 52. n. 12. vſque ad 23. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuentionib. lib. 4. tit. 3. col.
1. & 2. Roland. conſ. 69. n. 12. cum ſeq. lib. 3.*

Verum quidquid ſit de prædictis, quãuis etiam
donatio non compræhenderetur in pacto de
31 donando, † Tamen exceptio inſinuationis,
etiam in tali pacto obſtaret, prout obſtat in
donatione, ſiue fuerit tradita res donata,
ſiue agatur ad tradendum, & obſeruandum,
iuxta formam *l. ſi quis argentum. C. de do-
nationib.* Etenim per iſtud pactum de donan-
do non poteſt competere aliud ius, nec alia
32 actio, niſi perſonalis, † cum ex promiſſione
de donando nullum ius acquiratur in re,
prout dicimus de promiſſione de vendendo
*l. ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actionib.
empt. Roland. conſ. 69. n. 19. lib. 3. Surd. conſ.
52. n. 20. lib. 1. poſt Iaſ. in l. in bonæ fidei.
n. 3. verſ. vtilitas iſtius regulæ. ff. de eo quod
cert. loco. Ang. conſ. 184. col. vlt. n. 3. ad fin.
verſ. & illa verba.*

Nec facit, quod quamuis non acquiratur ius in
re per iſtam promiſſionem, ſed ſolum com-
petat actio in perſonam, Tamen ex ea po-
33 terit contra donantem agi ad intereſſe, † ad
quod tenebitur, ſi non donet, prout dici-
mus de promittente vendere, qui conueni-
tur actione perſonali ad intereſſe, ſi non vult
ven-

Digitized by Google

vendere *Iaſ.conſ.*117.*col.*1. *ad med. n.*1.*lib.*2.
iuxta *l. qui fundum . ff. de contrahen. empt.*
Surd. conſ. 52. *n.* 21. *lib.* 1. Quia prædicta
procedunt in caſibus, in quibus nihil poteſt
opponi contra promiſſionem vendendi, vel
34 ſimilē contractū, † nam ſi promiſſio haberet
aliquam exceptionem, tunc neque daretur
actio perſonalis ad intereſſe, prout eſt in pa-
cto de donando, in quo ſtante pœnitentia
paciſcentis donare, impeditur ortus actio-
nis ad intereſſe, prout dicimus, quando do-
natur aliquid & traditur, nam ſemper reſer-
uatur exceptio inſinuationis, quæ facit, vt
ante illam donatio non ſit completa, & ha-
beatur pro non facta, itaut ſolum incipiat
valere à die inſinuationis, ideo ſi fuerint tra-
ditæ res donatæ, competit condictio ſine
cauſa, & interim donec inſinuetur, non fuit
dominium translatum, nec donatarius ali-
quos fructus acquiſiuit, tanquam ſimus in
actu nullo, & imperfecto, vt dictum eſt *ſupr.*
n. 17. *ex Rebuff. de inſinuand. donationib.*
art. 1. *gloſ.* 6. *&* 7. *per tot. tom.* 2. *fol.*378. *&*
379. iuxta *l. ſancimus. in princ.* C. *de dona-*
tionib. Gloſ. in l. 1. *ff. eod. tit.* §. *ſi filius. in-*
ſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit. Bart.
in l. ſi ita quis. §. *ea lege. ff. de verb. obligat.*
& in l. cum lex. ff. de fideiuſſor. Bald. in
l. vniuerſa . C. *de precib. imper. offer. & in*
l. ij qui. C. *de appellat. & in l.*2. *q.*13. C. *de*
reſcind. vendit. iux. l. ex imperfecto. C. *de*
*teſtam. & l. ex imperfecto. ff. de legat.*3.
Vndē ſi iſta exceptio pœnitentiæ competit in
donatione facta per inſtrumentum ante inſi-
nuationem etiam quod res donatæ ſint tra-
35 ditæ, vt dictum eſt, † quanto magis habebit
locum in pacto de donando, ad cuius im-
plementum non poterit cogi paciſcens, ſi
opponat ſe pœnitere, quod hanc conuentio-
nem, & pactum fecerit, cum enim hæc exce-
ptio admittatur in actione reali, multò ma-
gis in perſonali *Grammat. deciſ.* 103. *n.*188.
36 *poſt princ.* † Neque enim ex actu imperfecto
aliquid debetur *l. ex imperfecto.* 23. *ff. de*
*legat.*3. *l.*1. *ff. de peric. & commod. rei vendit.*
l. ex imperfecto. C. *de teſtament. Rebuff. de*
inſinuand. donationib. artic. 1. *gloſ.* 6. *in*
fin. tom. 2. *fol.* 379.
Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti,
quia ſolum ex aduerſo prætenditur, quod
37 ſimus in donatione probata per teſtes, † quo
caſu tenetur Iudex cogere donantem, vt præ-
ſtet quantum donauit iuxta diſpoſitionem
*l. ſi quis argentum.*35. §. *ſed & ſi quid vni-*
uerſitatis. C. *de donationib.* Quod tamen non
obſtat, quia iſta debent intelligi, dummodo
38 ſubſecuta fuerit inſinuatio, † nam ſi illa non
interuenerit non poteſt cogi donator præ-
ſtare, quod donauit iuxta *l. ſancimus* . 34.
C. *de donationib.* & dictum eſt *ſupr. n.*3.
Et quidem non eſt facienda differentia an pro-
betur donatio per teſtes, ſeu per inſtrumen-
tum, aut ſcripturam, nam in vtroque caſu
39 militat ratio, † ob quam requiritur inſinua-
tio, cum eamdem vim obtineant teſtes, ſeu
inſtrumenta *l. in exercendis* . 15. C. *de fid.*
inſtrument. c. cum ioannes. eod. tit. Dec. conſ.
168. *diligenter pro tenui. col.*2. *poſt med. verſ.*
& ideo tale mandatum . Surd. deciſ. 71. *n.*6.
Neuiz. conſ. vlt. n. 14. *Franc. deciſ.*278. *n.*1.
*Marſil. ſing.*157. *volo te docere. n.*1. *fol.*362.
poſt Cin. in l. optimam . C. *de contrahen. &*
committ. ſtipulat. Abb. in c. ſicut conſuetudo.
vbi Felin. col. 5. *de probation. Idem Felin.*
in c. ſi quando. col. 10. *de reſcript.*

E P I T O M E.

PRohibitio trebellianicæ an poſſit deſu-
mi ex verbis tacitis, & generalibus, &
ex coniecturis. ¶ Et quales debeant eſſe.
¶ Et an hæres dicatur alienare, qui trebel-
lianicam detrahit, ſiue ſimus in fideicom-
miſſo vniuerſali prohibente alienationem,
ſiue in particulari. ¶ Intellectus *auth. ſed in*
ea. C. ad leg. falcid. ¶ Prohibitio trebellia-
nicæ in vno caſu quando extendatur ad aliū.
¶ Verba totam hæreditatem reſtituas cum
prohibitione alienationis an excludant tre-
bellianicam. ¶ Et quando ad iſtum effectum
debeant determinare executionem, ſeu præ-
ſtationem, itaut ſint ponenda ipſi ſubſtitu-
tioni. ¶ Et quid in clauſula codicillari, ſeu
omni meliori modo. ¶ Trebellianica an ha-
beatur pro ære alieno, & ſit detrahenda ex
primogenitura.

S V M M A R I V M.

1 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam taciti, & ex verbis generalibus, & ex coniecturis. Intellige, vt n.* 2.

3 *Prohibitio alienationis idem importat, ac ſi prohiberetur trebellianica.*

4 *Hæres non dicitur alienare, qui quartam detrahit, quando ſumus in fideicommiſſo vniuerſali prohibente alienationē, ſecus in particulari. n.*6. *Declara, vt n.* 15. 17. *&* 18.

5 *Trebellianica habetur pro ære alieno, quod prius debet deduci.*

7 *Verba totam, & integram hæreditatem reſtituat an excludant detractionem trebellianicæ. n.* 8. *&* 9.

10 *Verba prohibentia trebellianicam debent determinare executionem, ſeu præſtationem mandando totam hæreditatem reſtitui, itaut debeant poni ipſimet ſubſtitutioni.*

11 *Prohibens trebellianicam in vno caſu non dicitur prohibuiſſe in alio, in quo prohibitionem non expreſſit.*

12 *Per clauſulam codicillarem dicitur prohibita trebellianica.* Contrarium. *n.* 13.

14 *Trebellianica etiam detrahitur ex primogenitura.*

16 *Intellectus* auth. ſed in ea. C. ad leg. falcid.

19 *Retentio trebellianica non dicitur alienatio.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. DCCCLXXXVIII.

TRebellianica, quamuis poſſit prohiberi
per teſtatorem tacitè, & ex verbis ge-
1 neralibus, † & coniecturis *Bald. in l. preci-
bus. n. 44. C. de impuber. Tiraq. de legib.
connubialib. gloſ. 5. n.* 101. Tamen requiri-
tur, quod ex dictis verbis neceſſariò infera-
tur talis prohibitio, itaut alium ſenſum re-
2 cipere non poſſint, † nam alias huiuſmodi
verba nihil operabuntur *Caſtr. in auth. ſed
cum teſtator. n. 2. C. ad leg. falcid. & conſ.*
207. *n.* 10. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 21. *n.* 10. *lib.* 3.
Socin. Iun. conſ. 170. *n.* 33. *in fin. & n.* 38.
lib. 2. *Rip. in* 1. *reſponſ. n.* 3. *tit. ad trebellian.
lib.* 2. cum alijs per *Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 9. *Rot.
deciſ.* 67. *n.* 2. *p.* 1. *in recentior.*

In caſu autem noſtro non videtur conſtare de
tali neceſſitate verborum inducentium pro-
3 hibitionem trebellianicæ, † Nam licet fue-
rit facta prohibitio alienationis, quia teſta-
tor voluit bona remanere ad ſucceſſores, quę
verba important idem ac ſi prohibita fuerit
trebellianica *Guid. Pap. conſ.* 51. *n.* 2. *Ruin.
conſ.* 15. *n.* 25. *in fin. lib.* 3. *& conſ.* 118. *n.* 29.
eod. lib. Nihilominus contraria opinio eſt
verior quando, prout in caſu noſtro, ſumus
in prohibitione alienationis fideicommiſſi
4 vniuerſalis, † tunc enim non poteſt hæres
videri alienare, qui quartam detrahit, vt ſibi
retineat, Nam *tex. in* §. *vlt. auth. vt ſpon-
ſalit. largit. & in auth. ſed & in ea. C. ad leg.
falcid.* in quo ſe fundant Doctores contra-
rium tenentes, loquitur de re particulari,
quam teſtator prohibuit alienari, vt rema-
neat apud eius ſucceſſores, quo caſu, ſi quar-
ta falcidia retineretur, non tranſiret res le-
gata ad hæredes legatarij, ſed pars tantum,
ideo diceretur facta alienatio, maximè, quia
in re particulari prohibita alienari nullum
præiudicium eſt hæredis, qui poterit ex alijs
bonis non prohibitis falcidiam deducere,
quod non eſt in hæreditate relicta per fidei-
commiſſum, quã hæres fuit prohibitus alie-
5 nare, † quia ex nullis bonis poſſet trebellia-
nicam detrahere, & ſic multum grauaretur,
quod non eſt dicendum, cum iſta trebellia-
nica habeatur pro ære alieno, quod in pri-
mis debet deduci *Bald. in l. quamquam. C.
ad leg. falcid. Natt. conſ.* 528. *n.* 34. *Petr. de
fideicommiſſ. q.* 15. *n.* 153.

Et ita in ſpecie hanc opinionem tanquam ve-
6 riorem latè comprobat † *Cardin. Mantic. de
coniectur. vltim. voluntat. lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 20.
poſt Alciat. conſ. 113. *n.* 1. *vſque ad* 20. *lib.* 9.
Roland. conſ. 9. *n.* 15. *cum ſeq. lib.* 4. *Bero. conſ.*
93. *n.* 7. *&* 15. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 320. *n.* 43.
lib. 3. *Socin. Iun. conſ.* 170. *n.* 40. *&* 41. *lib.* 2.
latiſſimè *Odd. conſ.* 65. *n.* 75. *vſque ad* 80. *Pe-
regrin. de fideicommiſſ. art.* 3. *n.* 91. *vſque
ad* 94. *fol.* 35. qui plures caſus diſtinguit.

Non obſtat, quod teſtator expreſsè mandaue-
rit, vt Princeps hæres inſtitutus non poſſit
tãgere rem aliquam de dicta ſua hæreditate
7 donec non peruenerit, † & multiplicetur vſ-
que ad ſummam ſcutorum 400. millo, adeo
vt ex hoc videatur colligi enixa volũtas di-
ſponentis, quod tota, & integra hæreditas
vna cum fructibus deberet conſeruari vſque
ad dictam ſummam, & in caſu reſtitutionis
integra reſtitui ſubſtitutis, & conſequenter
abſq; aliqua deductione trebellianicæ *Bart.
in l. centurio. col.* 8. *ff. de vulg. & pupill. Capr.
conſ.* 36. *in fin. Bald. in l. precibus. C. de
impub. & alijs ſubſtitut. Alex. conſ.* 201. *col.* 2.
lib. 6. *Curt Iun. conſ.* 154. *col.* 1. *Coſt. clauſ.* 91.
par. 3. Nam quidquid ſit de iſta opinione,
quæ habet multos contradictores, vt per
8 *Gabr. concluſ.* 3. *n.* 2. *ad trebellian.* † In caſu
noſtro poſt dictam prohibitionem, quod hæ-
res nihil poſſit tangere de ſua hæreditate,
ſubiungit teſtator, quod facta multiplica-
tione vſque ad ſummam prædictam, ſit in
libera facultate hęredis diſponere de fructi-
bus eiuſdem capitalis, & illis frui pro ſe,
vel alijs arbitrio ſuo, ex quibus verbis clarè
apparet, quod teſtator cogitauit, vt diſpo-
ſitio fructuum ſpectaret ad hæredem, & mul-
tiplicatio haberet effectum in ipſius vita,
9 vnde huiuſmodi diſpoſitio † non debet ex-
tendi ad alium caſum, quando poſt mortem
ipſius ſubſtituit alios in teſtamento voca-
tos, cum in tali ſubſtitutione non adſit ali-
quod præceptum de reſtituendo totam, &
integram hæreditatem, & ſine vlla diminu-
tione, tunc enim intelligeretur etiam pro-
hibita trebellianica, prout ita loquuntur
omnes, qui contrarium tenent, vt latè de-
clarat *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.
10 voluntat. lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 15. *&* 16. † vbi re-
quirit; quod iſta verba determinent execu-
tionem, ſeu præſtationem, mandando totam,
& integram hæreditatem reſtitui, & abſque
diminutione, nam alias non operarentur ta-
lem prohibitionem, itaut debeane poni *ipſi*
ſubſtitutioni *Eugen. conſ.* 6. *n.* 51. *Ruin. conſ.*
156. *n.* 5. *verſ. tertio ad idem facit. lib.* 3.

Vnde multò minus poterit dici prohibita iſta
trebellianica, cum ſimilia verba ſint poſita
11 in alio caſu multiplicationis, † qui non de-
bet extendi ad alterum caput reſtitutionis,
in quo ſimpliciter illa reſtitutio iubetur, nũ-
quam enim prohibens trebellianicam in vno
caſu cenſetur prohibuiſſe in alio, in quo pro-
hibitionem non expreſſit *Aret. conſ.* 12. *in
cauſa nicolai. ad fin. verſ. confirmatur iſta
concluſio. Socin. Iun. conſ.* 170. *n.* 30. *lib.* 2.
Eugen. conſ. 6. *n.* 52.

Nec facit clauſula codicillaris, & omni meliori
12 modo, † per quam dicitur prohibita trebel-
lianica *Ruin. conſ.* 146. *n.* 10. *&* 16. *lib.* 3.
Quia contraria opinio eſt verior, cum tales
clauſulæ addantur ad pleniorem validitatẽ,
& ad confirmationem relictorum in teſta-
mento, quatenus iure teſtamenti illud non
va-

Digitized by Google

13 valeret, † vnde non poteſt ex hoc aliqua
coniectura colligi, vt ſit prohibita trebel-
lianica *Eugen. conſ. 6. n. 61. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 12. n. 27.
fol. 166. Peregr. de fideicommiſſ. art. 3. n. 97.
fol. 36.* contra *Ruin. conſ. 146. n. 10. & 16.
lib. 3.* & alios adductos per *Turret. de effect.
& defectib. clauſul. codicillar. quaeſt. 183.
n. 6. fol. 286.*

Minus obſtat, quod ſimus in primogenitura,
14 ex qua non detrahitur trebellianica, † Quia
verius eſt, vt illa etiam ex ea detrahatur, cum
paſſim de maioratibus vniuerſalibus, ſicut de
fideicommiſſis concedatur talis detractio,
prout de ſingularibus falcidia *Molin. de
primogenit. hiſpanor. lib. 1. cap. 17. n. 1. vſ-
que ad 4. fol. 117.* Intelligendo iuxta ea, quæ
adducit *Menoch. conſ. 775. n. 10. lib. 8.*

Verum licet iſta multum vrgeant pro detra-
15 ctione trebellianicæ, † Nihilominus, quæ
dicta ſunt de prohibitione alienationis, vt
bona conſeruentur in familia, quod non ha-
beant locum in bonis vniuerſalibus prohi-
bitis alienari, ſed in particularibus tantum,
videntur eſſe dubia ex adductis per *Peregr.
de fideicommiſſ. art. 3. n. 91. vſque ad 94.* vbi
latè firmat contrarium, & auctoritatibus, &
rationibus, maximè quando, prout in caſu
noſtro, teſtator fecit realem prohibitionem
alienationis, ſeu quando non ſolum hære-
dem, ſed ſubſtituros primos, & vlteriores
prohibuit bona ſua immobilia alienari, tunc
enim videtur prohibita trebellianica, nam
ſi poſſent detrahi, pro ea parte alienarentur
16 contra expreſſam voluntatem teſtatoris, † &
ita videtur verificari ratio *auth. ſed in ea.
C. ad leg. falcid.* quaſi totius, & partis idem
ſit iudicium *l. qua de tota. ff. de rei vendicat.*
17 & in terminis etiam notat † *Socin. conſ. 49.
n. 21. lib. 3. Feder. Scot. conſ. 52. n. 25. lib. 2.
Mantu. conſ. 291. n. 10.*

Quare omnia iſta erũt in arbitrio Iudicis, quam
18 opinionem velit ſequi, † & quidem contra
Peregr. faciunt multa, quæ adducit *Odd.
conſ. 65. n. 75. vſque ad 83.* Cum præſertim
19 trebellianicæ retentio † non poſſit dici alie-
natio *Corn. conſ. 164. n. 2. lib. 2. Alciat. in
l. filiusfamilias. §. diui. n. 32. ff. de legat. 1.
Odd. conſ. 65. n. 80. & 83.*

E P I T O M E.

TAbellio quando poſt datam copiam
parti etiam non authenticam poſſit ali-
quid minuere, ſeu addere in originali, ſeu
prothocollo. ¶ Et quomodo correctio ſit
facienda, ſi prætendatur notarium erraſſe.
¶ Verba abſque diminutione an habeat vim
prohibitionis trebellianicæ. ¶ Inſtrumen-
tum authenticum datum per notarium parti
an probet, ſi non reperiatur in prothocollo.
¶ Suſpitio falſi an oriatur ex diuerſitate
ſcripturæ factæ per notarium. ¶ Et an vtra-
que ſit infirmanda, vel potius præualeat illa,
quæ eſt magis plena, ſeu minima. ¶ Error
notarij qualiter probetur. ¶ Et an ſufficiat
oſtenſio prothocolli. ¶ Et quale illud debeat
eſſe, vt ex eo poſſit probari error. ¶ Folia
reperta extra prothocollum quando fidem
faciant. ¶ Inſtrumentum quo caſu dicatur
originale, ſeu exemplum. ¶ Falſitatis ſuſpi-
tio an habeatur pro falſitate in ciuilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius poſt datam copiam authenticam
parti non poteſt aliquid addere, & minue-
re. Intellige vt n. 4. & 5.*
2 *Inſtrumentum publicum, quod datur à No-
tario ipſi parti, dicitur originale, non au-
tem copia, aut exemplum. n. 3.*
6 *Prothocollo an ſtandum ſit, quando adeſt va-
riatio in inſtrumento dato per notariũ. n. 7.*
8 *Notarius debet facere, & cuſtodire pro-
thocollum.*
9 *Correctio eſt facienda per Iudicem ſeruatis
ſeruandis, & probato errore, quando nota-
rius vult aliquid addere, ſeu minuere in
inſtrumento per eum rogato, & dato parti
etiam non authentico. n. 10. & 32.*
11 *Verba abſque diminutione habent vim pro-
hibitionis trebellianicæ.*
12 *Inſtrumentum authenticum datum parti per
notarium debet attendi, quamuis non adſit
in prothocollo.*
13 *Non eſt curandum de matrice, vbi adeſt in-
ſtrumentum originale.*
14 *Notario etiam bonæ famæ non creditur di-
centi ſe correxiſſe inſtrumentum per erro-
rem. Amplia vt n. 15.*
16 *Notarius an incurrat pœnam falſi addendo
aliquid inſtrumento per eum rogato.*
17 *Suſpitio falſi oritur ſtante diuerſitate ſcri-
pturæ factæ per notarium.*
18 *Falſitatis ſola ſuſpitio habetur pro conclu-
denti probatione falſi in ciuilibus.*
19 *Contradictio vnius teſtis alteri facit, vt
nemini ſit credendum.*
20 *Per vnam ſcripturam contradicentem al-
teri derogatur vtrique. Declara vt n. 21.
22. & 23.*
24 *Error probatur per oſtenſionem prothocolli,
& quid illius appellatione veniat. n. 25.*
26 *Folia reperta extra librum prothocollorum
notarij, & alios rogitus quando fidem
faciant.*
27 *Matrix, ſeu prothocollum, ſeu prima ſcri-
ptura qualis debeat eſſe, vt ex ea poſſit pro-
bari error notarij, qui dedit inſtrumentum
diuerſum à dicta matrice. n. 28. & 29.*
30 *Notarius ſi confecit plura inſtrumenta,
quorum vnum eſt plenius altero, cui ſit
ſtandum. & n. 33.*
31 *Creditur notario, quod talis ſcriptura ſit
matrix.*

CAP. DCCCLXXXIX.

IN dubio propoſito concludendum eſt ne-
1 gatiuè, quod Notarius † poſt datum au-
thenticum inſtrumentum teſtamenti ſemel
per eum rogati, in quo non aderat niſi ſim-
plex ſubſtitutio, non poſſit dare poſtea aliud
publicum inſtrumentum eiuſdem teſtamẽti,
cum additione, quod hæres teneatur ſubſti-
tutis reſtituere hæreditatem ſine aliqua di-
minutione, Etenim ſumus in ſcriptura con-
fecta per ipſummet notarium prothocolli
auctorem, coram quo fuit conditum teſta-
mentum, & ab eodem traditum, & proprio
2 ſigno ſignatũ, † quod dicitur ipſummet ori-
ginale, non autem copia, ſeu exemplum
*l. vnum. 24. vbi Gloſ. in verb. exemplis. ff. de
teſtam. Bart. in auth. ſi quis in aliquo. n. 3.
vbi Bald. Salic. Alex. Iaſ. Dec. Purpur. &
Curt. Iun. C. de edend. Felin. in c. albericus.
col. 2. de teſtib. Aret. in c. quoniam contra.
n. 12. notab. 13. de probation. Couarr. pract.
quæſt. c. 19. n. 3. col. 4. in princ. verſ. nam ea
ſcriptura. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtrument. in
nou. & deciſ. 4. eod. tit. in antiq. Caputaq.*
3 *deciſ.* 170. *p.* 1. & *deciſ.* 351. *p.* 2. † & eſt opi-
nio paſſim ab omnibus approbata, vt ex
multis deciſionibus relatis teſtatur *Rot. de-
ciſ. 581. n. 2. p. 2. in recentiorib. & deciſ. 687.
n. 2. p. 1. in recentiorib. poſt Butr. conſ. 32.
ad fin. verſ. ſi autem atteſtatur. Lapus al-
legat. 77. tabellio publicus. n. 1. cum ſeq.* vbi
etiam inſeruntur duo *conſ. Franc. Aret. &
Ricard. de Salic.* cum alijs per *Quintil. Man-
doſ. ibid. in verb. iudicis ordinarij. & in
verb. idem eſt.*

Cum ergo ſimus in ipſomet originali iam parti
tradito, non poteſt amplius per notarium il-
4 lud mutari, † & confici aliud originale cum
additione alterante ſubſtantiam negotij, &
ipſius ſubſtitutionis, tanquam functus fuerit
officio ſuo, itaut nec punctum, aut ſyllabam
addere poſſit *Bart. in l. imperator. ff. de ſtat.
homin. Bald. in c. ex litteris. n. 8. de fid. in-
ſtrum. Franciſc. Marc. deciſ. 163. n. 5. lib. 1.*
5 *Gabr. de conſuetud. concluſ. 3. n. 43.* † Maxi-
mè quando, prout in caſu noſtro, mutatur,
& alteratur ſubſtantia veritatis *c. dudum.
de conuerſ. coniugat. Lapus allegat. 77. n. 3.
& 7. Roman. conſ. 198. n. 1.* ¶ Et quod dicitur
ſtari prothocollo, quando adeſt variatio,
procedit, ſi datum fuerit exemplum à nota-
6 rio, † ſecus autem ſi ipſum originale *Bald.
in l. imperator. in 1. lect. n. 4. in fin. ff. de
ſtat. homin. Socin. conſ. 199. n. 1. lib. 2.* Et
quamuis aliqui teneant idem eſſe in origi-
nali dato per notarium, cum prothocollum
7 ſit magis originale † *Socin. conſ. 277. n. 2.
Felin. in c. quoniam contra. n. 10. in 7. notab.
de probat. Bart. & Imol. in l. ſempronius.
48. ff. de legat. 2. Bald. in l. noſtram. 30. n. 4.
C. de teſtam.* Tamen de hoc non eſt quærẽ-
dum, cum non adſit in caſu noſtro aliquod
prothocollum, & folium, quod exaduerſo da-
tur ſub prætextu, quod ſit matrix, eſt cancel-
latum, & non conſtat an ſit illamet, de qua
agitur, cum non credatur notario de erro-
8 re, vt infra dicetur, † & paſſim per notarios
ſunt facienda, & cuſtodienda prothocolla
Parinac. q. 152. p. 7. n. 142.

Et in caſibus, in quibus permittitur aliqua mu-
tatio poſt datum authenticum inſtrumẽtum
parti quando ſumus circa ſubſtantialia, de-
bet fieri correctio per Notarium de manda-
to Iudicis præuia cauſæ cognitione, & cita-
9 tis citandis, † & probato errore, cum alias
ſi iſta non interuenirent, auctoritas Iudicis
illum non excuſaret *Bart. conſ. 208. n. 3. in
2. dub. lib. 1. Albenſ. conſ. 10. n. 18. Maſcard.
concluſ. 4. n. 16.* dixi latè *deciſ. Marcb. 161.
n. 4.* Et ita etiam faciendum eſſe in teſta-
mentis dicit *Socin. conſ. 98. col. 7. n. 11. lib. 3.
& conſ. 177. n. 6. col. 5. lib. 2. Caputaq. de-*
10 *ciſ. 247. p. 2.* † Quæ procedunt, quamuis per
notarium fuerit data copia ſimplex parti, &
non authenticum inſtrumentum, cum ad hũc
effectum iſta authenticatio non requiratur,
ſed ſemper ſit adhibenda auctoritas Iudicis
pro corrigendo huiuſmodi errore omiſſionis
Bertaz. conſ. crimin. 543. n. 5. lib. 2. & ita
ſeruari teſtatur *Parinac. q. 156. p. 1. n. 1.*

Quod autem ſimus in additione circa ſubſtan-
tialia, non eſt dubitandum, cum primum ori-
ginale teſtamenti dati ſolum contineat ſim-
plicem ſubſtitutionem factam filiæ, ex qua
11 deducenda eſt legitima, & trebellianica, † In
ſecundo autem teſtamento poſtea per eum-
dem notarium alteri parti tradito adduntur
illa verba abſque aliqua diminutione, quæ
habẽt vim prohibitionis trebellianicę *Bald.
in l. precibus. n. 44. C. de impub. & alijs ſub-
ſtitut. Caſtr. in auth. ſed cum teſtator. n. 2.
C. ad leg. falcid. & conſ. 28. n. 4. lib. 2. Aret.
conſ. 12. n. 6. & 7. Pariſ. conſ. 21. n. 35. lib. 3.
Crot. in l. nemo poteſt. n. 19. & 20. ff. de le-
gat. 1.* Et neminem ab hac opinione diſcre-
pare teſtatur *Cardin. Mantic. de coniectur.
vltim. voluntat. lib. 7. tit. 12. n. 16. poſt Aim.
conſ. 174. n. 1. in fin.*

Et adeo primum originale datum per Nota-
rium attenditur, vt illi ſit ſtandum, quamuis
non adſit prothocollum, & non probetur il-
12 lius amiſſio, cum illud ſit originale, † non
autem exemplum iuxta opinionem veriorem
Nicol. Matarell. de qua per *Bald. in rubr.
C. de fid. inſtrument. n. 20. & 28. & in l. ad-
monendi. col. 8. de iureiurand. Couar. pract.
quæſt. c. 19. col. 4. ad med. verſ. quibus ſatis
profecto conſtat. fol.* 500. cum alijs quos ad-
duxi *ſupr. c. 653. n. 65. Aim. conſ. 121. n.
11. ad med.*

Prout etiam dicimus, quod non eſt curandum
de matrice, neque de ea eſt facienda proba-
13 tio, † quando adeſt inſtrumentum originale
*Bald. in rubr. C. de fid. inſtrument. n. 2.
Alex. conſ. 175. n. 3. lib. 7. Rot. deciſ. 582.
n. 7.*

Digitized by Google

n. 7. p. 1. in recent. dixi ſupr. c. 736. n. 27.
Neque obſtat, quod notarius afferat ſe erraſſe,
dum in primo originali omiſit ponere illa
verba abſque aliqua diminutione, cum ta-
men eſſent ponenda, tanquam adſint in ma-
14 trice per eum producta, † Quia non creditur
notario dicenti ſe correxiſſe propter erro-
rem ab eo commiſſum Grammat. conſ. 24. n. 1.
vbi ampliat, quamuis ſimus in notario bonæ
famæ, ſubdens etiam, quod ad hunc effectum
15 non ſufficeret vnicus teſtis cũ notario, † nec
iuramentum ſuppletorium Bald. in l. cum
proponebatur ff. de legat. 2. & in l. impera-
tor. ff. de ſtat. homin. poſt Speculat. in §. po-
ſtremo verſ. ſed nunquid confectio. de fid.
inſtrument. Vital. clauſ. 22. verſ. reſtat vi-
dere. Farinac. q. 156. p. 1. n. 78. & p. 4. n. 145.
Præterea hic non agimus de condemnando no-
tario, tanquam per iſtam additionem dica-
16 tur incurriſſe pœnam falſi, † vel ſimilem,
quia ſuper hoc non ſcribimus, nec volumus
aliquid ſcribere, & multa tradit Farinac.
q. 156. n. 22. vſque ad 29. ſed ſolum dicimus,
quod ſtante huiuſmodi diuerſitate, & varie-
17 tate ſcripturæ † oritur non modica ſuſpitio
falſi Cephal. conſ. 287. n. 10. vſque ad 16. lib.
2. iuxta l. qui falsò vel variè. ff. de teſtib.
Ruin. conſ. 149. n. 23. lib. 5. Natt. conſ. 245.
n. 5. Rimin. Sen. conſ. 331. n. 6. lib. 2. Menoch.
de arbitrar. caſ. 187. n. 43. poſt Bald. in l. cum
proponebatur. 66. ff. de legat. 2. Aret. conſ. 7.
n. 11. in fin.
Quæ ſola falſitatis ſuſpitio in ciuilibus habe-
18 tur pro concludenti probatione falſitatis † Ar-
chidiac. & Dominic. in c. memoriam. 19. di-
ſtinct. Dec. in c. porrecta. col. 1. verſ. tertio
illud dictum. de confirmat. vtil. vel inutil.
Aim. conſ. 134. n. 26. Cephal. conſ. 287. n. 8.
vſque ad 10. Natt. conſ. 315. n. 14. Curt. Iun.
conſ. 61. n. 3. lib. 2. & conſ. 132. in fin. lib. 3.
Siluan. conſ. 7. Cardin. Seraph. deciſ. 1259.
n. 6. Menoch. præſumpt. 99. n. 5. lib. 1.
Amplius ſtante huiuſmodi variatione, & addi-
tione facta per notarium in ſubſtantialibus
poteſt faciliter defendi opinio per Doctores
19 paſſim firmata, † quod neutri inſtrumento-
rum ſit ſtandum, prout dicimus de teſte con-
tradicente alteri, tunc enim nemini eſt cre-
dendum Doctor. in c. in noſtra. de teſtib. &
ita in ſpecie concludit Cephal. conſ. 287. n. 12.
20 & 13. lib. 2. Grammat. conſ. 24. n. 5. † vbi quod
ſtante huiuſmodi diuerſitate per vnam ſcri-
pturam derogatur alteri Natt. conſ. 245. n. 5.
iuxta l. in exercendis. C. de fid. inſtrumentor.
c. ſi ad ſcripturas. 9. diſtinct. Vincent. Ani-
bal. in addit. ad Albenſ. conſ. 265. in verb.
falſitas. ante med. lib. 2.
Ex quibus reſultat, quod cum nemini inſtru-
mentorum ſit ſtandum, nõ poterit exaduerſo
prætendi aliqua ſubſtitutio non ſolum abſ-
que prætenſa diminutione, ſed etiam neque
ſimpliciter, & per conſequens ſuccedet An-
gela filia Catherinę Matri ab inteſtato, Quã-
nis hoc dictum ſit ex abundanti, cum ſatis
21 ſupra oſtenſum fuerit, † quod clauſulla illa
abſque diminutione non potuit apponi in
præiudicium partis, cui fuit datũ prius ori-
ginale per notarium abſque tali additione,
cum ſimus in varietate reſpectu conſenſus,
quæ non permittitur notario, Contraria
enim procedunt, quando eſſet ſola varietas
22 reſpectu verborum, † nam tunc permittere-
tur, quia adeſt eadem ſubſtantia, & illa non
alteratur per diuerſitatem verborum, quæ
idem important, & non mutant veritatem
23 rei geſtæ Natt. conſ. 314. n. 1. & 2. † Quaſi
tunc iſta diuerſitas nulli præiudicet, quo
caſu non dicitur falſitas punibilis l. damus.
C. de falſ. Bald. in l. vlt. ff. quod falſ. tut.
auctor. Ancbar. conſ. 24. viſa inquiſitione.
in 2. dub.
Nec facit, quod ſatis dicitur conſtare de errore
per oſtenſionem prothocolli, in quo adſunt
24 illa verba ſine aliqua diminutione, † quæ
non fuerunt appoſita in primo inſtrumento
authentico dato parti, licet debuiſſent ap-
poni, prout poſtea fuerunt appoſita in alio
inſtrumento dato alteri parti Bart. conſ. 208.
n. 4. lib. 1. Alex. conſ. 105. n. 1. lib. 2. Dec. in l. ſi
librarius. 92. n. 8. de reg. iur. Farin. q. 156.
p. 3. n. 135. Maſcard. concluſ. 644. n. 15. Quia
in caſu noſtro nullum exhibetur prothocol-
25 lum, † quod dicitur illud, in quo prima ma-
trix inſtrumentorum rogatorum deſcribitur
habens ſubſcriptionẽ, videlicet liber protho-
collorum mei notarij &c. ex qua ſuperſcri-
ptione generali omnia originalia ibi deſcri-
pta dicuntur habere ſubſcriptionem Caſtr.
conſ. 195. col. 2. in fin. verſ. ſed huic ſcriptu-
ra. lib. 2. Cardin. Thuſc. in verb. prothocol-
lum. concluſ. 945. n. 3.
Et quamuis producatur quoddam folium,
quod exaduerſo appellatur matrix exiſtens
extra prothocollum, Tamen non conſtat il-
lam eſſe matricem, quod erat probandum
26 per eum, qui prætendit eſſe talem, † ideo
nullam fidem facit, maximè, quia iſta folia,
quæ reperiuntur extra librum prothocollo-
rum notarij, & extra alios rogitus ipſius de-
bent eſſe ſubſcripta, & ſignata manu eiuſdem
notarij, cum omnibus alijs requiſitis in in-
ſtrumentis publicis, & authenticis, quorum
vnum, ſi deficiat, non ſtatur tali matrici, ſeu
folio extra prothocollũ reperto, neque ex eo
poteſt probari error, quẽ prætendit notarius
corrigere Bart. conſ. 163. quæritur. lib. 1.
Caſtr. conſ. 195. col. 2. verſ. cum ergo in caſu
noſtro. lib. 2. Card. Thuſc. concluſ. 945. in
verb. prothocollum. n. 6. & 10. Alex. conſ. 153.
videtur. n. 8. vſque ad 14. lib. 2.
Et paſſim ad hoc, vt imbreuiatura, ſeu matrix,
27 & prima ſcriptura probet, † & ex ea poſſit
probari error, ſi fuerit reperta in iſtis folijs
extra prothocollum, debet eſſe ſolemnis, &
perfecta cum clauſula actum, ac teſtibus, &
ſigno, & ſubſcriptione notarij, & omnibus

requiſitis ad publicum, & authenticum inſtrumentum, nam alias ſi quid minimum deficeret, non firmaretur aſſertione notarij *Card. Thuſc. concluſ.202. in verb. originale. n. 18. 23. & 40. poſt Bald. in l. contractus. col. 3. verſ. item dicitur. C. de fid. inſtrum. Butr. in c. 1. col. 3. verſ. tertio circa perſonam. eod. tit.*

Immo ex huiuſmodi matrice non habente omnes ſolemnitates non ſolum non poterit de-
28 ſumi aliqua probatio, † ſed neque ex prothocollo, ex quo nullum inſtrumentum authenticum poterit extrahi, niſi habeat omnia requiſita, quæ enunciantur in *auth. vt præponatur. nom. imper. in princ. & per Gloſ. in l. generali. C. de tabular. lib. 10. & in l. iuriſgentium. §. quod ferè. vbi Iaſ. ff. de pact.*

Quæ quidem ſi omittantur in huiuſmodi pro-
29 thocollis, & matricibus ſcripturarum, † omnia ex eis tranſumpta dicentur falſa, & adultera, & ex eis reſultabit ſuſpitio falſitatis *Gloſ. in §. aliud. vbi Bart. auth. de tabellion. Card. Thuſc. concluſ. 202. in verb. originale. n. 49. poſt Anan. conſ. 33. circa primum dubium. col. 1.* propter quam ſuſpicionem falſi in ciuilibus dicitur etiam falſa omnis probatio, vt dictum eſt *ſupr. n. 18.*

Quando autem notarius plura inſtrumenta cō-
30 fecit, & vnum eſt plenius altero, † cui ſit ſtandum notat *Bald. in l. imperator. in 1. lect. col. 3. poſt med. verſ. ſed nunquid per vnum inſtrumentū probatur error alterius. n. 4. ff. de ſtat. homin. Alex. conſ. 70. viſo proceſſu inquiſitionis. n. 5. lib. 1. Natt. conſ. 314. n. 9. ad med. Boer. deciſ. 252. in fin. Grammat. conſ. 24. n. 6. Socin. conſ. 94. n. 5. Card. Thuſc. concl. 248. in verb. inſtrumenta diuerſa. fol. 604. tom. 4. vbi de conſ. Bald. 423. lib. 3. Farinac. quæſt. 53. par. 7.*

Verū eſt, quod creditur notario, quod talis ſcri-
31 ptura ſit matrix *Alex. cōſ. 105. n. 2. lib. 2.* † *Maſcard. concluſ. 4. n. 22.* Et de prothocollo, & matrice multa *Farinac. q. 154. n. 28.* Et probato errore per inſpectionem originalis, po-
32 teſt fieri correctio, † etiā poſt datam copiam parti *Idem Farinac. q. 156. n. 35. in fin.* Requiretur tamen probatio, quod illa ſcriptura ſit confecta à notario, quando error eſſet pro-
33 bandus *Maſcard. concluſ. 644. n. 23.* † Et in duobus originalibus teſtamenti, ſi adſit diuerſitas in ſumma legata, quod debeatur minor *l. ſempronius. 48. vbi Bart. & Bald. & Alban. ff. de legat. 2. Idem Bald. conſ. 44. lib. 2. & conſ. 130. eod. lib. Roman. ſing. 296. Cutac. lib. 14. obſeruat. c. 7. & 8. Felin. in c. cum p. tabellio. de fid. inſtrument.*

E P I T O M E.

Mulier excluſa per ſtatutū propter dotem an excludatur ſolum à ſucceſſione dotantis, ſeu aliorum. ¶ Voluntas teſtatoris, quando ſit colligenda ex teſtamento reuocato, & annullato. ¶ Et an teſtes ſingulares admittantur ad illam declarandam. ¶ Probatio teſtium non ritè examinatorum quomodo conualidetur facta repetitione præuijs interrogatoris. ¶ Et an illorum depoſitio valeat, ſi ſe referunt ad examen nulliter, & abſque citatione factum. ¶ Confeſſio parte abſente an præiudicet. ¶ Et quid ſi adſint coniecturæ. ¶ Et an per illas probetur ſolutio dotis. ¶ Statutum excludens filias ſtantibus filijs maſculis, vel fratribus an extendatur, ſi illi non adſunt. ¶ Et an ſatis ſit, vt exiſtant filij fratrum. ¶ Fœmina ſemel excluſa an remaneat ſemper excluſa. ¶ Cippus domus quid ſignificet. ¶ Et qui dicantur eſſe de cippo. ¶ Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam quo caſu ſint admittendi.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum diſponens, quod mulieres nuptæ ſint contentæ ſuis dotibus, an excludat illas ſolum à ſucceſſione dotantis, vel etiam aliorum. n. 2. & 27.*

3 *Cippus domus quid ſignificet, & qui dicantur eſſe de eo. n. 4. & 30.*

5 *Declaratio patris de dote data filiæ an aliquid probet, ſi fiat in teſtamento reuocato, ſeu nullo. n. 6. 7. & 22.*

8 *Teſtes ſingulares admittuntur ad declarandam voluntatem teſtatoris.*

9 *Statuta diſponentia filias eſſe contentas dote ſibi aſſignata fundant ſe in prouidentia paterna, itaut præſumatur dotem datam fuiſſe competentem.*

10 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam, quando admittantur.*

11 *Probatio conualidatur ſtante repetitione teſtium, & citatione partis, præuijs interrogatorijs, etiam facta publicatione. n. 12. & 13.*

14 *Depoſitio teſtium in repetitione, an valeat, ſi ſe referunt ad examen nulliter factum etiā ſine aliqua citatione. n. 15. 16. 17. & 18.*

19 *Traditio dotis an probetur per confeſſionem etiam parte abſente. n. 20. & 21.*

23 *Dos præſumitur ſoluta in vim præcedentis promiſſionis.*

24 *Solutio dotis probatur etiam per coniecturas.*

25 *Adminicula faciunt, vt ſtetur confeſſioni, quæ aliàs non valeret.*

26 *Error non probatur, niſi etiam probetur cauſa erroris.*

28 *Statutum excludens filias ſtantibus filijs maſculis, aut fratribus, non extenditur, quando tales non adſunt, ſecus ſi exiſtant filij ex dictis fratribus. & n. 29.*

31 *Statutum pro conſeruatione agnationis dicitur fauorabile, non odioſum.*

32 *Fœmina ſemel excluſa ſemper dicitur excluſa, niſi ſtatutum vtatur verbis illam reintegrantibus.*

CAP.

CAP. DCCCXC.

IN ſtatuto exhibito diſponitur, quod mu-
lieres nuptæ debeant eſſe tacitæ, & con-
1 tentæ ſuis dotibus, † Vnde non poteſt exad-
uerſo prætendi aliqua ſucceſſio in dote ma-
terna, cum ſufficiat mulierem fuiſſe dotatam
à patre, vel ab vno nominato in ſtatuto, ad
hoc vt excludatur ab hæreditate aliorum,
iuxta magis veram, & communem opinionē,
de qua latè teſtatur *Menoch. conſ. 3. per tot.*
Theſaur. deciſ. 62. n. 3. & in ſpecie ſtatuti
Vrbis *Rot. coram Card. Seraphino Romana*
hæreditatis de Sellis. 1. Iulij 1598. quæ in
impreſſ. eſt deciſ. 1291. n. 1. cum alijs quos ad-
duxi *ſupr. c. 490. n. 29. tom. 3.* Quod quidem
ſtatutum Vrbis eſt ſimile ſtatuto, de quo agi-
mus *Put. deciſ. 284. lib. 2.* per doctrinam
Bald. in l. 1. C. de legit. hæred. & in l. ne-
que mater. C. de iur. dot. Alex. conſ. 29. n. 6.
2 *lib. 1.* † Quidquid aliud ſenſerit *Dec. conſ.*
346. omiſſis his in quibus. n. 5. cum eius opi-
nio non ſit recepta, vt teſtatur *Cardin. Se-*
raphin. d. deciſ. 1291. poſt med. verſ. & de
magis communi.

Maximè, quia idem ſtatutum mandat mulie-
res nuptas debere eſſe tacitas ſuis dotibus
pro conſeruatione Cippi domus, quæ verba
3 idem ſignificant, † ac ſi ſpecialiter fuiſſet
facta mentio de agnatione *Anchar. conſ. 152.*
in 1. dub. Corn. conſ. 88. n. 1. lib. 1. Cephal.
conſ. 571. n. 47. lib. 4. Aim. conſ. 800. n. 5. So-
cin. Iun. conſ. 103. n. 19. lib. 2. Rot. deciſ. 461.
4 *n. 8. p. 2. in recentior.* † Cum de cippo domus
dicantur illi, qui deſcendunt per lineam ma-
ſculinam, & per agnationem maſculinam, &
per quos conſeruatur familia *Capr. conſ. 90.*
n. 9. Sim. de Pret. de interpretat. vltim. vo-
luntat. lib. 3. ſolut. 11. n. 19. fol. 289. & conſ.
203. n. 2. & 3. lib. 1. Thob. conſ. 34. n. 1.
Pariſ. conſ. 53. n. 28. & 29. lib. 4. Curt. Iun.
conſ. 172. n. 3.

Immo dos materna, quæ modo prætenditur, fuit
data Aduerſariæ, prout expreſsè declarauit
Pater in ſuo teſtamento cōdito de anno 1615.
dum ibi exprimit ſoluiſſe Papirio ſuo gene-
ro ſcuta ducentum quinquaginta pro dote
ſuæ filiæ, quorum centum ſunt de bonis ma-
ternis ſibi alias in dotem datis, reliqua
vero de bonis proprijs ipſius teſtatoris, ideo
ſtante tali dote, mandat per eamdem filiam
5 nihil amplius peti poſſe in bonis ſuis, † Et
quamuis dictum teſtamentum non habuerit
effectum propter ſecundum teſtamentum
factum à patre de anno 1622. Tamen etiam
ex teſtamento reuocato voluntas teſtatoris
colligitur, & probatur veritas eorum, quæ
per eum fuerunt declarata *Dec. conſ. 515. in*
caſu occurrenti in ciuitate. n. 5. verſ. & hoc
idem confirmatur. Corn. conſ. 275. in præ-
ſenti conſultatione. n. 5. lib. 4. Menoch. conſ.
6 *765. n. 10. lib. 8.* † Prout etiam ex actu, & te-
ſtamento nullo voluntas declaratur *Bart. in*
l. vlt. ff. de reb. eor. Menoch. conſ. 1037. n. 20.
lib. 11. & conſ. 185. n. 23. lib. 2. Dec. conſ. 171.
in cauſa venerabilis. col. 1. ad med. verſ. quia
licet conſtitutio procuratoris. Bald. in l. qui
à patre. de confirm. tut. & in l. de quibus.
n. 17. ff. de legib. Card. Seraph. deciſ. 719. n. 3.
& deciſ. 974. n. 13. Declarando, vt per *Pe-*
regrin. de fideicommiſſ. art. 16. n. 51. fol. 149.
& per Dec. conſ. 175. viſo themate. n. 4. Card.
Seraph. deciſ. 838. n. 14.

Maximè, quia in ſecundo teſtamento adſunt ſi-
7 milia, & æquipollentia verba, † prout in
primo, cum in eo iure legati reliquerit Ce-
ciliæ, & Flaminiæ filiabus ſcutum vnum pro
qualibet, in quo illas hæredes inſtituit, &
tacitas, & contentas eſſe voluit, itaut nil
aliud petere, aut prætendere poſſint in eius
bonis, Ex quibus verbis patet, quod iſta di-
ſpoſitio eſt conformis declarationi prius fa-
ctæ in primo teſtamento, ideo erit obſer-
uanda, cum nihil contrarium fuerit in ſecun-
do teſtamento diſpoſitum *Menoch. conſ. 765.*
n. 10. lib. 8.

Cum etiam vlterius fuerint examinati duo te-
ſtes ad perpetuam rei memoriam, & formi-
ter poſtea repetiti, qui clarè deponunt ſuper
conuentione aſſignationis dotis tàm de bo-
nis paternis, quàm maternis modo, & for-
8 ma, † prout pater declarauit in primo teſta-
mento, addendo, quod Flaminia vxor Papirij
fuit informata de dote tam materna, quàm
paterna data per ſuum patrem dicto Papirio
eius genero, & de dictis dotibus vocauit ſe
contentam, & ſatisfactam tanquam ex eis
fuerit competenter dotata, ex quorum de-
poſitionibus magis corroboratur voluntas
eiuſdem teſtatoris, ad quam declarandam
admittuntur etiam teſtes ſingulares *Cardin.*
Seraphin. deciſ. 559. n. 13. poſt Socin. Iun.
conſ. 178. n. 6. lib. 2. Bertrand. conſ. 297. n. 1.
lib. 1. par. 2.

Additur, quod per tempus viginti annorum,
& eo amplius, nunquam mulier reclamauit,
ſed doti ſibi aſſignatæ per patrem acquieuit,
tanquam fuerit congrua etiam reſpectu ſo-
lius quantitatis per eumdem patrem conſti-
tutæ de ſuis proprijs bonis, vnde multò ma-
9 gis additis bonis maternis, † cum ſimilia
ſtatuta, dum diſponunt filias eſſe contentas
dote ſibi aſſignata, prohibendo, ne quid aliud
petere poſſint, fundent ſe in prouidentia pa-
terna, vnde non poteſt dici de incompeten-
tia dotis, quaſi nullus poſſit capere melius
conſilium, quam pater de filia, itaut quod
illi viſum fuit competens, non debeat alteri
contrarium videri *l. nec in ea. 22. in fin. vbi*
Gloſ. in verb. pietas. ff. de adulter. l. fin. in
princ. vbi Gloſ. in verb. paternum. C. de
curat. furioſ. Dec. conſ. 505. copiosè & elegan-
ter. n. 5. dixi ſupr. c. 148. n. 2. & 3. tom. 1.

Nec facit, quod non probetur eamdem dotem
maternam fuiſſe promiſſam, & traditam
10 tanquam ſimus † in teſtibus examinatis ad

perpetuam rei memoriam, qui non habent
requiſita malæ valetudinis, timoris mortis,
ſenectutis, & abſentiæ futuræ *Menoch. præ-
ſumpt.54. lib.2. Vellr. in prax. lib.6.c.2.n.1.*
Quia ſtante repetitione eorumdem teſtium
11 parte citata, † præuijs interrogatorijs, ac
alijs de iure requiſitis conualidata eſt omnis
probatio *Achill. deciſ. 1. n. 4. de teſtib. poſt
Felin. in c. præſentium. eod. tit. Caputaq. de-
ciſ. 273. n. 3. p. 3.* cum alijs per *Gonzal. ad
reg. 8. in annotation. contr. nullitat. & at-
tentat. n. 37.*

Et paſſim ſtante nullitate examinis conceditur
repetitio teſtium, vt eorum depoſitio con-
12 ualidetur, † etiam facta publicatione *Butr.
in cap. per tuas. n. 9. vbi Felin. n. 2. Imol.
col. 1. in fin. de teſtib. Theſaur. deciſ. 28. n. 1.*
13 *Farinac. de teſtib. q. 66. n. 103.* † Et ita ſer-
uari in teſtibus nulliter examinatis ad per-
petuam rei memoriam, quod fiat repetitio
teſtatur *Caputaq. deciſ. 266. n. 3. p. 3.* iuxta
l. fin. C. de teſtib.

Nec obſtat, quod teſtes in repetitione ſe refe-
14 rant ad examen nulliter factum, † cum tamen
debuiſſent explicitè deponere *Rot. deciſ. 720.
n. 4. p. 1. in recentior.* Quia verior eſt opinio,
vt ſufficiat relatio ad primum examen etiam
nullum, & inualidum tanquã non poſſit dici
15 incertum, † quod habet certam relationem
ad illud, quod prius nulliter geſtum fuerat
*Alex. conſ. 16. n. 6. lib. 1. Theſaur. deciſ. 28.
n. 1.* vbi teſtatur de conſuetudine omnium
curiarum *Guid. Pap. q. 124. Iaſ. in l. qui per
ſalutem. n. 3. ff. de iureiur. Caputaq. deciſ.*
16 *267. n. 1. & 2. p. 3.* † Et ello receſſum à *d. de-
ciſ. Rot. 720.* tanquam ſit contra obſeruan-
tiam receptam ab omnibus teſtatur *Bel-
tramin. in addit. ad deciſ. Sanctiſſimi. 331.
n. 21. in fin.*

Nec aduerſatur, quod prædicta non procedant,
quando examen primum fuit extraiudicia-
17 liter factum, † vel abſque citatione *Menoch.
de arbitrar. caſ. 109. n. 6. Laurent. deciſ.
Auenion. 91. n. 4. & 5.* Quia verius eſt, vt
admittatur huiuſmodi relatio ad quodcum-
18 que examen prius nulliter factum, † quando
non ſumus in perſona ſuſpecta, cum hoc to-
tum remittatur. Iudicis arbitrio, qui inter
bonos viros ita debet arbitrari, vt notat
*Idem Laurent. d. deciſ. 91. n. 5. ad med. &
ante fin. verſ. ideo cum quatuor. Farinac. de
teſtib. concluſ. 66. n. 49. poſt Abb. in c. cum
in tua. n. 3. verſ. ſed iudex poteit. vbi Felin.
n. 1. Aret. n. 8. eod. tit. de teſtib. Menoch. de
arbitrar. caſ. 109. n. 3.*

Minus obſtat, quod etiam data validitate exa-
minis, teſtes non probent traditionem dotis
19 maternæ, † Quia ſi rectè percurrantur depo-
ſitiones teſtium, omnia dicuntur legitimè
probata, Nam Alexandra, & Diamantes tàm
in examine metu excommunicationis, quàm
poſtea in repetitione, iuxta decimum inter-
rogatorium clarè deponunt, quod Flaminia
vocauit ſe bene ſatisfactam, cum habuerit
pro dote ſcuta 150. de bonis paternis, &
20 ſcuta centum de dote materna, † quæ fue-
runt pluſquam condecentia, & hoc pluries, &
pluries aſſeruit, quæ confeſſio per duos te-
ſtes probata ſufficit *Alex. conſ. 36. n. 7. lib. 5.
Afflict. deciſ. 375. n. 4. Surd. conſ. 12. n. 39. lib. 1.*
Non obſtante, quod pars non fuerit præ-
21 ſens, † cum æquitas canonica præſentiam
non requirat, ſed ſolam mentem *Gloſ. in
c. quoties. in verb. & te. in fin. 1. q. 7. Felin.
in c. ſi cautio. 14. col. 7. in fin. verſ. fallit ſe-
cundo. n. 27. de fid. inſtrum. Curt. Iun. conſ.
168. n. 12.* cum alijs quos latè adduxi *ſupr.
c. 395. n. 31. vſque ad 36. tom. 2.*

Præſertim, quia veritas talis confeſſionis pro-
22 batur ex multis adminiculis, † inter quæ
adeſt declaratio patris dantis dotem tàm de
proprijs bonis, quàm de dote materna, vt in
eius teſtamento, quod licet fuerit reuoca-
tum, tamen ex eo probatur talis declaratio
*l. 3. §. fin. ff. de fund. inſtruct. Abb. in c. 1.
in 3. notab. de ſucceſſion. ab inteſt. Iaſ. in
l. dominus. in 3. notab. ff. de condict. indeb.
Socin. Iun. conſ. 8. col. antepen. lib. 2.* cum
alijs de quibus *ſupr. n. 5. & 6.*

Cum etiam adſint alij teſtes, qui probant ta-
lem dotem, & licet vnus ex eis ſolum depo-
23 nat de promiſſione dotis maternæ, Tamen
ſtantibus his, quæ poſtea deponunt alij te-
ſtes, præſumitur talis promiſſio effectuata,
& ſoluta dos in vim præcedentis promiſſio-
nis *Bart. in l. tritieum. ff. de verbor. obli-
gationib. Surd. deciſ. 308. n. 19. & conſ. 16.
n. 13. lib. 1.*

Maximè, quia ſumus in materia ſolutionis
24 dotis, quæ probatur † etiam per coniecturas
*Gloſ. in l. ſi chirographum. ff. de probation.
Rimin. Iun. conſ. 315. n. 26. lib. 3. & conſ.
407. n. 12. lib. 4. Bertazol. conſ. ciuil. 18. n. 1.
Surd. deciſ. 105. n. 10.*

Standum eſt igitur tali confeſſioni, quãuis alias
25 non ſtaretur, ſtantibus adminiculis † *Aim.
conſ. 40. n. 5. Pariſ. in c. fin. n. 54. verſ. ter-
tia concluſio. de præſcriptionib. Card. Seraph.
deciſ. 442. n. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 177. n. 4.
& 5. & deciſ. 334. n. 1. vſque ad 4. p. 1. in
recentior. & deciſ. 573. n. 2. p. 2. in recent.*

Neque obſtat error dictæ confeſſionis, Quia
26 non probatur, † cum etiam deberet probari
cauſa erroris, & per probationes magis vr-
gentes *Aim. conſ. 61. n. 3. Menoch. conſ. 372.
n. 15. Dec. conſ. 305. pro tenui facultate mea.
col. 3. ad med. n. 4. poſt Abb. in c. quia veriſi-
mile. in 2. notab. de præſumpt. Surd. conſ. 6.
n. 11. & conſ. 192. n. 13. ad med.* dixi latè *ſupr.
c. 789. n. 5. vſque ad 8. tom. 4.*

Amplius, quamuis non probaretur ſolutio do-
tis maternæ, prout concludenter probatur
27 ex ſupradictis, † Tamen ſtatutum tollit om-
nem difficultatem, cum habeat locum à quo-
cumque fuerit dotata, vt latius dictum eſt
ſupr. n. 1. cum ſeq. Quibus additur Rota,

quæ

quæ omnibus latiſſimè reſpondet, & eſt in ſpecie ſtatuti, de quo agimus *coram R. P. D. Ortemberg. Romana hæreditatis de Sellis. 16. Ianuarij* 1608.

Neque impedit, quod ſtatutum loquatur ſtanti-
28 bus filijs maſculis, † aut fratribus carnalibus, vnde non debet extendi, quando tales non adſunt *Surd. conſ. 85. n. 9. Rot. coram R. P. D. Rubeo Anconitana hæreditatis. 21. Aprilis* 1581. Quia ſatis eſt, quod adſint filij ex fratribus, qui ingrediuntur locum pa-
29 tris, † & illum repræſentant in ſucceſſione patri debita *Alex. conſ. 88. n. 2. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 708. n. 7. p. 1. Tiraq. de iur. primogenit. q. 4. n. 22. Aim. conſ. 703. n. 3. lib. 4.* & declarat in ſpecie *Gabr. de ſtatut. concluſ. 7. n. 14.*

Cum præſertim ſtatutum exprimat cauſam
30 conſeruationis Cippi, † quod idem eſt ac ſi fuiſſet facta mentio de agnatione *Anchar. conſ. 152. in 1. dub. Rot. deciſ. 461. n. 8. p. 2. in recentior.* Itaut omnes, qui deſcendunt per lineam maſculinam fraternam cenſeantur vocati *Sim. de Pret. conſ. 203. n. 2. & 3. Nonius conſ. 34. n. 1.*

Neque huiuſmodi ſtatuta ſunt odioſa, & reſtringenda tanquam contra ius commune,
31 vt exaduerſo præſupponitur, † Quia cum ſint pro conſeruatione agnationis dicuntur fauorabilia, & debent ampliari *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 7. n. 17. Aim. conſ. 263. n. 5. ad med. Corn. conſ. 128. n. 10. lib. 1. & conſ. 115. n. 13. cum ſeq. lib. 2.*

Et ſatis eſt, quod tales maſculi extiterint tem-
32 pore delatæ hæreditatis, † quamuis poſtea defecerint, cum ſemper fœminæ remaneant excluſæ, niſi ſtatutum vtatur verbis illas reintegrantibus *Bart. in l. vlt. quaſt. 1. ff. ad trebellian. Bald. in auth. ſed & ſi quis. verſ. & per hoc infertur. C. de ſecund. nupt. Tiraq. in tract. ceſſant. cauſ. p. 1. n. 98. & in l. ſi vnquam. in verb. ſuſceperit liberos. n. 193. C. de reuocand. donationib.*

EPITOME.

Falſitas cauſarum quando inducat defectum intentionis, itaut corruat conceſſio Principis ſiue ſit motuproprio, ſiue ad inſtãtiã partis. ¶ Et in quibus talis falſitas conſiſtat. ¶ Et quid operẽtur clauſulæ ampliſſimæ non obſtantibus, ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, cum ſimilibus. ¶ Succeſſor in dignitate an reuocet contractus geſtos cum ſubdito ex cauſa oneroſa. ¶ Et quando illi ſint bonæ fidei. ¶ Ius alterius an poſſit tolli per Principem propter cõmodum priuatum, ſeu publicum. ¶ Et an ſint reficienda per eum damna, cum reſtitutione pretij. ¶ Et quid ſi fiat per viam legis generalis. ¶ Et quando dicatur aliquid factum ad vtilitatem priuatam. ¶ Condonatio pœnarum ad quem ſpectet. ¶ Facultates percipiendi pretium officiorum, & de eis diſponendi an ſint reuocatæ per regulam Cancellariæ. ¶ Et de quibus officijs illa intelligatur. ¶ In conceſſione iuriſdictionis an ſit ſpeciale, vt Princeps quandocumque poſſit eam reuocare, & ſupprimere, ſiue ſit gratuita, ſiue lucratiua, ſiue ſit in parte, ſiue in totum. ¶ Et quomodo Doctores in hac materia loquantur, & in quibus terminis debeant intelligi. ¶ Iuriſdictio quando cenſeatur conceſſa cumulatiuè, ſeu priuatiuè. ¶ Et an illa poſſit vendi, & recipiat æſtimationem tàm de iure, quàm de conſuetudine. ¶ Et quando Baro ſit illa priuandus, & cogatur eam vendere propter ſæuitiam. ¶ Conceſſio iuriſdictionis, vel ſimilis an ſit gratuita, ſi pretium pro ea datum non æquiualet dignitati, & prærogatiuæ illius. ¶ Iuriſdictio, & dominium quando ad paria iudicentur, & de vno ad aliud arguatur. ¶ Continentiæ cauſarum quo caſu poſſint diuidi. ¶ Princeps quando ligetur eiſdem legibus, quibus ligantur priuati.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio Papæ in totum corruit ſtante falſitate cauſarum narratarum, ſiue fiat ad inſtantiam partis, ſiue motu proprio, quamuis ex alia cauſa poſſet ſuſtineri. n. 2.*

3 *Error, & deceptio in ſubſtantia facti influit in quaſcumque clauſulas acceſſorias etiam ampliſſimas de plenitudine poteſtatis, non obſtantibus, & ex certa ſcientia, & ſimiles.*

4 *Falſitas cauſarum erectionis officij regentatus, in quibus conſiſtat. n. 5. 17. 19. 20. & 28.*

6 *Defectus intentionis Principis verificatur ob falſitatem cauſæ, qui facit, vt actus ſit reducendus ad viam iuris, & in totum annulletur.*

7 *Vitium ſubreptionis, & obreptionis inficit omnem conceſſionem.*

8 *Qualitas cauſæ oneroſæ, ſi non fuit narrata Principi operatur defectum intentionis, & annullat actum.*

9 *Princeps contrahens ligatur eiſdem legibus, quibus ligantur priuati.*

10 *Succeſſor in dignitate non reuocat contractus geſtos cum ſubdito ex cauſa oneroſa.*

11 *Omnes contractus Principis ſunt bonæ fidei.*

12 *Leges ſubijciuntur Principi, non cõtractus.*

13 *Princeps non tollit ius vlterius ad commodum priuatum, & quando hoc facit ad publicam vtilitatem, reficit damna. Et quid ſi fiat per viam legis generalis. n. 57. & 58.*

14 *Conceſſio Principis quando dicatur facta ad vtilitatem priuatam. & n. 15.*

16 *Reſtitutio debet fieri eorum, quibus priuatur, qui titulo oneroſo aliquid obtinuit.*

18 *Contraria inuicem ſe expellunt.*

21 *Nemo poteſt aſtringi ad conſtituendum procuratorem.*

Con-

22 *Condonatio pœnarum non ſpectat ad alium, quam ad Principem. & n.23.*

24 *Continentiæ cauſarum non debent diuidi.*

25 *Facultates percipiendi pretium officiorum, & de eis diſponendi ſunt reuocatæ per regul. Cancellar. 63. & de quibus officijs illa intelligatur. n.26. & 27.*

29 *Dominium alicui quæſitum, quo caſu per Principem poſſit tolli.*

30 *Papa ſoli Deo rationem reddit.*

31 *Non dicimur poſſe, quod de honeſtate non poſſumus, & vera iuſtitia non eſt euertenda ab eo, qui eſt Dei miniſter.*

32 *In conceſſione iuriſdictionis eſt ſpeciale, vt Princeps quandocumque poſſit illam reuocare, & ſupprimere. Intellige in gratuita, ſecus lucratiua, & ex cauſa oneroſa. n. 33. & 34.*

35 *Diminutio iuriſdictionis conceſſa ex titulo oneroſo non poteſt fieri in aliqua illius parte. Amplia vt n. 36.*

37 *Iuriſdictio, & dominiū ad paria iudicantur.*

38 *Argumentum de dominio rerū corporalium ſumitur ad dominium rerū incorporalium.*

39 *Dominium rei corporalis non poteſt ſine cauſa tolli, prout nec dominium iuriſdictionis. n.40. & 43.*

41 *Iuriſdictiones non poſſunt, nec debent vendi, nec recipiunt æſtimationem. Fallit de conſuetudine. n. 42.*

44 *Doctores, qui tenent, quod iuriſdictio conceſſa per Principem poſſit reuocari, quomodo loquantur, & in quibus terminis ſint intelligendi. n.45. 46. 47. 49. 50. & 52.*

48 *Dictum doctoris declaratur iuxta eum, quem allegat.*

51 *Adducens contraria non auditur.*

53 *Papa ſemper cenſetur maiorem facultatem retinuiſſe in conceſſione alteri facta.*

54 *Summus Pontifex in beneficialibus habet pleniſſimam poteſtatem.*

55 *Princeps cenſetur concedere iuriſdictionem cumulatiuè, non priuatiuè.*

56 *Baro poteſt priuari iuriſdictione gratuitè habita, ſecus ſi ex titulo venditionis, quo caſu neque ob ſæuitiam priuatur, ſed cogitur illam vendere.*

59 *Reuocatio iuriſdictionis cōceſſæ ex titulo oneroſo poteſt fieri cum cauſa per Principē, & dummodo pretium reſtituatur. n.60. & 62.*

61 *Priuilegium alicui conceſſum ex cauſa oneroſa non reuocatur per ſecundum.*

63 *Conceſſio iuriſdictionis, vel ſimilis dicitur gratuita, ſi pretium pro ea datum non æquiualet dignitati, & prærogatiuæ iuriſdictionis. Declara vt n. 64.*

CAP. DCCCXCI.

COncludendum eſt affirmatiuè, quod intret arbitrium pro reductione ad viam iuris; Nam in erectione officij, de quo agitur, narrantur multæ cauſæ, ex quibus ſummus Pontifex motus fuit ad illud erigēdum, quæ omnes, cum ſint falſæ, faciunt, vt diſpoſitio per eum facta in totum corruat, ſiue conceſſio fiat ad inſtantiam impetrantis, ſiue motu proprio, ex quo enim cauſæ ſunt inſertæ, ſuper illis videtur ſe Papa fundaſſe,
1 ita vt eis ceſſantibus † non fuiſſet diſpoſiturus, cum alias fruſtra fuiſſent expreſſæ, maximè quando cauſæ ſunt tales, quibus ceſſantibus de iure communi diſpoſitio non teneret; ita in ſpecie de conſtitutione Papæ notat *Cardin. conſ. 96. n.1. Socin. conſ.266. col. penult. ad med. verſ. poſtremo etiam dico. n. 56. lib. 2. Menoch. conſ. 80. n. 69. & 75. lib. 1. iuxta c. quia circa. de conſanguin. & affinit. c. & ſi chriſtus. in fin. de iureiur. l. demonſtratio. §.1. ff. de condition. & demon-*
2 *ſtration.* † Quod generale eſt in omnibus, & quibuſcumque diſpoſitionibus etiam quod ex alia cauſa poſſent ſuſtineri *Aim. conſ. 26. in fin. Menoch. conſ. 279. n. 11. vſque ad 25. lib. 3. Anchar. conſ. 291. ſuper pluribus. col. 3. n. 4.*

Nec aliquid operantur clauſulæ ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis,
3 & aliæ ſimiles ampliſſimæ, † Nam error, & deceptio, quæ interuenit in ſubſtantia facti, influit in quaſcumque clauſulas acceſſorias, quæ non poſſunt aliquam validitatem tribuere *Pariſ. conſ.1. n.73. vſque ad 99. lib.2. Aim. conſ.291. col.2. Roland. conſ.7. n.100. vſque ad 116. lib.3. Menoch. conſ.103. n.76. vſque ad 85. lib.1. & conſ.378. n.27. lib.4.*

De falſitate autem cauſarum conſtat ex multis, nam ſummus Pontifex aſſerit erectionem huiuſmodi officij facere ad euitandum ſu-
4 perflua, & indebita diſpendia, † & quod non poterat occurri præiudicijs ciuium, & incolarum per Congregationem Montium, immo diſtrahi in longum negotia, & anſam præberi litibus, & cauillationibus officialium, quia difficiliter, & vix bis in menſe congregari ſolet, ideo opus erat demandare curam omniū Montiū vni perſonæ qualificatæ, vel Prælato, qui obuiaret præteritis abuſibus, & quotidie ius redderet, Cum tamen ex tali erectione noui officij imponantur maiora diſpendia ciuibus, & Montiſtis, qui tenentur multa præſtare Regenti, quæ antea non præſtabant, imponendo etiam noua onera, & gabellas Collegijs tàm erectis, quàm erigendis, quæ prius non ſoluebant tàm pro expenſis Regentis, quàm procuratoris, & ſimiliū,
5 Cum etiam adeſſet Theſaurarius, † qui erat caput Montiſtarum, & ſolus poterat omnia prouidere abſque congregatione, prout cōtinuò prouidebat omnibus neceſſitatibus, quæ in huiuſmodi negotio occurrebant, ius dicendo ſingulis diebus, & horis tàm per ſe, quàm per eius Auditorem, itaut non eſſet deputanda alia perſona qualificata, cum non poſſet eligi maior Illuſtriſſimo Theſaurario, cuius officium eſt ſublimè in Curia, vt

omnes

Digitized by Google

6 omnes norunt, † adeo vt ſtantibus prædictis,
ac alijs multis in facto relatis, verificetur de-
fectus intentionis Principis ob falſitatem
cauſæ, quæ facie, vt actus ſit reducendus ad
viam iuris, & in totum annulletur *l. 1. C. de
falſ. cauſ. adiect. Bart. Alex. Iaſ. & alij in
l. ſi diuortio ; ff. de verbor. obligation. Idem*
7 *Alex. conſ. 89. n. 14. lib. 2.* † Stante præſer-
tim vitio ſubreptionis, & obreptionis, quæ
omnem cõceſſionem inficit, non obſtantibus
clauſulis motu proprio, & ſimilibus *Dec.
conſ. 380. n. 15. Aim. conſ. 103. n. 17. Gozad.
conſ. 2. n. 25. & conſ. 5. n. 14. Menoch. conſ. 1.
n. 399. vſque ad 404. lib. 1.*
Accedat, quod in erectione officij prædicti
nulla fuit facta mentio, quod iuriſdictio, &
facultas ſuper montibus competebat The-
8 ſaurario ex cauſa onerosa, † Vnde cum iſtam
qualitatem Papa ignorauerit, obſtat defectus
intentionis, & obreptionis, qui operatur, vt
actus ſit nullus, non obſtantibus clauſulis in
erectione contentis, quæ non tollunt defe-
ctum intentionis, maximè quando, prout in
caſu noſtro, agitur de conceſſione per viam
contractus onerosi *Pariſ. conſ. 1. n. 87. cum
ſeq. lib. 1. poſt Bald. in l. qui ſe patris C. vnd.
liber. Socin. conſ. 87. viſis. col. 8. n. 12. & 13.
in fin. lib. 3.*
Maximè, quia Theſaurarius erat connume-
ratus inter alios protectores Montium,
quibus ſimiliter Papa præiudicauit, vnde
veriſimiliter dicendum eſt eumdem Papam
credidiſſe, quod talis facultas competeret
Theſaurario tanquam Protectori deputato
in pluribus montibus, non autem tanquam
Theſaurario ementi officium cum iſta iu-
9 riſdictione montium, † quæ omnia ſi fuiſ-
ſent expreſſa, non fuiſſet facta tam nota-
bilis diſmembratio ad officio per eum ob-
tento ex titulo oneroſo, cum Princeps con-
trahens ligetur eiſdem legibus, quibus li-
gantur priuati *Bald. in l. digna vox. C. de
legib. Curt. Iun. conſ. 1. n. 9. & conſ. 142. n. 7.
Menoch. conſ. 403. n. 7. lib. 4.* Itaut neque
reuocet contractus anteceſſoris geſtos cum
10 ſubdito ex cauſa, † & titulo oneroſo, quam-
uis ſucceſſerit in dignitate tantum *Idem
Menoch. conſ. 993. n. 2. & 19. lib. 10. &
conſ. 264. n. 15. & 20. lib. 3. Natt. conſ. 616.
n. 13. Aim. conſ. 29. n. 1. & conſ. 125. n. 2. Ro-
land. conſ. 1. n. 40. cum ſeq. lib. 2. Tiraq. de
11 iur. primogenit. q. 35. n. 2. & 23.* † Cum etiam
omnes contractus Principis ſint bonæ fidei
*Menoch. conſ. 1. n. 239. & conſ. 962. n. 13.
lib. 10. poſt Bald. in c. 1. §. ſi quis vero, in
princ. de pac. conſtant. Iaſ. in l. ciuitas. n. 8.
ff. ſi cert. petat. Caccialup. in l. omnes populi.
n. 107. in fin. ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 4. &
pro tenui. n. 2. in fin. col. vlt. ad med. Neuiz.
12 inter conſ. Bran. conſ. 12. n. 27.* † Subijciuntur
enim leges Principi, non autem contractus
Socin. Iun. conſ. 76. n. 114. lib. 1.
Additur, quod iuriſdictio Theſaurarij ſuper mõ-
tibus fuit ei ablata, & conceſſa alteri ad eius
commodum priuatum, quod non poteſt fieri,
13 cum neque Princeps † hoc faciat ad vtilita-
tem publicam, & ſi facit omnia damna, &
intereſſe ei debet ſoluere *Archidiac. in c. per
principalem. 9. q. 3. Bald. in l. ſerui. C. pro
quib. cauſ. ſeru. libert. accip. Pariſ. conſ. 1.
n. 111. lib. 1. Menoch. conſ. 103. n. 28. lib. 1. &
conſ. 156. n. 49. lib. 2. & conſ. 250. n. 45. lib. 3.
poſt Caſtr. in l. digna vox. n. 6. in fin. C. de
legib. Afflict. deciſ. 323. n. 17. Ruin. conſ. 31. in
fin. & conſ. 60. n. 6. lib. 5. Dec. conſ. 357. n. 6. &
conſ. 520. n. 10. Gozadin. conſ. 5. n. 12. Ro-
land. conſ. 69. lib. 2. & conſ. 72. lib. 3. Natt.
conſ. 554. n.* [illegible]
Et quod ſimus in conceſſione facta ad commo-
dum priuatum patet, quia officium vnitur,
14 & annectitur Camerario, † cum applicatio-
ne pœnarum pro Card. Ludouiſio, cui idem
officium donatur, itaut ſi vacauerit pretium
illius liberè habeat, & in ſuam vtilitatem
conuertat, cum facultate eligendi Prælatum,
vel aliam perſonam ad vitam, ſeu ad tempus
cum aſſignatione omnium emolumentorum
ſiue partis ipſorum, prout eidem Cardinali
videbitur gratis, vel etiam pretio conue-
niendo etiam ſi aſcendat ad ſummam nota-
bilem, & notabiliſſimam ſimili donatione
irreuocabili conceditur, itaut à Camera,
ſeu à ſucceſſoribus Camerarij, nihil poſſit
15 prætendi, † & ſi contingat reſignari pro ad-
miſſione eidem ſoluantur ducati centum de
Camera, cui etiam datur poteſtas deputandi
futurum Regentem, firmo remanente ſigillo
Cardinalis, & appellatione in deuolutiuis
ad eum interponenda, & deputatione nota-
riorum etiam ad vitam per eumdem facien-
da, & electione vnius procuratoris omnium
Montium, cum alijs latè contentis in ere-
ctione, ex quibus clarè apparet, quod om-
nia fuerunt conceſſa pro priuata vtilitate in
præiudicium Theſaurarij, cuius officio erãt
annexa cuncta pertinentia ad negotia Mon-
16 tium, † adeo vt magis ei ſit concedenda re-
ſtitutio eorum, quæ titulo oneroſo, & ma-
gno pretio obtinuit *Iaſ. in l. fin. n. 2. C. ſi
contr. ius vel vtil. public. Rom. conſ. 310. n. 4.
vbi Mandoſ. in verb. detur. Gail. obſeruat.
56. n. 8. & 9. lib. 2.*
Adeſt etiam grauamen Cameræ, dum obligan-
tur bona, prouentus, redditus, & iura illius
17 pro manutentione officij, † quod totum
cedit ad commodum priuatum, vt dictum
eſt, itaut in hoc colligatur magna contra-
rietas, cum ſemper Summus Pontifex pro-
teſtetur velle, quod Camera nullum vnquam
detrimentum ſentiat, cum tamen ex prædi-
ctis maximum, & notabile damnum, & præ-
iudicium patiatur, vltra diminutionem of-
ficij Theſaurariæ, quod adeo ex iſta noua
erectione eſt diminutum, vt in totum anni-
hiletur in eiuſdem Cameræ detrimentum,
18 adeo vt ex iſta contrarietate † magis dete-
gatur

gatur defectus intentionis Papæ, tanquam
contraria inuicem ſe expellant *Socin. conſ.
27. n. 1. lib. 4. Neuiz. conſ. 66. n. 31. Surd.
conſ. 435. n. 15. lib. 3.* iuxta *l. ſi inter me &
te. ff. de except. rei iudicat. l. pomponius. 40.
§. quid enim. in fin ff. de procurat.*

Cum etiam ſupponatur, quod quilibet Mons
19 haberet procuratorem ſalariatum, † cum
tamen hoc non verificetur, immo contra-
rium conſtat ex fide exhibita, in qua appa-
ret, quod maior pars Montium non habet
aliquem procuratorem, Cum tamen omnes
Montes grauentur contribuere pro ſalario
procuratoris eligendi per Cardinalem, quod
etiam eſt contrarium intentioni Papæ dum
voluit Montiſtas à ſuperfluis expenſis exi-
mere, quæ quidem in hoc caſu ſunt ſuper-
fluæ, nam abſque aliqua neceſſitate deputa-
tur procurator, cuius opera non indigent
20 Montes, † tanquam habeant defenſores gra-
tis, & depoſitarios obligatos ad ſoluendos
fructus, qui poterant cogi, prout cogeban-
tur à Theſaurario abſque vlla expenſa, & ge-
21 nerale eſt, † & paſſim ſeruatur, vt nemo poſ-
ſit adſtringi ad faciendum procuratorem
*c. 2. de procuratorib. Innoc. in c. expoſuit. in
verb. teneri. n. 2. de dilation.*

Et magis læditur Camera non ſolum ex appli-
catione pœnarum pro medietate Cardinali
Ludouiſio, ſed etiam ex facultate eidem
22 conceſſa condonandi omnes pœnas, † prout
ſibi videbitur, contra Bullam Sixti V. ſuper
pœnis maleficiorum; Quæ quidem remiſſio-
nes pœnarum, & criminum ad ſolum ſupre-
23 mum Principem ſpectant † *l. relegati. in fin.
& l. diuus. la 2. ff. de pœn. Bald. in l. impe-
rium. col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. Boſſ. de
princip. n. 227.* cum alijs per *Oſaſc. deciſ.*
101. *n.* 1.

Præterea, cum Montes ſint erecti vt plurimum
ſuper introitibus Cameræ, & publicis vecti-
galibus, quæ in appaltum ſunt conceſſa,
dum Regens cogit appaltatores ad ſoluen-
dum, & ipſi recurrunt ad Theſaurarium, ſeu
Cameram vigore capitulorum, quæ habent
24 ab eadem Camera in eorum appaltibus, † cō-
tinentiæ cauſarum diuiduntur, & expeditio
negotiorum impeditur, quod etiam accidit,
in omnibus alijs, in quibus de intereſſe Ca-
meræ tractatur in materia Montium, ideo
ne iſta diuiſio contingat, reducenda ſunt om-
nia in priſtinum, ne ſeruitium Papæ, & Ca-
meræ retardetur, & per tot Iudices diuida-
tur, quod eſſe non debet. ſiue ſit cauſa, quæ
plures ſpecies continet, ſiue ſit talis, ſuper
qua plures concurrunt quæſtiones *Gloſ. c.
nulli prorſus. 10. in verb. continentiam. de
iudic. & in c. vlt. poſt princ. eod. tit. & in
c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.*

Nec facit, quod intereſſe Cameræ tollatur ex
25 reg. Cancellar. 63. † in qua reuocantur fa-
cultates percipiendi pretium officiorum, &
de dictis officijs diſponendi quibuſuis con-
ceſſæ, Quia non ex hoc ceſſant multa alia
præiudicia Cameræ illata latius ſuperius ad-
ducta, cum præſertim regul. Cancell. non lo-
quatur de officijs vnitis, & dependentibus
26 ab alijs officijs maioribus, † prout ſumus in
caſu noſtro, in quo tractatur de officio vnito
Cameratui, exemplo Regentatus, & aliorum
officiorum, quæ ſunt annexa Cancellariæ,
Pœnitentiariæ, & ſimilibus, quæ non com-
præhenduntur ſub dicta regula, ſi contingat
illa vacare, immo etiam alia officia vacabi-
lia, & venalia aſſignata Vicecancellario, Pœ-
nitentiario, Auditoribus Rotæ, cæteriſq. of-
ficialibus tanquam annexa, & vnita, eorum
27 commodo cedunt † non obſtante dicta regula
Cancell. 63. quæ tanquam loquens in vno
caſu non debet extendi ad caſum diuerſum
*l. vlt. C. de calumniat. Menoch. conſ. 282.
n. 7. lib. 3.*

Minus obſtat, quod Papa ſit abſolutus Domi-
nus iuriſdictionum in Vrbe, de quibus po-
teſt ad libitum diſponere, Quia de poteſtate
28 Papæ non eſt dubitandum, † ſed quæſtio eſt
de voluntate, quæ in caſu noſtro non extat,
cum in erectione huiuſmodi officij non fue-
rint ei narrata narranda, immo multa ex-
preſſa, quæ non verificantur, itaut ex tali
ſubreptione, & obreptione, & falſa cauſa
omnia corruant, tanquam conceſſio non fuiſ-
ſet facta, ſi de omnibus verè fuiſſet Summus
Pontifex informatus, vt dictum eſt ſupra,
29 Quamuis verius ſit, † vt in iuriſdictione ac-
quiſita per contractū onerosum, non debeat
concedens tollere dominium ſibi ex eo quæ-
ſitum abſque aliqua cauſa in quocumque
Principe ſimus, etiam in Papa, ſiue Impera-
tore, ſiue directè, ſiue indirectè, neque con-
tra infideles, neque de plenitudine poteſta-
tis, etiam ſi ſola ſpe iuridica, non autem re
ſit quæſitum, ſiue proueniat ex ſententia,
ſeu à lege, ſiue ex contractu, ſiue ad vtilita-
tem publicam, ſiue ad priuatum commodū,
itaut etiam exiſtente vtilitate publica prin-
cipali ſit adhibenda cauſæ cognitio in pri-
uando aliquem iure ſuo, adeo vt etiam ſe-
cuta priuatione, præuia cauſæ cognitione,
ſint reſarcienda omnia damna tertij, cum
recompenſatione eorum, quæ illi auferun-
tur, etiam quod vtatur plenitudine poteſta-
tis, cum clauſulis quantumcumque ampliſſi-
mis, vt ſupra oſtenſum fuit, & latius omnia
prædicta comprobat *Surd.* qui pro omnibus
ſufficiat *conſ. 203. n. 16. vſque ad 46. lib.* 1.
30 vbi etiam, † quod licet Papa ſoli Deo ratio-
nem reddat, iuxta illud tibi ſoli peccaui *c. to-
tam. de pœnitent. diſtinct.* 3. Tamen de ho-
neſtate non ſunt per eū ponendæ huiuſmodi
clauſulæ exquiſitæ, & extraordinariæ ad tol-
lendum ius tertij, cum non dicamur poſſe,
31 quod de honeſtate non poſſumus, † neque
enim vera iuſtitia cautelis euerti poteſt ab
eo, qui eſt Dei miniſter *Pinell. in rubr. C. de
reſcind. vendit. p. 1. c. 2. n. 20. Aim. conſ. 266.
n. 2.*

Digitized by Google

n.2. Cephal. conſ.342.n.98. Affl.in c.1.n.156.
quæ ſint regal. Garz. in l. gallus . 29. §. &
quid ſi tantum . n. 241. in fin. ff. de liber.
& poſthum.
Non obſtat , quod in conceſſione iuriſdictionis
ſit ſpeciale, vt Princeps illam poſſit quando-
31 cumque reuocare , † & ſupprimere , ſiue
fuerit conceſſa ſingulari perſonæ , ſiue ci-
uitati Bald. in l. qui ſe patris. 3. n.10. in
fin. verſ. vnde poteſt. C. vnd. lib. & in l.1.
verſ. item nota . ff. de conſtit. prin. & in l.
reſcripta. q.4. C. de precib. imper. offer. Aret.
& Abb. in c. nouit. 3. vbi Felin. col.9. ad med.
verſ. limita primo. de iudic. Natt. conſ.636.
n.54. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt.
lib.3. tit.1. n.32. Grammat. deciſ.46. n.2. vſ-
que ad 19. Innoc. in c. quæ in eccleſiarum. de
conſtitut. Card. in c. perpendimus . de ſent.
excommunicat. Ang. in l. 1. ff. de offic. eius .
Iſern. in conſtit. priuilegia . Gabr. de iur.
quæſit. non toll. concluſ. 6. n. 17. & concl.7.
n.7. eod. tit. Etiam quod iuriſdictio ſit pe-
cunia conceſſa Suar. alleg. 7. n. 8. Caſanat.
conſ.43. n.43. 47. 48. 49. & 50. vbi quod eſt
ſpeciale in iuriſdictionalibus Boſſ. de regal.
n. 32. ad fin. Bellug. in ſpecul. princ. rubr.
26. §. princeps. n.3. in fin. Affl. ſuper conſtit.
regn. lib.1. rubr.47. ea quæ ad decus. n.5.
Quia prædicta procedunt , quando nihil Prin-
ceps conſecutus fuiſſet pro tali iuriſdictione
concedenda , ſecus quando , prout in caſu
33 noſtro , † aliquid emolumenti recepiſſet , Ita
communiter diſtinguunt Doctores , & intel-
ligunt dictum Bald. prout teſtatur Natt.
conſ.636. n.34. in fin. & conſ.408. n.9. in
fin. Io. Franciſc. de Pont. de poteſtat. proreg.
tit.3. §.1. n. 3. & 23. Aim. conſ.6. n.110. ad
med. vbi quod contraria procedunt in eo,
qui habet iuriſdictionem lucratiuam, vt in
34 Iudice, vel alio officiali, ſeu magiſtratu, † ſe-
cus ſi ex cauſa oneroſa Idem Aim. conſ.592.
n.54. vſque ad 102. lib.4. Garz. Maſtrill. de
magiſtratib. lib. 1. c. 27. n. 35. vſque ad 40.
Affl. ſuper conſtit. Regn. lib.1. rubr.47. in-
cip. ea quæ ad decus. n.4. vſque ad 10. fol.150.
Bellug. in ſpecul. princ. rubr.9. n.31. & rubr.
26. §. princeps. n.4. vbi Borell. in addit. in
verb. pretij. Dec. in c. nouit. n 14. ante med.
verſ. ſed conſiderandum eſt. & in fin. verſ. &
hoc intelligitur . de iudic. latè Foller. de
cenſib. in verb. & ſubmiſſione cuiuſcumque
foro. n.15.25. & 37. in fin. Gulielm. de Pern.
conſ. 16. Ferdin. Mendoz. de pact. lib.1. c.5.
n.51. Menoch. conſ.164. per tot. lib.3. Brun.
conſ.97. n.2. Peregr. de iur. fiſc. lib.1. tit.3.
n.31. verſ. ſed per viam contractus. & d. n.31.
in fin. & n.51. ad fin.
Quæ ampliantur , vt procedant non ſolum de
totali abdicatione iuriſdictionis , quæ non
35 poteſt fieri, vt dictum eſt, † ſed etiam vt non
detur alicuius partis diminutio , vt poſt
Andr. de Barul. notat Io. de Platea. in l.
præcipit. n.7. C. de canon. largit. lib.10. Carol.
Tap. in l. fin. c.9. n.94. de conſtitut. princip.
quos refert , & ſequitur Maſtrill. de Magi-
36 ſtratib. lib.1. c.27. n.32. fol.138. † vbi etiam
quod neque ad maiorem dignitatem acci-
piendam compelli poſſet l. maioribus . vbi
Ioan. de Plat. C. quemadmod. ciuil. muner.
indi. lib. 10.
Quorum ratio eſt, inter multas, quæ adducun-
tur, quia iuriſdictio, & dominium ſunt æqui-
37 parata, † & ad paria iudicantur Henric. Bo-
uer. ſing.1. in verb. iuriſdictio. n.1. ad med.
poſt Iacob. de Rauen. in l. venditio. ff. de rei
vendicat. Affl. ſuper conſtitut. regn. lib. 1.
rubr. 47. n. 10. verſ. præterea . fol.151. vbi
38 quod paſſim † ſumitur argumentum de domi-
nio rerum corporalium ad dominium re-
rum incorporalium , vt eſt iuriſdictio l.
39 qui furere . vbi Alber. de ſtat. homin. † Vn-
de ſicut dominium rei corporalis non po-
teſt ſine cauſa tolli quando fuit conceſſum
ex contractu c.1. de probation. Ita nec domi-
40 nium iuriſdictionis † conceſſæ Affl. qui ita
arguit, & alijs rationibus comprobat d. rubr.
47. n.10. & 11.
Maximè , quia licet iuriſdictiones non poſſint ,
nec debeant vendi , cum non recipiant æſti-
41 mationem † latè Gregor. Tholoſ. ſyntag. iur.
lib.36. c.29. n.18. cum ſeq. p.3. & lib.25. c.11.
n. 27. fol.132. & de republ. c.9. lib. 1. n. 35.
42 Tamen de conſuetudine aliud ſeruatur , † vt
per Affl. ſuper conſtitut. regn. rubr.47. lib.1.
n.8. Ideo magis conſiſtit æquipatatio de re-
bus corporalibus ad iuriſdictionem, quæ eſt
43 res incorporalis, † itaut in vtroq; caſu ſtante
venditione non detur pœnitentia , ſeu reuo-
catio Idem Affl. d. rubr.47. n.10.
Nec faciunt , quod aliqui exaduerſo adducti
contrariũ teneant, vt iuriſdictio poſſit quan-
documque reuocari etiã titulo oneroſo con-
ceſſa , Quia omiſſo , quod alia opinio eſt ve-
44 rior, & magis communis, † Obſeruandum
eſt , quod ex Doctoribus allegatis multi lo-
quuntur ſimpliciter , non adiecta iſta quali-
tate contractus oneroſi, multi poſtquam
locuti ſunt etiam cum iſta qualitate , con-
trarium deinde ſenſerunt, ideò rectè ſunt in-
ſpicienda eorum dicta, vt poſſit firmari veri-
tas iſtius opinionis. ¶ Roland. enim conſ.80.
n.15. vſque ad 21. lib.2. ſolum firmat, quod
in conceſſionibus ſemper cenſetur illæſa au-
ctoritas ſuperioris , cum in eo illa reſideat ,
45 vnde poteſt illam ſupprimere, † nihil autem
dicit , quando eſt conceſſa per viam contra-
ctus oneroſi ¶ Affl. d. rubr.47. licet prius di-
cat poſſe reuocari, tamen poſtea n.10. firmat
contrariũ, quando fuit vendita ¶ Maſtrill. de
magiſtratib. lib.1. c.27. n 4. quãuis hoc prius
referat, tamẽ contrarium poſtea tenet n.35.
vſq; ad 40. ¶ Idem Maſtrill. c.2. lib.2. n.43.
adducit opinionem, quod poſſit reuocari, ni-
hilominus deinde d. n.43. dicit cogitandum,
& allegat Capibl. de Baron. c. 8. n. 25. &
26 . ¶ Ludouic. Caſanat. conſ.43. licet ali-
quos

quos adducat pro opinione affirmatiua re-
uocationis, Tamen poſtea n. 47. 50. 52. 53.
in fin. & 58. aliud firmat. ¶ Barboſ. in
l. quia tale.14. n.87. ff. ſolut. matrim. ſolum
46 agit de reuocatione iuriſdictionis, † quam
poteſt facere Princeps, ſed nihil addit quo
ad titulum oneroſum, immo clarius tenet
contrarium, quando iuriſdictio fuit conceſſa
ex dicto titulo, cum d. n.87. in fin. omnia
per eum adducta declaret iuxta notabilem
doctrinam Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 9.
n. 31. vbi diſtinguit an ex contractu, ſeu ex
liberalitate ſit conceſſa, vt in hoc caſu poſſit
47 reuocari, † ſecus in contractu, nam alias cõ-
mitteret non committẽda l. ſi eum mihi ſer-
uum. ff. de dolo. ¶ Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. n.32. nihil
dicit quando eſt conceſſa ex cõtractu, immo
adducit Natt. conſ. 636. n.54. vbi in fin. te-
net quod non poſſit ſtante titulo oneroſo,
vnde dictum Doctoris eſt intelligendũ, iuxta
48 eum quem allegat † Bald. in auth. ſed iam
neceſſe. C. de donat. ant. nupt. Roland. conſ.
39. n.32. lib.4. Surd. conſ.9. n.50. lib.1. Dec.
conſ.622. viſa inquiſitione formata n.5. Port.
conſ.36. n.53. ¶ Caſſan. ſuper conſuetud. Bur-
gund. rubr.1. de iuſtices. §.8. in verb. le ſi-
gneur. n.4. & 5. fol.318. loquitur tantum de
ſucceſſore, qui reuocat conceſſionem iuriſ-
dictionis per anteceſſorem factam, nihil ta-
men addit ex quo titulo fuerit conceſſa.
¶ Roſental. de feud. c. 5. concluſ. 10. nihil di-
cit. Immo in c.3. concluſ. 21. firmat non dari
reuocationem quando interuenit cõtractus.
¶ Socin. conſ.7. n.6. lib.3. loquitur de regali-
bus, quæ nõ poſſunt alienari in præiudicium
49 ſucceſſorũ, † non tamen diſtinguit quo titulo
alienentur, immo Idem Socin. conſ.87. n.12.
lib.3. firmat quod non poteſt auferri feudum
alienatum ex contractu, quidquid ſecus ſit
quando ex priuilegio, & ex mera liberali-
tate. ¶ Iaſ. conſ. 227. col.6. lib.2. non concludit
50 aliquid ſuper iuriſdictione, † ſolum diſputat
quando feudi cõceſſio poſſit reuocari ob pu-
blicam vtilitatem, & quando nimis dimi-
nuitur ius imperij. ¶ Gabr. concluſ.5. n.10.
& concluſ.6. n.22. de iur. quæſit. non tollend.
modo dicit poſſe reuocari, modò quod non
51 poſſit, vt in d. concluſ.5. n.17. † Ideo nihil po-
teſt ſuper eo firmari l. qui falsò vel variè.
ff. de teſtibus. l.1. C. de furt. Menoch. conſ.
106. n.320. lib.2. ¶ Peregr. de iur. fiſc. lib.1.
tit. 2. ſeu lib. 5. tit.2. n.56. nihil dicit de iu-
riſdictione. ¶ Prout neque aliquid conclu-
dit lib.1. tit.3. n.31. Quia ſolum firmat, quod
iuriſdictio Principis ſemper cenſetur reſer-
52 uata, † Immo d. n.31. ad med. & in fin. li-
mitat quando eſſet conceſſa per contractum,
quia tunc non datur talis concurſus, neque
reuocatio, aut diminucio, vt ibid. n.51. ad
fin. ¶ Burſat. conſ 392 n.20. lib.4. Caputaq.
deciſ.61. n.5. & deciſ.409. n.3. p.2. & Card.
53 Seraph. deciſ.1188. n.1. ſolum firmant, † quod
Papa ſemper cenſetur maiorem facultatem
retinuiſſe, ſed ex hoc nihil infertur ad reuo-
cationem contractus. ¶ Rebuff. conſ. 8. lo-
quitur in beneficialibus, in quibus Papa ha-
54 bet pleniſſimam poteſtatem, † & in recipien-
te, qui habet cauſam lucratiuam, vt ibid.
n.4. & 8. ¶ Menoch. conſ.479. n.9. lib.5. ſo-
lum concludit, quod Princeps concedendo
alicui iuriſdictionem cenſetur cõceſſiſſe cu-
55 mulatiuè quo ad ſe, † non autem priuatiuè,
ex quo nihil infertur ad cõtractum. ¶ Ponte
de poteſt. proreg. lib.3. §.1. n. 13. ſolum fir-
mat, quod iuriſdictio data in officium, ſeu in
adminiſtratione poterit reuocari, ſecus au-
tem ſi detur in feudum, & proprietatem,
56 ſubdit tamen ibid. n. 3. † quod Baro poteſt
iuriſdictione priuari quando officium, & iu-
riſdictio fuit gratuitè conceſſa, ſecus verò ſi
ex cauſa oneroſa, ſeu ex titulo venditionis,
tunc enim ſtante onere, neque ob ſæuitiam
priuatur iuriſdictione, ſed cogitur ad ven-
dendum Aim. conſ. 6. n. 108. vſque ad 111.
¶ Surd. conſ.313. n.99. & 100. lib.3. non tan-
57 git quæſtionem noſtram, † quia ſolum con-
cludit, quod Princeps quando tollit ius ter-
tij per viam legis generalis propter publi-
cam vtilitatem non reſtituit pretium, nec re-
ficit damna Alex. conſ.190. n.15. verſ. ad ter-
tium. lib. 2. Iſern. in c. 1. §. ſi mulier. il 2.
vbi Affl. n.69. de capit. qui cur. vendid. Natt.
conſ.554. Roland. conſ. 69. n.44. lib. 2. Dec.
conſ. 520. in cauſa piſtorienſi. n.10. col.3. in
fin verſ. quia ad hoc reſpondetur. & in c. quæ
in eccleſiarum. n.26. verſ. ſecundo hoc intel-
58 ligitur. de conſtitut. † Quamuis etiam non
deſint multi, qui aliter ſentiant, videlicet,
quod etiam Princeps per viam legis genera-
lis auferendo bona priuatorum teneatur ad
pretium, vt voluit Iaſ. in l. barbarius. col.8.
in fin. verſ. inuenio tamen. ff. de offic. prætor.
Rocc. in c. fin col. 3. de conſuetud. Roland.
conſ.69. n.44. in fin. lib. 2.

Ex quibus patet, quod opinio cõtraria ad pau-
cos reducitur, ideo non eſt recedendum ab
alia ſententia negatiua ſupra firmata, quod
non detur reuocatio, neque diminutio iuriſ-
dictionis conceſſæ, quando per Principem
59 aliquid fuit receptum, † Præſertim, quia
Doctores, qui concludunt in iuriſdictiona-
libus dari reuocationẽ, intelligunt, quando
adeſt cauſa, & dummodo pretium reſtituatur
Io. Franciſc. de Pont. conſ.15. n.7. lib.2. poſt
Bellug. in ſpecul. Princip. rubr.26. §. prin-
ceps. n.4. & ibi Borell. in addit. in verb. pre-
tij. Maſtrill. de magiſtratib. lib.1. c.27. n.37.
& 38. poſt Pinell. in l. 1. n.62. p.3. illat.16.
C. de bon. matern. & in l.2. p.1. c.2. n.14. C.
de reſcind. vendition. Affl. in c. 1. §. ſimili-
ter. n.24. de capitan. qui cur. vendid. Peregr.
de iur. fiſc. lib.1. tit.3. n.51. poſt med. fol.46.
60 Maximè, † quãdo nõ poteſt conſiderari aliqua
culpa eius, cui fuit conceſſa talis iuriſdictio
Maſtr. d. c.27. lib.1. n.39. Cabed. dec.20. n.4. p.2.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, cum non opus ſit tractare de poteſtate Principis, quādo, prout in caſu noſtro, deficit voluntas, & intentio ipſius, vt latè oſtenſum fuit *ſupr. n. 6.* vbi etiam concluditur nullam adeſſe vtilitatem publicam, ſed omnia fuiſſe conceſſa ad commodum priuatum, Vnde non obſtant, quæ exaduerſo iterum adducuntur de vtilitate publica, cum illis ſit abundè re-
61 ſponſum, † Præſertim, quia nunquam reuocatur priuilegium alicui conceſſum ex cauſa onerosa per ſecundum *Roman. in l. ſi vero. §. de viro. n.104. verſ. ſecundo idem probatur. ff. ſolut. matrimon. Iaſ. conſ. 1. col. 7. verſ. tertio principaliter. lib. 1. Franc. deciſ. 125. n. 6.*

Immo ex ipſamet erectione officij apparet non adfuiſſe voluntatem præiudicandi Theſaura-
62 rio, † cum Summus Pontifex mandauerit, vt examinentur Secretarij, & alij Officiales Montium, quibus non repertis habilibus, ſit in facultate Cardinalis illos amouere, reſtituto tamē pretio per eos dato, Vnde multò magis eſt dicendum in alijs, quibus nulla culpa poteſt imputari, vt non veniant compræhenſi in tali diſpoſitione *Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 1. c. 27. n. 38. & 39.*

Neque obſtat, quod officium conceſſum The-
63 ſaurario ſit magis reuocabile, † tanquam conceſſum ex gratia, cum pretium non æquiualeat dignitati, & prærogatiuæ iuriſdictionis, itaut non poſſit dici cauſa in totum onerosa *Roland. conſ. 13. n. 11. cum ſeq. lib. 3. & conſ. 23. n. 26. lib. 1.* Quia ſtante magna pecuniæ quantitate data, dicitur illam æquipollere conceſſioni, licet enim iuriſdictio ſit inæſtimabilis, tamen ex quo de conſuetudine venditur, illud pretium dicitur eſſe commenſuratum cum officio empto, Maxime, quia hic non agitur de poteſtate Papæ, ſed de voluntate, & intentione, quod non vo-
64 luerit præiudicare emptori officij, † quo caſu pretium dicitur eſſe commēſuratum ad gratiam, etiam quod non eſſet æquiualens, vnde multò magis in caſu noſtro, in quo præponderat, immo eſt maius ſolito *Card. Seraph. deciſ. 517. n. 5. poſt Ant. Auguſt. deciſ. 543. incip. idem in placentina. lib. 3.* Et ſemper in omnem euentum etiam poteſtatis reuocationis, eſt reſtituendum pretium per Principem acceptum *Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 51. in fin. cum alijs ſupra allegatis.*

Et ita ex prædictis fuit iudicatum ad fauorem Theſaurarij, qui fuit reintegratus ad primæuam iuriſdictionem locorum Montium, qua fuerat in totum priuatus per erectionem officij regentatus, quod fuit ſuppreſſum, & penitus extinctum, vt in ſententia lata in Camera Apoſtolica 12. Nouembris 1623. & quidem rectè propter cōmodum iuriſdictionis, quæ dicitur inæſtimabilis, tanquā illa ſit publici iuris *l. liber homo. ff. ad leg. aquil. Affl. ſuper conſtit. Regn. lib. 1. rubr. 47. n. 8.*

EPITOME.

VNiones Epiſcopatuum quando cenſeantur factæ æquè principaliter, vel ſubiectiuè. ¶ Et quales effectus inde reſultent. ¶ Epiſcopus an poſſit in quolibet loco ſuæ diœceſis erigere tribunal, & cauſas ſubditorum cognoſcere vbi voluerit. ¶ Et quando teneatur ad conſtitutionem Vicarij generalis in amplo Epiſcopatu, per quem ſine incommodo litigantibus iuſtitia adminiſtretur. ¶ Cauſæ an ſint trahendæ de tribunali vnius Eccleſiæ vnitæ ad aliam. ¶ Adiuncti quando ſint eligendi per Capitulum, de quorum conſenſu, & conſilio debeat per Epiſcopum, ſeu Vicarium formari proceſſus cum alijs actibus vſque ad finem cauſæ. ¶ Et an capitulum debeat eſſe exemptum ad talem effectum. ¶ Et quid in portionarijs an dicantur de capitulo. ¶ Et an iſti adiuncti ſint coniudices. ¶ Et an electio ſolum habeat locum in cauſis criminalibus. ¶ Vel priuationis propter non reſidentiam, vel non promotum intra certum tempus ad ſacros ordines annexos præbendæ. ¶ Et quid ſi totum Capitulum deliquerit ad quem deuoluatur iuriſdictio. ¶ Epiſcopus Calciaten. an poſſit carcerare in diœceſi Calaguritana capitularem Calciaten. delinquentem in dicta diœceſi Calciaten. ¶ Et an tales Epiſcopatus ſint vniti, itaut vnaquæque Eccleſia vtatur ſuis iuribus, & priuilegijs, quibus ante vnionem gaudebat.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ Calciaten. & Calaguritan. ſunt æquè principaliter vnitæ, & vnaquæquè gaudet ſuis præeminentijs, & prærogatiuis, licet vnicus ſit earum Epiſcopus. & n. 2.*

3 *De triplici differentia vnionum remiſſiuè.*

4 *Epiſcopus non poteſt carcerare in diœceſi Calaguritana capitularem Calciaten. delinquentem in dicta diœceſi Calciaten. nec auocare adiunctos electos iuxtà formam Concilij per capitulum Calciaten. ad diœceſim Calaguritan.*

5 *Vnio quando dicatur facta alteri Eccleſiæ ſubiectiuè, ſeu æquè principaliter ad hoc, vt qualibet retineat ſua iura. & n. 6.*

7 *Epiſcopus in quolibet loco ſuæ diœceſis poteſt erigere tribunal, & cauſas ſubditorum cognoſcere vbi voluerit. Declara vt n. 8.*

9 *Vicarius generalis debet conſtitui per Epiſcopum in amplo epiſcopatu, per quem poſſit ſine incommodo ſubditorum miniſtrare iuſtitiam.*

10 *Non eſt cogendus quis extra proprios lares cauſam agere.*

11 *Probationes non ſunt anguſtiandæ, ſed potius ampliandæ.*

12 *Adiuncti, qui eliguntur ad formandum proceſſum vnà cum Epiſcopo, iuxta Conci-*

lium non debent eſſe inferioris conditionis ceteris clericis . & n. 16.

13 *Inducta ad fauorem non ſunt retorquenda in odium .*

14 *Occaſio diminutionis cultus diuini non eſt prabenda , ſed potius ſumenda illa , quæ ſpectat ad illius augumentum .*

15 *Nemo debet grauari duplici onere .*

17 *Conſuetum habetur pro iure , à quo non licet recedere .*

18 *Cauſæ non ſunt trahendæ extra tribunal ſuæ eccleſiæ . & n. 19.*

20 *De adiunctis eligendis per capitulum, quæ ſit vtilitas , & an ſint coniudices . n. 21.*

22 *Electio adiunctorum an habeat locum ſolum in cauſis criminalibus , vel etiam quando Epiſcopus vult procedere ad priuationem propter non reſidentiam, vel non promotum intra certum tempus. n. 23.*

24 *Adiuncti non eliguntur, ſi totum capitulum deliquerit, & ad quem deuoluatur iuriſdictio . n. 25.*

26 *Capitulum an debeat eſſe exemptum, vt poſſit eligere adiunctos , & quid in portionarijs an dicantur de capitulo. n. 27. & 28.*

CAP. DCCCXCII.

EPiſcopatus , ſeu Eccleſiæ Calciaten. & Calaguritan. ſunt æquè principaliter
1 vnitæ, videlicet, † quod neutra harũ duarum ciuitatum, vel potius Eccleſiarum Cathedralium , ſeu Epiſcopatuum alteri ſubiaceat , ſed quælibet Cathedralis , ſeu Metropolitana Eccleſia remaneat in ſuo ſtatu , honore, præheminentijs, prærogatiuis , & immunitatibus, nec canonici vnius harum Eccleſiarum ſint canonici alterius, nec capitulum , nec res, bona , redditus , & prouentus vnius confundantur, & communicentur cum illis alterius, licet earumdem Eccleſiarum ſit vnus Epiſcopus , paſtor, & Prælatus iuxta *c. & temporis.* 16. *q.* 1. *Gloſ. in c.* 1. *in verb. vniendo. ne ſed. vacant. & in clem.* 2. *in verb. eccleſias. ad fin. de prabend. Caccialup. de vnion. art.* 2. *n.* 2. *& art.* 8. *n.* 2. *&* 5. cum alijs per *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.* 7. *n.* 29.
2 *vſque ad* 33. † vbi in ſpecie loquitur de huiuſmodi Eccleſijs Calciaten. & Calaguritan. quæ in omnibus ſunt diuiſæ, ac diſtinctæ, niſi quo ad Epiſcopum , & Decanum , & talis vnio, quando eſt facta æquè principaliter eſt tertia ſpecies vnionum , cum illæ ſint in tri-
3 plici differentia , † de quibus *Rebuff. in prax. tit. de vnionib. n.* 15. *vſque ad* 18. Et de iure hiſpano adeſt expreſſa *lex.* 4. *tit.* 12. *part.* 1. vbi *Gregor. Lopez. in princ. Hoied. de incompatibil. beneficior. p.* 2. *c.* 3. *n.* 2.

Quibus ſtantibus, non poteſt Epiſcopus in diœceſi Calaguritana carcerare , & detinere , & punire capitularem Calciaten. ibidem in dicta diœceſi Calciaten. delinquentem , nec auocare ad diœceſim Calaguritan. duos adiunctos electos per Capitulum Calciaten. in
4 principio cuiuslibet anni, † de quorum conſilio, & aſſenſu debet per Epiſcopum, ſeu Vicarium formari proceſſus cum alijs actibus vſque ad finem cauſæ, iuxta diſpoſitionem *Concil. ſeſſ.* 25. *c.* 6. *de reformation.* Quia hoc eſſet ſubijcere iſtam Eccleſiam alteri , quod non conuenit, quando ſumus in vnione æquè principaliter, prout ſumus in caſu noſtro, tunc enim quælibet Eccleſia remanet in
5 ſuo ſtatu , † & iuriſdictione, exercendo omnia , quæ antea exercebat , & retinendo cuncta ſua priuilegia priſtina , ac ſi nulla eſſet facta vnio , & contraria procedunt quando vna Eccleſia eſſet alteri vnita ſubiectiuè *Rot. diuerſ. deciſ.* 73. *n.* 1. *&* 2. *p.* 2. *Mandoſ.* in ſpecie *conſ.* 27. *n* 8. *poſt med. verſ. ſecundo ex quo non ſunt commixtæ . Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.* 7. *n.* 118. *cum ſeq. Felin. in c. in noſtra.* 32. *n* 30. *ad fin. verſ. ſed ſi vniantur ſimul ita. de reſcript.*

Et paſſim quando duo caſtra ciuitates, ſeu prouinciæ, Regna, & comitatus vniuntur, non
6 acceſſoriè , † ſed principaliter, tunc quælibet illarum conſeruabit iura , & priuilegia ſua , & proprijs legibus gubernabitur , & à ſuis officialibus regetur , & iudicabitur *Socin. conſ.* 79. *n.* 24. *lib.* 4. iuxta *l. ſi quando.* 36. *C. de appellat.* & notat etiam *Bart. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. n.* 3. *ff. de pignorat. action. Alex conſ.* 151. *n.* 5. *lib.* 2. *Roman. conſ.* 275. *n.* 6. *Azeued. ad rubr. tit.* 2. *n.* 215. *lib.* 6. *recopilation fol.* 48.

Non obſtat , quod Epiſcopus in quolibet loco
7 ſuæ diœceſis poſſit erigere tribunal , † & vbi commodius , & vtilius eſſe perſpexerit habitare, & cauſas ſuorum ſubditorum cognoſcere, vbi voluerit *c. cum epiſcopus . de offic. ordinar. in* 6. *c. & temporis.* 16. *quæſt.* 1. dixi *ſupr. c.* 655. *n.* 9. *vſque ad* 28. Quia prædicta procedunt , quando partes ſine magno incõ-
8 modo, † & in loco non multum diſtante poſſent litigare in parte diœceſis per Epiſcopũ electa , nam alias non daretur talis electio , prout eſt caſus noſter *Felin. in c. vlt. n.* 2. *in princ. de iudic. Franc. in d. c. cum epiſcopus . de offic. ordinar. in* 6. *Nauar. conſ.* 2. *n.* 2. *ad med. eod. tit. Rot. diuerſor. deciſ.* 297. *n.* 7. *&* 8. *p.* 1. *Mandoſ. conſ.* 27. *n.* 13. iuxta *l. ſi cum dies.* 26. *§. ſi arbiter. verſ. ſi litigatores facilè eo loci . ff. de arbitr. l. cum poſt ſententiam . C. de appellationib. Anchar. in c. eam te . vbi Barbat. & Dec. n.* 12. *cum ſeq. de offic. delegat. Corſett. ſing.* 96. *in verb. expenſæ. il* 2. *ad med. verſ. & etiam ego addo quod pulchrè voluit. n* 2. *fol.* 311.

Quæ magis procedunt in caſu noſtro, cum Epiſcopus habeat in vnaquaque harum Eccle-
9 ſiarum publicum tribunal, † & carceres conſuetos, & idoneos, & Vicarium generalem , quem de iure, & conſuetudine tenere debet, cum ſimus in ampla diœceſi , & Epiſcopatu amplo, per quem ſine incommodo poteſt iuſtitia

ſtitia

ſticia miniſtrari *Flor. Diaz. var. queſt. lib. 1. q. 8. §. 1. n. 4. fol. 92.*
Accedat graue damnum, & contumelia, quæ
10 oriretur publicando in aliena diœceſi, & per
diuerſa loca delicta reorum, vltra difficulta-
rem defenſionis, quæ eiſdem reis occurret,
dum cogentur extra proprios lares cauſam
agere, cum magna impenſa conducendi te-
ſtes, & alia faciendi, quæ erunt neceſſaria
pro eorum liberatione, & abſolutione, itaut
ipſorum probationes non ſint anguſtiandæ,
11 ſed ampliandæ † tanquam hoc ſit contra legé,
& publicam vtilitatem *Hoſtienſ. in ſumm.
tit. de renunciat. §. nam poſſunt. col. 1. Surd.
deciſ. 43. n. 5. & deciſ. 277. n. 9. vſque ad* 12.
Additur magnum præiudicium, quod irroga-
12 rur adiunctis, qui dum à propria diœceſi, † &
domicilio auocantur, multum grauantur ex-
penſis, & laboribus, & periculis itineris, itaut
ex hoc ſint inferioris cõditionis cæteris cle-
ricis, adeo vt quod in eorum fauorem, & ho-
norem conceſſum eſt compẽſando exemptio-
nem antiquam, in ipſorum odium, & dam-
13 num retorqueretur, † quod eſſe non debet
l. quod fauore. C. *de legib. c. quod ob gratiam.
de regul. iur. in 6. Becc. conſ. 87. n. 6. Surd.
conſ.* 156. *n.* 23. *lib.* 2.
Cum etiam diuinus cultus diminueretur ex iſta
auocatione adiunctorum, nam in Eccleſia
Calciaten. non plures quam octodecim ſunt
inter dignitates, Canonicos, & portionarios,
nec alia parochialis Eccleſia in illa ciuitate
exiſtit, vbi poſſint ſepeliri mortui, aut ſacra-
14 menta viuis adminiſtrari, † ideo non eſt
præbẽda occaſio diminutionis cultus diuini,
qui potius debet ſemper augeri ad vtilita-
tem eccleſiarum *c. ex parte. de conſtitution.
Abb. in c. cum dilectus. n. 7. de cleric. non
reſidentib.* Caputaq. *deciſ. 215. n. 6. lib. 3. Rot.
deciſ. 222. n. 3. p. 2. diuerſ.*
Maximè, quia etiam notabile damnum oritur
fabricæ eccleſiæ Calciaten. cui capitulares
ſubminiſtrant expenſas de proprio, cum ta-
men Epiſcopus eiuſdem Eccleſiæ fabricam,
& illius ſummam paupertatem ſubleuare
non curet; ideo non ſunt grauandi Canonici
alias expenſas ſubire pro adiunctis extra
15 ſuam diœceſim alendis, † nam multum gra-
uarentur ob iſta onera duplicia, quæ tamen
ſunt euitanda *l. eum qui. in princ. vbi Iaſ.
ff. de iureiurand. Surd. conſ. 553. n. 31. lib. 4.
& conſ. 393. n. 49. lib. 3.*
Quod etiam videtur colligi ex diſpoſitione
Concilij, dum in *d. c. 6. ſeſſ.* 25. mandatur,
16 vt Capitulum eligat duos † de quorum con-
ſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius
procedere teneatur tàm in formando proceſ-
ſum, quàm in cæteris omnibus actibus co-
ram ipſius notario, & in eius conſueto tri-
bunali, itaut nõ ſit aliquid innouandum
per Epiſcopũ eligendo aliud tribunal, quàm
illud, in quo eſt ſolitum huiuſmodi cauſas
17 cognoſcere, † adeo vt iſtud conſuetum ha-
beatur pro iure, à quo non licet recedere
*l. 2. §. portio. ff. ad leg. rhod. de iact. l. diuus.
ff. de in integr. reſtitut. Rebuff. in l. lege
cenſoria. 203. §. reſpondit. col. 2. poſt med.
ff. de verbor. ſignificat.*
Stante præſertim conſuetudine immemorabili,
per quam dicitur acquiſitum priuilegium
18 Eccleſiæ, † vt cauſæ non trahantur extra
illius tribunal, vt notat in propoſito noſtro
Mandoſ. conſ. 27. n. 22. iuxta *l. hoc iure.
§. ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. æſtiu. Felin.
in c. cum contingat. col. 3. verſ. tertius caſus.
de for. competent. Alex. conſ. 35. col. 1. lib. 2.*
Et ita etiam alias in leuiori caſu, in quo non
aderant tot circumſtantiæ, quæ in noſtro ad-
19 ſunt, † fuit deciſum in Sacra Congregatione
Epiſcoporum pro Eccleſijs Sutri, & Nepi de
anno 1594. Quemadmodum etiam de anno
1604. fuit reſcriptum Epiſcopo Sulmonen.
per Sacram Congregationem Concilij, ne
à Ciuitate Valuen. extrahat aliquem ad car-
ceres Sulmonen.
Obſeruandum eſt autem in prædictis, quod ele-
20 ctio huiuſmodi adiunctorum, † de quibus in
Concil. d. ſeſſ. 25. c. 5. de reformat. eſt vtilis,
vt poſt *Hoſt.* notat *Abb. in c. irrefragabili.
13. n. 2. verſ. ex quo infertur. de offic. ordin.*
¶ Et tales adiuncti non erunt coniudices
21 cum Epiſcopo, † & conſequenter acta, & ſen-
tentia, & executio, & ſimilia non ſunt fa-
cienda ſub eorum nomine, vt cenſuit *Con-
gregatio Concilij de menſe Aprilis* 1584.
¶ Et cum adſint illa verba in formando pro-
22 ceſſu, † erunt intelligenda in cauſis crimi-
nalibus, vt per *eamdem Congregat.* 24. *Maij.
& Iunij* 1584. ¶ Et an hæc diſpoſitio de ad-
iunctis habeat locum, quando Epiſcopus
vult procedere ad priuationem propter non
23 reſidentiam, † vel non promotum intra cer-
tum tempus ad ſacros ordines annexos præ-
bendæ *Congregatio* cenſuit affirmatiuè *Iu-
nij* 1584. quia iſtæ ſunt cauſæ criminales, &
dicam infra Deo dante, quando cauſæ pri-
uationis ſint tales. ¶ Si autem totum ca-
24 pitulum deliquerit, † non procedit dicta
diſpoſitio de adiunctis, ſed Epiſcopus ſine
eis cauſam cognoſcet, vt reſoluit *Congre-
gatio Abulen. iuriſdictionis.* 5. *Nouembris*
1587. Nam ſi aliquorum conſilium require-
retur, cum omnes deliquerint, eſſent iudices
in cauſa propria contra *l. vnic.* C. *ne quis in
ſua cauſ. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd.
omn. iudic.* & ita in ſpecie notat *Gloſ. in c.
irrefragabili. 13. in verb. per capitulum. in
fin. & in verb. ſuper hoc. verſ. hic item vi-
detur ratio ſufficiens. & ibi Petr. de Vbald.
col. penult. verſ. nota caſum. de offic. ordinar.*
25 ¶ An autem in hoc ſit ſpeciale, † vt deuolua-
tur ad Archiepiſcopum iuriſdictio, vel quo-
modo procedendum ſit electis arbitris, vel
per ipſum Epiſcopum *Innoc. & alij in d. c.
26 irrefragabili. §. cæterum.* ¶ † Et quod eadem
diſpoſitio de adiunctis habeat locum ſolum-

modo in capitulo exempto *Rot. diuerſ. de-*
ciſ. 305. & 308. *p.* 2. *Zerol. in prax. epiſcop.*
p. 1. *in verb. capitulum. verſ. ad octauum.*
fol. 84. *Barboſ. in remiſſ. ad Concil. ſeſſ.* 25.
*c.*6. *de reformat. n.*3. *fol.*153. ¶ Portionarij
27 tamen non comprahendentur, † quia non
ſunt de capitulo *Rot. diuerſ. deciſ.* 411. *p.*1.
Ach.B. deciſ. vnic. de his quæ fiunt à prælat.
fin. conſ. capit. poſt Gloſ. in c. penult. in
verb. aſſiſios. de cleric. non reſident. Congre-
gatio Concil. 1. *Septembris* 1558. *Rot. coram*
Buſalo Calaguritana fructuũ. 1. *Iunij* 1583.
28 de qua per *Ricc. collectan.*751. *p.*4. ¶ Vbi li-
mitat ſtante conſuetudine, ſeu ſtatuto in
contrarium *Rot. diuerſ. deciſ.*713. *n.*5. *p.* 1.
& *coram R.P.D. Orano Corduben. iuriſdi-*
*ctionis.*7. *Februar.* & 17. *Maij* 1597. *Caputaq.*
*deciſ.*91. *par.*1. *Barboſ. in remiſſ. ad Concil.*
*ſeſſ.*25. *c.*6. *de reformat. in princ. fol.*152.

EPITOME.

DE Epiſcopatu Sulmonen. & Valuen. ¶ Et de iuriſdictione Canonicorum, & cognitione cauſarum criminalium, & matrimonialium ad eos ſpectantium. ¶ Et electione Epiſcopi dictarum Ciuitatum. ¶ Et tempore, quo illæ fuerunt decoratæ Epiſcopali dignitate. ¶ Et quæ iſtarum Eccleſiarum præcedat. ¶ Et de varijs earum denominationibus. ¶ Verba enunciatiua quandò probent. ¶ Beneplacitum Apoſtolicum an ſit præſumendum ex diuturnitate temporis. ¶ Libri hiſtoriarum, & legendæ Sanctorum, & Inſcriptiones marmoreæ, quam probationem faciant. ¶ Tranſactio inter Canonicos Sulmonen. & Valuen. ex quibus dicatur obſeruata. ¶ Vnio Eccleſiarum quandò ſit æquè principalis, ſeu ſubiectiua. ¶ Et quale ſit argumentum vnionis. ¶ Actus quando præſumatur factus in vim præcedentis diſpoſitionis. ¶ Probatio inobſeruantiæ concordiæ ad quem ſpectet. ¶ Nomen Valuen. an ſit particulare, vel comprehendat totam regionem. ¶ Ciuitatis appellatione an veniat territorium. ¶ Et an nomine diœceſis contineatur Ciuitas. ¶ Dictio cum quando coniungat acceſſoriè, ſeu principaliter. ¶ Cõmunicatio dignitatum, ex quibus dicatur adimpleta. ¶ Cathedraticum, ſeu Synodaticum quare ſit debitum Epiſcopo. ¶ Reuocatio vnionum, & gratiarum an habeat locum, ſi ſaltem vnio, & gratia in parte fuit ſortita effectum. ¶ Succeſſores quando ligentur concordia facta per anteceſſores.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Sulmonen. de quo tempore fuerit decorata dignitate Epiſcopali, & quando eius Epiſcopus in concilio interuenerit.*

2 *Eccleſia matrix Sulmonen. quomodo denominetur, & de mutatione nominis. n.* 5.

3 *Verba enunciatiua in antiquiſſimis plenè probant, & habent vim famæ. n.* 4.

6 *Libri hiſtoriarum plenam fidem faciunt, & inducunt notorium, maximè, ſi loquantur per verba diſpoſitiua. n.* 7. & 8.

9 *Epiſcopatus Sulmonen. & Valuen. eſt vnus, & ab vno Epiſcopo regitur, & vtriuſque negotia tractantur, prout paſſim ſit in pluribus, & ſimilibus Epiſcopatibus, de quibus. n.* 10. 11. 12. & 13.

14 *Epiſcopatus in dubio cenſentur æquè principaliter vniti, remanentibus firmis iuribus, & priuilegijs vtriuſque Eccleſiæ.*

15 *Canonici Sulmonen. ſemper exercuerunt omnia iura ſpectantia ad ipſam Eccleſiam Cathedralem.*

16 *Canonici Valuen. in vim concordiæ participarunt de iuriſdictione, quam habebant Sulmonen. n.*19.

17 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ex temporis antiquitate. n.* 18. & 52.

20 *Obſeruantia cum antiquitate temporis facit, vt magis præſumatur obtentum beneplacitũ.*

21 *Epiſcopus Valuen. quando reaſſumpſerit nomen Sulmonen.*

22 *Præcedentia ſpectat ad Canonicos Sulmonen. tanquam eorum Eccleſia ſit antiquior, quam Valuen.*

23 *Canonici Sulmonen. habent cognitionem cauſarum etiam matrimonialium, & ius eligendi Epiſcopum Valuen., qui actus non poſſunt conuenire, niſi Eccleſiæ Cathedrali.*

24 *Præeminentiæ ſpectant ad eos, qui habent iuriſdictionem ex propria dignitate.*

25 *Eccleſia Sulmonen. an fuerit aliquando denominatã plebania.*

26 *Diuerſitas enunciatiuarum, & famarum operatur; vt nihil probent.*

27 *Enunciatiuæ nullam fidem faciunt, ſtante ſuſpitione.*

28 *Eccleſia Sulmonen. de quo tempore fuerit appellata Cathedralis.*

29 *Antiquior præfertur in præeminentijs.*

30 *Legendæ Sanctorum probant.*

31 *Inſcriptiones marmoreæ plenam fidem faciunt in antiquit.*

32 *Appellatione Eccleſiæ per excellentiam venit Cathedralis. & n.* 33.

34 *Nomen Valuen. non eſt particulare, ſed comprehendit totam regionem.*

35 *Appellatione ciuitatis venit territorium, prout etiam ſub nomine diœceſis comprehenditur Ciuitas.*

36 *Sulmona, vel Selmona, vel Sulmontina an ſint idem, quod Sulmo. & n.* 37.

38 *Mitra pontificalis miſſa per Innocentium VII. Eccleſiæ Cathedrali Sulmonen. quid ſignificet. & n.* 39.

40 *Dictio cum quando coniungat æquè principaliter, vel acceſſoriè. & n.*41.

42 *Probatio inobſeruantiæ concordiæ ad quem ſpectare debeat.*

43 *Tranſactio inita inter Canonicos Valuen., & Sul-*

Digitized by Google

& Sulmonen. ex quibus dicatur obſeruata. & n. 44.

45 *Actus quando dicatur geſtus in executionem præcedentis diſpoſitionis . n. 47. & 51.*

48 *Sigillis diuerſis, an licitum ſit vti, & quo caſu ex illis probetur vnio, & collegium cum tractatu, & electione Prælati.*

50 *Communicatio dignitatum quando dicatur habuiſſe effectum.*

53 *Non adimplens poteſt cogi ad obſeruantiam.*

54 *Succeſſores ligantur concordia facta per anteceſſores . n. 55.*

56 *Reuocatio vnionum, & gratiarum non habet locum, ſi ſaltem vnio, & gratia in parte fuit ſortita effectum.*

57 *In dubio pronunciandum eſt pro non reuocatione priuilegij.*

58 *Cathedraticum debetur Epiſcopo pro honorè Cathedræ Epiſcopalis, & in ſignum ſubiectionis.*

CAP. DCCCXCIII.

COncludendum eſt ad fauorem Canonicorum Eccleſiæ S. Pamphili Sulmonen.
circa præcedentiam, & alia, de quibus agitur, non obſtante decreto alias facto ad fa-
1 uorem Canonicorum S. Pelini, † Quia ex nouis iuribus exhibitis conſtat Ciuitatem Sulmonenſem ante annum 490. fuiſſe decoratam dignitate Epiſcopali, & Pallidium Epiſcopum Sulmontinum vna cum ſeptuaginta tribus alijs Epiſcopis interueniſſe Concilio Romano ſecundo ſub Symmacho Pontifice de anno 499. *vt in 2. thom. Concil. Venet. impreſſo fol. 468. cum ſeq.*

Et quamuis matrix Eccleſia eiuſdem Ciuitatis Sulmonen. antiquitus eſſet ſub inuocatione
2 B. Mariæ Virginis, † Tamen de anno 700. in translatione corporis S. Pamphili, Eccleſia Cathedralis denominata eſt S. Pamphili, vt in Bulla Nicolai Epiſcopi Valnen. de qua in *ſummar. n. 7.* vbi adſunt iſta verba enuncia-
3 tiua, † quæ in antiquiſſimis plenè probant *Put. deciſ. 209. lib. 2. Caputaq. deciſ. 344. p. 5. Card. Seraphin. deciſ. 1272. in princ.* cum alijs per *Rot. deciſ. 360. n. 3. & 4. & deciſ.*
4 *724. n. 3. p. 2. in recentior.* † tanquam habeant vim famæ, quæ in antiquiſſimis probat *Ferret. conſ. 293. n. 6. Aebill. deciſ. 7. n. 1. de iurepatronat. Rot. deciſ. 674. n. 2. poſt med. p. 2. in recentiorib.*

Cum etiam de dicto anno 700. Epiſcopatus Sulmonen. eſſet vnus, & idem cum Epiſco-
5 patu Valnen., † & cauſa mutationis nominis fuit, nam cum antea ſolus eſſet Epiſcopus Sulmonen. in regione Pelignorum, & cum Italia de anno 700. eſſet ſub dominio Longobardorum, regio, quæ prius vocabatur nomine Pelignorum, fuit erecta in Comitatum, & Valua appellata, vt teſtatur *Blond.*
6 *in Ital. illuſtrat. in 12. region.* † Cui tanquam hiſtoriographo grauiſſimo eſt credendum, cum in factis antiquis libri hiſtoriarum plenè probent *Gemin. in c. quamuis. 3. ante fin. poſt Gloſ. ibid. in verb. eademq. 21. diſtinct. Felin. in c. 2. ante fin. verſ. & dicit. de reſcript. & in c. inter dilectos. 6. n. 12. de fid. inſtrum.* iuxta *l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. & in l. quaeſtionibus. ff. ad leg. iul.*
7 *maieſt. c. fin. diſtinct. 9.* † Prout paſſim hiſtoriæ, & chronicæ faciunt notorium, & plenam probationẽ in antiquis *Bald. in l. ea quidem. col. 4. in fin. C. de accuſation. Pariſ. conſ. 2. n. 50. lib. 1. Iaſ. in l. 1. n. 25. ff. ſi cert. petat.* Ideo in iudicijs probant *Felin. in c. inter dilectos. 6. n. 12. de fid. inſtrument. poſt Gloſ. in c. venerabilem. in verb. tranſtulit. de electione. Gemin. in c. in nomine domini. 23. diſtinct. Maſcard. concl. 287. chronicarũ n. 2.*
8 *p. 1. fol. 187.* † Maximè, quando, prout in caſu noſtro, huiuſmodi hiſtoriæ, & chronicæ non loquuntur per verba enunciatiua, ſed diſpoſitiua, tunc enim magis probant *Felin. in c. ex parte. n. 46. de reſcript. Maſcard. concluſ. 287. n. 9.*

Quod comprobatur ex multis Bullis Summorum Pontificum in facto adductis, & in
9 *ſummar. n. 9. cum ſeq.* † in quibus Epiſcopo Valuen. pro ſede Epiſcopali aſſignatur Eccleſia S. Pamphili, & Eccleſia S. Pelini, & Canonicis vtriuſque Eccleſiæ mandatur, vt Epiſcopũ eligant, vltrà confeſſiones authenticas Canonicorum S. Pelini de anno 1168. & 1238. in quibus legitur, quod ius eligendi Epiſcopũ Valuen. ſpectat, & pertinet tam ad Canonicos S. Pamphili, quam ad ipſos Ca-
10 nonicos S. Pelini. † Itaut omnibus iſtis ſimul iunctis clarè appareat Epiſcopatum Sulmonen. & Valuen. eſſe vnum, non autem duos diſtinctos, & Epiſcopatum Valuen. proceſſiſſe ab Epiſcopatu Sulmonen. & eſſe duas Eccleſias Cathedrales eiuſdem Epiſcopatus, licet ſit vnus Epiſcopus vtriuſque Eccleſiæ, quarum quælibet ſua retinebit priuilegia, & ſtatuta, & negotia vtriuſquẽ tractantur per eumdem Epiſcopum *Gloſ. & Doctor. in c. & temporis. 16. q. 1. Bart. & alij in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorat. act. Rebuff. in prax. tit. de vnion. beneficior. n. 15. & 56.* iuxta *c. nouit. de offic. legat. l. vnic. C. de metropol. berit. lib. 11. c. cum epiſcopus. de offic. ordinar.*

Et paſſim admittuntur duæ diœceſes, & duæ
11 Eccleſiæ Cathedrales in vno Epiſcopatu, † & Epiſcopus ſe nominat talem ab vtraque Eccleſia, tam ſuper concernentibus iuriſdictionem, quam adminiſtrationem vtriuſque Epiſcopatus, prout contingit in diœceſi Calaguritana, & Calciaten. ac alijs, de quibus per *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 5. §. 7. n. 29.*
12 *cũ ſeq.* † Et de Epiſcopatu Oritano, & Brũduſino *Mandoſ. conſ. 27. col. 1. & 2.* vbi quod quęlibet Eccleſia remanet in ſuo priſtino ſtatu, & iura cuiuslibet integra cõſeruantur *Socin.*
13 *conſ. 79. n. 24. lib. 4.* † vbi de Ciuitate Piſana an-

antequam vniretur Ciuitati Florentię *Alex. conſ.* 114. *n.* 19. *lib.* 4. latè *Gonzal. d. gloſ.* 5. *§.* 7. *n.* 111. *vſque ad* 124. vbi etiam *n.* 134. quod ſemper in dubio cenſentur vniti Epi-
14 ſcopatus æquè principaliter † firmis remanentibus, iuribus priuilegijs, ſtatutis, & honoribus vtriuſque Eccleſiæ *Abb. in c. extirpanda. §. qui verò. in* 1. *lect. n.* 4. *de præbend. Rebuff. in prax. tit. de vnionib. n.* 20. *Hoied. de incompatibilit. beneficior. par.* 2. *c.* 3. *n.* 5. *ante fin. tom.* 15. *p.* 1. *fol.* 167.

Quæ omnia priuilegia, vltra diſpoſitionem iuris cõmunis, probantur etiam in facto fuiſſe retenta per Canonicos Eccleſiæ S. Pamphili
15 poſſidendo ſemper iura Cathedralia, † conceſſiones feudales, & alia multa concernentia decimas, electionem Epiſcopi, & Vicarij ſede vacante, ius excommunicandi, & cognoſcendi cauſas criminales, & ciuiles, & matrimoniales, collationem beneficiorum, & parochialium, & dignitatum Præpoſituræ Eccleſiæ eiuſdem S. Pãphili & Archipresbyteratus, cum alijs relatis in facto, & in *ſummar. n.* 14. ex quibus ſatis apparet Canonicos S. Pamphili continuò exercuiſſe omnia iura ad Cathedralem Eccleſiam ſpectantia, & de præſenti etiam exercere, quod etiam eſt de iure, vt dictum eſt ex *Rebuff. & alijs ſupra allegatis. n.* 10. *cum ſeq.*

Quibus additur cõcordia de menſe Martij 1238. tenoris, prout latius in facto, quæ concordia maximum decus attulit Canonicis S. Pelini,
16 qui in vim illius participarunt † de iuriſdictione cognoſcẽdi cauſas ciuiles, criminales, & matrimoniales, cum tamen prius talem cognitionem non exercuerint, nam illa ſolum ſpectabat ad Canonicos Sulmonenſes, & quamuis in eadem concordia non appa-
17 reat beneplacitum Apoſtolicum, † Tamen ſtante tempore antiquiſſimo præſumitur illud interueniſſe *Imol. in c. peruenit. de empt. & vendit. Anchar. conſ.* 136. *n.* 2. *Alex. conſ.* 17. *n.* 8. *lib.* 4. *Felin. in c. albericus. n.* 4. *ad fin. de teſtib. Caſſador. deciſ.* 3. *de procurator. Gabr. conſ.* 32. *n.* 30. *lib.* 2. *Rot. diuerſor. deciſ.* 179. *n.* 1. *par.* 2. *Menoch. præſumpt.* 132.
18 *lib.* 3. † Quamuis talis ſolemnitas beneplaciti non ſit enunciata *Put. deciſ.* 365. *n.* 4. *& 7. lib.* 2. cum alijs deciſionibus relatis per *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 12. *n.* 76. *&* 77.

Quæ concordia etiam ſemper fuit obſeruata, & habuit effectum, Nam poſt illam Canonici vtriuſque Eccleſiæ ſe indifferenter ſubſcri-
19 pſerunt, † & dictæ duæ Eccleſiæ tanquam vnitæ à Summis Pontificibus ſunt denominatæ, & tanquam tales conferuntur, & virtute eiuſdem concordiæ fuit formatum Sigillum commune, in quo eſt inſculpta imago S. Pelini Martyris, & S. Pamphili Confeſſoris, cum alijs relatis in facto, ex quibus probatur talis obſeruantia, per quam vna cum
20 antiquitate temporis, † magis præſumitur confirmatio concordiæ, & obtentum beneplacitum *Bald. in c. ex parte. n.* 2. *de teſtib. Dec. conſ.* 152. *n.* 3. *& conſ.* 409. *n.* 11. *Aim de antiq. tempor. p.* 3. *in princ. n.* 27. *Mohedan. deciſ.* 2. *n.* 1. *de tranſactionib.* cum alijs per *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 12. *n.* 75. *vſque ad n.* 80. *Affl. deciſ.* 13. *n.* 3. *&* 5. *Rot. coram R. P. D. Iuſto Tarraconen. Sacriſtia.* 4. *Iunij* 1600. *& coram Card. Seraphin. Romana Caſalis Larghella.* 28. *Iunij* 1593.

Accedat, quod de anno 1455. Epiſcopus Val-
21 uen. reaſſumpſit nomen Sulmonen. † & ex eo tempore Capitulum S. Pamphili Sulmonen. ſimpliciter fuit appellatum ſub nomine Sulmonen. tantum, vt ex litteris Apoſtolicis, & alijs Bullis relatis in facto, & ex poſſeſſione capta in Cathedrali Eccleſia S. Pamphili Ciuitatis Sulmonen. per Epiſcopos Valuen. & Sulmonen. de anno 1493. & 1500. Itaut ſtantibus omnibus ſupra adductis, magis debeat iudicari, quod præcedentia ſpectet ad Canonicos S. Pamphili, etiam circumſcripta con-
22 cordia, † Nam Epiſcopatus Sulmonen. eſt antiquior tanquã de anno 499. Ciuitas Sulmonen. haberet Epiſcopum, cum tamen Canonici S. Pelini non fuerint decorati dignitate Epiſcopali, niſi de anno 700. de quo tempore primus Epiſcopus fuit S. Pelinus, vt legitur in vita eiuſdem Sancti, & conſtat ex inſcriptione marmorea exiſtente in Eccleſia dicti S. Pelini, vt dicetur *infr. n.* 30. *&* 31.
23 Vltra, † quod Canonici Sulmonen. habebant cognitionem cauſarum ciuilium, criminalium, & matrimonialium, & ius eligẽdi Epiſcopum Valuen. qui actus non poſſunt adaptari, nec cõuenire, niſi Eccleſiæ Cathedrali, cum ius eligendi Prælatum ſpectet ad proprium Collegium Prælati *Hoſt. in ſumm. de elect. §. quis poſſit eligere. n.* 5. ex quibus omnibus magis denotatur, quod præheminentia, & prærogatiua ſpectat ad eos, qui talem
24 iuriſdictionem habebant, † tanquam propria dignitate, & priuilegio fulgeant *Dec. in c. ſané. il* 2. *n.* 2. *de offic. delegat. Rot. diuerſ. deciſ.* 226. *n.* 2. *&* 3. *par.* 2. *Purpur. in l.* 1. *n.* 632. *de offic. eius. Menoch. conſ.* 51. *n.* 14. *lib.* 1. cum alijs per *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.* 9. *n.* 103.

Neque obſtat, quod Bullæ Lucij Papæ III. de anno 1183. Et Honorij III. de anno 1225. no-
25 minent Plebem S. Pamphili, † Quia Bullæ præcedentes Leonis IX. Nicolai II. & Innocent. III. de anno 1206. & 1207. appellant ſemper Eccleſiam S. Pamphili pariter cum Eccleſia S. Pelini, Immo idem Honor. III. tam prius, quam poſtea appellat Eccleſiã, & Canonicos S. Pamphili, non autem pleba-
26 num, † adeo vt ſtante diuerſitate nominationis, & enunciatiuarum per eundem Summum Pontificem, non poſſit fieri aliquod fundamentum in dictis enunciationis, tanquam de plebe, ſeu plebano *Rot. deciſ.* 160. *n.* 12. *p.* 1. *in recentior.* iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi poteſt. n.* 23. *ff. de acquir. hæredit.* vbi

lo-

Digitized by Google

loquitur de duobus ſamis diuerſis *Dec. in c.1. n.2. verſ. quinto. de appellat. Rot. coram Cardin. Pamphilio Maioricen. Sacriſtiæ. 5. Nouembris* 1603. Et quæ ſit plebania, & quando habeat dignitatem *Card. Thuſc. concluſ. 361. plebania. tom. 6.*

Maximè, quia tunc temporis aderant iurgia, & lites inter vtroſque Canonicos, prout patet ex confeſſionibus, & concordia ſupra relata,
27 itaut poſſit adeſſe aliqua ſuſpitio, † quod dictæ Bullæ fuerint expeditæ ad inſtantiam, & aſſertionem Canonicorum S. Pelini, quo caſu ſtante huiuſmodi ſuſpitione enunciatiuę non probant *Aret. in c. cum cauſam. il 3. n. 21. verſ. ſed tamen aduerte. de probat.*

Nec obſtat, quod Card. de Valle de anno 1520. cœperit poſſeſſionem Epiſcopatus in Eccleſia
28 S. Pelini, † Quia in collatione ordinum de anno 1521. exiſtente Epiſcopo eodem Card. nominatur Eccleſia S. Pamphili Cathedralis, Cum etiam tam per prædeceſſores eiuſdem Cardinalis, quàm per ſucceſſores vſque in hodiernum diem ſemper fuerit capta poſſeſſio in Eccleſia Cathedrali S. Pamphili, vt la-
29 tius dicitur in facto, † itaut non poſſit dubitari, quod Eccleſia S. Pamphili non ſit Cathedralis, & magis antiqua, & conſequenter magis digna prærogatiuis, & præheminentijs, de quibus agitur *c. 1. de maiorit. & obedient. Bald. in c. cum olim. n. 1. in 2. notab. de conſuetud. Ruin. conſ. 19. n. 9. lib. 1. Caſſan. in cathalog. glor. mund. par. 4. conſider. 76. & par. 11. conſider.* 17. *Caputaq. deciſ.* 357. *n. 2. par. 2.*

Et quamuis exaduerſo multa præſupponantur negando, quod Epiſcopatus Sulmonen. ſit magis antiquus, quam Valuen. Tamen nihil releuans adducitur, nec aliquid reſpondetur ad illud, quod fuit oſtenſum Ciuitatem Sulmonæ habuiſſe Epiſcopum de anno 499. cum tamen Canonici S. Pelini non fuerint decorati dignitate Epiſcopali, niſi de anno 700. de quo tempore primus Epiſcopus fuit S. Pe-
30 linus, † vt legitur in vita eiuſdem Sancti, cum credatur legendis Sanctorum circa huiuſmodi tempus *Purpur. in l. 1. n. 152. ante fin. ff. ſi cert. petat. poſt Gloſ. in §. hac autem tria. in verb. regijs vrbibus. in proœm. Digeſtor.* Et conſtat etiam ex inſcriptione marmorea exiſtente in Eccleſia dicti S. Pe-
31 lini, † quæ in antiquis plenè probat *Gloſ. in c. cum cauſam. 13. in verb. per libros. in fin. de probationib. Bart. & Bald. in l. monumentorum. C. de religioſ. & ſumpt. funer. Idem Bald. conſ. 310. lib. 5. alias eſt conſ. 445. lib. 4. Alber. in l. vlt. ff. fin. regund. Dec. conſ. 135. ad iuſtificationem bullæ. n. 1. poſt med. verſ. hoc etiam videtur probari. Purpur. in l. 1. n. 155. ff. ſi cert. petat. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina. n. 97. ad med. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Imol. conſ. 60. Marſil. in rubr. C. de probation. n. 111. Ferret. conſ. 193. n. 9. Maſcard. concluſ. 959. n. 21.*

Et quod de dicto anno 700. cœperit Epiſcopatus Valuen. confirmatur ex hiſtoria Blondi regione 12. qui loquitur de annis octingentis, non autem de octuaginta, vt exaduerſo
32 prætenditur, † Immo cum Blondus loquatur de Eccleſia Sulmonenſi per excellentiam intelligitur de Eccleſia Cathedrali tanquam magis inſigni *Franc. in c. quamuis. 4. §. quāquam. n. 1. & 8. de præbend. in 6. Fulgoſ. conſ. 120. col. vlt. in princ.* & ſic hiſtoria non
33 eſt æquiuoca, † nec poteſt intelligi de alia Eccleſia, vt etiam exaduerſo præſupponitur, ideo illi ſtandum eſt, cum probet, quamuis auctor etiam loqueretur de alieno auditu, & non tantum de proprio ſenſu *Purpur. in l. 1. n. 156. verſ. ampliat. ff. ſi cert. petat.*

Additur, quod nomen Valuen. non eſt nomen particulare, ſed compræhendit totam regio-
34 nem, † vt conſtat ex multis inſtrumentis in *ſummar. n. 10. cum ſeq.* vbi vocatur Sulmo de comitatu Valuen. proue dicitur Eccleſia S. Pelini in ciuitate Corfinij in eodem comitatu Valuen., ſicut etiam legitur in cantico vitæ S. Pamphili. ibi Odor aromaticus Valuenſes impleuit partes. & rurſus ibid. Valuen. datus regioni Pontifex Corfinij. Vnde cum Epiſcopus appellaretur nomine diœceſis, non poteſt dici, quod Ciuitas Sulmonen. eſſet ſubiecta Epiſcopo Valuen. prout exaduerſo prætenditur, tanquam aliud ſit Ciui-
35 tas, & aliud diœceſis, † cum immo in materia indifferenti, & non odioſa appellatione diœceſis veniat ciuitas, prout etiam appellatione ciuitatis venit ciuitas cum ſuo territorio *Felin. in c. rodulphus. 35. col. 5. in princ. verſ. limita ſecundo. & col. 7. ante med. verſ. tertia concluſio. n. 8. de præſcript.*

Neque obſtat, quod in Concilio Roman. primo ſub Simmaco de anno 499. adſit error in ſubſcriptione Palladij Sulmõtini Epiſcopi, cum
36 in alijs impreſſionibus aliter legatur, † Quia Sulmona, vel Selmona, vel Sulmontina ciuitas idem eſt, quod Sulmo, vt conſtat ex vetuſtiſſimis inſtrumentis, Nec nomen Salmanticen. fuit commutatum in Salmantinum, vt exaduerſo præſupponitur, cum nullus ex hiſpanis Epiſcopis, ſeu vltramontanis in dicto
37 Concilio interuenerit, † Maximè, quia ordinatim in eodem Concilio nominatur Epiſcopus Vltoronen. hodie Triuentinus, & Epiſcopus Sulmontinus, & Theatinus iuxta ordinem, & diſpoſitionem regionum, nam iſti tres Epiſcopatus ſunt contigui, & Sulmontinus eſt prope in medio, itaut ex hoc ordine excludatur omnis error, & verè ſimus in Epiſcopatu Sulmontino, qui cum ſit magis antiquus, eſt etiam dignus præheminentijs, & prærogatiuis, de quibus agitur *c. 1. de maiorit. & obedient. Caſſan. in cathalog. glor. mund. par. 4. conſider. 76. & par. 11. conſider. 17.*

Cum etiam appareat de iure cathedrali Eccle-
38 ſiæ Sulmonen. † dum Innoc. VII. mittit Ca-

pitulo

Digitized by Google

pitulo dictæ Eccleſiæ mitram pontificalem
ad vſum eiuſdem Eccleſiæ, quæ tẽporalium
fulcitur honoribus; cum mitra cornuta ſpe-
ctet ad Epiſcopum ad ſignificandum, quod
debet eſſe munitus ſacra Scriptura, quæ ha-
39 bet duo cornua, † continet enim duo teſta-
menta, quibus Epiſcopus debet eſſe inſtru-
ctus *Archid. in c. diſciplina. in fin.* & ibi
etiam *Gemin. in fin. diſtinct.* 45. *Gig. de
reſident. epiſcopor. c. 9. n. 1. tom. 13. p. 2. fol.* 372.
Archiep. Florent. in ſumm. p. 3. tit. 20. c. 2. §. 9.

Confirmantur prædicta ex Bulla Leonis IX. &
Nicol. II. in illis verbis principaliter con-
firmamus tibi ad Epiſcopalem ſedem Eccle-
40 ſiam S. Pelini, † cum ſibi pertinentijs, pari-
ter Eccleſiam S. Pamphili, cum cæteris Ec-
cleſijs, & Capellis, quæcumque intra præfa-
tos terminos poſitę eſſe noſcuntur, ex quibus
verbis apparet, quod illa dictio, cum, non
coniungit æquè principaliter, itaut impor-
tet, quod etiam cæteræ Eccleſiæ ſint cathe-
41 drales, ſed † ſolũ acceſſoriè, prout eſt de na-
tura iſtius dictionis, vt latè per *Maluet. de
canonizat. Sanctor. in 2. dub. n. 26. tom. 14.
fol. 98.* iuxta *l. 1. & 2. ff. de pœn. legat.*

Et quamuis ſufficeret Canonicis Sulmonen. alle-
gare concordiã, cuius effectuatio præſumi-
tur, itaut allegãti illius inobſeruantiã, & non
effectuationẽ incũbat onus probandi, & qui-
dem clariſſimis, & concludentiſſimis proba-
tionibus, ſtante præſertim mandato ad pe-
tendam cõfirmationem Apoſtolicam, & con
ſenſu communiter dato, & iurato ſuper di-
cta concordia, ac alijs adductis in facto,
42 ex quibus magis arctatur † quis ad proba-
tionem inobſeruantiæ allegatæ *Cardin. Se-
raphin. deciſ. 738. n. 1. 5. & 6. & deciſ. 733.
n. 1. Gregor. Branden. ſuper concordat. Ger-
man. p. 2. 3. & 4. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 27.
n. 52. Creſcent. deciſ. 79. Mohedan. deciſ. 290.
Rebuff. ſuper concordat. §. præfatiq. ordina-
rij. in gloſ. poſt præſentem de collat. fol.* 302.

Nihilominus ex abundanti etiam per eoſdem
Canonicos Sulmonen. probatur effectuatio
dictæ concordiæ ſuper omnibus in ea con-
43 tentis, † Fuit enim in concordia conuentum,
quod Canonici vtriuſque Eccleſiæ ſe recipe-
rent in fratres, & ſocios, & quod eſſet vnica
Eccleſia, & vnum corpus, quod fuit obſer-
uatum, cum in electione, ſeu poſtulatione
facta de anno 1251. ijdem Canonici vtriuſ-
que Eccleſiæ ſe in ea ſubſcripſerint indiffe-
renter, & promiſcuè, ¶ Concedendo etiam
communiter in emphyteuſim bona dictarum
Eccleſiarum de anno 1260. cum ſeq. ¶ Stante
etiam approbatione vnionis 1256. facta per
Epiſcopum Sulmonen. de conſenſu vtriuſque
capituli, cum expreſſione, quod ad vtrumque
ſpectaret electio Epiſcopi. ¶ Vltra appella-
tiones ſimul interpoſitas per ſyndicũ vtriuſ-
que Eccleſiæ de anno 1263. ¶ Et mandato
procuræ ſimul celebrato ad quærelandum
Epiſcopum Sulmonem, & ad petendam con-
44 firmationem, ¶ † Cum multis denomina-
tionibus Summorum Pontificum, & aliorum ſu-
per dictis Eccleſijs vnitis, additis quam plu-
rimis inſtrumentis, & reformationibus pro
augmento vtriuſque Eccleſiæ vnitæ, ac alijs
multis benè relatis in facto, ex quibus colli-
gitur effectuatio concordiæ, cum illa non
fuiſſent facta, niſi præceſſiſſet concordia,
pro cuius obſeruantia omnia iſta dicuntur
45 geſta, † & in illius executionem *l. is qui ſuis
nummis. 4. §. verum quæri poterit. ff. de
manumiſſionib. l. qui in aliena. §. ſi is qui
putabat. ff. de acquir. hæredit. Gloſ. in l. quæ-
dam mulier. ff. de rei vendic. Bart. in l. cum
ſolus. col. fin. ff. de vſucapion.* latiſſimè *Surd.
conſ. 19. n. 18. vſque ad 29. & conſ. 52. n. 10.
cum ſeq. & conſ. 61. n. 76. lib. 1. Card. Seraph.
deciſ. 339. n. 5. & deciſ. 1089. n. 5.* Et ita in
ſpecie effectuationis concordiæ *Rot. deciſ.
159. n. 3. in fin. p. 1. in recentior. poſt Menoch.
præſumpt. 67. n. 1. lib. 6. Aim. conſ. 284. n. 6.
Alciat. regul. 2. præſumpt. 23. & 24.*

Inſuper obſeruantia concordiæ oſtenditur quo
ad aliud caput in ea conuentum de facienda
vnica præpoſitura vtriuſque Eccleſiæ, prout
46 fuit in vim illius factus vnus Præpoſitus, † vt
conſtat ex Bulla Iacobi Epiſcopi de anno
1273. & ex locationibus, & pluribus conceſ-
ſionibus factis per eumdem Præpoſitũ vtriuſ-
que Eccleſiæ cum conſenſu etiam Canoni-
corum S. Pelini, quod eſt ſignum, & demon-
ſtratio vnitatis *Oldrad. conſ. 296. de iure gu-
glielmini. n. 1. & 2. Rot. deciſ. 724. n. 1. in
fin. p. 2. in recentior.*

Additur ſigillum commune requiſitum, & con-
uentum in concordia, quod obſeruatum fuit,
& adhibitum in diuerſis inſtrumentis refor-
mationum cum inſignijs vtriuſque Eccleſiæ
47 de anno 1331. & 1342. & 1360. † Et cum de-
nominatione ambarum Eccleſiarum maio-
rum, ex qua ſuadetur æqualitas, & vnio iuxta
formam concordiæ *Rot. deciſ. 724. n. 3. p. 2.
in recentior. Caputaq. deciſ. 344. n. 3. par. 3.
Put. deciſ. 209. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 1272.
poſt princ.* Itaut non licuerit vti alio ſigillo,
48 tanquam illud eſſet deſtinatum † ad actus
communes, quidquid alias licitum ſit vti
diuerſis ſigillis, iuxta diſtinctionem Docto-
rum in *c. ſignificauit. 48. vbi Franc. n. 2. vſ-
que ad 9. de appellat.* Et ex iſto communi ſi-
49 gillo probatur vnio, & collegium, † cum
tractatu, & electione Prælati, quamuis non
omnia iſta debeant concurrere ad dictum
effectum *Felin. in c. accedente. 11. n. 2. de
præſcript. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. p. 1.
q. 5. Menoch. præſumpt. 90. n. 18. lib. 3.*

Accedat communicatio dignitatum cum iuri-
bus Eccleſiarum, prout conuentum fuit in
50 concordia, † quæ communicatio quo ad di-
gnitates habuit effectum quo ad Præpoſitu-
ras duas redactas ad vnam, vt dictum eſt ex
Rot. deciſ. 724. n. 1. in fin. Prout etiam quo
ad iura Eccleſiarum, quæ fuerunt quoque
com-

miniſtri

51 communicata, † ſtante electione Epiſcopi,
adminiſtratione iuſtitiæ tempore ſedis va-
cantis, & diuerſis functionibus, & admini-
ſtrationibus Sacramentorum factis ab Epi-
ſcopis indifferenter in vtraque Eccleſia, quæ
omnia dicuntur facta in executionem con-
cordiæ *Rot. deciſ.* 159. *n.* 3. *in fin. p.* 1. *in recentior. Card. Seraph. deciſ.* 1089. *n.* 5. cum
alijs adductis *ſupr. n.* 45.

Et quia in concordia requiritur obtentio Be-
neplaciti, conſtat etiam in hoc de obſer-
52 uantia, † cum fuerit per vtrumque capitu-
lum conſtitutus procurator ad obtinendum
dictum Beneplacitum, quod præſumitur ob-
tentũ ſtante curſu antiquiſſimi temporis ab
anno 1273. vſque ad annum 1574. quo tem-
pore lis corã ordinario fuit inchoata *Imol. in c. peruenit. de empt. & vendit. Felin. in c. albericus. n.* 4. *in fin. de teſtib.* cum alijs
de quibus *ſupr. n.* 17.

Et quãuis exaduerſo prætẽdatur nolle obſeruari
53 cõtenta in concordia, † Tamen ſufficit nobis
oſtendiſſe ſupradictas effectuationes, itaut
Aduerſarij non obſeruantes debeant cogi ad
obſeruantiam ſtante inſtrumento publico, &
iurato, & celebrato ex legitima cauſa, & pro-
pter vtilitatem Eccleſiæ, & ad tollendas con-
trouerſias, adeo vt tali concordiæ non poſſit
vna pars contrauenire *Rebuff. ſuper concor-dat. ad rubr. de collat. in princ. verſ. inſu-per quæro. fol.* 238. *& in rubr. de firm. &*
54 *irreuo. concord. ſtabil. fol.* 717. † Cum etiam
ex ea ligentur ſucceſſores *l. cum proponeba-tur.* 76. *vbi Caſtr. & Ang.* & latè *Barboſ. n.* 28. *&* 29. *ff. de iudic. Natt. conſ.* 589. *n.* 16.
vſque ad 20. *poſt Calder. conſ.* 21. *in eccleſia. de præbend. Rot. deciſ.* 659. *n.* 1. *in fin. p.* 2. *in recentior. Guid. Pap. deciſ.* 279. *vbi Ranchin.*
55 *in addit. in princ.* † cum ſemper dicatur idem
capitulum, & collegium, & ijdem canonici
Bald. in c. publicato. n. 12. *de electtion. Man-doſ. conſ.* 91. *n.* 5. *&* 8.

Cum etiam ſufficeret, quod effectuatio concor-
diæ ſit verificata in aliquibus, quamuis enim
56 in omnibus non appareat obſeruata, † nihi-
lominus non præiudicat, prout dicimus de
reuocatoria vnionum, & gratiarum, quæ non
habet locum, ſi ſaltem vnio, ſeu gratia in
parte fuit ſortita effectum *Garz. de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 294. *Rot. coram R. P. D. Caua-lerio Marianen. & Alerien. vnionis.* 16. *No-uembris* 1616. *& coram R. P. D. Robuſte-rio Mediolanen. Canonicatus.* 18. *Octobris* 1587. *& coram R. P. D. Veroſpio Gerunden. vnionis.* 16. *Decembris* 1616. *Achill. deciſ. vnic. alias* 21. *n.* 1. *ſuper regul. reuocator.*
57 *gratiar.* † Cum etiam in dubio ſemper ſit
pronunciandum pro non reuocatione priui-
legij *Roman. conſ.* 327. *in princ.* iuxta *Gloſ. in c. ſumma.* 25. *q.* 2. *Feder. conſ.* 227. *Rot. diuerſ. deciſ.* 468. *n.* 1. *p.* 1.

Et vltra poſſeſſionem Epiſcopatus, quam Epi-
ſcopi ſemper acceperunt in ciuitate Sulmo-
nen., & in dicta Eccleſia S. Pamphili tan-
quam Cathedrali, & alia ſuperius adducta,
58 adeſt etiam exactio cathedratici, † quod de-
betur Epiſcopo per quamlibet Eccleſiam
ſuæ diœceſis pro honore cathedræ Epiſco-
palis, & in ſignum ſubiectionis, quod etiam
dicitur ſynodaticum, tanquam in ſynodo
detur *c. placuit. & c. inter cætera.* 10. *q.* 3.
c. olim. de cenſib. Abb. in c. paſtoralis. n. 6. *de donation. Pauin. de viſitat. p.* 1. *q.* 5. *n.* 12. *cum ſeq. tom.* 14. *fol.* 182. *Gemin. conſ.* 85. *n.* 6. *ad med.* dixi latè *ſupr. c.* 620. *n.* 1. *vſ-que ad* 5. *tom.* 4.

In huiuſmodi cauſa Sulmonen. præcedentiæ
pluries prædicta fuerunt diſcuſſa in Congre-
gatione Concilij, & cum poſtea per reſcri-
ptum Sanctiſſimi eadem cauſa fuerit com-
miſſa in Rota, fuit datum dubium an Eccle-
ſia Sulmonen. ſit in ſtatu Cathedratico, qui
ſuffragetur in caſu, & ad effectum, de quo
agitur, & deciſum affirmatiuè, vt in deci-
ſione *coram R. P. D. Manzanedo.* 19. *Apri-lis* 1624. *Sulmonen. ſtatus cathedratici.*

E P I T O M E.

Contrarietas ex quibus inducatur. ¶ Et quando diſpoſitiones dicantur diuerſæ, ſeparatæ, & contrariæ. ¶ Statutum Epiſcopi an valeat, vt non habeat vocem in capitulo, qui non habet ordinem diaconalem. ¶ Vel quod nullus recipiatur in canonicum, niſi omnes conſentiant. ¶ Conſuetudo an ſit admittenda, quod prudentiores re, & ætate habeant tantum vocem in capitulo. ¶ Et qualis ordo requiratur pro habenda huiuſmodi voce tàm ex diſpoſitione iuris, quàm Concilij. ¶ Priuilegium conceſſum regularibus, vt poſſint habere vocem, quamuis non eſſent ſubdiaconi, an ſit ſublatum per Concilium. ¶ Et an in eo comprehendantur Monaſteria, & pia loca religioſa, dum loquitur de cathedrali, vel collegiata ſeculari, vel regulari. ¶ Subdiaconus an poſſit optare præbendam, aut domum vacantem. ¶ Obtinens dignitatem, & canonicatum, ſeu portionem in eadem Eccleſia an teneatur per ſe ipſum ſubire onera vtriuſque beneficij, & non per ſubſtitutum. ¶ Et quando percipiat duplices fructus, & duplices diſtributiones quotidianas.

S V M M A R I V M.

1 *Mancipati diuinis officijs in cathedrali, ſeu collegiata Eccleſia non habent vocem in Capitulo, niſi fuerint conſtituti in ordine ſubdiaconatus. Et de ratione. n.* 16.

2 *Statutum an valeat, vt omnes nouitij ante profeſſionem renuncient vocem in capitulo per triennium à die ſuſcepti ordinis ſubdiaconatus, & an ſit contrarium Concilio. n.* 9. 8. *&* 17.

Na-

4 *Natura contrariorum eſt, vt poſito vno remoueatur alterum.*

5 *Contrarietas non inducitur, niſi quando actus ſunt incompatibiles, & quorum finis eſt contrarius.*

6 *Diſpoſitiones ſunt diuerſa, & ſeparata, quarum vna nullo modo ſe habet inferre ad alteram, nec eſſentialiter, nec excluſiuè.*

7 *Priuilegium conceſſum regularibus, vt poſſint habere vocem, quamuis non eſſent ſubdiaconi, non eſt ſublatum per Concilium.*

9 *Prohibitum ad tempus, cenſetur ſtatim poſt illud permiſſum.*

18 *Monaſteria, & pia loca religioſa an comprahendantur in Concilio loquente de cathedrali, vel collegiata ſeculari, vel regulari eccleſia. n. 11.*

12 *Statutum Epiſcopi non valet, quod non habens ordinem diaconalem non habeat vocem in capitulo. & n. 13.*

14 *Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius.*

15 *Conſtitutio Epiſcopi non eſt valida, quod nullus recipiatur in canonicum, niſi omnes conſentiant.*

18 *Regulares profeſſi in humilitate radicati debent creſcere de virtute in virtutem.*

19 *Conſuetudo quando ſit admittenda, quod prudentiores re, & ætate habeant ſolum vocem in capitulo. n. 20.*

21 *Statim profeſſus, quod habeat vocem, eſt de iure antiquo, cum hodie ſufficiat, vt ſit in ordine ſubdiaconatus.*

22 *Subdiaconus poteſt optare prabendam, ſeu domum vacantem.*

23 *Obtinens dignitatem, & canonicatum, ſeu portionem in eadem eccleſia an teneatur per ſe ipſum ſubire onera vtriuſque beneficij, & non per ſubſtitutum, & percipiat duplices fructus, & diſtributiones. n. 24. & 26.*

25 *Duplex onus ſubire debet, qui vices duarum perſonarum præſtat.*

27 *Conſuetudo oneroſa eccleſia eſt reijcienda.*

CAP. DCCCXCIV.

COnſtitutio, de qua agimus, non eſt con-
traria Concilio Tridentino, Nam in
1 *c.4. de reformat. ſeſſ. 22.* diſponitur, † quod
quicumque in cathedrali, vel collegiata,
ſeculari, vel regulari eccleſia diuinis manci-
patus officijs in ſubdiaconatus ordine ſal-
tem conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi
eccleſijs in capitulo non habeat, etiam ſi
hoc ſibi ab alijs liberè fuerit conceſſum,
quod quidem decretum Concilij innouat
Conſtitutionem, de qua in *c. vt ij qui. 2. de
ætat. & qualit. & ordin. præficiendor.* in
quo idem ſtatuitur, & in eo non apponitur
pœna, niſi quo ad primam partem, cum ta-
men in *Concil. d. c. 4. ſeſſ. 22.* ponatur quo
ad omnes partes.

In conſtitutione autem, de qua modo eſt quæ-
2 ſtio, ſolum ſtatuitur, † quod omnes nouitij
ante profeſſionis emiſſionem ſponte, & liberè
renuncient vocem tam actiuam, quàm paſſi-
uam capituli conuentualis per triennij ſpa-
tium à die ſubdiaconatus ordinis ſuſcepti,
quod etiam extenditur ad nouitios, qui in
ingreſſu religionis, vel erunt ſacerdotes, vel
in ſacris conſtituti, nam etiam ipſi vtram-
que vocem ſimiliter ad triennium poſt pro-
feſſionem emiſſam renunciare tenentur in
ipſo profeſſionis actu.

Quibus ſtantibus, nulla adeſt contrarietas,
Nam Concilium ſtatuit, vt qui non eſt ſub-
3 diaconus non habeat vocem, † Conſtitutio
autem mandat, vt Nouitius renunciet vo-
cem per triennium à die ſubdiaconatus, quæ
quidem conſtitutiones non inducunt con-
tradictionem, nam illa induceretur, ſi conſti-
tutio ſtatueret, quod qui non eſt ſubdiaco-
nus haberet vocem, tunc enim deſtrueret
decretum Concilij mandans, quod qui non
eſt ſubdiaconus non habeat vocẽ, quia tunc
natura contrariorum verificaretur, quæ eſt,
4 vt poſito vnu † remoueatur alterum *l. ſi in-
ter me & te. ff. de except. rei iudicat. l. pom-
ponius. §. ſi ei. in fin. ff. de procuratorib. l. hæc
verba ille aut ille. 124. ff. de verbor. ſignificat.
Gloſ. in l. ſed & ſi pupillus. §. penult. in
verb. inſtitoria. ff. de inſtitor. action. Surd.
conſ. 230. n. 13. lib. 2. Euerard. loco argu-
mentor. 19. n. 10. cum ſeq.*

Maximè, quia iſtæ diſpoſitiones ſe inuicem
compatiuntur, nam poteſt ſubſiſtere, vt qui
non eſt ſubdiaconus non habeat vocem, &
quod qui eſt ſubdiaconus renunciet vocem
ob diuerſos fines, & effectus, qui poſſunt eſſe
5 in vno, & non in alio, † vnde non eſt dicen-
dum, quod inter iſta poſſit conſiderari ali-
qua contrarietas, quæ non inducitur, niſi
quando actus ſunt incõpatibiles, & quorum
finis eſt contrarius, & quando ratione vnius
ſubiecti, & eiuſdem finis repugnant *Bald. in
l. vnic. notab. 8. n. 1. in fin. & oppoſit. 9. n. 9.
C. ſi ſeru. exter. & in l. 1. n. 2. ad med. C. de
diuerſ. reſcript. Euerard. loco argumentor.
19. n. 12. & 13. Surd. conſ. 230. n. 13. in
princ. lib. 2.*

Quare potius dicendum eſt nos eſſe in diſpoſi-
6 tionibus ſeparatis, & diuerſis, † quarum vna
nullo modo ſe habet inferre ad aliam, nec eſ-
ſentialiter, nec excluſiuè *Bald. in l. ſi ma-
ritus. la 1. in fin. C. de donationib. int. vir.
& vxor.* iuxta *l. fin. C. de calumniatorib.
l. neque natales. C. de probationib. C in. in
l. ea lege. col. 3. C. de condict. ob cauſ.*

Præſertim, quia ſi in aliqua religione Regula-
rium adeſſet aliquod ſtatutum, ſeu conſue-
7 tudo, † aut priuilegium, per quod conce-
deretur eiſdem regularibus, vt poſſent ha-
bere vocem in actibus particularibus, quam-
uis non eſſent ſubdiaconi, non tamen illud
diceretur ſublatum per *Concil. Trident. d.
c. 4. de reformation. ſeſſ. 22.* prout ita decla-

ratum fuiſſe per Sacram Congregationem
eiuſdem Concil. teſtatur *Roderic. tom.* 1.
quæſtion. regular. q.8. art.6. col.3. in princ.
8 *verſ. tertio infertur. fol.* 39. † Vnde multò
magis erit admittendum ſtatutum, de quo
agimus, cum in eo ſolum mandetur, quod
per triennium ſubdiaconi non habeant vo-
cem in capitulo, tanquam iſtud ſit tempo-
rale, non inducens perpetuam prohibitio-
nem vocis ex iuſtis cauſis congregationi be-
9 ne viſis, † itaut poſt tempus limitatum ſta-
tim cenſeatur cōceſſum, quod ad breue tem-
pus fuit prohibitum *l. fratres. ff. de pœn.*
Bald. in proœm. Dig. §. hæc autem tria. Dec.
conſ.61. pro tenui facultate. n.4. Surd. conſ.
88. *n.*8. *lib.*1. *&* *deciſ.*203. *n.*1. *&* 2.
Cum etiam diſpoſitio *d. Concil. ſeſſ.* 22. *c.*4. *de*
10 *reformat.* ſecundum aliquos, † non compræ-
hendat monaſteria, & pia loca, & religioſa,
cum loquatur ſolum de mancipatis diuinis
officijs in cathedrali, vel collegiata ſeculari,
vel regulari Eccleſia, quæ verba verificantur
tantummodo in Eccleſijs Canonicorum re-
gularium, non autem in profeſſis aliorum
monaſteriorum, ideo talis conſtitutio tan-
quam pœnalis priuatiua vocis non debet ad
illa extendi, ſed erit ſolum intelligenda de
his, qui præficiuntur in Eccleſijs regulari-
bus ſubiectis Epiſcopis, quibus idem Con-
cilium mandat, vt cogant eoſdem ſacris ini-
tiatos in dictis Eccleſijs, vt per ſe ipſos or-
dines ſacros exerceant, ac cætera omnia offi-
cia præſtent, quæ in cultu diuino præſtare
debent, prout per prædictas, & alias ratio-
nes latiſſimè in ſpecie comprobat *Roderic.*
*tom.*2. *quæſtion. regular. q.*51. *art.*5. *col.*2. *ad*
med. verſ. ſed quo ad regulares ſolet dubi-
*tari. fol.*143. *poſt Didac. à Vera & alios ibid.*
11 *per eum allegatos.* † Quamuis hoc non ſit
modo admittendum, cum per Congregatio-
nem fuerit contrarium reſolutum de menſe
Octobris 1623. quod diſpoſitio eiuſdem
Concilij compræhendat etiam monaſteria, &
pia loca religioſa.
Quæ tamen dicta ſint ex abundanti, quia in
caſu noſtro ſatis eſt oſtendiſſe nullam con-
trarietatem conſiderari in ſtatuto, de quo
agimus, prout etiam in ſpecie conſuluit *Cal-*
12 *der. conſ.*14. *de conſtitutionib.* † vbi conclu-
dit, quod non valet ſtatutum Epiſcopi man-
dans, quod ille, qui non habet ordinem dia-
conalem careat voce in capitulo, quia hoc
eſt contrarium *clement. vt ij qui. de ætat. &*
13 *qualit.* † vbi diſponitur, quod ſubdiaconi ha-
beant talem vocem, vnde multò magis dia-
coni, & *Calder.* ſequitur *Mandoſ. conſ.*20. *n.*1.
Quorum ratio eſt, quia Epiſcopus nō poteſt ſta-
tuere contra ius *clem. ne romani. de electio-*
14 *nib.* † *c. inſtitutionis.* 25. *q.* 2. *Abb. in c. fin.*
*n.*7. *&* 8. *& ibid. Roec. ſect.*3. *n.*7. *&* 11. *de*
conſuetudin. Henric. Bott. de ſynod. Epiſcop.
*p.*3. *art.* 1. *concluſ.* 8. *n.* 36. *Alber. de ſtatut.*
*p.*1. *q.*7. Et quando Epiſcopus ſtatuat contra
ius *Barboſ. de Epiſcop. allegat.*33. *n.*31.
Quod confirmatur per *Calder. d. conſ.* 14. et
15 ſtatuto Epiſcopi mandante, † quod nullus
recipiatur in canonicum, niſi omnes pariter
conſentiant, hoc enim ſtatutum non valebit,
quia eſt contrarium diſpoſitioni *tex. in c.* 1.
de his quæ fiunt à maior. part. capit. propter
eamdem rationem, quia Epiſcopus non ſta-
tuit contra ius *c. fin. de offic. archipresbyt.*
cum alijs ſupra allegatis.
Additur, quod Summus Pontifex in *clem. vt ij*
16 *qui.* 2. *de ætat. & qualit.* diſpoſuit, † vt man-
cipati diuinis officijs non habeant vocem,
niſi ſint ſubdiaconi, quia multi nolebant ſa-
cris initiati expectantes bona temporalia, vt
eſſent liberi ad contrahendum matrimoniū,
& interim cum hac libertate magnos reddi-
tus eccleſiaſticos in dictis Eccleſijs habe-
bant, ideo fuit bene per dictam prouiſionem
17 conſultum per Papam, † quod ceſſat in regu-
laribus ordinis mendicantium, & aliarum
religionum, qui poſtquam ſunt profeſſi, non
poſſunt amplius contrahere matrimonium,
ideo in eis non conſideratur prohibitio vo-
cis in capitulo, prout in ſpecie prædicta
multis comprobat *Rodriq. quæſt. regular.*
tom. 2. *q.* 51. *art.* 6. *col.* 3. *&* 4. *fol.*142. vbi
etiam teſtatur paſſim ita ſeruari in pleriſq.
18 monaſterijs, † vt magis iſti regulares pro-
feſſi in humilitate radicati creſcant de vir-
tute in virtutem *c. ex eo quod.* 32. *§. in ec-*
cleſijs. de election. in 6.
Nec oberit *Nauar. conſ.* 2. *de conſuetud. fol.*94.
Quia ſolum firmat, quod non valet conſue-
19 tudo à ſeptem ſeu octo annis inducta, † vt
tantum prudentiores re, & ætate habeant
vocem in capitulo, nam ſi eſt præter ius, re-
quiruntur decem anni, ſi eſt contra ius 40.
anni. ¶ Subdit poſtea, quod eſt contra ius
commune canonicum, ſecundum quod om-
nis profeſſus tria vota ſubſtantialia, ſtatim
quod eſt profeſſus, & in ſubdiaconatu con-
20 ſtitutus, † videtur habere vocem in capitulo
etiam in electionibus prælatorum *c. ex eo.*
§. 1. *de elect. in* 6. *clem. vt ij qui. de ætat. &*
qualitat. ¶ Subdit etiam quod eſt contra
cōſuetudinem omnium religionum antiqua-
rum, vt colligitur ex canonibus citatis per
*Petr. Baiſium. in director. election. p.*1. *c.*2.
*n.*1. *tom.*15. *p.*1. *fol.* 381. Sed *Baiſius* ſolum
dicit, quod electio ſpectat ad collegium.
Et quantum ad aliud, quod ſtatim profeſſus ha-
21 bet vocem, hoc erat de iure antiquo, † iuxta
d. c. ex eo. 32. *§.*1. *de elect. in* 6. quod tamen
hodie eſt correctum, cum debeat eſſe ſub-
diaconus, & non ſufficit ſola profeſſio, vt
notat *Gloſ. in d. §.*1. *in verb. conuerſi laici. in*
fin. per tex. in d. clem. vt ij. de ætat. & qualit.
De ſubdiacono autem an poſſit optare præben-
dam, aut domum vacantem erit alterius in-
22 ſpectionis, † & affirmatiuam ſententiam te-
net *Monet. de optionib. c.*4. *q.*5. *n.*77. *fol.*247.
Et quo ad diſpoſitionem Concilij *d. c.*4. *de*

Digitized by Google

4 *Natura contrariorum eſt, vt poſito vno remoueatur alterum.*

5 *Contrarietas non inducitur, niſi quando actus ſunt incompatibiles, & quorum finis eſt contrarius.*

6 *Diſpoſitiones ſunt diuerſa, & ſeparatæ, quarum vna nullo modo ſe habet inferre ad alteram, nec eſſentialiter, nec excluſiuè.*

7 *Priuilegium conceſſum regularibus, vt poſſint habere vocem, quamuis non eſſent ſubdiaconi, non eſt ſublatum per Concilium.*

9 *Prohibitum ad tempus, cenſetur ſtatim poſt illud permiſſum.*

18 *Monaſteria, & pia loca religioſa an comprahendantur in Concilio loquente de cathedrali, vel collegiata ſeculari, vel regulari eccleſia. n. 11.*

12 *Statutum Epiſcopi non valet, quod non habens ordinem diaconalem non habeat vocem in capitulo. & n. 13.*

14 *Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius.*

15 *Conſtitutio Epiſcopi non eſt valida, quod nullus recipiatur in canonicum, niſi omnes conſentiant.*

18 *Regulares profeſſi in humilitate radicati debent creſcere de virtute in virtutem.*

19 *Conſuetudo quando ſit admittenda, quod prudentiores re, & ætate habeant ſolum vocem in capitulo. n. 20.*

21 *Statim profeſſus, quod habeat vocem, eſt de iure antiquo, cum hodie ſufficiat, vt ſit in ordine ſubdiaconatus.*

22 *Subdiaconus poteſt optare præbendam, ſeu domum vacantem.*

23 *Obtinens dignitatem, & canonicatum, ſeu portionem in eadem eccleſia an teneatur per ſe ipſum ſubire onera vtriuſque beneficij, & non per ſubſtitutum, & percipiat duplices fructus, & diſtributiones. n. 24. & 26.*

25 *Duplex onus ſubire debet, qui vices duarum perſonarum præſtat.*

27 *Conſuetudo oneroſa eccleſia eſt reijcienda.*

CAP. DCCCXCIV.

COnſtitutio, de qua agimus, non eſt contraria Concilio Tridentino, Nam in
1 *c.4. de reformat. ſeſſ.* 22. diſponitur, † quod
quicumque in cathedrali, vel collegiata,
ſeculari, vel regulari eccleſia diuinis mancipatus
officijs in ſubdiaconatus ordine ſaltem
conſtitutus non ſit, vocem in huiuſmodi
eccleſijs in capitulo non habeat, etiam ſi
hoc ſibi ab alijs liberè fuerit conceſſum,
quod quidem decretum Concilij innouat
Conſtitutionem, de qua in *c. vt ij qui. 2. de
ætat. & qualit. & ordin. præficiendor.* in
quo idem ſtatuitur, & in eo non apponitur
pœna, niſi quo ad primam partem, cum tamen
in *Concil. d. c. 4. ſeſſ.* 22. ponatur quo
ad omnes partes [illegible]

In conſtitutione autem, de qua modo eſt quæ-
2 ſtio, ſolum ſtatuitur, † quod omnes nouitij
ante profeſſionis emiſſionem ſponte, & liberè
renuncient vocem tam actiuam, quàm paſſiuam
capituli conuentualis per triennij ſpatium
à die ſubdiaconatus ordinis ſuſcepti,
quod etiam extenditur ad nouitios, qui in
ingreſſu religionis, vel erunt ſacerdotes, vel
in ſacris conſtituti, nam etiam ipſi vtramque
vocem ſimiliter ad triennium poſt profeſſionem
emiſſam renunciare tenentur in
ipſo profeſſionis actu.

Quibus ſtantibus, nulla adeſt contrarietas,
Nam Concilium ſtatuit, vt qui non eſt ſub-
3 diaconus non habeat vocem, † Conſtitutio
autem mandat, vt Nouitius renunciet vocem
per triennium à die ſubdiaconatus, quæ
quidem conſtitutiones non inducunt contradictionem,
nam illa induceretur, ſi conſtitutio
ſtatueret, quod qui non eſt ſubdiaconus
haberet vocem, tunc enim deſtrueret
decretum Concilij mandans, quod qui non
eſt ſubdiaconus non habeat vocē, quia tunc
natura contrariorum verificaretur, quæ eſt,
4 vt poſito vno † remoueatur alterum *l. ſi inter
me & te. ff. de except. rei iudicat. l. pomponius.
§. ſi is. in fin. ff. de procuratorib. l. hæc
verba ille aut ille. 124. ff. de verbor. ſignificat.
Gloſ. in l. ſed & ſi pupillus. §. penult. in
verb. inſtitoria. ff. de inſtitor. action. Surd.
conſ. 230. n. 13. lib. 2. Euerard. loco argumentor.
19. n. 10. cum ſeq.*

Maximè, quia iſtæ diſpoſitiones ſe inuicem
compatiuntur, nam poteſt ſubſiſtere, vt qui
non eſt ſubdiaconus non habeat vocem, &
quod qui eſt ſubdiaconus renunciet vocem
ob diuerſos fines, & effectus, qui poſſunt eſſe
5 in vno, & non in alio, † vnde non eſt dicendum,
quod inter iſta poſſit conſiderari aliqua
contrarietas, quæ non inducitur, niſi
quando actus ſunt incōpatibiles, & quorum
finis eſt contrarius, & quando ratione vnius
ſubiecti, & eiuſdem finis repugnant *Bald. in
l. vnic. notab. 8. n. 1. in fin. & oppoſit. 9. n. 9.
C. ſi ſeru. exter. & in l. 1. n. 2. ad med. C. de
diuerſ. reſcript. Euerard. loco argumentor.
19. n. 12. & 13. Surd. conſ. 230. n. 13. in
princ. lib. 2.*

Quare potius dicendum eſt nos eſſe in diſpoſi-
6 tionibus ſeparatis, & diuerſis, † quarum vna
nullo modo ſe habet inferre ad aliam, nec eſſentialiter,
nec excluſiuè *Bald. in l. ſi maritus.
la. 1. in fin.* C. *de donationib. int. vir.
& uxor.* iuxta *l. fin.* C. *de calumniatorib.
l. neque natales.* C. *de probationib.* C. *in. in
l. ea lege. col. 3.* C. *de condict. ob cauſ.*

Præſertim, quia ſi in aliqua religione Regularium
adeſſet aliquod ſtatutum, ſeu conſue-
7 tudo, † aut priuilegium, per quod concederetur
eiſdem regularibus, vt poſſent habere
vocem in actibus particularibus, quamuis
non eſſent ſubdiaconi, non tamen illud
diceretur ſublatum per *Concil. Trident. d.
c. 4. de reformation. ſeſſ.* 22. prout ita declaratum

ratum fuiſſe per Sacram Congregationem
eiuſdem Concil. teſtatur *Roderic. tom.* 1.
*quæſtion. regular. q.*8. *art.*6.*col.*3.*in princ.*
8 *verſ. tertio infertur. fol.* 39. † Vnde multò
magis erit admittendum ſtatutum, de quo
agimus, cum in eo ſolum mandetur, quod
per triennium ſubdiaconi non habeant vo-
cem in capitulo, tanquam iſtud ſit tempo-
rale, non inducens perpetuam prohibitio-
nem vocis ex iuſtis cauſis congregationi be-
9 ne viſis, † itaut poſt tempus limitatum ſta-
tim cenſeatur cõceſſum, quod ad breue tem-
pus fuit prohibitum *l. fratres. ff. de pœn.*
Bald. in probem. Dig.§.hæc autem tria. Dec.
*conſ.*61.*pro tenui facultate. n.*4. *Surd. conſ.*
88. *n.*8. *lib.*1. *&* *deciſ.*203. *n.*1. *&* 2.
Cum etiam diſpoſitio *d. Concil. ſeſſ.*22.*c.*4. *de*
10 *reformat.* ſecundum aliquos, † non compræ-
hendat monaſteria, & pia loca, & religioſa,
cum loquatur ſolum de mancipatis diuinis
officijs in cathedrali, vel collegiata ſeculari,
vel regulari Eccleſia, quæ verba verificantur
tantummodo in Eccleſijs Canonicorum re-
gularium, non autem in profeſſis aliorum
monaſteriorum, ideo talis conſtitutio tan-
quam pœnalis priuatiua vocis non debet ad
illa extendi, ſed erit ſolum intelligenda de
his, qui præficiuntur in Eccleſijs regulari-
bus ſubiectis Epiſcopis, quibus idem Con-
cilium mandat, vt cogant eoſdem ſacris ini-
tiatos in dictis Eccleſijs, vt per ſe ipſos or-
dines ſacros exerceant, ac cætera omnia offi-
cia præſtent, quæ in cultu diuino præſtare
debent, prout per prædictas, & alias ratio-
nes latiſſimè in ſpecie comprobat *Roderic.*
*tom.*2. *quæſtion. regular. q.*51. *art.*5.*col.*2.*ad*
med. verſ. ſed quo ad regulares ſolet dubi-
*tari. fol.*143. *poſt Didac. à Vera & alios ibid.*
11 *per eum allegatos.* † Quamuis hoc non ſit
modo admittendum, cum per Congregatio-
nem fuerit contrarium reſolutum de menſe
Octobris 1623. quod diſpoſitio eiuſdem
Concilij compræhendat etiam monaſteria, &
pia loca religioſa.
Quæ tamen dicta ſint ex abundanti, quia in
caſu noſtro ſatis eſt oſtendiſſe nullam con-
trarietatem conſiderari in ſtatuto, de quo
agimus, prout etiam in ſpecie conſuluit *Cal-*
12 *der. conſ.*14. *de conſtitutionib.* † vbi conclu-
dit, quod non valet ſtatutum Epiſcopi man-
dans, quod ille, qui non habet ordinem dia-
conalem careat voce in capitulo, quia hoc
eſt contrarium *element. vt ij qui. de ætat. &*
13 *qualit.* † vbi diſponitur, quod ſubdiaconi ha-
beant talem vocem, vnde multò magis dia-
coni, & *Calder.* ſequitur *Mandoſ. conſ.*20.*n.*1.
Quorum ratio eſt, quia Epiſcopus nõ poteſt ſta-
tuere contra ius *clem. ne romani. de electio-*
14 *nib.* † *c. inſtitutionis.* 25. *q.* 2. *Abb. in c. fin.*
*n.*7. *&* 8. *& ibid. Rocc. ſect.*3. *n.*7. *&* 11. *de*
conſuetudin. Henric. Bott. de ſynod. Epiſcop.
*p.*3. *art.* 1. *concluſ.* 8. *n.* 36. *Alber. de ſtatut.*
*p.*1.*q.*7. Et quando Epiſcopus ſtatuat contra
ius *Barboſ. de Epiſcop. allegat.*33.*n.*31.
Quod confirmatur per *Calder. d. conſ.* 14. ex
15 ſtatuto Epiſcopi mandante, † quod nullus
recipiatur in canonicum, niſi omnes pariter
conſentiant, hoc enim ſtatutum non valebit,
quia eſt contrarium diſpoſitioni *tex. in c.* 1.
de his quæ fiunt à maior. part. capit. propter
eamdem rationem, quia Epiſcopus non ſta-
tuit contra ius *c. fin. de offic. archipresbyt.*
cum alijs ſupra allegatis.
Additur, quod Summus Pontifex in *clem. vt ij*
16 *qui.* 2. *de ætat. & qualit.* diſpoſuit, † vt man-
cipati diuinis officijs non habeant vocem,
niſi ſint ſubdiaconi, quia multi nolebant ſa-
cris initiari expectantes bona temporalia, vt
eſſent liberi ad contrahendum matrimoniũ,
& interim cum hac libertate magnos reddi-
tus eccleſiaſticos in dictis Eccleſijs habe-
bant, ideo fuit bene per dictam prouiſionem
17 conſultum per Papam, † quod ceſſat in regu-
laribus ordinis mendicantium, & aliarum
religionum, qui poſtquam ſunt profeſſi, non
poſſunt amplius contrahere matrimonium,
ideo in eis non conſideratur prohibitio vo-
cis in capitulo, prout in ſpecie prædicta
multis comprobat *Rodriq. quæſt. regular.*
tom. 2. *q.* 51. *art.* 6. *col.* 3. *&* 4. *fol.*142. vbi
etiam teſtatur paſſim ita ſeruari in plerisq.
18 monaſterijs, † vt magis iſti regulares pro-
feſſi in humilitate radicati creſcant de vir-
tute in virtutem *c. ex eo quod.* 32. *§. in ec-*
cleſijs. de election. in 6.
Nec oberit *Nauar. conſ.* 2. *de conſuetud. fol.*94.
Quia ſolum firmat, quod non valet conſue-
19 tudo à ſeptem ſeu octo annis inducta, † vt
tantum prudentiores re, & ætate habeant
vocem in capitulo, nam ſi eſt præter ius, re-
quiruntur decem anni, ſi eſt contra ius 40.
anni. ¶ Subdit poſtea, quod eſt contra ius
commune canonicum, ſecundum quod om-
nis profeſſus tria vota ſubſtantialia, ſtatim,
quod eſt profeſſus, & in ſubdiaconatu con-
20 ſtitutus, † videtur habere vocem in capitulo
etiam in electionibus prælatorum *c. ex eo.*
§. 1. *de elect. in* 6. *clem. vt ij qui. de ætat. &*
qualitat. ¶ Subdit etiam quod eſt contra
cõſuetudinem omnium religionum antiqua-
rum, vt colligitur ex canonibus citatis per
*Petr. Baiſium. in director. election. p.*1. *c.*2.
*n.*1. *tom.*15. *p.*1. *fol.* 381. Sed *Baiſius* ſolum
dicit, quod electio ſpectat ad collegium.
Et quantum ad aliud, quod ſtatim profeſſus ha-
21 bet vocem, hoc erat de iure antiquo, † iuxta
d. c. ex eo. 32. *§.* 1. *de elect. in* 6. quod tamen
hodie eſt correctum, cum debeat eſſe ſub-
diaconus, & non ſufficit ſola profeſſio, vt
notat *Gloſ. in d. §.* 1. *in verb. conuerſi laici. in*
fin. per tex. in d. clem. vt ij. de ætat. & qualit.
De ſubdiacono autem an poſſit optare præben-
dam, aut domum vacantem erit alterius in-
22 ſpectionis, † & affirmatiuam ſententiam te-
net *Monet. de optionib. c.*4.*q.*5.*n.*77.*fol.*247.
Et quo ad diſpoſitionem Concilij *d. c.*4. *de*
re-

Digitized by Google

reformat. ſeſſ.22. Idem Moneta de diſtribut. quotidian. q. 20. n. 2. vſque ad 10. Garz. de beneſic. p.3. c.4. n.24. vſque ad 34. Mandoſ. conſ.20 n.15. Rot. coram R. P. D. Oradino. Concordien. *decanatus*. 1570. *Barboſ. ad d. c.4. ſeſſ. 22.*

Obtinens autem dignitatem, & canonicatũ, ſeu portionẽ in eadem Eccleſia an teneatut per ſe ipſum ſubire onera vtrinſq; beneficij, † vel
23 ſatisfaciat diſpoſitioni *Concil. d. ſeſſ.22. c.4. in fin.* ſi perſonaliter deſeruiat in canonicatu, ſeu dignitate, per ſubſtitutum vero in portione non obſtante conſuetudine contraria eccleſiæ, dicendum eſt, quod debet deſeruire oneribus vtriuſque beneficij per ſe ipſum, dummodo ſint compatibilia, & eo-
24 dem tempore non præſtentur, † Nam percipit duplices fructus, & diſtributiones *Ioan. Andr. in c. cum olim.* vbi *Felin. n. 1.* de communi. *de re iudic.* Vnde duplex onus ſu-
25 bire debet, † & duarum perſonarum vices præſtare *l. tutorem. ff. de his quib. vt indign.* latè *Prob. in c.1. n.7. de conſuetud. in 6.* Niſi forte vna præſentia ſufficeret propter incõ-
26 patibilitatem ſeruitiorũ † *Couar. lib.3. var. reſolut. c.13. n.3. Rebuff. de diſpenſat. ad plur. beneſic. n. 71. & 72.* Neque obſtabit conſue-
27 tudo, † cum non valeat tanquam Eccleſiæ oneroſa *Franc. in c. fin. n. 8. de conſtitut. in 6. Abb. in c. cum omnes. eod. tit.* Maximè quia *Concil. d. c. 4. in fin.* cogit ſub pœnis iuxta *clem. ij qui. de ætat. & qualit.* Et ita cenſuit *Congregat.* 18. *Iulij* 1585.

EPITOME.

AD effectum impediendi immiſſionem an admittantur exceptiones contra perſonam teſtatoris, quod non potuerit teſtari. ¶ Et quando poſſidens cum titulo illam impediat. ¶ Filiusfamilias quando poſſit cõdere teſtamentum, & de quibus bonis. ¶ Et an ſufficiat conſenſus patris. ¶ Et quando illud recõualeſcat, ſi efficiatur ſui iuris. ¶ Et quomodo probetur perſeuerantia voluntatis, & per quot teſtes, & per quæ indicia, vt poſſit reconualidari diſpoſitio teſtatoris inualida. ¶ Teſtamentum vſurarij, Equitis Hieroſolymitani, Monaci, Pupilli, Arrogati, & ſimilium, quando reconualidetur propter ſuperuenientiam habilitatis. ¶ Imperfectio voluntatis, & ſolemnitatis qualis dicatur. ¶ Et quid operetur conuocatio notarij, & teſtium, & publicatio ad hoc, vt teſtamentum non poſſit dici nullum. ¶ Et quando illud valeat in vim nuncupatiui, ſi teſtator volebat teſtari in ſcriptis. ¶ Recognitio ſchedulæ teſtamenti qualiter fiat. ¶ Et quando adminicula ſufficiant ad plenam illius probationem. ¶ Et quo caſu habeat locum ſtatutum Vrbis mandans recognitionem apocharum eſſe faciendam per tres teſtes. ¶ Legatarius quando ſit teſtis idoneus deponens de contentis in teſtamento. ¶ Verba inducentia fideicommiſſum an inducant validitatem diſpoſitionis nulliter factæ per teſtatorem inhabilem. ¶ Æquitas prætoria quando; præualeat iuri ciuili in eiſdem diſpoſitionibus conualidandis tam agendo, quàm excipiendo. ¶ Apocha teſtamenti an præſumatur facta tempore habili. ¶ Et quando in ea ſit neceſſaria appoſitio diei, & anni. ¶ Verba bonæ memoriæ, & quondam an probent mortem. ¶ Multa notabilia quo ad probandam perſeuerantiam teſtatoris tàm in teſtamento, quàm in codicillis, & tàm in cauſis non priuilegiatis, quàm pijs. ¶ Et de differentia inter confirmationem, ſeu declarationem teſtamenti ad hoc vt cognoſcatur an ſit nouus actus, ſeu antiquus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti apparentia extrinſeca ſola attenditur ad effectum immiſſionis, excluſa omni exceptione contra perſonam teſtatoris, quod non potuerit teſtari. & n. 2.*

3 *Immiſſio impeditur per exceptionem incontinenti probandam.*

4 *Teſtamentum filijfamilias valet ad pias cauſas cum conſenſu patris.*

5 *Filiusfamilias poteſt teſtari de bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, & ſi efficeretur poſtea ſui iuris, valebit eius teſtamentum, etiam quo ad alia bona. n. 12.*

6 *Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem.*

7 *Poſſidens cum titulo, & abſque vitio eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem. Intellige vt n. 8. 9. & 10.*

11 *Conſuetudo poteſt conferre filiofamilias ius teſtandi.*

13 *Teſtamentum vſurarij eſt inualidum, ſi non præſtetur cautio de reſtituendo vſuras, reconualeſcit tamen, ſi poſtea caueatur. n. 14. & 88.*

15 *Teſtamentum nullum Equitis Hieroſolymitani conualidatur, ſi poſtea ſuperueniat facultas teſtandi.*

16 *Titulus ſuperueniens conualidat diſpoſitiones à principio nullas.*

17 *Obtinens beneficium tempore quo non erat ordinatus, vtitur priuilegio fori, ſi poſtea ordinetur.*

18 *Diſpenſatio ſuperueniens reualidat actum retro nullum.*

19 *Iudicium inualidum reconualeſcit per ius ſuperueniens.*

20 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immiſſionem.*

21 *Imperfectio voluntatis, ſeu ſolemnitatis qualis dicatur, & quæ ſit præparatio ad teſtandum, vel teſtamentum perfectum n.22.*

23 *Conuocatio Notarij, & teſtium facta à teſtatore an impediat perfectionem voluntatis ipſius, ita vt teſtamentum non valeat.*

Pu-

Digitized by Google

24 *Publicatio teſtamenti quando requiratur, itaut ſit potius defectus ſolemnitatis, quam voluntatis. n. 25.*

26 *Teſtator volens teſtari in ſcriptis, ſi non adhibeat ſolemnitates requiſitas quando dicatur voluiſſe facere teſtamentum nuncupatiuum.*

27 *Teſtamentum ad pias cauſas valet ſine publicatione.*

28 *Teſtamentum validum non reuocatur per alteram voluntatem imperfectam. n. 29.*

30 *Recognitio ſchedulæ teſtamenti quomodo fiat, & an ſufficiat, quod teſtes dicant ſe habere notam manum. n. 31. & 32. Et quid ſi teſtes dicerent ſibi videri, & eſſent de credulitate. n. 33. & 50.*

34 *In recognitionibus apocharum ſtatur arbitrio iudicis.*

35 *Adminicula admittuntur ad effectum, vt recognitio plenè probet. n. 36.*

37 *Legatarius quando poſſit eſſe teſtis de contentis in teſtamento. n. 38. 39. 49. & 75.*

40 *Schedula teſtamenti inter liberos, ſeu ad piam cauſam an ſit valida, ſi caret die, & anno. n. 41. 42. & 54.*

43 *Statutum Vrbis mandans in recognitione priuatæ ſcripturæ eſſe adhibendos tres teſtes quomodo intelligatur, & an habeat locum in cauſis pijs. n. 44. & 46.*

45 *Sermo generalis ſtatuentium non ſufficit ad tollenda priuilegia conceſſa piæ cauſæ.*

47 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*

48 *Statuta Vrbis ſuper obligationibus ſub certa forma faciendis non comprehendunt dotem, & cauſas pias.*

51 *Teſtis non formiter examinatus facit adminiculum, quod iunctum alijs inducit probationem recognitionis ſcripturæ. n. 52.*

53 *Probatio per aliquos teſtes facta an infirmetur, ſi alij teſtes non probent.*

55 *Teſtamentum filijfamilias ad pias cauſas an conualeſcat ſi fiat ſui iuris. n. 56. 78. 79. 84. & 85.*

57 *Teſtamentum pupilli an conualidetur, ſi factus maior perſeuerat in eadem voluntate.*

58 *Verba inducentia fideicommiſſum, an operentur, vt diſpoſitio filijfamilias reconualeſcat per ſuperuenientiam ipſius poſt obitum ſui patris. n. 59. 61. & 89.*

60 *Nomen hæredis non eſt exprimendum in codicillis.*

62 *Indicia ſufficiunt ad probandum, quod teſtator voluit cum eodem teſtamẽto decedere ad hoc, vt illud reconualeſcat. n. 63. & 64.*

65 *Aequitas prætoria quando præualeat iuri ciuili ad hoc, vt teſtamentum ſemel initum poſſit ex ſimplici voluntate reconualeſcere, tàm in milite, quàm in pia cauſa, & alijs. n. 66. & 68.*

67 *Pia cauſa habet priuilegia militia.*

69 *Perſeuerantia magis præſumitur ad fauorem piæ cauſæ.*

70 *Apocha teſtamenti an præſumatur facta tempore habili quando teſtator erat ſui iuris. n. 71. 72. & 90.*

73 *Verba bonæ memoriæ probant mortem, prout dictio quondam, & ſimilis.*

74 *Verba in fine poſita referuntur ad præcedentia.*

76 *Teſtes, quamuis non deponant de tempore, præſumuntur tamen eſſe conteſtes de eodem tempore.*

77 *In donatione facta locis pijs non requiritur præſentia.*

80 *Probatio perſeuerantiæ teſtamenti an requirat ſeptem teſtes. n. 81. 82. 83. 86. 91. & 92.*

93 *Multa notabilia quo ad probationem perſeuerantiæ teſtatoris tàm in teſtamento, quàm in codicillis, & tàm in cauſis non priuilegiatis, quàm pijs. n. 94. 95. 96. & 99.*

97 *Confirmatio teſtamenti facti per arrogatum, quando ſit valida, & de differentia inter confirmare, & declarare.*

98 *Monachus quando faciat teſtamentum validum.*

CAP. DCCCXCV.

IMmiſſio eſt concedenda ad fauorem locorum Piorum inſtitutorum, videlicet Eccleſiarum S. Mariæ Montium, Tranſtyberim, Annunciatæ, Monaſterij S. Saluatoris in Lauro, & S. Marcelli, & fabricæ S. Petri, tàm vigore primi, quàm ſecundi teſtamenti iuxta *l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollend.* non obſtante prætenſa exceptione, quod teſtator
1 eſſet filiusfamilias, † quia cum ſimus in poſſeſſorio ſummariſſimo, ſola apparentia extrinſeca teſtamenti attenditur, excluſa prorſus omni exceptione reſpiciente defectum proprietatis, & vitium inuiſibile intellectuale, prout eſt talis, quæ nunc opponitur contra perſonam teſtatoris, quod videlicet non potuerit teſtari tanquam ſeruus, furioſus, fœnerator, filiusfamilias, vel quid ſimile, vt concludunt communiter omnes in *d. l. fin. vbi Curt. Iun. ad fin. Zaccard. n. 322. in fin. Alber. n. 5. Ang. conſ. 135. naucius. col. vlt. verſ. ſuper ſecundo. Bald. conſ. 311. quidam thomas. lib. 2. Boer. deciſ. 23. in fin. Menoch. de acquir. poſſeſſ. remed. 4. n. 745. & conſ. 180. n. 26. vſque ad 29. lib. 2. Durand. de art. teſtand. tit. de acquir. vel repud. hæredit. caut. vlt. n. 5. Dec. conſ. 84. excellentiſſimi doctores. col. 1. ad fin. verſ. ad iſta breuiter reſpondetur. Roman. conſ. 235. n. 7.* latè *Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. n. 29.*
2 *& 30. fol. 446.* † vbi quod hoc procedit ſiue dubium ſit facti, ſiue iuris *Bertazol. conſ. ciuil. 55. n. 28. & 29. & conſ. 56. n. 5. cum ſeq.* vbi quod ita paſſim ſeruatur in Rota, prout etiam teſtatur *Contard. in l. vnic. limit. 9. n. 50. & limit. 12. n. 6. & 19. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Capie. *deciſ. 10. n. 18. Roland conſ. 22. n. 36. lib. 3.*

Non obſtat, quod exceptio allegata tanquam

incontinenti probanda impediat immiſſio-
3 nem † Bald. in l. 2. n. 1. C. de edict. diu. adrian.
tollend. Quia in caſu noſtro non poteſt dari
iſta probatio in promptu, cum debeat pro-
bari filiatio legitima per teſtes, & quod ma-
trimonium fuerit contractum ſeruatis ſer-
uandis, cum alijs requiſitis in ſimilibus ma-
4 terijs, & quatenus etiã hoc probaretur, † Ta-
men etiam pro parte locorum Piorum po-
terit probari, quod interuenerit conſenſus
patris in teſtamento, de quo agimus, tunc
enim illud valebit ad pias cauſas Dec. in
l. ſeruium. n. 15. C. qui teſtam. facer. poſſ. Co-
uar. in rubr. de teſtam. p. 3. in fin. n. 28. Spin.
in rubr. eod. tit. de teſtam. p. 4. n. 11. vbi de
communi, poſt Gemin. in c. licet. de ſepultur.
in 6. Tiraq. de pia cauſ. priuileg. 78. in
princ. & in fin. Craſſ. in §. teſtamentum.
q. 17. n. 12. & 13. cum alijs per Magdalen.
de numer. teſtium in teſtament. requiſit. p. 2.
5 c. 4. n. 50. & 51. fol. 400. † Cum etiam poſſint
adeſſe bona caſtrenſia, de quibus filiusfami-
lias poterit liberè teſtari c. licet. de ſepultur.
in 6. Spin. in rubr. de teſtament. p. 4. n. 11.
& 12. Itaut ex iſtis hinc inde deducendis ap-
pareat huiuſmodi exceptiones requirere al-
6 tiorem indaginem, † cum illæ dicantur ta-
les, quando non poſſunt expediri infra illud
tempus, intra quod inſtantia cauſæ expediri
poteſt Ang. in l. ille à quo. §. ſi teſtamentum.
ff. ad trebellian. Alex. conſ. 166. n. 6. & 7.
lib. 2. Io. de Amic. conſ. 63. n. 5. Menoch. conſ.
673. n. 19. lib. 7.

Nec facit, quod Aduerſarius ſit legitimus con-
tradictor ad impediendam immiſſionem,
7 tanquam poſſideat cum titulo, † & abſque
vitio Bart. in l. fin. col. vlt. verſ. quæro vtrũ.
C. de edict. diu. adrian. tollend. Card. Seraph.
deciſ. 801. n. 1. Quia prædicta procedunt,
quando adeſſet titulus habitus à teſtatore, &
poſſeſſio poſt eius obitum capta, de quo ti-
8 tulo non conſtat in caſu noſtro, † cum nullus
titulus à teſtatore praceſſerit, & ita loqui-
tur Card. Seraph. d. deciſ. 801. vbi aderat ti-
tulus donationis factæ à teſtatore Idem Se-
raphin. deciſ. 1219. n. 5. & latè comprobat
Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. n. 609.
Et ſemper Doctores requirunt parem titu-
lum ad hoc, vt faciat ceſſare immiſſionem, &
ſit agendũ via ordinaria, & cognoſcẽdum de
9 iuribus contradictoris, † exẽplo teſtamenti
hinc inde producti, cum aliud ſit dicendum
ſi deficiat iſta paritas tituli Ruin. conſ. 28.
n. 2. poſt princ. verſ. & ſubdit. lib. 5. & conſ.
151. n. 5. in princ. lib. 2. iuxta opinionem
Bart. communiter receptam in l. fin. n. 21.
ad med. col. vlt. in princ. verſ. quandoque
quis venit poſt iuſſum. C. de edict. diu. adrian.
tollend. & in l. penult. n. 1. ff. de petit. hæredit.
per doctrinam Innoc. in c. veniens. il 2. n. 1.
de teſtib. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. re-
med. 4. n. 581. poſt med. Card. Seraphin. de-
ciſ. 253. n. 1. Caputaq. deciſ. 329. n. 2. & per
10 tot. p. 1. † vbi etiam quod titulus debet eſſe
ex eodem fonte.

Accedat, quod circa teſtamentum, de quo agi-
mus, multa poſſunt adduci, quæ remoue-
bunt prætenſas nullitates reſpectu perſonæ
teſtantis, quamuis etiam probaretur illum
eſſe in poteſtate patris, prout conſuetudo,
11 quæ poteſt cõferre † filiofamilias ius teſtan-
di, cum illa valeat in omnibus, quæ ſunt de
iure poſitiuo Bald. in ſpecie conſuetudinis
in auth. ingreſſi. in princ. C. de ſacroſan. ec-
cleſ. Royas in epitom. ſucceſſion. c. 29. n. 19.
& 20. Spin. de teſtament. in gloſ. rubr. 4. p. 14.

Prout etiam eſt inſpiciendum an fuerit conua-
lidatum huiuſmodi teſtamẽtum propter ſu-
peruenientem habilitatem ante mortem,
cum ſemper inſpiciatur habilitas tempore
12 obitus, † Vnde filiusfamilias, qui potuit te-
ſtari quo ad bona caſtrenſia, ſi efficiatur po-
ſtea ſui iuris, valebit illius teſtamentũ etiam
quo ad alia bona, quamuis enim non po-
tuiſſet de illis teſtari tempore teſtamenti,
nihilominus ſatis eſt, vt superuenerit habili-
tas tempore mortis Bart. in l. filio præteri-
to. col. fin. de iniuſt. rupt. teſtam. Cephal.
conſ. 406. n. 22. cum ſeq. lib. 3. Alex. in l.
poſthumo. col. antepenult. C. de bonor. poſſeſſ.
contr. tabul. Felin. in c. cum dilectus. col. 2.
de accuſat. Surd. de aliment. tit. 7. q. 4. n. 19.
13 & 20. † vbi etiam de teſtamento vſurarij,
quod non valet, ſi non præſtetur cautio de
reſtituendo vſuras c. quamquã. de vſur. in 6.
Tamen ſi poſtea caueatur, illud reconuale-
ſcit, itaut etiam ſufficiat relinquere procu-
ratorem, qui præſtet cautionem poſt mor-
14 tem vſurarij, † quia tunc etiam teſtamen-
tum illius reconualidatur Card. in clem. 1.
q. 23. de ſepultur. & in c. ſignificauerunt.
col. vlt. & ibi Felin. in fin. n. 11. de teſtib.
Idem Felin. in c. ad hæc. col. 1. in princ. verſ.
item quia quando. de reſcript. Iaſ. in l. vni-
uerſa. in fin. n. 14. C. de precib. imper. offer.
Gualdenſ. de art. teſtand. tit. 1. caut. 7. n. 2.
Cenall. quæſt. 11. n. 3.

Quemadmodum etiam dicimus de teſtamento
Equitis Hieroſolymitani, quod ſi a princi-
15 pio fuit nullum, conualidatur, † ſi poſtea ſu-
peruenit facultas teſtandi Bald. in l. fin. col.
6. verſ. & prædicta faciunt ad quæſtionem.
C. vnd. legitim. Guid. Pap deciſ. 110. Thob.
conſ. 59. n. 11. Graſſ. de effect. clericat. effect. 1.
n. 1191. fol. 201.

Prout paſſim ſeruatur in ſimilibus diſpoſitioni-
bus nullis, in quibus per titulum ſuperue-
16 nientem illæ conualidantur † Butr. in c. at ſi
clerici. §. 1. de iudic. Aim. conſ. 171. n. 1. Pariſ.
conſ. 23. n. 215. lib. 1. Gabr. conſ. 45. n. 21. lib. 1.
Graſſ. d. effect. 1. n. 1188. cum ſeq. vbi etiam
quod ſi aliquis obtinuit beneficium tempo-
17 re, quo non erat ordinatus, † ſi poſtea or-
dinetur, poterit vti priuilegio fori, tanquam
ordinatus, cum habeatur ac ſi à principio
habuiſſet ordines, exemplo diſpenſationis
ſu-

Digitized by Google

18 ſuperuenientis, † quæ reualidat actum retro
nullum Burgoſ. de irregularit. p. 2. tit. de
differ. & commu. n. 9. fol. 40. poſt Felin. in
c. dilectus. n. 4. de accuſat. Quod etiam eſt in
iudicio prius nullo, quod conualidatur per
19 ius ſuperueniens † Rimin. Iun. conſ. 829. n. 2.
iuxta l. ſi rem. §. fin. ff. de pignor. act. l. non
poteſt. ff. de iudic. Alex. conſ. 1. n. 9. lib. 1. &
conſ. 127. n. 4. lib. 5. Surd. deciſ. 6. n. 1. Molin.
de primogenit. hiſpan. lib. 3. c. 14. n. 4. Morot.
conſ. 92. per tot. Pariſ. conſ. 125. n. 11. lib. 1.

Quæ omnia dicta ſunt, vt appareat non poſſe
impediri petitam immiſſionem, cum contra
exceptiones oppoſitas de filiofamilias poſ-
ſint replicari tam ea, quæ ſupra dicta ſunt,
quàm multa alia, quæ nõ ſolum poſſunt red-
20 dere dubias dictas oppoſitiones, † ſed etiam
parere victoriam in negotio proprietatis, ſeu
petitorio, itaut ex iſtis non ſit retardanda
via executiua poſſeſſorij, cum ſemper ſiue
ſit dubium facti, ſiue iuris, requiratur cogni-
tio altioris indaginis, quæ non impedit ta-
lem immiſſionem Roland. conſ. 22. n. 36. lib. 3.
Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. n. 29. & 30.
cum alijs ſupra allegatis.

Neque obſtat, quod ſcriptura, ſeu ſchedula
teſtamenti, de quo agimus, non ſit perfecta,
21 ſed potius præparatio ad teſtandum, † quo
caſu propter imperfectionem voluntatis, non
valet ad pias cauſas, quidquid aliud ſit reſpe-
ctu imperfectionis ſolemnitatis latè Surd.
deciſ. 292. n. 11. Rot. coram R. P. D. Man-
zanedo Romana domorum. 27. Iunij 1614.
Quia ex lectura dictæ apochæ potius appa-
ret, quod ſumus in diſpoſitione perfecta,
cum fuerint in ea inſtituta loca pia, cum
electione ſepulturæ, & onere ſoluendi decem
22 pro centum Parmenſi, † quæ omnia non
conueniunt præparationi ad teſtandum, ſed
potius faciunt, vt colligatur integra volun-
tas teſtatoris, cum præſertim nihil per eum
fuerit reſeruatum, ex quo cognoſci poſſit,
quod eſſet aliquid addendum diſpoſitioni fa-
ctæ, prout etiam in dubio præſumitur, quod
noluerit addere, neque vlterius alicui relin-
quere, quo caſu non poteſt dici teſtamentum
imperfectum ratione voluntatis, ideo valet
ad pias cauſas, quamuis deficiat ſolemnitas,
& non interuenerint teſtes, & notarius, quos
teſtator iuſſerit accerſiri, cum illa non im-
pediant voluntatem iam perfectam, ſed ad-
hibeantur ad alium finem probationis, vel
ſimilis rei concernentis perfectionem ſolem-
nitatis, non autem voluntatis, cum contra-
ria procedant, quando conuocatio notarij,
23 & teſtium fuit facta à teſtatore, † qui adhuc
non perfecerat ſuam voluntatem, quam co-
ram eis volebat integraliter abſoluere, Iſta
eſt communis, & magis vera diſtinctio do-
ctorum, de qua latè per Vaſq. de ſucceſſion.
creat. lib. 3. p. 1. §. 22. limit. 12. n. 6. fol. 28.
poſt Alex. conſ. 114. n. 7. lib. 7. Boer. deciſ. 240.
n. 4. Doctor. in l. hac conſultiſſima. 8. §. ex
imperfecto. C. qui teſtam. facer. poſſ.
cum humana. vbi Caſtr. n. 3. verſ. quid ſi te-
ſtator de cuius voluntate. & ibi Rimin. in
§. ex imperfecto. n. 4. & Alex. n. 4. C. qui
teſtam. facer. poſſ. bene Cephal. conſ. 99. n. 3.
cum ſeq. lib. 1. Craſſ. in §. teſtamentum. q. 19.
n. 2. Clar. eod. tit. q. 7. Bart. & alij commu-
niter in l. ſi is. ff. de teſtam. Rub. conſ. 14. n. 12.
Abb. in c. 1. in 3. notab. de ſucceſſ. ab inteſtat.
Ruin. conſ. 15. n. 20. lib. 2. latiſſimè Magdal.
qui infinitos adducit de numer. teſtium in
teſtament. requiſit. c. 5. p. 2. n. 15. col. 8. verſ.
nihilominus poſſent iſtæ opiniones. fol. 415.

Ex quibus tollitur obiectum de non publica-
tione facta per notarium, quam videtur te-
ſtator mandaſſe in apocha per eum ſcripta,
24 Quia vt dictum eſt, † hoc procedit, quando
voluntas non eſſet perfecta, & publicatio,
ſeu conuocatio notarij adhiberetur per te-
ſtatorem ad effectum, vt ſua voluntas per
eos perficeretur, & ab eis ordinaretur, cum
alias, ſi ipſemet expediuit, & perfecit, non
obſtet publicatio tanquam cõcernens actum
ſolemnitatis Ruin. conſ. 15. n. 18. & 20. lib. 2.
Magdalen. d. c. 5. p. 2. n. 15. Cephal. conſ. 99.
25 n. 3. vſque ad 7. lib. 1. vbi etiam n. 15. † quod
non conſideratur, quod voluntas teſtatoris
defecerit in non publicatione facta, & requi-
ſita per eum, quia non ex hoc defecit in con-
cernentibus diſpoſitionem, ſed ſolemnita-
tem, ideo non dicitur defectus voluntatis,
ſed ſolemnitatis, nec ex tali defectu tollitur,
quod teſtamentum non ſit perfectum perfe-
ctione voluntatis diſpoſitiuæ, quamuis non
ſit perfectum perfectione voluntatis abſolu-
tæ etiam reſpectu ſolemnitatis, quæ non
vitiat Ruin. conſ. 7. n. 9. lib. 3.

Prout dicimur de teſtatore volente teſtari in
ſcriptis, nam etiamſi non interuenerit tota
ſolemnitas requiſita in teſtamento in ſcri-
26 ptis, † & eo modo, quo teſtator iuſſerit, ta-
men ſuſtinebitur eo modo, quo poterit, vt
ſaltem valeat tanquam nuncupatiuum, cum
præſumatur eum voluiſſe teſtari in ſcriptis,
caſu quo tunc teſtamentum poſſet ſuſtineri,
alias ſecus, ne dicatur, quod voluerit impu-
gnare voluntatem ſuam iam perfectam, licet
defecerit aliqua ſolemnitas in teſtando, cum
ſufficiat conſtare de eius perfecta voluntate
Cin. Alex. & alij in l. hac conſultiſſima.
§. per nuncupationem. C. qui teſtam. facer.
poſſ. Ruin. conſ. 7. n. 9. lib. 3. Cephal. conſ. 99.
n. 16. vſque ad 23. lib. 1. latè Sim. de Pret. de
interpret. vltim. voluntat. lib. 2. ſolut. 2. n. 15.
cum ſeq. fol. 115.

Præterea etiam in caſu in quo teſtator mandaſ-
27 ſet fieri publicationem ſuæ voluntatis, † ta-
men non obſtante tali intentione illius, non
eſſet neceſſaria huiuſmodi publicatio, & te-
ſtamentum ſine ea valeret, quando tracta-
retur de diſpoſitione ad pias cauſas, & quan-
do prius non præceſſiſſet teſtamentum vali-
dum, prout in caſu noſtro non præceſſit, cum
primum ſit nullum tanquam factum à filio-

familias ſine conſenſu patris, ita in ſpecie
concludit *Alex. conſ. 4. n. 13. col. penult. in
princ. verſ. iſtud etiam apertè voluit. & col.
vlt. poſt princ. verſ. non obſtat quod non
fuerit publicata. n.15. in fin.lib.7. poſt Imol.*
28 *in c.cum eſſes.col.antepenult.de teſtam.* † vbi
etiam, quod contraria procedunt, quando
præceſſit aliud teſtamentum validum, quia
tunc illud non revocatur per alteram vlti-
mam voluntatem imperfectam, tanquam
facilius ſuſtineatur teſtamentum per ſe, quã-
29 do nullum aliud præcedit, † quàm ſi illud
præceſſiſſet *auth. hæc inter liberos. C. de te-
ſtament. Ang. in l. poſthumus. §. idem &
circa. ff. de iniuſt. teſtam. & in l. cum in
ſecundo. ff. eod. tit. & in l. quis eum. §.1. de
vulg. & pupill. Oldrad.conſ.129. Alex.conſ.
4. n. 14. lib. 7.*

Nec facit prætẽſus defectus recognitionis ſche-
30 dulæ, † Quia plenè illa fuit recognita cum
primus teſtis, de quo in *ſummar. n.2.* depo-
nat, quod ſchedula fuit ſcripta in ſui præ-
ſentia, & in domo ſua, & illam recognoſcie
tanquam verè ſcriptam à teſtatore, prout
etiam clarè deponunt tres alij teſtes, de qui-
bus in *ſummar. n.3. 4. & 5.* qui habent no-
tam manum teſtatoris, & viderunt eum ſæ-
pius ſcribere, itaut ſimul iunctis huiuſmodi
depoſitionibus, dicatur plenè conſtare de re-
cognitione, quamuis etiam teſtes non depo-
nant, quod viderint ſchedulam ſcribi per te-
31 ſtatorem, † cum de ſtylo curiæ ſufficiat,
quod dicant ſe habere notam manum eius,
de cuius ſcriptura agitur, quotieſcumque
ſumus in recognitione ſcripturæ, in qua te-
ſtes non ſunt neceſſarij, prout eſt in teſta-
mento ad pias cauſas, ſeu inter liberos ſcri-
pto manu teſtatoris, in quo ſecundum magis
communem teſtes non requiruntur, ita in
terminis concludit *Rot. coram R.P.D. Can-
tuccio Romana de Mazzochis.9. Martij* 1580.
quæ eſt inter deciſ. Rot. diuerſ.124. p.2. quam
ſequitur *Menoch. de arbitrar. in addit. caſ.
114. n. 1.* & de communi latè teſtatur *Craſſ.
in §. teſtamentum. q.16. n.10. poſt med. & in
§. inſtitutio. q.16. n.7. Felin. in c.2. n.19. &
ibi Dec. n. 16. de fid. inſtrument.* cum alijs
latè adductis per *Ludouic. Zunt. in conſ. pro
vxore. n.172. cum ſeq.* Et ita etiam paſſim
32 ſeruatur, † quod tales recognitiones fiant,
vel per comparationem litterarum, vel per
alia indicia, vt de tali conſuetudine teſtatur
Alex. loquens de ſimili ſcriptura facta ad
pias cauſas *conſ. 114. n. 4. & 5. lib. 7. poſt
Bart. in l. ſi ita ſcripſero. de condit. & de-
monſtrat. & in l. quem hæredi. ff. de reb. dub.
Imol. in l. illa inſtitutio. ff. de hæredib. in-
ſtituend. & in c. cum eſſes. de teſtament. Bald.
in auth. ſed noua iure. col.2. C. eod. tit.* latè
*Craſſ. in §. inſtitutio. q.16. n.6. & in §. te-
ſtamentum. q. 16. n.10.* Et quod de ſtylo, &
obſeruantia ſufficiat, vt teſtes dicant habere
notam manum, vt recognitio ſit valida, te-
ſtatur *Veſtr. in prax. lib.6. c.1. n.8. ad med.
verſ. nihilominus vſu receptum. Cardin. Se-*
33 *raphin. deciſ.522. n.1.* † vbi etiam, quod ſa-
tis eſſet, quamuis teſtis diceret ſibi videri
eſſe ſcriptam de manu teſtatoris, & quam-
uis etiam teſtis eſſet de credulitate *Farinac.
conſ.70. n.12. & 76. ad med. p.1.* vbi etiam
refert multas deciſiones *Rot. per Oradin. &
Robuſter.* cum alijs per eum adductis *Me-*
34 *noch. de arbitrar. caſ.114. n.15. ad fin.* † vbi
etiam quod in iſtis recognitionibus ſtatur
arbitrio Iudicis etiam ad plenam probatio-
nem faciendam *Curt. Sen. in l. admonendi.
n. 110. ff. de iureiur. Ludouic. deciſ. Peruſ.
16. n. 16. & 17.*

Cum etiam pro tali recognitione adſint admi-
nicula, quæ colliguntur ex alijs teſtibus, qui
licet non ſint formiter examinati, tamen fa-
ciunt vehementem præſumptionem verita-
tis dictæ cedulæ, & eius recognitionis, itaue
ſtantibus omnibus prædictis, Iudex debeat
arbitrari illam eſſe ritè factam, & ſufficien-
35 ter de ea conſtare, † Etenim ſtantibus admi-
niculis recognitio plenè probatur per teſtes,
qui dicunt habere notam manum, quando
ſcriptura non requirit teſtes, vt latè per *Rot.
coram R. P. D. Buratto Praneſtina hæredi-
tatis.* 18. *Maij* 1620. *Card. Seraph. deciſ.700.
in fin. Rot. diuerſ. deciſ. 243. n.4. & deciſ.
170. n.2. p.1. & in recent. deciſ.303. n.1. p.2.*
36 *Cardin. Mantic. deciſ.25. n.2.* † Præſertim
ſtante *Statut. Vrb. c.84. lib.1.* per quod tol-
litur omnis difficultas, vt notat *Cardin. Se-
raphin. deciſ.150. n.1.*

Maximè, quia vltra teſtes, qui deponunt habe-
re notam manum, adeſt etiam alius, qui te-
ſtificatur ſe fuiſſe præſentem, quando teſta-
tor in domo ſua ſcripſit huiuſmodi ſchedu-
37 lã, † qui teſtis licet ſit legatarius, tamen facit
fidem, cum non prohibeatur à teſtificando
tanquam tractetur de eius commodo ſecun-
dario, non principali *l. qui in teſtamento. in
princ. de teſtam. l. dictantibus. C. eod. tit.
Cin. & Bald. in l. omnibus. C. de teſtib. Alex.
conſ.78. col. 1. lib. 1. & conſ. 10. n.17. lib.6.
Roland. conſ. 98. n. 3. lib. 4. Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 106. n.14.*

Nec aduerſatur, quod legatarius non ſit ido-
38 neus teſtis, quando tractatur † de probanda
vltima voluntate, quæ trahit eſſentiam ab
eius teſtimonio, neque in probando teſta-
mento, quod valet de iure ſpeciali abſque
teſtibus, vel cum pauciori numero teſtium,
vt in eo, quod fit inter liberos, ſeu ad piam
cauſam, & ſimilibus *Felin. in c. inſuper. 6.
n.11. ad fin. de teſtib. Farinac. eod. tit. q.60.
n.294. Maſcard. concluſ.973. n.3. & 6.* Nam
quidquid ſit de prædictis, ſatis eſt, quod ta-
lis teſtis facit aliqualem probationem, &
39 adminiculum, † quod iunctum cum alijs te-
ſtibus deponentibus plenè de ſchedula ſcri-
pta à teſtatore, & ab eis formiter recognita,
inducit veritatem talis ſcripturæ, quamuis

ſolum

ſolum deponant habere notam manum *Rot.*
diuerſor. in ſpecie ſimilis ſchedulæ *deciſ.*124.
n. 4. *par.* 2. *poſt Ruin. conſ.* 46. *n.* 6. 10. *&*
11. *lib.* 4.

Neque etiam obſtat, quod talis ſchedula ca-
reat die, & anno, quorum expreſſio videtur
40 neceſſaria † ad hoc, vt ſit valida *Bero.conſ.*1.
*n.*80. *lib.*2. *Abb. conſ.* 98. *n.* 1. *ad med. lib.*2.
Craſſ. in §. teſtamentum. q. 16. *n.* 2. Quia
omiſſo, quod iſta opinio eſt controuerſa, vt
notat *Sim. de Pret. de interpretat. vltim.vo-*
*luntat. lib.*2. *dubit.*2. *ſolut.* 2. *n.*6. *cum ſeq.*
fol. 115. *dixi deciſ.* 207. *n.* 6. Reſpondetur,
quod fauore piæ cauſæ huiuſmodi diſpoſitio
ſuſtinetur, quamuis non adſit dies, neque
annus, & contraria procedunt in teſtamento
41 inter liberos, † in quo ſeruandum eſt ius ci-
uile iuxta *auth. quod ſine. C. de teſtam.* Cum
aliud ſit in teſtamento ad pias cauſas, in quo
non debent ſeruari leges ciuiles, & iura po-
ſitiua, ſed ius canonicum, & ius diuinum,
42 ſecundum quod † non requiritur talis ex-
preſſio diei, & anni, & temporis *c. cum eſſet.*
*de teſtam. Bart. in l.*1. *q. vlt. C. de ſacroſan.*
eccleſ. & ita in ſpecie diſtinguit *Alex.conſ.*4.
*attentis narratis in themate. n.*15.*col.penult.*
in fin. verſ. ſecundo reſpondetur quod poſi-
to. lib. 7. cum alijs per *Rot. in praneſtina*
hæreditatis coram R. P. D. Pamphilio. 14.
Martij 1617. *& coram R. P. D. Burattoin*
eadem cauſa. 18. *Maij* 1620.

Et ita ex prædictis fuit conceſſa immiſſio in
poſſeſſionem bonorum, de quibus agebatur
ad fauorem locorum piorum, non obſtanti-
bus exceptionibus, quæ exaduerſo fuerunt
adducta, & præſertim defectu recognitionis,
cum teſtamentum, ſeu ſchedula priuata fue-
rit declarata valida, & bene recognita, vt
in deciſione *coram R. P. D. Caualerio.* 18.
Decẽbris 1620. *in huiuſmodi cauſa Romana*
ſeu Recanaten. hæreditatis. Verũ, quia iterũ
pars multa alia oppoſuit contra talem re-
cognitionem, ideo iterum fuit ſuper ea di-
43 ſcuſſum, † & breuiter dicebam non obſtare
Statut. Vrb. c. 84. *lib.*1. per quod mandatur
in recognitione apochæ priuatæ eſſe adhi-
bendos tres teſtes, Quia omiſſo an iſtud ſta-
tutum ſit deciſorium, & ſeruandum in Rota,
ſatis eſt, quod ex facto apparet apocham, de
qua agimus, fuiſſe recognitam per tres teſtes
videlicet per primum, ſecundum, & quar-
44 tum, † qui clarè deponunt habere notam
manum teſtatoris, & illam recognoſcunt tã-
quam ab eo ſcriptam, quæ verba ſufficiunt
ad effectum plenæ recognitionis *Menoch. de*
*arbitrar. in addit.caſ.*114.*n.*1. cum alijs ad-
ductis *ſupr. n.*32. *&* 33.

Cum etiam huiuſmodi ſtatuta generalia de re-
cognitionibus apocharum non comprehen-
dant apochas factas ad piam cauſam, cuius
45 fauore inductum eſt, † vt ſermo generalis
ſtatuentium non ſufficiat ad tollenda priui-
legia ei competentia *Alex. conſ.* 209. *n.* 3.
& 4. *lib.* 2. *& conſ.* 105. *n.* 11. *vſque ad* 14.
*lib.*4. *Felin. in c. eccleſia S. Mariæ. n.* 70. *de*
conſtitut. Iaſ. in l. 1. *in* 1. *lectur. n.*39. *C. de*
ſacroſan. eccleſ. cum alijs per *Magdalen. de*
*numer. teſt. in teſtam. requiſit. p.*2. *c.*6. *n.*18.
46 Et quidem non debet admitti, † vt in reco-
gnitione actus priuilegiati maior numerus
teſtium requiratur, quã in teſtamento prin-
cipali condito ad pias cauſas, ideo ſuffi-
cient duo recognoſcentes manum teſtato-
47 ris, † cum in ore duorum, vel trium ſtet om-
ne verbum, iuxta illud *Deutor. c.* 19. *c. nouit.*
de iudic. c. in omni negotio. de teſtib. c. cum
eſſet. de teſtament.

Et quamuis ſtatuta Vrbis ſint confirmata per
Summum Pontificem, Tamen talis confir-
matio non extenditur ad caſus priuilegia-
48 tos, qui indigent ſpeciali expreſſione, † Ideo
etiam paſſim ſtatuta Vrbis generaliter di-
ſponẽtia ſuper obligationibus ſub certa for-
ma faciendis, non comprehendunt cauſas pri-
uilegiatas dotium, & ſimilium concernen-
tium loca pia *Calcan. conſ.*13.*n.*4. *Caputaq.*
*deciſ.*194. *par.*3. *Tiraq. de legib. connubial.*
gloſ. 8. *n.* 162. *Rot. coram R. P. D. Comitulo*
Toletana pecuniaria. 26. *Ianuarij* 1590. *&*
coram Card. Blanchetto Romana euictionis.
23. *Martij* 1588. *Surd. conſ.* 164. *n.*2. *Bald.*
Nouell. de dot. par. 6. *priuileg.* 47. *in fin.*
poſt Salic. in l. fin. in princ. in 4. *notab. C.*
de iur. dot.

Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti
cum adſint tres teſtes recognoſcentes ma-
num teſtatoris, & vltra illos non deſunt con-
iecturæ deſumptæ ex depoſitione Cõdonati,
contra quem licet exaduerſo opponatur de-
fectus probationis tanquam ſit legatarius,
49 Tamen non † dicimus illum plenè probare,
cum ſimus in teſtamento de iure ſpeciali, vt
præſupponunt doctrinæ exaduerſo allegatæ,
ſed quod talis teſtis facit adminiculum,
quod iunctum cum alijs teſtibus deponenti-
bus plenè de ſchedula ſcripta à teſtatore, &
ab eis formiter recognita, inducit veritatem
talis ſcripturæ *Rot. diuerſ. deciſ.* 124. *n.*4. *p.*2.
*poſt Ruin. conſ.*46. *n.*10. *&* 11. *lib.*4.

Additur etiam depoſitio Mezentij Doctoris,
qui vltra tres teſtes primum, ſecundum, &
quartum, & Condonatum Legatarium reco-
gnoſcit etiam præfatam manum, cui magis
50 ſtandum eſt tanquam perito, † non obſtante,
quod exaduerſo opponatur illum loqui per
verbum videri, Quia in iſtis recognitioni-
bus ſufficit, quod ita dicatur, nam admit-
titur ſimilis reſponſio, quamuis etiam teſtes
deponeret non ſolum per verbum videri, ſed
etiã de credulitate *Card. Seraph. deciſ.* 522.
n. 2. *&* 4. cũ alijs de quibus *ſupr. n.*33. *&* 34.

Adeſt etiam depoſitio Iacobi, qui licet non ſit
51 formiter examinatus, † tamen facit aliquod
adminiculum *Caputaq. deciſ.*206. *n.*6. *cum*
*ſeq. p.*2. *Rot. deciſ.*18. *n.*3. *ad med. p.*2. *in*
recentior. Itaque omnia iſta adminicula ſimul

iuncta ſuffragentur quo ad probationem re-
52 cognitionis, de qua agimus, † ſtante gradu probationis prius factæ per teſtes formiter examinatos *Bald. conſ. 3. n. 4. lib. 3. Socin. conſ. 89. n. 14. lib. 1. Marſil. ſing. 205. n. 3. Rot. deciſ. 558. n. 3. & deciſ. 768. n. 5. par. 2. in recentiorib.*

Non obſtat, quod deſtruatur probatio recognitionis per vnum teſtem per nos productum dum deponit non ſibi videri manum teſtato-
53 ris, † Quia ſi ipſe non probat, non per hoc debet inualidari probatio per alios facta, qui clarè deponunt dictam ſcripturam eſſe de manu teſtatoris, cum etiam in teſtibus contrarijs producentis, nedum non probantibus, ſtandum ſit teſtibus melioribus, cum hoc caſu poſſint aliquorum dicta approbari, & alia reprobari *Bald. in c. in noſtra. n. 4. verſ. tertius articulus. de teſtib. & in l. in bonæ fidei. 3. n. 8. C. de rebus credit. Alex. conſ. 66. col. 2. poſt med. verſ. item non obſtat ſi diceretur. n. 1. in fin. lib. 1. Aim. de antiq. tempor. p. 1. §. quæritur etiam in hac materia. n. 14.* Ex quibus denuo fuit deciſum pro validitate recognitionis.

Pro vlteriori autem diſcuſſione cauſæ fuit datum dubium, an conſtet de vltima voluntate q. Petri Leopardi, quæ ſuffragetur Eccleſijs, & pijs locis in caſu, & ad effectum, de quo agitur, Et quidem dicebam concludendum eſſe affirmatiuè, etenim adeſt publicum inſtrumentum teſtamenti nuncupatiui conditi die 17. Iunij 1600. cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis, in quo inſtituuntur dicta loca pia, vltra apocham alterius teſtamenti,
54 in qua legitur eadem ſimilis inſtitutio, † & cum eodem onere, & licet in ea non adſint teſtes, neque dies, menſis, & annus, tamen fuit probatum illam eſſe totam ſcriptam manu teſtatoris, quo caſu ſupplentur omnes iſti defectus fauore piæ cauſæ, Quidquid aliud ſit in teſtamento condito inter liberos in quo procedunt contraria, vt latè dictum eſt *ſupr. n. 40. vſque ad 43.*

Non obſtat, quod tempore conditi teſtamenti
55 Petrus eſſet filiusfamilias, † qui non poteſt teſtari ad pias cauſas abſque conſenſu patris *Cin. in l. ſenium. C. qui teſtam. facer. poſſ.* Quia cum pater deceſſerit ante filium, qui poſtea factus ſui iuris nunquam mutauit teſtamentum, ſed cum eo obijt, illud reconualeſcit de iure canonico, quod ſeruatur in
56 teſtamento ad pias cauſas, † quia regula Catonis non habet locum de iure canonico, vnde ſufficit, quod ſtante voluntate ſuperueniat habilitas quidquid aliud ſit de iure ciuili, ita in ſpecie concludit *Bald. in repet. l. 1. n. 11. col. 7. verſ. ſexto incidenter quæro. C. de ſacroſan. eccleſ. Tiraq. l. 16. connubial. gloſ. 8. n. 108. ad med. fol. 367.* Exemplo teſtamenti conditi per vſurarium, cum multis ſimilibus adductis *ſupr. n. 12. vſque ad 20.*
57 ¶ † Prout etiam dicimus de pupillo, cuius teſtamentũ reconualeſcit, quando factus maior perſeuerat in eadem voluntate *Caſtr. in l. ſi frater patruelis. 4. n. 4. verſ. item quæro quid ſi pupillus. C. qui teſtam. facer. poſſ. poſt Bart. in l. c. §. 1. ff. de legat. 3.*

Maximè, quia in teſtamento, de quo agimus, teſtator diſpoſuit, quod talis ſua voluntas valeat, ſi non iure teſtamenti, iure codicillorum, donationis cauſa mortis, vel inter viuos, ſeu cuiuſque alterius vltimæ voluntatis, aut quocumque alio meliori modo, &
58 titulo, quo valere poteſt, † quæ verba operantur, vt teſtamentum ſi non valet iure directo, ſuſtineatur in vim fideicommiſſi, quod reconualeſcit per ſuperuiuentiam teſtatoris poſt obitum ſui patris, quando teſtator perſeuerauit in eadem voluntate *Bart. in l. 1. §. ſed ſi filius. in fin. verſ. aduerte ſi poneremus.*
59 *ff. de legat. 3.* † vbi quod non eſt neceſſe quod iſta noua voluntas ſit totaliter declarata coram teſtibus, qui ſufficerent in teſtamento, ſeu codicillis, quia tunc eſſet de nouo illos facere, ſed ſatis erit, quod appareat indicium voluntatis non declaratæ, puta ſi dixerit ego feci teſtamentum, quæ verba non ſunt diſpoſitiua nouæ voluntatis, ſed inducunt indicium, quod durat in prima vo-
60 luntate, † quo caſu codicilli confirmantur, in quibus non eſt neceſſe exprimere nomen hæredis, quidquid ſit in teſtamento *l. iubemus. C. de teſtam.*

Quibus additur textus clarus in *l. qui ex liberis meis. 11. §. teſtamento facto. ff. de bonor.*
61 *poſſeſſ. ſecund. tabul.* † vbi ſi filius ſui iuris effectus, codicillis, aut alijs litteris eodem teſtamento ſe mori velle declarauerit, voluntas, quę defecerat, iudicio recenti rediſſe intelligitur, non ſecus ac ſi aliud teſtamentum feciſſet, ac ſupremas tabulas incidiſſet, vt priores ſupremas relinqueret.

Et ita per illum *tex. in d. §. teſtamento facto.*
62 concludunt omnes ſufficere, † quod per aliqua indicia poſſit conſtare, quod teſtator voluit cum eodem teſtamẽto decedere ad hoc, vt teſtamentum reconualeſcat, non obſtante, quod non poſſit confici teſtamentum nuda voluntate, quæ nuditas ſolemnitates requi-
63 rit *l. hac conſultiſſima. C. de teſtament.* † quia non conficitur de nouo, ſed iam confectum, & infirmatum reconualeſcit, & conualidatur, quod facilius fieri poteſt *l. 3. §. 1. ff. de legat. 3.* ita in ſpecie concludit *Ang. conſ. 109. iſta quæſtio principaliter. col. vlt. poſt princ.*
64 *verſ. ſecundo caſu principali.* † *& conſ. 364. pierius fecit ſuum teſtamentũ. col. 3. ad med. n. 5. & in l. idemq. erit.* quam legit *cum l. qui iure. ff. de militar. teſtam. & in l. 1. C. de codicill. & in l. ff. eod. tit. Aretin. in l. titius. in princ. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 92. viſo legato. col. 3. verſ. nec poteſt releuare. Socin. conſ. 93. ad fin. verſ. item poſito quod teſtator. n. 36. lib. 4. Barbat. conſ. 60. illud afferam in medium. col. 3. & 4. lib. 2. Bertrand.*

conſ.

*conſ.70. ponitur in facto. col.3. verſ. nec op-
ponat. lib.* 1.*p.* 1. eum alijs per *Tiraq. in l. ſi
vnquam in verb. ſuſceperit liberos. n.*220.C.
de reuocand. donation. latè *Cardin. Mantic.
de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 12. *tit.* 1.
*n.*16. *& n.*20. *in fin. Menoch. præſumpt.*32.
n. 17. *lib.* 4.

Et quidem diſpoſitio *tex. in d. §. teſtamento*.
in quo ſe fundant omnes doctores ſupra ad-
ducti, nullam habet difficultatem de æquita-
te prætoria *Caſtr. in l.* 1. *in fin. n.*5. *verſ. ſed
contra extra. C. de codicill.* quæ æquitas præ-
65 ualet iuri ciuili, † ſecundum quod teſta-
mentum ſemel irritum nô poteſt ex ſimplici
voluntate reconualeſcere, niſi in milite *l. ſi
filiusfamilias miles. & l. titius. ff. de militar.
teſtam.* quæ quidem ęquitas prætoria admit-
66 tetur tam ad effectum excipiendi, † quam
etiam agendi iuxta opinionem *Nicol. Ma-
tar.* quam comprobat *Bald. in l. ſancimus.
vbi Alex. n.*7. *C. de teſtament. Magdal. de
numer. teſt. in teſtam. requiſ. p.*1. *c.*19. *n.*23.
vſque ad 29. *fol.*257. Quamuis hoc dictum
ſit ex abundanti, quia ſi in milite reconua-
leſcit teſtamentum ex ſola ſuperuenięti vo-
luntate etiam de iure ciuili *d. l. ſi filiusfa-
67 milias miles. ff. de militar. teſtam.* † Idem
quoque erit in pia cauſa, quæ habet priui-
legia militiæ *l. titius. in princ. ff. eod. tit.
c. relatum. il* 1. *de teſtam. l. in teſtamento. C.
ad leg. falcid. Euerard. loco argumentor.*57.
*à milit. ad eccleſ. & piam cauſ. n.*1. *&* 2.

De perſeuerantia autem voluntatis conſtat in
caſu noſtro ex multis teſtibus in facto rela-
tis, qui etiam ſubdũt cauſam diſcordiæ cum
68 Bernardino fratre, † ob quam teſtator ſem-
per permanſit in dicta voluntate ad fauorem
locorum piorum inſtitutorum, Cum etiam
vltra pręd icta, adſit noua apocha teſtamenti,
per quam non ſolum probatur perſeueran-
tia, ſed etiam inducitur noua diſpoſitio vali-
da ad fauorem piæ cauſæ, quamuis ſit abſ-
que teſtibus, & ſolemnitatibus *Alex. conſ.*4.
*n.*15. *lib.* 7. *cum alijs ſupra adductis*.

Maximè, quia propter priuilegium piæ cauſæ
69 multò magis perſeuerantia præſumitur † *So-
cin. Iun. conſ.*183. *n.*18. *lib.*2. cum quiſque
præſumatur memor ſalutis æternæ *c. ſanci-
mus.* 1. *quæſt.* 3. *l. fin. C. ad leg. iul. repe-
tund. Cin. in l. generaliter. C. de non nu-
merat. pecun.*

Nec facit, quod non conſtet talem apocham
70 fuiſſe factam poſt obitum patris, † Quia po-
tius in dubio præſumendum eſt illam eſſe
confectam tempore habili, quando videlicet
teſtator erat ſui iuris, vt actus valeat, itaut
transferatur onus probandi contrarium ad-
71 uerſario, cum actus cenſeatur geſtus, † iuxta
diſpoſitionem iuris communis *l. ſi duo. vbi
Bald. ff. de acquir. hæredit. l. quæro. §. inter
locatorem. ff. locat. l. gallus. §. quidam rectè.
ff. de liber. & poſth. Aim. conſ.*91. *n.* 8. *Surd.
conſ.*19. *n.*29. *lib.* 2. *& conſ.* 198. *n.*15. *lib.*2.

72 Et ita ſemper debemus † interpretari, vt actus
ſit geſtus tempore habili, ne reddatur elu-
ſorius *l. prætor. de iudic. l. quoties. ff. de reb.
dub. Rol. conſ.*30. *in fin. lib.*3. *Surd. conſ.*241.
*n.*28. *& conſ.*423. *n.*11. *lib.*3. Maximè, quia
ex tenore eiuſdem apochę hoc ſatis apparet,
dum ibi dicitur *di tutto quello che mi viene
dal mio Sig. Padre, & della Sig. Madre,
& dell' heredità laſciata dal Sig. Zio Nicolò
bona memoria,* quæ verba *mi viene* ſunt prę-
ſentis temporis, & referuntur ad patrem,
& matrem, & patruum, quorum duo vltimi
73 indubitanter erant mortui, † Cum etiam
adſint verba bonæ memoriæ, quæ probant
mortem, prout dictio quondam, & ſimilis
*Bald. conſ.*407. *in quæſtione quæ vertitur ad
ſcholam. col.*2. *in fin. lib.*1. *Aim. conſ.*148. *n.*9.
Imol. conſ. 110. *in fin. Felin. in c. ex parte.
n.* 2. *de for. compet.* eum alijs per *Bertazol.
74 clauſ.*3. *gloſ.*1. *n.*4. † Et cum talia verba de-
notantia mortem ſint in fine poſita, debent
referri ad omnes tres præcedentes nomina-
tos, non autem ad ſolum patruum, quia cer-
tum eſt, quod etiã mater deceſſerat, cui ma-
gis conueniebant, quam patruo, vnde ad
omnes erit facienda relatio *l.* 1. *& ibi Iaſ.
n.*4. *C. de liber. præter. Bart. in l.*3. *§. filius.
n.*7. *ff. de liber. & poſth. Capic. decíſ.*108. *n.*9.
*Felin. in c. cauſam quæ. n.*4. *de reſcript.*

Stãte præſertim depoſitione Dominici teſtis, qui
clarè atteſtatur, quod talis apocha eſt facta
poſt mortem patris, qui licet ſit legatarius,
75 tamen eſt probatæ vitæ, † & valde ſenex, &
curialis, & bonæ conditionis, & famæ, itaut
probet, quando adeſt quæſtio, inter hæredem
ſcriptum, & venientes ab inteſtato, quidquid
aliud ſit quando ageretur inter ipſum lega-
tarium, & hæredem *Alex. conſ.*14. *n.*20. *lib.*6.
*poſt Gloſ. & Bart. in l. qui teſtamento. in
princ. ff. de teſtament. Abb. & alij in c. inſu-
per. de teſtib.* Cum præſertim fides talis te-
ſtis magis corroboretur ex alijs teſtibus,
76 qui licet non deponant † præcisè de tempo-
re, tamen præſumuntur eſſe etiam conteſtes
de eodem tempore *Aim.* in ſpecie *conſ.* 78.
*n.*9. *in princ. verſ. ideo quando teſtes non
deponunt. Alex. conſ.*146. *col.*4. *verſ. viſo er-
go. lib.*5. *poſt Innoc. in c. qualiter & quan-
do. vlt. col.* 2. *de accuſat. Bald. in l. de qui-
bus. col. antepenult. ff. de legib.*

Accedat, quod in teſtamento, de quo agimus,
teſtator expreſsè diſpoſuit, vt illud valeat
tanquam donatio inter viuos, vnde non po-
terit obijci talis nullitas, & licet in eo non
interuenerit præſentia donatarij, prout de
77 iure requiritur, † Tamen cum ſimus in locis
pijs, quibus fuit donatum, non eſt neceſſaria
talis præſentia, quia Deus recipit pro Ec-
cleſia, & loco pio abſente, & paſſim vnus &
idem actus poteſt eſſe contractus, & teſta-
mentum *l. pamonius. §. fin. ff. de acquir. hæ-
redit. l. ſi auia. C. de iur. deliber. Surd. conſ.*
382. *n.*10. *lib.* 3.

Neque

Digitized by Google

Neque obſtat, quod potius non reconualeſcat
huiuſmodi teſtamentum, iuxta opinionem
78 *Din. in* † *c. non firmatur.* 18. *n.*5. *de regul.*
iur. in 6. *Cephal. conſ.* 406. *in princ. lib.* 3.
Ludouic. concluſ. 161. *ampliat.* 10. & faciunt
multa ſimilla adducta per *Tiraq. in l. ſi vn-*
quam. in verb. ſuſceperit liberos. n. 196. *cum*
ſeq. C. de reuocan. donat. Quia intelligitur,
quando non apparet de perſeuerantia in ea-
dem voluntate, nam ſi de illa appareret te-
79 ſtamentum reconualidatur † *Caſtr. in d. l. ſi*
frater. n. 4. *C. qui teſtam. facer. poſſ. poſt*
Bart. in l. 1. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. iuxta *l. qui ex*
liberis meis. 11. *§. teſtamento. ff. de bonor.*
poſſeſſ. ſecund. tabul. cum alijs adductis *ſupr.*
n. 61. *vſque ad* 68.

Minus obſtat, quod ad probandam huiuſmodi
perſeuerantiam requirantur ſeptem teſtes
80 *Caſtr. in* † *l. filiusfamilias. n.* 2. *&* 3. *ff. de*
teſtament. Quia eius opinio non admittitur,
nam ſi requirerentur ſeptem teſtes, ageretur
ex confirmante, non ex confirmato, Vnde
ſufficient pauciores teſtes, qui probent in-
81 dicla perſeuerantiæ, † iſti enim facient re-
conualeſcere teſtamentum de æquitate præ-
toria, itaut in teſtamento inter liberos ſuf-
ficiant duo *Bald.* in ſpecie in *l. certum.* 5.
quæ eſt vlt. n. 23. *col. antepenult. poſt med.*
verſ. tertius caſus. & verſ. eſt quartus caſus.
82 *in fin. C. vnde legitim. & vnd. cognat.* † Qua-
re multò magis in pia cauſa, quæ præualet
fauori liberorum *Bald. in auth. ſi qua mu-*
lier. in 6. *notab. C. de ſacroſan. eccleſ. Iaſ. in*
l. licet. n. 5. *ad fin. C. de pact.* cum alijs latè
per *Magdalen. de numer. teſt. in teſtament.*
requiſ. par. 1. *c.* 12. *n.* 3. *&* 25. *& p.* 2. *c.* 3.
n. 48. Et quod duo teſtes ſufficiant concludit
Caſtr. in l. ſi frater patruelis. 4. *n.* 4. *in fin.*
C. qui teſtam. facer. poſſ.

Reprobatio doctrinæ *Bald. in l.* 1. *n.* 11. *q.* 6. *C.*
83 *de ſacroſan. eccleſ.* non ſubſiſtit, † Quia ni-
hil allegatur, quod contra eum aliquid fa-
ciat, & tamen ſufficeret illius auctoritas, à
qua non eſt noſtrum diſcedere, maximè quia
pro opinione ſua adeſt clarus *tex. in d. l. qui*
ex liberis. 11. *§. teſtamento facto. ff. de bonor.*
poſſeſſ. ſecund. tabul. ob cuius *tex.* diſpoſi-
tionem ita etiam concludunt *Ang. Socin.*
Bertrand. Aret. Tiraq. & alij ſuperius al-
legati. n. 61. *vſque ad* 65.

Quod ego contrarium ſcripſerim *diſceptat.* 79.
84 *n.* 11. *&* 20. nihil ad rem, † quia ſolum ibi
dixi, quod teſtamentum filijfamilias eſt nul-
lum, & non reconualeſcit propter exiſten-
tiam ſui iuris, Modo iſta concluſio per me
firmata declaratur, dummodo non conſtet
de perſeuerantia in eadem voluntate, quæ
facit, vt cenſeatur talem voluiſſe decedere
cum huiuſmodi teſtamento, quod dicetur
ex hoc conualidatum, & ſic cum huiuſmodi
diſtinctione ceſſat contrarietas, quæ propte-
85 rea exaduerſo non poterat allegari, & ita
etiam dicitur in *deciſ. Rot. coram R. P. D.*
Pamphilio Romana nullitatis teſtamenti. 12.
Ianuarij 1604. vbi concluditur non conſtare
de perſeuerantia, ideo non poterat dici con-
ualidatum teſtamentum, prout illa probata
86 daretur reconualidatio, † Itaut etiam perſe-
uerantia probetur ex coniecturis, & indicijs
Gloſ. in l. 1. *§. ſed ſi filiusfamilias. in verb.*
durauerit voluntas. ff. de legat. 3.

In huiuſmodi cauſa *Romana ſeu Recanaten. hæ-*
reditatis coram R. P. D. Caualerio. 19. *De-*
cembris 1621. concluſum fuit non conſtare
de tali voluntate Petri, quæ ſuffragetur lo-
87 cis pijs, ob illam rationem, † quia eramus
in teſtamento filijfamilias, quod de iure non
valet *l. ſenili. & l. penult. C. qui teſtam. fac.*
poſſ. l. qui in poteſtate. ff. eod. tit. inſtit. quib.
non eſt permiſſ. fac. teſtam. in princ. cum
alijs per *Clar. in §. teſtamentum. q.* 18. *Craſſ.*
eod. tit. q. 27. *n.* 1. *Cuman. in d. l. qui in*
poteſtate. in princ. & in l. tam is qui. §. 1.
n. 6. *verſ. tamen mihi. ff. de donat. cauſ. mort.*
vbi inter alias rationes dicitur euenire ex
eo, quia filiusfamilias exceptis caſtrenſibus,
non habet bona, de quibus poſſit diſponere,
itaut neque filiusfamilias de iure canonico
ſine patris conſenſu diſponere poſſit etiam
ad pias cauſas *d. c. licet. de ſepultur. in* 6.
Couar. in rubr. de teſtam. p. 3. *n.* 28. *Theſaur.*
deciſ. 150. *n.* 13.

Ad ſimile adductum de teſtamento vſurarij fuit
reſponſum non inferri ad caſum noſtrum,
88 cum illud ab initio † habeat implicitum ſta-
tum validitatis, & potius ſuſpenditur per
quandam conditionem præſtationis cautio-
nis de vſuris reſtituendis, qua præſtita
teſtamentum firmatur, Prout ad teſtamen-
tum filijfamilias ab initio nullum ex defectu
habilitatis perſonæ dixerunt, quod non po-
teſt valere, niſi ſuperueniente nouo conſen-
ſu legitimo, & tempore habili, & noua di-
ſpoſitione *Caſtr. in l. filiusfamilias. n.* 2. *&* 3.
de teſtam. Bald. in l. eam quam. n. 46. *&* 49. *C.*
de fideicommiſſ. Ideo tale teſtamentum mor-
tuo patre non reconualeſcit *§. præterea.*
inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. l. 1.
§. 1. *in fin. ff. de leg.* 3. cum ea, quæ ab initio
non valent, tractu temporis non conuale-
ſcant *l. quod ab initio. & l. pen. ff. de reg. iur.*
c. non firmatur. eod. tit. in 6. Maximè, quia
ad validitatem teſtamenti requiritur habili-
tas tempore quo conditur, & tempore mor-
tis *§. in extraneis. inſtitut. de rer. qualit.*
& different.

Neque dicebant obſtare, quod propter clauſu-
89 lam codicillarem teſtamentum Petri † vide-
batur reſolui in fideicommiſſum *Corn. conſ.*
158. *n.* 38. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 132. *n.* 20. *lib.* 2.
Ideo fideicommiſſum filijfamilias licet fa-
ctum tempore inhabili reconualeſcit, ſi ſu-
perueniat tempus habile *l.* 1. *§. ſed ſi filiusfa-*
milias. ff. de legat. 3. Quia requiritur, vt idem
filiusfamilias perſeueret in eadem volunta-
te, ceſſante patria poteſtate, de qua perſe-
ue-

Digitized by Google

ueranția debet conſtare per aliquod indi-
cium, ſeu iudicium, adeo vt non ſufficiat
taciturnitas, & tractus temporis, cum aga-
tur de validando actum nullum, ad quem
nouus conſenſus requiritur, quidquid ſecus
ſit, quando agitur de perſeuerantia in non
reuocando actum validum *Alber. in d. §. ſed
ſi filiusfamilias. ad fin. vbi Bart. n. 6. Bald.
in princ. Goffred. n. 2. Caſtr. n. 4.*

In caſu autem noſtro non videbatur probata
talis perſeuerantia, cum apocha teſtamenti
90 illi conformis eſſet ſine die, & anno, † itaut
non poſſit dici illam factam eſſe poſt mortem
patris, & tempore habili ad teſtandum, quia
ſi pater mortuus fuiſſet, debebant addi per
Petrum verba denotantia mortem, ſicuti ad-
didit, quando locutus eſt de patruo, vnde
tanquam probatio non concludat, non erat
admittenda *l. neque natales. C. de probationib.*
Quare potius apocha habita fuit pro ſimpli-
ci minuta faciendi teſtamentum.

Neque poterat coadiuuari dicta apocha ex de-
poſitione Condonati, cum ſit teſtis vnicus,
qui non probat *c. veniens. il 1. de teſtib.* Præ-
ſertim, quia habet intereſſe propter lega-
tum ſibi in eadem apocha relictum, quo
caſu nihil probat *l. nullus. ff. de teſtib. l. om-
nibus. C. eod. tit.*

Et licet pro tali perſeuerantia probanda addu-
cerentur alij teſtes, nihilominus dicebatur,
91 illos ſolum deponere, † quod Petrus dixit,
quod durantibus diſcordijs cum Bernardino
nolebat mutare teſtamentum, quæ verba
non probant per neceſſe, quod illud non mu-
tauerit, cum tamen requiratur probatio cō-
cludens, quod non reuocauerit, & quod vo-
luerit mori cum teſtamento iam facto, Ideo
nouæ voluntatis iudicium ex hoc non pote-
rit dici probatum *l. qui ex liberis. §. planè
ſi ſui iuris. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.
Bart. Bald. Alber. & Goffred. in d. §. ſed
ſi filiusfamilias.*

Quod autē magis mouit ad ita decidēdum, fuit
epiſtola Petri directa Alexandro Roberto,
ſcripta die 12. Martij 1614. paulò ante ipſius
92 mortem, † in qua aſſerit, ſe velle, quod filius
Bernardini fratris in ſuis bonis ſuccederet,
ex quibus videbatur elidi illa perſeuerantia,
quæ requirebatur ad reualidandum fidei-
commiſſum.

Hactenus deciſio, de cuius validitate iterum
erit diſcutiendū, prout ex benignitate Rotæ
paſſim conceditur reuiſio; Maximè, quia ex
multis ſuperius adductis, & hinc inde pro-
poſitis, poteſt facilè conſtare, quæ partium
meliora iura foueat, cum præſertim ratio
elicita ex dicta epiſtola non ſit tuta, quia de
ea nullibi in actis conſtat, Ideo tanquam
non producta nihil facit, & poſt reſolutio-
nem, quæ in huiuſmodi cauſa continget, om-
nia plenius, Deo dante, adducentur in ca-
pite particulari,

Obſeruandum eſt autem in prædictis, quod ſi
teſtamentum ab initio deficit propter defe-
ctum teſtantis, vt quia filiusfamilias, aut
ſeruus, non conualeſcit ex noua voluntate,
93 quamuis ceſſet impedimentum, † ſi videlicet
efficiatur ſui iuris, aut liber, ſecus autem
ſtante clauſula codicillari, tunc enim ſi ma-
numiſſi decedāt, fideicommiſſum videtur re-
lictum quaſi nunc datum, cum mors contin-
git, videlicet ſi durauerit voluntas poſt ma-
numiſſionem *l. 1. §. ſed ſi filiusfamilias. vbi
Bart. Alber. & Cuman. de legat. 3. & Gloſ.
ibid. in verb. durauerit voluntas.* dicit, quod
debet apparere per aliquod indicium *l. qui
ex liberis. 11. §. teſtamento. ff. de bonor. poſ-
94 ſeſſ. ſecund. tabul.* † vbi quod dans ſe in ar-
rogationem non poteſt teſtari, & illius te-
ſtamentum eſt inualidum, niſi effectus ſui
iuris, codicillis, aut alijs litteris declara-
uerit ſe velle mori eodem teſtamento, tunc
enim voluntas, quę defecerat, intelligitur re-
dijſſe iudicio recenti, nō ſecus ac ſi aliud te-
ſtamentū feciſſet *Bald. in d. l. 1. §. ſi filius. de
leg. 3.* vbi quod ſi quis fecit codicillos qua-
cumq; ratione inualidos, cōfirmantur remo-
ta cauſa impedimenti, nouo tamen interue-
95 niente iudicio confirmante, † ſecus in teſta-
mento, quia in codicillis ſpectatur tantū tē-
pus mortis, ſed in teſtamento tempus teſta-
menti, & tempus mortis *l. 1. §. exigit. & §. in
extraneis. de bon. poſſ. ſecund. tabul. l. ſi co-
gnatis. de reb. dub. l. ſi deportati. de legat. 3.*

Donatio autē cauſa mortis facta à filiofamilias
ſine cōſenſu patris valet, ſi poſtea pater con-
ſentiat, dūmodo appareat filium poſt patris
conſenſum perſeueraſſe in vltima voluntate,
96 quo caſu † requiruntur teſtes ad probandam
talem perſeuerantiam *Bened. in c. rainutius.
in verb. matrem. n. 51. de teſtam.* vbi quod
quamuis aliqui teneant contrarium, vt ſcili-
cet non poſſit conualidari actus ab initio in-
ualidus per conſenſum poſtea præſtitū à pa-
tre, Tamē perſeuerantia filij hoc operabitur
*Imol. in l. tam is qui. 25. in fin. n. 10. ff. de
donation. cauſa mort. fol.* 139. vbi etiam quod
requiruntur quinque teſtes ad probandum
indicia perſeuerātię voluntatis, vt per *Bart.
in l. 1. §. ſi filiusfam. ff de legat. 3.* ¶ *Bald.
in l. certum. 5. quæ eſt vlt. n. 23. col. ante-
penult. poſt med. verſ. tertius caſus. & verſ.
eſt quartus caſus. C. vnde legitim. & vnd.
97 cognat.* † vbi quod in teſtamento irrito, il-
lud reſurgit ipſo iure, reintegrato ſtatu, ſi
erant inſtituti hæredes legitimi, ſeu ab in-
teſtato ſucceſſuri in totum, vel in partem
*l. poſthumus. verſ. idem & circa. ff. de iniuſt.
teſtam.* Alias neceſſarium eſſet recens iudi-
cium *l. qui ex liberis. §. teſtamento. ff. de
bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ¶ Quando autem
teſtamentum conualuit nouo iudicio, vt in
caſu arrogati, iuxta *d. §. teſtamento.* tunc
nouum iudicium eſt probandum per quin-
que teſtes, ſi autem probaretur per ſeptem
teſtes ageretur ex confirmante, non ex con-
fir-

firmato, quia quando confirmanti virtuti ineſt totum eſſe rei, agitur ex confirmante *l. ſi quis priore. ff. ad trebellian. l. tribunus. §. fin. ff. de teſtam. milit.* ¶ Et nota, quod eſt differentia inter confirmare, & declarare, quia aliquid poteſt declarari coram duobus teſtibus, non confirmari *l. haredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam.* ¶ In confirmatione autem teſtamenti indicia probata quinque teſtibus faciũt teſtamentum valere de æquitate prætoria, non de ciuili rigore, quia quod de iure ciuili rumpitur pro nullo habetur, ideo hoc caſu eſt neceſſaria poſſeſſio ſecundum tabulas. ¶ In codicillis autem tam de iure ciuili, quàm prætorio ſufficiunt quinque teſtes *l. 1. §. ſi filiusfamilias. de legat. 3.* ¶ At inter liberos duo *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. ff. de teſtament.* Hæc *Bald.* vbi etiã ponit notabilem quæſtionem de Monacho, qui fecit teſtamentũ ante profeſſionẽ, & quia nõ inſtituit in aliquo monaſterium, dicũt quidam rumpi teſtamentũ,
98 modo pone, † quod Papa conceſſit ei teſtari de omnibus bonis collatis monaſterio, iſte non fecit nouum teſtamentum, ſed voluit primum remanere, certè potuit confirmare, quia poteſt de nouo ordinare, & non eſt dubium, quod Papa poteſt concedere Monacho licentiam teſtandi. *Hae Bald. ibid. n. 24.*
In codicillis etiam ſi dixit coram duobus videtur ſufficere quo ad probandam perſeueran-
99 tiam † *Caſtr. in l. ſi frater patruelis. 4. n. 4. in fin. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Pro confirmatione autem voluntatis inualidæ requiruntur quinque teſtes, ſed pro confirmanda voluntate valida obſcura ſufficiunt duo, ita in ſpecie confirmationis *Bart. in l. 1. n. 2. C. de codicill.* vbi quod eſt perpetuo notandum Alia ad materiam *Caſtr. in l. 1. C. de codicill. Turret. de effect. & defect. clauſ. codicill. quaſt. 65. fol. 155.*

E P I T O M E.

HAbens murum, ſeu ædificium, penes vicinum quando poſſit per eum cogi ad illius communicationem. ¶ Et quo caſu licitum ſit officere luminibus alterius. ¶ Et quid ſeruetur fauore religionis. ¶ Pro ampliatiatione viridarij monialiũ, quando eccleſia, vel laicus teneatur vendere rem ſuam. ¶ Et quæ debeant concurrere ad iſtum effectum. ¶ Intellectus *l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. public.* ¶ Dictio qualequale quid ſignificet. ¶ Damnum ſecundarium quando ſit conſiderandum. ¶ Hortus an veniat in venditione, ſeu in legato domus. ¶ Et quando dicatur paratus ob cauſam domus. ¶ Et an ſit res ruſtica, ſeu vrbana. ¶ Et an efficiatur feudalis, ſi domus erat talis. ¶ Lumen ex lateribus quando ſit ſpectandũ. ¶ Conditio prohibentis an ſit melior. ¶ Mutatio formæ communis ædificij quo caſu concedatur.

S V M M A R I V M.

1 *Communicatio muri, quæ eſt facienda cum vicino vigore ſtatuti, intelligitur, dummodo altius non tollatur in magnum illius praiudicium.*

2 *Habens communionem cum ædificio vicini non poteſt mutare formã ædificij cõmunis.*

3 *Melior eſt conditio prohibentis.*

4 *Vnicuique licet ædificare in ſuo, quamuis luminibus viſini officiat. Intellige, vt n. 5. & 11.*

6 *Fauor religionis facit, vt quis poſſit cogi ad rem ſuam vendendam, & multò magis ad illã cõmunicandam. Declara, vt n. 7. & 19.*

8 *Eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitia, & mater æquitatis.*

9 *Ampliatio monaſterij eſt concedenda cum multis circumſtantijs, & præſertim, ne magnum praiudicium vicino contingat in cogendo illum ad vendendum pro tali cauſa. & n. 10.*

12 *Intellectus* l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. public. *& n. 16.*

13 *Dictio qualequale quid ſignificet. & n. 14.*

15 *Damnum, etiam ſecundarium, nedum principale eſt conſiderandum cum agitur de præiudicio tertij.*

17 *Lumen ex lateribus an ſit ſpectandum, vel potius illud, quod eſt ante proſpectum domus. n. 18.*

20 *Obſeruantia debet attendi.*

21 *Priuilegiatus cum priuilegiato non vtitur priuilegio.*

22 *Vicinus poteſt cogi ad vendendum pro ampliatione viridarij monialium. Intellige vt n. 23. 24. & 25.*

26 *Eccleſia tenetur vendere alteri Eccleſia pro monaſterio conſtruendo, ſeu ampliando. Ampl.ia vt n. 27.*

28 *Vendita, ſeu legata domo, quando veniat viridarium.*

29 *Hortus quo caſu dicatur paratus ob cauſam domus.*

30 *Viridarium, quod cedit domo non efficitur feudale, quamuis domus eſſet feudalis.*

31 *Hortus an ſit res ruſtica, ſeu vrbana.*

C A P. DCCCXCVI.

COmmunicationem muri, de quo erat quæſtio, dicebã non poſſe concedi, Nam etiam in caſibus, in quibus tenetur aliquis communicare murũ cum vicino, intelligen-
1 dum eſt, † dummodo petens talem communionem vtatur muro communicato ad vſum deſtinatum, non autem quando, prout exaduerſo prætenditur, quis vult communicare murum vicini, & illum altius eleuare, vt eumdem vicinum in ſua domo ſepeliat, nedum illius luminibus officiat, quia nimis durum eſſet, vt quis ſuo iaculo pereat, ita in ſpecie *Alber. in l. altius. 8. ad med. verſ.*

ſed

Digitized by Google

ſed quid ſi laboraret. C. de ſeruitutib. & aqu.
2 vbi loquitur † in fortioribus terminis de
habente communionem cum ędificio vicini,
qui non poteſt mutare formam antiquam
ædificij communis, vnde multò magis, quan-
do, prout in caſu noſtro, non adeſt aliqua
communio, ſed petitur communicatio Ca-
poll. de ſeruitut. vrbanor. prædior. c. 36. n. 10.
verſ. ſeptimo quaro. fol. 102. & c. 39. n. 3. in
fin. verſ. ſeptimo fallit. fol. 114. Duen. reg. 33.
3 verſ. quinto fallit. fol. 20. † Ex quo enim
nunquam fuit ædificatum in ipſo pariete,
melior eſt conditio prohibentis tanquam
eius interſit non fieri l. ſabinus. 28. ff. com-
mun. diuidund. c. in re communi. 56. vbi Io.
Andr. & Din. n. 2. de regul. iur. in 6. l. qui-
dam biberus. 12. §. cum parietem. ff. de ſer-
uitutib. vrbanor. prædior.

Non obſtat Gail. obſeruat. 69. lib. 2. Quia nil
4 aliud concludit, † niſi quod vnicuique licet
ædificare in ſuo, quamuis luminibus vicini
officiat iuxta l. altius. 8. C. de ſeruitut. &
aqu. l. cum eo. 8. ff. de ſeruit. vrban. prædior.
ſed hic non eſt caſus noſter, cum prætenda-
tur exaduerſo tolli in altum murum, qui pe-
titur fieri communis, in quo vt dictum eſt,
5 non licet præiudicare † domino vltra vſum
deſtinatum Alber. in d. l. altius. ad med. C.
de ſeruitut.

Minus obſtat fauor religionis, propter quam
poteſt quis cogi ad vendendam rem ſuam,
6 vnde multò magis † ad cõmunicandum mu-
rum l. ſi quis ſepulcbrum. ff. de religioſ. &
ſumptib. funer. l. ſi plures. 41. l. ſunt perſo-
næ. 43. ff. eod. tit. Gloſ. in l. ſabinus. 28. ff.
comm. diuid. Quia procedit, dummodo vi-
cinus non patiatur magnum detrimentum,
7 vt dicitur in † d. l. ſi quis ſepulcbrum. verſ.
præſes etiam. vbi Alber. n. 2. Florian. n. 4.
Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 14. in fin. poſt
Gloſ. in l. reſcripta. in verb. non lædat. in fin.
C. de precib. imperator. offer. latè Rot. coram
Card. Sacrato. Roman. palatij. 16. Ianuarij
1612. quæ eſt deciſ. 372. n. 3. p. 1. in recent.

Cum enim Eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ, & mater
8 æquitatis † c. vnic. verſ. ſed diuerſum. de
alienat. feud. Ancbar. conſ. 49. n. 4. Magis per
Iudicem eſt conſiderandum huiuſmodi detri-
mentum, quod in caſu noſtro eſt maximum,
prout ex inſpectione loci conſtat, præſertim
quia penſiones iſtius domus deſeruiunt pro
collocandis puellis in monaſterium, ſeu nu-
bendis, quibus dantur dotes ex penſionibus
eiuſdem domus ad huiuſmodi vſum pium
relictis, itaut magis ſit conſideranda æqui-
9 tas, † ne propter ædificium prætenſum red-
datur dicta domus multum deteriorata, ideo
Iudex ſtrictè, & cum multis circumſtantijs
talem ampliationem monaſterij debet con-
cedere, vt latius dicitur in d. deciſ. 372. n. 2.
& 3. in recentior. & coram R.P.D. Manza-
nedo Ianuen. domorum. 15. Maij 1615. quæ
10 eſt deciſ. 676. n. 2. & 7. p. 1. in recent. † vbi
quod ad iſtum effectum ampliationis non
ſufficit neceſſitas monaſterij, & contiguitas
domus, cum etiam requiratur tertium, vt
non magnum præiudicium vicino contin-
gat, iuxta l. ſi quis ſepulcbrum. vbi Alber.
n. 2. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. cum alijs
ſupra allegatis. n. 7.

Quod etiam paſſim ſeruatur in ſimilibus caſi-
bus, in quibus licitum eſt quidem ædes al-
11 tius tollere, † ſed ita tamen agendum erit,
ne penitus vicinus damnificetur, cum ei tan-
tum ſit relinquendum quantum commode
ſufficiat ad habitandum Theſaur. deciſ. 216.
n. 4. iuxta l. binas ædes. 9. §. marcellus. in
fin. ff. de ſeruitutib. vrbanor. prædior.

Quo vero ad diſpoſitionem l. 2. §. meritò. ff. ne
quid in loc. public. non debent attendi, quæ
exaduerſo allegantur, quia in ea compræ-
henditur omne damnum, quod quis patitur,
12 ſiue ſit principaliter, † ſiue ſecundarium, &
occaſionale, Nam textus loquitur in proſpe-
ctu, ſiue aditu facto deteriore, ſeu anguſtio-
re, ex quo dicitur quis damnum pati amit-
tendo cõmodum, quod conſequebatur qua-
lequale ſit, ponderando illam dictionem qua-
13 lequale, † quæ ſignificat qualecumque dam-
num, vt ibi explicat Gloſ. quæ dictio eſt mul-
tum generalis, & comprehendit quodcum-
que damnum quomodocumque proueniat,
tàm reſpectu loci, quàm perſonæ, & tempo-
14 ris, itaut fiat extenſio † etiam ad caſus im-
proprios Rebuff. in l. creditorum. 11. col. 3.
ad med. verſ. qualitercumque. & verſ. qua-
liſcumque. vſque ad verſ. nonnunquam ad
tempus. ff. de verbor. ſignificat. poſt l as. conſ.
55. & 63. lib. 3. & conſ. 115. præſens conſul-
tatio. col. 7. verſ. quarto principaliter. lib. 4.

Immo cum agatur de iure tertij, & illius præ-
15 iudicio, verius eſt, † vt non ſolum ſit conſi-
derandum damnum, quod principaliter ſit,
ſed etiam quod ſecundariò, & in conſequen-
tiam venit Dec. in l. pecuniam. 36. col. 2. ad
fin. in 2. limitat. n. 6. poſt med. verſ. ſed re-
ſpondetur quod etiam conſideretur. ff. ſi cert.
petat. Et contra Gomeſ. exaduerſo allega-
tum in reg. de non tollend. iur. quæſit. q. 3.
tenet Mandoſ. eod. tit. q. 3. col. 1.

Quamuis hæc diſputatio non ſit neceſſaria, quia
16 non ſumus in damno ſecundario, † ſed prin-
cipali, cum ædificium non poſſit fieri in loco,
de quo agimus, niſi principaliter lædatur vi-
cinus in proſpectu, cum vnum non poſſit ſe-
parari ab alio, vt in ſimili Bart. in l. ambi-
tioſa. n. 19. ff. de decret. ab ordin. faciend.
Rip. in l. 1. n. 114. ff. ſolut. matrimon. latè
Magdal. de num. teſt. in teſtam. requiſ. c. 3.
n. 22. fol. 28. & c. 7. n. 19. fol. 72.

Neque obſtat, quod quàuis obſcuretur proſpe-
ctus à parte anteriori domus, tamen lumen
17 remanet à duobus lateribus, † Quia hoc eſt
contrarium ſitui domus, cum ædificium præ-
tendatur fieri ab vno latere verſus orientem,
& ab alio verſus meridiem, ex quo redditur
inutilis

inutilis proſpectus, cum ab alio latere ver-
ſus occaſum adſit fabrica Octauiani, itaut
nullum lumen remaneat, vt ex viſione loci
conſtitit, Quamuis neque iſtud lumen ex la-
teribus, ſi adeſſet, aliquid faceret, cum ſpe-
ctetur ſolum illud, quod eſt ante domum,
18 ex quo redditur luminoſus proſpectus, † quę
ſufficit in aliquo deteriorari, vt damnum re-
ficiatur, vnde multò magis ſi dãnum ſit ma-
gnum *l. 2. §. meritò. ff. ne quid. in loc. public.*
Et ſemper remanet firma diſpoſitio *l. ſi quis ſe-
pulchrum. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*
vbi conceditur Eccleſiæ vicinum cogere ad
19 vendendum, † dummodo ei non inferatur
magnum detrimentum iuxta *deciſ. Rot. 372.
n. 3. p. 1. in recent. Couar. lib. 3. var. reſolut.
c. 14. in fin.* vt dictum eſt *ſupr. n. 7.*
Et paſſim ita ſemper fuit ſeruatum, vt reſar-
ciatur damnum ex obſcuratione luminum
20 proueniens, † à qua obſeruantia non eſt re-
cedendum *c. contingit. de tranſact. Aim. conſ.
42. n. 4. & conſ. 151. n. 30.* Maximè, quia
21 agitur hinc inde inter loca pia, † itaut pri-
uilegiatus an poſſit vti priuilegio contra
priuilegiatum *Bart. in l. ſed & milites. in
princ. ff. de excuſat. tut. Marſil. ſing. 99. n. 1.
Alex. in l. ſiue apud. ff. de minor. Felin. in
c. cum pro cauſis. in princ. de ſentent. excom-
municat.* Cum etiam ſimus in caſu amplia-
tionis viridarij, quod non eſt ita neceſſariũ,
22 vt vicinus tam grauiter lædatur, † Quamuis
alias pro tali ampliatione eſſet licitum co-
gere vicinum, ſicut pro ampliando monaſte-
rio *Scot. conſ. 3. n. 20. lib. 7. tom. 2. Giurb. de-
ciſ. 86. n. 8. poſt med. Coſt. de remed. ſubſi-
23 diar. remed. 76. n. 9.* † Tamen ad hunc effe-
ctum ſunt probanda requiſita adducta per
Rotam in deciſionibus, de quibus *ſupr. n. 9.*
& latè per *Giurb. deciſ. 86. n. 9. vſque ad 15.*
vbi etiã quod omnia iſta ex bono, & æquo,
non autem ex iuris rigore ſunt decidenda,
24 itaut etiam † vltra pretium ſit reficiendum
damnum *Theſaur. q. 64. n. 11.* Cum etiam
ſit conſiderandum, ne viridariũ monialium
25 ſit multum patens, † nam alias eſſet in angu-
ſtiores fines concludendum, itaut hortus il-
larum non excedat cẽtum cubitos ob multa
clauſuræ violandæ pericula, & quod horti
ſint tales, in quibus olera, herbæ medicæ, &
coquinariæ, non voluptarię ferantur, vt ſta-
tuit *S. Carol. in actis eccleſ. mediolan. ſub
concil. prouinc. 4. fol. 192. & in inſtructione
fabr. eccleſ. fol. 599.*
Quæ etiam procedunt, quamuis ſimus in re-
bus eccleſiarum, cum illæ teneantur vendere
26 monaſterijs † pro dictis cauſis ampliationis,
conſtructionis, & ſimilium, vt per *Giurb. de-
ciſ. 86. n. 15. & 16.* tanquam ſimus in fauo-
rabilibus, vt per *Rot. deciſ. 676. par. 1. in
recentiorib.* vbi loquitur de eccleſia, quæ
27 tenetur vendere alteri eccleſiæ, † itaut li-
cita ſit huiuſmodi coactio, etiam pro am-
pliatione viæ publicæ tendentis ad portam
lateralem eccleſiæ, cum vltra decorem adſit
etiam maior commoditas pro ingreſſu ad
eccleſiam, prout reſoluit *Rot. coram R.P.D.
Manzanedo Romana demolitionis domus,
qua eſt deciſ. 312. p. 1. in recentior.*
Quæ autem dicuntur de venditione domus,
quod in ea veniat viridarium, non faciunt ad
caſum prædictum coactionis ad vendendum
28 pro ampliationè viridarij, † quia multa de-
bent concurrere, quod legata, ſeu vendita
domo veniat hortus, ſeu viridarium, de qui-
bus *Cæpoll. de ſeruitut. vrbanor. prædior.
c. 76. n. 2. & 3. tom. 6. p. 2. fol. 207. Ioan. Lecir.
de primogen. q. 4. lib. 2. n. 7. & 8. tom. 10. p. 1.
fol. 46. Albert. Brun. de augum. concluſ. 15.
princip. n. 16. tom. 17. fol. 375. Vrſill. ad Affl.
deciſ. 223. n. 1. & 2. fol. 291.* latiſſimè *Gulielm.
Benedic. in c. rainutius. in verb. & hortum.
29 n. 1. vſque ad 18. de teſtam.* † vbi etiam ple-
nè quando viridarium cenſeatur paratum
ob cauſam domus, præſertim ſi emptum
eſſet, vt redderet domum amœniorem, vel
ſalubriorem *Io. Lecir. d. quæſt. 4. n. 7.* iuxta
*l. prædijs. §. penult. & vlt. ff. de legat. 3. Bart.
in l. ſi mercedem. §. ſi eum fundum. ff. de act.
empt. l. olimpico. in princ. ff. de ſeruitut. vr-
banor. prædior. Bald. in l. 2. C. de bonis va-
cant. lib. 10. Iaſ. in l. fin. ff. de conſtit. pecun.*
vbi etiam de ſtabulo *Anchar. conſ. 293. ſuper
pluribus. col. 1.* iuxta *l. arbor qua. §. de ve-
ſtibulo. ff. comm. diuid. Schrader. de feud.
p. 3. c. 4. n. 8. in fin. & n. 30. verſ. denique.
tom. 1. fol. 56.*
Et quando hortus aſſumat qualitatem domus,
cui vnitur, & cædit *Benedic. in d. verb. hortũ.
30 n. 16.* † vbi, quod ſi domus erat feudalis, vel
cenſualis, non tamẽ hortus erit talis, ſi prius
erat allodialis, immo remanebit liber ab
omni cenſu *Bald. in l. 1. q. 6. ff. de rer. diuiſ.
Fab. & Ang. in §. ſi cui. inſtit. de legat. Ro-
ſental. de feud. c. 10. concl. 43. n. 28. vſq; ad 31.
Menoch. conſ. 395. n. 29. lib. 4. Burſati. conſ. 41.
n. 5. & 6. Bero. q. 46. Ludouic. deciſ. peruſi-
na. 24. n. 17. Piſtor. q. 42. n. 39. cum ſeq. p. 2.
lib. 2. Tiraq. de retract. lignagier. §. 32. gloſ. 1.
n. 77. Schoner. diſput. feudal. 11. theſ. 64.*
31 Prout neque debet attendi † an viridarium
ſit res ruſtica, itaut trahat vrbanum, de quo
per *Affl. deciſ. 223. n. 2.* quia ex ſupradictis
patet quando pro ampliatione viridarij poſ-
ſit quis cogi ad vendendum, ideo ſiue ſit ru-
ſticum, ſiue vrbanum non pertinet ad quæ-
ſtionem noſtram, de quibus etiam *Capoll. de
ſeruitut. vrbanor. prædior. c. 11. n. 4. tom. 6.
par. 2. fol. 180.*

E P I T O M E.

IMmixtio pecuniarum quando faciat ceſ-
ſare hypothecam. ¶ Et quid ſi accipian-
tur pro ſolutione rerum emptarum quomo-
do ſit præſumenda illarum identitas. ¶ Et
ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant conie-
cturæ.

Digitized by Google

ctūræ. ¶ Actus correſpectiui qui dicantur. ¶ Et an conſiderentur poſt perfectionem rei geſtæ. ¶ Et quam probationem requirant. ¶ Et quid operetur vicinitas actuum, & breuitas temporis. ¶ Et an ſit neceſſe, quod ſint facti eodem loco, & die, & corā eiſdem teſtibus. ¶ Hypotheca reſeruata in mercibus, grege, grano, vino, oleo, rebus venalibus, & mobilibus an remaneat in illis, quæ eorum loco ſubrogantur. ¶ Multiplicatio pecuniarum an præſumatur, ſi adſit aliqua diuerſitas ſummarum.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotheca, & identitas ceſſat ſtante immixtione pecuniarum receptarum per creditorem eum ſuis pecunijs.*
2 *Actus correſpectiui quales dicantur.*
3 *Aſſertio ſoluentis, quod ſoluerit de pecunijs alicuius, non præiudicat alijs creditoribus poſt actum abſolutum.*
4 *Correſpectiuitas non conſideratur amplius poſt contractum perfectum.*
5 *Identitas pecuniarum eſt probanda, vt præiudicet alijs creditoribus.*
6 *Præſumptio conſumptionis bonorum hoſpitij, quando præſumatur.*
7 *Limitata cauſa limitatum producit effectū.*
8 *In vino, grano, mercibus, & ſimilibus eſt probanda identitas ad hoc, vt habeat locum hypotheca.*
9 *Identitas probatur etiam ex coniecturis, & quales debeant eſſe. n. 12.*
10 *Pecuniæ acceptæ pro ſolutione rerum emptarum quando faciant præſumere identitatem dictarum pecuniarum.*
11 *Vicinitas actuum, & breuitas temporis inducit præſumptionem, quod ſit facta ſolutio de pecunia paulò ante accepta.*
13 *Correſpectiuitas contractuum quomodo probetur, quamuis non ſint facti eodem loco, & tempore, & coram eiſdem teſtibus. & n. 14.*
15 *Multiplicatio pecuniarum non præſumitur, quamuis adſit diuerſitas ſummarum.*
16 *Hypotheca reſeruata in mercibus, & rebus venalibus remanet in illis, quæ eius loco ſubrogantur. Idem in grege, grano, vino, oleo, & alijs mobilibus. n. 17. & 18.*

C A P. DCCCXCVII.

PEcuniæ, de quibus agimus, ſunt conſignandæ Appaltatoribus Dohanæ, quia non conſtat, quod ſint illæmet, quæ fuerunt datæ ad ſocietatem ad effectum, vt Petrus Aduerſarius potuerit reportare ceſſionem iurium Lucatelli, tanquam ſolutio ſit illi facta ex proprijs pecunijs eiuſdem Petri, cum in inſtrumento appareat, quod Lucatellus 12. Ianuarij habuit ſcuta quingenta à Barono ad computum pretij maſſaritiarum venditarū;
1 vnde dicetur facta ex alis pecunia, † vel quod
per immixtionem ſint effectæ ipſius Baroni
recipientis, poſt quarum immixtionem ceſſauit hypotheca, & identitas *l. ſi alieni nummi. ff. de ſolutionib. Ang. in l. ſingularia. col. 7. vbi Iaſ. n. 13. Dec. n. 6. Curt. Iun. n. 19. & 20. ff. ſi cert. petat. Surd. conſ 4. n. 10. vſque ad 17. lib. 1. & conſ. 528. n. 19 vſque ad 32. lib. 4. Rot. coram R. P. D. Coccino.* de qua poſt *tractat. Cencij de cenſib. deciſ. 187. n. 2. & 3.*

Neque obſtat prætenſa correſpectiuitas contractuum, Quia ſolutio fuit facta in ſumma
ſcutorum quingentorum diuerſa à ſocietate
2 conſiſtente in ſcutis tercentum, † & coram
diuerſis teſtibus, & loco, & in diuerſa ſcriptura, vnde nō poſſunt dici huiuſmodi actus correſpectiui, nam vt dicantur tales, requiritur, quod ſint celebrati vnico cōtextu coram eodem notario, & eadem die, & eodem loco, & corā eiſdem teſtibus, itaut vno ex illis deficientibus, ceſſet correſpectiuitas *Bald. in l. petens. n. 49. C. de pact. Alex. conſ. 90. n. 8. lib. 3. Socin. conſ. 173. n. 4. lib. 2. Decian conſ. 32. n. 114. lib. 2. Aim. conſ. 298. n. 13. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb. donatione largitus. n. 103. C. de reuocand. donationib. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 2. tit. 3. n. 20. & lib. 3. tit. 15. n. 47. & 50. Rot. deciſ. 272. n. 6. p 4. diuerſ.*

Ceſſante igitur correſpectiuitate contractuum,
aſſertio Baroni, quod ſoluerit de eiſdem pe-
3 cunijs habitis à Petro, † non poteſt præiudi-
care alijs creditoribus, quibus poſt actum
abſolutum fuit ſtatim ius quæſitū quidquid
aliud ſit ante illius perfectionem *l. contra-
ctus. vbi Bart. n. 4. C. de fid. inſtrumentor.
Alex. in l. in bonæ fidei. n. 17. C. de pact.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 3. tit. 15. n. 47. Rot. deciſ. 272. n. 6.
4 par. 4. diuerſ.* † vbi etiam quod poſt abſolu-
tum contractum non conſideratur amplius
correſpectiuitas *Corn. conſ 36. n. 14. cum ſeq.
lib. 2. Bald. in l. petens. n. 49. C. de pact. Dec.
conſ. 244. in cauſa quæ iamdiu agitata. n. 5.
col. 3. poſt med.*

Erat igitur probanda identitas pecuniarum,
5 ad hoc, vt talis aſſertio valeat, † nam alias
illa non probata, non præiudicat *Bart. &
Imol. in l. is qui reus. ff. de public. iudic.
Bertrand. conſ. 18. n. 15. lib. 7. Aim. conſ. 112.
n. 3. Roland. conſ. 67. n. 4. lib. 2. Surd. conſ. 11.
n. 101. & conſ. 44. n. 3. lib. 1. & conſ. 61. n.
14. eod. lib.*

Et non ſolum iſta probatio identitatis reſpicit
pecunias, ſed etiam concernit maſſaritias
vltimo loco venditas ad inſtantiam Doha-
næ, nam erat probandum, quod ſint illæmet,
quæ fuerunt venditæ per Lucatellum, præ-
ſertim quia à die venditionis 2. Decembris
1619. vſque ad ſubhaſtationem factam de
6 anno 1623. fuit lapſum multū tempus, † quod
facit præſumptionem conſumptionis huiuſ-

modi bonorum vna cum vino, & alijs ſuper
quibus prætenditur fuiſſe reſeruatum domi-
nium, nã vinum minutatim venditur in ho-
ſpitio, & bona ibidem exiſtentia ad illius
vſum ſtatim cõſumuntur, vnde cũ reſeruatio
dominij ſit facta ſuper rebus deſcriptis in
inuentario, non eſt trahẽda ad alias res, quæ
7 in eo continentur, † tanquam limitata cauſa
limitatum produceat effectum l. in agris. ff. de
acquir. rer. domin. Surd. conſ. 10. n. 49. lib. 1.
Et quod in vino, grano, mercibus, maſſari-
tijs, & ſimilibus ſit probanda identitas ad
8 effectum huiuſmodi hypothecæ, † latè fuit
deciſum per Rot. coram R.P.D. Orano Ro-
mana grani. 28. Februarij 1595. impreſſa
poſt tractat. de Saluian. interd. deciſ. 127.
n. 1. vſque ad 6.

Hæc licet multum faciant pro Dohanerijs, Ta-
men ne in litibus immoremur, obſeruandum
9 eſt, † quod contra eos videtur probata iden-
titas, quæ etiam ex coniecturis poteſt pro-
bari Ang. in l. ſi annis. C. de pact. Dec. conſ.
109. pro tenui. col. 1. ad med. Affl. deciſ. 23. n. 3.
poſt Bald. conſ. 267. lib. 2. Pariſ. conſ. 104.
n. 22. vſque ad 26. lib. 1. Cephal. conſ. 98. n. 20.
& conſ. 170. n. 25. Rot. deciſ. 407. n. 3. ad med.
p. 2. in recentior. Maſcard. concluſ. 874. n. 6.
Menoch. conſ. 21. n. 33. & conſ. 202. n. 100.
Surd. deciſ. 56. n. 12.

Coniecturæ autem adſunt in caſu noſtro, quia
fuerunt pecuniæ acceptæ ad ſocietatem ad
10 effectum, † vt illæ ſoluerentur Lucatello pro
rebus hoſpitij per eum venditis, itaut ex hu-
iuſmodi cauſa præſumenda ſit identitas pe-
cuniarum Alex. conſ. 84. n. 4. lib. 7. Socin. conſ.
129. n. 5. & 10. lib. 4. Aim. conſ. 198. n. 2. Card.
Seraph. deciſ. 1093. n. 1. Maximè ſtante vici-
11 nitate actuum, † & breuitate temporis, &
modico illius interuallo, cum eadem die, &
coram eodem notario fuerit facta ſolutio,
quibus concurrentibus præſumitur ſolutum
ex pecunia paulò ante recepta l. ſi ventri.
§. vlt. in fin. vbi Bart. & Rip. n. 10. ff. de
priuileg. creditor. Idem Bart. in l. vlt. §. &
ſi præfatam. in fin. vbi Caſtr. in §. in com-
putatione. n. 4. col. 2. poſt med. C. de iur. delib.
Ang. in l. fin. C. de pignorib. cum alijs per
Surd. qui multa ſimilia adducit deciſ. 55. n. 6.
vſque ad 12. Card. Seraph. deciſ. 1093. n. 2.

Adeſt etiam veriſimilitudo, nam ſatis eſt con-
ſonum veritati, vt cum Baronus acceperit
huiuſmodi pecunias ad ſocietatem cum ex-
12 preſſione, quod accipiebantur † ad effectum
ſoluendi pretium bonorum emptorum à Lu-
catello, quod verè poſtea illas eidem ſolue-
rint, prout etiam quod dans dictas pecunias
procurauerit ſolutionem eſſe faciendam in
talem cauſam pro ſua cautela cum ceſſione
iurium hypothecæ, & dominij per Lucatel-
lum reſeruati, præſertim quia ſumus in ſum-
ma non modica, in qua magis iſta cautela
erat requirenda, quibus concurrentibus ma-
gis præſumitur identitas, prout in ſpecie
voluit Rot. per Card. Seraph. deciſ. 1092. n. 4.

Non obſtat, quod contractus non fuerint facti
13 eodem loco, & corã eiſdem teſtibus, † Quia
non ex hoc tollitur correſpectiuitas, cum
ad effectum cognoſcendi, quando illa adſit,
vel non adſit, ſufficiant coniecturæ Corn. conſ.
349. lib. 1. & conſ. 283. n. 2. & 10. lib. 4. Card.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 3.
tit. 15. n. 50. in fin. & lib. 2. tit. 3. n. 20. ad med.
Et ſatis eſt, quod ſtante vicinitate actuum,
identitate cauſæ, & perſonarum, & veriſimi-
litudine cautelæ, & confeſſione partium de
eiſdem pecunijs acceptis, & erogatis in cau-
14 ſam receptam, † & alijs coniecturis ſupra
narratis, dicatur probata correſpectiuitas,
& identitas, prout ad iſtum effectum illæ ſuf-
ficiunt, vt latè per Card. Seraph. deciſ. 1093.
n. 1. vſque ad 8. Aim. conſ. 53. n. 8. & 9. Iaſ.
conſ. 70. n. 2. & conſ. 71. n. 1. lib. 1. Menoch.
de arbitrar. caſ. 213. n. 4. & præſumpt. 49. n. 4.
lib. 3. Alex. conſ. 53. in fin. lib. 2. & conſ. 25.
eod. lib. Dec. in l. petens. n. 3. C. de pact. Al-
ciat. præſumpt. 24. n. 2. & 6. regul. 3.

Nec facit diuerſitas ſummæ, Quia cum in con-
uentione, & ſocietate facta, fuerit expreſſa
cauſa pro ſoluendo pretio rerum emptarum,
15 & eadem cauſa † contineatur in ſcriptura
ſolutionis, præſumitur identitas, & non mul-
tiplicatio pecuniarum, non obſtante diuerſi-
tate ſummæ Alex. conſ. 84. n. 4. lib. 7. iuxta
l. libertis quos. in princ. ff. de alim. & cibar.
legat. Bart. in l. triticum. ff. de verbor. obli-
gationib. & in l. quinquaginta. ff. de proba-
tionib. Aim. conſ. 198. n. 2. ante med. verſ.
neque obſtat quod negauerat. Maſcard. con-
cluſ. 876. in fin.

Minus obſtat, quod hypotheca fuerit reſeruata
ſuper bonis venditis, & inuentariatis, ideo
non debet extendi ad alia non compræhenſa
16 in inuentario; † Quia cum ſimus in mercibus,
& rebus venalibus tabernæ, & hoſpitij, hypo-
theca ſuper eis reſeruata cõpræhendit etiam
merces venales, itaut licet extinguatur ſuper
mercibus venditis, remaneat tamen in illis,
quæ eius loco ſubrogantur Bart. in l. ſi con-
ſtante. n. 73. vbi Alex. n. 27. Crot. in 1. lectur.
n. 81. cum ſeq. ff. ſolut. matrim. vbi quod iſta
eſt veriſſima opinio Salic. in l. vbi adhuc.
n. 12. vbi Bald. n. 19. verſ. magis videtur. C.
de iur. dot. Idem Bald. in rubr. C. de verbor.
ſignific. n. 4. in fin. & in l. cum tabernam.
in princ. verſ. item nota. ff. de pignorib. Rip.
in l. 1. n. 8. ff. eod. tit. Iaſ. qui de communi
in l. qui roma. §. callimachus. n. 5. ff. de
verbor. obligationib. Calcan. conſ. 15. n. 16.
Pariſ. conſ. 64. n. 4. lib. 4. Couar. lib. 2. variar.
reſolut. c. 5. n. 2. Put. deciſ. 297. n. 1. & 2. lib. 2.
Rot. coram R. P. D. Gypſio Romana pecu-
dum. 24. Aprilis 1598. impreſſa poſt tractat.
Pacif. de Saluian. deciſ. 125. & coram Card.
Millino in eadem cauſa. 24. Maij 1600. im-
17 preſs. ibid. deciſ. 126. † vbi etiam ampliatur
in grege Card. Seraph. deciſ. 1415. n. 4. vbi
lo-

loquitur in grano *Neguſ. de pignor.membr. 1. p.8. n.52.* vbi de vino, & oleo,& ſimilibus, in quibus hypotheca extenditur etiã ad eius incrementum *Pacific. de Saluian. interdict.*
18 *inſpect.3. c.2.n.184.* † vbi etiam de alijs mobilibus, iuxta *deciſ.* 81. *ibid.* impreſſam *coram Card. Sacrato Romana legatorum de columna. 27. Ianuarij* 1614. *Card. Mantic.* qui omnibus contrarijs reſpondet *de tacit. & ambig. conuentionib. lib.11. tit. 4. n. 36. vſque ad* 38.

EPITOME.

Tabernarij an ſint ſolum illi, qui recipiunt comedentes, non qui hoſpitantur. ¶ Et an ſint idem, quod hoſpites, & Albergatores. ¶ Monaſteria, Eccleſiæ, profeſſores artium, & Doctores legum, eorumque vxores an eximantur ab hoſpitio, ſeu albergo. ¶ Triclinia, ſeu hoſpitiola, ſeu cubicula, vel hoſpitalia, quæ antiquitus dicerentur. ¶ Sententia lata diebus feſtiuis an ſit valida de conſenſu partium. ¶ Defectus citationis an poſſit ſuppleri. ¶ Mandatum de manutenendo an debeat concedi habenti aſſiſtentiam iuris etiam non docto de poſſeſſione. ¶ Sententia an ſit reuocata, ſi in ſubſtantia vna contradicit alteri. ¶ Terminus pro ſeruato quando ſit attendendus, vt ſententia non dicatur nulla defectu citationis. ¶ Exceptio trium conformium quando poſſit retardari. ¶ De hoſpitalitate, & eius laudibus. ¶ Et quo loco ponendus ſit hoſpes. ¶ Mercatorum nomine an veniant tabernarij, nautæ, caupones, & ſtabularij. ¶ Habens hoſpitium in aliquo loco an poſſit prohibere, ne aliud ibi vicinum conſtruatur.

SVMMARIVM.

1 *Executio trium conformium non retardatur reiecta quacumque oppoſitione nullitatis, & appellationis. & n. 5.*
2 *Tabernarij ſunt illi, qui recipiunt comedentes, non qui hoſpitantur. Contrarium.n.3.*
4 *Hoſpitium dicitur etiam domus, in qua ſit taberna.*
6 *Albergator, & Hoſpes idem ſunt.*
7 *Eccleſia, & Monaſteria eximuntur ab hoſpitio, ſeu albergo.*
8 *Profeſſores artium, & Doctores legum ſunt immunes ab hoſpitum ſuſceptione, prout etiam ipſorum vxores.*
9 *Hoſpes dicitur tam qui recipit, quàm qui recipitur.*
10 *Hoſpitis recipiendi munus patrimonij fuit.*
11 *Hoſpitiola, ſeu triclinia, ſeu cubicula dicebantur antiquitus etiam hoſpitalia, quibus aduenientes hoſpites recipiebantur.*
12 *Hoſpitium frequenter pro amicitia ponitur.*
13 *Sententia eſt notorie nulla, ſi feratur diebus feſtiuis, quibus ſuſpenditur iuriſdictio, & exercitium iudicis, neque eis poteſt renunciari.*
14 *Terminus pro ſeruato quando attendatur, vt ſententia non poſſit dici nulla defectu citationis.*
15 *Citatio non poteſt omitti, quamuis iudex haberet abſolutam, & liberam poteſtatem, nec talis defectus ſuppletur ab ipſo Principe. n. 16.*
17 *Sententia dicitur reuocata, quando in ſubſtantia vna contradicit alteri.*
18 *Mandatum de manutenendo conceditur habenti aſſiſtentiam iuris, etiam non docto de poſſeſſione.*
19 *Petitorium quando abſorbeat poſſeſſorium.*
20 *De hoſpitalitate multa relatiuè, & de eius neceſſitate, & laudibus. n.23.*
21 *Hoſpes quo loco ſit ponendus.*
22 *Hoſpites, nautæ, caupones, & ſtabularij an veniant nomine mercatorum.*
24 *Milites, & officiales, quæ debeant habere ab hoſpitibus. & n.25.*
26 *Habens hoſpitium in aliquo loco an poſſit prohibere ne aliud ibi vicinum conſtruatur.*

CAP. DCCCXCVIII.

Moderationi prætenſæ inhibitionis breuiter dixi non eſſe locum, cum Albergatores Burgi habeant tres ſententias pro eorum libertate, & exemptione ab Albergatoribus Vrbis, quarum duæ ſolum ſufficerent, vt habeant vim trium conformium,
1 iuxta *Statut.Vrb.lib.1. c.180. fol.*410.† Itaut illarum executio non poſſit retardari reiecta quacumque oppoſitione nullitatis, appellationis, ſupplicationis, reſtitutionis, ac ſimilium *clem. 1. de re iudicat. Socin. conſ.* 158. *in princ. lib.* 1. cum alijs per *Theſaur. deciſ.* 122. & 181.

Non obſtat, quod ſententia prima Angelini de anno 1543. fit ſolum ad fauorem Tabernariorum Burgi contra Tabernarios Vrbis, quę
2 non afficit Albergatores, † tanquam Tabernarij ſint illi, qui recipiunt comedentes, non qui hoſpitantur *Gloſ. in clem. 1. in verb. tabernariorum. vbi Cardin. col. 1. de vit. & honeſt. clericor. Menoch.conſ.798.n.33.lib.8.* iuxta *l.palam. 43.in princ. ff.de rit.nuptiar.*
3 Quia omiſſo, † quod iſta nomina caupones, tabernarij, diuerſores, hoſpites, & ſimiles confunduntur, vt per *Rebuff. in tract. de hoſpitib. tom. 2. fol.* 275. *Carpan. ſuper con-*
4 *ſuetud. Mediol. c.434. n.37.* † vbi quod Hoſpitium dicitur etiam domus, in qua ſit taberna *l.1. §. habitare. ff. de his qui deiecer. vel effuder.* & quod hoſpes, & Tabernarius pro eodem ponantur *Idem Carpan. c.* 197. *in verb.hoſpes. p.2. Bertach.in verb. hoſpes.il* 1. & multa de taberna, & tabernarijs *Rebuff.in l.taberna. 183.ff. de verb. ſignific. fol.* 827. ¶ Reſpondetur, quod ſatis eſt adeſſe duas ſententias Scappæ 1578. & Gambitelli 1593.

Digitized by Google

in quibus eximuntur tàm albergatores,
quàm tabernarij Burgi ab albergatoribus
5 Vrbis, † quæ duæ ſententiæ habent vim
trium, vt dictum eſt ex ſtatuto Vrbis, Quare
nulla exceptio contra eas admittetur in
quacumque cauſa ſimus Imol. in clem. 1. col.
4. vbi Card. q. 2. de re iudic. Gabr. concl. 1.
col. 1. n. 2. & 3. de execut. rei iudicat.

Nec facit, quod ſententiæ loquantur de hoſpi-
6 tibus, non autem de albergatoribus, † Quia
idem eſt albergator, & hoſpes Durand. de
mod. general. concil. celebr. rubr. 66. de im-
munit. eccleſ. n. 4. tom. 13. p. 1. fol. 170. vbi
quod hoſpitium, ſeu albergum non debent
7 pati Monaſteria, & Eccleſiæ, † quæ ab eo
ſunt exemptæ c. 1. de immunit. eccleſ. l. 1. in
fin. C. de epiſcop. & cleric. Gregor. Tholoſ.
ſyntagm. iur. lib. 18. c. 20. n. 11. ad med. &
de Republ. lib. 13. c. 20. n. 1. fol. 985. & lib. 18.
8 c. 7. n. 7. fol. 1236. † vbi etiam de profeſſori-
bus artium, & Doctoribus legum, qui ſunt
immunes ab huiuſmodi hoſpitum ſuſceptio-
ne, prout etiam eorum vxores, iuxta l. fin.
§. vlt. de muner. & honorib. l. archiatros. C.
de metat. lib. 10. c. 2. de priuileg. in 6. c. fin.
de magiſtr. c. 2. de præbend.

Et talis differentia non eſt facienda cum hoſpes
9 dicatur qui recipit, † & qui recipitur Gloſ.
in l. 1. §. magiſtrum. in verb. vel vectoribus.
in fin. ff. de exercitor. action. Alber. in
verb. hoſpes. in princ. Vnde illud Ouid. 1.
Metam. Non hoſpes ab hoſpite tutus, loco
10 Vall. lib. 4. † Quare hoſpitis recipiendi mu-
nus patrimonij fuit l. 3. §. eos. & l. vlt. §. fin.
ff. de muner. & honorib. l. his oneribus. 10.
§. angariorum. de vacat. muner. l. ſi duas. 6.
de excuſat. tut. l. 3. C. de munerib. patrimo-
nialib. lib. 10. Prateius in lexic. in verb. ho-
ſpitis. Gregor. Tholoſ. ſyntagm. iur. lib. 18.
c. 20. n. 2. in fin.

Vnde etiam hoſpitiola, de quibus in l. ſi vero.
5. poſt princ. ff. de his qui deiecer. vel effuder.
11 Habebant enim veteres propria † quædam
triclinia, ſeu cubicula, quibus aduenientes
hoſpites recipiebant, quæ hoſpitalia dice-
bantur Vitruu. lib. 6. c. 10. Cum etiam ho-
ſpitium antiquis eſſet domus, quæ gratis li-
12 beraliterq. venienti hoſpiti patebat, † vnde
frequenter pro amicitia ponitur Prateius
in lexic. iur. in verb. hoſpitium. fol. 200.
Spiegel. etiam in verb. hoſpitium. fol. 239. Et
multa de hoſpitijs, & iure hoſpitandi Bud.
in annotat. in pandect. in tract. de captiu. &
poſtlim. reuerſ. fol. 164. Et latius Idem Bud.
in l. ſolet. 6. §. quantum ad xenia pertinet.
ff. de offic. proconſ. & legat. fol. 307. & 308.
Gregor. Tholoſ. ſyntagm. iur. lib. 39. cap. 7.
& lib. 19. c. 8. n. 2. & 10. & per tot. & latius
lib. 15. c. 28. n. 35. & 36. vbi etiam allegat,
& ſequitur Bud. in d. tract. de captiu. & poſt-
limin. reuerſ. & multa in propoſito de ho-
ſpitibus Idem Gregor. Tholoſ. de republic.
lib. 4. c. 4. n. 20. cũ ſeq. & lib. 11. c. 5. n. 7. & 14.

Neque obſtat ſententia Brandini 1567. ad fa-
13 uorem albergatorum Vrbis, † Quia eſt no-
toriè nulla, tanquam lata die 28. Decem-
bris, quæ eſt feſtiuitas SS. Innocentium
l. omnes. & l. vlt. C. de ferijs. c. fin. eod. tit.
tunc enim ſuſpenditur iuriſdictio, & exerci-
tium illius, & officium Iudicis conquieſcit
adeo vt ex defectu poteſtatis quidquid tunc
temporis factum ſit, nihil valeat Bald. in
l. cum antea. col. penult. verſ. vlterius ſcien-
dum. C. de arbitr. Alex. conſ. 53. col. 2. lib. 5.
Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. ordinar.
n. 130. itaut iſtis ferijs diuinis, nec tacitè,
nec expreſsè poſſint partes renunciare Spe-
culat. de ferijs. §. fin. in princ. poſt Gloſ. in
clem. ſæpè. in verb. neceſſitatem. ff. de verb. ſi-
gnificat. Alex. in l. 1. §. nunciatio. col. 8. ff. de
nou. oper. nunciation. Alber. Ang. Bald. Caſtr.
& Iaſ. in l. 1. de ferijs. Neguſ. de nullit. ex
defect. iuriſdict. ordinar. n. 130.

Et quamuis fuerit habitus terminus pro ſer-
uato die 20. Decembris, ſub quo die præten-
14 ditur fuiſſe factam citationem, † Tamen
conſtat, quod ſententia non fuit lata dicta
die 20. ſed die 28. vt dictum eſt, tunc enim
non poteſt retrotrahi ad diem 20. tanquam
ex lectura ipſius ſententię contrarium appa-
reat, ideo erit nulla defectu citationis, iuxta
deciſ. Rot. coram R. P. D. Marcemontio Fe-
ſulana Prioratus. 15. Nouembris 1610. &
coram R. P. D. Decano Foroliuien. emphy-
theuſis. 1. Iulij 1613. cum alijs deciſionibus in
facto relatis.

Adeſt etiam alia nullitas citationis albergato-
rum Burgi, cum ex lectura ſententiæ conſtet
illam fuiſſe latam citato ſolum Quatraccio
procuratore fiſcali pro ſuo intereſſe, non au-
tē citatis dictis albergatoribus, contra quos
principaliter agebatur, ideo illis non præiu-
15 dicat, † tanquam talis defectus reſpiciat de-
fenſionem, quæ nemini eſt deneganda, & non
poteſt omitti quantumuis Iudex haberet li-
beram, & abſolutam poteſtatem l. ſi à mili-
te. §. edictum. ff. de militar. teſtam. Alex.
conſ. 65. col. 2. lib. 1. Affl. deciſ. 391. col. 2. cum
alijs per Vant. de nullit. ex defect. citation.
n. 2. vſque ad 11. vbi etiam quod talis defe-
16 ctus non ſuppletur, neque à Statuto, † ne-
que ab ipſo Principe Dec. conſ. 63. viſo pun-
cto. col. penult. n. 11. Roman. ſing. 673. in
ſcis. n. 1.

Additur, quod neque talis ſententia afficeret,
cum fuerit virtualiter reuocata per aliam
ſententiam Scappæ 1578. & Gãbitelli 1593.
qui contrarium ſententiarunt eius, quod de-
17 clarauit Brandinus 1567. † cum ſatis ſit, quod
in ſubſtantia vna reuocet aliam, tanquam
ad iſtum effectum ſubſtãtia attendatur Alex.
conſ. 77. col. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 114. col. 4. lib.
5. Roncagall. in l. ex duabus. la 2. ff. de
duob. reis. Theſaur. deciſ. 121. n. 8.

Quare ſtantibus prædictis debent taxari expen-
ſæ, in quibus Aduerſarij ſunt condemnati, &

eſt

Digitized by Google

eſt concedendum mandatum de manutenendo pro libertate, & exemptione, in qua exiſtunt Albergatores Burgi ab oneribus, & impoſitionibus prætenſis per Albergatores Vr-
18 bis, † quod mandatum paſſim detur etiam non docto de poſſeſſione propter aſſiſtentiam iuris communis *Bart. in l. 1. §. huius interdicti. ff. uti poſſid. Caputaq. deciſ. 306. in fin. p. 1. Rot. deciſ. 416. n. 1. p. 2. in recentior.* Vnde multò magis in caſu noſtro, in quo
19 adeſt res iudicata in petitorio, † quod abſorbet poſſeſſorium *c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Anchar. conſ. 146. col. 2. verſ. & ſi dicatur. Aim. conſ. 248. n. 5. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 367.*

De hoſpitalitate autem, & eius laudibus, vt
20 hoc obiter adnotemus, multa † per *Senec. lib. 4. de offic. Tull. lib. 2. etiam de offic.* & latè *Caſſan. in catalog. glor. mund. p. 11. conſider. 46. fol. 277. Doct. in l. omnia priuilegia. C. de epiſc. & cleric. Hieronym. ad Nepotian. Io. de Turrecrem. in ſumm. diſtinct. 42. Deuter. 10. 19. Eſau. 58. 2. Matth. 25. 53. 36. & 37. Luc. 14. 13. Petr. 4. 9. Iacob. 1. 27. Paul. ad Rom. 12. 13. 1. Tim. 3. 2. Tit 1. 8. Hebr. 13. 2. 1. Ambroſ. de offic. c. mos eſt. 12. q. 2. Sa-*
21 *bellic. lib. 9. c. 1.* † Et in quo loco ſit ponendus hoſpes *Aul. Gell. lib. 5. c 13. Blond. de Rom. triumphant. lib. 5. Caſſan. in catalog. glor. mund. p. 11. conſider. 47. Maſſur. Sabin. lib. 3. iur. ciuil.* Et de hoſpitibus, & taberna-
22 rijs, nautis, cauponibus, & ſtabularijs, † an veniant nomine mercatorum *Idem Caſſan. d. conſider. 46. in princ. poſt Bart. in l. cum pater. §. menſa. ff. de legat. 2.* Et an tales hoſpitantes debeant eſſe exempti ab albergo militum. *Caſſan. ibid.* concludit affirmatiuè, cum enim ſint occupati pro recipiendis peregrinis, debent in alio releuari, vt non
23 hoſpitentur milites; † Huiuſmodi enim ius hoſpitandi eſt neceſſitudinis, nam ſecundum morem antiquum dabatur teſſera dimidiata, vt poſſent agnoſci, & Deus hoſpitalis erat Iuppiter, & tale ius erat honorarium, & ſicut erat ſanctiſſima neceſſitudo hoſpitij, ita violari non poterat *Bud. in l. ſolent. ff. de offic. proconſ.* Sed an iſta habeant locum in hoſpitibus noſtri temporis, eſſet videndum, cum vt plurimum ſint rapaces, & plus ſoleant exigere à peregrinis, quàm ſit iuſtum *l. 1. ff. naut. caup. & ſtabul. Alex. in l. 1. in princ. C. de edend. Nicolin. in repet. c. quoniam contra. in princ. n. 26. & 27. de probation.*

Neque hoſpites tenentur dare militibus lectos, & victualla, neque à volentibus debent ac-
24 cipere, † quia concuſſio in dubio præſumitur *l. 1. C. de ſalga. hoſpit. non præbend. lib. 12. Martin. de milit. q. 3. Roland. conſ. 66. n. 4. lib. 1.* Niſi quando ignauia incolarum iſta non poſſent reperiri, tunc enim poſſunt illos cogere ad dandum lectos, & prædicta, cum emendatione tamē damni per illos paſſi *Luc. de Penn. in l. 1. C. de paſc. publ. & priuat.*
25 *lib. 11. Roland. d. conſ. 66 n. 6. lib. 1.* † Et de officialibus, qui non debent eſſe in hoſpitijs graues prouinciæ, ſed proprio ſumpto viuere *l. obſeruare. in princ. ff. de offic proconſ.* Et ſi ſunt officia publica non debent accedere ad priuata *Natt. conſ. 83. n. 1.* vbi etiam multa de hoſpitijs, & hoſpitibus.

Habens autem hoſpitium in aliquo loco an poſſit prohibere, ne aliud ibi vicinum con-
26 ſtruatur, † negatiuè concludit *Bald. conſ. 463. quatuor ſunt. n. 5. verſ. & notandum. lib. 4.* vbi quod non eſt habenda conſideratio, quod pauciores homines ad primum hoſpitium veniant, niſi ex conſuetudine, vel ex priuilegio poſſit prohiberi, & multa ponit *Cephal. conſ. 328. n. 23. lib. 3.* & latius *conſ. 357. eod. lib.*

E P I T O M E.

Decretum Iudicis incōpetentis, ſeu procedentis abſque citatione an transferat poſſeſſionem manutenibilem, & priuet poſſidentem ſua antiquiori. ¶ Et cui ſit danda manutentio. ¶ Donatio quando dicatur perfecta, ſi donans ſuſpendit diſpoſitionem in tempus futurum confectionis inſtrumenti. ¶ Clauſula actum quid operetur. ¶ Et ſi deficiat in inſtrumento an reddat inualidam ſtipulationem, quamuis teſtes ſint deſcripti. ¶ Prædo quo caſu ſit manutenendus in ſua poſſeſſione, & ad eam reſtituendus. ¶ Renunciatio ante profeſſionem qualiter ſit facienda. ¶ Manutentio quando competat proprietario poſt obitum vſufructuarij contra illius hæredes. ¶ Vſufructuarius poſt factam ſpoliationem, ſi eſt vita functus, ſeu capite minutus an illius hæres reſtituatur poſſeſſioni, vel ſolum debeat conſequi detrimentum paſſum propter vſumfructum amiſſum. ¶ Proprietarius an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate vſufructu finito, vel potius alia actione ſit agendum. ¶ Appoſitio loci an ſit vna de perfectionibus inſtrumenti.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio non datur non probata poſſeſſione.*
2 *Citatio requiritur in concedenda manutentione.*
3 *Decretum Iudicis incompetentis non transfert poſſeſſionem manutenibilem, nec priuat poſſidentem ſua poſſeſſione antiquiori, cui potius eſt danda manutentio.*
4 *Proprietarius an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate vſufructu finito, vel potius ſit agendum contra hæredem actione ad vendicandam, & euincendam illam naturalem poſſeſſionem. n. 5.*
6 *Manutentio competit proprietario poſt obitum vſufructuarij contra illius hæredes. Declara vt n. 27.*

8 *Contrarietas euitatur diſtinguendo*.
9 *Donatarius non poteſt ſe fundare in dona-
tione, ſi ex parte ſua non adimpleuit*.
10 *Quaſtio poſſeſſorij ceſſat ſtante petitorio noto-
rie nullo, & non tribuente aliquod ius.
& n. 20.*
11 *Non entis nullæ ſunt qualitates*.
12 *Subſtantia actus eſt prius probanda, & po-
ſtea quærendum de qualitate illi inhærente*.
13 *Donatio non dicitur perfecta, ſi donans ſu-
ſpendit diſpoſitionem in tempus futurum
confectionis inſtrumenti. Intellige vt n. 14.*
15 *Clauſula actum ſi deficiat in inſtrumento
reddit inualidam ſtipulationem, quamuis
teſtes ſint deſcripti, & quid illa operetur.
& n. 16.*
17 *Appoſitio loci eſt vna de perfectionibus in
inſtrumento requiſitis. alias ſi deficiat, il-
lud erit nullum, itaut requiratur etiam
locus loci. n. 18.*
19 *Obligatio, ſeu renunciatio ante profeſſionem
debet fieri cum licentia Epiſcopi, & alijs
requiſitis per Concilium*.
21 *Prædo eſt manutenendus in ſua poſſeſſione,
& ad illam debet reſtitui, ſecus ſi ex eiſdem
actis appareat eſſe prædonem. n. 22.*
23 *Vſufructuarius poſt factam ſpoliationem ſi
eſt vita functus, ſeu capite minutus, tunc
hæres illius non reſtituitur poſſeſſioni, ſed
ſolum conſequitur detrimentum paſſum
propter vſumfructum amiſſum*.

CAP. DCCCXCIX.

MAndatum de manutenendo, de quo
erat quæſtio in cauſa Viterbien. dona-
tionis dixi non eſſe concedendum Silnio, &
1 Paulo fratribus, † cum per eos nulla probe-
tur poſſeſſio bonorum, de quibus agitur, ſine
qua non poteſt quis petere talem manuten-
tionem *Alex. conſ. 92. n. 4. lib. 1. Guid. Pap.
conſ. 13. n. 1. Rot. deciſ. 687. n. 1. par. 1. in
recentiorib.*
Neque obſtat poſſeſſio capta per eoſdem fra-
2 tres vigore mandati aſſerti Iudicis, † Quia
illud non poterat concedi tanquam eſſet in-
competens, præſertim non citato monaſte-
rio, prout requirebatur *c. licet epiſcopus. de
prabend. in 6. l. fin.* C. *ſi per vim vel alio
mod. Rot. deciſ. 106. n. 2. p. 1. in recentiorib.*
3 Ideo per tale decretum † nulla eis fuit acqui-
ſita poſſeſſio, nec eſt manutenibilis, nec mo-
naſterium fuit priuatum ſua poſſeſſione an-
tiquiori, & illi potius eſt danda manutentio
*Abb. in c. conquarente. n. 8. de reſtitution.
ſpoliator. Rot. deciſ. 160. n. 6. & deciſ. 106. n. 2.
in fin. & deciſ. 161. n. 3. p. 1. in recentiorib.
poſt Ancbar. conſ. 359. n. 3. Corn. conſ. 193.
n. 4. lib. 3.*
Nec facit, quod proprietarius poſſit etiam
propria auctoritate ingredi poſſeſſionem
4 vſufructu finito, † iuxta *§. finitur. inſtit.
de vſufruct.* itaut ex hoc capite non poſſit
ei obijci nullitas prædicta reſpectu Iudicis
abſque citatione procedentis. Quia verius
eſt, quod non detur iſte ingreſſus propria
5 auctoritate, † cum ſit agendum contra hæ-
redes illius actione ad vendicandam, & euin-
cendam, ac reuocandam illam naturalem
poſſeſſionem, vocando hæredem, vt tradatur
ſibi talis poſſeſſio *l. ult. C. ſi per vim vel alio
mod. l. vti frui. in princ. verſ. quamquam
enim. & l. 1. §. habet autem. ff. vſufructuar.
quemadm. caueat Gloſ. in c. licet epiſcopus.
28. in verb. te non vocato. verſ. hinc eſt. de
prabend. in 6. Guid. Pap. in tract. ſuper ſta-
tuto ſi quis per litteras. in verb. etiam abſ-
que violenta euocatione. Franciſc. Marc. de-
ciſ. 867. n. 2. par. 1. Bero. conſ. 219. n. 1. poſt
princ. verſ. id quod procedit etiam contra
proprietarium. lib. 2.*
Neque oberit, quod ſaltem debeat competere
6 manutentio ipſi proprietario † poſt obitum
vſufructuarij contra illius hæredes, quaſi tūc
naturalis poſſeſſio, quæ erat apud eumdem
vſufructuarium, conſolidetur per mortem
ipſius cum poſſeſſione ciuili, exiſtente apud
proprietarium, vt latè dixi *ſupr. c. 779. n. 4.
cum ſeq. poſt Natt. conſ. 419.* qui eſt ita corri-
gendus, cum in *d. c. 779.* ſit allegatus *conſ.
409. Tepat. var. ſentent. iur. tit. 64. c. 19. ad
med. fol.* 1118. *Neguſ. conſ. 204. 212. & 213.*
Quia prædicta procedunt, quando nulla poſ-
ſet cōpetere retentio hæredibus vſufructua-
rij ob aliquam cauſam, tunc enim non da-
7 tur manutentio aliqua ipſi proprietario, † ſed
potius eſt concedenda hæredibus vſufructua-
rij, ita in ſpecie diſtinguit *Franciſc. Marc.
deciſ. 867. n. 3. p. 1.* iuxta *l. colonum. ff. de vi
& vi armat. & c. licet epiſcopus. de prabend.
8 in 6.* † Et cum iſta diſtinctione non conſide-
ratur aliqua contrarietas cum opinione ſu-
perius firmata, tanquam diſtinguendo omnia
concordentur *Salic. in l. filia. col. 2. C. fa-
mil. erciſcund. Bero. conſ. 100. n. 3. lib. 1. Surd.
conſ. 5. n. 27. & conſ. 80. n. 31. lib. 1.*
Et de cauſa retētionis apparet ex ipſamet præ-
tenſa donatione, in qua proprietarius tene-
tur ad dandum multas pecuniarum ſummas
Monialibus hæredibus vſufructuariæ defun-
9 ctæ, † adeo vt ex hoc non poſſit prætendi ali-
qua poſſeſſio per eumdem proprietarium,
tanquam non impleuerit ex parte ſua, ob
quod implementum non poteſt donatarius
initi donationi *Aim. conſ. 151. n. 8 poſt Bald.
conſ. 250. lib. 3.*
Præterea omnia, quæ dicuntur de proprieta-
10 rio manutenendo in poſſeſſione † poſt mor-
tem vſufructuarij, debēt intelligi, dummodo
conſtet de iuribus proprietarij, nam ſi de il-
lis non appareat, ceſſat quæſtio poſſeſſorij, &
de eo fruſtra tractatur *Menoch. de recuper.
11 poſſeſſ. remed. 15. n. 435. cum ſeq.* † Tanquam
non entis nullæ ſint qualitates *l. 3. ff. de
vſufr. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet.*
Cum prius ſit probanda ſubſtantia actus, &
ſu-

Digitized by Google

12 ſubiectum negotij, † & poſtea quærendum
de qualitate illi inhærente *Dec.conſ.508.n.5.
poſt Bald. conſ.465.n.1.lib.4. Surd.conſ.150.
n.81. lib.1. Menoch. conſ.66. n.5. & conſ.75.
n.100. Becc. conſ.37. n.16.*

In caſu autem noſtro nulla probatur donatio ad
fauorem proprietarij, cum non fuerit ſtipu-
lata propter illa verba *diſporre de ſui beni
nel modo che ſi ſpecificarà nell' inſtromento*
13 *da farſi*, † ex quibus clarè colligitur con-
tractum non fuiſſe perfectum, & abſolutum,
cum donans ſuſpenderit ordinationem, & di-
ſpoſitionem bonorum in tempus futurum
confectionis inſtrumenti *Dec.conſ.11. & pro
tenui facultate. n.1. col.2. verſ. non obſtat
quod licet inter. Aret. conſ.159. n.10. cum
ſeq. & conſ.128. in fin. Gabr. concluſ.3.n.2.*
14 *verſ. limita niſi. de pact.* † Contraria autem
procedunt quando diſpoſitio iam eſſet per-
fecta, & ſolum per partes mandatur fieri po-
ſtea inſtrumentum de contractu iam firma-
to, tunc enim non requiritur amplius ſcri-
ptura *Theſaur. deciſ. 197. n.7. Rot. diuerſ.
deciſ.271. n.2. p.2. Bertazol.clauſ.30.gloſ.3.
n.15. vſque ad* 21.

Deficit etiam clauſula actum, quæ ſi in inſtru-
mento non exiſtat, facit etiam deficere ſtipu-
15 lationem, † itaut diſpoſitio dicatur imper-
fecta, quamuis ſint deſcripti teſtes *Cardin.
Seraph. deciſ.949. n.1. 7. & per tot.* Et quan-
do apponitur talis clauſula ſignificatur actus
conſummatus, & perfectus cõplectendo om-
16 nia geſta, † ſicut ſubſcriptio *Bald. in auth.
quod ſine. C. de teſtament. Alex.conſ.14.n.14.
lib.6. Surd. conſ.187. n.4. lib.2.*

Additur defectus loci, qui tamen debebat ap-
poni, adeo quod illo non appoſito reſultet
17 clara nullitas inſtrumenti, † cum iſta appo-
ſitio ſit vna ex perfectionibus in eo requiſi-
tis *Bald. in l. contractus. n.13. C. de fid. in-
ſtrument. Cardin. Seraphin. deciſ. 949. n.2.*
18 Itaut etiam requiratur † apponere locum
loci, ſine quo iudicabitur nullum inſtrumen-
tum *Natt. conſ.329. in princ. Menoch. præ-
ſumpt. 84. lib.2. Rot. diuerſ. deciſ.1156. n.2.
p.3. lib.3. Caſar de Graſſ. deciſ.45. alias vnic.
de dol. & contumac.*

Cum etiam vltra ſupradictos defectus, nulla ad-
ſit ſubſcriptio notarij, ſed omnia ſint ſcri-
pta in folio volanti, & non appareat, quod
fuerit ſeruata forma *Concil. Trident. c. 16.*
19 *ſeſſ. 25.* † dum diſponit, quod nulla obliga-
tio, aut renunciatio facta ante profeſſionem
etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſ-
cumque piæ cauſæ valeat, niſi cum licentia
Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat intra duos
menſes proximos ante profeſſionem *Spin. de
teſtam. gloſ. 12. n. 50.* latè *Valaſc. de parti-
tionib. c. 16. n. 10. cum ſeq.* cum alijs per
Barboſ. ad Concil. d. c.16. fol.147.

Quibus omnibus nullitatibus notorijs exiſten-
tibus contra prætenſam donationem, fruſtra
20 diſputatur de quocumque poſſeſſorio, † ſiue
recuperandæ, ſiue retinendæ, ſiue adipiſcen-
dæ, nam quamuis iſta reſpiciant petitorium,
tamen quando illud eſt manifeſtum, & noto-
rium, & nullum ius tribuens, ſemper per il-
lud excluditur quodcumque poſſeſſorium
*Oldrad. conſ. 227. quidam epiſcopus. in fin.
Socin. conſ. 87. col. vlt. lib.3. Aim. conſ.382.
n. 7. & 8. lib. 3. Bero. conſ. 147. n.12. lib.3.
Becc. conſ.219. n.12. & 13.*

Et quamuis etiam prædo ſit manutenendus in
21 ſua poſſeſſione, † & ad illam debeat reſtitui
*l. colonus. & l. cum fundus. ff. de vi & vi
armat. c. in litteris. de reſtitut. ſpoliator.*
Tamen aliud eſt, quando ex eiſdem actis ap-
paret talem eſſe prædonem, tunc enim ei
22 denegatur manutentio, † & reſtitutio *Innoc.
in c. cum eccleſia ſutrina. vbi Abb. col. 7.
verſ. ſed circa. n.26. de cauſ. poſſeſſion. & pro-
prietat. Rub. Alex.conſ.167. col.4. n.5. Aim.
conſ.248. n.6. verſ. nec obſtat. & conſ. 302.
col. penult. in princ. & conſ.382. in fin. verſ.
dicet aliquis. lib.3. Bero.* qui de communi in
*d. c. in litteris. n.68. verſ. vigeſimo allega-
tur. de reſtitut. ſpoliator. Neutz. conſ.81. n.
32. Ferrett. conſ. 12. n. 11. Franciſc. Marc.
deciſ. 273. in fin. p.1.* Et poſt longam diſpu-
tationem, ita iudicandum eſſe concludit
*Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.1. n.113.
vſque ad* 128.

In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod vſu-
23 fructuarius poſt factam ſpoliationem † quan-
do eſt vita functus, vel capite minutus, tunc
hæres illius non reſtituitur poſſeſſioni, ſed
conſequitur ſolum detrimẽtum paſſum pro-
pter vſumfructum amiſſum, quia perſona eſt
inhabilis, in quam vſusfructus non poteſt
renouari *Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem. 1.
n.73. Caualcan. de vſufruct. n.6. poſt princ.
verſ. tamen dicit omnes. fol.* 174.

EPITOME.

Societas contracta ſuper officio tam Rotæ, & Auditoris Cameræ, quàm aliorum, quod poſtea reſignatur cum decreto, & reſeruatione dominij, & omnium emolumentorũ, & fructuum, ac prohibitione alienationis an dicatur extincta. ¶ Et quid ſi contrahatur ſuper duobus officijs, quorum vnum reſignatur, aliud autem retinetur, ¶ Et quando poſſit contrahi ſuper officio non vacabili, ¶ Reſeruatio dominij quem effectum operetur. ¶ Per mutationem perſonæ an ſocietas ſit finita. ¶ Fructus quando computentur in ſortem per diſſolutionem ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio officij cum decreto quid operetur, & quando taliter reſignans ſit dominus illius vnà cum fructibus, itaut ſocietas ſuper eo contracta non poſſit dici extincta. n. 2. 3. 14. & 17.*

So-

4 *Societas an poſſit contrahi ſuper officio non vacabili. & n. 5.*
6 *In officijs notariatus Rotæ, ſeu Auditoris Cameræ remanet dominium ſcripturarum, cuius reſpectu non dicitur ſocietas extincta. Idem in alijs, in quibus remanet aliqua vtilitas ad fauorem reſignantis. n. 7.*
8 *Exempla non reſtringunt regulam. & n. 11.*
9 *Societas non extinguitur, ſi fuerit contracta ſuper duobus officijs, quorum vnum reſignatur, & aliud retinetur.*
10 *Contractus ſocietatis non dicitur diſſolutus, niſi in totum res alienetur.*
12 *Societas non poteſt iniri non exiſtente officio.*
13 *Nemo poteſt diſtrahere, neque dare alteri, quod ipſe non habet.*
15 *Reſeruatio dominij operatur anterioritatem in concurſu creditorum. & n. 16.*
18 *Duo domini non poſſunt inſolidum poſſidere.*
19 *Per mutationem perſonæ dicitur ſocietas extincta. Intellige, vt n. 20. & 21.*
22 *Fructus ſoluti quando computentur in ſortem extincta ſocietate. n. 23. & 24.*
25 *Fructus taxantur ad ſenta ſeptem pro centum in Tribunali Auditoris Cameræ etiam diſſoluta ſocietate officij.*

CAP. DCCCC.

NOn ſunt computandi fructus ſoluti in
ſortem, quia ſocietas officij, de quo
agimus, non fuit extincta, cum reſignatio of-
ficij militis Pij facta per Aduerſarium 30.
Iulij 1611. Franciſco ſuo nepoti non fuit ſim-
1 pliciter, & abſolutè, ſed cum decreto, † quod
idem nepos reſignatarius nullatenus poſſit
dictum officium vendere, reſignare, alienare,
de eo diſponere, nec fructus, & emolumenta
quæcumque exigere, aut ſe in eo quouis mo-
do intromittere non cõſentiente patruo re-
ſignante, ſed idem reſignans dictum officium
tanquam de pecunijs ſuis emptum quando-
cumque illi placuerit, licitè, & liberè valeat
reſignare, vendere, alienare, & de eo diſpo-
nere, & fructus, & emolumenta quæcumque
ordinaria, & extraordinaria ex eodem offi-
cio quomodolibet prouenientia exigere, &
recuperare, ac de exactis quietare, & in vſus
ſuos, & vtilitatem conuertere nullo eiuſdem
nepotis conſenſu requiſito, immo etiam illo
contradicente, prout latius in ſupplicatione
exhibita continetur.

Ex quibus verbis conſtat, quod reſignans
remanſit dominus officij, & fructuum,
2 cum reſeruauerit † ſibi liberam diſpoſitio-
nem, & dominium eiuſdem officij cum fru-
ctibus, vnde non poteſt dici fuiſſe extinctam
ſocietatem initam ſuper tali officio die 7.
Septembris 1609. tanquam totum commo-
dum officij, & fructuum apud eum remanſe-
rit, cum tamen ſatis eſſet, quod aliqua vtili-
tas remanſiſſet penes eumdem ad effectum,
3 vt ſocietas non dicatur extincta † *Cardin.
Seraph. deciſ. 543. n. 2. & 3.* iuxta *§. ſolui-
tur. inſtit. de ſocietat. l. ſi id quod quis. §. 1.
& l. verum. §. fin. ff. eod. tit.* quod etiam
pluries firmauit *Rot.* de qua per *Card. Blan-
chett. Romana ſocietatis. 24. Ianuarij 1575.
quæ eſt deciſ. 288. p. 1. diuerſor. & in eadem
cauſa coram eodem 8. Nouembris 1574. quæ
eſt deciſ. 555. part. eadem.*

Neque obſtat, quod *Cardin. Seraph. in d. de-
ciſ. 543.* non tangat huiuſmodi concluſio-
nem, cum etiam præſuppoſitum per eum fir-
4 matum non ſit verũ, † quod videlicet poſſint
contrahi ſocietates ſuper officijs non vaca-
bilibus, cum hoc non ſit admittendum tan-
quam reprobatum per *Rot. deciſ. 552. p. 1. in
recentior.* Quia ſatis eſt reſpondere, quod le-
gatur *deciſ. eiuſdem* Card. *Seraph.* nam ex
illius lectura apparebit an ſit verum, quod
firmauerit talem concluſionẽ, nec ne, & quo
ad præſuppoſitum, quod prætenditur repro-
batum circa ſocietates ſuper officijs non
5 vacabilibus non eſt quæſtio noſtra, † ideo
non eſt curandum, quod aliter modo ſenſe-
rit *Rot. coram Card. Sacrat. Foroliuien. ſo-
cietatis. 13. Ianuarij. & 20. Iunij 1614. im-
preſſ. d. deciſ. 552. & coram R. P. D. Pam-
philio Romana ſocietatis 14. Ianuarij 1613.*

Nec facit, quod prædicta procedant in officio
6 notariatus Rotæ, ſeu Auditoris Cameræ, † in
quo remanet dominium ſcripturarum, & ſic
pars officij, cuius reſpectu non dicitur ſo-
cietas extincta, prout in tali caſu loquitur
*d. deciſ. Card. Seraph. 543. Pelic. de ſocietat.
c. 94. n. 15.* Quia facilis eſt ſolutio, nam in
quocumque officio ſimus, ſiue notariatus,
ſiue alio ſimili, ſemper debet attendi ra-
tio in dicta deciſione conſiderata, videlicet
7 vtilitas, & commodum, † quod remanſit
penes alienantem, quaſi tunc non dicatur in
totum officium alienatum, remanente vtili-
tate percipienda per reſignantem, cum non
dicatur extincta ſocietas, niſi in totum ab-
dicetur ab alienante omnis, & quæcumque
commoditas, quæ ex re reſignata percipi-
tur, vnde cum etiam in officio, de quo agi-
mus, militet iſta ratio, idem ius eſt ſtatuen-
8 dum, † & exemplum notariatus Rotæ, &
Auditoris Cameræ non tollit deciſionem ca-
ſus noſtri *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de
damn. infect. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb.
libertis. n. 37. C. de reuocand. donationib.
Becc. conſ. 108. n. 15. Surd. conſ. 308. n. 10. lib. 3.*

Et ita etiam reſpondetur ad aliud obiectum,
quod *deciſ. Card. Blanchett. 288. & 555. p. 1.
9 diuerſor.* procedat, † quando ſumus in duo-
bus officijs, quorum vnũ reſignatur, & aliud
retinetur, quaſi reſpectu retenti firma rema-
neat ſocietas, Quia non conſideratur per
Rotam iſta duplicitas officiorum, ſed ſolum
10 ratio illa fundata in natura contractus, † qui
non cenſetur diſſolutus, niſi in totum res
alienetur, & extinguatur, nam ceſſante iſta
totali, extinctione non dicitur extincta ſo-
cietas

cietas l. verum. §. fin. ff. pro ſoc. Bald. in
l. 1. n. 6. vbi Salic. n. 3. & 4. C. eod. tit. &
iſtam rationem affert in ſpecie Rot. d. deciſ.
288. n. 1. & deciſ. 555. n. 3. p. 1. diuerſor. quæ
ratio eum adaptetur caſui noſtro, non atten-
ditur exemplum duorum officiorum rela-
11 tum, † quod non reſtringit regulam, vt di-
ctum eſt c. 1. ne cler. vel monach. l. regula.
§. fin. ff. de iur. & fact. ignor. Alex. in l. in-
ter pares. n. 3. ff. de re iudicat. Socin. Iun.
conſ. 145. n. 66. lib. 1. Cephal. conſ. 81. n. 23. lib. 1.
Minus obſtat, quod non exiſtente officio, non
12 poſſit ſocietas iniri † Gabr. conſ. 63. n. 5. lib. 2.
Quia de iſta non exiſtentia officij non con-
ſtat, cum Aduerſarius illud ſibi retinuerit, &
adhuc retinet, ſtante reſeruatione ſibi facta
tam de fructibus, quàm de ipſo officio cum
plena, & libera facultate illud vendendi, &
alienandi irrequiſito nepote, immo etiam
eo contradicente, quæ verba non conueniũt
13 niſi domino officij, † cum nemo poſſit di-
ſtrahere, & alteri dare, quod ipſe non habet
l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. Bart. in
l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. Surd. conſ.
14 50. n. 29. & conſ. 126. n. 31. lib. 1. † Vnde
cum adhuc reſideat dominium officij penes
eum, qui illud ſibi reſeruauit, ſocietas non
poteſt dici extincta, & diſſoluta l. verum
§. vlt. ff. pro ſocio. Card. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. n. 18.
Nec refert, quod reſeruatio dominij officij, &
fructuum illius non efficiat, quod ſocietates
15 non extinguantur, † ſed dumtaxat operetur
præſeruationem in anterioritate in concurſu
creditorũ reſignatarij, vt reſignans omnibus
præferatur Bart. in l. licet. C. qui potior. in
pignor. Franc. deciſ. 506. n. 3. Quia prædicta
habent locũ in venditione facta habita fide
de pretio, quod dum ſoluitur, fuit per con-
trahentes conuentum, vt non acquiratur do-
minium emptori, ſed illud ſit reſeruatum
venditori vſquequo pretium ſoluatur, tunc
enim iſta reſeruatio operatur anteriorita-
16 tem in re vendita, † cum alias illa ceſſante
eſſent præferendi creditores ipſi domino rei
venditæ Bart. in l. ſi cum dotem. §. vlt. in
fin. ff. ſolut. matrimon. Gomeſ. de empt. &
vendit. n. 24. Bald. in rubr. C. de contrahen.
empt. q. 13. Franc. d. deciſ. 506. n. 3. vſque
ad 12. & deciſ. 138. & 97. & 456. Gail. ob-
ſeruat. 12. & 15. lib. 2. Aliud eſt in caſu no-
ſtro, in quo non fuit ſimpliciter reſeruatum
dominium ad effectum prædictum, ſed præ-
ciſè fuit per Summum Pontificem cõceſſum,
quod non obſtante reſignatione facta nepoti,
patruus reſignans poſſit diſponere de officio
17 prædicto † non ſecus ac ſi non reſignaſſet,
cũ facultate ei ſpecialiter attributa, vt idem
officium poſſit quandocumque ſibi placuerit
liberè, & licitè cuicumque voluerit reſigna-
re, vendere, alienare, & de eo diſponere etiam
contradicente nepote, quę verba non poſſunt
ſignificare aliud, quam exiſtentiã officij pe-
nes reſignantem, itaut dominium illius nun-
quam fuerit ab eo abdicatum ad effectum
vendendi alteri, & per conſequens nihil ac-
18 quiſitum reſignatario nepoti, † cum duo do-
mini inſolidum non potuiſſent eſſe eiuſdem
rei l. ſi vt certo. 6. §. ſi duobus vehiculum.
ff. commodat. l. hereditate. §. pater. ff. de
caſtr. pecul. Surd. conſ. 126. n. 30. ad med. lib. 1.
Neque eſt conſiderandum, quod fuerit mutata
perſona, ob quam mutationem ſocietas di-
19 citur extincta † Caſtrac. de societ. officior.
c. 46. n. 3. Felic. de ſocietat. c. 34. n. 14. Quia
intelligitur in totali mutatione perſonæ,
non autem quando, prout in caſu noſtro, re-
manet etiam in officio illemet principalis,
qui mutauit perſonam, cum requiratur mu-
20 tatio irreuocabilis, † non autem reuocabi-
lis, & ita loquitur tex per ſupradictos alle-
gatus in l. ſi id quod. 59. §. ſi ſeruus. ff. pro
ſoc. vbi per alienationem ſerui, cũ quo ade-
rat ſocietas, illa dicitur extincta, quod non
eſt in caſu noſtro, cum nulla alienatio conti-
gerit ſtante gratia conceſſa reſignanti, vt
poſſit non obſtãre reſignatione quandocum-
21 que de officio diſponere, † itaut ex hoc non
ſit facta alienatio irreuocabilis, ſed rema-
neat officium in perſona, in qua ab initio
reſidebat l. ſi id quod. 59. §. ſi filiusfamilias.
vbi Gloſ. in verb. initium. ff. pro ſocio. l. ſi
procuratorem. ff. mandat. l. 1. §. ſi ſeruus
depoſuit. ff. depoſit.
Ex quibus non obſtant deciſiones exaduerſo
adductæ coram Cardin. Millino Romana ſo-
cietatis. 23. Iunij 1600. & 29. Ianuarij 1601.
& coram R. P. D. Pamphilio Romana fru-
ctuum & intereſſe. 10. Decembr. 1614. cũ alijs
relatis in tract. Saluian. interdict. inſpect. 4.
22 c. 1. n. 75. cum ſeq. † Quia loquuntur quando
fuit facta venditio officij ſimpliciter, tunc
enim omnes fructus poſtea ſoluti in ſortem
computantur tanquam ſit diſſoluta ſocietas,
Aliud eſt in caſu noſtro, in quo officium
remanſit penes eum, qui contraxit ſocieta-
23 tem, vt ſupra latè oſtendimus, † & in iſtis
terminis loquitur Honded. conſ. 78. n. 28. lib.
1. Gabr. conſ. 78. n. 1. lib. 1. & conſ. 63. n. 16.
lib. 2. cum infinitis quæ poſſent allegari.
Quamuis etiam in ſimplici alienatione officij
ſi ille, qui dedit pecunias, fuit in bona fide,
& ignorauit illius diſtractionem, fructus po-
ſtea exacti non eſſent computandi in ſortem,
24 tanquã licitè percepti † ob prædictam igno-
rantiam, vt concludit Caſtrac. de ſocietat.
officior. c. 42. n. 3. Boccac. eod. tit. n. 191. iuxta
l. ſed & ſocius. §. 1. ff. pro ſocio. l. in actione.
§. itẽ ſi alicuius. ff. eod. tit. Bellapert. in l. bene-
25 ficium. ff. de conſtitut. princip. † Itaut etiam in
tribunali Auditoris Cameræ ratione veriſi-
milis intereſſe taxentur tales fructus ad ra-
tionem ſeptem pro centũ etiam finita ſocie-
tate Honded. conſ. 78. in fin. lib. 1. Quamuis
hæc dicta ſint ex abundanti, cum non conſtet
de diſſolutione ſocietatis ex ſupra adductis.

EPI-

EPITOME.

SVbſtitutio proximiorum de cippo de linea maſculina, ſi extiterint, ſin autem fœminina, an intelligatur, vt linea fœminina ſit vocata ſolum in defectum lineæ maſculinæ. ¶ Et an ſit conſiderandum, quod filia deſcendat à patre maſculo, vt poſſit dici de linea maſculina. ¶ Deſcendentia per virilem ſexum, & per lineam maſculinam in quo differat. ¶ De affinibus an idem ſit iudicium, quod de principio affinitatis, & de cauſa cauſæ, ſicut de cauſato, & de initio, ſicut de his, quæ ab ipſo initio ſequuntur. ¶ Cippi appellatione qui veniant. ¶ Et quando compræhendantur fœminæ. ¶ Et quid ſi dictum ſit de cippo domus. ¶ Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori an reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, qui poſtea deceſſerunt. ¶ Vſufructuarius quando teneatur ad cautionem non petitam. ¶ Et quo caſu fructus perceptos reſtituat, & perdat vſumfructum. ¶ Duo ſi copulatiuè requirantur an vno deficiente, corruat diſpoſitio. ¶ Et quando qualitas maſculinitatis, & proximioritatis ſit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione cippi qui veniant, & quando cenſeantur comprahenſa fœmina. n. 2. 3. 17. & 33.*

4 *Subſtitutio proximiorum de cippo de linea maſculina ſi extiterint, ſin autem fœminina intelligitur, vt linea fœminina ſit vocata in defectum lineæ maſculinæ. n. 32.*

5 *Linea maſculina incipit in maſculo, fœminina autem linea incipit in fœmina. n. 28.*

6 *Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori quando reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, & quo caſu per obitum iliorum, vxor ſit reintegranda ad totum vſumfructum. n. 7. & 8.*

9 *Vxor vſufructuaria donec vitam viduilem ſeruauerit, an debeat praſtare cautionem etiam proprietario non petente. n. 10.*

11 *Mora in praſtando cautionem facit, vt vſufructuarius cadat ab vſufructu.*

12 *Teſtator an poſſit remittere cautionem vſufructuariæ.*

13 *Stante paupertate, & impoſſibilitate praſtandi cautionem quomodo prouideatur vſufructuaria, & proprietario.*

14 *Vſufructuarius non praſtans cautionem petitam ab hærede, ſeu proprietario non facit fructus ſuos, quamuis poſſideat, & perceptos reſtituit. n. 15. Et quando excuſetur. n. 16.*

18 *Verba Cippum domus intelliguntur de his, qui portant eadem inſignia teſtatoris.*

19 *Duo ſi copulatiuè requirantur, ſi vnum deficiat, non habet locum diſpoſitio.*

20 *Probatio vtriuſque qualitatis maſculinæ, & proximitatis requiritur, ſi de vtraque eſt facta mentio. n. 34.*

21 *Filia dicitur de linea maſculina, cum deſcendat à patre, qui eſt maſculus, itaut cenſeatur vocata priuſquam patruus, tanquam in ea verificetur qualitas maſculinitatis. Contrarium eſt verius. n. 22. 23. 25. 26. 27. & 29.*

24 *Filia deſcendit à patre per virilem ſexum, non autem deſcendit per lineam maſculinam.*

30 *Maritus non eſt affinis, ſed principium affinitatis.*

31 *Quod iudicatur de affinibus, iudicandum eſt etiam de ipſo principio affinitatis.*

CAP. DCCCCI.

FVerunt in teſtamento exhibito ſubſtituti proximiores de Cippo de linea maſculina ſi extiterint, ſin autem fœminina in caſu quo Franciſcus Carolus filius teſtatoris inſtitutus hæres decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, Vnde cum euenerit conditio obitus ſine filijs, hæreditas, de qua agimus, ſpectat ad Peregrinum nepotem ex fratre eiuſdem teſtatoris proximiorem de Cippo excluſa Hieronyma filia nupta, & dotata, quæ licet ſit proximior, non tamen eſt talis
1 reſpectu cippi, † cuius appellatione veniunt illi, qui ſunt agnati maſculi, & qui ſuccedunt per lineam maſculinam, & qui conſeruant agnationem, & ſunt firmamentum, ſtabilitas, & conſeruatio domus teſtatoris *Corn. conſ. 55. col. 4. n. 4. & 5. lib. 1.* vbi in ſpecie concludit contra filiam ad fauorem patrui, prout eſt caſus noſter *Idem Corn. conſ. 26. col. 2. in princ. & conſ. 41. col. 2. & penult. eod. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 172. n. 3. Thob. conſ. 34. n. 1. & conſ. 76. n. 29.* late *Sim. de Pret. conſ. 203. n. 2. & 3. & de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. dub. 1. ſolut. 11. interpretat. 3. n. 19. fol. 289.*

Maximè, quia in caſu noſtro filia tempore, quo
2 ceſſit dies ſubſtitutionis, erat iam nupta, † & tranſiuerat in alienam familiam etiam tempore, quo pater viuebat, & antequam feciſſet teſtamentum cum dicta vocatione cippi, tunc enim magis colligitur voluntas teſtatoris, vt non cogitauerit de fœmina, ſed de maſculo, dum ſubſtituit Cippum *Corn.* in ſpecie *conſ. 55. col. 4. in fin. verſ. & maximè*
3 *hoc dicendum videtur. n. 6. lib. 1.* † Quamuis etiam idem eſſet, ſi filia tempore, quo euenit caſus ſubſtitutionis, fuiſſet nupta, cum ſemper ſperetur, quod nubat, prout nubunt fœminæ in alienis familijs, vt notat *Idem Corn. d. conſ. 55. col. 5. ante med. verſ. & ſi dicta filia ſuperſtes. lib. 1.*

Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, vt ſatisfacerem parti, cum in caſu noſtro non eſſent neceſſaria, nam clarè hoc expreſſit teſtator, dum in teſtamento ſubſtituit proximiores

de

de Cippo de lineæ maſculina ſi extiterint,
4 ſin autē fœminina, † ex quibus verbis patet,
quod linea fœminina eſt vocata in defectum
lineæ maſculinæ, vnde exiſtente patruo, qui
eſt de linea maſculina, nihil poteſt præten-
dere filia, quæ eſt de linea fœminina, vt no-
tat *Curt. Iun. conſ.172.n. 5. & 6.* vbi quod
5 in maſculo incipit linea maſculina, † & in
fœmina linea fœminina *Sim. de Pret.* qui latè
comprobat *de interpretat. vltim. voluntat.
lib.3. dub. 1. ſolut.11. interpret. 3.n. 51. vſ-
que ad 57. fol. 292.*

Et quoniam in eodem teſtamento Benedicta
vxor teſtatoris fuit relicta domina, & patro-
na omnium bonorum, donec vitam viduilem
6 ſeruauerit, † iſtud legatum exiſtentibus filijs
hæredibus inſtitutis reſoluitur in alimenta,
cum præheminentia, quam habebat in domo
viuente teſtatore, iuxta vulgarem conſue-
tudinem Bulgari, de qua *Bart. Bald. Ang.
Imol. Picus & alij in l. titia. §. titio cum
nuberet. ff. de legat.2. Caſtr. conſ.160. col. fin.
lib.1.* latiſſimè *Surd. de aliment. tit. 2. q.15.
n. 1. cum ſeq.*

Verum quia præſupponitur filium hæredem in-
ſtitutum deceſſiſſe, & ei fuiſſe ſubſtitutos
proximiores de cippo extraneos in caſu, in
quo decederet ſine filijs legitimis, & natu-
7 ralibus, † tunc licet viuente filio mater per-
ceperit ſolum alimenta, tamen poſt eius
mortem capit integrum vſumfructum, nam
inſpecto iure communi vxor haberet totum
vſumfructum etiam ſtantibus filijs, conſue-
tudo tamen derogat ad fauorem filiorum,
qui fauor ceſſat propter illorum obitum,
vnde etiam ceſſare debet conſuetudo, quæ
amplius non attenditur, ſed eſt locus iuri
communi, itaut legatum vſusfructus cen-
ſeatur à ſubſtituto tacitè repetitum, adeo vt
hoc caſu idem ſubſtitutus præſtet plenius
legatum, quàm inſtitutus, ita in ſpecie con-
cludit *Bart. in l. titia. §. titia teſtamento.
n. 10. ff. de legat.2. Bald. in l. & ſi contra
tabulas. n.2. ff. de vulgar. & pupill. Anchar.
conſ. 185. n.1. Roman. conſ. 516. n.3. cum
ſeq. vbi Mandoſ. in verb. concluſio. Ang. in
auth. hoc locum. n.2. verſ. ſi autem teſtator.
C. ſi ſecund. nupſ. mulier. Ruin. conſ.26. n.3.
lib. 5.* & eſt communis opinio, vt teſtatur
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
8 *lib.9. tit. 7. n. 19.* † vbi quod procedit ſine
ſimus in ſubſtituto vulgari, ſiue pupillari,
quando vxor fuit inſtituta, donec honeſtè vi-
xerit, vel vitam viduilem ſeruauerit *Dec.
conſ.476. concluſionem ſuperius firmatam.
n 3. verſ. ſecundo reſpondetur. & ibi Addit.
in verb. mortuis. Natt. conſ. 605. n.2. & 3.
Gozad. conſ.99. n. 9. Roland. conſ. 74. n.10.
lib. 2. Surd.* latè *de aliment. tit.2. quæſt.15.
n. 162. & 189.*

Cum igitur vxor fuerit reintegrata ad vſum-
fructum per mortem filij, & habeatur tan-
quam vſufructuaria, & non amplius alimen-
9 taria † debet præſtare cautionem ad quam
tenetur quælibet, quæ fuit inſtituta donec
vitā viduilem ſeruauerit, itaut etiam illam
debeat offerre, etiam proprietario non pe-
tente, ſi vult conſequi bona ſibi ad vſumfru-
ctum relicta *Pinell. in l.1. p.2. n.77. C. de
bon. matern. Ruin. conſ.202. n.6. lib.2. Azo.
in l. vxori. ff. de vſufr. legat. Surd. deciſ.57.
n.11.* cum alijs quos adduxi *deciſ.3. in addit.
n.6. vſque ad 9.*

Et quamuis ſecundum aliquos requiratur pe-
10 titio cautionis ad hoc, vt vxor † non faciat
fructus ſuos *Surd. de aliment. tit.7. q.19. n.17.*
Tamen prima opinio eſt verior, & quidquid
ſit ſatis in caſu noſtro conſtat de petitione,
& mora vſufructuariæ, quæ expreſsè in iu-
dicio declarauit nolle facere inuentarium,
11 nec aliquam cautionem præſtare, † propter
quam moram cadit ab vſufructu, nec facit
fructus ſuos *l. 1. C. de vſufr. Gloſ. Bald. &
Salic. in l. vſufructu conſtituto. C. eod. tit.
Alex. conſ.58. n 6. & 7. lib.3.* cum alijs per
*Surd. deciſ.141. n.1. cum ſeq. Ceuall. q.408.
n.5.* Immo neq; dicta cautio poterit remitti
12 per teſtatorem † *Bart. in l. 1. C. de vſufr.
Socin. conſ.131. n.14. lib.1. Vaſq. de ſucceſſ.
creat. §. 7. n. 33. ad fin*

Si tamen allegaretur impoſſibilitas præſtandi
cautionem, & maxima paupertas, ob quam
mulier prætenderet ſe excuſare à tali præſta-
tione, hoc eſſet probandum; quo probato, ſi
non ſit ſuſpecta, prouidebitur per Iudicem
13 iuxta ea, † quæ notat *Bald. in l.4. q.8. n.4.
& 8. C. de vſufr. Iaſ. in auth. cui relictum. C.
de indict. viduit. tollend. Ceuall. q.66. Surd.
deciſ.141. per tot. Guid. Pap. deciſ.250. Bellon.
conſ.54. n. 6. Seraphin. priuileg. iuram.18.
n.42. Bertrand. conſ.144. n.12. lib.3. p.2.*

Quibus additur, quod ſi poſt petitionem hære-
14 dis, ſeu proprietarij, non detur cautio, † tūc
vſufructuarius non ſatiſdans non facit fru-
ctus ſuos, quamuis poſſideat, nam eo ipſo
quo non præſtat ſatiſdationem petitam, con-
ſtituitur in mala fide, propter quam non po-
teſt gaudere commodo fructuum, nam poſ-
ſeſſio, licet dicatur legitima ad capiendos
fructus ante cautionem, nihilominus poſt
petitionem non ſufficit, quia incipit eſſe vi-
tioſa *Sicard. in l.4. n.7. C. de vſufruct. Flo-
rian. in l. ſi cuius. n.6. verſ. aut fuit petita
& non præſtita. ff. eod. tit. Pariſ. conſ.61. n.
50. lib.3. Aim. conſ.300. n.2. Bellon. conſ.54.
n. 8.* cum alijs per *Caſtill. de vſufruct. c.16.*
15 *n.12. & 13.* † vbi etiam ampliat, quod ſtante
huiuſmodi mora ſatiſdandi, & conficiendi
inuentarium, fructus etiam perceptos reſti-
tuet, & vſumfructum perdet, qui conſolida-
bitur cum proprietate *Caualcan. de vſufr.
mulier. relict. n.142. Pinell. in l.1. p.2. n.79.
C. de bon. matern.* Excuſabitur tamen mu-
lier, quæ non ſatiſdedit, quamuis interpel-
16 lata, † ſi errauit in iure putans, quod non
teneretur, quia teſtator remiſit ſatiſdatio-
nem,

EPITOME.

SVbſtitutio proximiorum de cippo de linea maſculina, ſi extiterint, ſin autem fœminina, an intelligatur, vt linea fœminina ſit vocata ſolum in defectum lineæ maſculinæ. ¶ Et an ſit conſiderandum, quod filia deſcendat à patre maſculo, vt poſſit dici de linea maſculina. ¶ Deſcendentia per virilem ſexum, & per lineam maſculinam in quo differat. ¶ De affinibus an idem ſit iudicium, quod de principio affinitatis, & de cauſa cauſæ, ſicut de cauſato, & de initio, ſicut de his, quæ ab ipſo initio ſequuntur. ¶ Cippi appellatione qui veniant. ¶ Et quando compræhendantur fœminæ. ¶ Et quid ſi dictum ſit de cippo domus. ¶ Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori an reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, qui poſtea deceſſerunt. ¶ Vſufructuarius quando teneatur ad cautionem non petitam. ¶ Et quo caſu fructus perceptos reſtituat, & perdat vſumfructum. ¶ Duo ſi copulatiuè requirantur an vno deficiente, corruat diſpoſitio. ¶ Et quando qualitas maſculinitatis, & proximioritatis ſit probanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione cippi qui veniant, & quando cenſeantur comprahenſa fœmina. n. 2. 3. 17. & 33.*

4 *Subſtitutio proximiorum de cippo de linea maſculina ſi extiterint, ſin autem fœminina intelligitur, ut linea fœminina ſit vocata in defectum lineæ maſculinæ. n. 32.*

5 *Linea maſculina incipit in maſculo, fœminina autem linea incipit in fœmina. n. 28.*

6 *Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori quando reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, & quo caſu per obitum illorum, uxor ſit reintegranda ad totum vſumfructum. n. 7. & 8.*

9 *Vxor vſufructuaria donec vitam viduilem ſeruauerit, an debeat præſtare cautionem etiam proprietario non petente. n. 10.*

11 *Mora in præſtando cautionem facit, vt vſufructuarius cadat ab vſufructu.*

12 *Teſtator an poſſit remittere cautionem vſufructuariæ.*

13 *Stante paupertate, & impoſſibilitate præſtandi cautionem quomodo prouideatur vſufructuaria, & proprietario.*

14 *Vſufructuarius non præſtans cautionem petitam ab hærede, ſeu proprietario non facit fructus ſuos, quamuis poſſideat, & perceptos reſtituit. n. 15. Et quando excuſetur. n. 16.*

18 *Verba Cippum domus intelliguntur de his, qui portant eadem inſignia teſtatoris.*

19 *Duo ſi copulatiuè requirantur, ſi vnum deficiat, non habet locum diſpoſitio.*

20 *Probatio vtriuſque qualitatis maſculinæ, & proximitatis requiritur, ſi de vtraque eſt facta mentio. n. 34.*

21 *Filia dicitur de linea maſculina, cum deſcendat à patre, qui eſt maſculus, itaut cenſeatur vocata priuſquam patruus, tanquam in ea verificetur qualitas maſculinitatis.* Contrarium eſt verius. *n. 22. 23. 25. 26. 27. & 29.*

24 *Filia deſcendit à patre per virilem ſexum, non antem deſcendit per lineam maſculinam.*

30 *Maritus non eſt affinis, ſed principium affinitatis.*

31 *Quod iudicatur de affinibus, iudicandum eſt etiam de ipſo principio affinitatis.*

CAP. DCCCCI.

FVerunt in teſtamento exhibito ſubſtituti
proximiores de Cippo de linea maſculi-
na ſi extiterint, ſin autem fœminina in caſu
quo Franciſcus Carolus filius teſtatoris in-
ſtitutus hæres decederet ſine filijs legitimis,
& naturalibus. Vnde cum euenerit conditio
obitus ſine filijs, hæreditas, de qua agimus,
ſpectat ad Peregrinum nepotem ex fratre
eiuſdem teſtatoris proximiorem de Cippo
excluſa Hieronyma filia nupta, & dotata,
quæ licet ſit proximior, non tamen eſt talis
1 reſpectu cippi, † cuius appellatione veniunt
illi, qui ſunt agnati maſculi, & qui ſucce-
dunt per lineam maſculinam, & qui conſer-
uant agnationem, & ſunt firmamentum,
ſtabilitas, & conſeruatio domus teſtatoris
Corn. conſ. 55. col. 4. n. 4. & 5. lib. 1. vbi in
ſpecie concludit contra filiam ad fauorem
patrui, prout eſt caſus noſter *Idem Corn.
conſ. 26. col. 2. in princ. & conſ. 41. col. 2. &
penult. eod. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 172. n. 3.
Thob. conſ. 34. n. 1. & conſ. 76. n. 29.* late
*Sim. de Pret. conſ. 203. n. 2. & 3. & de inter-
pretat. vltim. volunt. lib. 3. dub. 1. ſolut. 11.
interpretat. 3. n. 19. fol. 289.*
Maximè, quia in caſu noſtro filia tempore, quo
2 ceſſit dies ſubſtitutionis, erat iam nupta, † &
tranſiuerat in alienam familiam etiam tem-
pore, quo pater viuebat, & antequam feciſ-
ſet teſtamentum cum dicta vocatione cippi,
tunc enim magis colligitur voluntas teſta-
toris, vt non cogitauerit de fœmina, ſed de
maſculo, dum ſubſtituit Cippum *Corn.* in
ſpecie *conſ. 55. col. 4. in fin. verſ. & maximè
3 hoc dicendum videtur. n. 6. lib. 1.* † Quamuis
etiam idem eſſet, ſi filia tempore, quo euenit
caſus ſubſtitutionis, fuiſſet nupta, cum ſem-
per ſperetur, quod nubat, prout nubunt fœ-
minæ in alienis familijs, vt notat *Idem
Corn. d. conſ. 55. col. 5. ante med. verſ. & ſi
dicta filia ſuperſtes. lib. 1.*
Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, vt ſatisfa-
cerem parti, cum in caſu noſtro non eſſent
neceſſaria, nam clarè hoc expreſſit teſtator,
dum in teſtamento ſubſtituit proximiores

de Cippo de lineæ maſculinæ ſi extiterint,
4 ſin autē fœminina, † ex quibus verbis patet,
quod linea fœminina eſt vocata in defectum
lineæ maſculinæ, vnde exiſtente patruo, qui
eſt de linea maſculina, nihil poteſt præten-
dere filia, quæ eſt de linea fœminina, vt no-
tat Curt. Iun. conſ. 172. n. 5. & 6. vbi quod
5 in maſculo incipit linea maſculina, † & in
fœmina linea fœminina Sim. de Pret. qui latè
comprobat de interpretat. vltim. voluntat.
lib. 3. dub. 1. ſolut. 11. interpret. 3. n. 51. vſ-
que ad 57. fol. 292.

Et quoniam in eodem teſtamento Benedicta
vxor teſtatoris fuit relicta domina, & patro-
na omnium bonorum, donec vitam viduilem
6 ſeruauerit, † iſtud legatum exiſtentibus filijs
hæredibus inſtitutis reſoluitur in alimenta,
cum præheminentia, quam habebat in domo
viuente teſtatore, iuxta vulgarem conſue-
tudinem Bulgari, de qua Bart. Bald. Ang.
Imol. Picus & alij in l. titia. §. titio cum
nuberet. ff. de legat. 2. Caſtr. conſ. 160. col. fin.
lib. 1. latiſſimè Surd. de aliment. tit. 2. q. 15.
n. 1. cum ſeq.

Verum quia præſupponitur filium hæredem in-
ſtitutum deceſſiſſe, & ei fuiſſe ſubſtitutos
proximiores de cippo extraneos in caſu, in
quo decederet ſine filijs legitimis, & natu-
7 ralibus, † tunc licet viuente filio mater per-
ceperit ſolum alimenta, tamen poſt eius
mortem capit integrum vſumfructum, nam
inſpecto iure communi vxor haberet totum
vſumfructum etiam ſtantibus filijs, conſue-
tudo tamen derogat ad fauorem filiorum,
quē fauor ceſſat propter illorum obitum,
vnde etiam ceſſare debet conſuetudo, quæ
amplius non attenditur, ſed eſt locus iuri
communi, itaut legatum vſusfructus cen-
ſeatur à ſubſtituto tacitè repetitum, adeo vt
hoc caſu idem ſubſtitutus præſtet plenius
legatum, quàm inſtitutus, ita in ſpecie con-
cludit Bart. in l. titia. §. titia teſtamento.
n. 10. ff. de legat. 2. Bald. in l. & ſi contra
tabulas. n. 2. ff. de vulgar. & pupill. Anchar.
conſ. 185. n. 1. Roman. conſ. 516. n. 3. cum
ſeq. vbi Mandoſ. in verb. concluſio. Ang. in
auth. hoc locum. n. 2. verſ. ſi autem teſtator.
C. ſi ſecund. nupſ. mulier. Ruin. conſ. 26. n. 3.
lib. 5. & eſt communis opinio, vt teſtatur
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
8 lib. 9. tit. 7. n. 19. † vbi quod procedit ſiue
ſimus in ſubſtituto vulgari, ſiue pupillari,
quando vxor fuit inſtituta, donec honeſtè vi-
xerit, vel vitam viduilem ſeruauerit Dec.
conſ. 476. concluſionem ſuperius firmatam.
n. 3. verſ. ſecundo reſpondetur. & ibi Addit.
in verb. mortuis. Natt. conſ. 605. n. 2. & 3.
Gozad. conſ. 99. n. 9. Roland. conſ. 74. n. 10.
lib. 2. Surd. latè de aliment. tit. 4. quæſt. 15.
n. 162. & 189.

Cum igitur vxor fuerit reintegrata ad vſum-
fructum per mortem filij, & habeatur tan-
quam vſufructuaria, & non amplius alimen-
9 taria † debet præſtare cautionem ad quam
tenetur quælibet, quæ fuit inſtituta donec
vitā viduilem ſeruauerit, itaut etiam illam
debeat offerre, etiam proprietario non pe-
tente, ſi vult conſequi bona ſibi ad vſumfru-
ctum relicta Pinell. in l. 1. p. 2. n. 77. C. de
bon. matern. Ruin. conſ. 102. n. 6. lib. 2. Azo.
in l. vxori. ff. de vſufr. legat. Surd. deciſ. 57.
n. 11. cum alijs quos adduxi deciſ. 3. in addit.
n. 6. vſque ad 9.

Et quamuis ſecundum aliquos requiratur pe-
10 titio cautionis ad hoc, vt vxor † non faciat
fructus ſuos Surd. de aliment. tit. 7. q. 19. n. 17.
Tamen prima opinio eſt verior, & quidquid
ſit ſatis in caſu noſtro conſtat de petitione,
& mora vſufructuariæ, quæ expreſsè in iu-
dicio declarauit nolle facere inuentarium,
11 nec aliquam cautionem præſtare, † propter
quam moram cadit ab vſufructu, nec facit
fructus ſuos l. 1. C. de vſufr. Gloſ. Bald. &
Salic. in l. vſufructu conſtituto. C. eod. tit.
Alex. conſ. 58. n. 6. & 7. lib. 3. cum alijs per
Surd. deciſ. 141. n. 1. cum ſeq. Ceuall. q. 408.
n. 5. Immo neq; dicta cautio poterit remitti
12 per teſtatorem † Bart. in l. 1. C. de vſufr.
Socin. conſ. 131. n. 14. lib. 1. Vaſq. de ſucceſſ.
creat. §. 7. n. 33. ad fin.

Si tamen allegaretur impoſſibilitas præſtandi
cautionem, & maxima paupertas, ob quam
mulier prætenderet ſe excuſare à tali præſta-
tione, hoc eſſet probandum, quo probato, ſi
non ſit ſuſpecta, prouidebitur per Iudicem
13 iuxta ea, † quæ notat Bald. in l. 4. q. 2. n. 4.
& 8. C. de vſufr. Iaſ. in auth. cui relictum. C.
de indict. viduit. tollend. Ceuall. q. 66. Surd.
deciſ. 141. per tot. Guid. Pap. deciſ. 250. Bellon.
conſ. 54. n. 6. Seraphin. priuileg. iuram. 18.
n. 42. Bertrand. conſ. 144. n. 12. lib. 3. p. 2.

Quibus additur, quod ſi poſt petitionem hære-
14 dis, ſeu proprietarij, non detur cautio, † tūc
vſufructuarius non ſatiſdans non facit fru-
ctus ſuos, quamuis poſſideat, nam eo ipſo
quo non præſtat ſatiſdationem petitam, con-
ſtituitur in mala fide, propter quam non po-
teſt gaudere commodo fructuum, nam poſ-
ſeſſio, licet dicatur legitima ad capiendos
fructus ante cautionem, nihilominus poſt
petitionem non ſufficit, quia incipit eſſe vi-
tioſa Sicard. in l. 4. n. 7. C. de vſufruct. Flo-
rian. in l. ſi cuius. n. 6. verſ. aut fuit petita
& non præſtita. ff. eod. tit. Pariſ. conſ. 61. n.
50. lib. 3. Aim. conſ. 300. n. 2. Bellon. conſ. 54.
n. 8. cum alijs per Caſtill. de vſufruct. c. 16.
15 n. 12. & 13. † vbi etiam ampliat, quod ſtante
huiuſmodi mora ſatiſdandi, & conficiendi
inuentarium, fructus etiam perceptos reſti-
tuet, & vſumfructum perdet, qui conſolida-
bitur cum proprietate Caualcan. de vſufr.
mulier. relict. n. 142. Pinell. in l. 1. p. 2. n. 79.
C. de bon. matern. Excuſabitur tamen mu-
lier, quæ non ſatiſdedit, quamuis interpel-
16 lata, † ſi errauit in iure putans, quod non
teneretur, quia teſtator remiſit ſatiſdatio-
nem,

nem, vel quid ſimile Surd. decif. 281.
Nec faciunt, quæ iterum exaduerſo adducuntur, quia ſolum tendunt ad probandum, quod appellatione cippi veniunt etiam fœ-
17 minæ, † iuxta deciſ. Rot. Montis Faliſci. relatam per Bertram. in addit. ad deciſ. Sanctiſſimi 293. n. 23. Pariſ. conſ. 35. & 43. lib. 3.
Et quidquid ſit de prædictis, aliud eſt in caſu noſtro, in quo non ſolum vocatur cippus, ſed proximior de cippo domus, tunc enim per illud verbum domus intelligitur de his,
18 qui deferunt idem cognomen, † & eadem inſignia, ſeu arma teſtatoris, vt poſt Grat. Tiraq. Socin. Iun. & alios concludit Cardin. Mantic de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 17. in fin. Menoch. præſumpt. 88. n. 12. lib. 4.
Et quatenus etiam illud verbum domus includeret fœminas, & alios non deferentes dictum cognomen, & arma teſtatoris, nihil officeret caſui noſtro, in quo idem teſtator non ſolum vocauit cippũ, & addidit domum, ſed ſubſtituit proximiores de Cippo de linea maſculina ſi extiterint, ſin autẽ fœminina, ex quibus verbis non ſufficit allegare, quod filia ſit proximior patruo, quia debet probari duplex qualitas, & quod ſit proximior, & quod
19 ſit de linea maſculina, † cum iſta duo copulatiuè requirantur, quorum vno deficiente non intrat vocatio l. ſi hæredes plures. ff. de conditionib. inſtit. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Surd. conſ. 43. n. 15. lib. 1. &
20 conſ. 403. n. 29. & 30. lib. 3. † & ita in propoſito noſtro, quod requiratur probatio iſtius duplicis qualitatis maſculinæ, & proximitatis concludit Gozad. conſ. 85. n. 15. ad med. Menoch. conſ. 205. n. 29. lib. 3. Caſtr. conſ. 190. nouiter. n. 4. lib. 2.
Non obſtat, quod filia ſit de linea maſculina,
21 cum deſcendat à patre, qui eſt maſculus, † vnde cenſebitur vocata prius, quam patruus tanquam in ea verificetur qualitas maſculinitatis, prout contra Caſtr. in l. ſi maritus. 21. C. de procuratorib. tenet ibid. Iaſ. n. 4. & in l. gallus. 29. §. nunc de lege n. 13. ff. de liber. & poſthum. & in l. 2. n. 206. C. de iur. emphit. Socin. Iun. conſ. 30. n. 49. lib. 1. Pinell. in l. 3. n. 29. C. de bon. matern. Menoch. conſ. 625. n. 12. in fin. lib. 7. Craſſ. in §. fideicommiſſum. q. 15. n. 4. ad med. Roſental. de feud. c. 7. concluſ. 37. n. 8. fol. 375. Ferrett. in l. vnic. n. 12. C. de mandat. princip. Aim. conſ. 656. n. 8. verſ. intentione hac. lib. 4.
Nam quidquid Iaſ. Socin. & alij ſequaces dicant, contraria opinio per Caſtr. firmata in d. l. ſi maritus. C. de procurator. eſt ve-
22 rior, & magis communis, † quod videlicet in diſpoſitione, in qua vocantur aliqui de linea maſculina, non comprehendatur filia ipſius vocantis, cum illa ſit caput lineæ fœmininæ, ſicut enim maſculi faciunt lineam maſculinam, ita fœminæ faciunt lineam fœmininam, adeo vt non poſſit dici, quod eadem fœmina tanquam principium lineæ fœmininæ contineatur in linea maſculina, cum idem iudicetur de ipſo principio principiante, ſicut de his, quæ ſequuntur à dicto principio, prout etiam idem iuris eſt in cauſa, ſicut in cauſato, immo potentius, vnde ſicut deſcendentes ex filia non admitterentur ad iſtam vocationem, ita neque debet admitti ipſa filia, quæ eſt caput lineæ fœmininæ, quamuis deſcendat à patre maſculo, cuius deſcendentia non conſideratur, ſed ſolum
23 principium lineæ, † ita per prædictas, & ſimiles rationes, opinionem Caſtr. tanquam veriorem, & magis approbatam ſequitur Curt. Iun. conſ. 151. n. 5. & 6. & conſ. 5. n. 25. poſt med. & in l. 1. n. 21. C. vnd. vir & vx. & in l. qui ſe patris. n. 77. C. vnd. liber. & de feud. p. 3. n. 28. membr. 1. Idem Caſtr. qui latiſſimè comprobat conſ. 190. nouiter reuocatur in dubium. n. 1. & per tot. lib. 2. Alex. conſ. 43. lib. 3. alias eſt conſ. 53. n. 3. & 6. lib. 6. Socin. Iun. conſ. 186. n. 10. & 14. lib. 2. & conſ. 1. n. 117. lib. 1. & conſ. 69. n. 30. lib. 3. Cephal. conſ. 413. n. 20. vſque ad 26. lib. 3.
24 vbi quod filia † dicitur deſcendere à patre per virilem ſexum, non autem deſcendit per lineam maſculinam Socin. inter conſ. Curt. Sen. conſ. 40. col. 5. ad med. verſ. confirmatur & quarto. n. 12. Crot. qui de communi in l. filiusfamilias. §. diui. n. 10. in fin. & ibi Loan. n. 67. ff. de legat. 1. Pariſ. conſ. 74. n. 2. lib. 3. & conſ. 22. n. 44. & 45. eod. lib. vbi etiam teſtatur de communi Socin. Sen. in l. gallus. §. nunc de lege. n. 4. & ibi Alex. n. 3. verſ. ſed iuxta hoc quæro. Claud. col. 2. Salamon. in fin & Alciat. n. 11. ff. de liber. & poſthum. Idem Alciat. conſ. 13. n. 12. lib. 5. Ruin. conſ. 208. n. 7. lib. 1. & conſ. 126. n. 13. eod. lib. & conſ. 149. n. 11. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 205. n. 20. vſque ad 29. lib. 2. vbi reſpondet omnibus contrarijs Rip. lib. 3. reſponſ. c. 3. n. 10. Gozad. conſ. 87. n. 15. Hugo. conſ. 120. n 4 ad fin. Cæteros conſulto omitto, cum eſſet longum omnes recenſere, qui teſtantur non eſſe recedendum ab hac opi-
25 nione in iudicando, & conſulendo, † prout etiam latè comprobat Sim. de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. lib. 3. ſolut. 11. n. 54. cum ſeq. fol. 292. Dec. conſ. 365. viſo conſilio. n. 4. in fin. Brun. de ſtatut. excludent. fœmin. art. 12. q. 19. col. 1. poſt med. verſ. & ſi ſtatutum vocet. Peregr. de fideicommiſſ. art. 26. n. 28. & n. 29. verſ. hoc circa iſta maiorum noſtrorum. & n. 30. fol. 250. Gabr. conſ. 90. n. 32. lib. 1. Palaez. de maiorat. p. 2. q. 7. n. 44. Caldas de nominat. emphyteuſ. lib. 2. q. 24. n. 85. 86. & 91.
Neque obſtat Socin. Iun. conſ. 30. n. 49. lib. 1. Quia contrarium voluit conſ. 186. n. 10. & 14. lib. 2. & conſ. 1. n. 117. lib. 1. & conſ. 69. n. 30. lib. 3. Prout nec facit Addit. ad Alex. conſ. 53.
26 lib. 6. † Quia reprobatur vt per Sim. de Pret. lib. 3. interpret. vlt. volunt. ſolut. 11. n. 54. fol. 292. Quemadmodum etiam reſpondetur

ad

Digitized by Google

ad *Menoch. conſ. 625. lib. 7.* Nam ſe declarat,
27 iuxta ea, † quæ dixit *conſ. 205. n. 20. vſque ad 29. lib. 3.* quod filia eſt de deſcendentibus à linea maſculina, cum deſcendat à patre, ſed non compræhenditur in linea maſculina,
28 cũ ſit caput lineæ fœmininæ, † vt notat *Idem Menoch. d. conſ. 625. n. 9. in fin. & n. 11. & n. 12. verſ. tertio ſuffragatur. in fin. lib. 7.* Maximè, quia linea maſculina ſtatim mortuo patre extinguitur, & ſic filia eſt finis lineæ maſculinæ excluſiuè, non autem incluſiuè,
29 cum filia † non includatur ſub ipſa linea maſculina *Menoch. conſ. 205. n. 28. lib. 3. poſt Mar. Salamon. in l. gallus. §. nunc de lege. in fin. ff. de liber. & poſthum.* Prout etiam nec obſtat *Iaſ.* cum ſit ſibi contrarius, vt late oſtendit *Caldas de nominat. emphyteuſ. lib. 2. quaſt. 24. n. 91. in princ. & n. 92. poſt med. verſ. quamobrem cum filia.*

Quare dicimus, quod maritus poteſt agere pro
30 vxore, prout affinis agit pro affine, † quamuis enim maritus non ſit affinis, ſed principium affinitatis *l. non facilè. §. affines. ff. de gradib. Gloſ. in l. affinitatis. C. commun. ſucceſſion.* Tamen debet audiri, nam quod iudi-
31 catur de affinibus, † iudicandum eſt de ipſo principio affinitatis *Cin. Caſtr. Iaſ. & alij in l. maritus. C. de procurator. Alex. in l. gallus. §. nunc de lege. n. 3. vbi Socin. n. 4. ff. de liber. & poſthum. Caldas de nominat. emphyteuſ. lib. 2. q. 24. n. 86. ad med. verſ. quod ſanè argumentum.*

Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti, quia ſufficit, quod teſtator in caſu noſtro vocauerit proximiores de cippo de linea maſculina ſi extiterint, ſin autem fœminina, per quæ verba fœminæ ſolum vocantur in defe-
32 ctum maſculorum, † vnde quando extant maſculi, debent fœminæ excludi, ſiue ſint filiæ, ſiue filiæ filiarum, nulla habita conſideratione, quod deſcendant ex maſculis, cum debeant habere etiam qualitatem maſculinitatis, qua non probata præferuntur maſculi, & qui ſunt proximiores de Cippo li-
33 neæ maſculinæ, † cuius appellatione venit etiam linea tranſuerſalis *Gualdenſ. de art. teſtand. tit. de ſubſtitution. cautel. 22. in fin. tom. 8. par. 1. fol. 124. poſt Cuman. conſ. 2.*
34 *proponitur. col. 1.* † Et paſſim quod requiratur iſta probatio qualitatis maſculinitatis, itaut non ſufficiat, vt adſit deſcendentia ex maſculis concludit *Peregr. de fideicommiſſ. art. 26. n. 29. verſ. circa vero ſecundum caſum. fol. 250.* quem ſequitur *Rot. deciſ. 203. n. 5. ad med. p. 2. in recentior. poſt Alciat. in l. gallus. §. nunc de lege. n. 10. ff. de liber. & poſthum. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. n. 9. verſ. primum erit. Celſ. Vgo. conſ. 420. n. 4. Gozad. conſ. 87. n. 15. Menoch. conſ. 205. per tot. lib. 3. Molin. de primogenit. hiſpanor. lib. 3. c. 5. n. 66. verſ. duodecima concluſio. in princ. & ad med. verſ. veriſimilius tamen videtur. fol. 382.*

EPITOME.

Solemnitas ſeptem teſtium an requiratur in ademptione totius inſtitutionis, ſeu partis factæ per patrem filio in teſtamento. ¶ Hæreditas quando poſſit dari, ſeu adimi in codicillis directè, vel per obliquum. ¶ Et in eis quando ſit permiſſa declaratio, & diuiſio bonorum, & quod vnus ex hæredibus ſit indignus ſua hæreditate. ¶ Et quando cauſæ expreſſæ eiuſdem indignitatis ſint probandæ per hæredem. ¶ Teſtator ſi dicat in codicillis, quod nolebat hæredem in teſtamento inſtitutum quicquam habere de ſua hæreditate an ex iſtis verbis illa dicatur adempta. ¶ Voluntas minus ſolemnis, & ſchedula patris etiam priuata ſine teſtibus quando debeat attendi inter filios. ¶ Diſpoſitio *auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* an habeat locum tam ſi teſtator ſecundo diſponat ad fauorem extranei, quam filiorum. ¶ Et an debeat eſſe ad commodum omnium liberorum, vel aliquorum tantum. ¶ Clauſula codicillaris in teſtamento nullo, quando operetur, vt venientes ab inteſtato dicantur grauati relinquere bona hæredibus ſcriptis detracta eorum legitima, & trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non poteſt dari, neque adimi in codicillis. Intellige vt n. 2. & quid in filijs, n. 3. & 4.*
5 *Teſtator ſi dixit in codicillis, quod nolebat hæredem in teſtamento inſtitutum, quicquam habere de ſua hæreditate, non tamen ex iſtis verbis hæreditas poterit ei auferri.*
6 *Codicilli facti in odium unius ex filijs minus operantur ademptionem hæreditatis eidem relictæ in priori teſtamento.*
7 *Solemnitas ſeptem teſtium requiritur in ſublatione totius inſtitutionis, ſeu partis factæ per patrem filio in teſtamento. n. 9.*
8 *Verbum infirmare quid importet.*
10 *In codicillis poteſt declarari, quod vnus ex hæredibus ſit indignus ſua hæreditate.*
11 *Cauſæ expreſſæ in codicillis ſuper indignitate hæreditatis ſunt verificandæ per hæredem, neque ſuper eis ſtatur dicto patris. Amplia etiam in loco, & tempore. n. 12.*
13 *Expreſſio cauſarum exhæredationis facta per patrem, & illarum probatio per hæredem requiritur, vt filius tanquam ingratus ſit excluſus ab hæreditate patris.*
14 *Ademptio bonorum, ſi fiat per teſtatorem ex falſa cauſa, non valet, & habetur pro non facta.*
15 *Pater poteſt per codicillum, & aliam quamcunque voluntatem minus ſolemnem, & etiam per ſchedulam priuatam bona ſua inter filios diuidere, & de illis plus vni, quàm alteri aſſignare. n. 16.*
17 *Permittitur patri declarare in codicillis,*

*quæ fecit in teſtamento, licet hoc ei non per-
mittatur per viam reuocationis. & n. 18.*
19 *Diſpoſitio* auth. hoc inter liberos. C. de
teſtam. *an habeat locum tàm ſi teſtator ſe-
cundo diſponat ad fauorem extranei, quàm
filiorum, & an debeat eſſe ad commodum
omnium liberorum, vel aliquorum. n. 20.
21. & 22.*
23 *Filij omnes ſunt æqualiter inſtituendi, itaut
diſpoſitio contraria dicatur contra natura-
lem æquitatem.*
24 *Simplex declaratio patris quando admitta-
tur quo ad ea, quæ prius diſpoſuit, & in
quo differat à reuocatione.*
25 *Verba dicuntur clara, quando intellectus
non laborat in intelligendo.*
26 *Clauſula codicillaris operatur quando teſta-
mentum eſſet nullum, ut ſint grauati ve-
nientes ab inteſtato relinquere bona hære-
dibus ſcriptis detracta eorum legitima, non
autem trebellianica. n. 27. & 28.*

CAP. DCCCCII.

PAter non potuit in codicillis priuare fi-
lium hæreditate, in qua prius illum hæ-
1 redem Inſtituerat cum alijs fratribus, † nam
in codicillis non poteſt hæreditas adimi, ne-
que relinqui *l. 2. §. ult. ff. de iur. codicillor.
l. ſceuola. ff. ad trebellian. l. hæreditas. 4. C.
quib. ut indign. Pariſ. conſ. 10. n. 27. lib. 3.
& conſ. 35. n. 5. lib. 2. Craſſ. in §. codicillus.
q. 1. n. 13. Dec. conſ. 360. omiſſa longa ſerie.
col. 1. poſt princ. verſ. non obſtat quod inſti-
tutio. Coſt. in c. ſi pater. in verb. inter dam-
num. p. 3. n. 12. de teſtam. Albenſ. conſ. 180.
n. 5. & 6. Card. Mantic. de coniectur. ultim.
volunt. lib. 2. tit. 8. n. 1.* cum alijs per *Turret.
de effectib. & defectib. clauſ. codicillar. q. 78.
n. 5. fol. 193. & q. 86. n. 4. fol. 209. Molin. de*
2 *primogenit. hiſpanor. lib. 2. c. 2. n. 28.* † Con-
traria autem procedunt, quando non dare-
tur in codicillis hæreditas directè, ſed obli-
què per fideicommiſſum *Surd. conſ. 232. n. 18.
lib. 2.* iuxta *l. 2. ff. ad trebellian. §. fin. inſtit.
de codicill. Turret. d. q. 77. n. 18. & q. 3. fol. 4.*
Nec facit, quod iſta procedant in extraneis,
ſecus in filijs, quibus etiam in codicillis po-
3 teſt hæreditas dari, † ſecundum *Bart. in l. mi-
litem codicillis. ff. de teſtam. milit.* Quia ve-
rius eſt; ut etiam in filijs huiuſmodi adem-
4 ptio, ſeu datio non ſit admittenda, † ut de
communi teſtatur *Roman. conſ. 179. n. 12. in
princ. verſ. quo ad ſecundum. col. 4. in fin.
poſt Bald. in l. filij patris. C. famil. erciſcund.
& in l. inſtitutio. ff. de conditionib. inſtitut.
Iaſ. in l. omnimodò. in princ. n. 9. C. de
inoffic. teſtam. Pariſ. conſ. 35. n. 6. cum ſeq.
lib. 2. Craſſ.* qui de magis communi, & ve-
riore opinione teſtatur in *§. codicillus. n. 14.
Vaſq. de ſucceſſ. creation. lib. 3. §. 25. limit. 30.
n. 7. ad med. verſ. his tamen non obſtantibus.
& in fin. verſ. ex prædictis tenendo. fol. 53.*

Et ita in ſpecie caſus noſtri concludit *Caſtr. in*
5 *l. hæreditas. 4. n. 2. C. quib. ut indign.* † vbi
ſi teſtator dixit in codicillis, quod nolebat
hæredem inſtitutum quidquam habere de
ſua hæreditate, quod ex iſtis verbis non au-
feretur ei portio relicta, ſed penes eumdem
hæredem remanebit *l. militis codicillis. 37.
§. veteranus. ff. de teſtam. milit.* ſequitur
Dec. conſ. 360. omiſſa longa. col. 1. ante med.
6 *verſ. quia reſponderi poteſt. n. 1.* † Maximè,
quia talis codicillus fuit expreſſè factus in
odium, & damnum vnius filij, quo caſu mi-
nus daretur ademptio hæreditatis relictæ in
priori teſtamento perfecto, & ſolemni in
quo inducebatur æqualitas inter filios, quæ
poſtea fuit ſublata cum maxima inæqualita-
te, vt in propoſito noſtro declarat *Pariſ.
conſ. 35. n. 22. & 30. in fin. lib. 2.*
Additur, quod in ademptione legati facti filio
in teſtamento, ſeu in ſublatione inſtitutio-
nis requiritur ſolemnitas ſeptem teſtium,
7 nec ſufficiunt quinque † iuxta *auth. hoc inter
liberos. C. de teſtam.* & notat *Roman. conſ.
179. n. 16.* vbi quod licet *d. auth.* loquatur,
quando agitur de ſublatione totius teſta-
menti, tamen debet extendi ad ſublationem
particularem propter verbum illud infirmari
8 in *eadem auth.* poſitum, † quod reſpicit tam
ſublationem totius, quàm partis *§. quoniam
infirmas. & §. quoniam omnino. auth. de
nupt. & Roman.* ſequitur *Grat. conſ. 103. n.
18. lib. 2. Iaſ. in d. auth. hoc inter. C. de teſtam.*
9 *Socin. Iun. conſ. 127. n. 8. lib. 2.* † vbi quod
contraria procedunt quando ſecunda diſpo-
ſitio reuocatoria eſſet fauorabilis filijs, qui
fauor ceſſat in caſu noſtro, vt dictum eſt
*Bald. & alij in d. auth. inter liberos. Roman.
conſ. 179. n. 16. ad fin.*
Non obſtat, quod licet hæreditas non poſſit
adimi in codicillis, poteſt tamen in eis de-
clarari, quod vnus ex hæredibus eſt indi-
10 gnus ſua hæreditate, † itaut ipſo ab ea ex-
cludatur, & ad fiſcum perueniat *l. hæreditas.
4. C. de his quib. ut indign. Dec. conſ. 361.
col. 5. in princ. verſ. quarto reſpondetur. n. 5.*
Quia cum talis priuatio fiat per patrem ex
cauſis expreſſis in codicillis, illæ ſunt verifi-
11 candæ per hæredem, † cum hodie non ob-
ſtante tali expreſſione, non præſumatur ea-
rum veritas, quidquid alias ſtaretur dicto
patris, cui hodie non ſtatur; ideo probatio
incumbet hæredi *§. fine igitur. in verb. mon-
ſtrauerit. auth. vt cum de appellat. cognoſc.
Bart. & Aret. in l. 1. ff. de teſtament. Pariſ.
conſ. 1. n. 136. lib. 1. Cardin. Mantic. de con-
iectur. ultim. voluntat. lib. 4. tit. 11. n. 33. & 34.*
12 vbi etiam quod erit probandus locus, † &
tempus, quamuis in teſtamento talis expreſ-
ſio non eſſet neceſſaria *Alex. conſ. 203. n. 9.
lib. 2. Socin. conſ. 105. in fin. lib. 3. Iaſ. in
auth. non licet. n. 120. C. de liber. præterit.*
13 Itaut iſta duo debeant concurrere; † & ex-
preſſio cauſarum facta per patrem, vt filius
ex-

excludatur ab hæreditate ipſius, cum non liceat hæredi ingratum nominare filium, niſi prius per patrem fuerit ita nominatus *Aret. in l.3. §. filius. n.8. & 9. ff. de liber. & poſthum. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.4. tit. 11. n.37. in fin.*

Immo cum præſupponatur falſitas cauſarum, ademptio facta per teſtatorem in vim iſtius
14 falſitatis, † & erroris non valet, & habetur ac ſi non fuiſſet ſubſecuta *l. vlt. ff. de hæredib. inſtit. l. nec apud. & l. ſi pater. C. eod. tit. Dec. conſ. 175. viſo themate ſupraſcripto col. 2. poſt princ. verſ. ita dicit de facto ſe reſpondiſſe. n.3. Caſtr. in l. eam quam. verſ. & per iſtam. C. de fideicommiſſ. Menoch. conſ. 484. n. 18. lib.5. & conſ. 91. n.45. lib.1. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.4. tit. 11. n.30. Surd. conſ. 373. n. 19. vſque ad 21. lib.3. & deciſ. 293. n.5. & 6. Grat. conſ. 124. col. 2. lib. 1.*

Neque iura exaduerſo allegata aliquid obſtat; Quia in eis ſolum concluditur, quod pater
15 poteſt per codicillum, † & aliam quamcumque voluntatem etiam minus ſolemnem bona ſua inter filios diuidere, & de illis plus vni, quàm alteri aſſignare *l. ex parte. 40. §. inteſtato. ff. famil. erciſc. l. filij patris. 16. & l. fin. C. eod. tit.* Sed hoc non controuertitur, quia eſt concluſio omnibus nota; itaut non ſolum hoc poſſit fieri per patrem in codicillis, ſed etiam in ſchedula priuata manu
16 ipſius ſcripta, † vel ſubſcripta, etiam abſque teſtibus, quia illa eſt valida, & habetur tanquam teſtamentum, cum inter filios poſſit pater diſponere abſque aliqua ſolemnitate, quæ non attenditur in huiuſmodi diſpoſitionibus priuilegiatis, cum in eis ſola veritas ſit ſpectanda *Bart. in l. is qui teſtamentum. 25. n. 4. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Bald. Corn. Fulgoſ. Caſtr. Sicard. Iaſ. & alij in auth. quod ſine. C. de teſtam.* latè *Menoch. præſumpt. 7. n.5. lib. 4.* & latiſſimè comprobat *Io. Harprect. in addit. ad Clar. in §. teſtamentum. q.14. n.1. vſque ad 9.*

Neque obſtat, quod licet pater non poſſit reuocare in codicillis hæreditatem prius datam
17 filio in teſtamento, † Tamen aliud eſt quando in codicillis idē pater procedit per viam declarationis, & diuiſionis bonorum, non autem per viam reuocationis *Pariſ. conſ. 35. n. 27. lib. 2.* Quia in caſu noſtro ex lectura codicillorum clarè apparet fuiſſe reuocatam inſtitutionem æqualiter factam de filijs, cum pater in eis mandauerit, quod filius æqualiter inſtitutus non poſſit habere in ſua hæreditate niſi ſcuta centum, & quod aliud non poſſit prætendere, adimendo eidem quidquid vltra prædicta petere poſſet, quæ verba ſunt luce meridiana clariora ad effectū, vt dicatur adempta inſtitutio prius facta, & quod pater non proceſſit per viam declarationis, ſeu di-
18 uiſionis, ſed meræ reuocationis, † vnde remanet firma concluſio, quod non poteſt dici reuocata talis inſtitutio in codicillis, qui ſunt omnino nulli reſpectu ademptionis eorum, in quibus prius in teſtamento perfecto fuit filius inſtitutus, vt latè declarat *Idem Pariſ. conſ. 35. n.28. vſque ad 32. lib.2. Roman. conſ. 179. n. 12. poſt princ. verſ. quo ad ſecundum. Bertrand. conſ. 70. ad* [illegible] *lib. 1. p. 1. Iaſ. in l. omnimodo. in princ. n. 9. C. de inoffic. teſtam. Bald. in l. inſtitutio. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. filij patris. C. famil. erciſc. & in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. Ang. in l.2. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam.*

Stante præſertim diſpoſitione *auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* de qua *ſupr. n.7. & 8.*
19 non obſtante, † quod exaduerſo opponatur illam non habere locum, niſi quando ſecunda diſpoſitio eſt ad fauorem extranei; ſecus ſi inter liberos *Alex. conſ. 146. n.11. lib.2.* Quia procedit, quando talis ſecunda diſpoſitio eſt fauorabilis ipſis filijs, ſecus ſi fuerit dānoſa, prout eſt in caſu noſtro, in quo filius fuerat
20 equaliter inſtitutus cū alijs filijs, † in codicillis autem valde inæqualiter *Aim.* in ſpecie *conſ. 143. n.7. ad med. verſ. & ſi dicas etiam. col. 2. in princ.* & latius *conſ. 153. n.12. poſt Iaſ. & Caſtr. in d. auth. hoc inter liberos. Alex. conſ. 105. col. 4. verſ. ſecundo reſpondeo. lib. 4. Corn. conſ. 31. col. penult. in fin. lib. 2. Dec. conſ. 475. in cauſa quæ mantua. col. 3. in princ. verſ. tertio reſponderi poteſt. Socin. conſ. 163. col. penult. lib. 2.* cum alijs per *Craſſ. in §. teſtamentum. q.86. n.2. Clar. eod. tit. q. 98. n.2.*

Nec facit, quod ſecunda diſpoſitio eſt fauora-
21 bilis pluribus filijs, quod ſufficit, † quamuis non eſſet ad fauorem omnium *Corn. conſ. 21. n. 10. in fin. lib. 4.* quem ſimpliciter refert *Pariſ. conſ. 34. n. 46. lib. 2.* Quia verius eſt, vt debeat eſſe fauorabilis omnibus filijs, non
22 autem pluribus † *Aim. in terminis conſ. 143. n. 7. ad fin. & conſ. 152. n. 12. in fin. Alex. conſ. 163. n.8. lib.7. Craſſ. in §. teſtamentum. q. 86. n. 7. Socin. Iun. conſ. 127. n.10. lib.1. & conſ. 144. n.57. lib.2.*

Et quidem iſta opinio eſt verior, cum omnes filij debeant eſſe æquales, & non ſufficiat, quod pluribus magis faueatur, tanquam omnes
23 ſint æqualiter tractandi, † itaut diſpoſitio, per quam non ſeruatur æqualitas inter omnes liberos, dicatur contra naturalem æquitatem *Alex. conſ. 163. n.8. in fin. lib. 7. poſt Bald. in l. inter filios. C. famil. erciſc. Honded. conſ. 59. n.60. vſque ad 68. lib. 1. & conſ. 29. n.96. cum ſeq. eod. lib.*

Minus facit, quod *auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* habeat locum quando prima diſpoſi-
24 tio reuocatur per ſecundam, † ſecus autem quando proceditur per viam ſimplicis declarationis *Pariſ. conſ. 34. n. 48. lib. 2. poſt Corn. conſ. 21. n. 15. lib. 4.* Quia in teſtamento mihi exhibito adeſt expreſſa reuocatio omnium, quæ fuerunt relicta filio in primo

Digitized by Google

teſtamento, nam teſtator mandauit, quod
filius æqualiter inſtitutus non poſſit habere
in ſua hæreditate, niſi ſcuta centum, & quod
aliud non poſſit prætendere, adimendo eidem
quidquid vltra prædicta prætendere poſſet,
ex quibus verbis colligitur expreſſa adem-
ptio, ita vt non ſit ſuper hoc inſiſtendum,
25 cum verba ſint clara, † quæ tunc dicuntur
talia, quando intellectus non laborat in in-
telligendo *Bald. in auth. hoc inter liberos,*
in princ. C. de teſtam. Socin. Iun. conſ. 122.
n. 23. lib. 1. Card. Mantic. de coniectur. vlt.
volunt. lib. 3. tit. 4. n. 7.

Habebit igitur filius in caſu noſtro integram
portionem ſibi relictam in primo teſtamen-
to ſolemniter facto, non obſtantibus codi-
cillis, in quibus non potuit pater reuocare
inſtitutionem eidem factam in dicto teſta-
26 mento ex multis ſuperius adductis, † quibus
non obſtat *Rot. deciſ. 568. n. 3. p. 1. in recent.*
Quia loquitur quando teſtamentum eſſet nul-
lum, quod ſuſtinetur in vim clauſulæ codi-
cillaris, per quam cenſentur grauati venien-
tes ab inteſtato relinquere bona hæredibus
ſcriptis, detracta eorum legitima; qui nõ eſt
caſus noſter; nã primum teſtamentũ remanet
validum ad fauorem filij, cui non potuit pa-
ter adimere in codicillis inſtitutionem in
eodem teſtamento relictam, ideo non eſt
agendum de legitima, cum tota portio, in
qua fuit inſtitutus filius ei reſeruetur pro-
pter reuocationem inualidam factam in co-
27 dicillis, vt dictum eſt, † Et ita etiam loquun-
tur omnes Doctores in *d. deciſ.* allegati vi-
delicet *Bart. in l. 1. q. 5. n. 9. ff. de iur. codi-*
cillor. Bero. conſ. 118. n. 30. lib. 2. Gabr. conſ.
109. n. 5. & conſ. 113. n. 2. lib. 1. Clar. in §.
teſtamentum. q. 46. Gail. obſeruat. 114. n. 2.
& 3. lib. 2. Turret. de effect. clauſ. codicillar.
q. 53. n. 6. & q. 23. effect. 14. cum ſeq.

Prout neque erit agendum de trebellianica,
28 cum teſtamẽtum remanſerit validũ; † Quam-
uis, vt hoc obiter adnotetur, ſi teſtamen-
tum fuerit nullum, per clauſulam codicil-
larem in eo appoſitam veniens ab inteſtato
ſolum cenſetur grauatus reſtituere hæredi-
tatem hæredi ſcripto in eodem teſtamento,
detracta tantum legitima, non autem tre-
bellianica, cum propter præteritionem, ſeu
malam exhæredationem, teſtamẽtum ſit nul-
lum, & ex clauſula codicillari per fideicom-
miſſum ſit rogatus reſtituere eamdem hære-
ditatem purè, non autem ſub conditione, ſeu
in diem, quo caſu vna tantum detrahitur
quarta, & ſic ſolum legitima, non autem
trebellianica *Bart. conſ. 20. n. 3. & 6. lib. 1.*
& in l. papinianus. §. meminiſſe. in fin. vbi
Bald. n. 3. Ang. ad fin. Cagnol. n. 21. ff. de
inoff. teſtam. Alex. conſ. 242. n. 13. lib. 2. Gabr.
conſ. 113. n. 4. & 5. lib. 1. Card. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. vlt. n. 31. Menoch.
præſumpt. 32. n. 2. in fin. lib. 4. Rot. deciſ. 568.
n. 4. par. 1. in recentior. Aim. conſ. 295. n. 2.

E P I T O M E.

Cenſus quando ſit inualidus, ſi conſtituatur ſuper re emphyteotica abſque conſenſu domini directi. ¶ Et an ius dicendi de illius nullitate poſſit cedi. ¶ Bulla iuris congrui an ſolum requirat ornatum. ¶ Dictio quotquot quid ſignificet, & an ſit vniuerſalis, vel recipiat reſtrictionem de habilitate, ſi proferatur per modum legis. ¶ Ius ſuperueniens pendente lite, & non habens cauſam de præterito quo caſu conualidet iudicium. ¶ Proprietarius an præferatur in retractu domus venditæ excluſo cenſuario, & vicino. ¶ Emptor cum pacto redimendi an poſſit petere prælationem. ¶ Vicinitas ex parte retrò an attendatur ad effectum iuris congrui. ¶ Iura omnia tranſmiſſibilia ad hæredes an poſſint cedi. ¶ Et quid in iure redimendi, & prælatione, ſeu retentione rei feudalis, vel emphyteoticæ cum ſimilibus. ¶ Renunciare appellationi, vel illam non proſequi an idem ſit quod approbare ſententiam.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus directus præfertur in retractu domus venditæ excluſo cenſuario, & vicino.*
2 *Ius redimendi an poſſit cedi, & ſit tranſmiſſibile, & n. 4.*
3 *Prælatio, ſiue retentio rei fœudalis an ſit ceſſibilis, n. 6. & 7.*
5 *Emptor cum pacto redimendi non poteſt petere prælationem.*
8 *Cenſus eſt nullus, ſi conſtituatur ſuper re emphyteotica abſque conſenſu domini directi. Declara, vt n. 9.*
10 *Ceſſionarius cenſetur eadem perſona cum cedente.*
11 *Ceſſionarius poteſt omnia, quæ poterat cedens ante ceſſionem.*
12 *Ius dicendi de nullitate cenſus poteſt cedi, prout omnis actio, & omne ius etiam extraiudiciale.*
13 *Iura omnia poſſunt cedi, quæ ad hæredes tranſmittuntur.*
14 *Vicinitas ex parte retro non attenditur ad effectum bullæ iuris congrui. Intellige, vt n. 15. 17. & 21.*
16 *Ratio eadem facit, vt bulla iuris congrui extendatur.*
18 *Dictio quotquot eſt vniuerſalis, & omnia comprehendit, recipit tamẽ reſtrictionem de habilitate ſi proferatur per modũ legis. n. 20.*
19 *Bulla iuris congrui ſolum requirit ornatum.*
22 *Ius ſuperueniens cõualidat iudicium, & ſuffragatur ad victoriam, tã actori, quàm reo.*
23 *Retentio conceditur ex iure ſuperueniente etiam pendente lite, & etiam in non habente cauſam de præterito.*
24 *Approbatio ſententiæ excludit appellationem, & paria ſunt non appellare, ſeu non proſequi appellationem, & illi renuntiare.*

C A P.

CAP. DCCCCIII.

NOn eſt locus prætenſo retractui in ven-
ditione domus, de qua agimus, Nam
quamuis habens cenſum in re vendita præ-
feratur emptori iuxta bullam Pij V. Tamen
in concurſu proprietarij, & domini directi,
1 prælatio eſt illi concedenda, † excluſo peni-
tus cenſuario, & vicino, & quocumque alio,
ſiue ſimus in venditione voluntaria, ſiue ne-
ceſſaria, vt latiſſimè concluſum fuit per *Rot.
coram Card. Lancellotto Romana domus.* 22.
Iunÿ 1611. quæ licet ſit impreſſa poſt *tract.
Cencÿ de cenſib. decif.* 306. Nihilominus da-
tur eius copia, quia non eſt tota, ſed dimi-
nuta pluſquam in duabus partibus, in qui-
bus omnibus contrarijs reſpondetur, & mul-
ta ſimilia adduntur pro comprobatione hu-
iuſmodi opinionis.

Neque obſtat, quod non ſimus in domino dire-
cto, Quia emptor habet ab Eccleſia omnia
iura prælationis, & alia quæcumque vigore
2 ceſſionis, † de qua in inſtrumento exhibito,
quod quidem ius redimendi potuit cedi, tan-
quam ſit tranſmiſſibile, & per conſequens
etiam ceſſibile *l. ex pluribus. ff. de admini-
ſtrat. tut. Aim. conſ.* 191. *n.* 2. *Roland. conſ.*
28. *n.*27. *lib.*2. *Surd. conſ.*92. *n.*5. *lib.*1. *Rot.
decif.*502. *n.*2. *p.*2. *in recentiorib.*

Et in ſpecie de iure prælationis, ſiue retentio-
3 nis rei feudalis, aut emphyteoticæ, † quod
cedi poſſit concludit *Collectan. in c. potuit.
col. vlt. verſ. quid ſi dominus fingit. de locat.*
quem ſequitur *Tiraquel. de retract. lignag.
§.* 26. *gloſ.* 1. *n.* 44. vbi teſtatur ita fuiſſe de-
ciſum in Senatu Pariſienſi *Sebrader. de
feud. par.* 8. *c.* 7. *n.* 30. *Pariſ. conſ.* 81. *n.*25.
& 26. *lib.* 3.

Prout paſſim ius redimendi poteſt cedi extra-
4 neo ob illam rationem, † quia eſt tranſmiſ-
ſibile ad hæredes, ideo etiam ceſſibile *Alex.*
in ſpecie *conſ.* 232. *n.*2. *lib.*6. *Aim. conſ.*213.
n. 4. & *conſ.* 191. *n.* 2. vbi multis ſimilibus
comprobat *Roland. conſ.*28. *n.*26. & 29. *lib.*2.
Caguol. in l. 2. *n.* 37. *verſ. ſed contrarium.
C. de pact. int. empt. & venditor. Rub. conſ.*
146. *n.*3. cum alijs per *Rot. decif.*502. *n.*2. &
5 *decif.*547. *n.*1. *p.*2. *in recentiorib.* † vbi quod
emptor cum dicto pacto redimendi non po-
teſt petere prælationem in huiuſmodi ceſ-
ſione, cum poſſit cuicumque cedi etiam in
præiudicium illius *Bald. conſ.*38. *n.*1. *lib.*3.
Dec. conſ. 163. *non fuiſſet propoſiti mei. in
fin. verſ. & tale ius. & conſ.*614. *in cauſa
feudali. n.*12. *vſque ad* 15. iuxta *conſ. Caſtr.*
45. *videtur dicendum. lib.*1. *alias eſt conſ.*1.
*n.*2. *lib.*2. *Franc. Marc. decif.*404. *n.*17. *p.*1.

Et iſta opinio eſt verior, quamuis multi te-
6 neant contrarium, † quod non poſſit cedi
ius prælationis per dominum emphyteuſis
*Rendell. de iur. protbomiſ. fol.*56. *n.*30. *Roſ-
ſental. de feud. c.*9. *membr.* 2. *concluſ.*92. *in
littera g.* vbi multos adducit licet in corpo-
re. *n.*8. contrarium firmauerit. *fol.*661. *tom.*1.
Tiraq. qui alios allegat *d. §.*26. *gloſ.*1. *Fran-
7 ciſc. Marc. decif.*404. *n.*2. *in fin. p.*1. † vbi
quod hoc ius eſt perſonale *Guid. Pap. q.*411.
*n.*1. *fol.*561. & *ibi Add. Ranchin.* quod co-
hæret perſonæ, & eſt quoddam ius ſpeciale
ſoli domino directo competens *Mut. ſuper
conſuetud. Panor. c.*26. *n.*176. & *c.*28. *in
nou declarat. n.*48. *fol.*247. *Rom. conſ.*484. *n.*1.
*Cald. de extinct. emphyteuſ. lib.*4. *c.*13. *n.*34.

Et quidquid ſit de prædictis, non poteſt exad-
uerſo prætendi aliqua prelatio in emptione
domus, de qua agimus, vigore prætenſi cen-
8 ſus ſuper eadem domo impoſiti, † cum di-
ctus cenſus ſit nullius roboris, & momenti
tanquam conſtitutus ſuper re emphyteotica,
abſque conſenſu domini directi *Bart. in l.
codicillis.* 91. *§. inſtituto. n.*4. *ff. de legat.* 2.
dixi latè *decif.* 13. *n.*6. *Corbul. de cauſ. pri-
uation. ob alienat. irrequiſ. dom. in princ. &
ampliat.* 1. *n.*1. & latius *ampliat.*49. *n.*1. *cum
ſeq.* vbi allegantur plures *Rot. decif. Boc-
caec. de cenſib. p.*2. *n.*76. *Azor. inſtit. moral.
p.*3. *lib.*10. *c.*7. *q.*4. *Mart. Bonac. de contract.
diſput.* 3. *q.* 4. *punct. vnic. n.* 12. cum alijs
per *Ouid. de Amic. de iur. emphyteot. q.* 20.
9 *per tot.* † Maximè ſtante prohibitione alie-
nandi in contractu cenſuali appoſita, tunc
enim clarum eſt, quod non poteſt conſtitui
cenſus in re emphyteotica, quidquid aliud
ſit quando adeſſet ſimplex legalis prohibitio
*Rot. coram R.P.D. Litta Romana ſeu Amel-
phitana Saluiani interdicti* 1. *Iulÿ* 1602. &
in eadem cauſa coram R. P. D. Penia. 9. *Iu-
nÿ* 1603. & *coram R. P. D. Vbaldo Rauen-
naten. cenſus.* 7. *Aprilis* 1617. quæ ſunt im-
preſſę per *Cencium de cenſib. decif.*70. 72. &
74. *Feder. Martin. eod. tit. de cenſib. c.*4. *n.*85.
cum ſeq. Roder. de anu. reddit. lib. 1. *q.* 3.
*n.*7. *Cardin. Seraph. decif.*794. *n.*9. & *decif.*
1290. *n.* 12. & 13.

Et quamuis tertius non poſſit opponere de hu-
iuſmodi nullitate, Tamen cum Dominus di-
rectus ceſſerit iſtud ius allegandi talem nul-
litatem, non ſumus amplius in tertio, ſed
10 in eodem directo domino, † tanquam
ceſſionarius cenſeatur eadem perſona cum
cedente *c. denique.* 7. *q.* 1. *l. ſi donare. §.*1.
ff. de donation. int. vir. & uxor. Grot. conſ.
83. *n.* 10. *Surd. conſ.* 22. *n.* 16. *vſque ad* 19.
11 & *conſ.* 82. *n.* 13. *lib.* 1. † Itaut ceſſionarius
poſſit omnia, quæ poterat ipſemet cedens
ante ceſſionem *Bero. conſ.* 187. *n.* 18. *lib.* 1.
*Bece. conſ.*105. *n.* 17. *Bart. Din. & alÿ in
l. ſi ager. in fin. ff. de rei vendicat.*

Et tale ius dicendi de nullitate cenſus poteſt
12 cedi, prout omnis actio, † & omne ius etiam
extraiudiciale *Bart. Ang. Imol. & Alex. in
l.*1. *§. vſufructuarius. ff. de oper. nou. nun-
ciat.* iuxta *Gloſ. in l. cum fundum.* 18. *in
princ. ff. de vi & vi armat. l. fin. C. de ha-
redit. vel act. vendit. Franc. Marc. decif.*404.
*n.*12. *vſque ad* 17. *par.* 1. *Surd. conſ.*92. *n.*4.

13 & 5. † vbi quod omnia iura poſſunt cedi, quæ ad hæredes tranſmittuntur *Idem Surd. conſ.*269. *n.*1. *vſque ad* 7. *lib.* 2. *& conſ.*444. *n.*12. *&* 13. *lib.* 3. cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag.* §.26. *gloſ.*3.*n.*1. *vſque ad* 46.

Nec facit, quod denuo opponitur non conſtare
14 de vicinitate in facie, † tanquam ſolum adſit vicinitas ex parte retro, quæ non attenditur iuxta *votum ſeu conſ. Petr. Aldobrand.* Quia caſus noſter non eſt ſimilis, Nam *ibid.* conſideratur defectus ornatus, cum tractaretur de vicinitate, quæ non extendebatur vltra partem retro, & ornatus nō poterat fieri, niſi in dicta parte non reſpiciente locum publicum ciuitatis, & per conſequens videbatur ceſſare cauſa finalis bullæ concedentis
15 retractum ob decorem ædificij, † Aliud eſt in caſu noſtro, in quo ex planta exhibita, & ex viſione loci apparet, quod domus retrahenda, licet confinet ex parte retro, tamen ſe extendit vſque ad viam publicam, vbi poteſt fieri nobile ædificium ad ornatum Vrbis, prout obtulit retrahens facere arbitrio Dominorum, vnde quocumque modo orna-
16 tus prouenerit, Bulla debet extendi, † itaut iſte caſus ob eamdem rationem ſub illa compræhendatur *Alex. in l. ſi extraneus. in fin. ff. de condict. ob cauſ. Menoch. conſ.*11.*n.*20. *lib.*1. *Surd. conſ.*33. *n.*28. *lib.*1. vbi ampliat procedere etiam in pœnalibus, & odioſis, vnde multò magis in fauorabilibus, prout eſt fauorabilis bulla iuris congrui *Creſcent. deciſ.*219. *in manuſcript.* cum alijs, quos adduxi *ſupr. c.*745. *n.*41. *vſque ad* 47.

Quamuis etiam ſit dubitādum de *d. conſ. Petr.*
17 *Aldobrand.* † Quia in proœmio Bullæ Gregor. XIII. ſupplicatur tolli conſtitutionem Pij V. tanquam infenſam decori publico, & multorum ciuium commoditati, & poſtea *in* §. 8. mandatur requiri vicinos quotquot erunt, itaut per iſtam vniuerſalem locutionem tàm vicicini à parte ante, quàm vicini
18 à parte poſt, † qui aliquam commoditatem recipiunt, poſſint compræhendi, includendo omnes perſonas, & caſus *l. à procuratore. C. mandat. Aret. in l. pantonius. col.*3. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Surd. conſ.*77. *n* 10. *&* 11. *lib.*1. *Becc. conſ.* 32. *n.*5. *Cephal. conſ.*
19 347. *n.*14. † Quamuis hoc non ſit tutum, quia Bulla Gregor. videtur ſolum requirere ornatum, cum poſt relatā Bullam Pij V. tantum in ornatu conſiſtat, & dictio quotquot vniuerſalis recipit reſtrictionem de habili-
20 tate, † maximè quando eſt prolata per modum legis *Bart. in l.* 1. §. *nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. conſ.*124. *in fin. lib.*4. *Crot. conſ.*136. *n.*50. *Natt. conſ.*159. *n.*7. *Oſaſc. deciſ.*169. *n.*5. *Surd. conſ.*283. *n.*8. *lib.*2.

Maximè, quia ad effectum retractus per ſtatutum vicino conceſſi, attenditur etiam vici-
21 nitas ex parte poſteriori, † quæ dicitur talis in eo, qui habet domum contiguam ex eadem parte poſteriori, quaſi tunc tractetur de iure fundorum, ſeu ædium, quidquid aliud ſit, quando tractaretur de materia, in qua deberet eſſe qualitas adhærens perſonæ *Bart. in l. ſi tertius. in princ. n.*4. *ff. de aqu. pluu. arcend. Anchar. in c. canonum ſtatuta. col.* 118. *n.* 284. *de conſtitutionib.* dixi *ſupra c.* 742. *n.* 9.

Et quidquid ſit de veritate *d. conſ. Petr. Aldobrand.* quia multa occurrerent dicenda, quæ modò non expediunt, ſatis eſt, quod in caſu noſtro tollitur omnis difficultas, cum D. Iacobus retraxerit aliam domum ſibi contiguam, & ſententiam fauorabilem reportauerit ſuper retractu eiuſdē domus, per quam eſt effectus vicinus in facie domus, de qua agimus, itaut ceſſet oppoſitio vicinitatis ex
22 parte poſteriori, † & intrabit prælatio reſpectu vicinitatis ex parte anteriori, quæ habet locum, quamuis penderet lis, tanquam ius ſupeueniens conualidet iudicium, & ſuffragetur ad victoriam tàm actori, quàm reo *Bart. in l. non poteſt videri, poſt med. verſ. aut erat defectus. ff. de iudic. Bellon. conſ.*25. *n.*3. *vſque ad* 6. *Surd. deciſ.*44. *n.*22. *Rimin. Iun. conſ.*546. *n.*33. *lib.*6. latè *Schrader.* qui in ſimilibus caſibus loquitur *de feud. p.* 10. *ſect.*18. *n.*87. *vſque ad* 94.

Quæ ampliantur etiam in non habente cauſam de præterito, quando, prout in caſu noſtro,
23 ſumus in actu retentionis, † quæ conceditur ex iure ſuperueniente etiam pendente lite *Bart. in l.*1. *n.*9. *ff. de except. Rot. coram R. P. D. Dunozet. Romana prælationis.* 26. *Iunij* 1617. *&* 2. *Aprilis* 1618. impreſſ. *poſt tract. Cencij de cenſib. deciſ.* 307. *n.* 3. *& deciſ.*308. *n.* 2. *& coram R. P. D. V baldo Maceraten. retractus*, 4. *Iulij* 1612.

Non obſtat, quod ſententia obtenta ſuper retractu domus facientis vicinitatem ex parte anteriori, ex qua prætenditur tale ius ſuperueniens, ſit ſuſpenſa per appellationem, ob quam non poteſt dici conſtare de iure ſu-
24 peruenlente, † Quia in actis apparet de acceptatione ſententiæ, & inſtrumento venditionis factæ D. Iacobo, cum ratificatione omnium geſtorum, itaut non poſſit amplius attendi aliqua appellatio, cui fuit renunciatum per paritionem ſententiæ, cum etiam conſtet de deſertione appellationis, paria enim ſunt non appellare, vel appellationem non proſequi, ſeu illi renunciare, itaut appellatione deſerta per lapſum fatalium dicatur ſententia approbata *l. fin.* §. *illud. C. de temporib. appellat. Alex. conſ.*59. *n.*7. *lib.* 4. *Afflict. deciſ.* 78. *n.* 2. *Cephal. conſ.* 201. *n.* 2. *lib.*2. *Surd. conſ.*139. *n.*11. *lib.*1.

EPITOME.

Socij omnium bonorum an debeant reſtituere dotem per vnum ex ſocijs receptā. ¶ Et quando ſocius vniuerſalis teneatur ad dotandam filiam alterius ſocij. ¶ Et ad debita

bita contracta etiam extra cauſam ſocietatis. ¶ Verſio ad commodum ſociorum quando ſit probanda. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Lucrum dotale, quod acquirit vnus ex ſocijs, an communicetur toti ſocietati. ¶ Pretium auctum ex bonis æſtimatis datis in dotem an ſit communicandum omnibus ſocijs. ¶ Æſtimatio quando faciat emptionem. ¶ Differentia an ſit facienda inter ſocietatem omnium bonorum expreſſam, ſiue tacitam ad effectum acquiſitionis vndecumque quæſitorum, & proſperæ, & aduerſæ fortunæ. ¶ Pars dotis vnius ex ſocijs, ſi fuerit ſoluta omnibus ſocijs an inducat præſumptionem ſolutionis reliquarum partium eiſdem ſocijs factæ. ¶ Portio dotis per maritum recepta an faciat indicium, vt totam dotem receperit, quamuis fateatur receptionem.

SVMMARIVM.

1 *Dos per vnum ex fratribus recepta debet reſtitui per omnes fratres viuentes in communi, & exiſtentes in ſocietate vniuerſali omnium bonorum. n.3.*

2 *Debitum contractum per vnum ex ſocijs vniuerſalibus eſt ſoluendum per omnes, & ſi fuerit in diem, vel ſub conditione præſtatur cautio de ſoluendo adueniente die, & conditione.*

4 *In ſocietate omnium bonorum ſiue expreſſa, ſiue tacita cuncta vndecumque quæſita communicantur, & veniunt omnia proſpera, & aduerſa. n. 14. & 15.*

5 *Socius non tenetur pro ſocio, niſi probetur verſio. Intellige in ſocietate ſingulari, ſecus in vniuerſali. n.10. & 11.*

6 *Pars dotis vnius ſocij, ſi fuerit ſoluta omnibus ſocijs, inducit præſumptionem, quod aliæ partes etiam ſint datæ omnibus conſocijs.*

7 *Verſio ad commodum ſocietatis probatur ex coniecturis.*

8 *Probitas ſocij facit præſumptionem, vt omnia recepta poſuerit ad vtilitatem ſociorum.*

9 *Portio dotis per maritum recepta operatur indicium, vt totam dotem receperit, quamuis confeſſus fuerit recepiſſe.*

12 *Socius non debet ſoluere debita conſocij, niſi fuerint contracta ob cauſam ſocietatis; & pro communi neceſſitate. Declara, vt n. 13.*

16 *Socius vniuerſalis non poteſt ſe eximere ab onere dotandi filiam vnius ex ſocijs.*

17 *Capitale à lucro non diſtinguitur in ſocietate omnium bonorum, nec attenditur quod vnus plus lucretur, quam alter.*

18 *Lucrum dotale, quod acquirit vnus ex ſocijs communicatur toti ſocietati.*

19 *Aeſtimatio facit emptionem.*

20 *Pretium auctum ex bonis æſtimatis datis in dotem eſt communicandum omnibus ſocijs.*

CAP. DCCCCIV.

PRopter communionem, & ſocietatem omnium bonorum, quæ præſupponitur
1 inter fratres, concludendum eſt, † quod dos
per vnum ex eiſdem fratribus recepta poſt
mortem ipſius, quando venit caſus reſtitutionis, ſit ſoluenda de communi, cum in ſimilibus ſocietatibus quilibet inſolidum obligetur, & omne æs alienum manente ſocietate ab vno ex ſocijs contractum ſit ſoluendum de bonis communibus poſtquam fuerit
2 ſocietas diſtracta, † & ſi debitum eſt ſub conditione, vel in diem, debêt interponi cautiones de ſoluendo adueniête conditione, & die *l. omne æs alienum. 27. & l. ſi ſocij ſimus. 28. ff. pro ſocio. Decian. conſ.85. n.6. & 7. lib.2.* Cardin. *Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib.6. tit.22. n.3.* & concludunt omnes *in l. eius qui. vbi Bart. col.5. verſ. & ſi ſtipulatus. Alex. n. 4. Iaſ. n. 5. Dec. n.11. ff. ſi cert. petat. Petr. de Vbald. de duob. fratr. p. 6. n. 8. verſ. ſeptimo quæritur. tom. 6. p.1. fol. 150. & p. 9. n.2. q.1. ad fin. verſ. & ex*
3 *hac ſolutione. fol.161.* † vbi in ſpecie loquitur de dote reſtituenda per vnum ex fratribus recepta iuxta *l. ſi filia. ff. famil. erciſc. & Vbald.* refert & ſequitur *Menoch. conſ. 12. n.25. lib.1.* cum multis latè adductis per Caualcan. *deciſ.11. alias 57. n.23. & 24. p.2.*
Maximè, quia iſta dos tempore ſolutionis fuit
4 acquiſita omnibus ſocijs, † cum in ſocietate omnium bonorum omnia vndecumque quæſita omnibus communicentur *l.2. & 3. ff. pro ſocio. Bald. in l. ſi patruus. n.15. C. commun. vtriuſque iudic. & in l. ſi fratres. 53. §. idem papinianus. vbi Alber. Fulgoſ. Salic. & alij. ff. pro ſocio. Socin. conſ.192. n.3. lib.2. Decian. conſ.85. n.7. lib.2.* Vndè multò magis omnes tenentur ad reſtitutionem eius, quod perceperunt, & quod illis fuit quæſitum *l. ſi me & titium. ff. ſi cert. petat. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 4. n.1. & 2.*
Neque obſtat, quod non probetur verſio pecuniarum pro dote ſolutarum in communem
5 arcam, † prout eſt probandum ad hoc, vt vnus ſocius teneatur pro debito per alterum ſocium contracto *l. iure ſocietatis. 83. ff. pro ſocio. Anchar. conſ.332. n.29. Alex. conſ.139. n.3. lib.5. Aim. conſ.129. n.12.*
Quia in caſu noſtro conſtat de huiuſmodi verſione, nam apparet, quod pars dotis fuit ſo-
6 luta omnibus ſocijs, † itaut præſumendum ſit, quod etiam aliæ ſolutiones ceſſerint in omnium vtilitatem, vt in ſpecie concludit Caualcan. *deciſ. 11. alias 57. n. 24. ad med. p.2.* Cum in materia verſionis ſufficiant con-
7 iecturæ, & præſumptiones, † per quas probatur, aliquid fuiſſe verſum in vtilitatem ſocietatis *Bart. in auth. hoc ius porrectum. n. 17. C. de ſacroſan. eccleſ. Bald. in l. vnic. in fin. C. ſi aduerſ. creditor. Caſtr. conſ.338. primo quæritur. n.2. lib.1. Ruin. conſ.142. n.4. lib.1.*

Digitized by Google

lib.1. Menoch. conſ. 375. n.12. lib. 4. & con-
cludunt omnes in l. ciuitas . vbi Rim. Sen.
col.vlt. Dec.n.10. Alciat.n.6. ff. ſi cert.petat.
8 Felic. de ſocietat. c. 31. n.29. cum ſeq.† vbi
etiã de coniectura probitatis ſocij, qui præ-
ſumitur, quod poſuerit in communem vtili-
tatem per eum recepta Gemin. in c. hoc ius
porrectum.10.q.2. Menoch. de arbitrar.caſ.
432. n.36. Maſcard. concl.1161. n.28.
Prout dicimus de parte dotis per maritum re-
9 cepta, quæ facit indicium, † vt præſumatur
eumdem maritum confitendo poſtea rece-
piſſe, quod totam dotem verè receperit Co-
uar. lib.1. var. reſolut. c. 7. n. 6. verſ. ſic ex
confeſſione. in fin. Menoch. præſumpt. 12. n.
26. verſ. quarta eſt coniectura. & præſumpt.
13. n.20. verſ. alias coniecturas. lib. 3.
Præterea prædicta intelliguntur de ſocietate
10 ſingolari, vel ſimpliciter contracta, † non
autem de vniuerſali omnium bonorum, in
qua non requiritur probatio verſionis Dec.
conſ.66. de duobus quaritur. col.4. n.4. verſ.
& ad idem textus. & col. penult. in princ.
verſ. non obſtant iura tertio ſupra allegata.
Roland. conſ. 91. n. 49. lib.1. Menoch.conſ.
375. n. 28. verſ. non obſtat tertium. & n.31.
lib. 4. Felic. de ſocietat. c. 31. n. 27. ad fin.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 6. tit. 22. n. 3. & 4. vbi teſtatur
ita in Rota deciſum coram Card. Seraphin.
Romana pecuniaria. 10. Nouembris 1578.
11 & 4. Maij 1580.† Et in iſtis terminis loquun-
tur omnes in contrarium adducti, prout
etiam Caſtr. conſ.358.n.3. & conſ.366.lib.2.
Dec. conſ.98. n.2. Pariſ. conſ.94. n.22.lib.1.
Natt. conſ.467. n.6. Rimin. Iun. conſ. 331.
n. 8. lib. 3. Vbald. de duob. fratrib. par. 9.
n. 1. & 5. tom.6.p.1.
Minus obſtat, quod ſocius non teneatur ad de-
12 bita contracta per alium ſocium,† niſi quan-
do fuerunt ex cauſa ſocietatis, & pro com-
muni vtilitate, & neceſſitate Bald.conſ.445.
quidam fratres. col. 1. lib.3. iuxta l. ex par-
te. §. filius. & l. his conſequenter. §. ſum-
ptum. ff. famil. erciſcund. Caſtr. conſ. 366.
13 viſo dicto puncto. in 2. dub. lib. 2. † Quia
prædicta procedunt in ſocietate particulari,
ſecus autem in vniuerſali, in qua veniũt om-
nia proſpera, & aduerſa, neque conſideratur
vtilitas propria, aut particularis, ſed omnia
communicantur etiam quod ſint extra cau-
ſam ſocietatis, ſicuti è conuerſo cuncta ac-
14 quiruntur omnibus ſocijs, † & ipſi ſocietati
imputantur, quamuis ſint acquiſita extra
cauſam ſocietatis Socin. conſ.291. col.1. in
fin. & col.ſeq. lib.2. Aim. conſ.159.n.7. & 8.
Ludouic. concluſ.53. verſ. infertur decimo-
ſexto. poſt princ. Iaſ. in l.vlt. n.4. in fin. vbi
Dec.n.4.C. de collation. Roland.conſ.91.n.57.
lib.1. latè dixi ſupr. c.643. n.9. vſque ad 13.
15 vbi etiam quod procedit,† quamuis ſimus in
ſocietate omniũ bonorom tacitè contracta
Aim. conſ.26.n.5. Card. Mantic. de tacit. &
ambig. conuentionib. lib.6. tit. 9. n.5.
Quare etiam in ſocietate vniuerſali non poſ-
ſunt ſocij ſe eximere ab onere dotãdi filiam
16 vnius ex ſocijs, † cum de iure poſſint cogi ad
illam dotandam, quamuis tale debitum do-
tis ſit extra cauſam ſocietatis, & ad commo-
dum vnius ex ſocijs Dec.conſ.66. de duobus
quaritur. col.4. in fin. Aim. conſ. 159. n. 9.
Roland. conſ.91. per tot. lib. 1. vbi etiam al-
legat Io. Bapt. de Bentiuolis de Saxoferrato.
Thob. conſ. 64. n.3. Card. Mantic. qui om-
nibus reſpondet de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 6. tit. 20. n.23. vſque ad 60. dixi
ſupr. c. 643. n. 14. Quibus additur Mangil.
qui latè comprobat de imputat. & detract.
q.26. per tot. Purpur. conſ.209.n.9. cum ſeq.
lib.1. Marcabrun. conſ.21. n.35. Cagnol. in
l. ſi emancipati. n.202. C. de collat. Burſatt.
conſ. 227. n.72. lib.3. Natt. conſ. 91. per tot.
& conſ. 264. n. 3. Rim. Sen. conſ. 145. n. 15.
& ibi Rimin. Iun. in addit. lib.1. Crot.conſ.
40. n. 28. lib. 1.
Et paſſim in huiuſmodi ſocietatibus vniuerſa-
libus omnium bonorum nõ diſtinguitur ca-
17 pitale à lucro, † neque conſideratur, quod
quis poſuerit plus, quàm alius, & quod vnus
minus lucratus ſit, quàm alter, cũ omnia de-
beant æqualiter diuidi, & communicari Aim.
conſ.173. n.1. Purpur. in l. ſi paciſcenda.
n.38. C. de pact. Couar. lib.3. var. reſolut. c.2.
n.3. verſ. quintus eſt caſus. Iaſ. conſ.2. col.6.
verſ. octauo. lib. 3. cum alijs adductis ſupr.
c.622. n. 11. & 12.
Quemadmodum etiam lucrum dotale, quod
acquirit vnus ex ſocijs per mortem vxoris
18 ſocietati acquiritur, † & omnibus ſocijs cõ-
municatur l. quod ſi eo tempore. ff. pro ſocio.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib.6. tit.20. n.31. Socin. conſ.40.n.7.
lib.4. Roman. conſ.406. n.2. vbi Mandoſ. in
verb. communicari. Dec. conſ.66. de duobus.
n.2. & conſ.67. n.2. cum alijs per Felic. de
ſocietat. c. 12. n. 29. Roland. conſ. 91. n. 41.
lib.4. & de lucr. dot. q.111. quæ eſt vlt. n.7.
Bald. conſ.284. lib.5. Coſt. de part. rat. q.41.
n.6. Mangil. de imput. & detract. q.26. n.14.
poſt Feder. Sol. de lucr. dot. p.2. q.52.
Quod etiam eſt in dote conſiſtente in pecunia,
pro qua ſi fuerint recepta bona æſtimata fa-
19 cientia emptionem, † iuxta l. æſtimatis. 51.
ff. ſolut. matrimon. l.1. & l. ſi inter. C. de
iur. dot. l. plerumque. ad fin. ff. eod. tit. Bertr.
conſ.71. n.4. lib.3. Pariſ. conſ.64. n.17. lib.4.
Alex. conſ.79. col. 2. lib.5. & conſ.156. n.7.
lib.6. Aret. conſ.84. col. 2. Corn. conſ.1. col.4.
lib.1. latè Maſcard. concluſ.663. n.1. Tiraq.
de retract. lignag. §.1. gloſ.14. n.19. vſque
20 ad 24. † Si temporis lapſu talia bona fuerint
effecta maioris pretij, huiuſmodi lucrum
erit omnibus ſocijs communicandum, vt
notat in ſpecie Mangil. de imputat. & de-
tract. q.26. n.15. poſt Lancell. Gallia. conſ.21.
n.3. cum ſeq. Coſt. de port. rat. q.99. n.13.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME.

PRohibitio diuiſionis in perpetuum realis, ſeu perſonalis qualia ſit. ¶ Et quando præceptum, ſeu pactum etiam iuratum de nunquam diuidendo ſit validum, & intelligatur donec prohibiti vixerint. ¶ Dictio omninò, & nunquam quid ſignificet. ¶ Locatio permiſſa ad certum tẽpus, ſeu ad tertiam generationem, ſi fiat pro maiori tempore, vel vſque ad quartam generationem an vitietur in totum, ſeu valeat pro tempore permiſſo. ¶ Res quæ patitur diuiſionem an debeat vni aſſignari data alteri æquiualentia. ¶ Diuiſioni an præſcribatur, quamuis adſit tempus immemorabile. ¶ Pœna de non diuidendo quomodo euitetur. ¶ Prohibitio, quod turris, ſeu palatium, ſeu certa bona nunquam diuidantur an ſit ſeruanda. ¶ Et quid ſi fiat per viam conditionis, non diſpoſitionis. ¶ Communio quem effectum pariat inter fratres, & ſocios.

SVMMARIVM.

1 *Verba in rem prolata, quod aliquid non diuidatur quando inducant prohibitionem diuiſionis ſimpliciter, & omni tempore.*
2 *Præceptum, ſeu pactum de nunquam diuidendo non eſt validum. & n 3. & quid ſtante iuramento. n. 4.*
5 *Prohibitio, ne fratres vllo vnquam tempore diuidant, intelligitur, donec ipſi prohibiti vixerint. & n. 6.*
7 *Dictio omnino habet naturam præciſam includendo omne tempus, & omnem modum, & cauſam. Idem in dictione nunquam. n. 8.*
9 *Differentia quæ ſit inter prohibitionem perſonalem diuidendi in perpetuum, & realem. & n. 11.*
10 *Locatio permiſſa ad certum tempus, vel vſque ad tertiam generationem, ſi fiat pro maiori tempore, vel vſque ad quartam generationem in totum vitiabitur, nec valebit pro tempore permiſſo.*
12 *Diſcordia cohæredum facit, vt poſſit impunè recedi à præcepto teſtatoris de nunquam diuidendo.*
13 *Communio ſolet diſcordias gignere, & negligentiam cauſare circa res communes. & n. 17.*
14 *Diuiſio nunquam præſcribitur, quamuis adſit tempus, cuius memoria in contrarium non extet.*
15 *Res quæ non patitur diuiſionem poteſt vni aſſignari, præſtando alteri aliquid æquiualens loco ſuæ portionis.*
16 *Diuiſio dicitur alienatio.*
18 *Pœna appoſita per teſtatorem de non diuidendo quomodo euitetur.*
19 *Præceptum teſtatoris, quod in perpetuum non poſſit diuidi turris, ſeu palatium an ſit ſeruandum.*
20 *Conuentio, vt certa bona nunquam diuidantur an valeat.*
21 *Diuiſio perpetua per viam conditionis an ſubſiſtat.*

CAP. DCCCCV.

DIſpoſuit teſtator, quod in fideicommiſſo, & ſubſtitutionibus per eum factis ſit ſuppoſitum Palatium, cum prohibitione expreſſa, quod non diuidatur, & nunquam illud poſſit diuidi, & ſi aliquis ex inſtitutis, & ſubſtitutis contrafaceret, ipſo iure ſtatim decadat ab omni ſua rata, & parte illius, & totum applicetur alij, vel alijs, qui obſeruarent, & obſeruabunt talem diſpoſitionem: Ex huiuſmodi præcepto colligitur, quod prohibitio diuiſionis palatij fuit realis, & in rem, non autem perſonalis, & in perſonam, cum dictum fuerit, quod palatium non diui-
1 datur, † quæ verba in rem prolata cum dictione nunquam ſubſequenti habent naturam præciſam inducendi prohibitionem diuiſionis ſimpliciter, & omni tempore, prout talia dictio nunquam intelligitur, quæ eſt vniuerſalis negatiua comprehendens omnem caſum, & omne tempus, itaut nullam recipiat reſtrictionem, ſed exponatur pro nullo tempore, & nullo loco, & caſu *Gloſ. in l. prouidendum. 7. in verb. nunquam. C. de poſtuland. Cephal. conſ. 171. n. 15. lib. 2. Rebuff. in l. qui mortui naſcuntur. 129. col. 2. in fin. verſ. nunquam. & verſ. interdum. ff. de verbor. ſignificat.* iuxta *l. fugitiuus. ff. eod. l. locum. 20. in fin. ff. de vſufruct. l. ſi hæreditatem. 32. ff. mandat. l. 3. eod. tit. l. 1. de eo quod cert. loc. Archidiac. in c. unic. col. 2. de cleric. coniugat. in 6. Socin. Iun. conſ. 116. n. 52. lib. 1. Seraph. priuileg. iuram. 58. n. 16.*
Cum igitur ſimus in prohibitione reali de nunquam diuidendo, tale præceptum non valet,
2 neque eſt ſeruandum, † tanquam inducat infinitatem, quæ in ſimilibus prohibitionibus reprobatur *l. ſi non ſortem. §. ſi centum. vbi Caſtr. Alex. & Iaſ. ff. de condict. indebit. Idem Alex. conſ. 110. n. 10. & 11. lib. 3. Crot. in repet. l. nemo poteſt. n. 87. ff. de legat. 1. vol. 4. fol. 186. Clar. in §. teſtamentum. q. 67. n. 1. Craſſ. eod. tit. q. 72. n. 1. Surd. conſ. 260. n. 7. ad med. lib. 2. Bero. conſ. 22. n. 24. lib. 2. Seraphin. priuileg. iuram. 58. n. 6.* vbi latè *Beneebendorf. in addit. n. 1. Gutier. de iuramen. confirmator. lib. 1. c. 58. n. 1. vſque ad 4. Balb. de præſcriptionib. p. 4. q. 13. n. 5. fol. 348. Grat. conſ. 66. col. 1. verſ. maturius vero. lib. 2.*
Exemplo conuentionis de perpetuo non diuidendo, quæ non valet ſumpto argumento
3 de contractibus † ad vltimas voluntates, vt eſt *tex. in l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. commun. diuid. l. fin. C. eod. tit. Alex. conſ. 13. col. 2. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 52. col. 2. Iaſ. in §. quadam. col. 8. inſtit. de actionib. Dec. conſ.*

conſ.264. in inſtrumento. col.1. verſ. ſed ve-
nio ad ſecundum. & conſ. 281. viſo puncto,
n.1.in fin. Marſil. ſingul.9. Roman. conſ.106.
n.3. & ibi Mandoſ. in verb. æternum. Grat.
conſ.66.n.5. lib.2. Surd. conſ.260. n.7. lib.2.
4 Roland. conſ. 84. n. 1. & 2. lib.1. † vbi am-
pliat, quamuis interuenerit iuramentum,
de quo tamen multa apud Seraphin. priuil.
iurament.58.n.18. & ibi Benetbendorph.n.2.
Gutierez. de iuram. confirmator. lib.1. c.58.
n. 5. cum ſeq.

Contraria autem procedunt, quando verbum
prohibitiuum diuiſionis profertur perſona-
5 liter, & eſt relatum ad perſonas,† quia tunc
valebit prohibitio durante vita eorum,qui-
bus fuit iniuncta, licet poſt mortem euane-
ſceret, nam teſtator non poteſt facere, vt
communio amplius duret, & ſic verba illa
prohibitiua, ne fratres vllo vnquam tẽpore
diuidant, ſed in perpetuum ſtent in commu-
nione, intelliguntur, donec ipſi perſonaliter
prohibiti vixerint, cum dictiones iſtæ in
perpetuum,& ſimiles relatæ ad perſonas non
extendantur vltra tempus vitæ, quidquid ſit
quando eſſet prohibita diuiſio realiter, nam
tunc non valeret huiuſmodi præceptum;
prout concordando opiniones, ita in ſpecie
concludit Ruin. conſ. 135. col.penult. n. 6.
& 7. lib.2. vbi quod nullus in hoc contradi-
cit Roland. conſ.84. n.10. 11. 12. & 25.lib.1.
Dec.conſ.264.in inſtrumento.col.2.poſt princ.
verſ. & ita actum videtur in caſu iſto
ante n.1. & in iſtis terminis etiam latè con-
6 ſuluit Grat. conſ.66.n.13.14.& 15.lib.2.† vbi
quod ſemper iſta verba prohibitiua diuiſio-
nis cum dictionibus ampliſſimis negatiuis
operabuntur, quando prohibitio eſt facta
contemplatione aliquarum perſonarum, &
ad illarum vitam ſunt reſtricta iuxta d. conſ.
Dec. 264. col.2.

Cum aliud ſit quando ſimilia verba compræ-
7 henderent tempus vltra mortem † l. in hoc
iudicio.§.ſi conueniat.ff.commun.diuidund.
propter dictionem illam omnino, quæ habet
naturam præciſam, ſignificando, quod nullo
tempore, & nullo modo poſſit diuidi, ſed in-
diſtinctè omni caſu, ac tempore communio
ſeruetur Grat. d. conſ.66. n.7. lib.2. Roland.
conſ. 84. n. 23. & 24. lib. 1. Dec. conſ. 264.
col.2. ad med. n.2. Ruin. conſ.135. n.7. lib.2.
iuxta l. in naue ſaupheii. in fin. vbi Gloſ. in
verb. omnino. ff. locat. c. & ſi Chriſtus. vbi
8 Abb. de iureiur. † Prout eſt in caſu noſtro,
propter illam dictionem nunquam, quæ ha-
bet ſimilem ſignificationem negatiuam om-
nis temporis, & cauſæ Gloſ. in l. prouiden-
dum. C. de poſtuland. cũ alijs ſupra allegatis.

Neque obſtat, quod iſta prohibitio, quamuis
non poſſit valere in perpetuum, ſaltem vale-
bit viuentibus illis, quibus fuit facta, prout
dicimus illam valere vſque ad vitam, quan-
do hæredes fuerunt prohibiti, ne diuidant in
9 perpetuum, vt ſupra dictum eſt. † Quia iſta
æquiparatio non poteſt ſubſiſtere, nam quan-
do prohibitio eſt perſonalis in perpetuum,
tunc illa verba reſtringuntur ad vitam, cum
in hoc ſenſu tale verbum accipiatur, vt vi-
tam prohibiti non excedat, Aliud eſt quando
prohibitio diuiſionis extenditur vltra tem-
pus permiſſum, non autem vſque ad vitam,
tunc enim non poteſt valere, neque pro tem-
pore vitæ permiſſo, ſed vitiatur in totum,
10 prout dicimus † de locatione permiſſa ad
certum tempus, vel vſque ad tertiam gene-
rationem, nam ſi fiat pro maiori tempore,
vel vſque ad quartam generationem, diſpo-
ſitio in totum vitiabitur, neque valebit pro
tempore permiſſo Bart. in auth. qui rem.
C. de ſacroſan. eccleſ. Bald. in l. quæcum-
que. C. de bon. quæ liber. Alex. conſ.165.n.1.
lib.2. & conſ.17. n.10. lib.4. Gutier. in l. ne-
mo poteſt. n.53. ff. de legat. 1. Couar. lib.2.
var. reſolut. c.16.n.4. Purpur. conſ.340.n.7.
& latè concludit Rot. coram R. P. D. Penia
Brixien. locationis 10. Decembris 1594. quæ
eſt deciſ.30. par.1. in recentior. quam multis
comprobat Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuentionib. lib.5. tit.5. n.21. iuxta diſpoſi-
tionem tex. in §. quod autem dictum eſt.
verſ. nec illud. auth. de non alienand. reb.
11 eccleſ.¶ † Et ita in ſpecie caſus noſtri prohi-
bitionis diuiſionis prædictum exemplum
æquiparat Ruin. conſ. 135. n. 8. verſ. præ-
terea primo. lib.2. ſequitur Roland. conſ.84.
n.28. & 29. lib. 1.

Accedat, quod ſtante diſcordia cohæredum,
quæ ſuperuenit, poteſt impunè recedi à præ-
12 cepto teſtatoris † de nunquam diuidendo
Bart. in l. ſi conuenerit, ff. pro ſocio. & in
l. iubemus. la 2. C. de ſacroſan. eccleſ. Ruin.
conſ. 23. n.22. ad med. verſ. nec obſtat alia
ratio. lib. 5. tanquam tunc ſit actus neceſſa-
rius, non voluntarius, cum ſtante legitima
cauſa nemo teneatur ſtare in communione,
13 quæ ſolet diſcordias gignere, † & negligen-
tiam cauſare circa res communes l. cum
pater. §. dulciſſimis. ff. de legat.2. l.2. C. quand.
& quib. quart. pars debet. lib.10. Sim. de Pret.
conſ. 138. n. 149. Et aduerſus diuiſionem
14 nunquam præſcribitur, † etiam quod adſit
tempus, cuius initij memoria in contra-
rium non extaret Bart. in l.1. §. ad hæc. C.
de annal. except. Bald. in l. vlt. C. fin. re-
gund. Aim. conſ. 60. n. 1. Honded. conſ. 59.
n. 54. lib. 1.

Maximè, quia in caſu noſtro non quæritur di-
uiſio palatij, itaut poſſit conſiderari aliqua
illius diminutio, ſeu deterioratio, ſed ſo-
lum petitur, vt integrum tradatur petenti,
vel alteri cohæredi, facta æquali diſtribu-
tione eorum, quæ ſunt in hæreditate, quod
15 paſſim admittitur, † quando enim res non
patitur diuiſionem, poteſt tota res vni aſſi-
gnari, præſtando alteri aliquid æquiualens
loco portionis, quàm in re communi habe-
bat l. 1. vbi Bart. & Bald. C. commun. di-
uidund.

uidund. Idem Bald. in l. ad officium. vbi
etiam *Caſtr. C. eod. tit. Alex. in l. ſi idem*.
§. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Gozad. conſ.
44. n. 15. Barz. deciſ. Bononien. 100. *n.* 14.
& 15. cum alijs per *Vrſill. ad Aff. deciſ.* 23.
n. 6. *&* 7. iuxta *l. mouit. §. fin. ff. famil. er-*
ciſcund. Socin. conſ. 155. *n.* 4. *lib.* 2. *Boer. de-*
ciſ. 46. *col.* 1.

Præſertim, quia teſtator prohibendo diuiſio-
nem palatij videtur potius intellexiſſe de
alienatione, vt illud conſeruaretur in fami-
16 lia, † cum diuiſio dicatur alienatio *l. ſi pu-*
pillorum. in princ. ff. de reb. cor. Bald. in
l. 1. *C. ſi aduerſ. rem iudicat. Corn. conſ.* 252.
in princ. lib. 1. *Bero. conſ.* 24. *n.* 8. Vnde cum
non fiat alienatio per iſtam diuiſionem in
alienam familiam, non poteſt dici, quod con-
traueniatur voluntati teſtatoris, cui tantum
intereſt, vt ſit penes vnũ, quam penes alium
de ſua agnatione, & ex hoc euitabuntur di-
ſcordiæ, & palatium melius conſeruabitur,
17 cum ſi communiter † poſſideatur, potius de-
terioretur ob negligentiam, quæ in rebus
communibus ſolet adhiberi *l.* 2. *C. quando*
& quib. quart. pars debet. lib. 10. *Bero. conſ.*
22. *n.* 25. *lib.* 2.

In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod ad
euitandam pœnam teſtamenti, in quo teſta-
18 tor prohibuit perpetuam diuiſionem, † itaut
portio non obſeruantis applicetur alteri,
melius eſſet, vt pariter tam vnus, quàm alter
ex prohibitis petant diuiſionem, quia tunc
pœna confunditur, dummodo tamen talis pœ-
na non applicetur tertio *Felin.* in terminis
in c. ſi diligenti. 12. *n.* 21. *ad med. in* 1. *co-*
rollar. in princ. verſ. & tunc vidi practica-
ri. de iudic.

Item ſecundum aliquos videtur poſſe ſuſtineri
præceptum, quod non poſſit diuidi in perpe-
19 tuum Palatium, turris, † domus, & ſimilis res,
quæ non reciperet per partes commodam
diuiſionem, & ideo erit ſeruandum ex iuſta
cauſa affectionis teſtatoris, diuiſa inter co-
hæredes commoditate habitationis, & vſus
Peregr. in ſpecie *de fideicommiſſ. art.* 11. *n.*
80. *in fin. fol.* 96.

Prout etiam iuxta aliquorum opinionem valet
conuentio, vt certa bona nunquam diuidan-
tur, ſiue fiat per teſtamentum, ſiue inter vi-
20 uos † *Crot. in l. nemo poteſt. n.* 88. *in fin. verſ.*
tertia concluſio. ff. de legat. 1. *fol.* 187. *vol.* 2.
Roman. conſ. 13. *ad fin. verſ. aut conuentum*
fuit. & ibi Mandoſ. in fin. quos ſequitur
Curt. Iun. conſ. 111. *in fin. & conſ.* 112. *n.* 1.
poſt med. Seraph. priuil. iuram. 38. *in fin.*
verſ. vel poteſt dici.

Quando autem per viam conditionis prohibe-
21 tur perpetua diuiſio, videtur, † quod valeat
præceptum teſtatoris, quia ſi prohibitus non
vult obedire, priuatur commodo relicto,
quidquid ſit quando per viam diſpoſitionis
induceretur perpetua communio *Rol. conſ.*
84. *n.* 19. *&* 20. *lib.* 1.

EPITOME.

Denunciatio quando ſit facienda debi-
tori per depoſitarium antequam ſol-
uat. ¶ Citatus coram vno Iudice, ſi poſtea
efficiatur alterius fori an poſſit declinare
forum primi Iudicis, etiam in ſummarijs, &
executiuis. ¶ Exceptio, quæ obſtat cedenti,
& auctori an debeat etiam obſtare ceſſiona-
rio, & ſingulari ſucceſſori. ¶ Præſumptio
doli ex quibus colligatur. ¶ Poſt actionem
in iudicium deductam, an poſſit alius eam
proſequi, etiam in caſu, in quo eſt licita
ceſſio, itaut illa permittatur lite pendente
ad effectum transferendi iudicium in ceſſio-
narium; ¶ Soluens ad mandatum Iudicis an
liberetur non præcedente contradictione.
¶ Actio litigioſa legata an ſit proſequenda
per hæredem, ſeu legatarium. ¶ Iudicium
cæptum ex neceſſitate ſuſpitionis fugæ, vel
actionis tempore perituræ, aut ſimilis cauſæ
coram vno Iudice an poſſit agitari coram
alio. ¶ Sequeſtrum perſonæ an inducat litis
pendentiam, vel cauſet attentata. ¶ Ceſ-
ſio actionis realis an permittatur ante litis
conteſtationem.

SVMMARIVM.

1 *Soluens ad iuſſum Iudicis non liberatur, niſi præcedat contradictio. Intellige, vt n.* 3.
2 *Depoſitarius debet denunciare debitori an-tequam ſoluat ad hoc, vt veniat ad impe-diendam executionem, & alia neceſſaria faciat pro eius defenſione. & n.* 14.
4 *Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, & cen-ſetur eadem perſona, & conſequitur omnia iura, quæ cedens habebat.*
5 *Iudicium captum coram vno Iudice, debet ibidem terminari.*
6 *Citatus coram vno Iudice, ſi poſtea efficia-tur alterius fori non poteſt declinare fo-rum primi Iudicis, etiam in ſummarijs, & executiuis. n.* 7.
8 *Ceſſionarius ſolum vtitur iure cedentis, & non conſequitur pluſquam ipſemet cedens.*
9 *Exceptio, quæ obſtat cedenti, & auctori de-bet etiam obſtare ceſſionario, & ſingulari ſucceſſori. n.* 10.
11 *Scientia ceſſionis ex quibus probetur.*
12 *Dolus non debet alicui patrocinari.*
13 *Præſumptio doli colligitur in eo, qui non perquirit, quod debet perquirere.*
15 *Poſt actionem in iudicium deductam, non poteſt alius illam proſequi etiam in caſu, in quo eſt licita ceſſio, quæ non permittitur lite pendente ad effectum, vt iudicium transferatur in ceſſionarium. n.* 16.
17 *Actio litigioſa licet poſſit legari in teſtamen-to, proſecutio tamen eſt facienda per hæredẽ.*
18 *Procurator, qui fuit litem conteſtatus, non remouetur per dominum reſiſtente & inui-to aduerſario.*

Indi-

Digitized by Google

19 *Iudicium captum ex neceſſitate ſuſpitionis fugæ, ſeu actionis tempore perituræ, vel ſimilis cauſa coram vno Iudice poterit agitari coram alio.*

20 *Sequeſtrum perſonæ non inducit litis pendentiam. n. 21.*

22 *Captura facta propter ſuſpitionem fugæ non cauſat attentata.*

23 *Per proceſſum agitatum ſuper ſequeſtro non prohibetur quis ius ſuum alteri cedere.*

24 *Actio realis ſemper poteſt ordi ante litis conteſtationem.*

CAP. DCCCCVI.

NOn potuit Gabriel debitor Andreæ ſoluere debitum, de quo agimus, Stephano, ſeu Baccio eius ceſſionario prætenſo creditori eiuſdem Andreæ ſub prætextu meros mandati Iudicis Quaterniorum iſtam ſolutionem præcipientis non citato eodem An-
1 drea, † cum talis meros non ſufficiat, ſed etiam requiratur contradictio ad effectum, vt ſuccedat liberatio, Nam ad hoc vt ſolutio propter præceptum ſuperioris dicatur coacta, neceſſe eſt, quod debitor contradicat, & ſoluere recuſet, & quod hoc non obſtante ſuperior præcipiat, & mandet, ſed vbi debitor ſoluit ad iuſſum Iudicis ſine vlla contradictione, tunc dicitur ſolutio ſpontanea, quæ non liberat *Ruin. conſ. 149. ad fin. n. 16. lib. 1. Caſtr. in l. 2. in fin. princ. n. 7. ff. de iudic. Bald. in l. falſus. n. 30. & 31. C. de furt. Afflict. deciſ. 150. n. 11. Guman.* qui loquitur de ſequeſtratario *conſ. 108. ad fin.*
2 *Rot. Ianuenſ. deciſ. 39. vol. 6. in fin.* † vbi etiam requirit, quod denunciatio fiat per depoſitarium debitori, ad hoc vt veniat ad impediendam executionem, & alia neceſſaria faciat pro eius defenſione *Menoch. de arbitr. caſ. 137. n. 14. Surd. conſ. 345. n. 5. & 6. lib. 3. Cardin. Seraphin. deciſ. 1019. n. 4. &* ſæpè ita *Rot.* reſoluit iuxta deciſiones, quas latè adduxi *ſupr. c. 485. n. 9. & vſque ad 15.*
3 *tom. 3.* † vbi etiam reſpondetur ad omnes, qui tenent ſufficere meram mandati Iudicis, tanquam ex hoc videatur facta diligentia. Quia intelliguntur de proclamatione generali ſub magna pœna, cum aliud ſit quando Iudex aliquid præcipit de mandato ſpeciali, prout eſt caſus noſter, nam tunc debet allegari defenſio, & exceptio, & fieri debita reſiſtentia antequam ſoluatur, cum iſtis non concurrentibus, non eſſet inducta liberatio, ita in ſpecie diſtinguit concordando opiniones contrarias *Curt. Iun. in l. 2. in princ. n. 4. ff. de iudic. & conſ. 126.* & ſequitur *Gabr. de ſolut. concluſ. 11. col. 3. poſt med. verſ. concorda has duas opiniones. n. 11. Afflict. deciſ. 150. n. 11. & 12.* licet hoc dictum ſit ex abundanti, cum ſatis ſit, quod in caſu noſtro nulla fuit facta denunciatio Andreæ, quæ requirebatur ex ſupra allegatis.

Et quemadmodum erat citandus Andreas, ita etiam debebat fieri citatio de Ioanne eius
4 ceſſionario, qui ſuccedit in ius cedentis, † & cenſetur eadem perſona, & conſequitur omnia iura, quæ cedens habebat *Bald. in l. emptor. in 1. notab. C. de hæredit. vel act. vendit. Crot. conſ. 83. n. 10. Becc. conſ. 105. n. 17. Bero. conſ. 187. n. 18. lib. 1. Surd. conſ. 22. n. 16. vſque ad 19. lib. 1.* Non obſtante, quod Stephanus, ſiue Baccius non haberent notitiam ceſſionis, quia ſi aderat iſta ignorantia, Tamen remanebat obligatio citãdi Andream, cum ad effectum conſequendi liberationem non ſufficeret conſenſus Gabrielis debitoris eiuſdem Andreæ; & mandatum Iudicis ita præcipientis ex *Caſtr. Rot.* & alijs ſuperius adductis *n. 2.*

Præterea Stephanus creditor Andreæ obtinuit fieri ſequeſtrum per Iudicem Curiæ Mercatorum in manibus procuratoris Andreæ, & Gabrielis, cui ſequeſtro ſe oppoſuit Ioannes ceſſionarius Andreæ coram eodem Iudice.
5 Vnde pendente huiuſmodi † iudicio non potuit Stephanus cedere Baccio ſuum creditum, & quatenus potuiſſet cedere, Tamen ceſſio eſt ita intelligenda, vt ceſſionarius ſequatur forum, coram quo cedens cœpit agere, cum iudicium cœptum coram vno Iudice debeat ibidem per eum terminari *l. vbi cœptum. ff. de iudic.* Adeo vt ſi poſt citationem coram vno Iudice quis efficiatur alterius
6 fori, † non poſſit citatus in huiuſmodi cauſa declinare forum primi Iudicis, & alium Iudicem adire, ſed teneatur proſequi, cauſam coram primo *l. ſi quis poſtea quam. 7. vbi Caſtr. n. 1. ff. de iudic. c. propoſuiſti. vbi Socin. n. 4. de for. competent. c. cum plures. de offic. deleg. in 6. ad fin. vt lit. pendent. Marant. diſput. 6. n. 20. Gail. obſeruat. 42. n. 2. lib. 1. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 20. n. 3. Guid. Foian. de ſequeſtrat. regul. 1. n. 27. cum ſeq. fol. 6.*
7 † Quod procedit etiam in iudicio ſummario, & executiuo *Caſtr. conſ. 169. ad fin. lib. 2. Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea quam. n. 4. ff. de iudic.*

Quæ etiam habent locum in ceſſionario, qui ſolum vtitur iure cedentis, † & vna & eadem
8 perſona reputatur cum illo *l. ſi donare. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. Surd. deciſ. 308. n. 1. & conſ. 452. n. 1. lib. 3.* Itaut non poſſit ceſſionarius plus iuris conſequi quam ipſemet cedens haberet, adeo vt exceptio, quæ
9 obſtat cedenti, † etiam debeat obſtare ceſſionario *l. exceptiones. ff. de exceptionib. Bart. in l. ſi quis rem. ff. de procuratorib. Bero. conſ. 32. n. 46. lib. 2. Crot. conſ. 83. n. 11. Surd.*
10 *conſ. 333. n. 15. & 16. lib. 3.* † Prout regulare eſt, vt exceptio, quæ obeſt auctori noceat etiam ſingulari ſucceſſori *l. apud celſum. §. de auctoris. vbi Alber. ad fin. ff. de dol. mal. & met. except. l. idemq. §. 1. ff. pro ſoc. l. creditor. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcription. Aret. conſ. 16. præſupponitur. in fin.*

Digitized by Google

fin. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 9. n. 30. Surd. conſ. 333. n. 17. lib. 3.

Neque obſtat, quod quando Ioannes contradixit ſequeſtro facto per Stephanum coram Iudice Mercatorum, non fuerit citatus Gabriel, qui tanquam ignorans, quod idem Ioannes eſſet ceſſionarius Andreæ, potuit poſtea ſoluere Baccio ceſſionario Stephani ad
11 mandatum Iudicis Quaterniorum, † Quia ſatis dicitur probata ſcientia Gabrielis, cum ipſi fuiſſet factum ſequeſtrum per Iudicem Mercatorũ ad inſtantiam Stephani, vnde non poterat poſtea ſoluere ad præceptũ alterius Iudicis Quaterniorum, ſed tenebatur opponere, quod erat ei inhibitum, & ſequeſtratum per alium Iudicem, coram quo debebat comparere, & ſe informare de omnibus intereſſe habentibus, & non ſoluere, niſi de mandato, & licentia primi Iudicis ſequeſtrantis, itaut non facta huiuſmodi oppoſi-
12 tione cenſeatur eſſe in dolo, † qui non debet ei patrocinari *l. nec ex dolo. ff. de dol. Becc. conſ. 106. n. 14. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 9. n. 68. Surd. conſ. 15. n. 13. lib. 1.* Et præſumitur, quod talis dolus adſit
13 in eo, † qui non perquirit, quod debet perquirere *l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mandat. l. 1. §. eſt autem apud. ff. depoſit. Ruman. conſ. 332. in 2. dub. Aim. conſ. 193. n. 2. in fin. Surd. conſ. 12. n. 69. & conſ. 150. n. 432. lib. 1.* Quamuis etiam data ignorantia in Gabriele, quod Ioannes eſſet ceſſionarius, non poteſt vlla excuſatio ei competere, cum non denunciauerit Andreæ principali creditori ad hoc, vt veniret ad faciendum omnia,
14 quæ erãt neceſſaria pro ſua defenſione, † quæ denunciatio requirebatur, vt poſſit dici rectè ſolutum *Rot. Ianuenſ. deciſ. 33. col. 6. in fin. Surd. conſ. 345. n. 5. & 6. lib. 3. cum aliis ſupra allegatis.*

Quibus additur, quod poſtquam actio eſt in iudicio deducta, nunquam poteſt alius pro-
15 ſequi etiam in caſibus, † in quibus eſt licita ceſſio, cum illa non poſſit fieri lite pendente ad effectum, vt iudicium transferatur in ceſſionarium, nam ſolum vtilitas in eum transfertur, vnde cedens debet agere, & iudicium cæptum proſequi, non autem ceſſionarius, cui tantum commoditas reſeruabitur, non autem quod cum eo curras iudicium, quod non debet alterari in preiudicium aduerſarij ideo ſolum, qui litẽ cæpit, illam perficiet, vt in ſpecie concludit *Innoc. in c. 2. n. 3. verſ. itẽ nota quod ſi quis conuentus. & ibi Abb. n. 5. col. 2. in fin. verſ. ſed aduerte ad vnum. de alienat. mutand. iudic. cauſ. fact.* vbi quod
16 eſt bene notandum, † & eſt firma, & indubitata concluſio, vt teſtatur *Affl. deciſ. 354. in fin. n. 22.* iuxta *auth. nunc ſi hæres. C. de litigioſ. l. quanquam. §. 1. & l. poſt venditionem. ff. de aqu. pluu. arcend.*
17 † Prout dicimus de actione litigioſa, quæ poteſt legari in teſtamento, Tamen proſecutio eſt facienda per hæredem *Abb. in d. c. 2. n. 5.* vbi etiam de procuratore, qui fuit ſemel litem conteſtatus, non enim poteſt ſine cauſa remoueri
18 per Dominum † reſiſtente Aduerſario *c. 2. de procuratorib. in 6.*

Quæ magis procedunt, quia ſumus in iudicio cæpto ex cauſa voluntaria, nam ſi eſſet in cæptum iudicium ex neceſſitate, puta ob ſuſpitionem fugæ, aut quia actio tempore erat
19 peritura, vel ex ſimili cauſa neceſſaria, † tunc illud iudicium poteſt agitari coram alio Iudice latè *Gabr. concluſ. 1. de iudic. n. 13. Diaz. reg. 382. Affl. deciſ. 354. fol. 247. Felin. in c. ex tenore. n. 15. cum ſeq. de reſcript.* Vnde ſi poteram te conuenire Peruſij, & Aſſiſij, & incæpi ex neceſſitate ſuſpitionis fugæ
20 agere Aſſiſij, † potero te poſtea conuenire Peruſij, quia non eſt inducta litis pendentia propter tale ſequeſtrum perſonæ *Caccialup. de debitor. ſuſpect. q. 16. n. 2. tom. 3. p. 2. fol. 155. poſt Bald. & Ang. in l. vbi cæptum. ff. de iudic. & in l. ſed & ſi reſtituatur. §. adium. verſ. ſed & ſi dies. ff. eod. tit. Modern. in l. quamuis. de damn. infect.* quos citat *Idem Caccialup. d. q. 16. n. 2.*

Et licet contrarium teneat *Guid. Foian. de ſequeſtr. regul. 1. n. 18. fol. 7.* Et de prædictis dubitet *Caccialup. ibid. q. 15. & 16. n. 3.* quem refert *Grauat.* licet non ſequatur in *addit.*
21 *ad Veſtr. lib. 4. c. 1. n. 9. fol. 79.* † Tamen non eſt recedendum ab opinione ſuperius firmata, quam etiam tenet *Natt. conſ. 2. per tot. Lancellott. de attentat. lit. pend. p. 2. c. 4. n. 21.*
22 *tom. 5. fol. 305.* † vbi etiam quod nec captura facta propter ſuſpitionem fugę inducit at-
23 tentata *Io. Paul. deciſ. 171.* † Prout etiam per proceſſum agitatum ſuper ſequeſtro nõ prohibetur quis ius ſuum alteri cedere, cum non ſit facta res litigioſa per ſequeſtrationem *Natt. d. conſ. 2. per tot.* quem ſequitur *Lancell. d. c. 4. n. 210.* Et quamuis poſt da-
24 tionem libelli non poſſit res alienari, † Tamen actio realis ſemper poteſt cedi ante litis conteſtationem *Cin. in auth. litigioſa. C. de litigioſ. Natt.* qui dicit alibi non legiſſe *conſ. 2. n. 3.*

EPITOME.

PAupertas quando ſit probanda reſpectiuè ad negocium, de quo agitur. ¶ Poſſidens auctoritate Principis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ quo caſu ſit tutus, itaut non poſſit à quocũque moleſtari actione perſonali, ſeu reali. ¶ Et quando habeat locum præſcriptio quatuor annorum iuxtà *l. bene à zenone. C. de quadrien. præſcript.* ¶ Et an illius diſpoſitio procedat etiam de iure canonico, & ſit neceſſe, vt Princeps poſſederit, & quod vendiderit bona tanquam ſua, & quod ſimus in Imperatore, ſeu Papa. ¶ Et quid in inferioribus à Principe, tàm non recognoſcentibus ſuperiorem, quàm recognoſcenti-

bus ſuperiorem, quàm recognoſcentibus, ſeu in alijs habentibus iura regalia, & fiſcalia Imperij. ¶ Pro re iudicata quando præſumatur. ¶ Notoria iniuſtitia qualis debeat eſſe ad hoc, vt competat reſtitutio in integrum poſt lapſum quadriennij. ¶ Negatiua quomodo proberur ex reuolutione actorum. ¶ In exemplatione inſtrumenti quando requiratur citatio intereſſe habentium, vnà cum auctoritate Iudicis, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici, & illius commiſſione, vt Notarius poſſit exemplare. ¶ Et quando eius aſſertioni ſtandum ſit circa facultatem exemplandi, & faciendi fidem de executione citationis.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas eſt probanda reſpectiuè ad negocium, de quo agitur. Intellige vt n.2.*

3 *Habens poſſeſſionem à Camera Apoſtolica non poteſt à quocumque moleſtari actione reali, ſeu perſonali. n. 4. & 21.*

5 *Verbum ſecurè quid importet, & an excludat ſpolium.*

6 *Diſpoſitio* l. bene à zenone. C. de quadr. præſcript. *procedit etiam de iure canonico quando agitur inter laicos habentes cauſam à Principe. n. 7.*

8 *Præſcriptio quatuor annorum poteſt allegari per eum, qui aliquid poſſidet auctoritate Principis.*

9 *Exceptio præſcriptionis impedit remedia poſſeſſoria.*

10 *Pro re iudicata magis præſumitur, quando ſumus in caſu exceptionis, non executionis.*

11 *Oppoſitio magis admittitur per viam exceptionis, quam actionis.*

12 *Poſſeſſio habita à Principe habenda eſt pro iuſta tanquam poſſideatur auctoritate magni Prætoris.*

13 *Lapſus quadriennij excludit à reſtitutione in integrum Eccleſiam, minorẽ, & loca pia.*

14 *Notoria iniuſtitia ſententia facit, vt etiam poſt lapſum quadriennij competat reſtitutio, & quando dicatur talis. n.15. & 16.*

17 *Emens à Principe non poſſidente non habet priuilegium* l. bene à zenone. C. de quadr. præſcript. *& cui incumbat onus probandi talem poſſeſſionem. n. 18.*

19 *Fiſcus debet vendere bona tanquam ſua, vt vero domino præiudicetur.*

20 *Bona confiſcata cenſentur vendita tanquam res ad Principem pertinentes, itaut ſi prius ſit facta venditio, reconualeſcat per confiſcationem ſubſequentem.*

22 *Imperator, & ſummus Pontifex habent priuilegium* l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. *Et quid in inferioribus à Principe tàm non recognoſcentibus ſuperiorem, quàm recognoſcentibus, ſeu in alijs habentibus iura regalia, & fiſcalia, Imperij, & Cameræ Apoſtolicæ. n. 23. 24. & 25.*

26 *Ex reuolutione actorum probatur negatiua non exiſtentia tutelæ. Declara vt n.27.*

28 *Tutela teſtamentaria, & cura quomodo probetur per teſtes. & n.29.*

30 *Tutor non poteſt experiri, nec conueniri in iudicio, vel extra, niſi probatis omnibus ad quæ tenetur.*

31 *Apocha non recognita nullam fidem facit.*

32 *Exemplatio inſtrumenti non valet non citatis intereſſe habentibus, ſi ſunt certi, vel per proclama, ſi ſunt incerti. & n.41.*

33 *Auctoritas Iudicis requiritur in exemplatione, itaut in eccleſiaſticis ſit adhibendus iudex eccleſiaſticus, & in prophanis laicus. n. 34.*

35 *Statutum Vrbis, quam formam requirat in exemplationibus.*

36 *Tranſumptio eſt facienda ad petitionem eorum, qui habent intereſſe.*

37 *Mandatum procuratoris eſt probandum, vt actus per eum geſti valeant.*

38 *Commiſſio iudicis requiritur, vt Notarius poſſit exemplare inſtrumentum. Fallit ſi adſit conſenſus partium. n.39.*

40 *Notario non creditur aſſerenti ſe habere facultatem exemplandi.*

42 *Tabellio non facit fidem de executione citationis abſque teſtibus.*

43 *Notarius non poteſt atteſtari, niſi de his, quæ fiunt in eius præſentia, & inter partes geruntur tempore actus.*

CAP. DCCCCVII.

DE cauſis petitæ reſtitutionis in integrum dixi non conſtare in cauſa Albanen. domus, Etenim non fuit probata prætenſa paupertas in commiſſione narrata,
1 prout erat probanda † reſpectiuè ad negotium, de quo agebatur, videlicet, quod non adeſſet tantum, quantum requiritur pro obtinenda prorogatione fatalium, cum hic agatur de inopia certi, & determinati effectus, quo caſu iſta ſpecialis probatio requiritur *§. ſed neque. auth. de fideiuſſor. Bald. in auth. præterea. n. 4. vbi Salic. q. 4. C. vnd. vir & vxor.* dixi *deciſ.34 n.9. & 14. Albenſ. conſ.69. n.6. Rot. diuerſ. deciſ.48. n.3. p.2. & coram R. P. D. Penia Peruſina dotis.10. No-*
2 *uembris* 1597. † Maximè, quia non ſumus in probatione paupertatis commiſſa arbitrio Rotæ, quaſi tunc per iſta verba talis rigor ſoleat temperari, vt in eadem *Peruſina dotis. 15. Maij* 1598. *coram R. P. D. Penia quæ eſt inter deciſiones impreſſas diuerſorum. 250. par. 4.*

Præſertim, quia non docetur de aliqua nullitate, ſeu iniuſtitia ſententiæ in iudicatum tranſactæ, cum potius appareat de eius vali-
3 ditate † tanquam ſimus in illis, qui habuerunt poſſeſſionem à Camera Apoſtolica, & à Principe, adeo vt omninò reddantur tuti, nec à quocumque poſſint inquietari ſuper

eadem

eadem re, nec actione reali, nec perſonali *l.2.C.de quadrienn. præſcript.l.bene à zenone. C.eod.tit.*per quæ iura cenſebitur poſſeſſori data plena ſecuritas,& derogarur actori
4 audientia, † & Iudicibus ſublata eſt iuriſdictio cognoſcendi *Aff. deciſ.361.n.18. Socin. Iun. conſ.65. n.6. lib. 3. Peregr. de iur. fiſc. lib.6. tit.4.n.15. & 16. fol.316. Honded.conſ. 67. n.28. lib. 1.*

Et cum ex prædictis acquiſita ſit talis ſecuri-
5 tas, excluditur omnis actio ſpolij, † nam hoc verbum ſecurè hanc excluſionem importat, & quod quis non teneatur ad aliquam reſtitutionem *Aff. deciſ. 361. n. 14.* per doctrinam *Gloſ. in l.1. in verb. poteſt. C. ſi aduerſ. ſolution.* vbi *Bald. in fin.* dicit eſſe menti tenendum, cum propriè quis dicatur ſecurus, qui habet efficacem, & inexpugnabilem ſecuritatem, ſiue ſimus in ſtatutis, ſiue in alijs diſpoſitionibus, itaut neque de iure, neque de facto poſſit ei aliqua actio moueri, tanquam omni iuris exceptione ſit tutus *Abb. in c.2. in fin. & ibi Butr.n.4. de pact. Iaſ. in l. 1. n. 11. ff. qui ſatiſd. cogant. Doctor. in l. illa inſtitutio. ff. de hæredib. inſtituend.*

Quæ etiam procedunt de iure canonico,quan-
6 do agitur, † prout in caſu noſtro, inter laicos habentes cauſam à principe, quidquid ſecus ſi reſpectu bonorum eccleſiæ *Imol. in c.2. vbi Abb.n.5. de reb.eccleſ.non alienand. Felin. in c. quæ in eccleſiarum.n.38. limit.4. de conſtitut. Bero. conſ.56. n.17. lib.3.Balb. de præſcript. 2. p.5. part. princip. q. 8. verſ.*
7 *octaua limitatio . fol. 488.* † & de veriori, & magis communi opinione teſtatur *Honded. conſ.67. n.28. ad fin. lib.1. Rot. Auenion. per Laurent. deciſ.17. col. penult. in princ. verſ. ideo ſecundo loco. Gabr. de acquir. poſſeſſ. concl.2. n. 22. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. n 18. verſ. decimotertio limita. fol. 319.* Quare non eſt facienda vis in opinione *Menoch.conſ.2. n.333. lib.1. & Socin.Iun.conſ. 69. n. 60. lib. 1.* qui contrarium ſequuntur vna cum alijs exaduerſo adductis, dum concludunt prædicta non procedere de iure canonico, quia ſunt communiter reprobati, vt teſtatur *Honded. d.conſ.67.n.28.ad fin.lib.1.*

Amplius cum ſimus in habentibus cauſam à
8 Principe,†ſufficit præſcriptio quatuor annorum † *l. bene à zenone. C. de quadr. præſcription. Aim conſ.263.n.7.col.4. poſt med.verſ. quinimmo cum homines. Roman.conſ.59.n.8.* per quam præſcriptionem dicitur lis finita *l.ſicut. in fin. C. de præſcription. 30. annor. Bald. in l. vlt. ff. pro ſuo. Alex.conſ.213.n.1. lib. 2. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. rem. 4.*
9 *n.768. & 769.*† vbi quod præſcriptio impedit huiuſmodi remedia poſſeſſoria *Gozad. conſ. 7. n. 18.*

Et vltra prædicta magis excluditur ſpolium
10 prætenſum, ſtante re iudicata,† pro qua magis præſumitur,cum ſimus in caſu exceptionis,non executionis *Rot. diuerſ. deciſ. 143. n.7. p.2. Put. deciſ. 204. in fin. lib.1.* Quaſi per viam exceptionis poſſit opponi, quod
11 etiam non liceret per viam actionis † *Bald. in l. poſt mortem. n.3. ad fin.de adopt.Felin. in c. lator. col.1. poſt med.verſ. & dicit. de re iudic. Imol. in l. qui ſuperſtitis.n.2. ff. de acquir. hæredit.* Maximè cum poſſeſſio fuerit data à Principe, quo caſu pro iuſtitia
12 poſſeſſionis iudicandum eſt,† tanquam poſſideatur auctoritate magni Prætoris, non ſimplicis Iudicis, itaut ex hoc magis excludatur remedium ſpolij *Bald. conſ.295. ad euidentiam. lib. 3. alias 345. lib. 1. Aff. deciſ. 361. n.12. Pariſ.conſ.99. n.18. lib.4. Rip.in c.ſæpe. n.87. de reſtit. ſpoliator. Aim.conſ.5. n.7. Menoch. de recup poſſeſſ. rem. 8. n.56.*

Quibus additur lapſus quadriennij, quo caſu
13 neque eccleſia, † aut minor, & ſimilia loca pia,vel ciuitates,aut vniuerſitates reſtituuntur *c. 1. & 2. de reſtit. in integr. in 6. Socin. Iun. conſ. 115. n.41. lib.1. Iaſ. in auth. quas actiones. n.35. C. de ſacroſan. eccleſ. Felin. in c. 1. n. 12. de præſcript.* vbi addit, quod neque poterunt reſtitui ad petendam reſtitutionem aduerſus lapſum huiuſmodi quadriennij *Peregr. conſ.94. n.61. lib.2.& conſ. 102. n 65. lib.3. Anguſciol. conſ.9. n.6. lib.7. Giurb. deciſ.106. n.11.*

Non obſtat notoria iniuſtitia ſententiæ,quę fa-
14 cit, vt competat reſtitutio † etiam poſt lapſum quadriennij *Caſ.de Graſſ.deciſ.15. n.8. de præbend.Card.Sacratus Præneſtina bonorum. 21. Februar. 1614.* Quia in caſu noſtro non adeſt huiuſmodi notoria iniuſtitia, cum fuerit probata poſſeſſio Perij etiam poſt dationem in ſolutum, cum alijs in facto adductis,ex quibus conſtat ſententiam eſſe latam ſeruatis ſeruandis, & quamuis prætendatur exaduerſo præferendos eſſe teſtes Aduerſarij hoc tamen requirit altiorem indaginem,
15 cum tamen ad hunc effectum † notoria iniuſtitia debeat eſſe euidens, quæ conſtet ex actis, itaut nullam habeat diſputationem, aut offuſcationem, & ſit adeo patens, & manifeſta,vt non poſſit eſſe aliquo modo dubia, aut aliter velata *Felin. in c. inter cæteras. n.7. de re iudicat. & in c. ſuper litteris.n.32. de reſcript. Franc. in c. dilecto. n. 155. verſ. ex quibus. de appell. Contard. in l. vnic. limit. 9. n. 3. C. ſi de moment. poſſeſſ.* & ita etiam diſponitur *in c. 1. de reſtit. in integr.*
16 *lib. 6.* † vbi ad hoc, vt reſtitutio competat poſt quadriennium, requiritur vt præuaricationis, vel fraudis manifeſtæ probetur ſuper hoc interueniſſe commentum *Alciat. conſ.203.n.33. Odd.de reſtitut.in integr. p.1. q.19. n.22. fol.158.*

Maximè, quia potius apparet de iuſtitia ſententiæ, cum ſimus in illis, qui habuerunt poſſeſſionem à Camera Apoſtolica,& à Principe, vt dictum eſt *ſupr. n.3. cum ſeq.* Qui-
17 bus non obſtat, † quod prædicta non proce-

dant, quando fiſcus nonquam poſſedit Alex.
conſ.52. n.5. lib.7. Rot. coram R. P. D. Coc-
cino Interamnen. legitimarum. 22. Aprilis
1613. cum alijs exaduerſo adductis. Quia
hoc onus probandi, quod Princeps non poſ-
ſideret,incumbit alleganti hanc negatiuam,
18 nam eo ipſo, † quod emptor poſſidet præſu-
mitur etiam Principem poſſediſſe, ita in
ſpecie concludit Bald.in l.2.n.2.in fin.verſ.
ſed quid ſi non apparet. C.commun rer.alie-
nat. Felin.in c.quæ in eccleſiarum. 7.col.17.
poſt med. verſ. & ſubdit. n. 35. de conſtitut.
Ruin.conſ.31.n.18. lib.5. Balb. de præſcript.
p.2.par.5. princ. q. 8. verſ. tertio limita. ad
fin.fol.487. cum alijs per Peregr.de iur.fiſc.
lib.6.tit.4.n.18.in 3.limit.ad fin.verſ cui au-
tē incumbat. fol.318. Bero.conſ.56.n.18.lib.3.
Nec facit,quod fiſcus non vendiderit iſtam do-
19 mum tanquam de bonis ſuis,† quo caſu non
præiudicatur vero domino Rot.in d. Interā-
nen. legitimarum. poſt Peregr.d.tit.4. n.18.
in princ. cum alijs exaduerſo adductis. Quia
cum Princeps vendiderit iure cōfiſcationis,
tunc dicitur vendidiſſe tanquam rem ſuam,
20 adeo vt etiam ſi prius vendiderit,† & poſtea
confiſcauerit, venditio reconualeſcat Bald.
in ſpecie in l.2. n.2. C.commun. rer alienat.
iuxta l. ſi à titio. ff. de rei vendicat.
Ex quibus concludendum eſt non poſſe aliquo
21 modo agi ad prætenſum ſpolium,† prout vl-
tra adducta latè in terminis noſtris conclu-
dit Bero. conſ. 56. n.15. vſque ad 22. lib.3.
vbi quod magis procedit, quando prout in
caſu noſtro, ſumus in venditione facta à Pa-
pa, & Camera Apoſtolica iuxta c. ex ore. de
priuileg. Bald.conſ.348.& 350.lib.1. Domin.
conſ.5. & conſ.136. Doctor. in c. conſultatio-
nibus. vbi Dec. in 4. not. de offic. deleg.
Ex prædictis etiam ſunt ſublata, quæ denuo
opponuntur, Quia in idem reincidunt, cum
ſimus in ſummo Pontifice, in quo ſicut in
Imperatore habet locum l. bene à zenone.
22 C. de quadr. præſcript. † Contraria autem
procedunt in inferioribus à Principe etiam
non recognoſcentibus ſuperiorem Ang.in
repetit. l. 1. C. de fid. inſtrum. lib.10. Dec.
conſ.357. in caſu magnifici.n.7. poſt Bald.in
c. ad apoſtolicæ. de re iudic.in 6. prout eum
refert Mart. Laudenſ. in tract. de princip.
in 11. ſpecial Socin conſ.46.n.23. lib.4. Abb.
conſ.3. ſtar in præſenti. q.17. col. 19. verſ.
quarto ſubtilius. lib.2. Rim. Sen. conſ. 435.
n. 18. lib. 3. & latè Rim. Iun. in §. 1. n.56.
cum ſeq. inſtit. quib. alien. lic. vel non.
Curt. Iun.conſ.142.col.fin. & conſ.185.n.6.
Guliel. Bened. in c. rainutius. in verb. &
vxorem nomine adelaſiam. deciſ. 5. n. 384.
de teſtam. fol. 124.
Quamuis etiam multi contrarium ſentiant in
Principe, & Ciuitate non recognoſcente ſu-
23 periorem,† de quibus per Rom. conſ.59.n.8.
& ibi Mandoſ. in verb. non recognoſcunt.
ad med. Ruin. conſ. 48. in fin. lib.4. Duen.
regul.228. emens à fiſco.n.5.limit.5.verſ.quæ
opinio licet communis videatur. fol. 168.
Pariſ.conſ.1.n.122. lib.1. Iaſ.conſ.127.col.8.
lib. 2. Roland. conſ. 100. n. 48. & 49. lib. 4.
Peregr. de iur. fiſc. lib.6. tit.4. n.17.
Immo etiam idem eſſet in inferioribus à Prin-
24 cipe recognoſcentibus ſuperiorem,† in qui-
bus haberet locum diſpoſitio d. l. bene à ze-
none. C.de quadr. præſcript. quando ex pri-
uilegio particulari,& ex conceſſione expreſſa
Imperatoris, ſeu ſummi Pontificis eſſent in
eos translata omnia iura regalia,& fiſcalia
Imperij, & Cameræ Apoſtolicæ, tunc enim
etiam iſti inferiores poſſent ſe iuuare eiſdem
facultatibus, quæ conceduntur Imperatori,
& Papæ cum prælatione, & alijs, quæ habet
ipſemet Papa, & Imperator Bald. conſ.363.
quæritur. lib.3. & conſ. 25. n.6. lib.1. & in
l. 1. in fin. C. de hæredit. vel action. vendit.
Bero. in c. quæ in eccleſiarum. n. 158. de
conſtitut. Rim. Iun. in §.1.n.58. inſtit.quib.
25 alienar. lic. vel non. fol. 127. † Et ſecundum
prædicta debent intelligi, quæ dicuntur de
Principibus recognoſcentibus ſuperiorem,
prout in Duce Vrbini, qui recognoſcit ſum-
mum Pontificem, in quo non habebit locum
d. lex bene à zenone. C. de quadr. præſcript.
vt in ſpecie concludit Rim. Iun. in §.1 n.57.
in fin. inſtit. quib. alien. lic. vel non. Socin.
Iun.conſ.69.n.56.in fin. vſque ad n.60.lib.1.
Petr. de fideicommiſſ q.14. n.144. in fin. Pe-
regrin. de iur. fiſc. lib.6. tit.4. n.17. ad med.
verſ. & in Duce Vrbini. fol.317.
Quo vero ad aliud dubium concludendum eſt
negatiuè, quod nō conſtet Præpoſitum fuiſſe
tutorem,ex reuolutione enim actorum nul-
26 libi apparet de illius tutela, † vnde ſatis ex
hoc dicitur probatum eum non eſſe tutorem
Bart.in l.hi qui ad ciuilia.n.4. C.de appellat.
Imol. conſ. 110. in cauſa quæ vertitur. in
princ. Affl. deciſ.107. n.5. V ant.de nullit.ex
defect. citation. n. 14. & 15. Rot. deciſ. 611.
n.2. p.1. in recentiorib. Maximè, quia ſumus
in negatiua reſtricta, & coarctata ad certum
27 proceſſum, † & ad certa acta, de quibus agi-
mus Salic.in l. fin n 2. ff.de reb. credit. Dec.
conſ. 483. pro reſolutione. n. 3. vſque ad 7.
Rot. deciſ. 455. n. 4. & deciſ.723. n.9. par.2.
in recentiorib.
Præſertim, quia ſiue ſimus in tutela datiua, &
illa eſt probanda per ſcripturam, ſiue in te-
28 ſtamentaria, † quæ licet poſſit probari per
nuncupatiuum teſtamentum,& ſic per teſtes
tamen niſi transferantur atteſtationes in pu-
blica documenta, nunquam poteſt decerni
adminiſtratio tutelæ Bald.in ſpecie in l.vlt.
29 n. 12. C. de re iudicat. † vbi etiam de cura-
tore, qui ad prædictam probationem tene-
tur,cum debeat conficere inuētarium l. poſt-
liminium. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.l.tu-
tor qui repertorium. ff. de adminiſtr. tutor.
l. veteris. C.arbitr.tutel. Vnde non confecto
inuentario, & non probatis alijs, ad quæ te-
netur

30 aetnr non poterat tutor experiri, † nec con-
ueniri in iudicio, vel extra *Bart. in d. l. tu-
tor. in princ. Boer. decif.53. n. 5. Caualcau.
de tutor. n. 23. & 57. Auffr. ad decif. capell.
Tholoſ.63. n. 1. cum ſeq.*

Idem dicendum eſt quo ad iura producta, quod
videlicet illa non ſint in forma probãti, Nam
circa inſtrumeutum poſſeſſionis captæ, cla-
31 rum eſt ;illud nullam fidem facere, † tan-
quam factum vigore cuiuſdam apochæ non
recognitæ *Rot. decif.683. n. 1. p. 2. in recent.*
vltra quod exemplatio eiuſdem inſtrumenti
fuit facta non citatis hæredibus, & alijs
creditoribus, qui tamen erant ſpecialiter
citandi ad effectum validæ probationis,
32 quando ſunt certi, † & ſi non ſint tales per
proclama generale *Innoc. in c. albericus. de
teſtib. Alex. conſ.112. n. 1. lib. 4. & conſ. 150.
n. 4. lib. 6. Caputaq. decif. 321. p. 3. Put. de-
cif.336. lib. 2. Boer. decif. 36.*

Prout etiam deficit auctoritas Iudicis, quæ ta-
men requirebatur, vt fidem faceret exem-
platio *Gloſ. in c. abbate. 25. in verb. fiat. poſt
33 med.* † vbi *Panorm. & Butr. col. 1. de verbor.
ſignificat. Affl. decif.273. n. 4. in fin. Rot. de-
cif. 683. n. 1. p. 2. in recentior. Couar. pract.
quaſt. c. 21. n. 3.* & notant omnes *in c. cum
p. tabellio. de fid. inſtrum.* Itaut in eccleſia-
34 ſticis ſit adhibendus Iudex eccleſiaſticus,† &
in prophanis Iudex laicus ad hoc, vt exem-
platio dicatur facta per Iudicem competen-
tem, prout debet eſſe *§. 1. auth. vt fratr. fi-
lij. Gloſ. in c. abbate ſanè. in verb. ex hoc vi-
detur. de fid. inſtrum. Caſtr. conſ.209. in
cauſa confinium. n. 1. lib. 1. Abb. in c. fin n. 5.
& ibi Felin. n. 13. de fid. inſtrum.*

Cum etiam talis exemplatio fuerit facta non
adhebitis requiſitis, de quibus in *Statut.
35 Vrb. lib. 1. c. 36.* † Quæ tamen erant ſeruan-
da, cum cauſa ageretur in Curia Capitoli-
na, Maximè, quia idem ſtatutum adimit fi-
dem tranſumptis non ſeruata forma ibidem
expreſſa, ſublatis quibuſcumque priuilegijs
exemplandi, & tranſumptandi hactenus qui-
buſcumque perſonis conceſſis, itaut tali for-
mæ per ſtatutum inductæ partes non poſſint
renunciare *Felin. in c. fin. col. 1. de probat.
Roland. conſ. 72. n. 57. lib. 3. Oſaſc. decif. 166.
n. 7. & decif. 172. n. 17. & 18.*

Inſuper non conſtat, quod hæc tranſumptio fue-
rit facta ad petitionem eorum, quorum in-
36 tereſt, † prout requirebatur *c. cum p. tabel-
lio. de fid. inſtrumentor. l. ſi quis ex argen-
tarijs. §. pertinere. ff. de edend. Couar. pract.
quaſt. c. 21. n. 3. in princ. verſ. ſecundo col. 2.
ad med.* Et quamuis nomine habentium in-
tereſſe comparuerit prætenſus procurator,
37 Tamen de eius mandato non conſtat, † ideo
talis petitio nihil releuat *Bald. & Salic. in
l. 1. C. de procurator. Iaſ. in l. exigendi. n. 9.
C. eod. tit. Rot. decif. 476. n. 4. ad med. p. 2.
in recentiorib.*

Quemadmodum neque apparet, quod Iudex
commiſerit iſtam facultatem extrahẽdi no-
38 tario, qui exemplauit, † prout talis com-
miſſio requirebatur *c. cum p. tabellio. de fid.
inſtrum. Couar. pract. quaſt. c. 21. n. 3. in
princ. & n. 4. in fin.* vbi quod tantũmodo po-
terit fieri abſq; auctoritate Iudicis per ſolũ
tabellionem, quando appareret de conſenſu
39 partium, † de quo hic nullibi conſtat *Bart.
in auth. ſi quis in aliquo. & ibi Aret. C. de
edend. Imol. in c. vlt. de fid. inſtrum.*

Et aſſertio notarij, quod ipſe habet faculta-
tem tranſumptandi, nihil releuat, niſi tale
40 priuilegium probetur, † prout erat proban-
dum, cum non credatur notario aſſerenti ſe
habere facultatem exemplandi, tãquam hoc
priuilegiũ detur particulariter aliquibus, &
non omnibus, prout ſucceſſori in officio, qui
habet facultatem extrahendi, & publicandi
inſtrumenta ſui anteceſſoris *Rot. decif. 132.
n. 2. p. 2. in recentior. & decif. 581. n. 4. par.
ead.* Et quatenus crederetur tali aſſertioni,
tamen cum deficiant alia neceſſaria pro va-
liditate exemplationis, non eſt in ea inhæ-
41 tendum, † præſertim ſtante defectu citatio-
nis, quæ omninò requirebatur, alias nullum
præiudicium infert, nec aliquam fidem fa-
cit, vt dictum eſt *Caſtr. conſ. 202. n. 2. in
fin. lib. 1.* cum alijs per *Couar. pract. quaſt.
c. 21. n. 4. in fin. verſ. tertio exigitur.*

Nec facit, quod idem Notarius aſſerat cita-
tionem fuiſſe factam, Quia vltra quod talis
aſſertio eſt de citatione executa contra ab-
ſentem in ciuitate Veliterni, cum tamen
42 debuiſſet fieri in vrbe, † Reſpondetur, quod
non creditur notario facienti fidem de exe-
cutione citationis abſque teſtibus *Put. de-
cif. 5. lib. 3. Rot. decif. 492. n. 3. in princ. &
decif. 624. n. 10. p. 1. in recentior.* Tanquam
deponat de actu à ſe non geſto, nec per eum
43 rogato, † cum non poſſit atteſtari, niſi de
his, quæ fiunt in eius præſentia, & inter par-
tes geruntur tempore actus *Aim. conſ. 88.
n. 20. & 21. Bald. in l. vlt. n. 17. C. de re
iudicat. Alex. conſ. 10. col. fin. lib. 6. Iaſ. in
l. ſi duo. §. idem iulianus. col. 31. ff. de iu-
reiur. & in l. ſenium. col. 2. C. qui teſtam.
facer. poſſ.* Et prædicti omnes defectus cita-
tionis, & alij militant in cæteris iuribus
exemplatis, & præſertim in inſtrumento lo-
cationis, itaut non ſit amplius ſuper eis in-
ſiſtendum, cum etiam omnia fuerint latius
in facto ſublata, ideo non eſt opus vlteriori
diſcuſſione.

E P I T O M E.

CAptatoria diſpoſitio quare reprobetur. ¶ Et an per ſtatutum, conſuetudinem, aut obſeruantiam poſſit fieri, vt illa valeat. ¶ Teſtamenta correſpectiua duorum viciſſim ſe, eorumq; filios hæredes inſtituentium eodem loco, & tempore pro conſeruatione familiæ quo caſu ſuſtineantur. ¶ Et an ſint

duo, vel vnum. ¶ Et quando poſſint reuo-
cari. ¶ Et an per reuocationem ab altero
factam poſſit dici alius deceptus. ¶ Liber-
tas teſtandi an dicatur reſtringi cauſa lucri,
& metu pœnæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio captatoria reprobatur tanquam per indirectum auferat libertatem teſtandi.*
2 *Teſtamentum correſpectiuum duorum vicisſim ſe, eorumq. filios hæredes inſtituentium eodem loco, & tempore pro conſeruatione bonorum in familia quando valeat, itaut non contineat captatoriam voluntatem. n. 3. & 4.*
5 *Inſtitutiones factæ mutuis affectibus ſunt validæ, ſi per eas non apponatur neceſſitas teſtandi hoc, aut illo modo. n. 6.*
7 *Teſtamenta correſpectiua vnius ad aliud ſunt duo, non vnum, & poſſunt reuocari ad euitandam arctationem libertatis teſtandi. & n. 9.*
8 *Non poteſt quis ſe adſtringere ad non reuocandum primum teſtamentum.*
10 *Deceptio an conſideretur, ſi factis inuicem inſtitutionibus vnus illam reuocat, quamuis alius crederet eum permanſurum in voluntate non reuocandi. n. 11.*
12 *Diſpoſitio in qua de facili cadit deceptio, non ſemper dicitur captatoria.*
13 *Libertas teſtandi etiam lucri cauſa reſtringitur, prout metu pœnæ. Declara, vt n. 14. & 15.*
16 *Per ſtatutum, conſuetudinem, aut obſeruantiam an poſſit fieri, vt valeat inſtitutio captatoria.*

CAP. DCCCCVIII.

SEntio cum D. Scribente, quod ſimus in voluntate captatoria ex rationibus doctiſſimè per eum adductis, ex quibus etiam reſoltat clara reſponſio ad *conſ. Peregr.* 31.
1 32. & 34. *lib.* 5. † Cum verè nunqnam tollatur ratio illa per Doctores conſiderata, quod ideo reprobatur diſpoſitio captatoria, tanquam per indirectum auferat liberam facultatem teſtandi *Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligation. & in l. cum donationis. vbi Alex. & Iaſ. C. de tranſact. Rot. diuerſ. decïſ.* 592. *n.* 11. *p.* 1. *quæ eſt deciſ. Cardin. Seraph* 359. quam in propoſito ſequitur *Surd. deciſ.* 98. *n.* 7. *Neguſ. conſ.* 521. *n.* 50.

Vnica ſolum remanet difficultas, quod ſumus in teſtamẽto correſpectino duorum fratrum vicisſim ſe, eorumq. filios hæredes inſtituen-
2 tium † eodem loco, & tempore, mutuis affectionibus facto, & pro conſeruatione bonorum in familia, vt patet ex teſlamento exhibito, io quo teſtatores dixerunt cogitaſſe quo nam modo prouideri poſſet eorum teſtamentarijs diſpoſitionibus, & à multis menſibus decreuiſſe, quæ nam per eos, & vnumquemque eorum agenda ſint, vt poſſit haberi firma ſpes, quod prædictæ eorum cogitationes effectum ſortiri poſſent, ideo fiunt poſtea inſtitutiones, & ſubſtitutiones tam per vnum teſtatorem ad fauorem filiorum, & deſcendentium Alexandri, quam per Alexandrum alium teſtatorem ad fauorem
3 filiorum, & deſcendentium Siluij, † ex quibus verbis apparet omnia fuiſſe geſta propter deſiderium conſeruandi bona in eorum familia, quod tanquam laudabile, iuſtum, & honeſtum videtur excludere captionem, & fraudem, quæ minus poteſt conſiderari in mutuis ſubſtitutionibus, & inſtitutionibus
4 procedentibus ex ſimili duorum affectu, † ex quo reijcitur omnis diſpoſitio captatoria *Bald. Salic. Aleiat. & Iaſ. in l. licet inter. C. de pact. Imol. Aret. & Alex. in l. patris & filij.* 20. *ff. de vulgar. & pupill. Petr. Pecch. de teſtam. coniug. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 1. *verſ. notandum aiunt. tom.* 8. *p.* 1. *fol.* 153. latè *Roder. in l. quoniam in prioribus. in declarat. leg. regn. limit.* 5. *n.* 11. & 12. *C. de inoffic. teſtament. fol.* 436. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 33. *n.* 62. *fol.* 302. & *conſ.* 34. *n.* 1. *lib.* 5. *Vigl. in* §. *pluribus. inſtit. de teſtam. Bellon. conſ.* 85. *n.* 9. *Gail.* qui de communi *obſeruat.* 117. *n.* 1. *lib.* 2. *Clar. in* §. *teſtamentum. q.* 60. *n.* 1. *Ruin. conſ.* 20. *n.* 11. *lib.* 2. *Corn. conſ.* 159. *lib.* 4. *Sim. de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 2. *interpretat.* 1. *dub.* 1. *ſolut* 3. *n.* 5. & 6. *fol.* 80. *Spin. de teſtam. gloſ.* 5. *n.* 70. *ad med. Rot. coram R. P. D. Dunozet Firmana hæreditatis* 27. *Ianuarij &* 15. *Martij* 1621.

Verum prædictis poteſt reſponderi, quod licet inſtitutiones valeant, ſi fiant mutuis affectio-
5 nibus, † Tamen hoc verum eſt, quando nulla per eas neceſſitas imponitur teſtandi hoc, aut illo modo, tunc enim excluditur præſumptio mutuæ affectionis, quæ ceſſat ſtante expreſſa conditione per teſtatorem appoſita, dum in teſtamento diſponitur, quod ſi per aliquem ex ipſis contigerit teſtamentum reuocari, vel mutari, tunc inſtitutiones, & ſubſtitutiones factæ ad fauorem filiorum, & deſcen-
6 dentium alterius ſint ipſo iure nullæ, † quaſi tunc ex hoc videatur ſublata facultas teſtandi, vt in ſpecie reſpondet *Rot. per Cardin. Seraph. d. deciſ.* 359. *n.* 22.

Iſta tamen reſponſio non videtur admodum tota, quia non poteſt dici, quod per prohibitionem non reuocandi teſtamentum ſit ſublata facultas teſtandi, Quamuis enim fuerit dictum, quod ſi contigerit illud reuocari
7 ſint nullæ ipſo iure inſtitutiones, † Tamen etiam hoc non expreſſo renocatio erat licita, Nam ſimilia teſtamenta facta in eadem membrana, & coram eiſdem teſtibus, & notario, & eodem loco, cum correſpectiuitate vnius ad aliud, & ob mutuam affectionem ſunt duo teſtamenta, non vnum, ideo ſemper

datur

Digitized by Google

datur reuocatio, tanquam voluntas teſtato-
ris ſit ambulatoria vſque ad mortem, itaut
non ſolum tacitè, ſed neque expreſsè ſub
quouis quæſito colore poſſit quis ſe adſtrin-
gere ad non reuocandum primum teſtamen-
8 tum, nec ſibi adimere, † vel auferre poteſta-
tem reuocandi *l. ſi quis in principio teſta-
menti. ff. de legat. 3. l. ſtipulatio hoc modo
concepta. ff. de verb. obligat. l. cum donatio-
nis. in fin. C. de tranſaction. Bertrand. conſ.
329. n. 2. lib. 1. p. 2.*
Et ita in ſpecie, quod non obſtante iſta mutua
inſtitutione facta in vno, & eodem teſtamen-
9 to detur iſta reuocatio † tanquam ſimus in
duobus teſtamentis ad euitandam arctatio-
nem libertatis teſtandi concludit *Oldrad.
conſ. 174. thema tale eſt. n. 1. & 2. Corn. conſ.
159. col. 1. ad med. verſ. quibus tamen non
obſtantibus. lib. 4. Roder. in l. quoniam in
prioribus in declarat. leg. regn. limit. 15. n. 12.
ad med. C. de inoff. teſtam. fol. 437. Bertrand.
conſ. 329. n. 1. vſque ad 4. lib. 1. p. 1. Sim. de
Pret. interpret. 1. vltim. volunt. lib. 2. dub. 1.
ſolut. 3. n. 5. & 6. fol. 80. Gail. obſeruat. 117.
n. 1. in fin. verſ. ſed quid ſi vltimo. Tiraq.
de nobilitat. q. 68. n. 5. Rot. coram R. P. D.
Dunozet Firmana hæreditatis. 27. Ianuarij.
& 15. Martij 1621. col. 1. in fin.*
Neque per iſtam reuocationem, quæ poteſt ſu-
peruenire, eſt dicendum, quod alter ſit dece-
10 ptus, † tanquam crederet alterum perman-
ſurum in propoſito non reuocandi, nam po-
tius talis ſe ipſum decepit, cum ſcire debuiſ-
ſet huiuſmodi teſtamentum fuiſſe reuocabi-
le, vnde debuit proſpicere hunc caſum poſſe
euenire *l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat.* & ſi non
proſpexit, ſe ipſum circumuenit *l. immo. poſt
princ. ff. de liber. cauſ. l. nam ſi actor. ff. de
11 rei vendicat.* † Et ita in ſpecie, quod ex præ-
dictis non poſſit conſiderari talis deceptio
latè concludit *Corn. conſ. 159. col. 1. ad med.
lib. 4. Bertrand. conſ. 329. n. 2. & 3. lib. 1. p. 2.*
Quæ deceptio minus potuit contingere in
caſu noſtro, cum partes in euentum reuoca-
tionis ſibi proſpexerint, quod omnes inſti-
tutiones, & ſubſtitutiones eſſent ipſo iure
nullæ, Maximè, quia licet voluntas capta-
toria dicatur ea, per quam poteſt quis faci-
12 liter decipi, † Tamen non omnis diſpoſitio,
in qua de facili cadit deceptio, indicatur ca-
ptatoria, vt notat *Corn. conſ. 159. col. 1. poſt
med. verſ. & licet captatoria. lib. 4.*
Quibus tamen poteſt replicari, quod etiam lu-
cri cauſa conſtringitur libertas teſtãdi, adeo
13 vt ſi inſtitutio ſit talis, † qua mediante quis
conſequatur lucrum per viam inſtitutionis,
itaut ſublata illa inſtitutione euaneſcat,
tunc non valet inſtitutio enim debet fieri ex
mera affectione, non per metum pœnæ, vel
ex cupiditate lucri, quia ex iſtis per indire-
ctum tollitur libertas teſtandi *Gloſ. in l. illa
autem. 71. in verb. ſententiam. vbi Bart. &
Imol. ff. de hæredib. inſtituend.* & de rece-
ptiſſima opinione teſtatur *Rot. diuerſ. de-
14 ciſ. 542. n. 10. p. 1.* † Intelligendo de ſpecie
lucri ſcilicet ſucceſſionis in hæreditate,
prout eſt caſus noſter, quidquid aliud ſit de
altero lucro, veluti ſi inſtituatur hæres, ſi me
alimentaueris donec vixerim, cùm ſimilibus
iuxta diſtinctionem *Caſtr. & Alex. in l. cum
donationis.* vbi etiam *Iaſ. n. 4. C. de tranſact.*
Et quamuis *Peregr. conſ. 34. n. 7. in fin. lib. 5.*
reſpondeat prædicta procedere in inſtitu-
15 tione conditionali, † non autem in pura,
prout neque quando inſtituuntur filij teſta-
torum, ſed ſolum ſi inſtituerentur ipſimet,
qui faciunt teſtamentum, Tamen vtraque
reſponſio ceſſat ex facto, vt benè obſeruatur
per D. Scribentem pro captatoria voluntate,
vbi etiam remouetur obſeruantia, de qua
non conſtat, ſi enim de ea appareret, opus
16 eſſet decidere quæſtionem illam, † an per
conſuetudinem, ſtatutum, vel obſeruantiam
poſſit fieri, vt valeat diſpoſitio captatoria,
tanquam ſit iuris poſitiui, ſtante præſertim
iure canonico, de qua quæſtione latè *Vaſq.
de ſucceſſ. progr. tit. de pupillar. ſubſtit. p. 1.
lib. 2. §. 13. n. 14. & 20. vſque ad 26. fol. 77.
Abb. in c. cum tibi. vbi Couarr. n. 13. de
teſtam. Aret. & Iaſ. in l. 2. in princ. ff. de
vulgar.* cum alijs per *Surd. deciſ. 53. per tot.
Tiraq. de legib. connubialib. gloſ. 5. n. 96. in
fin. Bened. in c. rainutius. in verb. condidit.
il 1. n. 6. de teſtament. Petr. Pecch. de teſtam.
coniug. lib. 1. c. 12. n. 6. tom. 8. par. 1. fol. 152.
Ludou. Lana de formul. inſtrument. concl.
1. n. 106. ibid. fol. 186.* Et hæc ſcripſi breui-
ter inter anguſtias impedimenti valetudi-
nis oculorum, & animi propter obitum
fratris: cum tamen omnia plenius tractare
decreuiſſem.

E P I T O M E.

Confeſſio extraiudicialis abſente parte per quot teſtes probetur. ¶ Et an debeant deponere de eodem tempore, & loco, tàm de iure ciuili, quàm canonico. ¶ Et quid ſeruetur in Vrbe. ¶ Calculatio etiam confirmata auctoritate rei iudicatæ an poſſit ex officio per iudicem retractari. ¶ Iuramentum calumniæ an ſit præſtandum vbi eſt facta plena probatio. ¶ Per conſtitutionem noui procuratoris an primus ſit reuocatus. ¶ Abbas conſtituens ſyndicum vnà cum Capitulo an poſſit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli. ¶ Modus obſeruatus in concedendo quando ſit ſeruandus in tollendo. ¶ Mandatum factum cum auctoritate Iudicis an reuocetur, ſi fiat ſecundum abſque illius auctoritate. ¶ Et quando illud præſumatur ex ſola ſcientia, & patientia principalis. ¶ Exhibitio librorum quo caſu ſit facienda. ¶ Index quando debeat habere fidem teſtibus incongrua deponentibus, & famulis ſalariatis, & ſingularibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de diuerſo tempore, & loco ſunt ſingulares, & non probant.*
2 *Confeſſio extraiudicialis non probatur niſi per duos teſtes conteſtes.*
3 *Confeſſio extra iudicium abſente parte non facit fidem, quamuis de ea deponant duo teſtes conteſtes. Intellige de iure canonico, ſecus ciuili, prout ſeruatur in Vrbe. n. 4. & 5.*
6 *Teſtes mille ſingulares tantum probant, quantum vnus.*
7 *Famuli ſalariati non ſunt idonei teſtes pro dominis.*
8 *Iudex non debet habere fidem teſtibus deponentibus incongrua, & inueriſimilia, & non conformia rationi, & veritati. n. 9.*
10 *Exhibitio librorum quando ſit facienda.*
11 *Iudex ex officio debet retractare calculationes etiam confirmatas auctoritate rei iudicata, quando ſumma eſt magna, non autem minima.*
12 *Suſpitio calumnia quando ceſſat, non ſunt facienda, quæ alias deberent fieri.*
13 *Iuramentum calumnia non praſtatur ceſſante ſuſpitione, & vbi eſt facta plena probatio.*
14 *Per conſtitutionem noui procuratoris cenſetur primus reuocatus.*
15 *Mandatum factum cum auctoritate Iudicis non reuocatur, ſi fiat ſecundum abſque illius auctoritate. Intellige, vt n. 16.*
17 *Confirmatio imitatur naturam confirmati.*
18 *Modus obſeruatus in concedendo eſt ſeruandus in tollendo. Declara, vt n. 19.*
20 *Abbas conſtituens ſyndicum vnà cum capitulo poterit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli.*
21 *Conſuetudo eſt probanda ſpecialiter in caſu, de quo agitur, non autem in genere.*
22 *Non eſt præſumendum, quod quis voluerit facere actum inualidum.*
23 *Praſumptio cedit veritati.*
24 *Reuocatio procuratoris debet obeſſe reuocanti. & n. 25.*
26 *Mandatum an praſumatur ex ſola ſcientia, & patientia principalis.*
27 *Mandatum quãdo in dubio ſit praſumendũ.*
28 *Pœnitentia non admittitur in praiudicium illius, cui fuit ius quæſitum.*
29 *Voluntas non continuationis procuratoris ex quibus probetur.*
30 *Probatio per coniecturas tollitur per alias contrarias, ita ut plures, & maiores & magis efficaces praualeant:*

CAP. DCCCCIX.

Confeſſio, ſeu declaratio non inſeruiendi, quæ exaduerſo prætenditur, non eſt legitimè probata, quia primus teſtis deponit de diuerſo tempore, & loco, de quo
1 depoſuit ſecundus, & tertius, † adeo vt ſtante hac diuerſitate omnes reddantur ſingulares, & per conſequens nullam fidem faciunt *Aim. conſ. 151. n. 12. in princ. & in fin. poſt Alex. conſ. 116. n. 1. lib. 1. Bald. conſ. 39. proponitur quod celebratus. col. 2. lib. 3. & conſ. 459. viſa dicta petitione. col. 3. poſt med. verſ. primo quia teſtes. lib. 3. Caſtr. conſ. 137. in cauſa qua vertitur pergami. ad fin. lib. 2. Socin. conſ. 59. col. 1. poſt med. lib. 4.*
Quæ ſingularitas magis nocet in iſtis confeſſionibus extraiudicialibus, tanquam illæ non
2 probentur, † niſi adſint duo teſtes conteſtes de loco, & tempore, cum vnus non ſufficiat ad illarum probationem *Gloſ. in l. vlt. in verb. vel indicijs. C. famil. erciſcund. Affl. deciſ. 364. n. 4. Bald. in l. 1. verſ. quilibet actus. C. de teſtib. Surd. conſ. 12. n. 39. lib. 1. & conſ. 425. n. 5. & 6. lib. 3. Oſaſc. deciſ. 79. n. 16. in fin. Alex. conſ. 39. n. 8. lib. 5. Iaſ. in l. admonendi. n. 212. ff. de iureiuran. Caſtr. conſ. 296. viſis actis & actitatis. n. 3. lib. 1. & conſ. 155. in cauſa qua vertitur. n. 2. lib. 2. Corn. conſ. 78. n. 8. lib. 3. Curt. Sen. conſ. 55. n. 3. Pariſ. conſ. 60. n. 45. lib. 3.* & talem qualitatem loci, & temporis in confeſſione extraiudiciali probandam eſſe notat *Rot. coram R. P. D. Penia Romana pecuniaria. 3. Maij 1595.* vbi quod ita ſeruatur *Put. deciſ. 496. lib. 2.*
Immo etiã, quod cõfeſſio eſſet probata per duos teſtes conteſtes, nihilominus non diceretur
3 probatio concludens, † tanquam præſupponatur illam emanaſſe extra iudicium abſente parte *Bart. in l. admonendi.* vbi *Curt. Iun. n. 141.* teſtatur de communi *ff. de iureiurand. Affl. deciſ. 12. n. 12. Pariſ. conſ. 57. n. 14. lib. 1. Natt. conſ. 18. n. 18. Cephal. conſ. 225. n. 29. lib. 2. Ludouic. deciſ. Peruſ. 9 n. 1. Surd. conſ.*
4 *425. n. 6. lib. 3. Ferrett. conſ. 20. n. 5.* † & quamuis de æquitate canonica plenè probet, ſecundum quam non requiritur partis præſentia *Felin. in c. ſi cautio. col. 7. verſ. fallit ſecundo. de fid. inſtrument. Socin. Iun conſ. 5. n. 10. lib. 3. Dec. conſ. 162. in cauſa matrimoniali. col. 1. in fin. Ludouic. deciſ. Peruſ. 9.*
5 *n. 6.* † Nihilominus in Vrbe, in quo ſeruatur ius ciuile, confeſſio parte abſente etiam probata per duos teſtes nullam fidem facit *Rot. coram R.P.D. Penia Romana pecuniaria. 3. Maij 1595.* iuxta *l. fin. ff. de interrog. action. l. certum. §. ſi quis abſentem. ff. de confeſſ. Gabr. eod. tit. concluſ. 1. n. 1.* Quod dictum ſit ex abundanti, quia in caſu noſtro, neque adſunt conteſtes, neque adeſt aliqua proba-
6 tio, cum ſimus in teſtibus ſingularibus, † qui, licet eſſent mille, tantum probant, quantum vnus *Bald. in l. vt iuriſiurandi. col. 3. verſ. vnde nota rationem. C. de teſtib. Alex. conſ. 168. lib. 2. Pariſ. conſ. 57. col. 2. lib. 2.* Vltra
7 quod ſumus in teſtibus mercenarijs, † & famulis, & inſeruientibus Aduerſario tempore depoſitionis, qui minus probant *Abb. in*

c. in

Digitized by Google

t. in litteris. n. 3. de teſtib. Pariſ. conſ. 67.
n.85. lib. 3. Roland. conſ. 41. n. 25. lib. 1. Gabr.
de teſtib. concluſ. 10. *n.* 4. *Farinac. eod. tit.*
quæſt. 55. n. 135.

Amplius depoſitio teſtium, ſuper quibus fun-
dat ſe Aduerſarius, nihil obeſt, quia depo-
nunt, quod Franciſcus declarauit nolle am-
plius inſeruire in officio procuratoris pro
Seminario propter occupationes ſeruitij, in
quo erat detentus cum nouo Pontifice in
8 palatio Apoſtolico, † quod tamen eſt omni-
no alienum à veritate, cum de eo tempore
non eſſet creatus Summus Pontifex, ſed die 9.
Februarij 1621. adeo vt ſtante iſta incõgrua,
& inuerisſimili depoſitione, non ſit credẽdum
talibus teſtibus ita deponẽtibus, cum Iudex
in primis iſtud debeat attendere *Aret. conſ.*
9. col. 2. Bald. in l. ſcriptura. col. 2. C. de fid.
inſtrument. & in l. 1. col. 3. C. de ſeru. fu-
gitiu. Aim. conſ. 61. n. 9. & conſ. 73. n. 41.

Cum etiam dicti teſtes deponant, quod Fran-
ciſcus nunquam voluit declarare in ſcriptis
ſe non velle, nec poſſe inſeruire Seminario,
licet pluries exaduerſo fuerit petita talis
declaratio, itaut ex hoc magis conſtet, quod
eſt inuerisſimilis depoſitio teſtium deponen-
tium eumdem Franciſcum ſolum verbaliter
9 voluiſſe renunciare procuræ, † nam ſi hoc
dixiſſet verbo, etiam confirmaſſet in ſcriptis,
vnde magis colligitur non poſſe deſumi ali-
quam probationem ex dicto teſtis deponen-
tis de eo, quod non conſonat rationi, & ve-
ritati *Oldrad. conſ. 13. cum quæſtio. in fin.*
Innoc. in c. auditis. poſt med. de præſcript.
Veronenſ. conſ. 60. col. 3. Curt. Iun. conſ. 150.
col. 5. ad fin. Aim. conſ. 75. n. 24.

Et hæc quo ad prætenſionem ſingulis annis de-
bitam, in qua nulla cadit difficultas, ideo
10 non eſt amplius inſiſtendum, † Prout idem
erit quo ad exhibitionem librorum, quam
tenentur facere Adminiſtratores Seminarij,
cum enim in concordia reſeruatum ſit Ful-
uio, vt poſſit iuſtificare alias partitas ad ef-
fectum illas excomputandi in ſuo debito,
conſequens eſt, vt libri debeant exhiberi, ex
quibus talis reuiſio dabitur *l. exhibere. ff. ad*
exhibend. l. locum habet. §. hoc interdictum.
ff. de tabul. exhib. Munnoz. de ratiocin. ad-
miniſtrat. c. 10. n. 32. eum etiam abſque tali
reſeruatione Iudex ex officio deberet retra-
ctare calculationes etiam auctoritate rei iu-
11 dicatæ confirmatas, † quando non eſt mini-
ma ſumma, ſed magna, prout ita ſæpe iudi-
catum fuiſſe teſtatur *Munnoz. de ratiocin.*
adminiſtrat. c. 41. n. 12. vſque ad 14. fol. 541.
poſt Bart. in l. inſtar. n. 7. vbi *Platea. C. de*
iur. fiſc. lib. 10. Iaſ. in l. errorem. n. 3. C. de
error. calcul. Caſtell. ad l. 27. taur. c. 30.
verſ. ſi vero auiles.

Maximè, quia non petitur reuiſio iuxta for-
mam reſeruationis ad effectum retardandi
pagam maturatam, cum iam fuerit citatus
12 Aduerſarius ad illam recipiendam, † itaut
ceſſet omnis ſuſpitio calumniæ, & proroga-
tionis ſolutionis, qua ceſſante magis iuſtifi-
catur petitio, & ceſſant omnia, quæ nun
concederentur, ſi illa extaret *Bald. in c. 2. n.*
7. de probationib. cum alijs per *Rot. deciſ. 45.*
n. 6. p. 1. in recentior. vbi de iuramento ca-
lumniæ, quod non præſtatur ceſſante tali ſu-
ſpitione, & vbi eſt facta plena probatio,
13 quidquid alias † *Rot.* dubitaſſet *coram*
Card. Mantica Bononien. attentatorum. 24.
Octobris 1588. quæ in impreſſ. eſt *deciſ. 33.*
n. 8. cum ſine dubitatione ita ſit decidẽn-
dum, vt per *Rot. d. deciſ. 45. n. 6. in fin. Cott.*
in memor. in verb. iuramentum calumniæ.
verſ. ſed hæc omnia. fol. 463. Iaſ. in l. iuſiu-
randum & ad pecunias §. qui iuſiurandum.
in 1. notab. ff. de iureiur. & in l. admonen-
di. col. 41. verſ. condeſcendo nunc. ff. eod. tit.
iuxta *l. 1. in princ. vbi Bald. col. 2. C. de iu-*
reiur. propt. calumn. dand. Tiraq. de retract.
lignag. §. 2. gloſ. 2. n. 1. poſt med.

Neque eſt diſcedendum ab alias firmatis, cum
verius ſit, quod per cõſtitutionem noui pro-
14 curatoris cenſeatur primus reuocatus † *Bart.*
& Alex. in l. cum procurator. §. 1. ff. de oper.
nou. nunciat. Ruin. conſ. 108. n. 1. lib. 4. Dec. in
c. cæterum. col. 1. de reſcript. latè *Menoch.*
præſumpt. 36. n. 6. lib. 2.

Non obſtat, quod mandatum, de quo agimus,
15 fuerit factum cum auctoritate Iudicis, † quo
caſu non dicitur illud reuocatum, ſi fiat ſe-
cundum mãdatum abſque illius auctoritate
Caſtr. in l. ſi quis cum procuratorio. 31. §. iu-
lianus. n. 4. ff. de procurator. Quia procedit,
ſi auctoritas Iudicis fuiſſet adhibita in con-
ſtitutione primi procuratoris ex neceſſitate,
16 puta in minore, † & ſimilibus, ſecus autem
ſi ex voluntate partium Iudex interueniſſet,
prout in caſu noſtro, tunc enim interuentus
ſuperioris non reddit irreuocabilem actum,
17 qui de ſui natura poteſt reuocari, † tanquam
confirmatio imitetur naturam confirmati *l.*
omnium. C. de teſtam. & ita in ſpecie diſtin-
guit *Bald. in l. ſi quis cum procuratorio. §.*
iulianus. n. 1. ad fin. ff. de procurator.

Quod generale eſt in quacumque diſpoſitione,
in qua ſi partes voluerunt adhiberi præſen-
tiam Iudicis ex eorum voluntate, iſta ſolem-
nitas voluntaria non debet eas arctare, vt
ſit adhibenda in diſſolutione eiuſdem actus,
18 Quamuis enim † modus obſeruatus in con-
cedendo, ſit etiam ſeruandus in tollendo
Bald. in l. præſes. n. 5. C. de tranſactionib.
Alex. conſ. 47. in princ. lib. 7. Nihilominus
illa habent locum, quando ex diſpoſitione
19 legis, † vel ſtatuti illa ſolemnitas require-
retur in celebrando actu, ſecus ſi ex volun-
tate partium fuiſſet adhibita *Bart. in l. actor.*
n. 9. ff. de rem rat. haber. vbi de Abbate
conſtituente ſyndicum vnà cum Capitulo,
20 qui poterit † ſolus illum reuocare ſine requi-
ſitione capituli *Caſtr. l. tria prædia. ad fin.*
ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. Dec. in c. cum
om-

omnes. col.5. verſ. aut in primo actu. de conſtitution. Iaſ. conſ. 141. *n.*2. *lib.*4. *& in l.omnium.n.*9. C. *de teſtam. Oſaſc. deciſ.*52.*n.*10. dixi *ſupr. c.*168. *n.*8. *&* 9.

Nec facit conſuetudo allegata conſtituendi vnũ
procuratorẽ ſecularem, alterum regularem,
21 Quia de illa non conſtat,† & eſt probanda per
allegãtem ſpecialiter in caſu, de quo agitur,
nõ autẽ in genere *Oldrad.conſ.*237. *Anchar.*
*conſ.*339. *n.*8. *Menoch. conſ.*54. *n.*37. *Surd.*
conſ. 74. *n.*13. *lib.* 1. Neque Doctores addu-
cti *in d. l. ſi quis* . 31. *ff. de procurator.* di-
cunt, quod ſtante conſuetudine conſtituendi
ſecundum procuratorem, non cenſeatur re-
22 uocatus primus,† & licet non ſit præſumen-
dum, quod quis voluerit facere actum inua-
lidum *Alex. conſ.*122. *n.*6. *lib.*4. Tamen hoc
procedit in dubio, ſecus quando conſtat de
inualiditate actus, tunc enim præſumptio
23 cedit veritati, † & illa debet attendi *l. fin.*
in princ. ff. quod met. cauſ. l. nuptura. in
*fin. ff. de iur. dot. Aret. conſ.*38. *col.*2. *Surd.*
conſ. 7. *n.* 61. *lib.* 1.

Minus obſtat reſponſio Franciſci, ex qua exad-
uerſo prætenditur illatio recuſationis man-
dati procuræ, Quia in concordia inita inter
Seminarium, & Fuluiũ non interuenit Fran-
24 ciſcus, † cui per nouum Procuratorem fuit
præſentatus ordo eiuſdem Fuluij, non oſtenſa
concordia, nec facta illius certioratione,
vnde merito Franciſcus ſtante noua conſti-
tutione procuratoris reſpondit nolle facere
bona ſummam ſcutorum prætenſorum, niſi
etiam ſibi bona fierent, prout etiam dixit de
annuis ſcutis ſibi debitis, quæ noluit pro-
mittere propter dictam reuocatiunem cau-
ſatam facto Aduerſariorum, qui nolebant
excomputare in ſeruitijs Fuluio ſcuta ſibi
debita, vnde nec tenebatur illa bona facere,
ſicuti hodie tam Franciſcus, quam Fuluius
25 declarant nolle facere bona, † cum facto, &
culpa Aduerſariorum contigerit remotio ab
exigentia, & ſeruitio Seminarij, quæ illis de-
bet obeſſe, non autem commodum aliquod
afferre, aut patrocinari *l. nec ex dolo. ff. de*
dolo. Bece. conſ. 106. *n.* 15. *Surd. deciſ.* 64.
n 18. *Aim. conſ.*100. *n.* 11. *Niconit. in rubr.*
ff. ſolut. matrim. n. 134.

Nec ſubſiſtit, quod mandatum præſumatur ex
26 ſola ſcientia, & patientia principalis † *In-*
noc. in c. ex parte decani. de re iudicat. Quia
omiſſo, quod huiuſmodi opinio non eſt ap-
probata, vt notat *Menoch. præſumpt.*33.*n.*7.
*in fin. verſ. cæterum. lib.*2. *poſt Alex. in l. ſæpè.*
n 87. *ff. de re iudicat. & conſ.*80.*n.*14. *lib.*4.
¶ Reſpõdetur, quod prędicta procedunt, quã-
do quis agit, ſeu experitur nomine alterius,
27 illo ſciente, & patiente, † tunc enim præ-
ſumitur in dubio mandatum, ſi aliunde non
apparet de illius conſtitutione *Abb. conſ.* 7.
in 2. *dub. lib.*2. Aliud eſt in caſu noſtro, in
quo non negatur mandatum, cum illud fue-
rit factum, ſed dicimus eſſe reuocatum per
conſtitutionem ſecũdi procuratoris *l. ſi quis*
cum procuratorio. §. iulianus. ff. de procu-
ratorib. cum alijs ſupra allegatis.

Quare non applicatur, quod poſtea Rector Se-
minarij voluerit, vt Franciſcus iterum
28 continuaret in ſeruitio procuratoris,† Quia
iſta pœnitentia non admittitur in præiudi-
cium illius, cui fuit ius quæſitum propter
reuocationem mandati ſtante noua procura
facta in perſonam alterius abſque aliqua
clauſula retentionis primi procuratoris, tã-
quam non ſit amplius res integra *l. ſi pecu-*
nia. §. item ſi quis. vbi *Gloſ. in verb. liceat.*
ff. de condict. ob cauſ. Bart. in l. 3. *in princ.*
ff. eod. tit. Surd. conſ. 136. *n.*28. *lib.* 1. *Ang.*
conſ. 364. *col. penult. poſt med. verſ. primo*
*quia dictus. Aim. conſ.*106. *in fin.*

Quamuis verè acta poſitiua Rectoris ſint con-
29 traria voluntati continuationis, † vt appa-
ret ex iudicio ſtatim intentato contra Fran-
ciſcum, & ex citatione contra eum executa
26. Octobris, & reproducta 27. eiuſdem, &
ex monitorio facto. 5. Nouembris 1620. &
ex alijs geſtis per nouum procuratorem, qui
tam ipſi Franciſco inhibuit, quàm omnibus
debitoribus Seminarij, ne illi ſoluerent, quæ
omnia ſunt aliena a continuatione mandati,
30 quod licet probetur per coniecturas, † tamen
tollitur etiam eius probatio per alias con-
trarias præſumptiones *l. diuus.* vbi *Gloſ. in*
*verb. æſtimari & Bart col.*2. *verſ. ſecundo*
nota. de reſtit. in integr. Itaut debeant præ-
31 ualere iſtæ plures præſumptiones, † & ma-
iores, quam illa ſola voluntatis continua-
tionis *Socin. conſ.*28. *col* 2 *verſ. quarta con-*
cluſio. lib. 1. *Alex conſ.*124. *col. vlt. ad med. lib.*
6. *Aim. conſ.*56. *n.*14. *Abb in c. tranſmiſſa.*
in fin. qui fil. ſint legitim. Lamberteng. de
contract. mulier. in fin. n. 120.

Et ita ex prædictis fuerunt latæ duæ ſententiæ conformes ad fauorem Fuluij contra Seminarium, pro quarum executione, cum eſſet per Sanctiſſimum datus Iudex, fuit per eum commiſſa executio, cum conſtiterit de duabus conformibus, & quod erat locus ſtatuto Vrbis de eis loquente, & licet Seminarium multum reclamauerit ſub prætextu, quod Iudex fuerit deceptus per notarium, dum dictam executionem conceſſit putans eſſe ad fauorem Seminarij, prout idem Iudex fecit fidem de huiuſmodi deceptione, in qua aſſerebat, quod nunquam mandaſſet exequi, niſi crediſſet, quod executio erat ad commodũ eiuſdem Seminarij, Tamen huiuſmodi exceptio fuit per Signaturam reiecta, quia notarius oſtendit ſe dediſſe omnes proceſſus eidem Iudici, & ſportulas depoſitatas ad inſtantiam Fuluij cum ſubſcriptione præfati Iudicis, nec non mandatum de exequendo contra Seminarium per eumdem Iudicem ſubſcriptum, itaut ex his omnibus fuerit multum inueriſimilis talis deceptio, ideo ſuper ea non potuit aliquod fundamentũ fieri.

EPI-

EPITOME.

TRaditio inſtumenti quando transferat poſſeſſionem,& dominium rei in eo cõtentæ. ¶ Et an requirat præſentiam eius, cui poſſeſſio traditur. ¶ Donatio in recompenſationem onerum, & laborum an poſſit fieri ſine ſolemnitatibus. ¶ Legatum traditum in vita per teſtatorem, quando extinguat in totum ipſum legatum, itaut aſſumat naturam donationis irreuocabilis. ¶ In concurſu manutentionis qualis poſſeſſio ſit præferenda. ¶ Teſtis vnicus de facto proprio, quam probationem faciat. ¶ Et quid ſi dicat feciſſe de commiſſione alicuius. ¶ Index in materia probatoria quando debeat ſequi veriſimilitudines. ¶ Duo ſpecialia in quibus caſibus poſſint ſimul concurrere. ¶ Inſtrumentum an debeat tradi in conſpectu rei ad effectum translationis poſſeſſionis. ¶ Teſtis vnicus an ſufficiat pro concedenda manutentione. ¶ Tertius quando acquirat poſſeſſionem pro alio, ſi non habeat mandatum. ¶ Depoſitio teſtis regularis an valeat ſine licentia ſuperioris.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur probata poſſeſſione de tempore mota litis.*
2 *Traditio inſtrumenti transfert poſſeſſionem, & dominium rei in eo contenta. n. 4.*
3 *Poſſeſſio acquiſita in parte dicitur acquiſita in tota re.*
5 *Habens poſſeſſionem titulatam præfertur non habenti titulum. & n. 13.*
6 *Traditio legati facta in vita teſtatoris extinguit naturam ipſius legati, itaut transferatur in donationem irreuocabilem. n. 7. & 24. Declara, vt n. 8.*
9 *Donatio in recompenſationem onerum, & laborum valet abſque ſolemnitatibus. Intellige, vt n. 10.*
11 *Poſſeſſio capta per modum continuandi prius acquiſitam non dicitur nouus actus.*
12 *In concurſu manutentionis præfertur poſſeſſio magis antiqua.*
14 *Legatarius accipiens poſſeſſionem abſque licentia hæredis dicitur occupator, non poſſeſſor.*
15 *Teſtis vnicus deponens de facto proprio plenè probat ſtantibus adminiculis. n. 16.*
17 *Depoſitio teſtis regularis non valet ſine licentia ſuperioris. Declara, vt n. 18.*
19 *Teſtis deponens de facto proprio facit fidem circa illud, quod fecit, non tamen, quod fecerit de commiſſione alicuius.*
20 *Depoſitio teſtis de mandato alterius admittitur ſtantibus adminiculis, & qualia debeant eſſe. n. 21.*
22 *Iudex in materia probatoria, & in alia quالibet debet iungere veriſimilitudines cũ depoſitione teſtis ad effectũ plenæ probationis.*
23 *Teſtis vnicus ſufficit pro concedenda manutentione.*
25 *Duæ præſumptiones, & fictiones ſunt euitandæ.*
26 *Duo ſpecialia quando poſſint ſimul concurrere. n. 27. & 28.*
29 *Inſtrumentum an debeat tradi in conſpectu rei ad effectum tranſlationis poſſeſſionis. n. 30. 31. 32. & 33.*
34 *Traditio poſſeſſionis, quæ fit per actus fictos ab aliquo poſſeſſore requirit præſentiam eius, cui poſſeſſio traditur. Declara, vt n. 35. & 36.*
37 *Tertius non poteſt acquirere poſſeſſionem pro alio, ſi non habeat mandatum, dicetur tamen acquiſita, ſi poſtea ratificetur.*

CAP. DCCCCX.

VLtra probationem poſſeſſionis de tempore motæ litis, propter quã eſt concedendum mandatum de manutenendo in
1 poſſeſſione domus, † de qua agimus *l. 1. §. interdum. ff. vti poſſidet. §. retinendæ. inſtit. de interdict. Rot. deciſ. 171. n. 1. in fin. p. 2. in recentiorib.* Magis talis poſſeſſio comprobatur, cum ex proceſſu conſtet de traditione inſtrumenti huiuſmodi domus facta per legantem
2 ipſiſmet legatarijs,† per quam dicitur etiam tranſlata poſſeſſio *l. 1. vbi Bald. & Salic. C. de donationib. Idem Bald. in margarit. in verb. inſtrumentum. & in c. 1. in princ. n. 11. quid ſit inueſtitur. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 1. le mort. ſaiſit. n. 15. verſ. adde quintum. Menoch. conſ. 103. n. 35. lib. 1. & præſumpt. 140. n. 2. lib. 3. Rebuff. de mater. poſſeſſor. in præfat. n. 74. & 75. tom. 3. fol. 233.* iuxta *Gloſ. in l. 3. in princ. in verb. animo. ad*
3 *med. ff. de acquir. poſſeſſ.* † videtur enim eſſe rei pars *l. fundi. ff. de actionib. empt.* itaut poſſeſſio acquiſita in parte dicatur acquiſita in tota re *d. l. 3. in princ. Iaſ. conſ. 111. col. 1. lib. 4. Rebuff. ibid. n. 75.*

Immo etiam vltra poſſeſſionem, vt ſupra probatam, fuit etiam doctum de titulo, cum poſt legatum factum de iſta domo, teſtatrix, vt dictum eſt, tradiderit inſtrumentum rei legatæ legatarijs, quo caſu talis traditio
4 operatur etiam donationem rei † in inſtrumento contentæ *l. ſeruum filij. 46. §. cum qui chirographum. ff. de legat. 1. l. cum conſtet. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. creditricem. 7. C. de remiſſ. pignor. l. labeo. ff. de pact. Gloſ. in l. 1. in fin ff. de reb. cor. Rebuff. de mater. poſſeſſor. in præfat. n. 76. & 77. tom. 3. fol. 233.*

Cum igitur doctnm ſit de titnlo, magis eſt concedenda manutentio, tanquam illum habens dicatur habere poſſeſſionem magis iuſtam,
5 ob quam debet obtinere † mandatum de manutenendo contra eum, qui etiam prætenderet habere poſſeſſionem, quaſi paritas proba-

bationis reducatur ad imparitatem propter
potiora iura poſſidendi *Bald. in l. vnic. col.
vlt. poſt princ. n.10. in fin. verſ. ſi autem
vterque probat. C. vnd. vi. Gloſ. in c. li-
cet cauſam. in verb. titulum. ad med. & ibi
Card. col. vlt. ante med. verſ. dic ergo quod
aut prò altero. Henric. Boich. col. fin. in
princ. verſ. item apparet quis potior. n.6. de
probation. Rot. diuerſ. deciſ.595. n.1. p.1.*

Et quidē talis titulus acquiſitus per traditio-
nem, vt ſupra factam, non habet amplius no-
6 men legati, † ſed donationis inter viuos,
quæ non poteſt reuocari, Nam quando poſt
rem legatam, ſequitur traditio in vita teſta-
toris, extinguitur in totum natura ipſius le-
gati, quod adeo alteratur, vt fiat translatio
in donationem irreuocabilem *Bart. in l. le-
gatum. ad fin. vbi Bald. & Imol. ff. de le-
gat.2. Iaſ. in l. eam quam. n.20. C. de fidei-
commiſſ. Affl. deciſ. 275. n. 5. Pariſ. conſ.61.
n.37. lib.2. Gomeſ. var. reſolut. tom.1. c.12. de
legat. n.* 4. cum alijs per *Surd. conſ.* 14. *n.* 5.
7 *lib.* 1. † & quamuis ipſe *n.* 9. teneat contra-
rium, *& conſ.*320. *n.*7. *ad fin. lib.*3. tamen
teſtatur, quod illa opinio eſt magis commu-
nis, ideo non audet ab ea recedere, prout
etiam ſecundum eam conſuluit *Idem Surd.*
8 *conſ.* 219. *n.* 6. *lib.* 2. † vbi quod contraria
procedunt, quando traditio fuiſſet facta ſub
commemoratione legati, tunc enim non
tranſiret in donationem inter viuos, ſecus
autem quando, prout in caſu noſtro, traditur
res legata ſimpliciter abſque mentione rei
relictæ; nam hoc caſu cenſetur receſſum à
prima diſpoſitione, & loco illius conceſſus
nouus titulus magis plenus, & irreuocabilis
*Aim. in rubr. ff. de legat.1. n.167. cum ſeq.
Couarr. in rubr. de teſtam. p. 2. col. penult.
verſ. quamobrem ſatis erit. Loaz. in l. filiuſ-
familias. §. diui. n.22. ff. de legat.1. Caſtr. in
l.3. ff. de legat.2. Affl. deciſ.275. n.5. & 6. &
ibi Vrſill. n.1. & 4.*

Non obſtat, quod ſi talis traditio tranſiuit in
donationem irreuocabilem, erit nulla tan-
quam facta ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs,
Quia modo non agitur de canonizatione ti-
tuli, ſed ſolum de coloranda poſſeſſione, de
9 qua agimus; † Quamuis neque poſſet opponi
talis nullitas, cum ſimus in titulo donatio-
nis in recompenſationem onerum, & labo-
rum, de quibus in actis, tunc enim ſumus in
donatione remuneratoria, & ob cauſam, quę
valet abſque ſolēnitatibus *Caſtr. in l. aqui-
lius regulus. n. 3. & 4. ff. de donat. Capell.
Tholoſ. deciſ.382. vbi Auffrer. in princ. Clar.
in §. donatio. q.3.* vbi latè *Io. Harprecht. in
addit. n.4. Caſ. de Graſſ. deciſ.2. n.23. de donat.
Creſc. deciſ.1. n.6. eod. tit. Granut. theorem.25.
n.33. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. c.324. n.
50. Burſat. conſ.183. n.6. lib.2. Rebuff. de inſi-
nuand. donat. art.1. gloſ.1. n.22. Tiraq. in l. ſi
vnquā in verb. donatione largitus. n.47. C. de
reuocand. donationib. Craſſ. in §. iuramentum.*
10 *q.13.* † Maximè, quia ſumus in meritis obliga-
torijs pro patrocinijs exhibitis, & expenſis
proprijs pro litis victoria *Bald. ad Speculat.
de donat. verſ. in eo quod. Auffrer. ad deciſ.
capell. Tholoſ.382. in princ. poſt Guliel. de
Cun. in l. ſi tibi. ff. ſi cert. petat.*

Minus obſtat poſſeſſio aduerſarij, Quia eſt po-
ſterior, cū prius fuerit capta per legatarios,
11 & donatarios, † nam alia, quā poſtea adepti
ſunt, fuit per modum continuationis poſſeſ-
ſionis prius acquiſitæ, quo caſu non dicitur
nouus actus *c. cum teneamur. de appellat.
Pariſ. conſ.41. n.38. lib.1. Bellon. conſ.18. n.24.
Natt. conſ.606. n.13. Lancell. de attentat. lit.*
12 *pend. limit.* 1. *n.* 2. *&* 3. † Ideo iſta poſſeſſio
tanquam magis antiqua erit præferenda in
concurſu manutentionis *Abb. in c. licet cau-
ſam. n.36. de probation. Gemin. in c. ſi à ſede.
n.31. & ibi Franc. n.2. de præbend. in 6.*

Præſertim, quia ſumus in poſſeſſione titulata,
13 quæ magis præfertur † *Gloſ. in c. licet cau-
ſam.9. in verb. titulum. ad med. de probation.*
cum alijs ſupra allegatis *Lap. allegat.58. n.6.
& allegat.49. n.2. Dec. conſ.410. in cauſa.
n.3. Mandoſ. regul.16. q.21. n.4.*

Cum etiam poſſeſſio Aduerſariæ fuerit capta
14 de facto abſque licentia hæredis, † de cuius
manu erat accipienda res legata, alias po-
tius dicitur occupatio temeraria *Menoch.
de adipiſcend. poſſeſſ. remed.2. n. 1. cum ſeq.*
iuxta *l. creditor. ff. ad leg. iul. de vi priuat.
l. extat. ff. quod met. cauſ. l. 1. C. ne quis in
ſua cauſ. iudic.*

Probatur autem traditio inſtrumenti domus,
de qua agimus, per teſtem formiter exami-
15 natum, † qui licet ſit vnicus, tamen cum de-
ponat de facto proprio, facit plenam fidem,
cum in eo non poſſit conſiderari aliquod
ſuum intereſſe *Caſtr. in l. quicumque. in
fin. C. de ſeru. fugitiu. Salic. in auth. ſi quis
decurio. oppoſ. 4. C. ad leg. cornel. de falſ.*
16 *Socin. Iun. conſ.31. n.33. lib.2.* † Et quamuis
opinionem *Caſtr.* non admittat *Rot.* per
Achill. deciſ. 3. de teſtib. Tamen ſtantibus
adminiculis, de quibus latius infra dicetur,
plenè probat *Card. Seraph. deciſ.1163. n.6.
Bertram. ad deciſ. Sanctiſſ. 351. n. 50. Fa-
rinac. de teſtib. q.63. n.221.*

Non obſtat, quod teſtis ſit regularis, cuius de-
17 poſitio non valet † ſine licentia ſuperioris
*Felin. in c. cum nuncius. n. 3. de teſtib. Ma-
ſcard. concluſ.1388. n.82. Socin. conſ.17. n.15.
lib.1.* Quia omiſſo, quod nec *Socin.* nec *Ma-
ſcard.* hoc dicunt, Reſpondetur, quod poſt-
quam depoſuit, valet teſtimonium monachi,
18 quamuis fuerit examinatus † abſque licen-
tia ſui ſuperioris *Abb. in c. cum nuncius.12.
n.4.* vbi *Aret. n.11. Felin. n. 3. in fin. de te-
ſtib. Corn. conſ. 135. n.7. lib.1. Roland. conſ.
24. n.77. cum ſeq. lib.1.* latè *Farinac.* qui de
communi *de teſtib. q. 61. n. 134. Maſcard.
concluſ.261. n. 13.*

Nec facit, quod licet talis teſtis probet de fa-
cto

ſto proprio circa traditionem inſtrumenti,
19 tamen non eſt ei credendum,† dum deponit,
quod tradidit de commiſſione, & voluntate
teſtatricis, quia in hoc non poteſt dici, quod
deponat de facto proprio *Achill. deciſ. 3. n. 3.*
de teſtib. Nam ſtantibus adminiculis, de
quibus in facto, coadiuuatur depoſitio teſtis
20 deponentis de commiſſione, † itaut ſimul
omnibus iſtis iunctis dicatur plenè de ea
conſtare *Bald. conſ. 71. n. 4. lib. 3. Socin. conſ.*
89. n. 14. lib. 1. Rot. deciſ. 558. n. 3. & deciſ.
768. n. 5. p. 2. in recentior.

Et quidem iſta adminicula ſumuntur ex plu-
ribus teſtibus probantibus patrocinium ad-
hibitum pro teſtatrice per multos annos,
21 cum erogatione † etiam propriæ pecuniæ
pro conſeruando patrimonio eiuſdem teſta-
tricis, prout etiam ipſa faſſa fuit, addens,
quod omnia ſua bona non ſufficerent pro re-
muneratione beneficiorum receptorum,
Vltra geminationem legati, tàm in primo,
quàm in ſecundo teſtamento per eamdem
teſtatricem facto de huiuſmodi domo, adeo
vt ſtantibus prædictis colligatur clara præ-
ſumptio, & veriſimilitudo, quod ipſa tradi-
derit inſtrumentum eiuſdem domus teſti ad
22 effectum illud conſignandi legatariæ,† itaut
Iudex in materia probationis, & in qualibet
alia diſpoſitione debeat iungere illas veriſi-
militudines cum depoſitione teſtis, ad effe-
ctum plenæ probationis mandati, & com-
miſſionis, de qua agimus, cum etiam vnum
veriſimile additum alteri veriſimili faciat
plenam fidem, immo ſola veriſimilitudo in
hoc caſu ſufficeret, vt in ſpecie latè compro-
bat *Aim. conſ. 61. n. 9. col. vlt.*

Maximè, quia ſumus in materia manutentio-
23 nis, in qua ſufficit ſemiplena probatio, † &
vnicus teſtis *Alex. conſ. 103. n. 3. ad med. lib. 7.*
Aim. conſ. 158. n. 12. Curt. Sen. in l. admo-
nendi. n. 323. verſ. ſecundo moueor. ff. de
iureiur. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.
vlt. n. 34. Rot. deciſ. 287. n. 2. p. 2. in recent.
Caputaq. deciſ. 385. p. 2.

Minus obſtat, quod tunc per traditionẽ inſtru-
24 menti cenſeatur tradita poſſeſſio rei, † quã-
do præceſſit titulus habilis, cuius vigore
quis poteſt cogi ad tradendum, prout eſt do-
natio, & venditio, non autem quando ſumus
in legato, ad quod tradendum non poteſt
teſtator cogi in vita ſua, Quia non ſumus
amplius in legato, ſed in donatione irreuo-
cabili, cum poſt rem legatam fuerit facta
traditio, itaut dicatur tũc receſſum à prima
diſpoſitione, & acquiſitus nouus titulus ple-
nus, qui non poterit amplius reuocari *Bart.*
in l. legatum. ad fin. ff. de legat. 2. Surd.
conſ. 219. n. 6. lib. 2. cum alijs latè adductis
ſupr. n. 7. & 8.

Neque obeſt, quod prædicta procedant, quando
res legata traderetur, non autem inſtrumen-
25 tum, in quo talis res continetur † ad euitan-
das duas præſumptiones, quod ex traditione

Stephani Gratiani

inſtrumenti dicatur res tradita, & quod ea-
dem traditio inſtrumenti faciat legatum ir-
reuocabile, cum iura abhorreant tot fictio-
nes, vt per *Menoch. præſumpt. 132. n. 81. lib.*
3. Rot. diuerſ. deciſ. 800. n. 17. p. 1. cum alijs
deciſionibus exaduerſo allegatis. Quia præ-
dicti Doctores ſolum firmant illam conclu-
ſionem, quod duo ſpecialia non debent ſi-
26 mul concurrere, † tamen non applicatur ad
caſum noſtrum, cum enim ſimus in diſpoſi-
tionibus inductis per ius commune, tunc
non attenditur, quod duo ſpecialia concur-
rant, poſſunt enim & plura concurrere *Felin.*
in c. cum m. ferrarien. 9. col. 8. poſt med. verſ.
vel ſecundo quod contrarium. n. 10. de con-
ſtitut. iuxta doctrinam *Bald. in l. 1. in fin.*
verſ. & eſt argumentum. C. quand. lic. ab
empt. diſcedr. Alex. ad Bart. in l. 1. in verb.
27 *hoc dicit. C. de dot. promiſſ.* † Maximè, quia
in caſu noſtro vnum ſpeciale oritur ab alio,
nam eo ipſo, quod traditur inſtrumentum
oritur acquiſitio poſſeſſionis, ex quo ſequi-
tur alterum propter alia iura mandantia,
quod legatum tranſeat in donationem, quã-
do per inſtrumentum traditur res legata,
tunc enim non eſt inconueniens, quod duo
ſpecialia cõcurrant in eadem materia *Felin.*
in d. c. cum m. ferrarien. n. 10. verſ. vel ter-
tio quod ſicut. de conſtitution. poſt Dominic.
in c. non omnes. 11. q. 7. Bald. in l. 1. C. de
furt. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de
28 *vſucapion.* † Cum etiam iſta duo ſpecialia
oriantur ex duplici facto, quo caſu admit-
tuntur in eadem materia *l. ſi quis rem. §. 1.*
ff. de pollicitation. Card. in clem. quod cir-
ca. q. 20. de electione. & in clem. 2. quæſt. 8.
vt lit. pendent.

Neque oberit, quod ad effectum tranſlationis
poſſeſſionis opus fuiſſet, vt inſtrumentum
29 traderetur in conſpectu rei, † Quia contra-
ria opinio eſt verior, non enim requiritur
talis rei præſentia, cum ſine ea ſtatim ſit ac-
quiſita poſſeſſio per actũ traditionis inſtru-
menti, nam eſſet ſuperuacua traditio inſtru-
menti, quando fieret in conſpectu rei, cum
30 ſolus aſpectus rei tunc ſufficeret † *l. 1. §. ſi*
iuſſerim. ff. de acquir. poſſeſſ. & ita in ſpecie
declarat *Alex. in l. 3. in princ. n. 13. ad fin.*
ff. eod. tit. poſt Cin. in l. 1. in princ. verſ.
ſecunda quæritur. & ibi Ang. poſt med. Salic.
n. 3. verſ. quæro ſecundo. C. de donationib.
31 Neque † *Gloſ. ibid.* contrarium ſenſit, cum in
verb. & traditis. dicat ſufficere, quod inſtru-
menta ſint præſentia, prout etiã notat *Salic.*
ibid. n. 3. verſ. & iſtam partem. Et quid-
32 quid *Gloſ.* teneret, † ſatis eſt, quod opinio
ſupra firmata eſt verior, cum *tex. in l. 1. C. de*
donation. ſit clarus, & indiſtinctus, non re-
quirens talem præſentiam, ideo indiſtinctè
33 eſt intelligendus † *l. de pretio. 10. ff. de pu-*
blic. in rẽ action. Et vltra prædicta ita etiam
concludit *Rebuff. de mater. poſſeſſor. in præ-*
fat. n. 89. tom. 3. fol. 234. & de communi,

 & vera

Digitized by Google

& vera opinione teſtatur *Socin. conſ.55.circa præſentem conſultationem. n.8. col. 2. poſt med. verſ. quarto iſta concluſio. lib. 4.*

Nec ſubſiſtit, quod inſtrumentũ deberet tradi
ab ipſamet teſtatrice legatariæ, non autem
34 tranſmitti per tertium, † cum traditio poſ-
ſeſſionis, quæ fit per actus fictos ab aliquo
poſſeſſore, requirat præſentiam eius, cui poſ-
ſeſſio traditur *Afſl. deciſ. 299. n. 25. vſque ad 29. Mannell. conſ. 532. n. 2. poſt princ.*
Quia procedit quando Princeps, qui inueſti-
35 uit aliquem de feudo per annulũ, † vel enſem
erat in vno loco, & inueſtitus in alio, tunc
enim cum eſſet abſens, nec adeſſet alius, qui
pro eo reciperet inueſtituram, non poteſt
dici acquiſita poſſeſſio, prout declarat *Afſl. ibid. n. 28. poſt med.* Aliud eſt in caſu noſtro,
in quo teſtatrix miſit inſtrumentum legata-
36 riæ, † tunc enim ſufficit, quod per illam
fuerit idem inſtrumentum receptum, & ra-
tificatum, & comprobatum, non ſecus ac ſi
fuiſſet præſens, & ab eadem mittente conſi-
gnatum, & traditum, tanquam ratificatio
37 idem operetur, quod præſentia, † prout di-
cimus de acquiſitione poſſeſſionis facta per
tertium, qui licet illam mihi non acquirat
tanquam non habens mandatum, tamen di-
cetur ſtatim acquiſita, ſi poſtea eam ratam
habeam *l. communis ſeruus. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi procurator. la 1. ff. de acquir. rer. domin. l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pignorat. action. Rebuff. de mater. poſſeſſor. in præfat. n. 202. tom. 3. fol. 246.*

EPITOME.

INtereſſe quando validè taxetur à principio. ¶ Et an talis taxatio faciat, vt non poſſit poſtea peti illud, quod aliàs honeſtè deberetur. ¶ Conuentio de ſoluendo fructus pendente dilatione data ad ſoluendum quo caſu ſuſtineatur. ¶ Emptor differens ſoluere pretium quãdo obligetur ad fructus recompenſatiuos. ¶ Et quid ſi res venditæ fortuito perierint. ¶ Iuſtus valor quando iudicetur ex qualitatibus rei latentibus, & impotentia cautionis pro euictione, & inopia venditoris, cum ſimilibus. ¶ Vendentes carius ad tempus an ſint vſurarij. ¶ Damnum emergens, & lucrum ceſſans quando debeatur. ¶ Reſeruatio dominij an faciat, vt fructus poſſint percipi, donec pretium ſoluatur. ¶ Et quæ ſint aliæ cautelæ ad effectum illos licitè percipiendi. ¶ Dilatio ſolutionis quando ſit implicitum quoddam mutuum. ¶ Res vendita quo caſu ſit obligata ipſi venditori. ¶ Hypothecaria an ſit merè realis. ¶ Et quando poſſit intentari tam in loco rei hypothecatæ, quàm in loco domicilij. ¶ Reſeruatio ſpecialis hypothecæ, quid operetur circa auocationem bonorum à tertio poſſeſſorum, donec pretium conuentum fuerit ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non taxantur à principio, niſi prius conſtet de intereſſe, & an talis taxatio faciat, vt non poſſit poſtea peti illud, quod alias honeſtè deberetur. n. 2. & 3.*

4 *Conuentio de ſoluendo fructus pendente dilatione data ad ſoluendum eſt inualida, & de ratione. n. 5.*

6 *Emptor differens ſoluere pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos. Declara, vt n. 7. & 8.*

9 *Reſeruatio dominij facta per venditorem in re vendita facit, vt poſſint licitè percipi fructus, donec pretium ſoluatur, cum alijs ſimilibus cautelis. n. 10.*

11 *Fructus non debentur etiam in materia* l. curabit. C. de act. empt. *quando res venditæ fortuito periſſent. n. 12.*

13 *Repetitio vſurarum indebitè perceptarum eſt admittenda.*

14 *Iuſtus valor iudicatur ex qualitatibus rei latentibus, & ex impotentia cautionis pro euictione, & inopia venditoris. Intellige, vt n. 15.*

16 *Vendentes carius ad tempus an ſint vſurarij.*

17 *Dilatio ſolutionis eſt implicitum quoddam mutuum, ex quo nihil poteſt percipi.*

18 *Intereſſe proportionabile, & veriſimile quando poſſit ab initio taxari. & n. 19.*

20 *Damnum emergens propter intereſſe, quod ſoluebatur per venditorem, qui dedit dilationem emptori, non conſideratur ad hoc, vt per eum poſſint licitè percipi fructus, & quid ſit probandum. n. 21.*

22 *Lucrum ceſſans quando debeatur. & n. 23.*

24 *Hypotheca ſpecialis reſeruata ſuper bonis venditis, donec reſiduum pretij ſoluatur, operatur, vt à quocumque illa poſſint auocari pro ſolutione pretij conuenti, ſecus ceſſante tali reſeruatione. n. 25.*

26 *Res vendita non eſt obligata venditori. Declara, vt n. 31.*

27 *Habens hypothecam dicitur habere ius in re, quæ magis afficitur per ſpecialem, quàm per generalem.*

28 *Res tranſit cum ſua cauſa, & onere.*

29 *Hypothecaria an ſit merè realis, & poſſit intentari tàm in loco rei hypothecatæ, quàm domicilij. n. 30.*

CAP. DCCCCXI.

EX contractu, de quo agebatur in cauſa
Cornetana pecuniaria, dixi nullos de-
beri fructus, cum illi non potuerint à prin-
cipio taxari ad rationem ſeptem cum dimi-
1 dio, prout conuentum fuit, † quaſi hoc vi-
deatur fieri in fraudem vſurarum, & quia
prius debet conſtare de intereſſe, quo pro-
bato, poſtea admittitur taxatio illius, ita
benè explicat *Rebuff. in l. vnic. gloſ. vlt. n. 34. vſque ad 42. C. de ſent. quæ pro eo*

quod

Digitized by Google

quod intereſt. poſt Io. Andr. in c. ſalubriter.
de vſur. Laurent. de Rodulph. in c. conſuluit.
q.53. eod. tit. Purpur. in l. vinum. n.60. poſt
princ. verſ. ſed hoc vltimum limitatur. ff. ſi
cert. petat. Alex. conſ. 61. viſo proceſſu. col.
penult. in fin n.12. lib.2. Socin. conſ.179. cir-
ca præſentem conſultationem. col.2. poſt princ.
verſ. tertia concluſio. lib.2. Dec. conſ.39. in-
ridicam. n.5. Iaſ. conſ.92. col.2. ad med. verſ.
tertio & adhuc fortius. lib. 1. cæteros con-
ſultò omitto, cum ſit opinio ab omnibus ap-
probata, quam etiam ſæpius ſecuta eſt Rot.
in cauſa Mediolanen. ſimulationis. 1. Iulij
1592. coram Card. Millino & Placentina
reſtitutionis fructuum. 11. Decembris 1597.
coram R. P. D. Litta. & Roman. ſeu Lug-
dunen. pecuniaria. 2. Aprilis 1604. coram
Card. Seraph. cum ſimilibus.
Amplius huiuſmodi taxatio intereſſe à princi-
pio adeo eſt inefficax, & ita præiudicat, vt
nō poſſit poſtea dimiſſa taxatione peti illud,
2 quod aliàs honeſtè prætendi potuiſſet, † &
quod verè deberetur, quaſi tunc vtile per
inutile vitietur, prout in propoſito tāquam
mirabile notat Io. Lup. Palat. in c. per ve-
ſtras. in 6. notab in princ. col. vlt. verſ. ita
reperio conſultum. n.9 fol.396. de donat int.
vir. & vxor. quem ſequitur multum com-
mendans Roland. conſ.55. n.33. lib.2. Rebuf.
in l. vnic. gloſ vlt. n. 40. verſ. quinto am-
plia. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.
Siluan. conſ.10. n.46. verſ. & adeo. Quamuis
hoc dictum ſit ex abundanti, cum non ſimus
modo in probatione veri intereſſe, ſed ſuffi-
ciat illud non potuiſſe taxari ex ſupra alle-
3 gatis, † licet etiam prædicta opinio Lup.
Roland. & aliorum non ſit admittenda, cum
contrarium ſit verius, prout poſt multos al-
legatos ſequitur Plot. de in lit. iur. n.453. fol.
225. Anchar. q.33. n.4. p.2. & latè dixi c.387.
Quæ ſine difficultate procedunt in caſu, de quo
agimus, cum fuerit data certa dilatio no-
uennij ad ſoluendum ſortem principalem,
& interim pendente termino conuentum, vt
ſoluantur ſcuta ſeptem cū dimidio pro quo-
4 liber centenario, † tunc enim magis com-
munia, & vera opinio eſt, quod talis con-
uentio ſit inualida, & omnino reijciatur
Alex. conſ. 221. col. fin. verſ. & poteſt re-
ſponderi. n.9. lib.2. & conſ.31. col.4. verſ. ſe-
cundo reſpondeo. lib.6. Socin. conſ. 179. n.1.
lib.2. Caſtr. conſ. 11. viſo dicto libello. col.3.
n.4. in 3. dub. lib.1. Aim. conſ 189. col. 4. in
fin. verſ. quintus caſus. n.7. Rub. Alexandr.
conſ. 108. n.2. Honded. conſ.30. n. 5. & 28.
lib.1. & conſ.44. n.4. & 31. eod. lib. ſequitur
Rot. coram Card. Sacrato Romana caſaletti.
20. Iunij & 15. Decembr. 1611. poſt Nauar.
5 conſ.21. n.8. de vſur. † Quia dilatio cenſetur
data ob fauorem debitoris, & veriſimiliter
creditur eſſe habitam rationem à principio
de fructibus medij temporis, & eos fuiſſe in-
cluſos in pretio & effectu ipſo vna cum pre-
tio die ſtaturo ſoluendo Honded. d. conſ.30.
Neque obſtat ſi fortè obijceretur de doctrina
6 Bald. in l. 2. C. de vſur. † vbi concludit,
quod emptor, cui res eſt tradita, & differt
ſoluere pretium, tenetur ad fructus compen-
ſatiuos ex diſpoſitione l. curabit. C. de act.
empt. Quia prædicta non procedunt, quando
quando fuit habita fides de pretio, & tranſ-
latum dominium, prout eſt in caſu, de quo
7 agimus, † tunc enim non attenditur diſpo-
ſitio d. l. curabit. quæ neque habet locum,
quando fuit data dilatio ad ſoluendum, ſe-
cus vbi fuit conſenſum dictæ dilationi per
quam etiam dicitur tranſlatum dominium,
quaſi tunc differatur ſolutio ex voluntate
venditoris Socin. conſ.109. non potuiſſem.
col. 2. in fin. verſ. & quod emptor ab iſtis
vſuris. lib.1. & conſ.103. in fin. lib.4. & conſ.
88. n.19. eod. lib. vbi de communi, & magis
8 tuta opinione teſtatur, † & quidquid aliter
ſenſerint Couarr. lib.3. var. reſolut. c.4. n.5.
& Lup. de vſur. commentar. 1. §. 7. n. 143.
& Dec. conſ. 111. pro tenui. col penult. ad
fin. verſ. nam conſiderandum eſt pro reſpon-
ſione. n. 13. poſt Caſtr. in l. iuliamus. §. ex
vendito. C. de act. empt. non eſt diſcedendum
à dicta opinione, quam etiam tanquam ma-
gis veram, & probabilem latè comprobat
Catecheſis Neapolitana Cardin. de Aret.
lib.5. c.21. vſque ad c.27. vbi adſunt etiam
multa conſilia tam Nauar quàm aliorum
Theologorum, qui in huiuſmodi caſu ita
conſuluerunt, cum alijs per Ludouic. de
Beia in tractatu de vendit. rerum fructuo-
ſarum ad terminum. col. 1. cum multis ſeq.
qui eſt in fine reſponſorum caſ. conſcient.
p.1. Rub. Alex. conſ. 88. n.2. Aim. conſ.189.
in tertio caſu. verſ. ſed iſta opinio videtur
dubia. n. 7. Dec. conſ.119. pro tenui. col. 4.
in princ. n.7. & 8. poſt Gloſ. quàm dicit eſſe
communiter approbatum in c. conqueſtus.
de vſur. cum alijs per Lup. in l. curabit.
commentar. 1. §.7. n.144. & ibi Cagnol. n.52.
C. de act. empt. Rot. coram Cardin. Sacrato
Romana caſaletti. 20. Iunij. & 15. Decem-
bris 1611.
Ideo in huiuſmodi contractibus, vt detur licita
perceptio fructuum, Doctores afferunt cau-
9 telam, † quod reſeruetur dominium ad fa-
uorem venditoris, & fiat pactum in ipſa tra-
ditione rei ante habitam fidem de pretio,
& quod venditor ſubiaceat periculis, quæ
poſſent contingere circa dictos fructus, vel
quod locetur res vendita emptori pro certa
penſione, donec pretium conuentum fuerit
10 ſolutum, † cum ſimilibus cautelis, de quibus
per Ludouic. de Beia reſponſ. caſ. conſcient.
q. 19. & in d. tract. de vendition. rerum
fructuoſar. ad termin. in fin. Capoll. caut.
125. n.1. cum ſeq. latè Catecheſ. Neapolit.
lib. 5. c. 26. 27. & 28. Lup. de vſur. ad l. cu-
rabit. commentar. 1. §. 7. n. 148. vſque ad
151. C. de act. empt.

Accedat prædictis, quod præſupponitur maio-
rem partem rerum venditarum fortuitò pe-
11 rijſſe,† quo caſu nulli debêtur fructus etiam
in materia *l. curabit . C. de act. empt.* cum
iniquũ videatur vſuras ab eo exigi, qui fru-
ctus nõ potuit percipere,quaſi iſtud intereſſe
verſetur habito reſpectu ad fructuum perce-
ptionem, prout diſponitur in *d. l. curabit . in fin. & in l. libertatibus . §.vlt. ff. de vſur.*
& latè conſuluit *Natt. conſ.* 494. *n.* 3. *&* 4.
Rot. Bononienſ. per Benintend. deciſ. 29. *n.* 6.
12 & eſt verior opinio,quidquid † *Bald.* & alij
contrarium ſequantur, vt teſtatur *Conarr. lib.* 3. *var. reſolut. c.* 4. *n.* 3. *verſ. quarto hinc examinari. ad med. Surd. conſ.* 101. *n.* 22. *poſt princ. verſ. qui tres poſteriores. lib.* 1.

Ex quibus concluditur,quod quidquid ratione
dictæ promiſſionis lucrorum fuit ſolutum
13 poterit licitè in ſortem computari, † vel re-
peti,cum promittens vſuras,& ſoluens non
poſſit dici, quod ſciens indebitè ſoluerit,
vnde meritò datur repetitio, vel compenſa-
tio cum ſorte,Maximè,quia etiam ſi debitor
ſcienter ſoluiſſet vſuras, non tamen daretur
licita retentio propter peccatum recipien-
tis, Præſertim quia ſumus in vſuris, quæ
ſunt indebitæ naturaliter, & ciuiliter adeo
vt quamuis eſſent ſolutæ per errorem iuris
tamen poſſent repeti, itaut quando apparet
indebitum,potius præſumatur ignorantia,
& error, quam donatio, ita omnia prædicta
in propoſito conſiderat *Alex.* qui pro omni-
bus ſufficiat *conſ.* 80. *circa primum dubium. col. vlt. poſt princ. n.* 11. *vſque ad n.* 15. *lib.* 3.

Neque oberit, quod iuſtus valor debeat indi-
14 cari ex qualitatibus rei latentibus, † & ſe-
cundum conditionem perſonæ venditoris, &
illius inopiam, ſeu impotentiam cautionis
præſtandæ pro euictione, cum ſimilibus, de
quibus per *Burſat.* qui alios allegat *conſ.* 9. *n.* 35. *vſque ad* 39. *lib.* 1. *poſt Bart. in l.* 1. *§. ſi hæres.* vbi *Rip. n.* 25. *ff. ad trebellian. Cagnol. in l.* 2. *n.* 233. vbi *Pinel. p.* 3. *n.* 18. *C. de reſcind. vendit. Bero. conſ.* 169. *n.* 16. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 96. *n.* 34. *lib.* 2. *Corn. conſ.* 224. *n.* 9. *lib.* 1. *Bertrand. conſ.* 379. *lib.* 1. *Aleiat. conſ.* 110. *in princ. & n.* 5. *Ang. in §. ſi quis agens. n.* 4. *in fin. inſtit. de action.*

Nam ex hoc non concluditur, quod in caſu no-
ſtro totum pretium rerum venditarum fue-
rit iuſtum in ſumma ſcutorum 7033. Quia
immo præſupponitur in facto fuiſſe idem
pretium conſtitutum ſolum in ſumma ſcuto-
15 rum 4850. † Vnde ſatis credendum eſt,quod
in conſtituendo iſtud pretium fuerit habita
conſideratio tũc temporis de prædictis qua-
litatibus, cum nimis eſſet exceſſiuum pre-
tium rerum venditarum pro prædicta ſum-
ma ſcutorum 7033. etiam habito reſpectu ad
præfatas qualitates, & per conſequens clarè
apparet tam magnum augmentum non eſſe
correſpondens rebus venditis, ſed factum
fuiſſe pro intereſſe dilatæ ſolutionis, quod
non poteſt fieri,cum etiam vendentes carius
16 ad tempus ſint vſurarij, † quando, prout in
caſu noſtro,pretium à principio fuit iuſtum,
quaſi tunc perinde ſit ac ſi dictum pretium
iuſtum, quod emptor erat ſtatim ſoluturus,
mutuo illi relinquatur à venditore vſque ad
tempus ſolutionis, & ob dictam cauſam
accipiat illud incrementum pretij tempore
ſolutionis, vt declarat *Ludouic. Molin. de contract. lib. tract.* 2. *diſputat.* 355. *n.* 2. *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 21. *de empt. & vendit. dub.* 6. *n.* 51. *fol.* 279. vbi de commu-
17 ni, † quia dilatio ſolutionis eſt implicitum
quoddam mutuum, adeo vt creditor diffe-
rendo ſolutionem perinde faciat ac ſi acce-
ptam pecuniam à debitore eamdem illi mu-
tuet, quod eſt prohibitum, cum pro mutuo
nihil ſit accipiendum, ergo nec pro dilatio-
ne ſolutionis vltra iuſtum pretium, Maximè
quia quando datur dilatio ad ſoluendum
conuento de certo pretio à principio, non
debentur vſuræ, quia propter dilationem
poteſt exiſtimari fuiſſe habitam rationem
fructuum medij temporis, & eos fuiſſe inclu-
ſos in pretio,& effectu ipſo vna cũ pretio die
ſtatuta ſoluendo *Honded. conſ.* 30. *n.* 28. *lib.* 1. *& conſ.* 44. *n.* 31. *eod. lib. poſt Gabr. conſ.* 57. *n.* 5. *lib.* 1. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 53. *n.* 5. *ad fin.* Quibus ſtantibus patet nos ver-
ſari in taxatione fructuum, & intereſſe pe-
cuniarum ab initio propter dilatam ſolutio-
nem, quod non permittitur, vt dictum eſt
ſupr. n. 1. *&* 2.

Neque obſtat, quod dicitur potuiſſe etiam ab
initio taxari iſtud intereſſe, quando eſt pro-
18 portionabile, † & veriſimile, vt per *Bald. in l. rogaſti . §. ſi tibi . ff. ſi cert. petat.* iuxta
opinionem *Hoſt. in c. ſalubriter. col.* 2. *in fin. verſ. idem puto ex mente . & in c. naui-*
19 *ganti . col.* 1. *poſt med. de vſur.* † Quia præ-
dicta procedunt, quando verè probaretur
huiuſmodi intereſſe, de qua probatione
nullibi apparet in caſu noſtro, Ad hoc enim
vt inſtrumentum continens certum, & taxa-
tum lucrum non dicatur vſurarium, debet
conſtare de conuentione iuſtificata,& de ve-
riſimili, & proportionato intereſſe, quod
tunc facit taxationem licitam, quo non
probato, non admittitur talis taxatio,prout
latè declarauit *Rot. coram Card. Lancellotto Iannen. pecuniaria . 6. Iunij* 1611. quæ fuit
poſtea confirmata *coram R. P. D. Vbaldo.* 1. *Martij* 1613. & cum ſupradicta diſtinctione
concordantur aliæ deciſiones *Rot. coram Card. Millino Mediolanen. ſimulationis.* 1. *Iulij* 1592. *& coram Card. Seraphin. Lugdunen. pecuniaria.* 2. *Aprilis* 1604. *& coram R. P. D. Litta Placentina reſtitutionis fructuum.* 11. *Decembr.* 1597. & declarat *Felin. in c. cum venerabilis. n.* 9. *col.* 4. *poſt med. de exceptionib.* & dixi latè *ſupr. c.* 387. *per tot.*

Minus obſtant, quæ dicuntur de damno emer-
genti propter intereſſe, quod ſoluebatur per
ven-

Digitized by Google

venditorem habentem pecuniam ſub vſuris,
20 à quibus non poterat † ſe liberare ſtante di-
cta dilatione, Quia hoc non ſufficit ad effe-
ctum, vt quis conſequatur huiuſmodi dam-
num, cum præcisè debeat probari vſuras
fuiſſe ſolutas propter iſtam ſolutionem non
factam, & carentiam talis pecuniæ, vltra
alia requiſita, quæ in reficiendis ſimilibus
damnis ſunt verificanda, de quibus nullibi
21 conſtat in caſu noſtro, † & latè ponit *Me-
noch. de arbitrar. caſ.* 119. *in addit. n.* 28.
poſt Dec. conſ. 321. *n.* 5. *Rimin. Iun. conſ.* 815.
n. 18. *lib.* 7. *Alex. conſ.* 141. *lib.* 5. *Bald. in
l. etiam. n.* 5. *col.* 1. *in fin. verſ. & modo du-
bitatur.* C. *de execut. rei iudic.* vbi loquitur
etiam ſtante promiſſione debitoris conce-
dentis creditori licentiam capiendi ſub vſu-
ris, cum ſit poſſibile ex alijs cauſis pecunias
accipi, vel retineri ſub vſuris, ideo non mi-
rum, ſi talia damna non veniunt, niſi cum
prædictis præciſis probationibus *Rot. per
Mohed. deciſ.* 103. *n.* 1. de qua per *Honded.
conſ.* 50. *n.* 30. *lib.* 1.

Prout etiam neque poterit conſiderari lucrum
ceſſans, cum in caſu noſtro non probetur vē-
ditorem fuiſſe percepturum lucrum cum
22 tali pecunia, † ſi ei fuiſſet ſoluta etiam in
potentia propinqua illud acquirendi cum
alijs requiſitis, de quibus per *Caſtrenſ. in
l.* 5. *§. fin. de eo quod cert. loc. Rimin. Iun.
conſ.* 218. *n.* 99. *&* 100. *lib.* 2. *Honded. conſ.*
50. *n.* 30. *lib.* 1. *& conſ.* 38. *n.* 40. *lib.* 2. *&
23 conſ.* 39. *n.* 3. *eod. lib.* † Quæ requiſita ſunt
verificanda etiam in caſu fauorabili, puta
doris, vel ſimilis, nedum in cauſa, de qua
agimus *Aim. conſ.* 912. *n.* 11. *Menoch. conſ.* 7.
n. 16. *Bolognet. conſ.* 14. *n.* 2. *Barboſ. in l.* 2.
in princ. n. 48. *ff. ſolut. matrim. Imol. in
l. diuortio. in princ. n.* 15. *& ibi Alex. n.* 23.
& 25. *ff. eod. tit.*

Quo vero ad aliud dubium circa ſortem prin-
cipalem, quæ non fuit ſoluta per primum
emptorem, videtur concludendum poſſe peti
24 per venditores à ſecundo emptore, † quia
per eos fuit reſeruata ſpecialis hypotheca
ſuper bonis venditis, donec reſiduum
pretij fuerit ſolutum, ita quod interim
nemini ius quæratur, ſed venditores rema-
neant priores, & potiores, donec ſint ſatiſ-
facti de dicto pretio, ex quibus verbis colli-
gitur, quod venditores voluerunt expreſsè
ſibi præcauere quo ad ſecuritatē pretij in re
ipſa vendita, adeo vt eueniente caſu non ſo-
lutionis dicti pretij, poſſint dictam rem ven-
ditam exiſtētem apud quemcumq; poſſeſſorē
25 auocare, † cum aliud ſit, non præcedente iſto
pacto, poſtquā deuentum fuit ad traditionem
quia tunc non daretur iſta auocatio, cum res
vendita ſimpliciter abſque reſeruatione hu-
ius expreſsè hypothecæ non eſſet ſibi obli-
gata pro ſolutione pretij *Bald. in l. vlt. ante
fin. verſ. ſed pone quod transtulerat. n.* 2. C.
commod. & in l. cum cui. 13. *in fin.* C. *de
action. & obligat. & in l. pro debito.* 6. *poſt
princ. verſ. ſecundo ſatisfit.* C. *de bon. au-
ctor. iudic. poſſidend. Iaſ. in l. creditor. n* 5.
*ante fin. verſ. ſed ſalua. ff. ſi cert. petat. Ne-
guſ. de pignorib.* 4. *p. n.* 35. *in princ. per tex.
in l. quod quis.* 18. *vbi Gloſ. in verb. ob na-
uem. ff. de priuil. credit.* quam communiter
approbatam teſtatur *Alex. in l. ſi cum dotē.
26 §. vlt. ad fin. ff. ſolut. matrim.* † Quidquid
alias res vendita regulariter non ſit obligata
venditori *l. quamuis. ff. de in rem. verſ. l.* 1. *in
fin. ff. de reb. cor. Gloſ. in l. iulianus. §. of-
ferri. in verb. retinere. de act. empt.* vbi quod
eſt quaſi pignus, nam ante traditionem po-
teſt retineri, ſed non verè pignus, quia re
tradita auocatio non conceditur *Surd. de-
ciſ.* 220. *n.* 33. *&* 34. *Neguſ. de pignorib. p.* 5.
membr. 4. *n.* 2. *ad med. poſt Doctor.* commu-
niter *in d. l. ſi cum dotem. §. fin. ff. ſolut. ma-
trimon. Bald. & alij in l. vlt.* C. *commod.*

Et facit etiam ratio, quia habens hypothecam
27 dicitur habere ius in re † *l. eos.* C. *qui potior.
in pignor. habeant.* Maximè in hypotheca
ſpeciali, quæ magis afficit rem obligatam,
quam generalis *Gloſ. in l.* 1. *in verb. pignus.*
C. *de neceſſar. ſeru. hered. inſtit. Surd. conſ.*
331. *n.* 26. *lib.* 3. & poteſt proſequi rem in
28 quemcumque vadat poſſeſſorem, † cum ſem-
per res tranſeat cum ſua cauſa *l. pignoris. de
pignorib. l. ſi conuenerit vt nomen. §. ſi fun-
dus. de pignor. act. l. ſi debitor.* 12. C. *de
distract. pignor. Oſaſc. deciſ.* 135. *n.* 21. *Surd.
deciſ.* 97. *n.* 13. *& deciſ.* 510. *n.* 3. *vſque ad* 8.
29 vbi etiam quod hypothecaria, † licet non ſit
merè realis, plus tamen inhæret rei, quàm
perſonæ *Gloſ. in l. ſi tibi decem. §. de pignore.
ff. de pact.* Quamuis etiam multi teneant il-
lam eſſe merè realem, vt per *Tiraq. de retr.
30 conſanguin. §.* 8. *gloſ.* 5. *n.* 11. *ad med.* † Ideo
poteſt intentari tam in loco rei hypotheca-
tæ, quam in loco domicilij *Bald. in l. cum
ex cauſa. la* 2. C. *mand.* de quo tamen *Tiraq.
d. §.* 8. *n.* 11. *&* 12.

Neque obſtat, quod hoc modo res ſua videtur
obligata venditori contra *l. neque pignus.
31 ff. de reg. iur.* † Quia hoc procedit in re, quæ
abſolutè, & ſimpliciter eſſet illius, qui præ-
tendit pignus, tunc enim in ea non poteſt ca-
dere obligatio, ſecus autem in re, quæ ſubia-
cet reſtitutioni, nam tunc in illa conſiſtit pi-
gnus, vel quaſi *l. ex ſextante. §. largius. de
except. rei iudic. Neguſ. de pignorib. par.* 5.
membr. 4. *n.* 2. *ad fin.*

E P I T O M E.

Dominium quomodo ſit probandum, ſiue agatur principaliter ad deuolutionem, ſiuè incidenter ad effectum non ſolutionis canonis. ¶ Enunciatiuæ quam fidem faciant. ¶ Deponens de facto proprio qualem probationem inducat. ¶ Exactiones canonum an probentur ex libris Eccleſiæ. ¶ Et

quando in eam tranſeat dominium ex ſolo contractu abſque aliqua traditione. ¶ Teſtis quo caſu dicatur relatiuè deponere. ¶ Recognitio facta de bonis feudalibus, emphytheoticis, & cenſualibus an operetur, vt illa efficiantur talia, quamuis alias eſſent libera. ¶ Et quo caſu præiudicet tàm recognoſcenti, quam ſucceſſori. ¶ Et quid ſi non fuerit acceptata, vel facta abſque cauſa. ¶ Et quando error poſſit contra eam probari. ¶ Et an per talem recognitionem ſtatim acquiratur ius eccleſiæ, itaut non proſit venditio poſtea facta de eadem re tanquam non grauata canone. ¶ Ex culpa auctoris an ſit priuandus ſucceſſor, & emptor re alienata, & breui manu fiat executio contra venditorem pro euictione promiſſa. ¶ In cauſa appellationis quando poſſint produci, & probari non producta, & probata in cauſa principali. ¶ Propter non ſolutionem canonis per ſpatium quadraginta annorum cõtra Eccleſiam an ſit inducta aliqua præſcriptio libertatis. ¶ Et quando ſcientia domini in ea requiratur. ¶ Emphyteuta ceſſans ſoluere canonem an ſit in mala fide, itaut nunquam præſcribat. ¶ Et quomodo mala fides probetur. ¶ Præſcriptio an poſſit opponi quo ad canones futuros eccleſiæ debitos. ¶ Mandatum Iudicis quando priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione abſque aliqua eiectione. ¶ Et quo caſu contra ſententiam Iudicis dentur remedia poſſeſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Pro ſolutione canonis competit hypotheca.*

2 *Dominium eſt plenè probandum quando agitur principaliter ad deuolutionem, ſecus ſi incidenter ad effectum non ſolutionis canonis. n. 3. & 34.*

4 *Duæ enunciatiuæ in antiquis plenè probant, ſi habent originem à diuerſis perſonis.*

5 *Enunciatiua ſola non ſufficit, tamen adminiculata alijs probationibus plenã fidem facit.*

6 *Enunciatiuæ, quæ emanarunt à perſonis informatis, magis probant.*

7 *Deponens de facto proprio maiorem probationem inducit, quam alius. n. 17. & 35.*

8 *Exactiones Canonum probantur ex libris Eccleſiæ.*

9 *Ad effectum caducitatis, quæ probatio requiratur.*

10 *Confeſſio, & recognitio emptoris, quod res empta eſt ſubiecta canoni ad fauorem alicuius, an illi præiudicet, itaut ſit facta cenſualis, ſeu emphyteotica. & n. 37.*

11 *Dominium tranſit in eccleſiam ex ſolo contractu abſque aliqua traditione. & n. 50.*

12 *Notarius cenſetur ſtipulaſſe pro omnibus intereſſe habentibus.*

13 *Clauſula quorum intereſt continetur in obligatione camerali.*

14 *Recognitio non ſolum præiudicat recognoſcenti, ſed etiam hæredi, & particulari ſucceſſori.*

15 *Per recognitionem factam ab emptore de re non libera ſtatim acquiritur ius eccleſiæ, itaut non proſit venditio poſtea facta de eadem re tanquam non grauata aliquo canone. n. 38.*

16 *Ex culpa auctoris eſt priuandus ſucceſſor, & emptor re alienata, & breui manu ſit executio contra venditorem pro euictione promiſſa. & n. 39.*

18 *Teſtis quando dicatur relatiuè deponere. & n. 19.*

20 *In cauſa appellationis poteſt produci, & probari omne illud, quod non fuit productum, & probatum in cauſa principali, tàm per appellantem, quàm per appellatum. n. 21. Intellige, vt n. 22.*

23 *Intellectus* conſ. Surd. 135. lib. 1.

24 *Recognitio facta de bonis feudalibus operatur, vt illa efficiantur feudalia, quamuis alias fuiſſent libera. & n. 25.*

26 *Iuramentum, & obligatio Cameralis validant contractum etiam geſtum ſine cauſa.*

27 *Recognitio non acceptata nihil operatur.*

28 *Deus recipit pro eccleſia abſente.*

29 *Clauſula pro intereſſe habentibus apponitur in inſtrumentis per Notarios.*

30 *Tertius quando grauetur ex recognitione rei emphyteoticæ per alium facta.*

31 *Error poteſt probari contra recognitionem, non tamen interim retardatur executio. & n. 32.*

33 *Identitas probatur per duas demonſtrationes, quamuis aliæ non conuenirent.*

36 *Præſumptiones additæ teſti deponenti de facto proprio faciunt, vt ſit inducta plena probatio.*

40 *Propter non ſolutionem canonis per ſpatium quadraginta annorum contra eccleſiam quando ſit inducta aliqua præſcriptio libertatis. & n. 42.*

41 *Non poteſt dici deperditum quod retinetur.*

43 *Scientia domini quando requiratur in præſcriptione quadragenaria.*

44 *Emphyteuta ceſſans ſoluere canonem etiam per quadraginta annos nunquam præſcribit propter malam fidem, quæ impedit præſcriptionem etiam mille annorum. n. 45. Amplia in ſucceſſore. n. 46. Declara, vt n. 47.*

48 *Mala fides probatur quando quis ſcit rem ad alium pertinere in totum, vel in partem.*

49 *Præſcriptio non datur quo ad canones futuros eccleſiæ debitos.*

51 *Mandatum Iudicis priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione abſque aliqua eiectione. Intellige, vt n. 52.*

53 *Remedium poſſeſſorium non competit aduerſus ſententiam Iudicis procedentis ſeruatis ſeruandis, ſecus ſi adeſſet notoria iniuſtitia, & nullitas patent. n. 54.*

55 *Manutentio non ritè, & rectè data non attenditur.*

CAP.

CAP. DCCCCXII.

PRo Eccleſia S. Mariæ in Montibus fuit
lata ſententia per primum Iudicem, de
cuius validitate cum ageretur in cauſa ap-
pellationis, dixi illam eſſe confirmandam,
quia conſtat eam eſſe ritè, & iuſtè latam,
dum declaratur canonem eſſe debitum per
1 poſſeſſorem vineæ, de qua erat quæſtio, † pro
cuius ſolutione datur hypotheca, non obſtã-
tibus in contrariũ adductis, quibus alias fuit
plenè reſponſum & notat *Caſſad. deciſ. 3. n. 2.
verſ. ex hoc quod res tranſit ad eum. de locat.*
& latè dixi *ſupr. c. 784. n. 16. cum ſeq.*
Neque obſtat, quod non fuerit probata exiſten-
tia canonis debiti, quia non agitur modò ad
2 deuolutionem, † quo caſu eſſet plenè pro-
bandum dominium *l. officium ff. de rei ven-
dicat. Speculat. de locat. §. nunc aliqua.
n. 71. cum ſeq. Aim. conſ. 157. n. 13. Caputaq.
deciſ. 280. p. 1. Rot. deciſ. 249. n. 1.* & latius
*deciſ. 150. n. 1. vſque ad 4. p. 1. in recentiorib.
Card. Seraphin. Romana deuolutionis vineæ
13. Nouembris* 1602.
Sed ſolum tractatur de dominio non principa-
3 liter, ſed incidenter ad alium effectũ, † quàm
deuolutionis, videlicet pro ſolutione cano-
nis, tunc enim ſufficiunt leuiores probatio-
nes *Abb. in c. 2. n. 2. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
priet. Caſtr. conſ. 4. in cauſa mota per gaſpa-
rem. n. 1. poſt princ. lib. 2. Rot. deciſ. 1. n. 2. de
reſtitut. ſpoliat. & deciſ. 423. n. 2. par. 1. di-
uerſor. & deciſ. 331. n. 2. p. 2. in recentiorib.
Felin. in c. exceptionem. n. 37. de exceptionib.
Cephal. conſ. 63. n. 13. lib. 1. Rip. in l. rem
quæ nobis. n. 54. & 55. ff. de acquir. poſſeſſ.*
In caſu autem noſtro ad prædictum effectum
eſt plus, quam plenè probata intentio eccle-
ſiæ, nam conſtat de inſtrumento venditionis
celebrato de anno 1474. in quo exprimitur
illam eſſe ſub proprietate eiuſdem eccleſiæ
4 cum reſpõſione, & canone illi debito, † quod
inſtrumentum eſt antiquiſſimum excedens
annos 140. itaut iunctum cum alio inſtru-
mento antiquo confecto iam ſunt 80. anni
de anno 1541. continente ſimilem expreſſio-
nem, & enunciationem canonis facit plenam
probationem, quæ regulariter fit ex duabus
enunciatiuis in antiquis habentibus origi-
nem à diuerſis perſonis *Aim. de antiquit.
tempor. p. 1. verſ. ampliatur nunc. n. 14. vſ-
que ad 19. fol. 39. poſt Bald. Caſtr. & Salic.
in l. eum aliquis. C. de iur. deliber. Aret.
conſ. 42. col. 1. verſ. tertio per rationem. Socin.
conſ. 86. col. 1. poſt med. & conſ. 89. col. 2. poſt
med. verſ. praterea iſta concluſio probatur.
lib. 1. Rot. deciſ. 312. n. 6. & deciſ. 541. n. 3.
in fin. p. 1. in recentior. Put. deciſ. 209. n. 1.
lib. 2. Achill. deciſ. 8. n. 2. de iurepatronat.
Caſſador. deciſ. 1. & 2. de probation. Rot. co-
ram R.P.D. Orano Tudertina prioratus. 17.
Nouembris* 1599.
Et quamuis prædicta ſufficerent, tamen ex
abundanti etiam adduntur duæ aliæ enun-
ciatiuæ contentę in duobus inſtrumentis vẽ-
ditionis, & aſſignationis dotis de anno 1567.
& de anno 1570. in quibus enunciatur ſimi-
lis reſponſio, ſeu canon debitus eidem eccle-
ſiæ, itaut omnes iſtæ enunciatiuæ ſimul iun-
ctæ etiam in facto de recẽti probent, ne dum
5 in antiquis, † maximè, quia vbi enunciatiua
ſola non ſufficit, tamen adminiculata alijs
probationibus facit plenam fidem *Rot. deciſ.
25. n. 2. in fin. & deciſ. 371. n. 3. par. 1. in re-
centior. poſt Affl. deciſ. 83. n. 1. Vital. de
clauſul. tit. quando verba enunciat. in pri-
uileg. n. 5.* Cum etiam iſtæ enunciatiuæ ema-
6 narint à perſonis informatis, † quo caſu ma-
gis probant *Ruin. conſ. 141. n. 10. lib. 5. Ce-
phal. conſ. 192. n. 38. Rot. deciſ. 405. n. 4. ad
med. p. 1. in recentior.*
Accedat depoſitio teſtis, qui pluries exegit ta-
7 les canones, & ei creditur † tanquam depo-
nenti de facto proprio, & magis probat,
quam alius *Caſtr. in l. quicumque. in fin.
C. de ſeru. fugitiu. Salic. in auth. ſi quis de-
curio. oppoſ. 4. C. ad leg. cornel. de falſ. Socin.
Iun. conſ. 31. n. 33. lib. 2.* Cum præſertim
tales exactiones canonum probentur ex li-
8 bris Eccleſiæ, † quorum librorum fides ſo-
let admitti *Roman. conſ. 127. col. 1. ad med.
verſ. ad hoc tamen reſpondetur. Dec. conſ.
596. ad dubia n. 4. Aim. conſ. 158. n. 4. & conſ.
434. n. 14. Rot. deciſ. 290. n. 5. p. 1. in recent.
Anan. conſ. 84. videndum eſt. col. 1. Anchar.
conſ. 44. primo de iuribus. n. 1.* Itaut iſta iun-
cta cum alijs probationibus ſupra narratis
probetur exiſtentia canonis non ſolum ple-
9 nè, ſed pleniſſimè, † adeo vt nihil aliud ſit
quærendum, immo etiam poſſit dici prædi-
ctas probationes ſufficere ad effectum cadu-
citatis *Rot. deciſ. 400. per tot. p. 1. in recent.*
Et vltra prædicta creditum canonis, de quo
agimus, eſt plenè probatum, Nam adeſt in-
ſtrumentum de anno 1570. in quo Benedictus
aſſignat, ſeu vendit Philippo Scarpellino vi-
neam cum onere ſoluendi dictum canonem,
& illam tanquam talem cum illo grauamine
10 accepit idem Philippus, † cuius confeſſio,
ſeu recognitio illi præiudicat, itaut ſi con-
ueniretur ab eo, ad cuius fauorem fuit canon
enunciatus, non poſſet contradicere, ſed eſſet
omnino obligatus ſoluere, tanquam ex iſta
recognitione, & confeſſione cenſeatur res
facta cenſualis, ſeu emphyteotica, ſeu feu-
dalis *Bald. in l. cenſualis. 7. ad med. verſ. ibi
domino allegatur, C. de donation. & in l. 1.
n. 8. C. quand. liceat ab empt. diſceder. Felin.
in c. cum bertoldus. 18. col. 14. in fin. verſ.
dixit etiam. n. 28. in fin. de ſentent. & re
iudic. Din. conſ. 15. n. 4. Schrader. de feud.
par. 5. c. 6. n. 12. Cephal. conſ. 9. n. 20. lib. 1.
poſt Alex. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff.
verbor. obligationib.*
Et quamuis non adfuerit præſens ille, ad cuius
11 fauorem fuit facta talis recognitio, † ſeu
con-

Digitized by Google

confeſſio, tamen nihil obeſt, cum ſimus in
eccleſia, & perſona eccleſiaſtica, in cuius vti-
litatem hæc recognitio fuit facta, tunc enim
ſtatim dicitur conſtituta res feudalis, & em-
phyteotica, tanquã ex ſolo contractu abſque
aliqua traditione dominiũ in eam transfera-
tur, quidquid aliud ſit quando eſſemus in eo,
in quem abſque traditione tale dominium
non poſſet transferri, ita in ſpecie diſtinguit
*Schrader. de feud. p. 5. c. 5. n. 12. poſt Alex.
in l. ſi aliquam rem. 28. ff. de acquir. poſſeſſ.
& conſ. 9. col. penult. n. 10. lib. 5. Iaſ. in l. 2.
n. 177. C. de iur. emphyteot.*

Maximè, quia notarius dum ſe rogauit de hu-
iuſmodi venditione facta per Scarpellinum,
12 cũ recognitione dicti canonis † ad fauorem
eccleſiæ acquiſiuit eidem eccleſiæ abſenti
omne ius ex tali confeſſione proueniens non
ſecus ac ſi fuiſſet præſens, cum cenſeatur ſti-
pulaſſe pro omnibus intereſſe habentibus,
cuius ratione competit actio *Bald. in l. ſi cui
legetur. §. fin. in 1. notab. & ibi Iaſ. n. 8. ff.
de legat. 1. Rot. coram Card Seraphino Ro-
mana ſubhaſtationis. 20. Iunij* 1597. quæ in
impreſſ. eſt *deciſ. 1233. poſt med. verſ. vnde
13 dato quod in eo. n. 2.* † Stante præſertim obli-
gatione camerali, in qua compræhenditur
clauſula quorum intereſt, itaut extendatur
ad omnes etiam non nominatos in inſtru-
mento, quibus aliquo modo poteſt intereſſe
*Rot. diuerſ. deciſ. 728. n. 2. p. 1. & deciſ. 663.
ead. par. Alex. conſ. 29. n. 5. lib. 3. Pariſ. conſ.
82. n. 2. lib. 1. Corn. conſ. 136. n. 6. lib. 1.* cum
alijs per *Rot. coram R. P. D. Nauarra Aſcu-
lana dotis. 25. Februarij 1622. col. 2. ad med.*

Et quemadmodum talis cõfeſſio nocet ipſi Phi-
lippo ementi iſtam vineam cum prædicto
onere ſolutionis canonis, vt dictum eſt, ita
etiam nocebit Ioſeph Cidonio, qui eamdem
14 vineam emit ab eodem Philippo, † cum
confeſſio, & recognitio non ſolum præiudi-
cet confitenti, & recognoſcenti, ſed etiam
hæredi, & particulari ſucceſſori, vt legata-
rio, donatario, & emptori ſuccedenti in illa
re recognita, & cuilibet habenti ius, & cau-
ſam ab ipſo recognoſcente *Benedict. in c.
rainutius. in verb. & vxorem nomine ade-
laſiam. n. 446. & 450. de teſtam. poſt Guid.
Pap. deciſ. 24. & 42. & 272. Abb. in c. cum
olim. notab. 8. de cenſib.*

Neque oberit, quod Philippus vendiderit vi-
neam Ioſeph Cidonio tanquam liberam abſ-
que mentione dicti canonis debiti Eccleſiæ
S. Mariæ, licet ipſe emiſſet à Benedicto eo-
15 dem canone grauatam, † Quia hoc non præ-
iudicat eidem eccleſiæ, cui fuit ſtatim acqui-
ſitum ius per confeſſionem Philippi ementis
cum tali onere, cum potius culpa Philippi
vendentis rem ſubiectam canoni abſque il-
lius mentione tanquam liberam tranſeat in
ſingularem ſucceſſorem, ſicut tranſiret in
hæredem, quia iniuria commiſſa in domi-
num ex tali alienatione libera trahit ſecum
16 executionem, † itaut pœna inde proueniens
ſit rei perſecutoria, & tranſeat penes quem-
cumque res tranſit, adeo vt ex tali culpa
auctoris ſit priuandus ſucceſſor, & emptor
re alienata, & breui manu fiat executio con-
tra venditorem pro euictione promiſſa iux-
ta formam inſtrumenti ad inſtãtiam empto-
ris, ita in puncto concludit *Affl. deciſ. 255.
n. 3. & ibid. Vrſill. n. 1.*

Nec debet attendi obiectum iterum factum,
quod teſtis, qui deponit exegiſſe canones ſit
17 vnicus, † Quia vt ſupra diximus *n. 7.* eſt de
facto proprio, & maiorem fidem facit, &
magis probat, quam alius *Innoc. in c. in-
quiſitionis. de accuſation. Butr. in c. cum
cauſam. de teſtib. Aret. conſ. 71. col. 2. verſ.
ſecundo conuincitur. Aim. conſ. 178. n. 7. Dec.
conſ. 650. n. 9. in fin. Gozad. conſ. 13. n. 60.
Menoch. de arbitrar. caſ. 99. n. 11.*

Nec facit, quod talis teſtis ſe referat ad libros,
quibus non productis, non dicitur conſtare
18 de relato, † Quia ex lectura depoſitionis te-
ſtis contrarium apparet, cum reſpectu exa-
ctionis per eum factæ de tali canone, non ad-
ſit aliqua relatio ad libros, nam ſimpliciter
deponit ſe pluries, & pluries exegiſſe, ſolum
addit ſe credere, quod omnes redditus ec-
cleſiæ ſint deſcripti per Camerarium in di-
ctis libris, ad quos ſe refert reſpectu quan-
titatis introituum, & reddituum, non autem
quo ad exactionem canonis, ſuper quo ſim-
19 pliciter, & indiſtinctè deponit, † itaut di-
uerſitas eorum, quæ in tali depoſitione con-
currunt, non poſſit cauſare relationem in eo,
quod de per ſe fuit expreſſum *l. papinianus
exul. ff. de minorib. Surd. conſ. 150. n. 94. lib. 1.*

Quæ comprobantur ex inſtrumento anni 1474.
de quo *ſupr. n. 4.* contra quod licet per Iu-
dicem multum opponatur, tanquam non
20 fuerit productum in prima inſtantia, † ta-
men eſt facilis ſolutio, quia in cauſa appel-
lationis poteſt produci, & probari omne
illud, quod non fuit productum, & proba-
tum in cauſa principali, quod operabitur ef-
fectum confirmationis ſententiæ latæ, itaut
non poſſit amplius dici de illius iniuſtitia,
ſeu nullitate, cum ſatis ſit, quod comperta
pleniore veritate poſtea ſententia confirme-
tur, maximè quando, prout in caſu noſtro,
quæ denuò producuntur non ſunt omnino
diuerſa, & habent cauſæ coniunctionem
*l. per hanc. 4. vbi Bald. in princ. Salic. col. 1.
C de temporib. & reparationib. appell. Bart.
in l. eos qui. §. ſi quid autẽ. C. de appellation.
Iaſ. in l. ita demum. col. 3. C. de procurat.
Felin. in c. cum ioannes. 10. n. 17. de fid. in-
ſtrumentor. Rebuff. de reſcript. art. 3. gloſ. 4.
n. 2. cum ſeq. Socin. Iun. conſ. 131 n. 22. lib. 3.
Rot. deciſ. 1. alias 13. vt lit. pendent. in nou.*
21 Quæ ampliantur tam in appellante, † quam
in appellato, & tam ſi agatur de iniuſtitiæ
ſententiæ, quam de eius nullitate, & etiam
ſi ſtatutum diſponeret, vt in cauſa appella-
tionis

tionis, non reciperentur probationes, vt per
Rebuff. d. gloſ. 4. n. 4. vſque ad 8. Maſcard.
concluſ. 118. n. 5. 14. & 15.
Contraria antem procedunt in ſententia inter-
locutoria, quę debet inſtificari ex actis prius
22 geſtis, † & non ex noniter deducendis clem.
appellanti. de appellat. l. 2. ff. eod. tit. Felin.
in d. c. cum ioannes. n. 26. de fid. inſtrnment.
Rebuff. d. gloſ. 4. n. 10. Affl. decіſ. 79. n. 3.
Capic. deciſ. 5. n. 14. Menocb. de arbitrar.
lib. 1. q. 72. n. 5. Maſcard. concluſ. 118. n. 30.
Nec faciunt, quæ exaduerſo allegantur ex Surd.
conſ. 135. lib. 1. Nam qno ad veritatem eo-
23 rum, quæ ipſe ſcribit, † ſufficit reſponſio,
quod in eodem caſu contrarium firmarunt
Natt. conſ. 456. & Silnan. conſ. 58. Ideo magis
eſt ſtandum iſtis conſulentibns, quam Snrd.
cum etiam ex lectura conſiliornm appareat,
quod meliores rationes adſunr pro recogni-
tione feudi, de quo ibi tractabatur.
Sed quidquid ſit de prædictis, ſatis eſt, qnod
Idem Surd d. conſ. 135. n. 21. vſqne ad 24.
24 apertè concludit, † qnod recognitio per ali-
quem facta de bonis feudalibus operatnr, vt
illa efficiantur ſendalia, etiam quod iſta
bona alias fuiſſent libera, & allodialia, exem-
plo recognoſcentis aliquam rem tanqnam
emphyteoticam, qni ſibi præiudicat per hn-
iuſmodi recognitionem, ita vt illa in poſte-
rum habenda ſit pro emphyteotica, non
ſolum in præiudicium recognoſcentis, ſed
etiam hæredis, & ſingularis ſucceſſoris Aim.
in conſ. pro gener. n. 429. & 431. & conſ. 29.
n. 1. Roland. conſ. 2. n. 109. cum ſeq. lib. 1.
Et quidem hoc fundamentum recognitionis
appellat validiſſimum Idem Snrd. d. conſ. 135.
25 n. 105. verſ. dnodecimnm quoque. lib. 1. † Sed
quia ibidem cona ur illud euitare adducen-
do quaſdam limitationes, quæ exadnerſo
omnes adducuntur in caſu noſtro, Ideo vi-
dendum eſt an illæ applicentur ad facti ſpe-
ciem, de qua agimus, ad hoc, vt ex eis poſ-
ſit iuridice firmari bonum ius eccleſiæ.
Et quidem limitatio adducta, quod recognitio
non continens cauſam nihil operatur, prout
26 dicitur de confeſſione, Non facit ad rē, † quia
in caſu noſtro adeſt cauſa, vt in inſtrumento
exhibito, & licet illa nou adeſſet, Tamen
ſtante obligatione camerali per recognoſcē-
tem, ſeu confitentem facta, & ipſius inra-
mento, recognitio eſt valida, & de iure ſub-
ſiſtit etiam ſi fiat abſque aliqua cauſa Galleſ.
de obligat. camer. particul. 4. q. 1. n. 13. alias
in nou. impreſſ. eſt q. 17. fol. 88. & ibid. per
Addentes n. 94. vſque ad 100. allegantur
multæ deciſ. Rot. coram Vbald. Lancellott. &
alijs, quę ſunt poſitæ ibid. per extēſum deciſ.
104. n. 5. & deciſ. 82. n. 3. Mancin. de iuram.
p. 4. effect. 24. n. 1. poſt Abb. in c. ſi cautio. &
ibi Felin. n. 25. de fid. inſtrnment.
Idem dicitur de alia limitatione, qnod reco-
27 gnitio non acceptata nihil operetur, † vt per
Surd. d. conſ. 135. n. 115. Quia in caſu no-
ſtro fuit illins vigore pluries actum, & ſic
conſtat de acceptatione, Quamuis neque
illa requireretur, cum ſimus in eccleſia, in
quam ex ſolo contractu transfertur domi-
28 nium, † & Deus pro ea acceptat Schrader.
de fend. p. 5. c. 5. n. 12. Rol. conſ. 2. n. 110.
& 111. lib. 1. cum alijs ſupra adductis n. 12.
& 13. vbi etiam fuit additum, quod nota-
rius ſtipulatur, & acquirit abſenti propter
29 clauſulam pro intereſſe habentibus, † cuius
ratione datur actio Roman. conſ 32. n 7.
col. 3. in fin. & ibi Mandoſ. in verb. compe-
tit. Curt. Iun. conſ. 93. n 8. iuxta l. ſeruo le-
gato. §. ſi teſtator. ff. de legat. 1. l. aurelius.
§. penult. ff. de liber. legat. l. peto. §. 1. ff. de
legat. 3. l. ſi filins. §. ſi papinianus. ff. famil.
erciſc. Iaſ. in l. ſtipulatio. §. alteri. n. 7. ff. de
verb. obligat. Itaut ex tali ſtipulatioue no-
tarij acquiratur ius omnibus abſentibus,
quorum intereſt etiam abſque aliqua ceſſio-
ne Natt. conſ. 534. n. 8. Corn. conſ. 139. n. 6.
lib. 3. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 97. n. 3. & ibi
latè Bertram. in addit. n. 6. vſque ad 9.
Quod etiam eſt dicendum de altera limitatio-
30 ne, quod recognitio non nocet tertio, † Quia
intelligitur de illo tertio, qui nō habet can-
ſam à recognoſcente, cui nou debet præin-
dicare, ſecus in caſu noſtro, in qno emptor
vineæ habet cauſam à recognoſcente, tunc
enim recognitio cedit damno illius, vt di-
ctum eſt ſupr. n. 14. & latè declarat Aim.
in conſ. pro gener. n. 431. & 432. & admittit
etiam Snrd. d. conſ. 135. n. 23.
Prout idem dicitur de alia limitatione, quod
contra recognitionem poſſit probari error,
31 Quia ſatis eſt, † quod in caſu noſtro, neque
fuit allegatus, ne dum probatus, & ita etiam
ſupponit talem probationem Surd. conſ. 135.
n. 120. & 121. lib. 1. licet interim non retar-
32 detur executio, † niſi eſſet error clarus, &
apertus Cardin. Seraphin. deciſ. 705. n. 3.
Theſaur. deciſ. 26. n. 14. & 15.
Alia, quæ dicnntur de non probatione identi-
tatis, ſunt ſublata in facto, vbi recenſentur
verba præciſa inſtrumentorum exhibitorum
in qnibus conſtat de eiſdem confinibus deſi-
33 gnatis, † & ſatis eſt, quod verificentur duæ
demonſtrationes, qnamuis etiam aliæ non
conuenirent l. pennlt. §. paterfamilias. ff. de
legat. 3. Bart. in l. demonſtratio falſa. q. 7.
n. 24. ff. de condition. & demonſtrat. Alex.
conſ. 73. n. 4. & 7. lib. 3. Socin. conſ. 89. n. 9.
lib. 1. Ruin. conſ. 50. n. 12. lib. 1. Menoch. de
arbitrar. caſ. 105. n. 12. & ita omnes tenere
dicit Surd. conſ. 44. n. 15. vſque ad 20. lib. 1.
Præterea obſeruandum eſt, quod non adeſt ſola
recognitio in caſn noſtro, ſed etiam pro-
miſſio ſoluendi landemium communibus ex-
penſis, cnm declaratione, & obligatione ex-
preſſa, qnod vinea non eſt deuoluta occaſio-
ne canonum non ſolutorum, ex quibus om-
nibus magis colligitnr probatam eſſe rem
34 emphyteoticam ad fauorem eccleſiæ, † ma-
ximè

ximè ad effectum exactionis canonis, non deuolutionis *Rot. coram Card. Sacrato Romana vinea. 30. Martij 1612. quæ eſt deciſ. 400. n. 6. vſque ad 9. p.1. in recentiorib. & coram R. P. D. Manzanedo Romana pratenſa deuolutionis. 28. Iunij 1610. quæ eſt deciſ. 249. n. 2. cum ſeq. p. 1. in recentiorib.* vbi allegantur concordantes deciſiones, & dictum eſt *ſupr. n. 1. & 2.*

Maximè ſtantibus multis adminiculis ſuperius
35 adductis, † & præſertim depoſitione teſtis, qui pluries canonem petitum pro eccleſia exegit, cui magis credendum eſt tanquam de facto proprio deponenti *Aim. conſ. 73. n. 30. & conſ. 178. n. 7.* vbi quod fortius probat, quam alius *Cephal. conſ. 538. n. 47. lib. 3. Gabr. conſ. 31. n. 7. lib. 1. Ludou. concluſ. 70. col. penult. verſ. intellige & declara quinto. Menoch. conſ. 98. n. 18. lib. 1.* & dictum eſt *ſupr. n. 7. & 17.*

Præſertim, quia iſtæ præſumptiones, & coniecturæ, quæ pro eccleſia exiſtunt, ſi addantur teſti deponenti de facto proprio, faciunt, vt
36 non ſolum magis probet, quam alius, † ſed etiam quod inducat plenam fidem *Aim. conſ. 491. n. 11. Caputaq. deciſ. 267. p. 3. Rot. coram Card. Mantic. Romana pratenſa penſionis domus. 22. Iunij 1587.* quæ in impreſſ. eſt *deciſ. 6. n. 10.*

Et ideo benè, & doctè D. exaduerſo ſcribens fundauit opinionem ſuam in ſola recognitione, quam inquit ſolam non ſufficere, tanquam eſſet nimis durum condemnare poſſeſſorem ad ſolutionem canonis abſque alia certiore probatione iuris eccleſiæ compe-
37 tentis. † ſi enim eidem fuiſſet præſuppoſitum extare depoſitionem teſtis de facto proprio, obligationem laudemij ſoluendi communibus expenſis, cum alijs probationibus pro eccleſia factis, pro ea ſcripſiſſet, cum non adſit ſola recognitio, ſed vlterior probatio, quæ etiam ſufficeret ad effectum declarandi caducitatem, ne dum ſolutionis canonis *Rot. deciſ. 406. per tot. p. 1. in recentior.*

Neque obſtat, quod iterum opponitur de vinea vendita Aduerſario abſque vlla expreſ-
38 ſione oneris canonis ſoluendi, † Quia hoc non præiudicat eccleſiæ, cum ei ſatis ſit habere inſtrumentum recognitionis factæ per auctorem eiuſdem Aduerſarij, quæ illum ligat, ſicut ligauit recognoſcentem, tanquam ab eo cauſam habeat *Aim. in conſ. pro gener. n. 431. & 432. Benedict. in c. raimutius. in verb. & vxorem nomine adelaſiam. n. 446. & 450. de teſtam. poſt Abb. in c. cum olim. notab. 8. de cenſib.*

Et ſufficit Aduerſario emptori, cui venditor
39 non denunciauit huiuſmodi onus, † quod breui manu fiat executio contra eumdem venditorem pro euictione promiſſa iuxta formam inſtrumenti ad inſtantiam dicti emptoris, prout debet fieri abſq; alia dilatione, & proceſſu in culpam reticentis tale onus, vt dictum eſt *ſupr. n. 16.* quibus additur *Aim. conſ. 112. n. 11. Guid. Pap. deciſ. 105. ſi vaſallus. n. 1. Grammat. conſ. ciuil. 151.*

Neque propter ceſſationem ſolutionis canonis per ſpatium 40. annorum contra eccleſiam eſt inducta aliqua præſcriptio libertatis,
40 prout exaduerſo prætenditur, † cum requiratur etiam interuerſio poſſeſſionis domini, non admittendo ipſum, prout eſt verior opinio, quidquid *Aim. conſ. 57. n. 8.* & alij malè contrarium ſentiant, Nam cum Dominus poſſideat ciuiliter, dum emphyteuta naturaliter poſſidet, nulla datur præſcriptio con-
41 tra eum, † qui rem ſuam in ſuis bonis detinet, tanquam non poſſit dici deperditum, quod retinetur *l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. manum. non lic. c. examinata. de iudic.* &
42 ita in ſpecie † notat *Gloſ. in l. competit. 6. in verb. conamen. in fin. C. de præſcript. trig. vel quadrag. annor. Bald. in l. male agitur. n. 8. C. eod. tit. poſt Speculat. de locat. §. nunc aliqua. q. 44. n. 55. Ang. in l. iubemus. in princ. C. de fund. patrimonialib. lib. 11. Iaſ. in l. 2. n. 156. C. de iur. emphyt. Bero. conſ. 114. n. 7. lib. 1. Corbul. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. limitat. 31. n. 1. verſ. ſed contrarium. fol. 490. Guid. Pap. & ibi Addit. q. 416. & 412. Curt. Iun. conſ. 60. n. 14. vſque ad 18.* cum alijs per *Gaſpar. Anton. Theſaur. in addit. ad deciſ. Theſaur. 179.*

Maximè, quia in iſta quadragenaria præſcri-
43 ptione requiritur ſcientia Domini, † cum illius patientia, nam alias poſſeſſio non ſoluendi non diceretur acquiſita illi priuato volenti præſcribere, vt latè poſt multos relatos concludit *Peregrin. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 28. Curt. Iun. conſ. 60. n. 17. poſt Alex. conſ. 136. in cauſa. col. 6. lib. 2.*

Præterea dato, & non conceſſo, quod dicta quadragenaria ſufficeret ad conſequendam liberationem canonis, Tamen quando ſumus in emphyteuta ceſſante ſoluere canonem per dictum tempus, qui eſt illemet, qui aliquando recognouit emphyteuſim à domino,
44 tunc eſt indubitata opinio, † quod talis nunquam præſcribit propter malam fidem, quãuis eſſent elapſi mille anni, ne dum quadraginta *c. poſſeſſor malæ fidei. de regul. iur. in 6. c. vigilanti. & c. ſi diligenti. & c. veniens. de præſcriptionib.* latè *Aim. conſ. 146. n. 1.*
45 *vſque ad 7.* † & ita in ſpecie diſtinguit concordando opiniones *Corbul. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. limit. 31. n. 1. in fin. verſ. tu pro veritate. fol. 490. poſt Balb. de præſcription. 4. par. 4. par. princip. q. 8. Tiraq. eod. tit. de præſcript. §. 1. gloſ. 12. ante fin. fol. 98. Bero. conſ. 114. n. 27. lib. 1. Caſtr. conſ. 213. viſo puncto ſupraſcripto. n. 2. verſ.*
46 *pari ergo ratione. lib. 2.* † Quod etiam ampliatur ad ſucceſſorem, cui obſtat mala fides auctoris, vt per *Corbul. d. limit. 31. n. 3. Gabr. de præſcript. concluſ. 5. n. 1. cum ſeq. Tiraq. d. gloſ. 12. ad fin.*

Con-

Contrariæ autem procedunt in extraneo, qui
non recognouit emphyteuſim à Domino, &
poſſedit talem rem ſemper vti liberam, &
47 propriam, & titulo pro ſuo, † tunc enim ſi
talis poſſedit huiuſmodi rem, & ceſſauit per
quadraginta annos ſoluere canonem, quem
non ſciebat eſſe debitum, præſcribit liberta-
tem *Bero. conſ. 114. n. 27 lib. 1. poſt Speculat.
de locat. §. nunc aliqua. q. 44. in fin. Corbul.
d. limit. 31. n. 3. verſ. aut vero is qui ceſſauit.
fol. 490. Tiraq. d. §. 1. gloſ. 12. ad fin. Caſtr.
conſ. 213. col. 2. in princ. lib. 2.*

De mala autem fide clarè conſtat, ſtante ſcien-
tia recognoſcentis, qnod res erat emphyteo-
48 tica, † prout paſſim probatur adeſſe malam
fidem, quando quis ſcit rem ad alium per-
tinere in totum, vel in parte *l. fin. vbi Bart.
C. vnd. vi. Bald. in l. poſt ſententiam. col.
penult. verſ. extra gloſam.* C: *de ſentent.
Aim. conſ. 146. n. 1.* iuxta *c. ſi virgo. in
fin. 34. quaſt. 2.*

Et quo ad canones futuros omnes concordant
49 non dari præſcriptionem † *Bald. in l. male
agitur. n. 5. C. de praſcript. trig. ann. Theſaur.
decis. 114. & decis. 179. n. 5. in fin. &
ibi Addit. in fin. poſt Iaſ. in l. 2. n. 72. & 156.
C. de iur. emphyt.*

Ceſſante igitur præſcriptione libertatis ſoluēdi
canonem, remanent firma iura eccleſiæ, cui
non obſtat, quod iterum opponitur de ab-
ſentia, quando fuit facta recognitio, cum
vltra ſtipulationem notarij pro intereſſe ha-
bentibus, & alia adducta *ſupr. n. 12. & 13.*
13 ſimus in perſonis † ad quas dominium tran-
ſit ipſo iure abſque aliqua traditione, vt in
Eccleſia, Hoſpitali, Ciuitate, locis pijs, Prin-
cipe, & ſimilibus concludit *Valaſc. de em-
phyteuſ. q. 9. n. 19 poſt Meneſ. in l. cum fal-
ſa. verſ. ſecunda concluſio. C. de iur. & fact.
ignorant.* iuxta *Bart. in l. fin. n. 9. vbi Caſtr.
n. 8. Iaſ. n. 15. C. de ſacroſan. eccleſ.*

Non obſtantibus omnibus ſupra allegatis, ſe-
cundus Iudex reuocauit ſententiam primi
Iudicis, & vlterius conceſſit mandatum de
manutenendo parti aduerſæ, quamuis eccle-
ſia eſſet in poſſeſſione, quod tamen non po-
terat fieri, cum idem primus Iudex proceſ-
ſerit ſeruatis ſeruandis ad immiſſionem poſ-
ſeſſionis vineæ, de qua agimus ad fauorem
51 eiuſdem eccleſiæ, † cui fuit acquiſita dicta
poſſeſſio tanquam capta de mandato Iudicis,
per quem priuatur poſſeſſor ſua poſſeſſione
abſque alia eiectione *Ang. in l. qui vniuer-
ſas. §. item cum prætor. in fin. & in l. clam
poſſidere. §. qui ad nundinas. n. 21. in fin.
ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. decis. 269. n. 3. ad
med. p. 1. in recentiorib.*

Vnde licet ſecundus Iudex reuocauerit eam-
dem ſententiam ad fauorem Aduerſarij, non
tamen ei potuit dare mandatum de manute-
52 nendo, † quia tunc illud conceditur, quan-
do primus Iudex nulliter, & iniuſtè proceſ-
ſiſſet ad immiſſionem, nam propter talem
iniuſtitiam, & nullitatem non priuaſſet an-
tiquiorem poſſeſſorem, qui ideo erit manu-
tenendus, tanquam non dicatur ſpoliatus
facto Iudicis nulliter procedentis *Rot. coram
R. P. D. Andrea Mediolanen beneficij. 10.
Martij* 1614. & *Beneuentana bonorū. 4. Maij*
1615. *quæ eſt decis. 674. n. 1. par. 1. in recent.*

Verum talis iniuſtitia, & nullitas debet eſſe pa-
tens, & notoria, itaut nulla ratione poſſit
53 velari, † tunc enim ſi non ſit talis, non datur
remedium poſſeſſorium aduerſus ſententiam
Iudicis procedentis ſeruatis ſeruandis *Abb.
in c. cum cauſa. n. 4. verſ. ſecus. de offic. de-
legat. Aim. conſ. 5. n 8. & conſ. 302. n. 2. in
princ. Card. Seraph. decis. 867.* latè *Rot. co-
ram Card. Sacrato Romana de Bombellis. 31.
Maij 1613. & coram R. P. D. Caualerio
Nepeſina laudi. 13. Februarij 1615. quæ eſt
decis. 646. n. 1. & 2. p. 2. in recentior.*

Et ſi daretur manutentio ſtatim, quod vnus Iu-
dex reuocat ſentētiam alterius, eſſet magnus
54 circuitus, qui eſt euitandus, † ideo rectè ſo-
lum deuenitur ad iſtum actum manutentio-
nis, quando adeſt nullitas, & iniuſtitia noto-
ria, per quam dicitur Iudex proceſſiſſe tan-
quam priuatus, quare illius ſentētia non at-
tenditur, ſecus quando poteſt aliqua ratio-
ne comprobari *Franc. in c. dilecto. n. 155. in
fin. de appellation. Felin. in c. inter cæteras.
n. 7. de re iudicat. Rot. diuerſ. decis. 85. n. 3.
& 4. par. 1.*

Iſta autem notoria nullitas, & iniuſtitia ſenten-
tiæ latæ ad fauorem eccleſiæ non probatur,
& parti Aduerſæ incumbit talis probatio,
Immo ex multis ſuperius adductis in hac
cauſa apparet de manifeſto grauamine Iudi-
cis, dum nulla ratione ſubſiſtente reuocauit
55 ſententiam latam ad fauorē eccleſiæ, † Quare
non eſt attendenda illius manutentio tan-
quam non ritè, & rectè data *Put. decis. 362.
& decis. 183. n. 2. p. 2. Rot. decis. 700. n. 7. in
fin. p. 1. in recentior.*

In huiuſmodi cauſa Iudex, cum non potuerit
ſatisfacere eccleſiæ, & eius deputatis, voluit
tamen exemplo Dominorum Auditorum
Rotæ facere deciſionem, eamq. illis dare,
vt eſſent certificati de rationibus, propter
quas contra eccleſiam iudicauit, quam de-
ciſionem imprimendam cenſui; vt poſſit co-
gnoſci, quæ partium meliora iura foueat,
prout lectorem talis cura tanget; Tenor ve-
ro deciſionis talis eſt videlicet.

In caſu, de quo agitur, probatio eccleſiæ vide-
tur ſatis obſcura, cum enunciatiuæ etiam
ad eius fauorem non probēt in ſpecie *Guid.
Pap. q. 24.* nec adſint vlla adminicula; cum
vnicus teſtis nō probet *vulg. l. vbi numerus.*
& quidquid ſit dicendum in materia poſſeſ-
ſoria, vt pro affirmatiua tenent relati in
conſ. Surd. 73. in princ. intelligendum eſt
de ſummarijſſimo, vt idem *Surd. d. conſ.
n. 36.* & quatenus affirmatiua eſſet tenenda,
euitari non poteſt, quin teſtis debeat eſſe

omni

omni exceptione maior, & etiam in actis fuerit articulatum, & probatum legitimè de eius legalitate, vt multi tenent relati ab eodem *Surd. n.37.* & etiam agereretur de modico præiudicio *Ceph. conſ.438. n.50. & ſeq.*

Præterea non deponit de exactione tanti temporis, quod ſufficiat, vt tenet *Rot.deciſ.290. n.4. & 400. n.3. p. 1. in recent.* nec oſtendat librum ſuæ exactionis, Quatenus autem intentio eccleſiæ haberet intentionem fundatam, dicitur eam reddi valdè obſcuram ex præſcriptione reorum, dum ex actis elicitur illos per annos 40. ceſſaſſe à ſolutione, & illis excipientibus ſtandum videtur pro poſſeſſione libertatis *Felin.* in ſpecie *in cap. auditis. in fin. in verſ. vnum tamen. de præſcript. Aim. conſ.57. n.8. & 9. in indiuiduo.*

Prædicta deciſio fuit etiam data primo Iudici, qui prius ſententiauit ad fauorem eccleſiæ, & per eum multa fuerunt adducta ad cauſam facientia, inter quæ animaduertit, quod Cidonius modernus poſſeſſor non poſſedit per decennium, prout neque vllibi conſtat, quod eius auctor, qui cauſam habuit à filijs Philippi Scarpellini, poſſederit per decem annos, vnde non intrat aſſerta exceptio præſcriptionis libertatis contra eccleſiam, & eſſet concludenter probandum, quod eccleſia non exegerit, & ex teſte deponente, quod tempore Gregor. XIII. exegit hunc canoně, non ſequitur, quod poſtea non exegerit. Hæc poſui, vt ſatisfacerem primo Iudici, quamuis ſit ex ſuperabundanti, cum ſuperius latè oſtenſum fuerit non eſſe locum dictæ præſcriptioni, & quod non ſumus in ſimplici teſte, ſed de facto proprio cum tot adminiculis coadiuuantibus eius depoſitionem, cum alijs ſupra adductis, vt non poſſit dubitari de canone eccleſiæ debito.

E P I T O M E.

BOna emphyteotica an poſſint donari, & eorum poſſeſſio capi abſque cõſenſu domini. ¶ Conuentio, & conſuetudo an valeat, vt Prælatus teneatur renouare emphyteuſim proximioribus. ¶ Et quando ſit facienda talis renouatio pro eodem pretio, ſeu pro illo, quod contingeret per alios offerri. ¶ Et quid ſtante *Statut. Vrb. c.124. lib.1.* ¶ Et quando illud comprehendat clericos, & perſonas eccleſiaſticas. ¶ Augumentum penſionis quo caſu faciat nouam locationě. ¶ Feudum, ſeu emphyteuſis antiqua renouata an debeat regulari iuxta naturam, & qualitatem illius. ¶ Faciens actum de neceſſitate, ſiue ex pacto, ſiue ex ſtatuto an poſſit aliquid de nouo apponere in præiudicium eius, cui debet fieri conceſſio ſubrogata loco primæ emphyteuſis. ¶ Venditor recuperans rem venditam vigore conuentionis de retrouendendo an habeat illam ex noua cauſa, ſeu antiqua non recipiente nouas conditiones. ¶ Melioramenta an ſint reficienda, ſi fuerint facta, vt propter impotentiam non poſſint refici per eum, qui alias teneretur ad eorum refectionem. ¶ Conſuetudo relocandi bona eccleſię abſque beneplacito an ſit admittenda, etiam quod eſſet eidem eccleſiæ læſiua.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta non poteſt ius ſuum ſine domini conſenſu donando transferre. Contrarium eſt verius. n.3. & 5.*
2 *Verbum transferre quid ſignificet.*
4 *Donatio eſt gratuita declaratio beneuoli affectus erga benemeritum.*
6 *Donatarius non debet ingredi poſſeſſionem rei emphyteotica donata, niſi prius dominus directus conſenſerit. Amplia, vt n.7.*
8 *Ingreſſus poſſeſſionis de mandato Iudicis an ſuppleat licentiam domini.*
9 *Pactum, vt Prælatus teneatur ad renouationem emphyteuſis non eſt validum, & quid in hoc operetur conſuetudo. n.10.*
11 *Relocatio, ſeu renouatio emphyteuſis an ſit facienda per eccleſiam pro eodem pretio, ſeu pro illo, quod contingeret per alium offerri. & n.15.*
12 *Lites ſunt execrandæ, maximè in perſonis eccleſiaſticis.*
13 *Dominus directus, iuxta ſtatutum Vrbis compellitur concedere ſucceſſoribus de eadem genealogia locationes contractus liuellarij, ſi tempore, aut defectu generationis finiantur cum iiſdem conditionibus. & n.16.*
14 *Statuta Vrbis tanquam confirmata à Sede Apoſtolica comprehendunt etiam eccleſiam, & quaſcumque perſonas.*
17 *Statuta non debent eſſe ſuperflua, & quando recipiant interpretationem à iure communi. n. 18.*
19 *Augumentum penſionis facit nouam locationem, ita ut non poſſit dici relocatio.*
20 *Nouus actus dicitur, ſi aliquid addatur, ſeu minuatur actui veteri.*
21 *Renouatio non eſt titulus nouus, ſed prioris continuatio.*
22 *Emphyteuſis antiqua renouata debet regulari iuxta naturam, & qualitatem illius. Idem in feudo. n.23. Amplia vt n.24.*
25 *Faciens actum de neceſſitate non poteſt aliquid de nouo apponere in præiudicium illius, cui debet fieri conceſſio ſubrogata loco primæ emphyteuſis.*
26 *Valet argumentum de pacto ad ſtatutum.*
27 *Venditor recuperans rem venditam vigore pacti de retrouendendo non habet illam ex noua cauſa, ſed antiqua non recipiente nouas conditiones.*
28 *Renouatio emphyteuſis facta lite pendente eſt nulla ipſo iure, & tanquam attentata eſt reuocanda. n.29. & 30.*
31 *Poſſeſſio non eſt capienda per dominum directum*

*ctum non citato emphyteuta, & non ſer-
uatis ſeruandis.*
32 *Melioramenta non ſunt reficienda, ſi fuerint
facta, vt propter impotentiam non poſſint
refici per eum, qui alias teneretur ad illo-
rum refectionem.*
33 *Conſuetudo concedendi, & renouandi res
confraternitatis in emphyteuſim abſque
ſolemnitatibus valet, & eſt obſeruanda.
Declara, vt n. 35.*
34 *Relocatio bonorum eccleſiæ læſiua non eſt fa-
cienda.*

CAP. DCCCCXIII.

OPponuntur multa in huiuſmodi cauſa
Ciuitatis Caſtelli contra donationem
factam Collegio per Olimpiam, quæ tamen
non obſtant ex rationibus adductis in infor-
matione exhibita pro eodem Collegio, qua-
rum replicatio non eſt neceſſaria; Vna ſolum
remanet difficultas quo ad prędium emphy-
teoticum compræhenſum in dicta donatio-
ne omnium bonorum facta Collegio, an
illud potuerit donari abſque conſenſu Re-
1 ctoris domini directi, † & quidem multi te-
nent opinionem negatiuam, quod emphy-
theuta non poſſit ius ſuum ſine domini con-
ſenſu donando trāsferre, vt poſt *Irner. Bart.*
& alios tenet *Sarmient. lib. 8. ſelectar. in-
terpretation. c. 2. n. 3. cum ſeq. Facbin. lib. 3.
controuerſ. iur. c. 97. per tot. Nunnius lib. 3.
var. reſolut. iur. ciuil. tract. 7. par. 2. q. 12.*
iuxta *l. 3. C. de iur. emphyt.* vbi prohibetur
translatio iuris emphyteotici ſine conſenſu
2 domini, † quod verbum transferri etiam
donationem includit, cum etiam donare, ſeu
vendere in hoc æquiparentur *l. cuius. 163.
ff. de regul. iur.*

Verū contraria opinio eſt tenenda, quod immo
licitum ſit emphyteutæ donare ius ſuum
etiam domino non requiſito, Nam licet
prohibeatur vendere abſque illius aſſenſu
3 hoc ideo eſt, † quia in venditione dominus
præfertur, quare eſt requirendus an velit
pro eodem pretio emere *l. 3. C. de iur. em-
phyt.* Quæ ratio ceſſat in donatione, cum illa
ſit gratuita, & declaratio beneuoli affectus
4 erga benemeritum, † quæ non conuenit do-
mino *l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* Maxime;
quia verbum transferre, de quo in *l. 3. C. de
iur. emphyt.* non applicatur ad donationem,
cum ibidem fiat mentio de pretio, ad effe-
ctum, vt dominus præferatur, itaut non poſ-
ſit iſta translatio adaptari, niſi ad venditio-
5 nem, prout in ſpecie per ſupradictas, † & ſi-
miles rationes concludunt omnes in *l. fin.*
vbi *Gloſ. in verb. alijs vendere. Coraſ. n. 9.
Iaſ. n. 54. cum ſeq. C. de iur. emphyt. Clar.
in §. emphyteuſis q. 15.* vbi latè *Io. Harprect.
in addit. n. 1. vſque ad* 8. cum alijs per *Cor-
bul. de cauſ. priuation. ob alienat. irrequiſ.
domin. limit. 13. n. 1. & 2. fol.* 268. vbi am-
pliat in emphyteuſi Principis, & Eccleſiæ
*Bald. in l. ſi domus. §. fin. ff. de legat. 1. Ca-
poll. conſ. ciuil. 8. n. 10. Socin. Iun. conſ. 124.
n. 70. lib. 1. Alex. conſ. 189. n. 13. lib. 2. &
conſ. 17. n. 10. vbi Addit. in verb. donare. lib. 5.*

Prædictis tamen videtur obſtare, quod licet
valeat talis donatio irrequiſito domino, non
valebit tamen ingreſſus poſſeſſionis prædij
emphyteotici donati factus per donatarium,
6 niſi prius faciat ſe inueſtiri, † & renouari
per dominum, cuius conſenſus, quamuis non
requiratur ad effectum validitatis donatio-
nis, nihilominus requiritur ad hoc, vt dona-
tarius approbetur, & licitè poſſit capere poſ-
ſeſſionem bonorum emphyteuſis, alias à iure
ſuo cadit *Alex. in l. ſi domus. §. fin. n. 6. ff. de
legat. 1. & conſ. 189. n. 13. lib. 2. Aret. conſ. 41.
n. 6. Corbul. de cauſ. priuation. ob alienat.*
7 *limit. 13. n. 5.* † vbi ampliat procedere,
quamuis emphyteuſis fuiſſet donata Eccle-
ſiæ *Ruin. conſ. 143. n. 10. lib. 1. Bero. conſ. 120.
n. 5. & conſ. 128. n. 7. lib. 1.*

Et quamuis prætendatur, quod talis ingreſſus
fuerit de mandato Iudicis, quod ſupplet licē-
8 tiam domini † tanquam factum illius ſit fa-
ctum partis *Surd. conſ. 49. n. 1.* Et quod pro-
curator Collegij ingreſſus poſſeſſionem non
poterat illi præiudicare, & quod in omnem
caſum idem Collegium eſſet reſtituendum,
Tamen quidquid ſit de prædictis, iterum ob-
ſtabat, quod renouatio emphyteuſis hodie
non poteſt prætendi, cum Rector dominus
directus declarauerit velle pro ſe retinere
9 huiuſmodi prædium emphyteoticum, † itaut
nec valeat pactum, quod Prælatus teneatur
ad talem renouationem faciendam, cum non
poſſit dici euidens vtilitas Eccleſiæ, ſi poſſet
compelli ad renouandum, tanquam ex hoc
emphyteuſis eſſet perpetua, quæ eſt ſpecies
alienationis prohibitæ, prout voluit *Rot. co-
ram Card. Mantic. deciſ. 10. n. 1. vſque ad 5.
& n. 14. Caputaq. deciſ. 303. par. 1. Ruin.
conſ. 152. n. 3. & 4. lib. 1.* dixi latè *ſupra
c. 813. n. 35.*

Amplius neque obſtaret, quod Eccleſia eſſet
10 ſolita renouare, & denno reinueſtire, † Quia
talis probatio non releuaret, niſi etiam pro-
betur conſuetudo, quod non poſſit pro ſe
retinere, tanquam non ſufficiat adeſſe con-
ſuetudinem generalem, niſi etiam adſit ſpe-
cialis in caſu, de quo agitur *Aim. conſ. 96.
n. 4.* & in propoſito noſtro notat *Cardin.
Mantic. d. deciſ. 10. n. 10.*

Et quatenus eſſet facienda relocatio, tamen
poſſet dubitari an deberet fieri pro eodem
11 pretio, † vel pro illo, quod contingeret per
alium offerri, iuxta ea, quæ adducuntur per
*Rot. coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. & 5. per
tot. de reb. eccl. non alien.* cum alijs de qui-
bus *ſupr. c. 813. n. 37. vſque ad* 40. Ideo
ſtantibus prædictis conſulerem concordiam
ad effugiendas ſupradictas difficultatis, & ne
12 immoremur in litibus, † quæ ſunt execrādæ,

maximè in perſonis eccleſiaſticis, & regula-
ribus *c. fin. de dol. & contumac. Menoch.
conſ.* 80. *n.* 48. *lib.* 1.
In prędictis tamen obſeruandum eſt, quod ſtãte
Statut. Vrb. c. 124. *lib.* 1. *in nou. & c.* 130. *in
antiq.* relocatio, ſeu renouatio emphy-
teuſis deberet fieri pro eodem pretio annuæ
præſtationis, ſeu canonis iuxta primam con-
ceſſionem, prout alias dicebam in cauſa
13 Romana emphyteuſis ſeu relocationis, † cum
in eodem ſtatuto clarè diſponatur, quod Do-
minus directus omnino ſit compellendus re-
locare, & concedere ſucceſſoribus de eadem
genealogia, & ſanguine locationes ad cer-
tam generationem contractus emphyteoti-
ci, & liuellarij, ſi tempore, aut ex defectu
generationis finiantur iiſdem pactis condi-
14 tionibus, & tenoribus, † quod ſtatutum tan-
quam confirmatum à Sede Apoſtolica com-
prehendit etiam eccleſiam, & quaſcumque
perſonas *Gozad. conſ.* 86. *Rot. coram R.P.D.
Oradino Fanen. bonorum.* 16. *Octobris* 1562.
Caputaq. deciſ. 304. *ad med. p.* 1. & ita etiam
reſoluit *Rot. in huiuſmodi cauſa Romana
relocationis coram Card. Sacrato.* 2. *Decem-
bris* 1609. vbi allegantur concordantes de-
ciſiones, & licet *ibid. in fin.* dicatur adfuiſſe
contradictionem, tamen ſatis eſt, ita fuiſſe
concluſum, & obtentum, & nihil hucuſque
deciſum contrarium, prout non eſt aliter re-
ſoluendum, vt per *Rot. diuerſ. deciſ.* 452. *n.* 1.
p. 1. *& coram R. P. D. Marquemontio Ro-
mana ſeparationis thori.* 2. *Decembris* 1605.
*& coram R. P. D. Pirouano Romana Sal-
uiani interdicti.* 10. *Februarij* 1612. *quæ eſt
deciſ.* 380. *in princ. p.* 1. *in recent.*
Neque obſtat, quod renouatio ſit facienda pro
eiſdem conditionibus, pro quibus reperitur
res locari tempore renouationis faciendæ,
15 non pro conditionibus † adiectis in primo
inſtrumento locationis *Rip. in l.* 1. *col.* 3. *poſt
princ. n.* 13. *verſ. quinto intellige. ff. de priuil.
creditor. Gabr. de iur. emphyteot. concluſ.* 1.
in fin. n. 28. *Caputaq. deciſ.* 304. *in princ.*
16 *par.* 3. † Quia prædicta procedunt de iure
communi, ſecus ſtante ſtatuto, quod clarè
diſponit de relocatione facienda cum eiſ-
dem pactis, conditionibus, & tenoribus, vn-
de erit intelligendum de ſolitis, & antiquis
conditionibus, cum alias eſſet ſuperfluum,
17 & nihil adderet † iuri communi *l. ſi quando.
ff. de legat.* 1. *c. ſi papa. de priuileg. in* 6. *Ro-
man. conſ.* 44. *n.* 6. Quamuis enim ſtatuta re-
cipiant interpretationem à iure communi
18 *Gloſ. in c. cum dilectus. de conſuetud.* † Ta-
mẽ hoc habet locum in ſtatutis correctorijs
iuris communis, vt minus illa lædantur *Iaſ.
in l. non dubium. n.* 31. *C. de legib.* cum
alijs per *Gail. obſeruat.* 33. *n.* 9. *lib.* 2. *Rot.
deciſ.* 21. *n.* 2. *p.* 1. *in recentiorib.*
Maximè, quia ſi augeretur penſio, non eſſet re-
19 locatio, † ſed noua locatio ob nouas illius
qualitates maioris penſionis, & diuerſita-
tem tenoris, & ob grauiora pacta circa de-
uolutionem, & ſimiles conuentiones, adeo vt
propter iſtas qualitates adiectas eſſet diuer-
ſa diſpoſitio, & in alia ſpecie repoſita, de
qua ſtatutum nõ loquitur, cum ſolum diſpo-
nat de eiſdem conditionibus, pactis, & teno-
ribus, quæ nunquam poſſunt dici eadem pa-
20 cta, † quando veteri inſtrumento aliquid ad-
ditur, ſeu minuitur, ſed in totum noua res,
& nouum inſtrumentũ, & nouus actus *c. præ-
terea. inſtitut. de inutilib. ſtipulat. Alex. conſ.*
21. *n.* 2. *lib.* 2. *Socin. conſ.* 27. *col.* 4. *in princ.
lib.* 1. *Curt. Sen. conſ.* 43. *in fin. Butr. &
Anan. in c. iudæi. de iudæis. Menoch. conſ.*
104. *n.* 37. *lib.* 1. *Tiraq. de retract. conſang.
§.* 1. *gloſ.* 18. *n.* 55. *& §.* 29. *gloſ.* 1. *n.* 6. *Surd.
conſ.* 202. *n.* 8. *&* 9. *& conſ.* 179. *n.* 40. *&* 41.
eod. lib. & conſ. 34. *n.* 42. *&* 43. *lib.* 1. Et in
propoſito noſtro latè *Card. Seraphin. deciſ.*
1362. *n.* 3. *poſt Bald. in l.* 4. *in princip. vbi
Alex. n.* 9. *ff. de damn. infect. Dec. in l. le-
cta. n.* 12. *ff. ſi cert. petat.* & ita etiam in ter-
minis iuris communis loquuntur omnes alij
exaduerſo allegati, prout *Honded. conſ.* 52.
n. 59. *cum ſeq. & alij, de quibus. Gabr. concl.*
1. *n.* 28. *de iur. emphyt.*
Et cum ſimus in renouatione, & reſponſione
facienda iuxta formam ſtatuti, non eſt ali-
21 quid addendum, † tanquã renouatio non ſit
titulus nouus, ſed prioris tituli continuatio
Curt. Sen. conſ. 48. *n.* 48. *in fin. Valaſc. de
iur. emphyt. q.* 11. *n.* 15. *in fin. Gamma. deciſ.*
222. *n.* 7. *poſt Bald. in c.* 1. *§. inſuper. in fin.
de prohibit. feud. alienat. per federic. Cald.
de renouat. emphyteuſ. quæſt.* 3. *n.* 1. *vſque
ad n.* 6. *lib.* 1.
Cum igitur non dicatur noua emphyteuſis, ſed
antiqua, regulari debet iuxta conuentiones
22 antiquæ, † & ſecundum naturam, & quali-
tatem illius *Bart. in l. ſi mihi & titio. vbi
Alex. col.* 6. *ff. de verb. obligat. Bald. in
l. vnic. q.* 11. *C. quand. non petent. part. Bero.
conſ.* 161. *n.* 13. *lib.* 1. *& conſ.* 69. *n.* 16. *eod. lib.
Crot. conſ.* 18. *n.* 1. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 53. *placet
mihi. n.* 2 *verſ. & iſtam rationem. col.* 2. vbi
in ſpecie loquitur de iſtis renouationibus, &
relocationibus, quæ debent fieri proximio-
ribus ob lineam finitam, quæ non dicuntur
nouæ conceſſiones, ſed antiquæ iuxta doctri-
nam *Bart. in d. l. ſi mihi. & titio. in fin.*
Idem etiam eſt in feudo, quod quando renoua-
tur, non dicitur nouum feudum, ſed anti-
23 quum, † & regulatur iuxta conditiones an-
tiquas *c.* 1. *de vaſall. decrepit. ætat. Bart. in
l. ſi mihi & titio. vbi Iaſ. n.* 12. *de verb. obli-
gat. Roman. conſ.* 315. *n.* 1. *Alex. conſ.* 30. *n.* 5.
& 6. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 53. *placet mihi. n.* 2. *&* 3.
Socin. conſ. 100. *n.* 11. *lib.* 3. *Cald. de renouat.*
24 *emphyt. q.* 3. *lib.* 1. *n.* 2. † vbi ampliat, quam-
uis in renouatione adſint illa verba de nouo
concedimus *Affl. in tit. hic finitur lex feder.
notab.* 6. *n.* 41. *Miſinger. obſeruat.* 94. *cen-
tur.* 2. *n.* 2.

Ad-

Digitized by Google

Addicur, quod iſta conceſſio non debet fieri ex
libera voluntate concedentis, ſed ex neceſ-
ſitate vigore ſtatuti compellentis dominum
ad relocationem faciendam, vnde non poteſt
reputari noua emphyteuſis, neque noua ac-
25 quiſitio, † & per conſequens non poſſunt al-
terari pacta, ſed ſtandum eſt illis, de quibus
in prima conceſſione, tanquã faciens actum
de neceſſitate non poſſit aliquid de nouo ap-
ponere in præiudicium illius, cui debet fieri
talis cõceſſio ſubrogata loco primæ emphy-
teuſis, vt in ſpecie concludit *Dec. conſ. 53. placet mihi. col. 2. in princ. verſ. ſecundo hoc confirmatur. n. 2.* qui licet loquatur quando
adeſſet conuentio, Tamen ſtante neceſſitate
26 ſtatuti idem eſt dicendum, † cum valeat argu-
mentum de eo ad pactum *Gloſ. in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & in l. non ſolum. §. fin. in verb. haredis. in princ. ff. de non. oper. nunciat. Bart. Bald. & Salic. in l. vlt. C. de fideiuſſor. Euerard. loc. argument. 119. de pact. ad leg. ſtat. & conſuetud. n. 1. cum ſeq.*

Exemplo eius, quod dicimus de vendente cum
27 pacto de retrouendendo, † ſi enim venditor
recuperat rem venditam vigore iſtius con-
uentionis, non reputatur noua acquiſitio, ex
quo emptor cogebatur retrouendere, adeo
vt talis neceſſitas faciat, quod res recuperata
non dicatur ex noua cauſa eſſe apud vendi-
torem, ſed ex antiqua non recipiente aliqua
noua pacta, nec conditiones nouas, ſed eam-
dem qualitatem antiquam *Bart. in l. diem. col. 1. verſ. tota die contingit. ff. de aqu. pluu. arcend. & in l. ab emptione. in princ. verſ. ex hoc nota. ff. de pact. & in l. ſequitur. §. item labeo. ff. de vſucap. Dec. conſ. 53. placuit mihi. col. 2. poſt princ. verſ. ad hoc bene facit. n. 2. & ibid. Add in verb. noua. in princ.* & latius notat *Idem Dec. conſ. 88. pro tenui facultate. n. 3.*

Amplius neque conſtat, quod fuerit conceſſa
huiuſmodi emphyteuſis ad fauorem alterius
28 pro maiori penſione, † Nam conceſſio, quæ
exaduerſo prætenditur facta de anno 1601.
eſt nulla, & inualida tanquam celebrata per
tres annos poſt litem, de qua agimus, intro-
ductam de menſe Decembris 1598. vnde eſt
attentata, & reuocanda, cum offendatur ne
dum pars, ſed ipſa lex, quæ prohibet, vt
lite pendente nihil innouetur *tot. tit. vt lit.*
29 *pend. Caputaq. deciſ. 57. n. 2. p. 1.* † & de ſi-
milibus conceſſionibus nulliter factis per
eccleſiam, & dominos directos lite pendente
Rot. deciſ. 74. n. 2. par. 1. in recentiorib. poſt Caſtr. conſ. 72. in cauſa appellationis. n. 2. lib. 1. Gabr. de iudic. concluſ. 4. n. 24. Felin.
30 *conſ. 32. n 12. cum ſeq.* † vbi quod tales in-
ueſtituræ ſunt ipſo iure nullæ, iuxta *§. 1. verſ. vacantibus & nullam vim habentibus. auth. in med. lit. non fier. ſacr. form. aut ſacr. iuſſion. ſed ſecund. antiq. leg.*

Cum etiam poſſeſſio capta per Confraternita-
tem fuerit ſpoliatiua tanquam occupata au-
ctoritate propria ſtatim poſt mortem Roc-
chi, non auditis eius filiabus, nec illis cita-
tis, ſed de facto expulſis, quod tamen non
poterat fieri abſque vitio attentati, & ſpo-
31 lij, † ſtante præſertim retentione, quæ eiſ-
dem filiabus competebat pro relocatione
facienda vigore ſtatuti, cum etiam in prima
conceſſione nullum adſit pactum de ingre-
diendo poſſeſſionem auctoritate propria fi-
nita emphyteuſi, vnde magis requirebatur
citatio, & auctoritas iudicis, & erat auocan-
da poſſeſſio ſeruatis ſeruandis, & præuijs re-
medijs iuris *Caſtr. conſ. 68. in caſu. lib. 2. Affl. deciſ. 97. & in c. 1. §. ſancimus. col. 2. quo tempor. mil. Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 60. Iaſ. in l. 2. n. 11. C. de iur. emphyt. Gu d. Pap. quæſt. 107. n. 1. Socin. conſ. 167. n. 4. lib. 2.*

Ex quibus etiam tollitur prætenſio meliora-
mentorum, quæ dicuntur facta in domo à
nouo emphyteuta inueſtito per Confrater-
nitatem, Quia vltra, quod de illis non con-
ſtat, ſatis eſt, quod omnia fuerunt geſta lite
pendente, & imputandum eſt Confraterni-
32 tati, † quæ curauit illa fieri, vt conſtat ex
inſtrumento de quo in *ſummar. n. 4.* non
ſine ſuſpicione ad reddendas filias Rocchi,
quibus debebatur renouatio, magis difficî-
les ad recuperandam domum ob impoten-
tiam illa reficiendi, quo caſu non debentur
l. in fundo. ff. de rei vendicat. l. ſi ſeruos. de pignorat. act. Bald. conſ. 303. lib. 1. & conſ. 116. col. 2. eod. lib. cum alijs per *Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 5. poſt Alber. in l. intra vtile. §. 1. ad fin. ff. de minorib. Çagnol. in l. 1. n. 70. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Marzar. de fideicommiſſ. q. 66. in fin.* Quamuis hoc dictum ſint ex abun-
danti, cum de prædictis non ſit modo diſpu-
tandum tanquam ſint extra dubium.

Minus obſtat, quod non poſſit per Confrater-
nitatem fieri talis relocatio abſque ſolemni-
tatibus, & beneplacito Apoſtolico, Quia in
huiuſmodi cauſa iam fuit præſuppoſitum
dictam Confraternitatem eſſe ſolitam alie-
nare abſque tali beneplacito, & conſtat ex
infinitis conceſſionibus factis ſine aliqua ſo-
33 lemnitate, † vt in *ſummar. n. 8.* & quam-
uis exaduerſo dentur aliquæ notæ inſtrumẽ-
torum, in quibus adeſt beneplacitum, Tamen
ex induſtria hoc factum eſt, cũ fuerit omiſſa
clauſula illa cum beneplacito quatenus opus
ſit, vt latè oſtenditur in facto, quod in eiſ-
dem inſtrumentis adſunt iſta verba conſultò
exaduerſo omiſſa, Ideo ſtante iſta conſuetu-
dine non eſt quærenda alia ſolemnitas, ſed
talis conſuetudo eſt ſeruanda *Felin.* in ſpe-
cie *in c. in præſentia. n. 27. de probat. Bart. in auth. qui rem. ad fin. C. de ſacroſan. eccl. Bald. in auth. ſi quas ruinas. n. 1. C. eod. tit. Butr. conſ. 23. n. 4. Alex. conſ. 189. n. 12. lib. 2.* cum alijs per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. n. 33.*

Nec facit, quod talis conſuetudo non debeat
34 attendi ſtante relocatione læſiua, † & pro minori pretio, quod ab aliis inuenitur *Natt. conſ. 600. n. 19. Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. n. 24. Pariſ. conſ. 101. n. 112. lib. 1.* Quia prædicta procedunt quando Prælatus, & Eccleſia vellet ab illa antiqua conſuetudine recedere, veluti pro minori penſione, vel in vlteriorem generationem, quam fieri conſueuit, tunc enim non poſſet eius limites tranſire abſque ſolemnitate canonica, quæ in alienatione rei eccleſiaſticæ eſt neceſſaria, quod non eſt in caſu noſtro, nam petitur relocatio cum eiſdem pactis antiquis, & ſic non debet attendi læſio ex nouis conuentionibus, cum ſatis ſit iſtam læſionem non adeſſe, iuxta veteres conditiones *Cardin. Mantic.* in ſpecie *de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 22. tit. 19. n. 33. ad med.* & notant omnes *in auth. qui rem. vbi Bart. n. 4. C. de ſacroſan. eccleſ. & in auth. quas ruinas. vbi Bald. n. 1. verſ. tu dic. C. eod. tit. Imol. in l. quod dicitur. n. 14. ff. de verbor. obligationib.*

E P I T O M E.

FRatres quando ſint legitimi tutores ſuorum fratrum, ſiue fuerint in poteſtate, ſiuè emancipati. ¶ Reuocatio, ſeu deputatio tutelæ an poſſit fieri ſine citatione. ¶ Satiſdatio tutoris an ſuppleat defectum inquiſitionis. ¶ Minor viginti annis, & maior quatuordecim an inuitus curatorē accipiat. ¶ Et quando pater poſſit in teſtamento dare filio curatorem poſt pubertatem abſque eius conſenſu. ¶ Mutatio perſonarū, rei, & actionis an faciat cauſas diuerſas, & ſatis ſit, ſi vna tantum ex eis adſit. ¶ Adminiſtratio an debeat ſtare penes tutorem, ſtante maiori numero fratrum, qui ſunt ſub eius tutela. ¶ Diuerſitas cauſarum, quo caſu faciat attentatá. ¶ Inhibitio an concedatur, ſi non præcedat cauſæ cognitio. ¶ Datio tutoris debitoris pupilli, & habentis bonorum communionem cum eo, quando ſit valida. ¶ Et quid ſi fiat à ſciente. ¶ Et qualiter talis ſcientia probetur, itaut etiam ſufficiat cogitatio. ¶ Subſtantia ſatiſdationis tutelæ an requirat, vt facutates fideiuſſorum ſint maiores, quam patrimonium pupilli. ¶ De differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis ſublata quo ad effectum ſucceſſionis, & tutelæ.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres de iure nouo, ſiue in poteſtate, ſiue emancipati ſunt legitimi tutores ſuorum fratrum.*
2 *Differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis eſt ſublata per ius nouum quo ad effectum ſucceſſionis.*
3 *Si pater decedat relicto filio maiore, & impubere, frater impuberis vocatur ad eius ſucceſſionem. & tutelam. n. 4.*
5 *Reuocatio tutelæ non poteſt fieri abſque citatione.*
6 *Iudex deputando tutorem, cui tutela de iure debetur, decretum ſuum interponit nemine citato.*
7 *Actus non redditur nullus abſque citatione, ſi non fiat aliquod præiudicium ei, qui non fuit citatus.*
8 *Iudex reuocat abſque citatione partis ea, quæ fecit non citatis citandis. Intellige, vt n. 9.*
10 *Satiſdatio tutoris ſupplet defectum inquiſitionis.*
11 *Citatio conſanguineorum non eſt facienda, quando Iudex deputat tutorem legitimum, ſecus ſi datiuum.*
12 *Non eſt de ſubſtantia ſatiſdationis tutelæ, vt facultates fideiuſſorum ſint maiores, quam patrimonium pupilli. & n. 13.*
14 *Decretū vitiatur non verificata cauſa illius.*
15 *Frater an admittatur ad tutelam fratrum, cum quibus habet communionem bonorum, & quando ob dictam cauſam detur diuiſio illorum. n. 20. & 21.*
16 *Valet datio tutoris debitoris pupilli, quando fit à ſciente huiuſmodi debitum, itaut ſufficiat etiam illius cogitatio. n. 17. & 18. Et in iſtis ſtatur arbitrio Iudicis. n. 19.*
22 *Minor viginti annis, & maior quatuordecim non pot ſi cogi curatorem accipere.*
23 *Inhibitio non conceditur ſi non præcedat cauſæ cognitio. Declara, vt n. 24. 26. & 27.*
25 *Tenuta nulliter conceſſa non reuocatur, ſi de nouo eſt concedenda.*
28 *Pater non poteſt dare in teſtamento curatorem filio poſt pubertatem, niſi concurrat conſenſus ipſius filij.*
29 *Inhibitio dicitur attentata ſi concedatur poſt litis pendentiam.*
30 *Diuerſitas cauſarum non inducit attentata.*
31 *Mutatio perſonarum, rei, & actionis facit cauſas diuerſas, itaut ſufficiat, ſi vna tantum ex eis adſit.*
32 *Aſſignatio rei facta vni ex filijs, quando impediat, vt non poſſit habere alia bona, præter aſſignata. n. 33.*
34 *Expenſæ, quæ tangunt debita pupilli non ſunt ſoluendæ per alios fratres.*
35 *Adminiſtratio debet ſtare penes tutorem ſtante maiori numero fratrum, qui ſunt ſub eius tutela. Declara, vt n. 36. & 37.*

CAP. DCCCCXIV.

CIrcumſcribendum eſſe dixi decretum reuocationis tutoris, de quo agebatur in cauſa Romana tutelæ, præuia manutentione eiuſdem tutoris prius rectè deputati, Reuocatio enim non ſubſiſtit, ſtante iuſtitia clara primi decreti deputationis, quæ eſt con-

Digitized by Google

conformis præcepto Sanctiſſimi, & menti
Sacræ Rotæ, & voluntati maiorum conſan-
1 guineorum, & proximiorum, † ac demum
diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quod
fratres de iure nouo, ſiue in poteſtate, ſiue
emancipati ſunt legitimi tutores fratrum
ſuorum, vt latè declarat *Aldobrand. in §. eſt*
& alia. n. 11. inſtit. de fiduciar. tutel. poſt
2 *Bart. in l. 1. ff. de legit. tut.* † Cum per dictum
ius nouum tollatur differentia emancipatio-
nis, & patriæ poteſtatis quo ad effectum ſuc-
ceſſionis, itaut pariter ſuccedant emanci-
pati emancipatis, ſicut in poteſtate retenti
retentis in poteſtate, & retenti in poteſtate
emancipatis, ſiue ſimul, ſiue ſoli iuxta *l. me-*
minimus. C. de legitim. haredib. auth. ceſſan-
te. C. eod. tit.

Idem eſt ſi loquamur ante dictum ius nouum,
reſpectu eorum, qui retenti erant in pote-
3 ſtate, † Nam ſi pater deceſſit relicto maiore,
& impubere, tunc clarum eſt, quod frater
tanquam proximior agnatus impuberis vo-
catus eſſet ad legitimam eius ſucceſſionem
4 *inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. in princ.* † Vnde
ſimili modo intelligebatur vocatus ad legi-
timam tutelam *inſtit. de legit. agnat. tutel. in*
princ. l. 1. §. ſi apud hoſtes. ff. de legit. tutor.
l. aduerſus. C. de exceptionib. l. tutor. in
princ. verſ. diſſimilem. ff. ad velleian. l. fin.
C. de legit. tutel. Aldobr. in §. eſt & alia.
n. 10. in fin. in gloſ. in verb. ſororis. & n. 11.
verſ. ſi vero loquamur ante illam. inſtit. de
fiduciar. tutel.

Stante igitur iuſtitia decreti deputationis tu-
toris, non poterat idem Iudex illud reuoca-
re, itaut ex tali reuocatione reſultet iniuſti-
tia notoria, maximè cum iam functus eſſet
officio ſuo, & res non eſſet amplius integra,
cum vigore eiuſdem deputationis tutor de-
putatus ſatiſdederit, & actus tutelares fe-
5 cerit, † itaut ſaltem deberet citari, quod
non fuit factum, adeo vt ex hoc magis colli-
gatur notoria nullitas, & iniuſtitia reuoca-
tionis *l. de vnoquoque. ff. de re iudic. l. nam*
ita diuus. ff. de adoptionib. Gabr. de citation.
concluſ. 1. n. 1. cum ſeq. vbi etiam *n. 270.* lo-
quitur in remotione tutoris *Cæpoll. conſ. ci-*
uil. 32. col. 4.

Neque obſtat, quod in decreto deputationis
tutoris non fuit citatus Hippolytus, Nam
ipſe tanquam tutor non erat citandus, cum
iam eius tutela eſſet finita, prout ipſe ex-
preſsè declarauerat in actis, & proteſtatus
fuerat interpellando nouum tutorem depu-
tatum ad hunc effectum, Cum etiam eſſet
remotior alijs conſanguineis, qui eum præ-
6 cedebant tanquam proximiores, † Præſer-
tim, quia fuit deputatus tutor, cui tutela
de iure debebatur, quo caſu Iudex poteſt
ſuum decretum interponere abſque alicu-
ius citatione *Bart. in l. qui habet. §. quoli-*
bet. ff. de tutel. Alex. conſ. 86. viſis dubita-
tionibus. col. 1. & 2. lib. 2. Marant. in prax.
p. 6. in 1. membr. iudic. de citation. n. 35. fol.
271. Gutier. de tutel. par. 1. c. 4. in fin. verſ.
ad dandum autem tutorem. Gabr. de cita-
tion. concluſ. 1. n. 281.

Maximè, quia licet eſſet citãdus, tamen ſi nõ fuit
citatus, non redditur actus nullus, ſed valet,
7 ſi illi non citato † non facit aliquod præiu-
dicium *Bald. in l. ab eo. C. quomod. & quand.*
iudex. & in l. fin. §. cum igitur. C. de iur.
deliber. Bart. in auth. ſed cum teſtator. verſ.
ſed quæro. C. ad leg. falcid. Alex. in ſpecie
de tutore *conſ. 86. n. 4. lib. 2. Gabr. de cita-*
tion. concluſ. 1. n. 351.

Ideo licet Iudex poſſit reuocare abſque cita-
tione partis ea, quæ fecit non citatis citan-
8 dis † *Gloſ. in l. 1. in verb. infirmabitur. ff. de*
ſeruis. Roman. conſ. 69. col. fin. Tamẽ quando,
prout in caſu noſtro, huiuſmodi actus depu-
tationis tutelæ deberet fieri etiam præſente
9 parte, & contradicente, † tunc non debet
amplius citatio interuenire *Alex. in l. ſi pa-*
cto quo pœnam. col. 1. C. de pact. Felin. in
c. 2. col. 2. de præſcriptionib. Pariſ. conſ. 107.
n. 106. lib. 3. Gabr. de citation. concl. 1. n. 442.

Additur, quod ſumus in tutore dato præſtita
ſatiſdatione, quæ facit, vt tutor admittatur
10 abſque aliqua inquiſitione, † cum ſatiſdatio
ſuppleat defectum inquiſitionis *l. 2. ff. de*
confirm. tutor. l. teſtamento. & l. ſi nemo. §. 1.
ff. de teſtam. tutel. Bero. conſ. 123. n. 23. lib. 3.
Ceſſante autem inquiſitione, non eſt facien-
11 da citatio conſanguineorum, † nam tunc illa
requireretur, quando eſſet adhibenda magna
cauſæ cognitio, & quando Iudex deputaret
merè datiuum, ſecus ſi daret legitimum, ſeu
teſtamentarium cum leui, & modica inqui-
ſitione, quaſi tunc procedat executiuè ad te-
ſtamentum *Io. Andr. ad Speculat. de tuto-*
re. §. nunc dicendum. Bero. d. conſ. 123.
n. 24. lib. 3.

Nec faciunt vociferationes de inhabilitate fi-
deiuſſorum, Quia in facto contrarium appa-
ret, & cum Notarius illos receperit pro ha-
bilibus, & idoneis, non eſt aliud quæren-
12 dum, † Maximè, quia non eſt de ſubſtantia
ſatiſdationis tutelæ, & curæ, vt facultates
fideiuſſorum ſint maiores, quam patrimo-
nium pupilli *Bald. in l. mulier. in 1. lectur.*
C. de iur. dot. Gutier. de tutel. p. 1. c. 12. n. 21.
Stante præſertim perſona tutoris approbati
per Sanctiſſimum, & per Rotam, qui videtur
13 liberatus à tali ſtricta ſatiſdatione, † prout
etiam ſeruauit *Rot.* in huiuſmodi cauſa quo
ad perſonam Hippolyti, vt in deciſione cuius
copia fuit Iudici data.

Minus obſtat expreſſio cauſæ litis pendentiæ,
de qua in decreto reuocatario tutelæ, Quia
non conſtat de aliqua lite, cum Hippolytus
prætenderet per Paulum debere acceptari
tutelam, quam recuſabat propter impedi-
menta, quibus detinebatur, & cum poſtea
illis non obſtantibus eamdem tutelam acce-
ptauerit, mutando conſilium ob preces fra-

14 trum, & conſanguineorum, † non adeſt amplius lis, & ſic non verificatur cauſa allegata in decreto reuocationis, qua non exiſtente, vitiatur decretum *Gloſ. in l. error. vbi Bart. col. 2. C. de iur. & fact. ignorant. Felin. in c. intimauit. col. 1. de teſtib. Surd. conſ. 298. n. 8. lib. 2.*

Neque eſt quærendum an frater remoueatur à tutela propter communionem bonorum, quam habet cum fratribus minoribus, quia ſumus in perſona fratris tutoris approbati per Sanctiſſimum, & per Rotam, vt dictum eſt, cui fuit data tutela fratrum minorum,
15 ſtatim quod eſſet factus maior, † adeo vt ſtante iſta approbatione, ceſſent omnia, quæ exaduerſo adducuntur de fratre non admittendo ad tutelam fratrum ratione communionis, nam procedunt in eo, cuius fides non eſt approbata per illum, qui talem tutorem dedit, vnde in teſtamentario tutore non attenditur iſta communio, nec quod adſit debitum tutoris cum ſimilibus propter huiuſmodi approbationem, per quam tollitur omnis ſuſpicio, vt latè per *Bart. in auth. minoris debitor. n. 11. vſque ad 14. C. qui dar. tutor. vel curator. poſſ. Bero. q. 49. per tot.* cum alijs per *Caldas in l. ſi curatorem. in verb. ſine curatore. n. 105. ad fin. verſ. tandem in propoſito noſtro. & verſ. ſed receptior. C. de in integr. reſtitut. minor. Gutier. de tutel. p. 1. c. 20. n. 6. verſ. contrarium. Gozad. conſ. 18. ad med. Guid. Pap. q. 144. ad med.*

Maximè, quia tam per Sanctiſſimum, quam per Dominos de Rota non ignorabatur, quod talis tutor per eos datus viuebat in com-
16 munione cum ſuis fratribus, † tunc enim ſtante huiuſmodi ſcientia valet datio, vt concludunt omnes nemine diſcrepante *in d. auth. minoris debitor. Siluest. in §. fin. n. 15. inſtit. de auctor. tutor. Bald. & Caſtr. in l. cum in eo. 45. ff. de pact.* Itaut de tali ſcientia communionis, ſeu debiti ſufficiat
17 quomodocumque conſtare, † adeo vt ſatis ſit etiam ſola illius cogitatio *Gozad. conſ. 18. n. 11. ad fin. Bero. q. 49. n. 1. ad med. Cald. in d. l. ſi curatorem. in verb. ſine curatore. n. 105. in fin. C. de in integr. reſtit. minor. Gutier. de tutel. p. 1. c. 20. n. 7.* Stante præſertim communione notoria, de qua etiam
18 agebatur in Rota, † ob quam magis ſcientia præſumitur, prout tam in teſtamentario tutore, quàm in alio quocumque dato à Iudice concludit latè *Barbat. conſ. 61. n. 15. vſque ad 18. lib. 3.* quem ſequitur *Surd. conſ. 354. n. 3. 17. & 18. lib. 3.* iuxta *l. tutor. C. de*
19 *pericul. tutor. c. 1. de poſtulat. prælator.* † Cum etiam in iſtis caſibus omnia ſint arbitraria Iudicis *Bart. in auth. vt ij qui obligat. per hib. res minor. n. 7. Menoch. de arbitrar. caſ. 196. n. 2.* cum alijs per *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. omnia vel partem. n. 31. ad med. C. de reuocand. donationib.*

Accedat, quod non ſumus in caſu, in quo controuertatur de ipſa hæreditate, ſeu communione, vel in quo ſint implicitæ rationes,
20 tunc enim valet datio † tutoris fratris maioris habentis bona communia cum fratribus minoribus, vt latè comprobat *Siluest. in §. item propter litem. n. 10. inſtit. de excuſat. tutor.* Itaut etiam detur diuiſio harum re-
21 rum, † ſeu fructuum dato curatore, non tamen amoto tutore fratre, prout etiam fuit per eumdem fratrem tutorem oblatū *l. quod res cum vterinis. 21. ff. de excuſationib. tutor.* Hæc omnia adduximus, vt appareat quomodo fuerit de facto proceſſum in huiuſmodi cauſa, non autem, vt eſſet intentio Pauli ſe ingerere in tali tutela, quam prius recuſauerat, & iterum hodie recuſat, cum ei non expediat relinquere ſua negotia, & incumbere alienis, tanquam omnes norint, quod præiudicium afferat cura tutelaris.

Quibus peractis fuit per eumdem Paulum obtenta inhibitio ab Auditore Cameræ mandante ei præſtari portionem ſuorum redditituum, & cum tutor exaduerſo deputatus peteret eam eſſe moderandam, dicebam non eſſe locum illius moderationi, nam cum idem Paulus ſit filius, & hæres q. Gregorij ſui patris pro portione, de qua in teſtamento exhibito, & ſit maior viginti annis, vt ex fide baptiſmatis producta, nō poteſt cogi ad recipiēdam dictam portionem ſibi debitam de manu tutoris aliorum fratrum minorum,
22 ſed illam iure proprio debet percipere, † ne alias per indirectum grauetur habere tutorem, cum neque inuitus poſſet cogi curatorem accipere, quamuis eſſet minor viginti annis, & maior quatuordecim, vnde multò magis cum ſimus in maiore viginti annorum *l. 1. in fin. ff. de confirm. tut. l. caius. ff. de excuſat. tut. Corn. conſ. 81. col. 2. in princip. lib. 4.* latè *Gabr. conſ. 25. n. 9. vſque ad 17. lib. 2.* cum alijs adductis *ſupr. c. 225. n. 1.*

Non obſtat, quod inhibitio fuerit cōceſſa nulla
23 præcedente cauſæ cognitione, † cum tamen aliqualis requireretur *Roland. conſ. 77. n. 4. lib. 2. poſt Felin. in c. dilectus filius. il 2. quod eſt. 29. col. penult. in fin. n. 14. de reſcript. Lancellott. de attentat. poſt inhibit. p. 2. c. 20. in præfat. n. 119.* Quia omiſſo, quod defectus
24 cauſæ cognitionis non obſtat, † quādo prout in caſu noſtro, ſi inhibitio non eſſet decreta, eſſet de nouo decernēda *Paſett. conſ. 174. n. 3. & 4.* cuius opinio, & concluſio eſt verior, quidquid de ea dubitet *Lancell. vbi ſupr.*
25 *n. 125.* † Exemplo tenutæ nulliter conceſſæ, quæ non reuocatur, ſi de nouo eſſet concedenda *l. ſi finita. ff. de damn. infect.* latè *Surd. deciſ. 46. n. 7. & 13. Oſaſc. deciſ. 34. Burſatt. conſ. 73. n. 31.* Et omitto, quod in
26 praxi non requiritur cauſæ cognitio, † quando decernitur inhibitio *Lancellott. de attentat. poſt inhibition. p. 2. c. 20. in præfat. n. 148. in 2. impreſſ.*

Reſpondetur in facto non ſubſiſtere, quod cognitio

gnitio non fuerit adhibita, nam in actis con-
ſtat de citatione facta tutori aduerſario, &
27 de productione teſtamenti,† in quo pater in-
ſtituit hæredem D. Paulum cũ quatuor fra-
tribus, & ventre prægnante æquis portioni-
bus, cum fide baptiſmatis, ex qua probatur
maior ætas eiuſdem D. Pauli,ex quibus om-
nia dicuntur liquidata ad hoc, vt inhibitio
poſſet concedi, & vt non poſſit opponi de
non liquidatione dictæ ſextæ partis, prout
exaduerſo opponitur, eum ſtatim viſo teſta-
mento, & alijs ſupra narratis conſtet de
portione tangente dictum Paulum, in qua
tutor non debet ſe ingerere,cum non habeat
poteſtatem ſuper bonis maioris viginti an-
28 norum, † itaut neque pater poſſet dare in
teſtamento curatorem filio poſt pubertatem
tanquam talis curator nullam habeat admi-
niſtrationem, niſi confirmetur poſt pupilla-
rem ætatem volente, & petente ipſo adulto
l. curator. C. de excuſat.tutor. cum alijs per
Gabr. conſ. 25. *n.* 17. *lib.*2. & per *Doctor. in
l. penult. C. de teſtam. tut. & in c. fin. de
iudic. in* 6.
Nec facit pendentia litis, per quam inhibitio
29 dicitur attentata † *clem.* 2. *vt lit. pendent.
c. præſenti.* 3. *§. cæterum. vbi Gloſ. in verb.
illa pendente . de offic. legat. in* 6. *c. ſignifi-
cante. de appellat c. non ſolum. eod. tit. c. ſi
tibi abſenti. de præbend.* Quia lis eſt diuerſa
ab ea, de qua modò agimus, prætenditur
enim vigore inhibitionis obtentæ, quod tu-
tor non ſe ingerat in bonis ſpectantibus ad
D. Paulum maiorem, cum tamen in alia
lite ageretur de non danda tutela ſuorum
30 fratrum eidem Paulo, † prout etiam aliæ li-
tes nullam habent connexionem cum iſta, vt
plenè oſtenditur in facto, adeo vt ſtante di-
uerſitate cauſarum, non poſſit dici aliquod
attentatum *Lancellott. de attentat. appellat.
pendent. c.* 12. *p.* 2. *n.* 1. *cum ſeq. Boer. deciſ.*
73. *n.* 4. iuxta *c. ad hæc. il* 1. *vbi Franc. in
princ. de appellat.*
Et ad hunc effectum diuerſitatis cauſarum, ſa-
tis eſt, vt diuerſitas factorum ſeparationem
31 recipiat, † itaut mutatio perſonarum, rei, &
actionis faciat cauſas diuerſas, & ſufficiat ſi
vna tantum ex iſtis adſit *Rot. Ianuenſ. deciſ.*
179. *n.* 6. *&* 9. *ad med. Lancellott. d. c.* 12.
n. 10. *&* 11. *in* 2. *edit. Menoch. de arbitrar.
caſ.* 95. *& conſ.* 123. *n.* 20. *vſque ad* 26. *lib.* 2.
Minus facit, quod inhibitio grauat pupillos,
ex quo fuit deputatus peritus, ex cuius re-
latione fuerũt bona redacta ad certam ſum-
mam, pro qua D. Paulus accepit domum hæ-
reditariam, ideo non debet impediri tutor
32 adminiſtrare alia bona, † cum alias vltra
domum haberet idem Paulus ſextam partem
hæreditatis, quàm de iure non debet conſe-
qui, Quia domus fuit aſſignata pro alimen-
tis debitis eidem Paulo dum eſſet in minori
ætate conſtitutus, qua ceſſante propter ſu-
peruenientiam maioris ætatis, ceſſat etiam
cauſa aſſignationis, & retentio domus fit ex
alia cauſa locationis, pro qua eſt paratus
33 ſoluere penſionem, factis computis, † itaut
amplius non ſit conſideranda prima cauſa
talis aſſignationis *Bald. in l.* 1. *n.* 8. *C. ſi rect.
prouinc. Surd. conſ.* 140. *n.* 79. *lib.* 1. *& conſ.*
272. *n.* 9. *lib.* 2.
Immo potius multum grauabitur D. Paulus, ſi
teneretur recipere à tutore introitus ad ſe
ſpectantes, cum per eum ſolum ipſi aſſignen-
tur redditus hæreditarij deductis expenſis
tangentibus pupillos, & præſertim ſalario
aſſignato eidem tutori in ſumma magna, &
34 notabili, & multum exceſſiua, † quæ tamen
expenſæ ſolum ſunt deducendæ abſque eo,
quod tangatur portio Paulo debita, qui non
tenetur ad onera per pupillos ſoluenda *l.* 1.
C. vt null. ex vicar. lib. 11. *l. ſi quis in ſuo.
§. legis. C. de inoffic. teſtam. Surd. conſ.* 278.
n. 4. *lib.* 2.
Nec aduerſatur, quod adminiſtratio debet ſtare
35 penes tutorem † ſtante maiori numero fra-
trum, qui ſunt ſub eius tutela *l. ſi quæ ſunt
cautiones.* 5. *ff. famil. erciſcund.* Quia ſolum
ibi deciditur, quod cautiones hæreditariæ
apud eum manere debent, qui maiore ex
parte hæres fuerit, quod procedit quando
tractatur de re indiuiſibili, cum ſecus ſit
quando, proue in caſu noſtro, agitur de re
diuidua propter loca montium, domus hæ-
36 reditarias locatas, officia, † & alia, quæ con-
ſiſtũt in exactione pecuniarum diuiſibilium,
vt declarat *Bald. in d. l. ſi quæ ſunt cautio-
nes. & in auth. ex teſtamento. n.* 14. *verſ. de-
cimum octauum capitulum. C. de collationib.
Aret. conſ.* 162. *col.* 4. *in princ. verſ. & pro
iſtorum verborum . Curt. Sen. conſ.* 66. *col.*
11. *in fin. verſ. modo in propoſito noſtro.
n.* 12. *&* 13.
Quæ dicuntur de diuiſione facienda non obſtãt,
37 quia interim, † dum ad eam deuenitur, non
ſunt tãgendi redditus ad natu maiorem ſpe-
ctantes, qui debent per eum adminiſtrari, &
non per alium non ſibi bene viſum ob ratio-
nes ſupra allegatas, prout hoc debet Iudex
arbitrari, vt per *Valaſc. in prax. partition.
& collation. c.* 4. *n.* 21. deferendo maiori
Alex. conſ. 4. *n.* 5. *lib.* 4.

E P I T O M E.

MOra quando poſſit purgari tàm in pœ-
na conuentionali, quàm legali. ¶ Et
an illius renunciatio debeat eſſe in genere,
vel in ſpecie. ¶ Et quid ſi fuerit relaxatum
mandatum, & proceſſum ad executionem, &
ſubhaſtationẽ an detur amplius illius pur-
gatio. ¶ Vel quando ſumus in mora gemi-
nata. ¶ Vel vbi eſſet factum ius deterius cre-
ditoris. ¶ Præſtatio cedulæ bancariæ ob non
ſeruata pacta an ſit pœna, ſeu natura, & pars
contractus. ¶ In obligationibus facti quo
caſu veniat intereſſe. ¶ Et quando poſſit
peri

Digitized by Google

peti pœna iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis. ¶ De differentia moræ in omittendo, & in committendo. ¶ Per obligationem cameralem an ſit renunciatum omni legum auxilio, & ſic purgationi moræ. ¶ Diſpoſitio, quando ſit pœnalis, licet in ea non fiat mentio pœnæ. ¶ Ademptio cum aduerſatiua tacita, vel expreſſa ſi non fecerit, an faciat actum pœnalem.

SVMMARIVM.

1 *Mora non purgatur in diſpoſitione hominis habentis facultatem apponendi in re ſua conditiones ſibi viſas, quidquid ſit in pœna legali. n.2. & 4. Intellige, vt n.3.*

5 *Renunciatio beneficij purgationis moræ in ſpecie requiritur ad hoc, vt illa non poſſit purgari. n. 6. & 8. Licet ſecundum alios ſufficiat generalis. n. 7.*

9 *Mora geminata non poteſt purgari.*

10 *Mora in omittendo facilius purgatur, quam in committendo. Declara, vt n.11.*

12 *Pœna non poteſt peti ſecundum ſtatutum Vrbis, niſi iuratum fuerit tanti intereſſe præuia taxatione iudicis.*

13 *Promiſſio cedulæ non poteſt adimpleri ſine detrimento patrimonij.*

14 *Sufficit ademptio cum aduerſatiua ſi non fecerit, vt dicatur pœna.*

15 *Diſpoſitio dicitur pœnalis, quamuis in ea non fiat mentio pœnæ.*

16 *Praſtatio cedulæ ob non ſeruata pacta an ſit pœna, ſeu natura, & pars ipſius contractus. & n.17.*

18 *In obligationibus facti debet quis præcisè cogi ad illud, ſi poteſt, ſtante præſertim iuramento, & intereſſe taxatur, ſi non poſſet factum præſtari. n. 19.*

20 *Purgatio moræ admittitur in eo, qui tenetur repræſentare non obſtante relaxatione mandati, & executione, & ſubhaſtatione, ſi non fuit perfecta. n. 24. & 25.*

21 *In purgatione moræ ſtatur arbitrio iudicis.*

22 *Per obligationem cameralem cenſetur renunciatum omni legum auxilio, & ſic purgationi moræ. Contrarium. n. 23.*

CAP. DCCCCXV.

Pvrgationem aliquam moræ dicebatur non poſſe dari in cauſa Romana præſta-
1 tionis cedulæ bancariæ, † Quia eramus in diſpoſitione hominis, qui habet facultatem apponendi in re ſua conditiones ſibi magis viſas, tanquam hoc ſit pars ipſius cōtractus, tunc enim non purgatur mora, neque de æquitate canonica *Pariſ.* in ſpecie *conſ.* 19. *n.*246. *lib.*2. iuxta *Socin. conſ.*48. *n.*1. *verſ. quarto confirmatur. lib.*2. *Menoch. conſ.*410.
2 *n.*26. *ad fin. lib.*5. † vbi quod contraria procedunt in pœna legali, non autem conuentionali *Rip. in l. ſi inſulam.* 84. *n.* 93. *ad med. ff. de verb. obligat.*

Verum prædicta opinio *Pariſ.* & ſequacium non videtur tuta, nam etiam in pactis, & conuentionibus ſemper de æquitate canoni-
3 ca admittitur purgatio moræ, † quando non eſt factum deterius ius creditoris, neque paſſus eſt aliquod damnum propter talem moram *Menoch. de arbitr. caſ.* 8. *n.*6. iuxta *l. & ſi poſt tres.* 8. *ff. ſi quis caution. Dec. conſ.* 138. *diligenter. col.* 3. *in fin.* vbi quod iſta purgatio moræ eſt fundata in æquitate, ſecundum quam pacta, & conuentiones debent intelligi *l. conſenſu. ff. de act. & obligat. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.*
4 *lib.* 23. *tit.*2. *n.*19. † Et quod detur purgatio moræ, quamuis ſimus in parte contractus notat *Schrader. de feud. p.* 9. *c.* 9. *n.*8. *poſt Rip. in l. fin. n.*110. *C. de reuoc. donat.* iuxta *l. ſi ſeruum.* 91. *§. ſequitur. ff. de verb. obligat. Corn. conſ.*121. *col. vlt. ad med. verſ. ideo teneri poteſt quod quo ad pœnam. n.*3. *lib.*1.

Poſſet tamen negari purgatio moræ etiam in caſibus, in quibus illa concederetur, quando haberemus in ſpecie renunciationem iuratam iſtius beneficij purgationis moræ, prout alias dixi in ſimili cauſa præſtationis cedulæ bancariæ, in qua aderat talis expreſſa renun-
5 ciatio, † tunc enim omnes concludunt, quod non poſſit amplius mora purgari *Affl. deciſ.* 174. *ad med. per tex. in l. penult. C. de pact. & in l. ſancimus.* 26. *ad med. verſ. niſi pacti tenor. C. de fideiuſſor. Cephal. conſ.* 25. *n.*45. *in fin lib.*1. *Ang. & Rom. in l. ſi inſulam* vbi *Rip. n.* 117. *Crot. n.*82. *verſ. quinto difficultas eſt. Alex. n.* 23. *Iacob. de Nigr. n.*178. *ff. de verbor. obligation. Mayner. in l. nulla intelligitur mora. n.*74. *ff. de regul. iur. Corbul. de priuat. ob non ſolut. canon. limit.* 41. *n.*12. *fol.*510. *Grammat. conſ. ciuil.* 19. *n.*8. *Mancin. de iuram. par.* 4. *effect.* 13.
6 *n.*35. † Contraria autem procedunt, quando non eſſet expreſsè, & in ſpecie renunciatum beneficio purgationis moræ *Decian. conſ.* 84. *n.* 48. *lib.*2. *Martin. Benechendor. in addit.*
7 *ad Seraph. priuileg. iuram.* 48. *n.*32. † licet etiã ipſe teneat ſufficere generalem renũciationem moræ, nedũ expreſſam *Dec. conſ.*452. *viſa inſtructione. n.*19. *Franc. de fideiuſſor. c.*5. *n.* 350. ¶ Et quamuis *Vrſill. ad Affl. d.*
8 *deciſ.* 174. dicat contrarium ſeruari † non obſtante *d. deciſ. Affl.* Tamen non tangit articulum pacti expreſſi in quo renunciatum fuit purgationi moræ, prout nos loquimur, ideo non eſt recedendum ab his, quæ ſupra firmauimus. *n.* 5.

Additur, quod in prædicto caſu eramus in mora geminata duarum pagarum, cum tamen ex forma conuentionis ſufficeret non
9 adimplementum etiam vnius pagæ, † per quam geminationem magis excluditur beneficium purgationis moræ *Alex. in l. ſi inſulam. n.*29. *& ibi Rip. n.*76. *ff. de verb. obligat.*

Digitized by Google

gat. Decian. conſ.10. n. 11. lib. 1. dixi ſupr. c.708. n. 21. & 22. vbi etiam, quod quando ſumus in Vrbe, non datur purgatio moræ, cum in ea ſeruetur ius ciuile, per quod non admittitur tale beneficium Seraph. priuil. iuram. 48. n. 23.

Non obſtat, quod mora fuerit commiſſa in
10 omittendo, † non autem in committendo, quo caſu admittitur illius purgatio etiam de iure ciuili Card. Mantic. decij.270. n.3. cum ſeq. Quia ſiue ſimus in faciendo, ſiue in omittendo, ſatis eſt, quod fuit renuncia-
11 tum beneficio purgationis moræ, † tunc enim indiſtinctè non poteſt amplius purgari ſtante pacto expreſſo, vt dictum eſt ſupr. n.5. Decian. conſ.84. n.48. lib.2.

Minus obſtat, quod præſtatio cedulæ fuerit in pœnam non obſeruati contractus, quo caſu
12 magis eſt locus purgationi moræ, † etiam quod ſimus in contractu priuati Magon. deciſ. Florent. 61. col. vlt. poſt Dec. conſ. 138. diligenter pro tenui facultate. n. 7. Pariſ. conſ.19, n.196. lib.2. Et quod ſimus in pœna apparet, quia talis præſtatio cedulæ non po-
13 teſt fieri, † niſi cum detrimento patrimonij Io. de Anan. in c. cognoſcentes. n. 4. vbi Cardin. oppoſ.5. Abb. n.5. de conſtitut. Boer. deciſ.1, n.16. & 17. Bald. in l.non dubium.
14 C. de legib. † Itaut ſufficiat, quod aliquid adimatur cum aduerſatiua tacita, ſeu expreſſa, ſi non fecerit, vt dicatur pœna Surd. deciſ.7. n.7. & 24. poſt Bald. in l.vnic.n.23. C.de his quæ pœn.nomin. Gabr.conſ.105.n.7. lib.1. Adeo vt neque opus ſit, quod fiat men-
15 tio pœnæ ad hoc, † vt diſpoſitio poſſit dici pœnalis Bald. in l. cum allegas.n.10. C.de vſur. Card. Seraph. deciſ. 809. n. 4. & concludunt omnes communiter in l. 4. §. cato. vbi Aret. n.22. Iaſ. n.3. Butticell. n.13. ff. de verb. obligat. Vnde cum ſimus in pœna, non poterit illa peti iuxta formam Statut. Vrb. c. 163. lib. 1. niſi fuerit iuratum tanti ſua in-
16 tereſſe † prænia taxatione Iudicis Cardin. Mantic. deciſ.108. n 2. Card.Seraph.deciſ. 809.n.1.cum ſeq. Rot.coram R. P. D. Gypſio Romana caſalis. 19. Martij 1590.

Quia non ſumus in pœna, ſed natura, & parte contractus ob non ſeruata pacta conuentio-
17 nalia † Bald. in l. placet. 5. n.3. in 3. notab. C. de ſacroſan. eccleſ. & in auth. qui rem. n.4. & in l. nemo martires. 3. n.3. C.eod.tit. Redoan. de reb. eccleſ. non alienand. titul. vltim. de caducitat. ob inobſeruant. pactor. n. 12. fol.530. Burſat. conſ. 253. n. 12. lib. 3. Surd. deciſ. 29. n. 11. ad med. Corbul. de cauſ. priuat.ob rei deterioration n.6. fol.153.

Neque opus eſt aliqua taxatione intereſſe, Quia
18 ſumus in obligationibus facti, † nam fuit promiſſum præſtare cedulam in caſu inobſeruantiæ, vbi enim quis poteſt factum adimplere, tunc cogitur præciſè ad factum, & intereſſe erit taxandum, quando non poſſet factum præſtari, iuxta diſpoſitionem
19 Statut. Vrb. c. 164. lib. 1. † Quod etiam eſt ſecundum ius cōmune, per quod quis præciſè tenetur facere quod promiſit, ſi poteſt, ſtante præſertim iuramento, de quo in caſu noſtro Gloſ. in l. ſi pecuniam ff. de condict. cauſ. dat. Iaſ. conſ. 9. col. 6. lib. 1. Roland conſ.6. n.32. lib. 1. Alex. conſ.37. col. 3. lib.2. & conſ. 91. col. 2. eod. lib. Gozad conſ. 100. col. vlt. Natt. conſ. 426. n. 4. Cephal. conſ.480. n.7. Seraphin. priuileg. iuram. 74. n.1. cum ſeq.

In prædictis etiam eſt obſeruanda deciſio, quam alias in occurrenti caſu adduxi coram R. P. D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræ-
20 ſentando. 2. Iulij 1617. † vbi fuit admiſſa purgatio moræ in eo, qui tenebatur repræſentare, non obſtante, quod ibi fuiſſet facta executio, & proceſſum ad ſubhaſtationem domus, cum ſatis ſit, quod executio non fuerit perfecta, prout ita intelligitur Bart. in l. ſi inſulam. n. 19. ff. de verbor. obligat. per tex. in l. ſi is cui. ff. de legat.2. & in l.qui ob rem. de condict. indeb. & declarant omnes in d. l. ſi inſulam. vbi Iaſ. n 3. Bolognett.
21 n. 213. vſque ad 217. † Cum etiam in iſtis ſtetur arbitrio Iudicis Pariſ.conſ.108 n.144. lib.1. Tiraq. in l. ſi vnquam in verb.omnia vel partim.n.31. C.de reuocand donationib. Menoch. de arbitrar. caſ.7. n.13.

Non obſtat obligatio cameralis, per quam di-
22 citur renunciatum omni legum auxilio, † & ſic purgationi moræ Put. deciſ. 456. lib. 2. iuxta nouam impreſſionem Dec. conſ. 452. n. 16. Quia verius eſt, vt talis clauſula non ſufficiat ad tollendam purgationem moræ,
23 vt per † Rot. in d. cauſa Romana fideiuſſionis de repræſentando. poſt Cephal conſ. 25. n.37. vſque ad 51. lib.1. Corbul. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. limit.41. n.2.

Minus obſtat, quod fuerit relaxatum manda-
24 tum, poſt cuius relaxationem † non datur purgatio moræ Bart. in l. ſi inſulam q.1. vbi Rip. n. 9. ff. de verb. obligat. Quia vltra, quod mandatum fuit reuocatum tanquam nulliter extractum, Reſpondetur non ſufficere illius relaxationem, immo neque executionem, & ſubhaſtationem, donec non fuerit in totum perfecta, & conſummata
25 executio, & deliberatio, nam ſemper antequam iſta ſubſequantur, eſt locus purgationi moræ, vt tenet Rot. coram R. P. D. Coccino Romana fideiuſſionis de repræſentando. 3. Iulij 1617. vbi ita declarat Bart. in d. l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat.

E P I T O M E.

DIſpoſitio quando dicatur continere pœnam, & meram commiſſionem miniſterij, itaut executor non ſit cogendus præſtare, niſi illud, quod percepit. ¶ Promiſſio dotandi ex fructibus alicuius rei quo caſu ceſſet, ſi tales fructus in totum, vel in parte ceſſent. ¶ Habens ius de re perfectè diſpo-

nendi

nendi quomodo poſſit de ea diſponere. ¶ Dos taxata ad fauorem filiæ per teſtatorem, an licitè per hæredem diminuatur. ¶ Intellectus *l. cum pater filius. 79. §. pater certam. ff. de legat. 2.* ¶ Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligans ſe ad ſolutionem legatorum an illo iuuetur, ſi bona hæreditaria non ſufficiunt. ¶ Remiſſio penſionis, quando ſit facienda conductori, & emphyteutæ. ¶ Vaſſallus an præſtet alimenta domino vltrà fructus feudi. ¶ Habens vtilitatem ex aliqua re quando recuſet eiuſdem rei onera. ¶ Verba quo caſu ſtent demõſtratiuè potius quàm limitatiuè. ¶ Eccleſia, cui fuit donata domus cum onere præſtandi alimenta donatori, an illa deſtructa teneatur eum alere. ¶ Factum propter aliquam cauſam quando ad eam reſtringatur.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio dotandi ex fructibus alicuius rei ceſſat, ſi dicti fructus non extent. n. 2. 21. & 34.*
3 *Verba quando ſtent demonſtratiuè, ſeu limitatiuè.*
4 *Succeſſores non obligantur ex facto anteceſſorum præiudiciali eccleſiæ. n. 33.*
5 *In donatione reciproca grauamẽ vnius compenſatur cum grauamine alterius.*
6 *Diſpoſitio quando dicatur continere puram, & meram commiſſionem miniſterij, itant executor non teneatur, niſi ad illud, quod poteſt percipere. n. 7. 8. & 9.*
10 *Redemptio cenſuum procedit ex neceſſitate, quæ non poteſt euitari.*
11 *Contrauentio facti proprij non permittitur.*
12 *Reinueſtimentum collatum in perſonam alicuius quomodo ſit faciendum. n. 37.*
13 *Cum decoctoribus durum, & peſſimum eſt tractare.*
14 *Eccleſia, cui fuit donata domus cum onere præſtandi alimenta donatori, quando illa deſtructa teneatur eũ alere. n. 15. 16. & 20.*
17 *Habens ius de re perfectè diſponendi non cogitur reinueſtire ad alterius vſum, ſed poteſt etiam abutendo illam in mare proijcere. n. 18. & 19.*
22 *Diſpoſitio qualibet intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
23 *Hæres non poteſt diminuere dotem filiæ taxatam à teſtatore.*
24 *Intellectus* l. cum pater filios. *79. §.* pater certam. ff. de legat. 2. *n. 25. & 29.*
26 *Teſtator cenſetur ſe conformaſſe iuxta diſpoſitionem iuris.*
27 *Commutatio voluntatis teſtatoris non poteſt fieri.*
28 *Dictio ex denotat cauſam immediatam, & proximam.*
30 *Hæres non poteſt alterare voluntatem defuncti.*
31 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligans ſe ad ſolutionem legatorum non poteſt prætendere, quod vires hæreditariæ non ſufficiant. Intellige, vt n. 32.*
35 *Non eſt ferendus, qui commoda amplectitur, & incommoda recuſat. Declara, vt n. 36.*
38 *Quod virtualiter ineſt habetur pro expreſſo.*
39 *Factum ob aliquam cauſam ſecundum illam determinatur.*
40 *Vaſſallus non præſtat alimenta domino vltra fructus feudi.*
41 *Remiſſio penſionis eſt facienda conductori impedito caſu fortuito pro tempore, quo durauit impedimentum.*
42 *Emphyteutæ an ſit concedenda remiſſio ad rationem diminutionis fructuum.*

CAP. DCCCCXVI.

DIminuendas eſſe dixi dotes, de quibus agebatur in cauſa Romana dotium, Etenim ex inſtrumentis exhibitis, tàm in primo, quàm in quarto capitulo clarè apparet, quod ex fructibus cenſuum aſſignatorum eſt faciendum maritaggium, & ex eiſdem fructibus cuilibet puellæ ſunt præſtanda ſcuta quinquaginta pro dote, & veſte,
1 itant ceſſantibus fructibus, † ceſſet etiam promiſſio dotandi in dicta ſumma, tanquam facta contemplatione fructuum *Caſtr. in l. ſi ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. col. 1. ff. locat. & conſ. 338. quia exceptiones. n. 3. ad med. verſ. interdum vna tantum eſt ora-*
2 *tio. lib. 1.* † vbi quod non cogitur quis ad ſolutionem, niſi quantum vires fructuum patiantur *l. nomen debitoris. 33. §. vni ex hæredibus. ff. de legat. 3. l. ſi quis ſeruum. 8. §. ſi quis legauerit. & l. lucius titio. 90. §. ciuibus, ff. de legat. 2. l. cum certus numerus. ff. de trit. vin. & oleo legat. Io. de Amic. conſ. 46. n. 8. & 9. Menoch. conſ. 1162. n. 14. & 17. lib. 12. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 26. n. 2. vſque ad 5.*

Nec obſtat, quod nominatio fructuum ſtet de-
3 monſtratiuè, † Quia contrarium colligitur ex inſtrumento, in quo fuit appoſitus locus ſolutionis taxatiuè ex fructibus per verba participij futuri temporis *da pagarſeli*, quæ inducunt taxationem, determinationem, & limitationem non autem demonſtrationem, tanquam inducant conditionem, qua deficiente, diſpoſitio quoque deficit, vt in ſpecie concludit *Io. de Amic. conſ. 46. n. 8. & 9. & eſt tex. in l. cum certus numerus. 5. ff. de tritic. vin. vel oleo legat. l. ſi debitor. §. 1. ff. de contrah. empt. Bero. conſ. 17. n. 23. verſ. ſecundum eſt. lib. 2. Simon de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. lib. 2. n. 259. fol. 173.*

Maximè, quia ſi officiales voluiſſent obligare Monaſteriũ ad præſtandas dotes vltra quantitatem percipiendam ex fructibus cẽſuum
4 aſſignatorum, † non potuiſſent hoc facere, cum non ſit permiſſum adminiſtratoribus

dila-

dilapidare bona eccleſiæ, in quibus nullam
habent auctoritatem abſque aſſenſu Apoſto-
lico præiudicandi eccleſiæ, neque ex eorum
facto ſucceſſores obligantur *l. qui fundum.
§. ſi tutor. ff. de vſucap. pro emptor. c. 1. &
c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non
alienand. c. 1. de reſtit. in integr. c. ſine ex-
ceptione. 12. q. 2. Abb. in c. 1. n. 16. de dol. &
contumac.* cum alijs per *Menoch. de recuper.
poſſeſſ. remed. 9. n. 104. vſque ad* 109.

Additur, quod non ſumus in aliqua donatione
ſimplici, in qua tractatur ſolum de onere, &
præiudicio ipſius donãtis, ſed in donatione
5 viciſſitudinaria, † in qua grauamen vnius
compenſatur cum grauamine alterius *Gloſ.
in l. licet. C. de pact. Salic. in l. fin. C. quæ
res pignor. obligar. poſſ. Roman. conſ. 26. n. 1.
in fin.* Itant inſpectis oneribus, & ſolutioni-
bus faciendis pro dotibus puellarum, & ero-
6 gandi reſiduum in vtilitatem Capellæ, † po-
tius diſpoſitio cadat in puram & meram cõ-
miſſionem miniſterij, quod facit vt miniſter
non teneatur, niſi ad illud quod poteſt per-
cipere, non obſtante quod verba inſtrumenti
ſonent in donationem, cum illa non atten-
dantur quotieſcumque repugnat ſubſtantia
negotij *l. ſi inſulam. ff. de præſcript. verb. l.
ſi olei. C. locat. Pariſ. conſ. 92. n. 53. lib. 4. Ti-
raq. de retract. lignagier. §. 30. gloſ. 1. n. 1.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. tit. 2. lib. 2. n. 5. & lib. 22. tit. 8. n. 1.
vſque ad* 9.

Prout paſſim quando præcedunt onera, & po-
ſtea quis deputatur ad illa exequenda, ſem-
7 per ſumus in puro executore, † & mero mi-
niſtro *l. lucius. 90. §. à te peto. ff. de legat. 2.
Gloſ. in l. ſi quis. in verb. vt miniſtrum. ff. eod.
tit. Bart. in l. 1. n. 1. ff. de alim. & cibar. legat.
& in l. pecuniæ. n. 1 ff. de adim. legat. Sim. de
Pret. de interpetr. vlt. volunt. lib. 5. dubit. 2.
n. 46. & 57. Rot. coram R. P. D. Coccino Ro-
mana cenſus 20. mill. 7. Martij 1617. & co-
ram Sanctiſſimo deciſ. 544. n. 7. & per tot. vbi
8 latè Beltram. n. 42.* † ſubdẽs quod magis iſta
procedent quando, prout in caſu noſtro, ſu-
mus in operibus pijs, in quæ teſtator manda-
uit fieri diſtributiones rerum relictarum,
*Caſtr. conſ. 97. n. 1. cum ſeq. lib. 1. Bald. conſ.
77. in fin. lib. 4. Rot. coram R. P. D. Coccino
9 Ferrarien. bonorum. 27. Ianuar. 1617.* † &
multa ad materiam adduxi *ſupr. c. 446. per
tot. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib. 12. tit. 2. n. 3. Cuman. conſ. 108. n. 13. Ce-
phal. conſ. 429. n. 95. lib. 3. Surd. de alim. tit. 8.
priuil. 24. n. 7.*

Nec facit, quod diminutio debeat cedere dam-
no Miniſtrorum, & Monaſterij, tanquam
facto ipſorum proueniens propter cenſus re-
demptos cõſtitutos in minori ſumma, quam
10 erat prius, † Quia cum redemptio cenſuum
proceſſerit ex neceſſitate, non poterat illa
euitari, & quo ad cenſum venditum Com-
munitati Interamnen., nulla eſt dubitatio,
tanquam fuerit conſtitutus cum conſenſu
Principis, qui non poteſt contra illum ali-
11 quid opponere, † nec facto proprio contra-
uenire *l. poſt mortem. de adoption. l. cum
profitentis. C. de reuoc. donationib. l. credito-
ribus. C. de ſeru. pignor. dat. manum. Rom.
conſ. 251. n. 2. Becc. conſ. 90. n. 2.*

Quo vero ad alios cenſus redemptos, pecuniæ
quæ inde prouenerunt erant reinueſtiendæ
ad electionem Monaſterij in cenſibus, vel lo-
cis Montium, vel bonis ſtabilibus, vnde ni-
12 hil poteſt ei imputari, † quod potius rein-
ueſtimentum fuerit factum in locis Montiũ,
quàm in alijs rebus, tanquam electio ſpectet
ad Monaſterium, in cuius facultate erat fa-
cere reinueſtimentum eo modo quo iudicaſ-
ſet melius expedire, & emptio locorum
Montium eſt magis tuta, quàm cenſuum,
qui ſunt obnoxij multis periculis decoctio-
num, præter illos quos emunt Communita-
tes, & loca pia, quorum redditus ſunt ſimi-
les redditibus locorum Montium, adeo vt
benè fuerit prouiſum per Monaſterium in
inueſtitura facta de locis Montium, & norunt
Aduerſarij anguſtias paſſas in exactione cẽ-
ſuum aſſignatorum debitorum per Horatiũ,
& Ridolphum, quibus etiam opus fuit re-
linquere non paruam quantitatem ſortis, &
fructuum in graue præiudicium monaſterij,
13 cum aliter † non potuerit fieri exactio ad re-
dimendas vexationes, & fugiendum è mani-
bus decoctorum, cum quibus durum, &
peſſimum eſt tractare *Rot. Ianuenſ. deciſ. 2.
n. 33. poſt Bald. conſ. 249. ſuper litteris. lib. 1.
& conſ. 400. lib. 5.*

Neque obſtat, quod ſi aſſignetur domus eccle-
14 ſiæ cum pacto, & onere, † vt præſtentur ali-
menta donatori, ſi eadem domus deſtrua-
tur, adhuc eccleſia tenebitur alere donãtem,
Quia hoc procedit, quando plenum, & to-
tale dominium rei donatæ transfertur per
donantem in donatarium, tunc enim pericu-
lum interitus ſpectat ad dominum, ſecus vbi
non eſſet pleno iure, & totaliter facta tranſ-
15 latio dominij rei donatæ, † nam hoc caſu
non tenebitur amplius donatarius ad præ-
ſtationem alimentorum, vel ſimilium onë-
rum, ſed interitus rei cedit damno eius, qui
ſibi prouidit de alimentis, prout dicimus in
emphyteuſi, in qua non transfertur niſi vti-
le dominium, Ita in ſpecie declarat *Bald. in
l. 1. n. 10. poſt med. verſ. denuo quæro. vbi
Bellapertic. col. 2. in fin. verſ. quidam ruſti-
cus. Cin. n. 14. verſ. decimo & vltimo. Iaſ.
n. 14. Alber. & Ang. in fin. Sicard. col. 7. in
fin. verſ. vnde ſi do fundum. n. 21. C. de iure
emphyteot. Boſſ. de remiſſ. merced. conductor.
in fin. n. 125. Cremenſ. ſing. 1. n. 3. Abb. in
c. vltim. in fin. n. 5. de rer. permut. Imol. in
c. potuit. col. 20. in princ. verſ. & prædicta
etiam faciunt. n. 44. & ibi Ancbar. col. 6. in
princ. verſ. & prædicta inducit. n. 22. locat.*
iuxta *l. naturalis. 5. §. 1. verſ. ſed ſi ſcyphos.
ff. de*

Digitized by Google

ff. de praſcript. verb. Genuenſ. Epiſcop. Iſern. practicab. eccleſiaſt. q. 460. n. 1. & 2. Aim. conſ. 620. n. 10. lib. 4.

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo nihil fuit tranſ-
16 latum in Monaſterium, † cum ſolum fuerint
aſſignati redditus cenſus ad effectum dandi
dotes puellis nominandis per Aduerſarium
cum expreſſo pacto, quod in caſu redem-
ptionis dictorum cenſuum, pretium illorum
ſemper debeat reinueſtiri in alijs cenſibus,
ſeu bonis ſtabilibus, vt ex illorum fructibus
quotannis in fututum poſſit fieri talis diſtri-
butio dotium, ex quibus verbis clarè appa-
ret, quod cenſus non ſunt dati pleno iure
Monaſterio, nec in illud fuit translatum ali-
quod dominium, quod tunc dicitur plenum,
17 liberum, & abſolutum, & totale, † quando
quis habet ius de re perfectè, & ad ſui libi-
tum diſponendi, quod non verificatur in eo,
qui tenetur reinueſtire ad alterius vſum
Rebuff. in l. berennius. 122. col. 3. in princ. ff. de verbor. ſignificat. iuxta *l. ſi ſtipulatus fuero. §. ſi titius. ff. de verbor. obligat. l. libertis. la 1. ff. de aliment. & cibar. legat. l. fin. §. ſimiliquè modo. C. de bon. quæ liber. Menoch. conſ. 492. n. 12. lib. 5. & conſ. 896. n. 5. lib. 9. poſt Bart. & alios in l. ſi quis vi.*
18 *17. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ.* † Etiam
abutendo, & in mare proijciendo *Gloſ. in l. 1. C. de inofficioſ. donat. Menoch. conſ. 798. n. 3. & 4. lib. 8.* Vnde non mirum, ſi cenſus
debent periculo dantis perire, cum per eum
nullum plenum dominium fuerit translatum
19 in monaſterium † *Anchar. in c. potuit. n. 22. locat. cum alijs ſupra allegatis.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, quia cenſus
fuerunt dati, vt ex fructibus illorum dotes
præſtarentur, tunc enim ceſſantibus fructi-
bus ceſſat etiam dotatio, prout dicimus de
domo data eccleſiæ, vt ex ea dentur alimẽta
donatori, ſi enim contingat rem datam pe-
rire, ceſſabit etiam præſtatio alimentorum,
20 & ita limitatur, † quod exaduerſo oppon-
tur de domo donata cum onere alendi, quæ
poſtea perijt, hoc enim procedit, quãdo ſim-
pliciter domus donatur, non autem quando,
prout in caſu noſtro, fuit donata domus, vt
ex ea præſtentur alimenta, nam tunc illa
ceſſant per eius interitum, ita in ſpecie de-
clarat *Valaſc. de emphyteuſ. q. 27. n. 6. in fin. poſt Peralt. in l. ſi quis legauerit. ff. de legat. 1.* iuxta *l. quidam teſtamento. 99. §. ſi tibi ſeruus. ff. eod. tit.*

Minus obſtat, quod Monaſterium ſe obligaue-
rit ad præſtandas dotes etiam in caſu dimi-
nutionis fructuum, Quia nullibi legitur in
inſtrumento talis promiſſio, & quãuis rein-
ueſtimentum potuiſſet fieri per Monaſterium
in locis Montium, ex quibus minor reddi-
21 tus percipitur, quàm ex cenſibus, † Tamen
non ex hoc infertur, quod voluerit ſe obli-
gare ad dotes præſtãdas de ſuo proprio, cum
ſciret ius ſuum durare, vt diminutis fructi-
bus poſſent etiam diminui in aliqua parte
dotes, ideo talis intellectus non eſt trahen-
dus ad ea, quæ contrahentes non promiſe-
runt, ſed omnia ſunt interpretanda, vt do-
tatio fiat in quantitate expreſſa, donec du-
rant redditus, & ſic rebus ſic ſtantibus,
22 prout ſemper † quælibet diſpoſitio ita debet
intelligi *Gloſ. in l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cauſ. Tiraq. in l. ſi vnquam. in princip. n. 166. C. de reuocand. donat. Surd. deciſ. 326. n. 31. & conſ. 445. n. 35.*

Nec aduerſatur diſpoſitio *tex.* exaduerſo alle-
gati *in l. cum pater filios. 79. §. pater certam.*
23 *ff. de legat. 2.* † Quia procedit, quando teſta-
tor taxauit certam quantitatem dandam
filiæ ſuæ exhæredatæ pro eius dote per hæ-
redem inſtitutum, & pro eadem filia talem
dotem ſtipulantem, tunc enim ſtante clara
voluntate teſtatoris iubentis præciſam quã-
titatem dari, non poteſt hæres diminuere di-
ctam dotem, nec liberabitur dando mino-
24 rem ſummam; † Hoc autem non applicatur
caſui noſtro, in quo donans non ſimpliciter
mandauit dari ſcuta quinquaginta pro qua-
libet puella, ſed vlterius adiecit modum
faciendi talem ſolutionem, videlicet ex fru-
ctibus cenſuum aſſignatorum, quod facit, vt
non poſſit dici certa dos conſtituta, quando
ceſſant fructus, ex quibus dos eſt detrahen-
da, ita vt ceſſantibus fructibus in totum,
vel pro parte, eſſent in totum dotes, vel
quantum vires fructuum patiuntur, iuxta
tex. clarum in l. nomen debitoris. 33. §. vni ex hæredibus. ff. de legat. 3. cum alijs addu-
ctis *ſupr. n. 1. cum ſeq.*

Et ita in ſpecie ad *d. l. cum pater. 79. §. pater*
25 *certam. ff. de legat. 2.* reſpondet † *Rot. coram R. P. D. Pamphilio Bononien. legati. 28. Ianuarij 1613. quæ eſt deciſ. 428. n. 6. ad med. verſ. vel quatenus. p. 2. in recentiorib.* vbi
quod in caſu illius legis aderat voluntas te-
ſtatoris libera quo ad ſummam per eum ex-
preſſam, & non reſtricta, aut limitata ad ali-
quem locum, ex quo eſſet facienda ſolutio,
ſi enim conſtaret de tali reſtrictione, & li-
mitatione, præſumendum eſt, quod quantitas
dotium ſit ſoluenda iuxta formam iuris iu-
bentis, vt diminutis fructibus diminuatur
26 dos, † prout cenſetur teſtator ſe conformaſſe
iuxta eamdem iuris diſpoſitionem *l. hæredes mei. §. cum ita. vbi Rip. n. 74. & 75. ff. ad trebellian. Menoch. conſ. 555. n. 8. lib. 6.*

Nec facit, quod ſi daretur iſta diminutio, eſſet
27 commutare voluntatem teſtatoris, † cuius
commutatio non poteſt fieri *clem. quia contingit. de religioſ. domib. Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de commutat. voluntat. in princip.*
Quia talis diminutio, vt dictum eſt, prouenit
ex voluntate teſtatoris, non contra illius
mentem, cum non taxauerit dotes ſimpli-
citer, ſed quatenus fructus percipiãtur, idem
enim eſt dicere, quod ſolutio fiat ex fructi-
28 bus, vel ſi fructus percipiantur, † tanquam
tales

Digitized by Google

tales dictiones denotent cauſam immedia-
tam, & proximam *l. 1. §. ex incendio. ff. de
incend. ruin. & naufrag. Bart. in l. eo tem-
pore. §. fin. ff. de pecul. Surd. conſ. 573. n. 41.
Cephal. conſ. 330. n. 41. Menoch. conſ. 276.
n. 15. lib. 3.*

Et cum proueniat diminutio ex voluntate te-
ſtatoris, non eſt agendum de commutatione
talis voluntatis, quæ non petitur per Mona-
29 ſterium, † ſed ſolum, quod voluntas eiuſdem
teſtatoris ſeruetur quo ad dotes dandas ex
fructibus quatenus exiſtant, prout ita di-
ſpoſuit, & etiam ius mandat, ſecundum cuius
diſpoſitionem cenſetur teſtator ſe confor-
maſſe, vt dictum eſt, & comprobat *Rot. d. de-
ciſ. 448. n. 6. ad med. verſ. vel quatenus eſſet.
par. 2. in recentiorib.*

Nec oberit, quod non cõcurrat voluntas Prin-
30 cipis circa iſtas diminutiones, † Quia ſatis
eſt, quod debet de iure concurrere, cum
enim ſit hæres, non poteſt alterare volunta-
tem defuncti, qui mandauit dotes ſolui non
ſimpliciter, ſed ex fructibus *l. cum à matre.
C. de rei vendicat. l. ſi ab eo. C. deliber. cauſ.
Surd. conſ. 73. n. 34. lib. 1. Roland. conſ. 71.
n. 36. lib. 3.*

Minus obſtat, quod adſit etiam promiſſio Ad-
miniſtratorum Monaſterij, qui ſe obligarũt
ſoluere dotes iuxta cenſus aſſignatos, quo
31 caſu non poſſunt petere diminutionẽ † exem-
plo hæredis cum beneficio legis, & inuen-
tarij obligantis ſe ad ſolutionem legatorũ,
per quem non poteſt prætendi, quod vires
hæreditariæ non ſufficiant *Ang. conſ. 31. n. 6.
Surd. conſ. 191. n. 25. & 26. lib. 1.* Quia obli-
gatio Adminiſtratorum eſt de ſoluendo do-
tes ex fructibus cenſuum ſibi aſſignatorum,
vnde cum non ſit promiſſio ſimplex, ſed con-
templatione fructuum, prout donans ita aſ-
ſignauit, non intrat aliqua obligatio de pro-
32 prio, † ſed intelligitur iuxta formam iuris
communis mandatis, quod cenſibus perem-
ptis, non debeantur onera ſuper eis impoſi-
ta, itaut fructibus pro parte non extantibus
diminuantur etiam ea, quæ ratione talium
fructuum debentur *Valaſc. de emphyteuſ. q.
27. n. 6. in fin.*

Cum etiam neque Adminiſtratores potuiſſent
de proprio obligare Monaſterium ad ſoluen-
das tales dotes abſque conſenſu Apoſtolico,
33 neque ex eorum facto ſucceſſores, † & Mo-
naſterium ad aliquod teneretur *c. 1. & c. ſi
quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alie-
nand. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9.
n. 104. cum ſeq.*

Ex prædictis etiam ceſſant, quæ dicuntur de
beneplacito Apoſtolico petendo quo ad iſtas
diminutiones dotium, Quia cum illæ proue-
34 niant ex voluntate teſtatoris † non eſt agen-
dum de commutatione voluntatis, ſi enim
debentur dotes ex fructibus aſſignatis per
donantem, adeſt quoq; voluntas illius, vt di-
minutis fructibus etiam dotes diminuantur

Surd. de alim. tit. 4. q. 26. n. 2. cum ſeq.

Et ita ex prædictis fuit deciſum per *Rot. coram
R. P. D. Merlino in huiuſmodi cauſa Ro-
mana dotium. 28. Nouembr. 1622.* vbi etiam
additur non obſtare, quod ſi dicti redditus
augumentum recepiſſent, vtique in commo-
dum, & vtilitatem Congregationis ceſſiſ-
ſent, vnde etiam dicendum eſt de diminu-
35 tione, † neque enim eſt ferendus, qui com-
moda amplectitur, & incommoda recuſat
*l. manifeſtiſſimi. §. penult. C. de furt. l. vnic.
§. pro ſecundo. C. de caduc. toll. l. ſecundum
naturam. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 62. n. 2.
& conſ. 150. n. 11. & 12.* Maximè quando,
prout in caſu noſtro, commodum & incom-
modum reſpicit eandem rem, & circa eam
verſatur, tunc enim vtrumque eſt agnoſcen-
36 dum, † quidquid aliud ſit quando lucrum, &
damnum proueniret ex diuerſis, & ſeparatis
negotijs, quia tunc poteſt vnum reſpui, &
aliud acceptari *Idem Surd. d. conſ. 150. n. 85.
vſque ad 88. lib. 2. poſt Caſtr. in l. ſi eum
dotem. §. ſi pater. n. 3. ff. ſolut. matrim. Din.
in c. qui ſentit. col. 1. de regul. iur. in 6.
Phanuc. de lucr. dot. gloſ. 82.*

Quia Congregatio non poterat ſperare ali-
quod commodum ex iſto prætenſo augu-
37 mento euentuali, † nam tenebatur erogare
ſcuta ducentum in dotes puellarum, & quod
ſupererat in ſumptus ad cultum capellæ ſpe-
ctantes, Maximè, quia nullum inueſtimen-
tum perpetuum poterat inueniri, quod vbe-
riores redditus daret, quam ad rationem ſe-
ptem cum dimidio pro quolibet centenario,
prout prius reddebant tres cenſus aſſignati;
Idem quoque eſt in bonis ſtabilibus, cum à
communiter contingentibus illa non reddãt
vltra quinque aut ſex pro centum, quod
etiam eſt in cenſibus tanquam non reperian-
tur perſonæ facultatibus idoneæ, quæ ſu-
mant pecunias ad cenſum grauiori intereſſe,
quam pro ſeptem, quo vero ad loca mon-
tium non vacabilium omnes norunt illorum
redditus non aſcendere ad quinque, itaut
dum teſtatrix mandauit fieri reinueſtimen-
tum in caſu reſtitutionis priorum cenſuum
aſſignatorum in locis montium, ſeu ſtabi-
libus, & de illorum fructibus dotari puellas
38 ſatis colligatur † illam ſaltem virtualiter
cogitaſſe de diminutione dotium ad ratam
fructuum, cum quibus erant dotandæ puellę,
non autem, vt de proprio Congregatio tene-
retur *Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe.
ff. de legat. 1. & in l. vxorem. §. agri pla-
gam. ff. de legat. 3. Aim. conſ. 149. n. 11. Cephal.
conſ. 152. n. 76. Surd. conſ. 143. n. 20. Ruin.
in l. 1. n. 21. ff. ſolut. matrim. Soc. Iun. conſ.
134. n. 31. lib. 3. iuxta l. gallus. §. quidam
rectè. ff. de liber. & poſthum. Rip. in l. 1.
n. 53. ff. de vulg. & pupill.*

Quibus fuit additum, quod ex procemio, & vni-
uerſa narratiua apparet onus dotandi puel-
las fuiſſe omninò correſpectiuum ad reddi-

tus aſſignatos, & illorum contemplatione appoſitum, itaut tunc debeat regulari à ſua cauſa, vt plus non cogatur congregatio impendere, quã ex dictis redditibus percipiat,
39 adeo vt factum † ob aliquam cauſam ſecundum illam determinetur, & reſtringatur ad terminos commodi iniuncti, prout in propoſito noſtro notat *Surd. conſ. 389. n. 9. cum ſeq. lib. 3.* iuxta *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. l. cum tale. §. falſam. ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. ſcio. ff. de ann. legat. & in l. planè. vbi Bald. Angel. & Alex. §. ſi duobus. ff. de legat. 1. Oſaſc. deciſ. 98. Natt. conſ. 596. n. 12.*

Quare Vaſſallus non præſtat alimenta domino
40 vltra fructus feudi † *Bald. in l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lat. libertat. tollend.* iuxta declarationes, de quibus per *Roſental. de feud. c. 8. concluſ. 27. n. 7. & in litter. d.* cum alijs per *Surd. de aliment. tit. 7. q. 31. n. 9. & 14. & d. conſ. 389. n. 13.* vbi etiam de conductore
41 impedito caſu fortuito, † cui fit remiſſio penſionis pro tempore, quo impedimentum durauit *l. ſi quis domum. in princ. ff. locat. Bart. in l. ſi vno. §. item cum quidam. ff. eod. Bellon. conſ. 45. n. 4.* prout etiam in
42 emphyteuta, † cui eſt facienda remiſſio ad rationem diminutionis fructuũ quando penſio illis correſpondet *Boſſ. de remiſſ. merced. conduct. n. 114. poſt Bart. in l. 2. in 2. oppoſit. & ibi Iaſ. col. 4. C. de iur. emphyt. Aret. conſ. 45. Alex. conſ. 112. n. 2. lib. 1.*

EPITOME.

Fideicõmiſſum quando inducatur ex prohibitione diuiſionis, ſeu alienationis per ſuos hæredes alicuius rei, quæ firma debeat remanere pro nepotibus, & alijs de generatione ſub aliqua pœna. ¶ Diuiſio quãdo dicatur alienatio, & illius appellatione veniat. ¶ Et quid ſi adſint verba aliquo modo, omninò, vel ſimilia. ¶ Et de illorum ſignificatione. ¶ Prohibitio alienandi nuda, & abſque cauſa quando ſit valida, ſi veſtiatur à pœna propter contrauentionem. ¶ Succeſſorum appellatione an veniant ſolum ſucceſſores ſanguinis. ¶ Præceptum perſonale de nunquam diuidendo an intelligatur tantùm, quouſque prohibiti vixerint. ¶ Et quando debeat intelligi quo ad dominium, non autem quo ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio diuiſionis inducit fideicommiſſum. Declara, vt n. 19.*
2 *Succeſſorum appellatione quo caſu veniant ſolum ſucceſſores ſanguinis.*
3 *Cauſa non requiritur in prohibitione diuiſionis facta pluribus. Contrarium. n. 17.*
4 *Diuiſio dicitur alienatio, & venit illius appellatione.*
5 *Verba aliquo modo, omninò, vel ſimilia inducunt voluntatem diſponentis quo ad effectum conſeruationis bonorũ in familia.*
6 *Prohibitio alienandi nuda, & abſque cauſa, ſi fuerit veſtita à pœna propter contrauentionem facit, vt cenſeatur facta contemplatione aliorum, qui ſunt vocati. Intellige, vt n. 15. & 16.*
7 *Teſtator prohibens diuiſionem intelligitur illam prohibuiſſe quo ad dominium, non quo ad fructus, & ius fruendi.*
8 *Prohibitio perſonalis de non diuidendo intelligitur quouſque prohibiti vixerint, quamuis dictum ſit nullo tempore, & in perpetuum. n. 11. & 12.*
9 *Societas poteſt contrahi ad vitam, à qua non receditur, donec ſocij vixerint.*
10 *Valet argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, & è contra.*
13 *Fideicommiſſum inducitur, ſi teſtator prohibuit aliquam rem alienarè per ſuos hæredes volens illam firmam remanere pro ſuis nepotibus, & alijs de ſua generatione ſub aliqua pœna. & n. 14. Declara, vt n. 20.*
21 *Grauandus non eſt, qui non fuit honoratus per teſtatorem.*

CAP. DCCCCXVII.

Teſtator inſtituit hæredes Auguſtinum, Antonium, & Hieronymum cum hoc
1 inter cætera, † quod non poſſint, nec valeant quoddam eius prædium, neque eorum ſucceſſores vſque ad quartam generationem diuidere, neque partiri aliquo modo, nec de eo aliquod inſtrumentum, vel obligationem facere, ſub obligatione amiſſionis eorum partis dicti prædij, ſed debeat, ſi aliquo tempore deuenerint ad diuiſionem inter eos diuidere fructus: Ex quibus verbis videtur colligi voluntas teſtatoris inducendi fideicommiſſum duraturum vſque ad quartam generationem ad fauorem ſucceſſorum in caſu contrauentionis præcepti per eumdem
2 teſtatorem facti, † & ſucceſſores in hoc caſu erunt deſcendentes, qui ſunt ſucceſſores ſanguinis ipſius teſtatoris *l. cum in teſtamento. vbi Gloſ. & Bart. ff. de aur. & argent. legat. Imol. in l. ex facto. in princ. ff. ad trebellian. Socin. conſ. 149. n. 11. in fin. verſ. prima difficultas. lib. 2. & conſ. 150. col. 1. eod. lib. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 11. n. 5.* iuxta *l. cum acutiſſimi. in fin. C. de fideicommiſſ.*

Et quamuis nulla adſit cauſa, ob quam teſtator
3 prohibuit diuiſionem, † Tamen ex quo plures ſunt prohibiti diuidere, nulla requiritur cauſa, tanquam prohibitio videatur facta contemplatione aliorum non alienantium *Gloſ. in l. codicillis. 92. §. inſtituto. in verb. filijs. vbi Imol. n. 5. ff. de legat. 2. Grat. conſ. 21. n. 13. lib. 2. Corſet. ſing. 363. teſtator in teſtamento. in fin. Curt. Sen. conſ. 48. n. 14. & conſ.*

& conſ.144. n.25. Alex. in l. qui roma. §.coheredes . col. 4. ad med. verſ. adde quod pro illa opinione. ff. de verb. obligat.

Neque eſt curandum , quod teſtator non prohibuerit alienationem, ſed diuiſionẽ,& obli-
4 gationem , † Quia diuiſio dicitur alienatio , & venit appellatione alienationis, quando , prout in caſu noſtro, per talem diuiſionem fit dominus ille , qui antea non erat dominus *l.1. C. commun. vtriuſque iudic. Iſern. in c. imperialem. §. preterea ducatus. n. 36. de prohibit. feud. alienat. per federic. Surd. conſ.308. n. 18. lib.3. Menoch. conſ. 80. n.1. & 56. lib.1. & conſ.974. n.18. lib.10. & conſ. 985. n. 6. eod. lib. Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 14. n. 41.*

Cum etiam teſtator non prohibuerit alienationem prædij ſimpliciter , ſed mandauerit , quod aliquo modo illud non alienetur,quaſi
5 tunc iſta prohibitio ſit magis præciſa, † tanquam per dicta verba aliquo modo , omnino, vel ſimilia colligatur magis voluntas diſponentis , qui voluit diſpoſitionem ſuam debere ſortiri effectum conſeruationis bonorum in familia vſque ad præfinitum tempus quartæ generationis *Socin.conſ.251. col.2.in fin. lib.2. Iaſ. conſ. 23. col. 2. in princ. lib.3. Petr. de fideicommiſſ. q. 5. n.34. poſt princ. verſ. & in caſu vbi verba. & n.104.*

Maximè , quia iſta prohibitio alienationis, li-
6 cet ſit nuda,& abſque cauſa; † Tamen eſt veſtita à pœna in caſu contrauentionis , quod facit , vt cenſeatur facta contemplatione aliorum, qui ſunt vocati , & per conſequens erit eiſdem quæſitum prædium prohibitum alienari in pœnam alienantis *Bart. in l.quoties. 11. ad med. verſ. niſi expreſſè. C. de fideicommiſſ. Dec. conſ. 182. in cauſa occurrenti. n.4. ad fin.* dixi *ſupr. c. 334. n.1. vſque ad 5.* vbi quod procedit non ſolum quo ad pœnam tranſlationis rei alienatæ in aliũ , ſed etiam quo ad pœnam extrinſecam pecuniariam *Rip. in l. filiusfamilias . §. diui . n.22. ff. de legat.1.*

Præſertim,quia teſtator licet prohibuerit diuiſionem dicti prædij , Tamen non ex hoc grauabantur hæredes , cum per eum fuerit diſpoſitum , vt ſi aliquo tempore deuenerint ad diuiſionem , fructus eiuſdem prædij inter
7 eos diuidantur , † quod etiam ſi non fuiſſet expreſſum, erat conforme iuri communi, ſecundum quod , ſi teſtator prohibeat diuiſionem , intelligetur illam prohibuiſſe quo ad dominium , non autem quo ad fructus , & ius fruendi *Bald.in l. fin. C.commun.diuid. Pariſ. conſ.69. n.17. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 79. col. 2. lib. 1. Roland.* qui de communi *conſ. 81. n. 33. lib. 1.*

Nec obſtabit , quod teſtator non poſſit prohibere diuiſionem vſque ad quartam generationem , Quia in caſu noſtro non adeſt talis prohibitio , cum ſit facta perſonaliter Antonio , Auguſtino , & Hieronymo , vt non
8 diuidant , † & ſic intelligetur quouſque vixerint, & per conſequens non excedet vitam illorum, quamuis etiam fuerit dictum,quod nullo tempore , & in perpetuum non poſſit diuidi , quando enim eſt reſtricta ad vitam certarum perſonarum , & illarum contemplatione , perinde eſt ac ſi dictum fuiſſet vſque ad vitam , & ſic tanquam ad tempus va-
9 lebit , † Nam ſicut ſocietas , & communio poteſt contrahi ad vitam,& ne vllo tempore quoad ſocij viuant , ab ea recedatur *l. 1. ff. pro ſoc.* Ita etiam dicendum eſt , quod per teſtatorem hoc poſſit diſponi , & mandari , cum validum ſit argumentum de contracti-
10 bus ad vltimas voluntates , † & è contra *l. quæ legata. & l. ſeruum filij. §. cum qui. ff. de legat.1.* Immo maioris potentiæ eſt voluntas teſtatoris *l. ſi itaque . §. cum lege . ff.de verb.obligation.* & ita in ſpecie per iſtas
11 & ſimiles rationes ; † quod valeat talis prohibitio non obſtantibus dictionibus ſemper, & in perpetuũ concludit *Grat. conſ.66.n.13. vſque ad 26.lib.2. poſt Dec. conſ.264. in inſtrumento de quo agitur . col. 2. Florian. in l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. commun. diuidund. Alex. conſ.59. viſo themate. lib.5. & conſ.113.circa primum dubium.lib.3.* cum alijs per *Addent. ad eumd. Alex conſ 18. in verb. ad tempus. lib.2.* latè *Roland. conſ.84. n.9.vſque ad 30.lib.1.* quare ex prædictis hæredes inſtituti in caſu noſtro non poterunt
12 durante eorum vita diuidere , † prout neque poſtea eorum ſucceſſores vſque ad quartum gradum, & ſic dicetur inita ſocietas ex quaſi contractu hæredis adeuntis vſque ad vitam , quod de iure admittitur *Grat. d. conſ. 66. n. 24. lib. 2.*

Et paſſim cenſetur inductum fideicommiſſum quando teſtator prohibuit fundum , ſeu aliquid alienari per ſuos hæredes inſtitutos ,
13 volens illum firmum remanere † pro ſuis nepotibus , & alijs de ſua generatione ſub aliqua pœna,cum ab ea dicatur prohibitio veſtita , tanquam ſit facta contemplatione nepotum , & aliorum curatorum , ne ſit vana , & otioſa , ideo cenſetur adiecta propter inducendum fideicommiſſum *Petr. de fideicommiſſ.q.5. n.134. & q.1. concluſ.2.cauſ.4. n.114 fol.9.* iuxta diſpoſitionem *l. codicillo. qua eſt penult. §. inſtituto. ff. de legat.2.*

Vnde etiam reſultabit fideicommiſſum,ſi teſtator diſpoſuit, quod bona ſua remaneant cõmunia inter ſuos filios toto tempore vitæ
14 ipſorum, † quia vult, quod illa perpetuò remaneant communia inter ipſos , & eorum deſcendentes , nam prohibitio diuiſionis ad vitam filiorum valet , & ratio adiecta talem effectum fideicommiſſi operatur *Petr. de fideicommiſſ. q.5. n. 142. & 143.*

Verum ne in litibus immoremur, iſta non ſunt adeo tuta , vt non poſſit defendi contraria opinio negatiua, quod ſcilicet nullum fuerit
15 inductum fideicommiſſum , † Nam quamuis

prohibitio diuiſionis ſit pœnalis, eum teſta-
tor diſpoſuerit, quod hæredes inſtituti non
poſſint diuidere ſub obligatione amiſſionis
eorum partis, Tamen nulla adeſt eertitudo,
cui perſonæ ſit applicanda talis portio, de-
bebat enim eertifieari perſona, ad quã eſſet
peruentura portio alienantis, ad hoc vt ad
fauorẽ eius inductum ſit fideicommiſſum, &
res alienata ad illum transferatur *Alex. conſ. 57. perſpectis. in princ. lib.* 2. prout etiam
ita loquuntur omnes allegati *ſupr. in verſ. maxime quia iſta probibitio. n.6.*

Neque enim poteſt dici hoc eſſe contra volun-
tatem teſtatoris, Nam cum nulla exprima-
16 tur perſona, † aut cauſa, ob quam ita teſta-
tor prohibuerit, remanet diſpoſitio incerta,
& per conſequens nulla *l. paulus. ff. de reb. dub.* itaut in caſu contrauentionis non adſit
aliquis, cui poſſit per fideicommiſſum ac-
quiri, & eui hæres contraueniendo oblige-
tur, prout faceret, ſi eſſet perſona eerta *l. ex maleficijs. §. hares. ff. de act. & obligat.* dixi
latè *ſupr. c.* 280. *n.* 11. *vſque ad* 14. vbi etiam
quod iſta procedunt quando fuiſſet prohibi-
ta alienatio cum verbis nullo modo, vel ſi-
milibus *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 14. *n.* 1.

Nec obſtabit, quod in caſu noſtro fuerint plu-
res prohibiti alienare, quaſi tunc non requi-
ratur cauſa, quaſi prohibitio videatur facta
contemplatione aliorum non alienantium,
vt dictum eſt *ſupr. verſ. & quamuis nulla*
17 *adſit. n.* 3. † Quia reſpondetur veriorem opi-
nionem eſſe, quod etiam in prohibitione
facta pluribus requiratur cauſa, nam illa
ceſſante, non poteſt ſumi coniectura, quod
adſit reciprocum fideicommiſſum, vt de
magis communi teſtatur *Gabr. conſ.* 140. *n.* 45. *&* 46. *lib.* 1. *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit* 5. *n.* 16. *Oddo conſ* 66. *n.* 40. *& conſ.* 67. *n* 8. & latè multas auctori-
tates, & rationes adduxi *ſupr. c.* 280. *n.* 15. *vſque ad* 21. *tom.* 2.

Additur, quod omnes hæredes prohibiti alie-
18 nare conſenſerunt, vnde † quamuis etiam
inter eos fuiſſet inductum reciprocum fidei-
commiſſum per talem prohibitionẽ factam
pluribus, tamen intelligitur, vt habeat lo-
cum prohibitio, quando contingeret alte-
rum eorum ſine alterius conſenſu alienare
Alex. in l. qui roma. §. cohæredes. col. 3. *ad med. verſ. addo quod pro illa opinione. ff. de verb. obligation.* cum alijs de quibus *ſupr. c.* 280. *n.* 29. *vſque ad* 32.

Et quod dictum eſt de diuiſione non facienda
19 vſque ad vitam prohibitorum diuidere, † non
obſtat, quia ex hoc præcepto non impedie-
tur diuiſio, ſi cohęredes omnes vellent ſpõte
diuidere, cum liceat communi conſenſu re-
cedere ab eo, quod ad illorum commodum
per teſtatorem fuit diſpoſitum, vt in ſpecie
concludit *Oldrad. conſ.* 241. *factum tale eſt. per tot. Dec. in l. cum proponas. la* 1. *n.* 1. *&* 4. *C. de pact. Dilect. de art. teſtand. tit. de var. teſtat. praecept. caut.* 8. *n.* 5. *tom.* 8. *par.* 1. *fol.* 139.

Neque etiam obſtant alia ſupra adducta, quia
procedunt, quando teſtator expreſſiſſet cau-
ſam dicendo volo filios meos fundum habe-
20 re, † & poſſidere, & illum remanere pro ſuis
nepotibus, & ſua generatione, tunc enim
eſſet illorum fauor conſiderandus iuxta *l. pater.* 36. *§. quindecim. ff. de legat.* 3. & in
ſpecie ita declarat *Rip. in l. filiusfamilias. §. diui. col.* 7. *in princ. n.* 33. *ff. de legat.* 1. *Crot. conſ.* 61. *in princ. & n.* 24. *lib.* 1. & in
iſtis etiam terminis loquitur *tex.* ſupra alle-
gatus pro alia opinione *in l. codicillo. qua eſt penult. §. inſtituto. ff. de leg.* 2. Quod
etiam voluit *Petr. de fideicommiſſ. q.* 1. *n.* 32. *&* 33. vbi de prohibitione facta filijs, & de-
ſcendentibus, quæ non poterit dici veſtita
ob id alio non adiecto, tanquam ſit potius
conſilium, cui poterunt filij renunciare,
quamuis enim prohibitio facta ſit non ſo-
lum filijs hæredibus inſtitutis, ſed etiam eo-
21 rum deſcendentibus, † tamen reſpectu ip-
ſorum deſcendentium, qui non reperiuntur
honorati, neque expreſsè vocati, prohibitio
non valet *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* pro-
pterea de eis nulla ratio eſt habenda *Cephal. conſ.* 730. *n.* 51. *cum ſeq. lib.* 5. cum alijs per
Petr. de fideicommiſſ. q. 1. *n.* 33.

E P I T O M E.

LOca exempta quando ſint in diœceſi, ſeu de diœceſi, & conſtituant territorium per ſe. ¶ Terra Prati an ſit in diœceſi Piſtorienſi. ¶ Et ſituatio illius qualis ſit. ¶ Statutum Pratentium mandans, vt nullus præſumat allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non habeat in terra Prati iuriſdictionem, an ſit contra libertatem eccleſiæ. ¶ Enunciatiuæ tàm antiquæ, quàm de recenti qualem probationem faciant. ¶ Priuilegia exemptionum an ſolum eximant à ſubiectione, non autem à ſituatione, ſeu denominatione. ¶ Exempti an habeant iuriſdictionem ſolùm in perſonis, non in locis. ¶ Epiſcopus an gaudeat alternatiua, ſi tempore vacationis beneficij ſit in loco exempto. ¶ Indultum de percipiendis fructibus beneficiorum alicuius diœceſis an compræhendat beneficia exempta. ¶ Eccleſia viſitata, an ſit in diœceſi Epiſcopi viſitantis. ¶ Petens exemptionem an præſupponat eſſe in diœceſi. ¶ Exemptio perſonarum quando faciat locum exemptum, itaut excludatur diœceſis, quamuis eſſet præſcripta iuriſdictio Epiſcopalis priuatiuè. ¶ Præſcriptio quadragenaria in quibus caſibus ſuffragetur ſine titulo, & priuilegio. ¶ Et quando tollatur per contrarios actus, & quod tempus ſit neceſſarium. ¶ Impetrans indultum exemptionis an dicatur renunciaſſe præſcriptioni ſibi quo ad eam competenti. ¶ Exemptio an

tollat

Digitized by Google

tollat habitum dignitatis Epiſcopalis, vel ſolum impediat exercitium illius in exemptos. ¶ Tutor, cui adminiſtratio interdicitur, an deſinat eſſe tutor. ¶ Iuriſdictio ordinaria, ſeu delegata ad vniuerſitatem cauſarum, & perſonarum an detur ſine territorio, vel illi cohæreat paſſiuè, & materialiter, actiuè autem Iudici. ¶ Locus exiſtens intra confines an ſit in diœceſi. ¶ Rectores ſcholarium, Arbitri iuris, Iudices cartularij, Inquiſitores hæreticæ prauitatis, Conſeruatores, & ſimiles an habeant iuriſdictionem ſine territorio. ¶ Exemptiones conceſſæ abſque cauſa an ſint inualidæ. ¶ Verba præteriti temporis quando denotent conſummationẽ actus, & ſignificent tempus futurum, itaut diſpoſitio in vtroque tempore verificetur.

S V M M A R I V M.

1 *Terra Prati an ſit in diœceſi Piſtorienſi. n. 3. & 6.*
2 *Aſſertioni Papæ ſtandum eſt de actu ſecum geſto.*
4 *Enunciatiuæ in antiquiſſimis plenè probant.*
5 *Fama in antiquis facit plenam fidem.*
7 *Reſeruatio conſeruat iura reſeruata. & n. 29.*
8 *Inſcriptiones in antiquis plenam probationem inducunt.*
9 *Priuilegia exemptionum ſolum eximunt à ſubiectione, non autem à ſituatione, ſeu denominatione.*
10 *Loca exempta ſunt in diœceſi.*
11 *Omnia cenſentur reſeruata Epiſcopo, & remanent ſub eius iuriſdictione non obſtantibus priuilegijs exemptionum.*
12 *Exempti ſolum habent iuriſdictionem in perſonis, non in locis.*
13 *Locus exemptus an conſtituat territorium ſeparatum.*
14 *Epiſcopus gaudet alternatiua, quamuis tempore vacationis beneficij ſit in loco exempto.*
15 *Indultum de percipiendis fructibus primi anni de vacationibus beneficiorum alienius diœceſis comprehendit beneficia exempta.*
16 *Diſpoſitio eſt acceptanda cum ſuis qualitatibus, & cauſis in totum, & non in parte.*
17 *Situatio terræ Prati qualis ſit.*
18 *Locus intra confines exiſtens dicitur eſſe in diœceſi.*
19 *Eccleſia viſitata eſt in diœceſi Epiſcopi viſitantis.*
20 *Actus turbatiui, & attentati non ſuffragantur.*
21 *Statutum Pratenſium mandans, vt nullus præſumat allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non habeat in terra Prati iuriſdictionem an ſit contra libertatem Eccleſiæ.*
22 *Enunciatiuæ de recenti, quod terra Prati, non ſit nullius diœceſis non probant in præiudicium Epiſcopi.*
23 *Enunciatiuæ ſimplices abſque cognitione cauſa, & ſuper his, quæ à poteſtate proferentium non dependent, non ſunt præiudiciales eccleſiæ.*
24 *Non habens facultatem diſponendi, multò minus habebit enunciandi, & talis enunciatio non valet. n. 25.*
26 *Diuerſitas enunciationis obſcurat probationem, & hinc inde enunciatiuæ conquaſſantur.*
27 *Priuilegia terræ Prati non conſtituunt eam in ſtatu nullius, & quomodo intelligantur. n. 28.*
30 *Derogatio Concilij Conſtantien. eſt neceſſaria.*
31 *Petens exemptionem præſupponit eſſe in diœceſi.*
32 *Exemptio terræ Prati an ſit limitata, ſeu generalis.*
33 *Exemptio perſonarum non facit locum exemptum, itaut excludatur diœceſis etiam quod eſſet præſcripta iuriſdictio Epiſcopalis priuatiuè. n. 51.*
34 *Priuilegium Pauli III. conceſſum Præpoſito Pratenſi quid contineat, & an per illud præſeruetur iuriſdictio ordinaria Epiſcopi. & n. 35.*
36 *Cauſa conceſſionis eſt concludenter probanda, & emanata ad ſupplicationem partis non attenditur. n. 37.*
38 *Derogatio priuilegiorum eſt facienda.*
39 *Probatio immemorabilis quæ requiſita debeat habere, & per quos actus excludatur. n. 40.*
41 *Mala fides impedit præſcriptionem, & nocet ſucceſſoribus. & n. 42.*
43 *Quadragenaria præſcriptio quando ſuffragetur ſine titulo, & priuilegio.*
44 *Præſcriptio quando tollatur per contrarios actus, & quod tempus ſit neceſſarium. n. 45.*
46 *Prohibitus aliquid facere, & acquieſcens prohibitioni ſibi præiudicat.*
47 *Impetrans indultum exemptionis dicitur renunciaſſe præſcriptioni ſibi quo ad eam competenti.*
48 *Præſcriptio qualiter conſideretur quo ad actus geſtos per Præpoſitum Pratenſem, & Epiſcopum Piſtorien. in terra Prati. n. 49. & 50.*
52 *Locus exemptus licet non dicatur de iuriſdictione diœceſis, tamen eſt de diœceſi.*
53 *Exemptio non tollit habitum dignitatis Epiſcopalis, ſed ſolum impedit exercitium illius in exemptos.*
54 *Tutor, cui adminiſtratio interdicitur, non deſinit eſſe tutor.*
55 *Terra Prati reſpectu quarum perſonarum poſſit dici nullius diœceſis.*
56 *Iuriſdictio non datur ſine territorio, ſed illi cohæret paſſiuè, & materialiter, actiuè autem Iudici. n. 57. Contrarium eſt verius, tàm in ordinaria, quàm in delegata ad vniuerſitatem cauſarum, & perſonarum. & n. 58.*
59 *Rectores ſcholarium, Arbitri iuris, Iudices car-*

cartularij, Inquiſitores hæretica prauitatis, Conſeruatores, & ſimiles habent iuriſdi-ctionem etiam ſine territorio.

60 *Territorium, licet ſit de eſſe iuriſdictionis ordinariæ vniuerſalis, non tamen eſt de eſſe iuriſdictionis ordinariæ certarum perſonarum.*

61 *Exemptiones conceſſa non citatis intereſſe habentibus, & abſque cauſa ſunt inualidæ iuxtà Concilium Lateranenſe.*

62 *Verbum prolatum in præteritum denotat conſummationem actus, licet aliquando ſignificet tempus futurum, & diſpoſitio in vtroque tẽpore verificabitur. n. 63. 64. & 65.*

66 *Ratio eadem facit idem ius per comprahenſionem, non per extenſionem.*

66 *Actus legitimè geſtus non debet retractari.*

CAP. DCCCCXVIII.

SEntentiam affirmatiuã dixi veriorẽ eſſe, quod terra Prati ſit in diœceſi Piſtorien. in 1 caſu & ad effectum, de quo agebatur. † Nam in multis litteris Apoſtolicis antiquiſſimis etiam coneiſtorialibus, & motu proprio emanatis, & Epiſcopo Piſtorien. directis recenſentur omnes Eccleſiæ plebaniæ dictæ diœceſis, & ſpecialiter illa S. Stephani terræ Prati, cum expreſſione, quod occaſione priuilegij Pratenſibus conceſſi nulla diminutio, aut iniuria matri ſuæ Piſtorien. Eccleſiæ inferatur, ex quibus verbis principaliter prolatis ad deſcribendam diœceſim plena probatio reſultat, quod terra Prati ſit in 2 diœceſi, † tanquam ſtandum ſit aſſertioni Papæ de actu ſecum geſto *Imol. in clement. vnic. n. 9. de probation. Socin. conſ. 87. n. 19. lib. 3. Capntaq. deciſ. 286. p. 2. Rot. coram R. P. D. Coccino Theatina iuriſdictionis. S. Io. in Venere. 4. Maij 1612.*

Cum etiam adſint antiquiſſimæ enunciatiuæ, tàm in litteris Apoſtolicis, quàm in diuerſis 3 ſcripturis, † & inſtrumentis etiam per partem aduerſam compulſatis, & productis, in quibus ſemper enunciatur terra Prati diœceſis Piſtorien., prout etiam de eis meminit *Socin.* qui in huiuſmodi cauſa ſcripſit 4 *conſ. 286. lib. 2.* † Quæ quidem enunciatiuæ in antiquiſſimis plenè probant *Put. deciſ. 209. lib. 2. Capntaq. deciſ. 344. p. 3. Cardin. Seraphin. deciſ. 1272. in princ.* cum alijs per *Rot. deciſ. 360. n. 3. & 4. & deciſ. 724. n. 3. p. 2.* 5 *in recentiorib.* † Tanquam habeant vim famæ, quæ probat in antiquis *Ferrett. conſ. 293. n. 6. Achill. deciſ. 7. n. 1. de iurepatronat. Alex. conſ. 75. n. 3. lib. 4. Caſſador. deciſ. 3. n. 3. de procurator. Rot. deciſ. 674. n. 2. poſt med. p. 2. in recentior.*

Quæ magis confirmantur ex concordijs initis inter Epiſcopos Piſtorien. & Præpoſitos Pra-6 ten. de anno 1536. & 1550. & 1607. † in quibus deputatur Vicarius communis in terra Prati, qui nomine vtriuſque ius diceret, videlicet pro Epiſcopo in his, quæ ſpectant ad ſuam ordinariam iuriſdictionem, & pro Præpoſito in his, quæ pertinent ad illius indultum, cum expreſſa declaratione, quod in nihilo præiudicetur iuriſdictioni ordinariæ Epiſcopi, neque indulto exemptionis conceſſo Præpoſito, quibus per dictas concor-7 dias non cenſeatur derogatum, † adeo vt ſemper ex iſtis appareat terram Prati exiſtere in diœceſi Epiſcopi, cuius iura fuerunt reſeruata *Oldrad. conſ. 214. Socin. conſ. 287. lib. 2. Ang. in l. fin. C. de temporib. appellat. Aim. conſ. 70. n. 6.* iuxta *l. ſi quis legauerit. ff. de legat. 1.*

Et vltra deputationem Vicarij in terra Prati, adeſt etiam ibidem Palatium Epiſcopale, in quo per eũdem Vicarium ius redditur cum 8 armis, † & inſignijs antiquis depictis Epiſcoporum Piſtorien. quæ inſcriptiones in antiquis plenè probant *Gloſ. in c. cum cauſam. 13. in verb. per libros. in fin. de probationib. Bart. & Bald. in l. monumentorum. C. de religioſ. & ſumpt. funer. Idem Bald. conſ. 310. lib. 5. alias eſt conſ. 445. lib. 4. Dec. conſ. 135. ad iuſtificationem bullæ. n. 1. poſt med. Purpur. in l. 1. n. 155. ff. ſi cert. petat. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina. n. 97. ad med. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.*

Accedat priuilegium exemptionis quo ad perſonam Præpoſiti, eiuſq. Eccleſiæ, & beneficiatorum tantum obtentum per eoſdem à Pio II. de quo *in ſummar. n. 7.* vbi exponunt ſe eſſe de diœceſi Piſtorien., quæ expoſitio 9 neque erat neceſſaria, † cum ſufficeret petere exemptionem, quæ facit, vt loca ſint in diœceſi, nam fruſtra peteretur exemptio, ſi illa non eſſent in diœceſi, tanquam ſimilia priuilegia ſolum eximant à ſubiectione, non autem à ſituatione, ſeu denominatione *Vitalin. in clem. 2. n. 44. de priuileg. Franc. in c. 2. §. ſtatuto. n. 10. verſ. ſed aduerte. de conſtitution. in 6. Rot. coram R. P. D. Atrebaten. Conſtantin. iuriſdictionis. 18. Maij 1611. quæ eſt deciſ. 324. n. 4. p. 1. in recent.*

Et quod loca exempta ſint in diœceſi eſt *tex. in* 10 *c. cum epiſcopus.* † *vbi Gemin. n. 3. de offic. ordinar. in 6. Abb. in c. apoſtolica. n. 3. de donation. Ancbar. in c. poſtulaſti. n. 45. de for. competent. Feder. conſ. 2. n. 4. Vbald. de canonic. epiſcop. & parrochial. c. 4. q. 6. n. 11. Felin. in c. graue. n. 2. de offic. ordinar. Rot. coram R. P. D. Brauo Volaterranen. iuriſdictionis. 14. Ianuarij 1581. quæ eſt deciſ. 207. n. 3. & 4. p. 2. diuerſor. & coram Card. Sacrato Sipuntina iuriſdictionis. 24. Maij 1613. quæ eſt deciſ. 491. n. 1. p. 1. in recentior. & deciſ. 324. n. 3. vſque ad 8. par. ead.* vbi allegantur concordantes deciſiones *Gonzal.* qui multa in propoſito adducit *ad regul. 8. gloſ. 43. n. 187. vſque ad 193.*

Quod paſſim ſeruatur in omnibus, quæ per priuilegia exẽptionum Epiſcopo expreſsè non 11 adimuntur, † cui ſemper illa cenſentur reſer-

ſernata, & remanent ſub eius iuriſdictione
Franc. in c. 2. n. 10. de conſtit. in 6. Rot. deciſ.
324. n. 5. & 6. p. 1. in recent. vbi etiam quod
iſta priuilegia non eximunt loca, & caſtra,
ſiue populum, nec conſtituunt territorium
12 ſeparatum † cum exempti dicantur habere
ſolum iuriſdictionem in perſonis, non in
locis *c. per exemptionem. vbi Geminian. n. 5.*
& Anchar. n. 3. de priuileg. in 6. Rot. coram
R. P. D. Rubeo Aretina ſeu Montis Politiani
viſitandi. 9. Maij 1586. *& coram Cardin.*
Millino Tiraſonen. iuriſdictionis de Tu-
dela. 5. Iunij 1593.
Neque obſtat, quod exemptus conſtituat ter-
13 ritorium per ſe † *Roland. conſ. 33. n. 44. cum*
ſeq. lib. 3. Quia procedit per modum æqui-
parationis, & impropriè, & quo ad certos
effectus, cum realiter, & propriè contrarium
ſit verius *Felin. in c. graue. 19. n. 2. in fin.*
verſ. iſta enim & ſimilia. de offic. ordinar.
Rot. diuerſor. deciſ. 208. n. 4. p. 2. & deciſ. 324.
n. 7. par. 1. in recentiorib. Gonzal. ad reg. 8.
gloſ. 43. n. 190. in fin. in 2. edition.
Quare Epiſcopus, qui tenetur reſidere in diœ-
14 ceſi, vt gaudeat alternatiua, † illa etiam
gaudebit, quamuis tempore vacationis be-
neficij ſit in aliquo loco exempto ſuæ diœ-
ceſis, cum dicatur in propria diœceſi reſide-
re, vt latè concludit *Gonzal. d. gloſ. 43. n.*
187. cum ſeq. vbi etiam, quod indultum
conceſſum de percipiendis fructibus primi
15 anni † de vacationibus omnium beneficio-
rum conſiſtentium in aliqua diœceſi com-
prehendit beneficia exempta, cum dicantur
conſiſtere, & eſſe in diæceſi *Gemin. in c. ſi*
propter. n. 6. vbi Franc. n. 8. de renunciat.
Quod quidem indultum exemptionis, tàm per
Præpoſitũ Pratenſem, quàm Capitulum fuit
ſeruatum illo ſæpius vtendo præſertim de
anno 1574. cum eius productione in Epiſco-
patu Piſtorien., & ſubſcriptione Præpoſiti
exempti, itaut per iſtos actus cenſeantur ap-
probata omnia in eo contenta, & per con-
ſequens, quod Pratum ſit in diæceſi Piſto-
rienſi, prout expreſsè in eodem indulto de-
16 claratur, † cum diſpoſitio ſit acceptanda in
totum cum ſuis qualitatibus, & cauſis, itaut
neque detur acceptatio in parte, & partibus
Bald. in l. obſeruare. §. poſt hæc. n. 6. ff. de
offic. proconſ. & legat. & in c. nihil. n. 6. de
electiom. Iaſ. in l. pomponius. §. 1. col. 2. verſ.
nota. ff. de acquir. poſſeſſ. Surd. conſ. 52. n.
40. vſque ad 44. lib. 1. Cephal. conſ. 312. n.
249. lib. 3.
Quibus additur ſituatio terræ Prati, quæ eſt
intra limites, & confines diæceſis Piſtorien.
17 Nam à parte orientali † confinis eiuſdem
diæceſis eſt flumen Biſentij, per quod diui-
ditur dioeceſis Piſtorien. à ciuitate Floren-
tiæ, & terra Prati eſt trans flumen à parte
Piſtorien. adeo vt remaneat in eius diæceſi,
vt conſtat ex tabula geographica deſumpta,
& compulſata ex archiuio Piſtorien. quæ in
omnibus concordat cum Galeria Vaticana,
18 vbi ſimilis ſituatio ponitur, † Vnde cum ſit
intra dictos confines, ſequitur, quod ſit in
diæceſi Piſtorien. *Bald. in l. inſula. ff. de*
iudic. & in rubr. C. de contrah. empt. q. 22.
Socin. conſ. 166. col. 2. verſ. tertia concluſio.
lib. 2. Dec. conſ. 517. in ſententia. n. 9. Caſtr.
in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Aim.
conſ. 54. n. 9. verſ. ſuper qua quæſtione. Iſern.
in c. 1. §. quidam tamen. col. 1. verſ. ea vero.
de controuerſ. int. maſcul. & fæmin. Pariſ.
conſ. 22. n. 13. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Coc-
cino Theatin. iuriſdictionis S. Io. in Vene-
re. 4. Maij 1612. *& coram eodem & in ea-*
dem cauſa. 26. Iunij 1615. *quæ eſt deciſ. 683.*
n. 1. p. 1. in recentiorib.
Probantur etiam prædicta ex viſitationibus, &
alijs actibus iuriſdictionalibus tã per Epi-
ſcopos Piſtorien. quam eorũ Vicarios factis,
& continuatis ab immemorabili tempore
19 citra, † ex quibus probatur eccleſiam viſi-
tatam eſſe in diæceſi Epiſcopi viſitantis *Rot.*
deciſ. 681. n. 4. p. 1. in recentiorib. Non ob-
ſtantibus aſſertis actibus iuriſdictionalibus
per Præpoſitos, & eorum Vicarios geſtis di-
uerſis temporibus, cum fuerint turbatiui, &
attentati abſque patientia, & ſcientia Epi-
20 ſcoporum, † immo etiam ipſis contradicen-
tibus, quæ ideo eis non poſſunt ſuffragari
l. 2. C. de ſeruitut. & aqu. Calder. conſ. 12.
in fin. de iurepatronat. Felin. in c. de quar-
ta. n. 41. de præſcription. Rot. diuerſ. deciſ.
803. n. 7. par. 1. & coram R. P. D. Vbaldo
Adrien. ſeu nullius iuriſdictionis. 28. Maij
1612. Rip. in c. cum eccleſia ſutrina. n. 64. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet. latè *Gonzal. ad reg.*
8. gloſ. 45. §. 2. n. 32. & 33.
De contradictione autem Epiſcoporum patet
ex multis litibus diuerſis temporibus factis
21 inter eos, & Præpoſitos, † & ex ſtatuto Pra-
tenſium mandante, quod nullus præſumeret
allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non ha-
beret in terra Prati iuriſdictionẽ quaſi Epi-
ſcopalem, contra quod ſtatutum tanquam
contra libertatem Eccleſiaſticam, & læſiuum
iurium Epiſcopi conſuluit *Lap.* quem refert,
& ſequitur *Cardin. in repet. c. perpendimus.*
col. 12. in princip. verſ. quæro circa hac de
quæſtione facti. de ſentent. excommunicat.
Felin. in c. eccleſia ſancta mariæ. col. 26. poſt
med. verſ. ſecundo decidit circa quoddam
ſtatutum factum in terra prati. n. 69. de
conſtitut. Barbat. conſ. 31. col. 1. & 2. lib. 4.
Mandoſ. ad Lap. alleg. 92. in verb. immu-
nitatem eccleſiæ. fol. 113.
Neque obſtant enunciatiuæ exaduerſo addu-
ctæ, quod terra Prati ſit nullius diæceſis,
22 Quia ſunt de recenti, † & nouiſſimæ, & poſt
litteras Pauli III. & Pauli V. quę ſunt ſubre-
ptitiæ, & ſub aſſertione nullius facta ab ip-
ſamet parte, & à tertijs perſonis emanatæ,
ideo nihil probant in præiudicium Epiſcopi
Gloſ. in l. cum aliquis. in verb. ex hoc. vbi
Bart.

Bart. n. 2. C. de iur. deliber. Innoc. & alij
in c. cum in iure. de offic. delegat. Abb. in
c. dudum. n. 3. de priuileg. Rot. coram R.P.
D. Vbaldo Adrien. ſeu nullius iuriſdictio-
nis. 18. Martij 1613. & deciſ. 71. n. 5. in fin.
& deciſ. 228. n. 8. par. 2. in recentiorib. &
deciſ. 160. n. 9. & deciſ. 432. n. 4. par. 1. etiam
in recentiorib.

Et quamuis prætendatur adeſſe etiam aliquas
enunciatiuas Epiſcopi, & Vicarij ſub nomi-
23 ne nullius, † Tamen ſunt erroneæ, vt conſtat
ex rationibus ſupra allegatis, maximè, quia
ſunt ſimplices enunciatiuæ, abſque aliqua
cauſæ cognitione, & ſuper his quæ à pote-
ſtate proferentium non dependent, & conſe-
quenter non præiudicant eccleſiæ *Rot. co-*
ram R. P. D. Corduba. 15. Ianuarij 1600. &
coram Cardin. Pamphilio Agatenſis iuriſpa-
tronatus. 4. Maij 1602. quæ eſt deciſ. 53. in
24 *fin. par. 1. in recentiorib.* † ſicut enim tales
perſonæ non habent facultatem ſuper hoc
diſponendi, aut aliquid ſtatuendi *Feder. de*
Sen. conſ. 264. Franc. in c. ſiu. n. 5. de offic.
vicar. in 6. Ità multò minus enunciandi,
25 adeo vt ſi enuncietur, † nihil valeat enũciatio
Bald. in l. 1. in fin. C. de epiſcop. & cleric.
Rot. coram Card. Pamphilio Burgen. iuriſ-
dictionis. 10. Decembris 1584. & coram R.P.
D. Gypſio Seguntina admiſſionis ad capitu-
lum. 26. Iunij 1587. & coram R.P.D. Man-
zanedo in eadem cauſa. 7. Iunij 1610. quæ eſt
deciſ. 290. n. 3. p. 2. in recentior.

Amplius cum ante litteras Paul. III. nunquam
reperiantur tales enunciatiuæ ſub nomine
nullius diœceſis Piſtorien. non debent at-
tendi, quamuis poſtea in eidem litteris aſ-
26 ſeratur nullius ad inſtantiam partis, † cum
ſtante iſta diuerſitate enunciationis valde
obſcuretur probatio, & hinc inde tales enun-
ciatiuæ conquaſſentur *Rot. deciſ. 160. n. 12.*
in fin. p. 1. in recentiorib. & coram Cardin.
Pamphilio Maioricen. Sacriſtiæ. 5. Nouem-
bris 1603. iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi po-*
teſt. n. 23. ff. de acquir. hæreditat. Dec. in
c. 1. n. 2. verſ. quinto. de appellationib.

Nec aduerſatur, quod licet aliquando terra
27 Prati fuerit in diœceſi Piſtorien. † Tamen ho-
die prætendatur illam eſſe in ſtatu nullius, &
conſtituere territorium proprium, & ſepa-
ratum vigore priuilegiorum exaduerſo ex-
hibitorum, Quia omnia iſta priuilegia ſunt
reſtricta ad ius parochiale, neque vllam iu-
riſdictionem Epiſcopalem cõcedunt Præpo-
ſito, cui nec quo ad eam poſſunt ſuffragari
ſtantibus bullis poſtea emanatis ad fauorem
Epiſcopi, vt in *ſummar. n. 1.* quarum primæ
quatuor ſunt poſt priuilegium Innocentij II.
reliquæ duę poſt priuilegia Lucij III. & Vr-
28 bani III. † In quibus Bullis expreſsè declara-
tur, vt occaſione priuilegij Pratenſibus con-
ceſſi nulla inferatur diminutio poteſtatis,
aut dignitatis, aut iniuria, & inobedientia
matri ſuæ Piſtorienſi Eccleſiæ, vel Epiſcopi,
ſed in omnibus ei obediens, & ſubiecta per-
maneat, ob quam reſeruationem remanent
29 firma omnia iura Epiſcopalia, † non ſecus
ac ſi nihil fuerit parti conceſſum *l. & ſi quis.*
§. plerique. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.
l. 3. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec.
ſoluit. Aim. conſ. 33. n. 17.

Neque ex indulto exemptionis poteſt præten-
di, quod Pratum non ſit in diœceſi, Cum
illud ſit nullum tanquam obtentum abſque
cauſæ cognitione, nec vocatis quorum in-
tereſt, prout requirebatur iuxta expreſſam
diſpoſitionem Concilij Conſtantien. de an-
30 no 1414. † cui non fuit particulariter dero-
gatum, prout erat neceſſarium *c. ex parte.*
de capell. monachor. Oldrad. conſ. 316. n. 1.
Calder. conſ. 11. de priuileg. Felin. in c. non-
nulli. n. 2. & 3. de reſcript. Caputaq. deciſ.
176. & 268. p. 3. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 15.
in princ. n. 36. & gloſ. 18. n. 103. Rot. diuerſ.
deciſ. 123. n. 1. cum ſeq. p. 1.

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum
etiam in eodem priuilegio exẽptionis fue-
31 rit expreſſum, † quod Pratum eſt diœceſis Pi-
ſtorienſis, prout etiam ipſa petitio exem-
ptionis hoc præſupponit in neceſſarium an-
tecedens *c. cum epiſcopus. de offic. ordin. in 6.*
Rot. deciſ. 156. n. 4. in fin. p. 1. in recentiorib.
& latè dictum eſt *ſupr. verſ. accedat priui-*
legium. & verſ. & quod locum. n. 9. & 10.

Cum etiam eadem exemptio ſit reſtricta ſolum
32 ad Eccleſiam S. Stephani, & Præpoſitum, † ac
Canonicos, & beneficiatos, non autẽ conceſſa
quo ad locum, & populum, prout neque iu-
riſdictio, quæ reſpectu exemptorum abdi-
catur ab Epiſcopo fuit translata in eoſdem
exemptos, vnde per eam non poteſt dici,
quod terra Prati ſit effecta nullius, nec quod
ſit territorium ſeparatum, & proprium ip-
33 ſius Præpoſiti, † Etenim exemptio perſona-
rum non facit locum exemptum, itaut ex-
cludatur diœceſis, cum ſemper Epiſcopus
remaneat verus diœceſanus, etiam quod eſſet
præſcripta iuriſdictio Epiſcopalis priuatiuè,
vnde multò magis, ſi ceſſat talis præſcriptio
Abb. in c. nimis. 29. n. 1. poſt med. de iu-
reiur. & in c. irrefragabili. 13. vbi Felin.
poſt princ. de offic. ordinar. Rot. coram R.P.
D. Ortemberg. Calaguritana ſeu nullius iu-
riſdictionis. 5. Maij 1608. quæ eſt deciſ. 156.
n. 6. & 7. p. 1. in recentior.

Idem dicẽdum eſt de priuilegio Paul. III. 1543.
quod non debet attendi tanquam manifeſtè
34 ſubreptitium, † nam fuit conceſſum Cardi-
nali Rodulphio tunc Præpoſito Prati, qui
per ſeptem annos antea fecit concordiam
cum Cardinali Puccio tunc Epiſcopo Piſto-
rien. in qua expreſsè reſeruauit iuriſdictio-
nem ordinariam eidem Epiſcopo, & tamen
mortuo Cardinali Puccio narrauit ſummo
Pontifici ſe ab immemorabili tempore eſſe
in quaſi poſſeſſione dictæ iuriſdictionis, &
quod Pratum erat nullius diœceſis, cuius ta-
men

men contrarium legitur in bullis, & litte-
ris Apoſtolicis ante conceſſionem Priuilegij
35 Paul. III. † qui ſtante dicta narratiua illud
conceſſit cum clauſula tamen, vt hactenus
conſueuiſtis, & prout à dicto immemorabili
tempore obſeruatum eſt, ex quibus verbis
colligitur gratiam fuiſſe conceſſam propter
talem narratiuam, qua non ſubſiſtente, nul-
lus effectus reſultat, cum enim fuerit cauſa
36 conceſſionis, † eſt formiter, & concludenter
probanda *Rot. diuerſor. deciſ.* 268. *n.* 4. *p.* 1.
& deciſ. 443. *n.* 1. *p.* 2. *in recentior. & deciſ.*
179. *n.* 3. *ead. par.* Et cum ſit emanata ad ſup-
37 plicationem partis, non attenditur † *Oldrad.*
conſ. 258. *n.* 6. *Gabr. conſ.* 192. *n.* 9. *lib.* 1. *Rot.*
deciſ. 421. *n* 3. *p.* 2. *in recentiorib.* Maximè,
quia neque in dicto priuilegio adeſt aliqua
derogatio tot Bullarum ad fauorem Epiſco-
38 pi, † quæ tamen requirebatur *Archid. in*
c. 1. *n.* 2. *ante fin. de conſtitut. in* 6. *Barbat.*
conſ. 23. *n.* 6. *lib.* 3.

Nec debet attendi prætenſa præſcriptio, Quia
immemorabilis non adeſt, cum non proben-
tur requiſita, de quibus per *Gloſ. in c.* 1. *de*
39 *præſcription. in* 6. † quam paſſim ſeruat *Rot.*
vt per *R. P. D. Manzaned. Marſicen. iu-*
riſdictionis. 26. *Aprilis* 1609. *quæ eſt deciſ.*
248. *n.* 2. *p.* 2. *in recentior. & deciſ.* 272. *n.* 4.
& deciſ. 58. *n.* 2. *ead. par.*

Immo illa prorſus excluditur ex actibus iuriſ-
dictionalibus cuiuſcumque generis, & ſpe-
ciei, qui in contrarium dantur per Epiſco-
40 pum, vt in *ſummar. n.* 10. † per quos ex-
cluditur immemorabilis *Rot. deciſ.* 266. *&*
deciſ. 58. *n.* 2. *&* 3. *p.* 1. *in recentior. Put. de-*
ciſ. 476. *lib.* 2. *& coram R. P. D. Penia Ca-*
putaquen. vnionis. 27. *Nouembris* 1591.

Amplius ſtantibus ſupradictis bullis ad fauo-
rem Epiſcopi, & inter alias illa Celeſtini II.
mandantibus Clero, & Populo Praten. obe-
41 dientiam ſuæ Eccleſiæ Piſtorien. † reſultat
mala fides Præpoſiti, ob quam non potuit
incipere, aut currere aliqua præſcriptio *c. vi-*
gilanti. & c. fin. de præſcription. Corn. conſ.
42 265. *n.* 10. *lib.* 3. † Itaut mala fides auctorum
noceat etiam ſucceſſoribus *Abb. in c. ſi dili-*
genti. n. 30. *& ibid. Felin. n.* 6. *de præſcript.*
Rot. deciſ. 164. *n.* 3. *p.* 2. *in recentior.*

Prout neque iuuat quadragenaria, Quia ſtan-
tibus ſupradictis bullis ad fauorem Epiſcopi
declarantibus priuilegia Præpoſiti, non po-
teſt dici, quod ille habeat aliquod priuile-
43 gium, ſeu titulum, † ſine quo non ſuffraga-
tur quadragenaria *c.* 1. *de præſcript. in* 6. *c.*
apoſtolica & c. cum contingat. vbi Abb. in
2. *notab. de decim. Rebuff. eod. tit. q.* 13. *n.* 81.
& 82. *Balb. de præſcript. p.* 5. *princ. p.* 1. *q.* 7.
n. 13. *fol.* 421. *Rot. deciſ.* 76. *n.* 1. *&* 2. *p.* 1. *in*
recent. & deciſ. 97. *n.* 3. *par. ead. Put. deciſ.*
238. *lib.* 1. Et quando ſufficiat titulus inuali-
dus *Rot. deciſ.* 91. *n.* 3. *p.* 1. *in recent.*

Et quatenus etiam, ſine veri præiudicio, adeſ-
ſet aliqua legitima præſcriptio, Tamen illa
eſt ſublata per ſequentem contrariam præ-
ſcriptionem Epiſcopi, qui à dicto anno 1414.
exercuit actus iuriſdictionales cuiuſcũque
generis, & ſpeciei per ſpatium annorum 136.
44 antequã conſtet † de aliquibus actibus Præ-
poſiti, videlicet vſque ad annum 1561. de
quo tẽpore idem Præpoſitus amiſit ius ſuum
cauſatum ex dicta prætenſa præſcriptione
quadragenaria per iſtos actus contrarios, &
aliam præſcriptionem cõtrariam immemo-
rabilem, cum tamen ſufficeret, etiam quadra-
genaria ad tollẽdam aliam quadragenariam
Gemin. in c. cum d. beneficio. n. 8. *vbi Franc.*
n. 5. *in princ. de præbend. in* 6. *Felin. in c. in*
noſtra n. 43 *de reſcript.* cum alijs per *Gonzal.*
ad reg. 8. *gloſ.* 7. *n.* 25. *n.* 37. Quamuis etiam
45 multi teneant, quod ſufficeret † præſcriptio
decennij ad tollendam quadragenariam,
quando, prout in caſu noſtro, fit reductio ad
primeuum ſtatum propter aſſiſtentiam iuris
communis *Abb. in c. vlt. n.* 10. *in fin. de*
conſuetud. Felin. in c. cum acceſſiſſent. n. 5.
& 6. *de conſtitut. & in c. cum omnes. n.* 7. *cum*
ſeq. eod. tit. de qua tamen decennali multa
per *Rot. deciſ.* 22. *p.* 2. *diuerſ. Gonzalez. ad*
reg. 8. *gloſ.* 7. *n.* 15. *cum ſeq.*

Stante præſertim prohibitione facta per eum-
dem Epiſcopum de anno 1545. per edictum
publicum præconis, etiam affixum in pluri-
46 bus locis terræ Prati, † quod nullus cleri-
cus, & laicus compareat coram dicto Præ-
poſito pro quibuſcumque cauſis ciuilibus,
& criminalibus, itaut ob talem acquieſcen-
tiam prohibitioni, & deſiſtentiam tam Pra-
tenſium, quàm Præpoſiti ſit illi præiudica-
tum *Felin. in c. paſtoralis. col.* 3. *verſ. octa-*
uo limita. de offic. ordinar. Rip. in c. cum
eccleſia ſutrina. n. 48. *de cauſ. poſſeſſ. & pro-*
prietat. Gabr. de præſcription. concl. 10 *n.* 13.
Gonzal. ad reg. 8. *gloſ.* 5. *§.* 6. *n.* 26. *&* 27.

Et poſt præſcriptionem, cum Præpoſitus impe-
trauerit de anno 1546. indultum exemptio-
47 nis Pij II. † quod eſt expreſsè contrarium
prætenſæ præſcriptioni, videtur illi renun-
ciaſſe, & ſibi quo ad eam præiudicaſſe *Gloſ.*
in c. veniens. 19. *in verb. renunciaſſe. vbi*
Abb. n. 18. *&* 19. *Imol. n.* 8. *Butr. n.* 15. *Felin.*
n. 4. *de præſcript. Balb. eod. tit.* 5. *par.* 5. *part.*
princip. quæſt. 2. *n.* 4. *Gonzal. ad regul.* 8.
gloſ. 53. *n.* 54.

Neque etiam poteſt dici probata aliqua præ-
48 ſcriptio quadragenaria † quo ad actus ge-
ſtos per Præpoſitum de anno 1561. vſque ad
tempus motæ litis de anno 1606. de quo tẽ-
pore ſemper exercuit Epiſcopus, quaſi ſal-
tem ſucceſſoribus Cardinalis Rodulphi po-
tuerit priuilegium Paul. III. per eum impe-
tratum de anno 1543. deſeruire pro titulo
colorato, Quia nullibi apparet Præpoſitum
vſum fuiſſe dicto priuilegio, ſed ſolum exem-
ptione Pij II. quæ tanquam contraria præ-
ſcriptioni, illam ſuſtulit, vt dictum eſt, & in-
duxit malam fidem, quæ impedit omnem
præ-

49 præſcriptionem *c. vlt. de præſcription.* † Ma-
ximè, quia toto illo tempore, prout etiam
de præſenti, tam Epiſcopus, quàm Præpoſi-
tus retinuerunt Vicarios communes in terra
Prati, qui ſemper fuerunt deputati iuxta
formam, & tenorem concordiæ inter Car-
dinales Pucciũ, & Rodulphum de anno 1536.
& in alijs concordijs inter Præpoſitos, &
Epiſcopos de anno 1550. & 1607. in quibus
fuit expreſsè declaratum, vt nullo modo al-
teretur iuriſdictio ipſorum tranſigentiũ, ſed
50 quidquid fieret † per Vicarios ab eis commu-
niter deputatos, intelligeretur geſtum nomi-
ne eius, pro quo gerendum eſſet, firma ſem-
per remanente iuriſdictione ordinaria ipſius
Epiſcopi, & exemptione Præpoſiti, itaut ex
illis reſeruationibus non poſſit dici in ali-
quo præiudicatum Epiſcopo, nec inductam
eſſe aliquam præſcriptionem contra eum,
qui remanet ſemper verus diœceſanus, &
terra Prati erit in illius diœceſi, vt dicitur in
dicta exemptione, & in neceſſarium antece-
dens intelligitur *c. cum epiſcopus. de offic. or-
dinar.* cum alijs adductis *ſupr. verſ. quam-
uis hoc dictum ſit ex abundanti. n. 31.*

Licet hæc omnia de præſcriptione nõ ſint præ-
ſentis inſpectionis tanquam expreſsè repu-
51 gnent naturç nullius, † cum ſemper Epiſco-
pus remaneat verus diœceſanus, quamuis
eſſet præſcripta illius iuriſdictio etiam pri-
uatiuè, iuxta *deciſ. Rot. 156. n. 6. & 7. p. 1.
in recentior.* cum alijs adductis *ſupr. n. 33.*

Poſt multa hinc inde adducta, fuit tractata
concordia cum præſuppoſito, quod terra
Prati ſit in diœceſi Piſtorien. ex rationibus
latius ſupra allegatis, Quare etiam Eccleſia
S. Stephani exiſtens in dicta terra Prati, li-
cet fuerit exempta, Tamen dicitur eſſe in
diœceſi Piſtorien. tanquam illa dicatur exẽ-
pta à iuriſdictione, non autem à ſituatione,
ſeu denominatione *Vital. in clem. 2. n. 44. de
priuileg.* cum alijs de quibus *ſupr. n. 9.*

Immo etiam dicetur eſſe de diœceſi, quia licet
ſit exempta, ita vt ex hoc non poſſit dici de
diœceſi, Tamen hoc intelligitur, vt non ſit
52 de iuriſdictione diœceſis, † quod non infert,
vt non ſit de diœceſi, quia erit de diœceſi
*Felin. in c. graue. 19. n. 1. de offic. ordinar.
Rot. deciſ. 156. n. 6. in fin. p. 1. in recentior.*
Vnde exemptio non tollit habitum dignita-
53 tis Epiſcopalis, † ſed ſolum impedit exerci-
tium illius in exemptos *Oldrad. conſ. 177.
n. 13.* vbi dat exemplum de tutore, cui admi-
54 niſtratio interdicitur, † qui non deſinit eſſe
tutor, licet ceſſet eius adminiſtratio *l. & ſi
pluribus. ff. de auctorit. tutor.*

Quibus ſtantibus poterit acceptari concordia
dummodo dicatur terram Prati eſſe diçceſis
Piſtorien. & quatenus quo ad exemptos, vi-
delicet Præpoſitum, Canonicos, & benefi-
ciatos, mandetur, quod reſpectu illorum di-
55 catur eſſe nullius, poterit concedi, † dum-
modo remaneat quo ad alios in toto terri-
torio iuriſdictio libera Epiſcopi cum deno-
minatione ſemper quod Pratum ſit diçceſis
Piſtorien. & hoc ad euitandas lites, quia
cum agatur contra ſummos Principes, poteſt
hoc nomen nullius diçceſis concedi tanquam
honorarium quo ad ſupradictos tantum, ita
enim agẽdo remanebit tota iuriſdictio Epi-
ſcopi quo ad alios, cum tamen prius præ-
tenderetur, quod eſſet in totum abdicata
dicta terra ab eodem Epiſcopo, itaut neque
concederetur, quod eſſet de diœceſi Piſto-
rien. ſed quo ad omnes nullius, & ſic condi-
tio Epiſcopi multum ſit melior.

Quo vero ad territorium poterit concedi, vt
iuriſdictio exerceatur in exemptos dãdo Pa-
latium, & ambitum eccleſiæ pro territorio
56 ad euitandam quæſtionem † an poſſit dari
iuriſdictio abſque territorio, quod videtur
negare *Franc. in c. cum cauſam. 63. n. 28. de
appellat. Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuentionib. lib. 22. tit. 20. n. 6.* latè *Surd.
conſ. 437. n. 18. lib. 3.* vbi quod iuriſdictio
57 paſſiuè, † & materialiter cohæret territorio,
actiuè autem Iudici, ideo illius iuriſdictio
nõ extenditur vltra territorium ciuitatis,
cui præeſt *c. 2. §. ſtatutum. de conſtitutio-
nib. in 6.*

Quamuis verior ſit opinio, & magis recepta,
vt poſſit dari iuriſdictio tàm ordinaria,
quàm delegata ad vniuerſitatem cauſarum,
58 & perſonarum, † etiam abſque territorio
Abb. in c. cauſam matrimonij. col. fin. vbi
Felin n. 15. & ibid latè *Addit. in verb. quia.
de offic. delegat. Neuiz. conſ. 35. n. 13. Ia-
cobat. de concil. lib. 5. art. 8. n. 45. tom. 13. p. 1.
fol. 266. Campeg. eod. tract. c. 23. n. 4. ibid.
fol. 411.* latè *Schrader. de feud. p. 10. ſect. 3.
59 concluſ. 1. q. 6. n. 83. fol. 104.* † vbi exempli-
ficat in Rectore Scholarium, in arbitris, qui
ex neceſſitate iuris, ſeu ſtatuti eliguntur, in
iudicibus cartularijs, in domino feudi, qui
habet tantum vaſallos inueſtitos de annuis
redditibus, idem in Inquiſitoribus hæreticæ
prauitatis, in Conſeruatoribus, & ſimilibus
de quibus etiam *Alex. conſ. 35. n. 19. lib. 4.*
60 vbi quod licet territorium ſit de eſſe iuriſdi-
ctionis ordinariæ vniuerſalis; non tamen
eſt de eſſe iuriſdictionis ordinariæ certarum
perſonarum *Idem Alex. in l. ſolet. n. 7. & 8.
ff. de iuriſdict. omn. iudic. Purpur. in l. 1.
n. 155. eod. tit. Sanchez de matrimon. lib. 3.
diſputat. 31. n. 4. Monet. de conſeruator.
c. 7. n. 41.*

Fuit etiam additum, quod in Concilio Latera-
nenſi ſub Leone X. ſeſſ. 10. de anno 1615. in-
ter alia adeſt decretum ſequentis tenoris,
Exẽptiones autem de cætero abſque ratio-
61 nabili cauſa, † & quorum intereſt minimè
citaris pro tempore conceſſas nullius robo-
ris, & momenti eſſe decernimus, de quo me-
minit *Eraſm. Cocchier. de iuriſdict. ordinar.
in exempt. lib. 1. q. 2.*

Huiuſmodi decretum reſpicit tempus præteri-

tum

tum adeo vt exemptiones antea conceſſæ de
cætero remaneant ſine effectu, eum hoe im-
62 porter illud verbum conceſſas, † quod tan-
quam prolatum in præteritum denotat con-
ſummationem actus *Bart. in l. boc articulo.
n. 2. de bæred. inſtit. Marſil. conſ. 105. n. 26.
Bald. in l. fin. n. 14. C. de ſent. quæ ſin. cert.
quantitat. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund.
rub. 1. des iuſtities. §. 5. n. 123.*
Et quamuis aliquando verba præteriti tempo-
63 ris denotent etiam tempus futurum † *l. vni-
ca. vbi Gloſ. ff de condict. ex leg. c. fin. de
conſtitution.* Tamen non ex hoc excluditur
tempus præteritum, quia tam illud compræ-
hendunt, quàm etiam futurum, itaut diſpo-
64 ſitio in vtroque verificetur† *Rebuff. in l. ver-
bum oportebit. 8. col. 2. poſt princ. verſ. idem
in ſtatutis. ff de verb. ſignific.* iuxta *l. ſi qui
in puteum. 11. §. quod ait prætor. ff. quod vi
aut clam. poſt Gloſ. in rubr. ff. eod. tit. Bart.
in l. ſi ita. col. 2. ff. de aur. & argent. legat.
Imol. in clem. fin. col. 8. de reſcript.*
Et quidem ſequeretur maximum abſurdum, ſi
idem decretum eſſet ſolum intelligendum
de futuris exemptionibus, non autem de
præteritis, nam exemptiones conceſſæ antè
65 decretum haberent effectum, illę autē, † quæ
concederentur poſtea, remanerent ſine effe-
ctu, quod non eſt dicendum, cum enim mili-
tet eadem ratio reuocationis exemptionum
tàm præteritarum, quàm futurarum, quan-
do ſunt conceſſæ abſque rationabili cauſa, &
non citatis intereſſe habentibus, idem etiam
ius debet ſtatui in vtroque tempore, vt tam
futurum, quàm præteritum comprehenda-
66 tur decidendo omnes caſus, † qui veniunt
ſub eadem ratione non per extenſionem, ſed
per comprehenſionem *Cin. in l. iura. C. de
legib. Alex. conſ. 75. n. 3. lib. 5. Abb. conſ. 75.
col. penult. lib. 1. Surd. conſ. 202. n. 22. lib. 3.*
Senſus igitur eiuſdem decreti erit, vt de cætero
exemptiones, de quibus loquimur, non ha-
beant effectum in futurum poſt dictum Con-
cilium Lateranenſe, non autem ante illud,
67 ne alias contingat, † quod infiniti actus bo-
na fide geſti ante dictum decretum vigore
dictarum exemptionum retractarētur, quod
non debet permitti *l. in ambiguis. §. non
eſt nouum. ff. de reg. iur. c. factum legitimè.
eod. tit. in 6. Surd. conſ. 18. n. 11. lib. 1. &
conſ. 145. n. 18. eod. lib.*

E P I T O M E.

DAtio tutoris quando reſoluatur in gu-
bernium. ¶ Error nominis appellatiui
an vitiet diſpoſitionem. ¶ Tutor quo caſu
debeat præſtare officium ſuum gratis, nec
quid minimum lucrum facere ex tutela.
¶ Et ſi aliquid fuerit acceptum an poſſit re-
peti. ¶ Curator, defenſor, & adminiſtra-
tor, quando accipiatur pro tutore, prout è
contra tutor pro curatore. ¶ Vſusfructus
omnium bonorum relictus matri ſtantibus
filijs quando reſtringatur ad alimenta, ſicut
reſtringitur cum relinquitur vxori. ¶ Et quid
ſi adſint verba, vt non poſſint reuideri com-
puta cum facultate de fructibus liberè di-
ſponendi. ¶ Verbum liberè, quàm ſignifica-
cationem habent. ¶ Ex qualitate adiuncti
quando legatum vſusfructus mutet naturam
ſuam, & trahatur ſolum ad gubernium, &
adminiſtrationem.

S V M M A R I V M.

1 *Curator, defenſor, & adminiſtrator acci-
pitur pro tutore, prout è contra tutor pro
curatore.*
2 *Actus debet ſuſtineri eo modo, quo poteſt,
maximè in teſtamentis.*
3 *Datio tutoris quandoque reſoluitur in gu-
bernium. & n. 4.*
5 *Error nominis appellatiui non vitiat diſpo-
ſitionem.*
6 *Tutor debet præſtare officium ſuum gratis,
nec quid minimum lucrum facere ex tute-
la, & ſi aliquid fuerit datum poteſt repeti.
n. 7. Declara, vt n. 8. & 9.*
10 *Mater, & Auia eſt legitima tutrix filio-
rum, & nepotum, non autem anomala.
& n. 11.*
12 *Vſusfructus plenus cenſetur relictus per
verba dominam, madonnam, & vſufru-
ctuariam omnium bonorum, cum facultate
de fructibus liberè diſponendi.*
13 *Verba quod quis liberè diſponere poſſit, &
prout ſibi videbitur, & placuerit quid ope-
rentur. & n. 20.*
14 *Vſusfructus omnium bonorum relictus vxo-
ri, ſeu matri ſtantibus filijs reſtringitur
ad alimenta. Declara, vt n. 15.*
16 *Vſusfructus eſt ius vtendi, & fruendi ſalua
rerum ſubſtantia.*
17 *Vxor relicta vſufructuaria, itaut ei non
poſſint reuideri computa dicitur potius ad-
miniſtratrix ratione iſtius adiuncti, per
quod mutatur legatum vſusfructus in ad-
miniſtrationem, & gubernium. Contra-
rium eſt verius. n. 18. & 19.*

C A P. DCCCCXIX.

NOn eſt facienda differencia inter tuto-
rem, & curatorē, defenſorem, & admi-
niſtratorem, quia iſta nomina promiſcuè
1 confunduntur, † itaut curator accipiatur pro
tutore, prout è contra tutor pro curatore
*Gloſ. in l. ad litem. in verb. tutor. C. de in-
lit. dand. tutor. Iaſ. in l. qui quartam. in
fin. princ. n. 10. verſ. iſtud non videtur benè
dictum. ff. de legat. 1.* iuxtà *tex.* clarum *in
§. hæc omnia. auth. vt ij qui oblig. ſe haber.
perhib. res minor.* & latè dixi *ſupr c. 830. vſ-
que ad n. 8. Menoch. conſ. 115. n. 68. lib. 2.*
Additur, quod ſemper debemus ſuſtinere actum,
eo

2 eo modo, quo poteſt, † maximè in teſta-
mentis *l. 2. ff. de his quæ pro non ſcript.*
*Surd conſ.*428. *n.*14. *vſque ad* 35. *lib.*3. vbi
ex hoc latiſſimè concludit, quod datio tu-
toris in caſibus, in quibus non valet, tamen
valebit tanquam de adminiſtratoribus, & re-
3 ſoluetur in gubernium, † prout è contra
à paritate rationis idem videtur ſtatuendum
iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi patronus. ff. de*
confirm. tutor. cum alijs de quibus *ſupr.*
c. 830. *n.* 11. *vſque ad* 15.
Quibus ſtantibus non poteſt prætēdi per Fran-
ciſcum aliqua tutela filiorum Aloyſij, quia
licèt fuerit per eum in teſtamento nomina-
tus tutor, tamen cum præualeat voluntas te-
ſtatoris, potius eſt dicendum, quod fuerit
4 deputatus negotiorum geſtor, † dum voluit,
quod illius cura ſit reſtricta ad recollectio-
nem frumenti, & aliorum fructuum cum aſ-
ſignatione mercedis ſcutorum quadraginta
ſingulis annis, & cum facultate aſſumendi
famulum ſumptibus hæredum pro minuen-
dis eius laboribus, & quod teneatur quoli-
bet anno reddere rationem de frumento re-
colligendo, & alijs fructibus fratri conſo-
brino ipſius teſtatoris, quæ omnia clarè oſtē-
dunt mentem ipſius fuiſſe, vt talis cura, ſeu
tutela, vel gubernium ſit reſtrictum ad nego-
tia, & recollectionem fructuū, adeo vt ſtante
huiuſmodi voluntate teſtatoris, parum in-
terſit quo nomine fuerit appellatus Franci-
ſcus, an tanquam tutor, ſeu tanquam cura-
5 tor, vel adminiſtrator, † cum error nominis
appellatiui non vitiet diſpoſitionem quan-
do non eſt magna difformitas *Gloſ. in l. li-*
brorum. 50. §. quod autem caſſius. in verb.
*libros. ff. de legat.*3. *Imol. in l. ſi quis in fundi*
*vocabulo. n.*2. *ad med. ff. de legat.*1. dixi *ſupr.*
d. c. 830. *n.* 8. *&* 9.
Quod magis eſt in caſu noſtro, cum per teſta-
torem fuerit Franciſco cōſtitutum ſalarium
ſcutorum quadraginta ſingulis annis, cum
facultate aſſumendi famulum, quod ſalarium
non conuenit tutori, qui debet præſtare of-
6 ficium gratuitum, † cum ratione admini-
ſtrationis, & laboris nihil poſſit percipere,
aut petere, nec quid minimū lucrum facere
ex tutela, itaut nemini danda ſit pecunia, vt
ſit tutor tanquam turpe ſit recipere pro eo,
quod præſtandum eſt gratis *l. à tutoribus.*
34. *§. vlt. ff. de adminiſtrat. tutor. l. qui ne-*
gotiationem. 60. *in fin. princ. ff. eod. tit. l. ſi*
is qui. ff. de eo qui ſe pro tut. neg. geſſ. l. in
eos. 9. *ff. de tutel.* & vno ore ab omnibus hoc
receptum eſſe teſtatur *Gutierez. de tutel. p.*3.
*c.*2. *n.*1. *poſt Baec. de decim. tut. c.*1. *cum*
7 *ſeq. Surd. de aliment. tit.*1. *q.*47. *n.*6. † vbi
etiam quod ſi aliquid fuerit datum, poteſt
repeti per condictionem ob turpem cauſam
Gloſ. in d. l. in eos. in verb. datis. ff. de tutel.
Vital. in clauſ. nihil nou. pendent. confect.
*inuentar. q.*16. *Gutierez d. q.*2. *n.* 1. *ad fin.*
Et quamuis etiam tutori poſſit per teſtatorem
aliquando conſtitui ſalarium, prout etiam
8 Iudex ei decernit † ex iuſta cauſa *Surd. conſ.*
159. *in fin. lib.*2. *& de alim. tit.*6. *q.*14. *n.*18.
*Menoch. conſ.*228. *n.*14. *cum ſeq. lib.*3. Ta-
men hoc procedit, quando clarè apparet,
quod teſtator voluerit illum facere tutorem,
9 & etiam ſalarium ei dare, † ſecus quando,
prout in caſu noſtro, potius conſtat, quod
non fuerit quis datus tutor, nam tunc ex
conſtitutione ſalarij colligitur ſufficiens cō-
iectura, quod non ſit data tutela, cum pro
ea nihil poſſit accipi, vt dictum eſt *Corn.*
conſ. 62. *n.* 9. *lib.* 4. *Caſtr. conſ.* 302. *n.* 7.
lib. 1. *Guid. Pap. q.* 68. *in princ.* & ita pro-
cedit *tex. in l. à tutoribus.* 34. *§. vlt. ff. de*
adminiſtr. tut. vbi excipitur caſus quando
dans tutorem mandauit ei dari ſalarium, ſed
ibi erat clarum, quod fuit datus tutor, nam
aliud eſſet ſi dubitaretur, vt in caſu noſtro.
Cum igitur non conſtet de tutela Franciſci,
erit legitima tutrix Antonia mater Aloyſij
10 teſtatoris, † & auia reſpectiuè filiorum eiuſ-
dem Aloyſij *auth. matri & auiæ. vbi Gloſ. in*
verb. tutelam. in fin. C. quand. mul. tutel.
offic. §. ex his. auth. de hæredib. ab inteſtat.
auth. presbyteros. 2. *C. de epiſcop. & cleric.*
l. omnem. C. ad tertullian. ¶ Et quamuis ali-
qui teneant, quod tutela matris, & auiæ ſit
11 anomala, † ſeu extraordinaria, tamen verius
eſt, quod ſit legitima *Bart. in l.*2. *§. ſi pater.*
ff. ad tertullian. cum alijs per *Gutierez. de*
*tutel. p.*1. *c.*2. *n.*4. *& c.*5. *n.*8. *Spin. de teſtam.*
*gloſ.*29. *n.*8. *Corn. conſ.*164. *in princ. lib.*4.
Maximè, quia vltra iuris diſpoſitionem, per
quod auia efficitur tutrix legitima, concur-
rit etiam mens teſtatoris, dum eamdem ma-
trem ſuam fecit legitimam adminiſtratri-
cem filiarum ſuarum, & hæredum, quæ ver-
ba reſoluuntur in dationem tutricis, & cu-
12 ratricis ex ſuperius allegatis, † Cum etiam
in teſtamento vltra adminiſtrationem eidem
relictam, mandauerit illam eſſe dominam,
madonnam, & vſufructuariam omnium bo-
norum ipſius teſtatoris, eius vita durante,
itaut de omnibus fructibus eorumdem ſuo-
rum bonorū liberè diſponere poſſit, & prout
ei videbitur, & placuerit, ex quibus verbis
clarè colligitur, quod fuit ei relictus plenus
vſusfructus, remouendo quodcumque im-
pedimentum, quod quis pati poſſet, & indu-
cendo poteſtatem non requirendi alicuius,
13 etiā Iudicis conſenſum, † factum, auctoritatē,
& arbitrium, ſed abſtractum ab omni neceſ-
ſitate obſeruantiæ, aut ſolemnitatis, ſeu al-
terius rei extrinſecæ, quæ alias requireretur
*Abb. in c. de multa. col.*1. *de præbend. Ruin.*
conſ. 219. *n.* 3. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 62. *n.* 19.
& 20. *lib.* 1. dixi latè *ſupr. c.*854. *n.*26. *&* 27.
Neque obſtat, quod quemadmodum vſusfru-
ctus omnium bonorum relictus vxori ſtanti-
14 bus filijs reſtingitur ad alimenta, † ita etiam
debeat reſtringi ad eadem alimenta, ſi relin-
queretur vſusfructus matri, quando, prout
in

Digitized by Google

in caſu noſtro extant liberi, tanquam præſu-
matur minus dilecta mater, quàm vxor, vn-
de magis excludetur mater ab vſufructu,
quem non poterit conſequi in præiudicium
filiorum, quibus non eſt cenſendum, quod
pater voluerit nudam proprietatem relin-
quere, vt in ſpecie conſuetudinem Bulgari
loquẽtem de vxore extendunt etiam ad ma-
trem ex maioritate, nedum identitate ratio-
nis *Bald. Imol. Cum. Florian. Picus.* & alij
communiter *in l. titia. §. titia cum nuberet.
ff. de legat.* 1. *Ang. in auth. quod locum. n.* 3.
C. ſi ſecund. nupſer. mul. Corn. *conſ.* 110. *n.* 1.
lib. 3. latè *Card. Mantic. de coniect. vlt. volũt.
lib.* 9. *tit.* 12. *n.* 7. *Rimin. Sen. conſ.* 188. *per
tot. Surd. de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 9. *&* 10.

Quia prædicta procedunt, quando ſimpliciter
fuiſſet relictus vſusfructus omnium bono-
15 rum matri, ſeu vxori, † ſecus quando, prout
in caſu noſtro, teſtator addidit, quod vxor,
& mater poſſint de fructibus facere, prout
eis videbitur, & placuerit, & liberè, & pro
libito ſuæ voluntatis de eis diſponere cum
ſimilibus verbis, tunc enim venit integer,
& plenus vſusfructus, neque reſtringitur le-
gatum ad ſola alimenta, ſeu præheminen-
tiam, nam ſi ad illa tantum fieret reſtrictio,
eſſent ſuperflua huiuſmodi verba, quæ non
conueniunt ſimplici legato alimentorum, ſed
16 vſusfructus, † qui eſt ius vtendi, & fruendi
ſalua rerum ſubſtantia *l.* 1. *ff. de vſufruct.* &
ita in ſpecie diſtinguit *Alex. conſ.* 214. *n.* 1.
cum ſeq. lib. 6. *Socin. conſ.* 1. *n.* 11. *lib.* 4. *Corn.
conſ.* 3. *col. penult. in fin. lib.* 2. *Pariſ conſ.* 97.
n. 27. *lib.* 2. *Gozad. conſ.* 47. *n.* 10. *Surd. de
alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 234. *Addit. ad Dec. conſ.*
454. *iuridicas eſſe arbitror. in verb. volun-
tate. ad med. Aleiat. conſ.* 286. *col.* 2. *Simon.
de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib.* 4.
dubitat. 10. *n.* 66. *fol.* 413. *Gabr. de vſufruct.
concluſ.* 2. *n.* 47.

Minus obſtat, quod licet Antonia mater fuerit
relicta vſufructuaria, tamen teſtator addi-
dit, quod ei non poſſint reuideri computa,
17 quæ verba non conueniunt vſufructui, † cum
enim vſufructuarius faciat fructus ſuos, non
tenetur de eis reddere rationẽ, ideo legato
vſufructu cum tali liberatione computorũ,
venit potius adminiſtratio, quã vſusfructus
tanquã ex qualitate adiuncti mutetur legatũ
vſusfructus in adminiſtrationẽ, vt in ſpecie
cõcludit *Socin. Iun. conſ.* 74. *n.* 12. *in fin. verſ.
verum non diſplicet. lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 21.
n. 16. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 17. *n.* 13. *lib.* 2. *Aim.
conſ.* 32. *n.* 2. *ad fin. verſ. ſed ex his verbis.*

Nam verior eſt opinio, quod illa adiectio non
reuiſionis computorum non reſtringat lega-
tum ad gubernium, ſed importet plenum
18 vſumfructum, † Etenim ſecundum commu-
nem vſum loquendi, quando volumus ſigni-
ficare, quod poſſit quis diſponere de aliqua
re pro libito ſuæ voluntatis, dicimus, quod
nemo illi poſſit petere rationem, vel ab eo
exigere computa, ideo iſta verba debent im-
portare vſumfructum iuxta cõmunem vſum
loquendi, qui in hoc caſu eſt attendendus
tanquam conformis voluntati teſtatoris, ita
in terminis concludit, & de veriori opinio-
ne teſtatur *Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 239.
*in fin. verſ. mihi quoque videtur vſque ad
n.* 243. Quod etiam voluit *Dec. conſ.* 554.
quod ſupra accuratè. n. 5. *poſt med. verſ. &
in caſu iſto intentio. Corn. conſ.* 3. *col. penult.
in fin. n.* 11. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 97. *n.* 26. *&* 27.
lib. 2. *Socin. Iun. conſ.* 88. *n.* 6. *lib.* 1.

Et in caſu noſtro nulla adeſt difficultas, quia
non ſolum teſtator dixit, quod Antoniæ ma-
19 tri non poſſint reuideri computa, † ſed etiam
vlterius addidit, quod de omnibus fructibus
poſſit liberè diſponere, & prout ſibi videbi-
tur, & placuerit, quo caſu intelligitur ſen-
ſiſſe de toto vſufructu, nulla habita ratione
de non reuiſione computorum appoſita, ita
in ſpecie *Card. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 26. *verſ. vel dic quod ſi
teſtator. Corn. d. conſ.* 3. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 2.
Socin. conſ. 1. *n.* 11. *lib.* 4. *Pariſ. conſ.* 97. *n.* 27.
lib. 2. *Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 239. *in
princ. verſ. eſt verum quod in ſuo caſu.*

Cum igitur ſpectet vſusfructus ad Antoniam
liberè, & ſine vllo impedimento, rectè
per eam fuit capta poſſeſſio ſua ſponte, &
20 abſque licentia, & auctoritate alterius, † tan-
quam iſta verba hoc importent *c.* 2. *de locat.
clem. vlt. de ætat. & qualit. Surd. deciſ.* 265.
n. 6. *Menoch. conſ.* 10. *n.* 10. *Tiraq. in l. ſi vn-
quam. in verb. reuertatur. n.* 134. *C. de re-
uocand. donat. Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 53. *n.* 18.
& gloſ. 45. *n.* 11. *Valaſc. conſult.* 123. *n.* 9.
Barboſ. de diction. & clauſul. dict. 164. *n.* 2.
& 3. *Garz. de beneſ. p.* 1. *c.* 5. *n.* 376.

E P I T O M E.

STatutum loquens de dote an habeat lo-
cum in donatione propter nuptias.
¶ Diuturna ſolutio fructuum quando indu-
cat præſumptionem interpellationis, & con-
feſſionem debiti. ¶ Certa quantitas ſoluen-
da pro intereſſe dotium an poſſit taxari per
pactum, legem, ſtatutum, & conſuetudinem.
¶ Conuentio de ſoluendis fructibus dotis,
etiam ſoluto matrimonio quando ſit valida.
¶ Et an illi debeantur viduæ etiam diuiti, &
habenti aliunde alimenta ſecundum ſtatu-
tum Vrbis. ¶ Et an requiratur interpella-
tio, & poſſit fieri per æquipollens. ¶ Fru-
ctus quo caſu poſſint licitè percipi per vi-
rum ex pignore dotali poſt mortem vxoris.
¶ Maritus an de iure ciuili habeat actionem
de dote, vel ex ſtipulatio. ¶ Et an illa ſit bo-
næ fidei, itaut ſtante mora admittat vſuras
tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio.
¶ Pecunia quando faciat pecuniam. ¶ Et
quid ſi eſſet dotalis. ¶ Vel deberet reinue-
ſtiri in bonis ſtabilibus. ¶ Legatarius pro-

hibitus petere legatum ad tempus an interim licitè percipiat vſuras à teſtatore relictas. ¶ Et an idem ſit in dote, & contractibus. ¶ Fructus bona fide conſumpti quo caſu computentur in ſortem. ¶ Executio contractus iurati cum obligatione camerali, quando retardetur per exceptionem vſurarum. ¶ Vidua quæ impeditur petere ſortem an licitè percipiat fructus dotales. ¶ Imputandum quando ſit ei, qui coniecit ſe in neceſſitatem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poſt mortem vxoris cum liberis poteſt percipere fructus ex pignore dotali iuxta ſtatutum Vrbis. & n. 29.*

2 *Identitas rationis facit, vt etiam in correctorijs fiat extenſio, quæ potius dicitur comprehenſio. n. 3.*

4 *Statutum loquens de dote procedit etiam in donatione propter nuptias.*

5 *Gener de iure communi non computat in ſortem fructus prædiorum, quæ ſibi ſunt obligata pro ſolutione dotis.*

6 *Non computare fructus pignoris in ſortem idem eſt, quod permittere vſuras.*

7 *Valet pactum de ſoluendis fructibus dotis vſque ad certam ſummam. n. 31. 34. & 35.*

8 *Statutum recipit paſſiuam interpretationem à iure communi.*

9 *Fructus dotis dantur viduæ etiam diuiti, & habenti aliunde alimenta ſecundum ſtatutum Vrbis, & an requiratur interpellatio. n. 10. & 14.*

11 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis habet locum etiam in altero ex identitate rationis etiam in correctorijs. n. 13.*

12 *Vxor & maritus non debent ad imparia iudicari.*

15 *Excipiens in ſua exceptione dicitur actor.*

16 *Diuturna ſolutio fructuum quando inducat præſumptionem interpellationis, & confeſſionem debiti.*

17 *Ius ciuile attenditur in cauſis decidendis vigore ſtatuti Vrbis.*

18 *Maritus de iure ciuili habet actionem de dote, vel ex ſtipulatu, quæ eſt bonæ fidei, & ſtante mora admittit vſuras, tàm conſtante matrimonio, quàm ſoluto. n. 19.*

20 *Conuentio de ſoluendis fructibus dotis etiam ſoluto matrimonio eſt valida. & n. 36.*

21 *Interpellatio requiſita per ſtatutum Vrbis de ſoluendis fructibus dotalibus poteſt fieri per æquipollens.*

22 *Taxatio ſpecialis fructuum dotis, quando admittatur. & n. 23.*

24 *Statutum, & ius commune, & conſuetudo poteſt taxare certam quantitatem ſoluendam pro intereſſe dotium.*

25 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, & conſuetudinem admittitur.*

26 *Pecunia reinueſtienda in bonis ſtabilibus non dicitur amplius quantitas, ſed potius ſpecies, & ex ea debentur fructus, ſicut abſolutè fuiſſent relicta bona ſtabilia. & n. 27.*

28 *Legatarius prohibitus petere legatū ad tempus, interim licitè percipit vſuras à teſtatore relictas, idem in dote & contractibus. n. 37. & 38.*

30 *Pactum magis eſt validum ſi fuerit geſtum iuxta iuris, & ſtatuti diſpoſitionem.*

32 *Fructus bona fide conſumpti non computantur in ſortem, ſeu diminutionem dotis.*

33 *Ignorantia iuris non excuſat.*

39 *Argumentum de cōtractibus ad vltimas voluntates eſt validū ſtante paritate rationis.*

40 *Executio contractus iurati cum obligatione camerali non retardatur per exceptionem vſurarum, ſeu ſimilem non liquidam, & requirentem altiorem indaginem. & n. 50.*

41 *Fructus dotis quando ſint debiti viro poſt ſolutum matrimonium ſtantibus liberis.*

42 *Diſtinguendo omnia concordantur.*

43 *Pecunia non facit pecuniam. Intellige, vt n. 44.*

45 *Fructus debentur ex pecunia dotali, ſicut ex prædijs.*

46 *Imputandum eſt ei, qui coniecit ſe in neceſſitatem. Declara, vt n. 47.*

48 *Vidua quæ impeditur petere ſortem licitè percipit fructus dotis. & n. 49.*

51 *Fructus indebitè ſoluti computantur in ſortem principalem, non autem ſi iuſtè fuerint percepti.*

CAP. DCCCCXX.

FRuctus dotis, de quibus agitur, debentur, quamuis per mortem vxoris fuerit ſolutum matrimonium, Nam iuxta *Statut.*
1 *Vrb. lib. 1. c. 137. in fin.* † diſponitur, quod maritus poſt mortem vxoris cū liberis poſſit percipere fructus ex pignore dotali, neque illos teneatur computare in ſortem, ſed ſint ipſius pro alendis communibus liberis, donec dos à quocumque debita reſtituta ſit, ſi in pecunia debeatur.

Et quamuis tale ſtatutum loquatur in fructibus perceptis ex pignore, Tamen ex identitate rationis videtur poſſe extendi ad dotes non ſolutas etiam non exiſtente pignore, cum in eodem ſtatuto ſit expreſſa ratio pro ali-
2 mentis filiorum, † quo caſu etiam in correctorijs, & exorbitantibus ſit extenſio quando cōcurrit identitas rationis *Alex. conſ. 31. col. 2. in fin. n. 6. lib. 6. Rip. in l. ſi conſtante. in 3. fundamento. n. 63. ff. ſolut. matrimon. Surd. conſ. 553. n. 39. lib. 4.* Itaut propter ra-
3 tionem expreſſam non dicatur extenſio, † ſed compræhenſio *l. his ſolis. verſ. ſatis tacitè cautum putamus. C. de reuocand. donat. Gloſ. in clem. 1. in verb. eligatur. de electione. Natt. conſ. 442. n. 4. Aim. conſ. 113. n. 3. Roland. conſ. 27. n. 6. cum ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 277. n. 27.*

n. 27. *lib.*2. & ſequitur *Rot. coram R. P. D.*
Penia Romana dotis de maximis. 3. *Maij*
4 1606. † vbi fuit admiſſa extenſio ſtatuti lo-
quentis de dote ad donationem propter nu-
ptias ex identitate rationis *Alex. conſ.* 113.
*n.*6. *&* 7. *lib.* 6. *Pariſ. conſ.*69. *n.*190. *lib.*3.
*Ruin. conſ.*205. *n.* 1. *lib.*2.

Quod ſatis apertè comprobatur, quia in mate-
ria fructuum dotis habemus *tex. in c. ſalu-*
5 *briter. de vſur.* † vbi diſponitur, quod ge-
ner non poteſt compelli ad computandos in
ſortem fructus poſſeſſionum, quæ ſibi ſunt
pignori obligatæ pro ſolutione dotis, cum
ei permittatur hoc interuſurium dotis, idem
enim eſt non computare fructus pignoris in
6 ſortem, † & permittere vſuras *Alex. conſ.*31.
*col.*2. *verſ. nam paria ſunt. lib.*6. *Rub. Alex.*
conſ. 55. *n.* 2. *Surd. conſ.*194. *n.*14. *lib.*2. Et
tamen diſpoſitio *d. c. ſalubriter*. loquentis
in pignore extenditur, vt valeat pactum
inter partes de ſoluendis fructibus dotis
7 vſque ad certam ſummam † ſecundum ve-
riorem opinionem, de qua per *Calder. Abb.*
Anchar. & Io. Anan. in d. c. ſalubriter. quid-
quid alij malè contrariũ ſentiant, prout etiã
concludunt *Bart. Roman. & Imol. in l. in*
inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrimon. Alex.
*conſ.*31. *n.*16. *lib.* 6. *& conſ.*200. *n.*6. *eod. lib.*
*Corn. conſ.*164. *n.*5. *lib.*3. *Bald. Nouell. de*
*dot. p.*3. *in* 6. *ſpecial. n.*2. *&* 4. *Campeg. eod.*
tit. par. 2. *q.*6. *Lup. in c. per veſtras. ad fin.*
verſ. octauo infertur. de donat. int. vir. &
vxor. Rub. conſ. 108. *Conrad. de contract.*
*q.*35. *concluſ.*7. *Sot. de iuſt. & iur. lib.*6. *q.*1.
*art.*2. *col. penult. Couar. lib.*3. *var. reſolut.*
c. 1. *n.* 3. *verſ. contrarium tamen verius.*
*Molin. de primogenit. hiſpanor. lib.*4. *c.*5.
*n.*6. *fol.* 487. *Solis de cenſib. lib.* 2. *c.*5. *n.*21.
*verſ. è contra vero plurimi. fol.*242. *Vgolin.*
de vſur. c. 3. *§.*4. *Bertaz. conſ. crimin.* 262.
*vbi Add. lib.*2. Vnde ſicut diſpoſitio *d. c. ſa-*
lubriter. loquens in pignore habet locum
etiam in certa quantitate taxata, ita etiam
idem erit dicendum in ſtatuto, cum nulla
congrua ratio diuerſitatis poſſit aſſignari,
8 maximè cum ſtatutum † recipiat paſſiuam
interpretationem à iure communi *l. ut gra-*
datim. 11. *§. & ſi lege. ff. de muner. & ho-*
norib. l. 2. *de noxalib. l. quamuis. ff. de in*
ius vocand. Bart. in l. fin. §. in computatio-
ne. C. de iur. deliber. Bald. in l. 1. *C. qui*
*bon. ceder. poſſ. Surd. conſ.*4. *n.* 49.

Confirmantur prædicta ex eodem *Statut. Vrb.*
*c.*137. *lib.*1. vbi dantur viduæ fructus dotis,
9 itaue etiam hoc habeat locum, † quamuis
ſimus in vidua diuite, & habente aliunde
alimenta, vt per *Rot. coram R. P. D. Orano*
Romana fructuum dotis. 15. *Nouembr.*1596.
& 19. *Ianuarij. &* 19. *Octobris* 1598. *& co-*
ram R. P. D. Iuſto Romana fructuum dotis
de Luraghis. 30. *Octobris* 1600. *& coram*
R. P. D. Litta Romana fructuum dotis. 19.
10 *Nouembris* 1607. † In quibus deciſionibus
etiam additur, quod non ſit neceſſaria ali-
qua interpellatio, quando agitur contra
promiſſorem dotis.

Vnde idem erit dicendum in marito, qui vi-
duitatem ſeruat, cum ſtatutum in vno ex
11 correlatiuis habeat etiã locum in altero † ex
identitate rationis *l. vlt. C. de indict. viduit.*
*tollend. Plot. de in lit. iur. §.*11. *n.*21. *&* 22.
Tanquam non debeant vir, & vxor ad impa-
ria iudicari, ideo ſimiles diſpoſitiones vtroſ-
12 que comprehendent, † vt latè comprobat
*Surd. de aliment. tit.*1. *q.*46. *per tot. Roland.*
*conſ.*95. *n.* 8. *cum ſeq. lib.* 1. Quod procedit
13 etiam in correctorijs, † & exorbitantibus
*Curt. Sen. conſ.*11. *Rip. in l. ſi conſtante. n.*62.
ff. ſolut. matrimon. Quidquid dicat *Gabr.*
*conſ.*152. *n.* 1. *cum ſeq. lib.*2.

Et licet per ſtatutum requiratur interpellatio,
Tamen quando prætenditur, quod mediante
indebita ſolutione fructuum, quis dicatur
14 de dote ſatisfactus, † itaut illos debeat com-
putare in ſortem, tunc allegantì talem in-
debitam ſolutionem incũbit onus probandi
defectum huiuſmodi interpellationis, vt in
ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D. Remboldo*
Bononien. dotis. 9. *Decembris* 1619. *&* 22.
Martij 1621. *& coram R. P. D. Buratto Fo-*
roliuien. cenſus. 14. *Iunij* 1613. *quæ eſt de-*
15 *ciſ.*502. *n.* 6. *&* 7. *p.* 1. *in recentior.* † Cum
excipiens in iſta exceptione ſit actor *l.* 1. *ff. de*
exceptionib. l. quingenta. & l. in exceptioni-
bus. ff. de probat. Bald. in l. fruſtra, in 1.
oppoſ. C. eod. tit.

Stante præſertim diuturna ſolutione fructuum,
de quibus agimus, ex qua oritur præſumptio
16 interpellationis, † & actus facti iuxta for-
mam ſtatuti, maximè ad excludendam vſu-
rariam prauitatem, cum non ſit credendum,
quod debitor ſit adeo ſupinus, vt præſtitiſ-
ſet vſuras indebitas, & quod ſoluiſſet fru-
ctus abſque eo, quod præceſſerit interpella-
tio, cum potius ex tali longæua ſolutione
reſultet confeſſio debiti, & per conſequens,
quod fuerit interpellatus, vel ſe habuerit
pro interpellato, quod ſufficit, vt latè omnia
prædicta comprobat *Rot. coram R. P. D.*
*Remboldo Bononien. dotis.*9. *Decembr.*1619.

Quibus additur, quod in cauſis decidendis poſt
17 ſtatutum attenditur ius ciuile, † vt in *Statut.*
*Vrb. c.*42. *lib.*1. De iure autem ciuili compe-
tit marito actio de dote, vel ex ſtipulatu,
quæ cum ſit bonæ fidei ſtante mora, admit-
18 tit vſuras † *Bart. in l. in inſulam. §. vſuras.*
*n.*2. *ff. ſolut. matrim. Aret. in §. fuerat. n.*4.
*vbi Iaſ. n.*16. *inſtit. de actionib. Corn. conſ.*
164. *col. penult. verſ. nam in actionibus.*
*lib.*3. *Plot. de in lit. iur. §.*11. *n.*4. *Bero. conſ.*
129. *n.* 6. *vſque ad* 11. *lib.*3.

Quæ actio competit contra promiſſorem dotis
19 tàm conſtante matrimonio, † quàm ſoluto
l. ſi ſocer. 45. *§. lutius. ff. ſolut. matrimon.*
*Corn. conſ.*153. *in princ. lib.* 4. *Rimin. Sen.*
*conſ.*236. *n.* 1. *lib.*2. *Ruin. conſ.*133. *col. vlt. in*

Ll 2 *princ.*

princ. lib.4. Franc. deciſ.33. n.4. Phanuc. de
lucr. dot. in verb. reſtituenda. n.55. Rot. co-
ram R. P. D. Pamphilio Senogallien. dotis.
26. Iunij 1606. & coram R. P. D. Remboldo
Ceſenaten. dotis. 2. Decembr. 1616.

Et quatenus ceſſaret diſpoſitio ſtatuti, & Iuris
ciuilis, quæ tamen habet locum ex ſupra al-
legatis, Nihilominus in caſu noſtro adeſt
expreſſa conuentio, vt in inſtrumento exhi-
20 bito, † in quo fuerunt promiſſa iſta interuſu-
ria dotis per annos quindecim, quibus du-
rantibus non poſſit promiſſor cogi ad ſolu-
tionem dotis, ſed in eius arbitrio ſit illam
ſoluere, ſeu fructus pro maiori ipſius pro-
miſſoris commoditate, quæ conuentiones de
ſoluendis fructibus dotis etiam ſoluto ma-
trimonio admittuntur, vt reſoluit *Rot. co-*
ram R. P. D. Penia Romana fructuum do-
tis. 27. Februarij 1606. & iterum. 12. Iunij
1606. coram eodem. vbi etiam, quod quam-
uis ſtatutum Vrbis requirat in iſtis fructi-
21 bus iudicialem interpellationem, † Tamen
etiam per æquipollens poterit ſatisfieri hu-
iuſmodi interpellationi, itaut debitor agno-
ſcendo bonam fidem haberi debeat pro in-
terpellato, cum alijs de quibus latè in eiſdem
deciſionibus, & dictum eſt ſupra iuxta aliam
deciſ. coram R. P. D. Remboldo Bononien.
dotis. 9. Decembris 1619.

Neque obſtat, quod fuerint taxata iſta in-
teruſuria dotis ad certam ſummam, quæ ta-
22 xatio ſpecialis non admittitur, † Quia ſumus
in taxatione veriſimili, & in intereſſe, quod
per agentem ad ſolutionem dotis paſſum eſt,
Vnde tunc licitè illud taxatur etiam in mu-
tuo, ne dum in dote, & illud erit ſoluendum,
quamuis etiam probaretur per coniecturas,
ne dum per veras probationes *Bald. in l. ro-*
gaſti. §. ſi tibi. col. 1. in fin. & ibi Purpur.
n.39. & 51. ff. ſi cert. petat. Dec. conſ.39. n.5.
verſ. & ad hoc eſt notabilis deciſio. Alex conſ.
27. n.11. lib.4. Menoch. conſ.1027. n.5. lib.11.
Corrad. de contract. q.35. tract.2. concluſ.5.
cum alijs per *Rot. coram Card. Lancellotto*
Ianuen. pecuniaria. 6. Iunij 1611. & in ea-
dem cauſa coram R. P. D. Vbaldo. 1. Martij
1613. latè *Surd. de aliment. tit.1. q.42. n.26.*
23 *vſque ad* 30. † vbi quod quando intereſſe eſt
certum in ſubſtantia, ſed incertum reſpectu
quantitatis, valet conuentio, & taxatio facta
à principio, cum ſufficiat, licet poſſit eſſe
maior, vel minor, quam verum intereſſe,
tanquam ſatis ſit, vt in futurum de eo appa-
reat *Caccialup. in l. cunctos populos. n. 82.*
C. de ſumm. trinit. Rebuff. in l. vnic. n.618.
& ibi Cagnol. n. 49. C. de ſentent. quæ pro
eo quod inter. Idem Cagnol. in l. curabit.
n.57. C. de act. empt.

Maximè, quia iſta taxatio certa eſt facta iuxta
24 formam ſtatuti, & iuris diſpoſitionem, † per
quod taxantur interuſuria dotis ad ſeptem
cum dimidio, quod per ſtatutum, & conſue-
tudinem fieri poteſt, vt quantitas certa ſol-
uatur pro intereſſe dotium *Bald. in l. fin. §.*
præterea. n. 5. C. de iur. dot. Alex. conſ. 31.
n.7. lib.6. Cæpoll. conſ. ciuil. 15. Ruin. conſ.
224. n.14. lib.1. Card. & Imol. in clem. 1. de
vſur. Corrad. de contract. q. 35. concluſ. 11.
& 12. Surd. de aliment. tit.1. quæſt.42. n.27.
25 Itaut valeat argumentum † de pacto ad ſta-
tutum, & conſuetudinem *l. fin. vbi Bart.*
Bald. & Salic. C. de fideiuſſorib. Iaſ. in
l. vlt. ff. qui ſatiſd. cogant. Euerard. loco ar-
gument. 89. in princ. Et in propoſito notat
Surd. de alim. tit.1. q.42. n.27. & 29.

Accedat, quod gener tenebatur ex pacto rein-
ueſtire pecunias dotales per ſocerum ſol-
26 uendas in locis montium, † ſeu bonis ſtabi-
libus, quo caſu talis pecunia dicitur deberi,
vt ſpecies, & de illa iudicatur ſicut de ſpecie,
non ſicut de quantitate *l. talis ſcriptura. in*
fin. ff. de legat.1. l. ſi ſeruus. §. quicumque.
eod. tit. Thom. Bocc. conſ.33. n.6. Adeo vt ex
27 huiuſmodi pecunia debeantur fructus, † non
ſecus ac ſi abſolutè, & ſimpliciter fuiſſent re-
licti cenſus, aut loca montium *l. 1. & vlt.*
C. de vſur. & fructib. legator. l. in fideicom-
miſſo. ff. de vſur. Thom. Bocc. d. conſ.33. n.6.
& ita etiam in ſpecie reſoluit *Rot. coram*
R. P. D. Orano Romana Saluiani interdicti
20. Nouembris 1591. impreſſ. poſt *tract. de*
Saluian. deciſ. 159. *n. 2.* & benè comprobat
Alex. conſ.31. n.5. verſ. ſed ita eſt quod de
dicta pecunia. & n. 11. verſ. conſideran-
dum eſt. lib.6. & conſ.200. n.3. in fin. eod. lib.

Cum etiam nihil poſſit imputari Genero ex eo,
quia ſortē non exegit, tāquam eſſet aſtrictus
per ſpatium annorum quindecim non poſſe
petere dictam ſortem pro commoditate ſo-
ceri, qui ad ſui fauorem talem conuentio-
28 nem fecit, † Vnde cum non ſit in facultate
creditoris agere, dicendum eſt deberi in-
tereſſe; exemplo legatarij prohibiti petere
legatum ad tempus, qui interim licitè per-
cipit vſuras relictas à teſtatore, & per hæ-
redem ſoluendas, quaſi tunc adſit ratio ex-
cluſiua vſurarum, cum ceſſet voluntas diffe-
rendi exactionem, propter quam inducitur
vſura, vt in propoſito concludit *Socin. in*
l. 2. n. 7. vſque ad n. 10. ff. de his quæ pæn.
nomin. Lup. in l. curabit. comment. 1. §. 4.
n.73. C. act. empt. Couar. lib.3. var. reſolut.
c.1. ad fin. verſ. ſed vbi legatarius. Menoch.
conſ.441. n.10. vſque ad 31. lib.5. Surd. conſ.
23. per tot. lib.1. & de alim. tit.8. priuileg.29.
n.6. & tit. 9. q. 16. n. 53. & latius *q.18. n.9.*
vſque ad 15. eod. tit. 9. cum alijs per *Franc.*
Hieron. Leo. deciſ. Valentin. 14. per tot.

Vlterius obſeruandū eſt quod in caſu noſtro ex
lectura inſtrumenti apparet fuiſſe per ſocerū
traditum pignus dotale ipſi Genero, dum il-
lum fecit procuratorem irreuocabilem ad
exigendum ab affictuarijs duorum prædio-
rum in ſpecie, & expreſsè obligatorum pro
dictis fructibus, omnes penſiones per eos
debitas, itaut habeat locum *Statut. Vrb.*
lib. 1.

29 *lib.* 1. *c.* 184. † vbi diſponitur, quod fructus
perceptí ex pignore dotali etiam ſoluto ma-
trimonio non computentur in ſortem, ſed
ſint proprij mariti pro alendis communibus
liberis, & ſic vltra diſpoſitionem ſtatuti ſu-
perius in principio conſideratam ex identi-
tate rationis, habemus etiam ſpecialem
conuentionem pignoris per ſocerum factã,
quæ conuentio etiam iuuatur ex diſpoſitio-
ne iuris communis, ſecundum quod admit-
titur receptio fructuum etiam ex pignore
30 dotali *c. ſalubriter. de vſur.* † Et ſic pactum
valebit tanquam geſtũ iuxta iuris, & ſtatuti
diſpoſitionem *c. cum dilecti. de conſuetud.*
Felin. in c. cauſam quæ. de reſcript. & in pro-
poſito notat *Surd. de aliment. tit. 1. q. 42.*
n. 26. ad fin. verſ. prior enim opinio. & n. 29.
Neque obſtant deciſiones, & alia multa exad-
uerſo allegata de non ſoluendis fructibus
dotis poſt ſolutum matrimonium, etiam
extantibus liberis, Quia nõ procedunt ſtan-
te conuentione, & ſtatuto, & pignore dato
31 in dotem, † & pecunia reinueſtienda in præ-
dijs, ac locis montium non vacabilibus,
Tunc enim admittitur perceptio fructuum,
& valet conuentio cum ſpeciali taxatione
veriſimili ad damnum emergens *Surd. de*
alim. tit. 1. q. 42. n. 26. vſque ad 30. cum alijs
ſupra adductis *n. 7.*
Amplius cum agatur de fructibus bona fide
conſumptis, contra æquitatem videtur eſſe,
32 quod illi in ſortem, † ſeu diminutionem do-
tis computentur, vt in ſpecie reſoluit *Rot.*
coram R. P. D. Penia Romana fructuum
dotis. 12. *Iunij* 1606. *in fin.* Itaut non poſſit
ex parte ſoceri allegari prætenſus error in
ſoluendo huiuſmodi fructus, cum ſcienter
omnia geſta ſint, & præuio conſilio perito-
rum, quorum copia in Vrbe adeſt, adeo vt
33 non poſſit aliqua excuſatio allegari, † licet
neque ignorantia iuris admitteretur *c. ſi in*
laicis. 38. *diſtinct. l. late culpa.* 223. *ff. de*
verb. ſignificat. l. leges. C. *de legib. Pariſ.*
conſ. 69. *n.* 88. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 374. *n.* 20. *lib.* 3.
Nec faciunt, quæ iterum opponuntur contra
conuentionem de ſoluendis fructibus dotis
taxatis ad certam quantitatem, Quia talis
conuentio tanquam veriſimilis, & iuſta do-
34 nec dos ſoluatur eſt valida, † neque de hac
opinione eſt dubitãdum, cum ſit magis com-
munis, & rationabilis, & vera tãm ſecun-
dum Theologos, quàm Canoniſtas, & Legi-
ſtas, de quibus latè *Surd. de alim. tit. 1. q. 42.*
n. 23. *vſque ad* 30. Maximè, quia ſumus in
pacto geſto cum patre, qui tenebatur filiam
35 alere, † quo caſu nullum eſt dubium, & ma-
gis conuentio ſuſtinetur *Corn. conſ. vlt. col.* 4.
ad med. verſ. nec obſtat quod dicit. lib. 2. Bald.
Nouell. de dot. par. 7. priuil. 3. col. 1. Idem
Surd. d. q. 42. n. 23. in princ.
Neque obſtat, quod huiuſmodi pactum ſit re-
ſtringendum ad tempus conſtantis matri-
monij, non autem illo ſoluto, tanquam tunc
ceſſent onera ipſius matrimonij *Surd. d. q.*
36 42. *in fin.* † Quia talis reſtrictio non eſt ad-
mittenda, cum habeamus præciſam, & ex-
preſſam conuentionem de non ſoluendo do-
tem per annos quindecim, vnde quamuis
intra dictum tẽpus matrimonium diſſolua-
tur, tamen non eſt ſatisfactum conuentioni,
niſi elapſo toto tempore conuento, cum ſi-
milia pacta etiam permittantur, tam con-
ſtante, quàm ſoluto matrimonio, vt dictum
eſt *ſupr. n.* 20. iuxtà *Rot. coram R. P. D. Pe-*
nia Romana fructuum dotis. 27. *Februarij.*
& 12. *Iunij* 1606.
Neque poteſt conſiderari aliqua vſura in caſu,
de quo agimus, cum maritus ſtante dilatio-
ne eſſet impeditus ſortem principalem dotis
exigere, tunc enim licitè fructus ipſius dotis
percipiuntur, vt latè in *d. deciſ. R. P. D. Man-*
zanedi Bononien. pecuniaria dotis. 16. *Iunij*
37 1614. † quibus non obſtat, quod illa proce-
dant in legatis per teſtatorem relictis, non
autem in conuentionibus, quæ non ſunt li-
citæ *Surd. conſ.* 23. *in fin.* Quia iam ſupra
dictum eſt talia pacta eſſe valida, & nulla
ratio diuerſitatis eſt in legato, & in dote,
nam ideo in legato admittitur perceptio
pecuniarum, donec illud ſoluatur, quia
ceſſat voluntas differendi exactionem, pro-
pter quam inducitur vſura, cum enim lega-
tarius non poſſit ſortem legatã petere, adeſt
ratio excluſiua vſurarum, Hoc autem etiam
verificatur in dote, quando non eſt in facul-
tate creditoris dotis illam exigere, nam
tunc nihil eſt ei imputandum, & fructuum
38 exactio licitè permittitur, † ita latè hanc
rationem admittit *Surd. de aliment. priui-*
leg. 29. *tit.* 8. *n.* 6. *poſt med. verſ. vera igitur*
ratio. & tit. 9. *q.* 18. *n.* 9. *vſque ad* 15. *& conſ.*
23. *per tot. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 441. *n.* 25. *cum*
ſeq. lib. 5. *Leo deciſ. Valentin.* 14. *per tot.* Et ita
etiam in ſpecie dotis latè cõcludit *Iaſ. conſ.*
93. *col.* 8. *in princ. verſ. quinto principaliter.*
39 *lib.* 1. † Cum etiam valeat argumentum de
vltimis voluntatibus ad contractus ſtante
paritate rationis, de qua in caſu noſtro *l. pa-*
ctum inter hæredem. ff. de pact. l. iure ciuili.
ff. de condition. & demonſtrat. l. ſeruum filij.
§. eum qui chirographum. ff. de legat. 1. *Salic.*
in l. fin. C. *de legat.*
Quibus ſtantibus ceſſant, quæ dicuntur de vſu-
raria prauitate, cum verè nulla poſſit conſi-
derari vſura ob rationes iuſtæ perceptionis
ſuperius adductas, quæ faciunt, vt interim
non ſit retardanda executio obligationis ca-
meralis, tanquam iſtæ vſuræ non ſint liqui-
dæ, & requirant altiorem indaginem, & ſint
exceptiones non releuantes, vel ſaltem tur-
40 bidæ, † quarum diſputatio, donec pendet,
non poteſt impediri executio contractus iu-
rati, cum obligatione camerali, & alijs clau-
ſulis ampliſſimis, nam vſura debet eſſe clara
patens, & notoria, vt operetur effectum re-
tardandi executionẽ ſimilium contractuum

Ang.in l.4. §.condemnatum.n.4.& ibi Imol.
n.9.de re iudicat. Put.deciſ.67.in fin. lib.3.
latè *Surd. conſ.327. n.14. vſque ad 22. lib.3.*
Rot. deciſ.490.n.1.cum ſeq. p.1. in recentior.
& coram R.P.D. Vbaldo Romana ſocietatis
officij. 16. Decembris.1619. Gail.obſeruat.4.
per tot. lib. 2.

Neque oberunt, quæ adduxi *diſceptat.427.tom.*
3. in quibus exaduerſo fundatur intẽtio ſcri-
bentium, dum firmant opinionem, quod fru-
ctus dotis non debentur marito poſt ſolu-
tum matrimonium etiam extantibus libe-
41 ris, † Quia intelligũtur ceſſante conuentio-
ne, prout etiam ita prædicta intelligenda
eſſe dixi *in addit. ad d. diſceptat.427.* quæ eſt
poſita *in fin. tertij tomi. poſt c.600.fol.678.ad*
med. ex quibus clarè apparet, quod non
ſcripſerim, nec ſcribam contraria, cum
ſtante diſtinctione præfata vtraque opinio
42 ſtet in ſuo robore, † & omnia concilientur
l.adeo. §.cum quis. ff.de acquir. rer. domin.
Gloſ.in c. quærente. de offic. delegat. Salic.in
l. filiæ cuius pater. verſ. expediat. C.famil.
erciſcund. Oſaſc. deciſ.162. n.8. Surd. conſ.
346. n.9. lib.3.

Nec aduerſatur, quod taxatio ad ſeptem pro
43 centum ſit illicita, & vſuraria, † tanquam
non permittatur pro pecunia accipere pe-
cuniam *Alex. conſ.31. n.3. lib.6.* Quia aliud
eſt quando talis taxatio concernit petitio-
nem intereſſe, tunc enim licitum eſt paciſci,
quod aliquid in eo ſit computandum poſt
44 moram commiſſam, † prout declarat *Idem*
Alex.d.conſ.31. n.10. vſque ad 15. lib.6. Ma-
ximè, quia etiam in dote conſiſtente in pe-
cunia debentur fructus, non ſecus ac ſi con-
45 ſiſteret in prædijs † *Surd. de aliment. tit.1.*
q.42.n.11. iuxta l.fin. §. præterea. C. de iur.
dot. Caſtr.in l.de diuiſione. ff. ſolut. matrim.
Ruin. conſ.224. n.13.lib.1.

Neque obſtat, quod ſit imputandum marito,
46 qui talem dilationem conceſſit, † & ſe ipſum
coniecit in neceſſitate non petendi ſortem,
quo caſu talis neceſſitas non excuſat *l. cum*
prætor. ff. de adminiſtr. tutor. l.ſi fideiuſſor.
§. neceſſaria. ff. qui ſatiſd.cogant. Surd.de-
ciſ.59. n.11. Quia iſta habent locum, quando
adeſſet culpa eius, qui ſe ita adſtrinxit, quæ
culpa non poteſt conſiderari in caſu noſtro,
in quo maritus ad petitionem ſoceri, & pro
illius commoditate dilationem conceſſit, cui
tanquam patri tenebatur ob eius reueren-
47 tiam morem gerere, † adeo vt exiſtente ne-
ceſſitate naturalis obſequij, & pietate erga
ſocerum nõ poſſit dici illum eſſe in culpa, &
per conſequens excuſatio admittitur *Oſaſc.*
deciſ.167. n.29. poſt princ. verſ. quibus con-
uenit.col.vlt.ad med. poſt Bald.conſ.20.lib.2.

Idem eſt in vidua, quæ ob aliquod impedimen-
48 tum non poteſt petere ſortem, † tunc enim
licitè percipit fructus *Iaſ. conſ.92. n.3.verſ.*
quinto principaliter. lib.1. Couar. lib.3.var.
reſolut. c.1. n.3. latè *Surd. de aliment. tit.1.*
q.45.n.55. vſque ad 62. Vnde idem eſt dicen-
dum in marito, ne pro bono opere lapidetur
cum ad imparia nõ debeat iudicari *Roland.*
49 *conſ.95. n.8. cum ſeq. lib.1.* † Itaut etiam
hoc caſu valeat conuentio facta per mulie-
rem viduam impeditam de percipiendo fru-
ctus *Aim. conſ.189.n.7.verſ. ſextus caſus.ad*
fin. Couarr. d.c.1.n.4.verſ. ſexto hinc etiam.
Bald.Caſtr.Felin.Lup. & alij de quibus latè
Surd.de aliment. tit.1.q.45. n.75. & 76.

Et ita ex prædictis fuit data executio inſtru-
menti, de quo agimus, pro fructibus dota-
libus conuentis in huiuſmodi cauſa Tybur-
tina, ſeu Romana dotis poſtquam fuit plu-
ries propoſita *coram R.P.D.Nauarra* 18. &
31. *Maij* 1621. & 9. *Iunij* 1622. & 5. *Iunij*
1623. Cum prius eadem cauſa fuiſſet com-
miſſa *R. P. D. Veroſpio*. propter cuius ab-
ſentiam fuit ſubrogatus *R. P. D. Nauarra.*
50 qui declarauit † relaxandum eſſe mandatum
executiuũ ſtante obligatione camerali, con-
tra quam non admittitur prætenſa exceptio
compenſationis reſultans ex perceptione
fructuum dotalium non debitorum tanquam
requirens altiorem indaginem *Aret.conſ.99.*
col.2. verſ.tertio. Felin.in c. ad noſtram. col.
penult. de iureiur. cum alijs per *Galleſ. de*
obligat. camer. part.4. q.2. ſeu in edit. noua.
q.18. n.6. Surd.conſ.327. n.14.vſque ad 22.
lib.3. Rot.deciſ.490.n.1. p.1.in recent. Non
obſtante, quod prætendatur non poſſe rela-
xari mandatum pro dictis pecunijs dotalibus
in inſtrumento contentis ſtante dicta ſolu-
tione, quia cum fructus ſint debiti ex ratio-
51 nibus ſupra adductis, † non eſt locus impu-
tationi in ſortem principalem, quæ tunc
procedit, quando fructus eſſent indebitè ſo-
luti, & ita loquitur *Cephal. conſ.133.n.130.*
lib.1. Barboſ. in l. ſi mora. n.102. ff. ſolut.
matrim. Rot. coram Card. Sacrato Romana
cenſus de Mutinis. 11. *Octobris* 1602.

EPITOME.

REgreſſus ad beneficium reſignatum pro-
pter non ſolutionem penſionis an ha-
beat cauſam de præterito, & operetur con-
tinuationem iuris ſui, itaut poſſit concedi
manutentio poſſeſſionis. ¶ Et quando decla-
ratoria requiratur, vt ſit locus eidem re-
greſſui. ¶ Et quid ſi fuerit conceſſus cum
verbis liberè, & propria auctoritate cum
ſimilibus. ¶ Et de duplici praxi capiendi
poſſeſſionem ante, vel poſt liquidatum nego-
tium. ¶ Captura an poſſit iuſtificari probato
poſtea debito. ¶ Mora an purgetur poſt rem
in iudicium deductam. ¶ Penſionarius, &
cenſuarius exiſtens in poſſeſſione exigendi
penſionem, ſeu cenſum quando habeat ma-
nutentionem etiam contra ſucceſſorem,
quamuis nunquam ſoluerit. ¶ Poſſeſſio ac-
quiſita contra emphyteutam an ſit manute-

ni-

nibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem. ¶ In iudicio retinendæ, quando conſideretur ius ex parte actoris, itaut illud non mutetur, licet adſit mutatio perſonæ ex parte rei.

SVMMARIVM.

1 *Habens regreſſum ad beneficium reſignatum propter non ſolutionem penſionis dicitur continuare ius ſuum. n. 16.*
2 *Regreſſus habet cauſam de præterito.*
3 *Manutentio conceditur, ſi probetur poſſeſſio de tempore mota litis.*
4 *Poſſeſſor non eſt priuandus poſſeſſione exigendi penſionem non obſtantibus exceptionibus, quæ requirunt diſputationem.*
5 *In iudicio retinendæ conſideratur ius ex parte actoris, quod non mutatur quamuis mutetur perſona ex parte rei.*
6 *Penſionarius exiſtens in poſſeſſione exigendi penſionem habet manutentionem etiam contra ſucceſſorem in beneficio, quamuis nunquam ſoluerit. Idem in cenſuario. n. 7.*
8 *Poſſeſſio acquiſita contra emphyteutam non eſt manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem.*
9 *Declaratoria an debeat præcedere, vt ſit locus regreſſui ob non ſolutionem penſionis infra certum terminum, vel ſufficiat ſolus curſus temporis. n. 10.*
11 *Verba capiendi poſſeſſionem propria auctoritate an excludant declarationem, & liquidationem. n. 12. & 13.*
14 *De duplici praxi capiendi poſſeſſionem ante, vel poſt liquidatum negotium. n. 15. & 16.*
17 *Penſionarius eo ipſo quod negat ſibi fuiſſe ſolutam penſionem dicitur probaſſe ſuam intentionem, & beneficiato incumbit onus oſtendendi illam fuiſſe ſolutam.*
18 *Retentio datur quando liquidatio ſuperuenit poſt ingreſſum poſſeſſionis.*
19 *Captura non conceditur, niſi liquidato debito, poteſt tamen iuſtificari, ſi poſtea illud probetur.*
20 *Declaratoria non requiritur quando aliquid poteſt liberè fieri, & datur ingreſſus poſſeſſionis abſque requiſitione illius, qui aliàs deberet requiri. n. 21. & 22.*
23 *Mora non purgatur poſt rem in iudicium deductam, ſiue executio fiat à lege, ſiue ab homine. n. 24.*
25 *Per reſignationem beneficij cenſetur amiſſum omne ius competens reſignanti, quamuis reſignatio eſſet nulla.*

CAP. DCCCCXXI.

IN cauſa Tyburtina manutentionis videbatur dicendum, quod mandatum de manutenendo deberet concedi Cæſari, quia per eum fuit capta poſſeſſio beneficij alias reſignati Aduerſario, reſeruata ſibi penſione ſcutorum quadraginta, cum facultate per Sanctiſſimum conceſſa, vt in defectum ſolutionis liberum haberet regreſſum ad poſſeſſionem eiuſdem beneficij propria auctoritate capiẽdam, non ſecus ac ſi reſignatio facta non fuiſ-
1 ſet, † vnde ſtante defectu ſolutionis, licuit redire ad beneficium reſignatum, tanquam ob dictum regreſſum dicatur continuare ius ſuum *Put. deciſ. 260. n. 5. lib. 1. in nou. impreſſ.* quaſi regreſſus habeat cauſam de præ-
2 terito † *Idem Put. deciſ. 142. n. 1. lib. 2. poſt Caſſador. deciſ. vnic. n. 3. de pact.* Et ſatis eſt, quod ad huiuſmodi effectum manutentionis doceatur de poſſeſſione tempore motę
3 litis, prout de illa docetur, † vt in *ſummar. n. 2. l. 1. §. huius interdicti. ff. vti poſſidet. Bart. in l. 1. §. quod ait. n. 14. ff. eod. tit. Rot. deciſ. 685. n. 1. p. 1. in recentior.*
Maximè, quia vltra dictam poſſeſſionem fuerunt ſemper per Cæſarem exacti cenſus ad idem beneficium ſpectantes, vnde manute-
4 nẽdus eſt in tali exactione, † non obſtantibus prætenſionibus Aduerſarij, de quibus dum diſputatur, non eſt priuandus ſua poſſeſſione exigendi *Caputaq. deciſ. 321. par. 1. Cæſar de Graſſ. deciſ. 4. & 5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. coram Sanctiſſ. Imolen. cenſus. 11. Maij 1607.* quæ in impreſſ. *eſt deciſ. 313.* vbi ampliatur, quod illa quaſi poſſeſſio eſt manutenenda etiam contra hæredes, & ſucceſſores,
5 cum in interdicto † retinendæ conſideretur ius ex parte actoris, quod non mutatur per mutationem perſonæ ex parte rei *Guid. Pap. deciſ. 629. Put. deciſ. 151. lib. 3. Gig. de penſionib. q. 97. n. 10. Cardin. Seraph. deciſ. 878. n. 1. & 2. Rot. deciſ. 562. n. 1. p. 1. in recent. Beltram. in addit. ad deciſ. Sanctiſſ. 313. n. 6.*
6 vbi etiam, † quod penſionario exiſtenti in poſſeſſione exigendi pẽſionem competit manutentio contra ſucceſſorem in beneficio, qui nunquam ſoluit *Rot. deciſ. 508. n. 1. p. 1.*
7 *in recent.* Prout etiam eſt in cenſuario, † qui habet manutentionem contra ſucceſſorem in re cenſuata, quamuis nunquam cenſum ſoluerit *Card. Seraphin. deciſ. 878. n. 1.* dixi *ſupr. c. 113. n. 16. cum ſeq.* Quidquid aliud ſit in poſſeſſione acquiſita contra emphyteutã,
8 quæ non eſt manutenibilis † contra dominum directum poſt deuolutionem ſecutam, per quam expirant omnes obligationes, & ſeruitutes acquiſitæ contra inueſtitos durante inueſtitura *Alex. conſ. 18. n. 5. lib. 5. Iſern. Bald. & alij in c. vnic. §. quid ergo. de inueſtit. de re alien. fact. Duen. reg. 40. limit. 10. Roland. conſ. 59. n. 10. lib. 2. Bero. q. 95. n. 1.* cum alijs per *Roſent. de feud. c. 9. membr. 1. concluſ. 11. n. 1. & 2. & in litt. a. & b. fol. 492.* Et in ſpecie manutentionis eſt *deciſ. Rot. coram Card. Millino.* de qua per *Beltram in addit. ad deciſ. Sanctiſſ. 313. in fin.*
Non obſtat, quod poſſeſſio appræhenſa per Cæſarem fuerit nulla, cum non ſit locus regreſſui ob non ſolutionem penſionis infra certum

tum terminum, niſi præcedat declaratoria,
9 quod tempus ſit lapſum, † & quod ſit locus
regreſſui, tanquam non ſufficiat ſolus curſus
temporis *Gambar.de auctorit.legat.de later.
lib.6. de penſion. n.472. tom.13.p.2. fol.197.
Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6. q. 3. n. 11.
& 12. fol. 317.* Cardin. *Mantic. deciſ.* 194.
10 Quia iſta declaratoria † non requiritur in
caſu noſtro, cum in bulla ſummus Pontifex
concedat liberum regreſſum ob non ſolutio-
nem penſionis, ac licentiam appræhendendi
poſſeſſionem propria auctoritate, quæ verba
excludunt declarationem, & liquidationem,
ad quàm deinde deuenitur, poſtquam fuerit
11 capta poſſeſſio propria auctoritate † iuxta
facultatem conceſſam *Bald. Ang. & Salic.
in l. 3. C. de pignorib. Galleſ. ad form. obli-
gation cameral. in vlt. part. ad fin. Menoch.
de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. n. 59. verſ. altera
atque ita ſecunda*.
Prout dicimus in locatore, qui ita demum pro
penſione domus poteſt inuecta, & illata pro-
12 pria auctoritate intra domum claudere, † ſi
purificata fuerit illa conditio, quod condu-
ctor non ſoluerit penſionem, & tamen non
requiritur aliqua iudicis declaratoria ante
ingreſſum, & incluſionem inuectorum *Me-
noch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. n. 60. in
fin.* iuxta *l. eſt differentia. 9. ff. in quib. cauſ.
pign. vel hypothec. tacit. contrahit. Caroc. de
locat. p. 5. q. 22. fol. 235.*
Et quamuis non ignorem aliquos Doctores te-
13 nuiſſe contrariam opinionem, † quod etiam
ſtãte dicta clauſula requiratur declaratoria,
antequam exerceatur facultas ingreſſus in
poſſeſſionem auctoritate propria *Bart. in l.
3. n. 14. C. de pignorib.* Nihilominus omnia
iſta concordantur ex duplici praxi aſſiduè in
iudicijs obſeruata; Vna eſt praxis, vt credi-
tor prius petat ſuum creditum liquidari,
14 & eo liquidato declarari illud liquidum, † &
deinde poterit ex pacto, & licentia ſibi data
ingredi poſſeſſionem, & ita procedit opinio
*Bart. & ſequacium Canar. de execut. in-
ſtrum. n.* 34. Alia eſt praxis, vt creditor pro-
pria auctoritate poſſeſſionẽ ingrediatur vi-
15 gore licentiæ ſibi datæ, † & poſtea admoneat
debitorem, vt compareat coram Iudice ad
videndum fieri liquidationem ſui crediti, &
ita procedit ſententia *Ang. Bald. & Salic.
in d. l. 3. C. de pignorib.* & ſecundum hanc
diſtinctionem, & praxim, ac modum exe-
16 quendi † dicit iudicandum eſſe *Menoch. de
adipiſc. remed. 5. n. 61. & 62.* iuxta notata
per *Bart. in l. 1. in princ. n. 3. vbi Caſtr. n. 9.
C. de edend. Bald. in l. 2. n. 7. C. de execut.
rei iudic. Galleſ. ad form. obligat. cameral.
in vlt. part. ad fin. Canar. de execution. in-
ſtrument. n. 32.*
Et in caſu noſtro poſt huiuſmodi appræhenſio-
nem poſſeſſionis dicitur ſtatim facta liqui-
datio, cum eo ipſo, quod penſionarius negat
17 ſolutam ſibi fuiſſe penſionem, † dicitur pro-
baſſe ſuam intentionem, & beneficiato in-
cumbit onus oſtendendi illam fuiſſe ſolutam
*Gambar. de auctorit. legat. de later. lib. 6.
n. 511. q. 19. tom. 13. p. 2. fol. 198. poſt Spe-
culator. de locat. §. nunc aliqua. vbi Ioan.
Andr. verſ. trigeſimo primo. Imol. in c. po-
tuit. de locat.*
Et paſſim datur retentio, quando liquidatio
18 ſuperuenit poſt ingreſſum poſſeſſionis, † cum
ſufficiat, quod tempore ingreſſus, vel poſtea
debitum ſit liquidum *Ruin. conſ. 152. n. 8. &
9. lib. 4. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5.
n. 66. & 67.* Exemplo capturę, quæ licet non
ſit concedenda per Iudicem, niſi de debito
liqueat, Tamen ſi debitor prius capiatur, po-
19 terit appræhenſio iuſtificari, † & effectum
habere, ſi verè probetur debitum *l. fin. §. vlt.
ff. quod met. cauſ. Caſtr. conſ. vlt. in fin.
lib. 1. Dec. conſ. 449. viſis duobus. col. 3. in
fin. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. null.
defend. n. 131. Phanuc. de iureiur. in lit. c. 4.
n. 7. tom. 3. p. 2. fol. 362.* & latè quando hoc
procedat *Petr. Pecch. de iur. ſiſtend. c. 117.
n. 6. vſque ad 11. & verſ. decimo quarto prin-
cipaliter. n. 4. tom. 3. p. 2. fol. 154. & 168.*
Accedit, quod ſummus Pontifex conceſſit pen-
ſionario regreſſum liberum ad beneficium
ob non ſolutionem penſionis, quod verbum
liberum importat, vt non requiratur factum
20 Iudicis, † nec alicuius licentia, nec eiuſdem
Iudicis declaratoria *Corn. conſ. 165. col. 5.
poſt princ. verſ. reſpondetur. n. 23. vſque
ad 29. lib. 2. Roland. conſ. 42. n. 17. vſque
ad 21. lib. 2. Bolognin. conſ. 167. n.* 4. vbi etiam
quod per iſta verba excluditur omnis ſo-
lemnitas *Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. re-
uertatur. n 134. & 135. C. de reuocand. do-
21 nationib.* † Itaut actus poſſit fieri ſua ſponte
abſque vllius auctoritate, & ſine aliquo im-
pedimento, & obſtaculo, & detur ingreſſus
poſſeſſionis abſque ſcientia, & requiſitione
22 illius, qui alias deberet requiri † *Roland.* latè
*conſ. 42. n. 17. vſque ad 21. lib. 1. Gozad. conſ.
91. col. 2. Menoch. conſ. 192. n. 9. lib. 2.* cum
alijs per *Barboſ. de dictionib. & clauſul.
dict. 164. n. 1. cum ſeq.* plenè *Gonzal. ad reg.
8. gloſ. 53. n. 1. vſque ad* 28. & in ſpecie re-
greſſus cum ſimilibus verbis *Put. deciſ. 20.
lib. 2. fol. 167. alias deciſ. 22. lib. 2. in no-
uiſſima impreſſ.*
Nec ſufficit, quod hodie per Aduerſarium
prætendatur purgatio moræ per ſolutionem
23 penſionum decurſarum, † Quia poſt rem in
iudicium deductam, & poſt captam poſſeſ-
ſionem beneficij vigore regreſſus, de quo
agitur, & poſt factam executionem, non
purgatur amplius mora *Bart. in l. ſi inſu-
lam. n. 19. & ibi Alex. n. 32. Crot. n. 61. Rip.
n. 38. ff. de verb. obligation. Caputaq. deciſ.
232. n. 2. Cardin. Seraphin. deciſ. 1150. n. 3.*
24 Quod procedit † ſiue executio fiat à lege,
ſiue ab homine *Natt. conſ. 364. in fin. Dec.
conſ. 452. viſa inſtructione. n. 16. Grat. conſ. 93.
n. 62.*

Digitized by Google

n. 62. lib. 1. latè *Bertaz. in repet. l. ſi quis maior. n.661.& 691. cum ſeq. C. de tranſact.*

In huiuſmodi cauſa Tyburtina manutentionis Iudex deputatus per Auditorem Cameræ requiſiuit votum Rotæ, per quam *die 15. Iunij 1622. coram R. P. D. Merlino.* fuit deciſum denegandam eſſe manutentionem Cæſari, & concedendam Aduerſario, & quoniam deciſio nõ fuit extenſa, cum partes illam propter concordiam non petierint, non poſſunt adduci aliquæ rationes deciſionis.

E P I T O M E.

SPecies narratæ poſt generalem diſpoſitionem, quo caſu cenſeantur poſitæ limitatiuè, ſeu gratia demonſtrationis. ¶ Et quãdo genus legatum reſtringatur per ſpecies poſtea enunciatas. ¶ Legans omne penum præter vinum, quod erat Romæ an dicatur reſtringere legatum ad penum Romæ exiſtens. ¶ Domus an ſignificet patrimonium, & ædes. ¶ Verba quod nihil poſſit peti quid operentur. ¶ Iura & actiones quando veniunt in legato bonorum mobilium, & immobilium. ¶ Declaratio reſpiciens inſtitutionem hæredis an debeat probari per ſeptem, vel duos teſtes. ¶ Legatum primum, & ſecundum quando poſſit peti per legatariũ.

S V M M A R I V M.

1 *Enumeratio ſpecierum poſt relictum generaliter factum non derogat generi. Intellige. vt n. 2.*

3 *Species narrata poſt generalem diſpoſitionem quando cenſeantur poſita limitatiuè, ſeu gratia demonſtrationis. n. 6. & 7.*

4 *Genus nunquam reſtringitur per ſpecies poſtea enunciatas, ſi reſpiciant actum legandi. Declara. vt n. 8.*

5 *Coma ſuccedit loco copulæ. & n. 9.*

10 *Locus appoſitus in vna re legata an ſufficiat adhoc, vt referatur ad alias res per teſtatorem relictas. & n. 33.*

11 *Legans omne penum præter vinum, quod erat Romæ dicitur reſtrinxiſſe legatum ad penum Romæ exiſtens. Idem in ſimilibus. n. 12. & 13.*

14 *Adiectio loci an præſumatur poſita potius ad excludendam reſtrictionem.*

15 *Domus accipitur pro patrimonio. & aliquan. pro ædibus. n. 16. & 17.*

18 *Correctio non debet dari in eodem inſtanti, neque mutatio voluntatis.*

19 *Legatum primum, & ſecundum quando poſſit peti. & n. 23.*

20 *Codicilli ſunt pars teſtamenti, ac illi inſunt.*

21 *Verba quod nihil aliud poſſit peti quid ſignificent. & n. 22.*

24 *Contrarietas non conſideratur circa diuerſum ſubiectum.*

25 *Permiſsio ſtandi in domo eſt ius quoddam perſonale.*

26 *Factum ad commodum alicuius non debet operari contrarium effectum.*

27 *Legata ſunt præſtanda de manu hæredis, nec debentur ante aditam hæreditatem. n. 28.*

29 *Legatum eſt donatio afferens maiorem vtilitatem, quam inſtitutio.*

30 *Iura, & actiones quando veniant in legato mobilium, & immobilium.*

31 *Exceptio magis confirmat diſpoſitionem in non exceptis.*

32 *Declaratio reſpiciens inſtitutionem hæredis quando requirat ſeptem teſtes, vel duos.*

34 *Coniecturæ admittuntur ad probandum quando teſtator voluerit plus, vel minus legare. & n. 35.*

36 *Interpretatio ſemper eſt facienda, vt minus hæres ſit grauatus etiam in legato facto vxori, & coniunctæ perſonæ.*

37 *Legatum cenſetur illud, quod minus eſt.*

C A P. DCCCCXXII.

BOna ſtabilia videbantur compræhenſa in legato, de quo agimus, non obſtante, quod fuerint denominatæ aliquæ ſpecies poſt relictum generaliter factum, cum enim prius ſit expreſſum genus per verba diſpoſitiua dũ teſtator dixit *laſcio la mità di tutti*
1 *li miei beni*, † ſequitur, quod ſpecies poſtea enunciatæ non derogent generi *Surd. conſ. 352. n. 17. lib. 3.* iuxta doctrinam *Bart. in l. quæſitum. 12. §. ſi quis fundum. ante fin. verſ. item prædicta vera. ff. de fund. inſtruct.* vbi ita intelligit *l. titia. 35. §. lucius titius. relictis. ff. de leg. 2.*

Maximè, quia ſemper in dubio poſt conceſſionem generalem cenſentur numeratæ ſpecies
2 gratia maioris demonſtrationis, † quando præſertim, prout in caſu noſtro, enumeratio ſpecierum non fit per aliquam dictionem limitatam puta videlicet, vel ſimilem, ex qua appareret de voluntate diſponentis, quod voluerit declarare, aut reſtringere illam generalitatem, Nam ceſſante tali reſtrictione per dictionem limitatam, nunquam genus reſtringitur propter ſpecies enumeratas, & ſequentes *Aim.* qui alios adducit *conſ. 227. n. 7. in fin. verſ. quarto licet poſt generalem. & n. 8. verſ. nam ceſſante tali declaratione & reſtrictione.*

Cum etiam ſimus in conceſſione facta eidem perſonæ, quo caſu ſi poſt genus enumeren-
3 tur ſpecies, † nunquam illæ videntur poſitæ limitatiuè, ſed gratia demonſtrationis *Dec. in l. in toto. 80. n. 15. & ibi Cagnol. n. 15. de regul. iur. Din. in c. genere. 34. n. 6. & 7. eod. tit. in 6. Aim. conſ. 227. n. 9. Surd. conſ. 352. n. 16. lib. 3.* & concludunt omnes *in d. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. de fund. inſtr.*

Accedat, quod enumeratio ſpecierum reſpicit actum legandi, cum iſtæ ſpecies enunciatæ, & enu-

4 & enumeratæ regantur, † & determinentur
ab illis verbis diſpoſitiuis laſcio la mità di
tutti li miei beni, quo caſu nunquam genus
reſtringitur, itant hoc procedat, quamuis
eſſemus in dubio, cum ſemper potius dicen-
dum ſit, vt ſpecies enumeratæ reſpiciant
actum legandi Rot. diuerſ. deciſ. 261. n. 3. &
4. p. 2. & coram R. P. D. Buratto Romana
ſeu Tiburtina caſtrorum. 10. Decembr. 1618.
Decian. conſ. 44. n. 97. lib. 4. Corn. conſ. 200.
n. 6. ad med. lib. 3. Dec. in c. ſedes. n. 9. de
reſcript. & in l. in toto iure. 81. n. 16. de
reg. iur. cum alijs per Surd. conſ. 352. n.
15. lib. 3.

Vlterius ſumus in expreſſione ſpecierum facta
5 cum puncto, ſiue coma, † quæ ſuccedit loco
copulæ Gloſ. in l. cum duobus. 52. §. ſi in
coeunda. in verb. pretium. in fin. ff. pro ſoc.
Pariſ. conſ. 36. n. 15. lib. 1. Iaſ. in l. 3. §. fi-
lius. n. 3. de liber. & poſth. quo caſu ſemper
6 ſpecies enumeratæ nõ derogant generi, † ſed
ſtant demonſtratiuè, vt in terminis legati
cum iſta coma reſoluit Rot. coram Cardin.
Seraphino Romana legatorum. 10. Februarij
1585. quæ eſt inter deciſ. diuerſ. 261. n. 4. ad
med. p. 2. iuxta conſ. Pariſ. 92. n. 34. lib. 1.
7 vbi propter illam copulam, † &, cenſetur fa-
cta ampliatio, non reſtrictio Corn. conſ. 200.
n. 5. in fin. lib. 3. Bart. in l. & tamen adie-
ctio. 43. de legat. 3. Roland. conſ. 79. n. 22. cum
ſeq. lib. 3. Put. deciſ. 230. n. 2. lib. 2. & magis
in terminis ita reſoluit Rot. coram Sanctiſſ.
Romana legatorum de Vitellis. 11. Febr. 1563.

Non obſtat Eugen. conſ. 100. Quia in illo
caſu enumeratio ſpecierum fuit reſtricta ad
8 verbum generis, † non autem ad actum le-
gandi, vnde non mirum, ſi ibi fit reſtrictio,
vt declarat, & diſtinguit Idem Eugen. d. conſ.
100. n. 44. vbi etiam n. 45. ſubdit, quod quan-
do adeſſet copulatiua, &, quod tunc ſtat am-
pliatiuè, itaut fiat interpretatio lego vſum-
fructum omnium bonorum, & lego vſumfru-
ctum ſuppellectilium, & ita inquit proce-
dere deciſ. Affl. 106. vbi aderat dictio, &,
quæ non fuit poſita in caſu Eugen. vnde il-
lius conſilium magis approbat noſtram facti
9 ſpeciem, † in qua adeſt coma, quæ habet vim
copulatiuæ Rot. diuerſ. deciſ. 261. n. 4. p. 2.

Minus obſtat, quod propter adiectionem loci
in ſpeciebus enumeratis ſit receſſum ab illa
generalitate legati, adeo vt hoc caſu tale
legatum reſtringatur ad bona domus, quod
non poteſt compræhendere ſtabilia, vt latè
per Cephal. conſ. 636. per tot. lib. 4. Menoch.
10 conſ. 329. lib. 4. iuxta conſ. Oldrad. 8. † vbi
quod ſufficit locum eſſe appoſitum in vna re
legata ad hoc, vt referatur ad alias res reli-
ctas Dec. conſ. 92. in fin. Gabr. conſ. 98. n. 16.
& 18. lib. 1. Quia reſpondetur, quod ibi con-
ſtabat de mente teſtatoris, qui voluit re-
11 ſtringere genus ad locum expreſſum, † prout
ita intelligendo Oldrad. declarat Dec. in c.
ſedes. ad fin. de reſcript. vbi exemplificat in
eo, qui legauit omne penum, præter vinum,
quod erat Romæ, nam certè ex hoc apparet,
quod teſtator voluit reſtringere legatum ad
penum, quod erat Romæ ad hoc, vt exceptio
ſit de regula, & ita loquitur tex. in l. nam-
12 que. §. fin. ff. de pen. legat. † quod eſt etiam in
alio caſu, dum teſtator legauit argentum
omne, & ſuppellectilem, & quidquid habe-
bat in agro ſemproniano, ex hoc enim col-
ligitur reſtrictio ad dictum agrum ſempro-
nianum, & non ad alia l. quæſitum. 76. §. 1.
13 ff. de legat. 3. † Prout etiam in legato de om-
nibus, & ſingulis bonis mobilibus, quæ te-
ſtator habet pro vſu ſuo, & ſuæ domus, ex
hoc enim dicitur cõſtare, quod reſtrictio fuit
facta ad bona ad dictum vſum parata, vt per
Ruin. conſ. 155. n. 4. lib. 3. Aliud eſt in caſu
noſtro, in quo non apparet de huiuſmodi
14 adiectione loci ad effectum reſtringendi, † &
in dubio potius excluditur reſtrictio Surd.
conſ. 352. n. 15. lib. 3. Aim. conſ. 227. n. 7.
& 8. Maximè, quia iſta verba domus non
debent intelligi, vt ſint adiecta pro lo-
co, cum domus accipiatur pro patrimo-
15 nio, † & ſic venient omnia bona, & ſuppelle-
ctilia patrimonij Alber. in l. 1. & ibi Salic.
n. 3. poſt Oldrad. & Riccard. Malumbr. C. de
ingen. manumiſſ. vbi de teſtatore relinquẽte
vxorem dominam domus ſuę, ideſt ſui patri-
16 monij, † prout etiam accipitur in l. lecta.
vbi Cagnol. n. 73. ff. ſi cert. pet. & in l. fin.
de offic. præſid. & notat etiam Bald. in l. vo-
luntatis. 7. n. 3. C. de fideicommiſſ. Rebuff.
in l. pronunciatio ſermonis. 195. §. iure pro-
prio. col. 3. in fin. verſ. interdum quoque
17 domus. ff. de verb. ſignific. † & in ſpecie ſi-
milis legati, ita concludit Affl. deciſ. 106. n. 3.
in fin. Bolognet. in l. lecta. n. 41. ff. ſi cert. pet.
Barbat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom-
miſſ. Et quamuis Gabr. conſ. 98. n. 13. in
fin. lib. 1. & Cephal. qui alios adducit conſ.
636. n. 13. & 46. cum ſeq. lib. 5. accipiant
pro ædibus, Tamen in illo caſu non pote-
rant aliter accipi ſecundum ſubiectam ma-
18 teriam, quod non eſt in caſu noſtro, † ne
præſertim detur correctio in eodem inſtanti
l. nam ad ea. de condit. & demonſtrat. l. præ-
cipimus. in fin. C. de appellat. Gloſ. in c. cu-
pientes. §. quod ſi per viginti. de elect. Surd.
conſ. 241. n. 19. & 20. lib. 2. vbi quod neque
præſumetur mutatio voluntatis, etiam dato
temporis interuallo c. maiores. de baptiſm.
Aret. in l. titia. §. idem reſpondet. il 1. col. 3.
ff. de verb. oblig. Bece. conſ. 1. n. 13.

Neque obſtat aliud legatum ſcutorum quin-
gentorum cum clauſula, quod legataria non
poſſit aliud prætendere ſuper hæreditate te-
ſtatoris, Quia hoc nõ facit, quod nõ debeatur
ſubſequens legatum medietatis omnium bo-
norum eidem relictum, nam cum appareat
19 de clara mente legantis, † tàm primum,
quàm ſecundum legatum eſt debitum, &
vtrumque peti poteſt, tanquam non prohi-
beatur

Digitized by Google

beatur multiplicatio legatorum in vna ea-
demq. perſona, itaut etiam ſufficiant conie-
cturæ, vt legata cenſeantur relicta, ne dum
quando conſtat de expreſſa voluntate defun-
cti *l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. l. vnum
ex familia. §. vlt. ff. eod. tit. l. nutu. ff. de
leg. 3. l. & in epiſtola. & l. quamuis. C. de
fideicommiſſ.*

Erit igitur intelligenda talis prohibitio teſta-
toris, vt aliud peti non poſſit, præterquam
illud, quod per eum diſpoſitum eſt ad fauo-
rem legatarij tàm in primo, quàm in ſubſe-
quenti legato, Præſertim, quia multa bona
paraphernalia vxoris legatariæ fuerunt ad-
miniſtrata per teſtatorem, vt ex ipſius con-
20 feſſione apparet tàm in teſtamento, † quàm
in codicillis, qui ſunt pars ipſius, ac eidem
teſtamento inſunt *l. 2. §. codicillorum. ff. de
codicill. Surd. conſ.* 230. *n.* 4. & 5. itaut ex
hoc præſumendum ſit, quod fuerit facta com-
penſatio circa primum legatum, hoc enim
ſignificant iſta verba, quod nihil aliud peti
21 poſſit, † cum ſimilibus *c. officij. de teſtam.
l. imperator. §. ſi centum. de legat. 2. Bald.
in l. liberti libertaq. n. 28. C. de oper. libert.
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 10. tit. 2. n.* 17. cum alijs per *Surd. conſ.*
112. *n.* 17. *vſque ad* 21. *lib.* 1.

Maximè, quia teſtator dixit, quod nihil aliud
22 poſſit prætendi ſuper ſua hæreditate, † per
quæ verba excluditur legataria à petitione
ſuorum iurium, cum quibus cenſendum eſt
voluiſſe fieri compenſationem rerum legata-
rum *Natt. conſ.* 186. *n.* 6. *Dec. conſ.* 425. *in
caſu propoſito. col.* 6. & *in auth. præterea.
n.* 13. *C. vnde vir. & vxor. Surd. conſ.* 112.
n. 21. *vſque ad* 25. *lib.* 1. *Card. Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 23.

Nec poteſt conſiderari aliqua correctio in iſtis
legatis, ſeu contrarietas, Quia tàm primum,
quàm ſecundum legatum petitur ex volun-
23 te teſtatoris, † qui licet in primo appoſuerit
clauſulam, quod nihil aliud prætendi poſſit
ſuper ſua hæreditate, exceptis illis quingen-
tis relictis, tamen hoc intelligitur reſpectu
adminiſtrationis, & redditionis rationis,
quàm legataria prætendere poterat, ſecus
autem reſpectu alterius legati ſubſequentis,
quod nō habet aliquam dependentiam à pri-
mo, & ſic non ſumus in contrarijs, & incópa-
tibilibus circa idem ſubiectum, ſed circa
24 diuerſum, † quo caſu non conſideratur ali-
qua contrarietas *Card. Mantic.* qui alios al-
legat *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 5. *tit.* 14.
n. 20. Cum illa ſolum conſideretur reſpectu
vnius ſubiecti, ac eiuſdem finis *l.* 1. *C. de
furt. Caſtr. in l. manumiſſiones. n.* 8. *ff. de
iuſt. & iur. Surd. conſ.* 230. *n.* 13. *lib.* 2.

Quare cum talis prohibitio aliud non petendi
non impediat præſtationem ſubſequentis le-
gati ex ſuperius adductis, remanet firma
concluſio, quod in eo comprehendantur ſta-
bilia, non obſtante, quod fuerint nominatæ
aliquæ ſpecies poſt relictum generaliter fa-
ctum, vt dictū eſt *ſupr. n.* 1. *cū ſeq.* Quibus non
obſtat, quod in codicillis teſtator diſpoſue-
rit, quod vxor poſſit per ſex menſes perma-
nere in domo, Quia non ex hoc colligitur,
quod ipſa non habeat portionem in domo,
25 Nam iſta promiſſio † ſtādi in domo eſt quod-
dam ius perſonale contra hæredes, vt pa-
tiantur illam ibi permanere pro tempore
determinato per teſtatorem *Ruin. conſ.* 35.
n. 6. *lib.* 2. *poſt Gloſ. & Bart. in l. mela. §. fin.
ff. de aliment. & cibar. legat.* cum alias ceſ-
ſante iſta promiſſione, potuiſſent ſtatim hæ-
redes domum vendere, & portionem ſuam
illi dare, aut alio modo ad diuiſionē deueni-
re, & ſic eā excludere à dicto commodo ha-
bitationis, in quo magis vxor fuit prædile-
cta, non quod non habeat ius in dicto domo,
vnde cum ei fuerit per teſtatorem prouiſum
26 non debet talis prouiſio † contrarium effe-
ctum operari *l. non omnis. ff. ſi cert. petat.* &
ne retorqueatur in odium, quod eius fauore
inductum eſt *l. quod fauore. C. de legib. Surd.
conſ.* 315. *n.* 68. *lib.* 3. ſtante præſertim ab-
27 ſentia hæredis in longinquis partibus † de
cuius manu erant præſtanda legata vxori re-
licta *l.* 1. §. 1. *C. commun. de legat. l. eam
quam. C. de fideicommiſſ. Surd. conſ.* 253.
n. 1. *lib.* 2. *Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. re-
28 med.* 3. *n.* 31. & 32. † Cum ei non debeantur
legata ante aditam hæreditatem *l. ſi nemo.
ff. de teſtam. tutel. Idem Menoch. de adipiſc.
remed.* 2. *n.* 8. *Alex. conſ.* 198. *n.* 7. *lib.* 7. *Ro-
man. conſ.* 428. *Surd. conſ.* 398. *n.* 20. *lib.* 3.

Et dum dicitur, quod teſtator inſtituiſſet co-
hæredem vxorem, ſi voluiſſet illam habere
medietatem bonorum, nihil facit, quia
maius commodum percipitur ex legato me-
dietatis bonorum, quam ex inſtitutione hæ-
redis, qui adeundo multis oneribus graua-
29 tur, quod non eſt in legatario, † qui cenſe-
tur magis dilectus à teſtatore propter tale
legatum, cum illud ſit donatio afferens ma-
iorem vtilitatem, quam inſtitutio §. 1. *vbi
Gloſ. in verb. donatio. in fin. inſtit. de legat.
l. ſi hæreditatem. ff. mandat. l. quadam. §. in-
tereſt. ff. de edend. l. quoties. C. de hæredib.
inſtituend.*

Et quamuis legatum bonorum mobilium, &
30 immobilium non comprehendat iura, † &
actiones *Eugen. conſ.* 100. *n.* 20. *cum ſeq.* Ta-
men hoc non applicatur ad caſum noſtrum,
in quo fuit legata medietas omnium bono-
rum, tunc enim non ſolum continentur cor-
poralia, mobilia, & immobilia, ſed etiam
iura, & actiones *Pinell. in rubr. C. de bon.
matern. in princ. n.* 2. *Tiraq. in l. ſi vnquam.
in verb. bona. n.* 8. *poſt princ. verſ. ſed nun-
quid quærimus.* & *n.* 9. *C. de reuocand. do-
nationib.* iuxta *l. ſi legatus.* 30. *ff. ad trebel-
lian. l. bonorum.* 49. & 208. *ff. de verb. ſi-
gnific. l. & cui. §. bonorum appellatione.
ff. vt in poſſeſſ. legat.*

Quo

Quo vero ad coniecturas exaduerſo adductas
ſufficiat reſponſio, quod illis non eſt ſtan-
dum, cum habeamus clarum legatum com-
præhendens omnia bona, cum etiam vlterius
teſtator in declaratione per eum facta de
quibuſdam ſocietatibus officij mandauerit,
vt adimpletis quibuſdam oneribus per hæ-
redem ex pecunijs exigendis ex dictis ſocie-
31 tatibus, reſiduum eſſet ipſius hæredis, † ex
qua diſpoſitione apertè colligitur, quod ſi-
cut in iſto reſiduo vxor non poterat præten-
dere medietatem iuxta legatum generale fa-
ctum ad ſui fauorẽ, ita magis confirmabatur
voluntas teſtatoris, quod in alijs bonis ha-
beret portionem dimidiam, cum exceptio
firmet diſpoſitionem in non exceptis, decla-
rando, quid in ea veniat *l. nam quod liqui-
dè. in fin. ff. de pen. legat. l. quæſitum. §. de-
nique. de fund. inſtruct. Dec. conſ. 552. n. 2.
verſ. quarto facit. Alex. conſ. 64. n. 2. lib. 4.
Surd. conſ. 430. n. 7. lib. 3.*

Prædictis additur declaratio teſtatoris per te-
ſtes formiter probata, dũ ſemper dixit velle
vxorẽ hæredem inſtituere, & illi relinquere
bona ſua, itaut poſſet vitam commodam de-
gere abſque alicuius auxilio, prout ipſa
vxor eũ hæredem inſtituit, & propter multa
beneficia ab ea recepta, cum alijs latius in
facto relatis, quæ omnia probant mentem,
& voluntatem teſtatoris, itaut ſufficiant duo
32 teſtes, † cum ſimus in declaratione rei, quæ
prætenditur obſcura, & dubia, puta ſi fuerit
inſtitutus Titius amicus teſtatoris, cum plu-
res eſſent Titij, vel ſi non fuerit expreſſa
qualitas, ſeu quãtitas nũmorum relicta cum
ſimilibus, quidquid aliud ſit quando declara-
tio reſpiceret diſpoſitionẽ ſubſtantialem al-
terantem ſubiectũ, nam tunc requirerentur
ſeptem teſtes in inſtitutione, vel quinque in
legatis, quaſi tunc ſit noua conceſſio, prout
in ſpecie, ita diſtinguunt *Doctor. in l. hære-
des palam. 21. §. ſi quid poſt factum. vbi Din.
& Bart. n. 4.* & latius *Caſtr. n. 2. & 4. in
fin. & n. 13. ff. de teſtament. Pariſ. conſ. 58.
n. 33. lib. 3. Honded. conſ. 31. n. 72. vſque
ad 79. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniectur.
vltim. volunt. lib. 12. tit. 16. n. 10. & 11. in
2. edit.* vbi teſtatur ita in *Rot.* reſolutum.
*Surd. conſ. 129. n. 23. vſque ad 32. & conſ. 147.
n. 11.* & latè comprobat *Magdalen. de nu-
mer. teſt. in teſtam. requiſit. p. 1. c. 30. n. 12.
vſque ad* 14.

In huiuſmodi cauſa Romana legati Iudex de-
putatus per Auditorem Cameræ tanquam
dubius nullam voluit proferre ſententiam,
niſi cum voto Rotæ, per quam fuit poſtea
deciſum 4. *Martij 1619. coram R. P. D. Rem-
boldo.* quod ſub iſto legato non compræhen-
dantur bona ſtabilia, ob illam rationem,
quia quidquid eſſet dicendum ſimpliciter lo-
quẽdo vtrum per numerationem ſpecierum
reſtringatur, ſeu potius declaretur genus,
33 tamen in præſenti facti † ſpecie videbatur,
quod teſtator voluerit ſub dicta diſpoſitione
compræhendi ſolum mobilia, & ſe mouen-
tia, non autem immobilia, tàm ex ipſo ver-
borum contextu, quàm ex eo, quod ſpecies
non ſimpliciter adiectæ leguntur, ſed cum
expreſſione certi loci, dum idem teſtator di-
xit *ſuppellettili di caſa*, quo caſu non habet
locum regula *l. quæſitum. §. fin. vbi Bart.
ff. de fund. inſtruct.* tunc enim genus cenſe-
tur reſtrictum per talem adiectionẽ, quam-
uis locus appoſitus fuiſſet in vna tantum re
legata, nã complectitur res tàm præcedẽtes,
quàm ſubſequentes in eadem oratione, & ſe-
cundum eas genus limitatur, licet legata
relinquantur per copulam, ſeu aliam dictio-
nem coniunctiuam *Gabr. conſ. 98. n. 16. vſ-
que ad* 19. *lib.* 1. iuxta *l. quæſitum. §. 1. vbi
Gloſ. in verb. probabitur. ff. de legat. 3. &
in l. quod non liquidè. §. fin. ff. de penu
legat. Dec. conſ. 92. viſo puncto & pro tenui
facultate. n. 3.*

Stantibus præſertim coniecturis ex eodem te-
34 ſtamento deſumptis, ad quas potiſſimum † in
hac materia recurritur *l. quæſitum. §. 1. verſ.
vt id obtineat quod teſtatori placuiſſe appro-
babitur. ff. de fund. inſtr. Corn. conſ. 182.
n. 6. lib. 2. Ruin. conſ. 181. n. 2. lib. 2. Curt.
Iun. conſ. 69. n. 2.* Socin. *Iun. conſ. 14. lib. 4.
Decian. conſ. 47. n. 15. cum ſeq. lib. 3.* Card.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8.

Inter coniecturas autem præcipua illa fuit,
quod teſtator non ſolum mandauit dicta bo-
na diuidi cum ſuo hærede, ſed vlterius etiam
diſpoſuit, quod legataria poſſet per ſex men-
ſes in domo teſtatoris permanere poſt illius
35 obitum † abſque eo, quod hæres quidquam
poſſet prætendere durante dicto tempore, ex
quo colligitur nõ voluiſſe teſtatorem legare
ſuæ vxori medietatem eiuſdem domus, vel
aliorum bonorum ſtabilium, nam alioquin
talis diſpoſitio eſſet fruſtratoria, vel teſtator
eamdem legatariã veriſimiliter cohæredem
feciſſet, quatenus voluiſſet ei relinquere me-
dietatem dictorum omnium bonorum, vel
immobilia quoque expreſſiſſet, prout ex-
preſſit in hæredis inſtitutione *l. vnic. §. fin.
autem ad deficientis. C. de caduc. tollend.
Surd. conſ. 476. n. 7.*

Præſertim, quia ſi cẽſerentur etiam ſtabilia cõ-
præhẽſa in tali legato, hæres minorẽ partem
haberet ex tali hæreditate, quam legataria
propter multa alia prælegata per teſtatorem
relicta ante dictum legatum, quod tamen
36 non videtur admittendum † tanquam ſem-
per ſit facienda interpretatio, vt hæres mi-
nus grauetur, quam ſit poſſibile *l. titia. §. in
vita. & l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de
legat.* 2. Quamuis etiam eſſemus in legato
facto vxori maximè illi, quæ fuit alias hono-
rata *Dec. conſ. 92. viſo puncto & pro tenui.
col. 2. in princ. n. 3. Aim. conſ. 25. n. 24. ad
37 med.* iuxta *l. ſi filia. ff. de legat.* 3. † Cum
etiam cenſeatur legatum illud, quod minus
eſt

eſt *l.nummis. ff.de legat.3.l.qui concubinam. §. cum ita. ff. eod. tit. l. apud iulianum. §. ſcio. & l.ſi ita adſcriptum. in fin. ff.de legat.* 1. Hactenus deciſio, ſecundum quam non fuit lata ſententia, cum poſtea fuerint factæ aliquæ probationes pro declaranda mente teſtatoris, quod voluerit etiam in dicto legato compræhendi bona ſtabilia, ideo iterum cauſa erit proponenda.

E P I T O M E.

TRanslatio periculi vitæ in ſocietatibus an debeat eſſe certa, & ſit concludenter probanda, non autem per coniecturas. ¶ Et in quibus talis ſubſtantia conſiſtat. ¶ Falſa, & erronea demonſtratio quando noceat, & vitiet actum, & translationem periculi vitæ. ¶ Et quomodo error in ea probetur. ¶ Dictio immo quando tollat præcedentia, & illa extinguat in totum, ac ſi nunquam fuiſſent prolata. ¶ Et quo caſu ſtet ampliatiuè, ſeu electiuè, vel correctiuè. ¶ Interpretatio ad cuius fauorem ſit facienda, ſi tractetur de damno euitando, vel de lucro captando. ¶ Culpa in transferente periculum vitæ qualiter remaneat punita.

S V M M A R I V M.

1 *Narratur facti ſpecies, & eius deciſio. & n. 17.*

2 *Tranſlatio periculi vitæ in ſocietatibus eſt de ſubſtantia contractus, & debet eſſe certa, & concludenter eſt probanda, non autem per coniecturas. Intellige, vt n.19. & 20.*

3 *Incertitudo vitiat quamcumque diſpoſitionem. & n.15.*

4 *Falſa, & erronea demonſtratio non nocet, nec mutat ſubſtantiam veritatis. Declara, vt n. 5. & 6.*

7 *Subſtantia actus, ſi non eſt certa, non poteſt ſuper ea fieri aliquod fundamentum.*

8 *Error tranſlationis periculi vitæ quomodo probetur.*

9 *Dictio immo tollit in totum præcedentia, non ſecus ac ſi nunquam fuiſſent prolata.*

10 *Clauſula immo quando ſtet ampliatiuè, ſeu electiuè, vel correctiuè.*

11 *Societas vnica pro eadem ſumma non poteſt ſtare in perſona duorum, & tunc dictio immò poſtea poſita ſtat correctiuè.*

12 *Diſpoſitio eſt acceptanda in totum cum omnibus ſuis qualitatibus.*

13 *Interpretatio eſt potius facienda ad fauorem eius, qui tractat de damno euitando, quam de lucro captando.*

14 *Culpa in transferente periculum vitæ, ſatis remanet punita ſtatim, quod eius tranſlatio non valet.*

16 *Actus nulliter geſtus habetur pro non facto.*

18 *Error non vitiat actum tranſlationis periculi vitæ.*

Stephani Gratiani

CAP. DCCCCXXIII.

POſt contractam ſocietatem ad fauorem Hieronymæ ſub periculo vitæ Virginię, Io. Antonius pater, qui ſibi reſeruauerat facultatem de ea, & de fructibus diſponendi, nec non transferendi dictum periculum, fecit intimationem ſequentis tenoris, videli-
1 cet, † intimetur qualiter infraſcriptus inſtans non intendit amplius continuare periculum vitæ exiſtens in ſocietate ſcutorum tercentum ad fauorem Hieronymæ inita *ſub die* 23. *Februarij* 1619. per acta infraſcripti notarij in perſonam Virginię poſitum, immo transferre, prout per præſentes transfert ex perſonæ dictæ Hieronimæ in perſonam Cardinalis Petri Aldobrandini, ſuper cuius periculo in poſterum currere voluit, & intendit; Qua intimatione ſtante, dubitabatur an fuerit translatum periculum vitæ in perſonam dicti Cardinalis, itaut per eius obitum cenſeatur eadem ſocietas ſuperlucrata, & per conſequens an mandatum Auditoris Cameræ relaxatum pro ſorte principali dictæ ſocietatis ſit confirmandum, ſeu infirmandum.

Pro cuius dubij deciſione, præſupponendum eſt, quod translatio periculi vitæ in ſocietatibus debet eſſe certa, & concludenter eſt
2 probanda, † tanquam ſit de ſubſtantia contractus, in quo tractatur de acquirendo pecunias ad ſocietatem datas, itaut neque ſufficiant coniecturæ ad huiuſmodi probationem faciendam, vt in ſpecie dixit *Rot. coram Card. Sacrato Romana ſocietatis officij.* 18. *Decembris* 1617. impreſſ. *poſt tract. de ſociet. deciſ.* 12. *n.* 9. *vſque ad* 13. *Rim. Iun. conſ.* 163. *n.*27. *lib.*2. *Fulgoſ. conſ.*204. *libertus contraxit.n.*1. & voluit prius *Bald. conſ.* 470. *vanninus de aſſiſio fuit confeſſus. col.*1. *in fin. verſ. quarta ratio. lib.*5.

Quo ſtante dicebam confirmandum eſſe decretum Auditoris Cameræ, in quo relaxauit mãdatum ad fauorem Hieronymæ, cum non poſſit per Conſtantium Aduerſarium prætendi aliquod lucrum ſocietatis, de qua agi-
3 mus, † tanquam ſe fundet in translatione periculi vitæ incerta, & inualida, per quam vitiatur quicumque actus, vt latè comprobat *Surd.conſ.*264.*n.*1.*vſque ad* 5.*lib.*2. *poſt Marſil. in rubr. C. de probationib. n.*354.

Non obſtat, quod in translatione periculi vitæ fuerit ſpecialiter expreſſa ſocietas per acta Notarij Roſcioli. 23. Februarij 1619. In qua fuerat nominata Virginia, itaut per appoſitionem nominis Hieronymæ conſtet de errore, cum ex ſubiecta materia debuiſſet ex-
4 primi nomen Virginiæ, † adeo vt falſa, & erronea demonſtratio non noceat, nec mutet ſubſtantiam veritatis *l. cum falſa. C. de iur. & fact. ignor. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib.*4.*tit.*9.*n* 6. Quia procedit, quando aliter legitimè conſtaret,

quod partes ſenſerint de alio nomine, quàm
de expreſſo, nam deficiente huiuſmodi pro-
5 batione demonſtratio falſa nocet,† & reddit
inualidam quamcūque diſpoſitionem *l. falſa
demonſtratio. 33. in princ. verſ. ſed ſi con-
trouerſia ſit. vbi Bart. n. 6. verſ. oppono. &
n. 16. verſ. item dico in nomine. ff. de condi-
tionib. & demonſtrationib.* iuxta *l. quintus
mutius. la 1. quæ eſt 11. verſ. quia certo corpore
legato ff. de aur. & argent. legat. Ruin. in l. ſi
quis in fundi vocabulo. 4. n. 24. ff. de legat. 1.
Menoch. conſ. 337. n. 6. lib. 4. Bero. conſ. 42.
n. 3. lib. 2. & conſ. 64. n. 8. lib. 3. Surd. conſ.
44. n. 17. lib. 1.*

Præterea cum ſimus in nominatione periculi
vitæ, quæ eſt de ſubſtantia contractus ſocie-
6 tatis, vt dictum eſt, † ſemper falſa demon-
ſtratio vitiat ipſum contractum, etenim con-
trarium procedit, quando per talem falſam
demonſtrationem non deficerent ſubſtantia-
lia eiuſdem contractus *Bald.* in ſpecie *in l. ſi
quis fundum. 37. in princ. ff. de contrahend.
emption.* iuxta *l. ſi diuortio. 21. vbi Iacob. de
Aren. & Din. ff. de verbor. obligationib.
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 1. tit. 12. n. 19. Mozzius de con-
tract. tit. de empt. & vendit. rubr. de ſub-
ſtantialib. empt. & vendit. n. 55. in fin. fol.
390. Petr. Santern. de aſſecuration. & ſpon-
ſionib. mercator. par. 3. n. 14. cum ſiq. fol. 17.*
7 Prout paſſim † quando non verificatur ſub-
ſtantia actus, non poteſt ſuper eo fieri ali-
quod fundamentum, cum illa debeat eſſe
certa, & clara, & demonſtratio falſa tunc
nocet *Craſſ. in §. legatum. q. 59. n. 4.* vbi de
communi, *poſt Bart. in l. ſi ſic. 78. §. 1. & ibi
Iaſ. n. 2. & 3. ff. de legat. 1. Coſta. ſelect. in-
pretat. lib. 1. c. 5. n. 1. Surd. decif. 161. n. 27.*

Nec facit, quod ſatis dicatur conſtare de erro-
8 re, & falſitate demonſtrationia, † cum in
reproductione intimationis, & in ipſa inti-
matione aſſeratur, quod intimans non in-
tendit amplius continuare periculum vitæ
Virginiæ, ex quo ſumitur coniectura, quod
nominando poſtea Hieronymam, & transfe-
rendo periculum vitæ ipſius Hieronymæ in
perſonam vitæ Cardinalia errauit, cum vo-
luerit dicere Virginiam, non autem Hiero-
nymam, Quia huiuſmodi coniectura non
ſufficit, cum debeat eſſe probatio conclu-
dens, & plena, vt dictum eſt ſupra ex *deciſ.
Rot. coram* Card. *Sacrat.* impreſſ. *poſt tract.
de ſociet. offic. deciſ. 12. n. 6.* Maximè, quia
talis coniectura non poteſt deſumi ex illis
verbis prius poſitis in intimatione, dum
aſſeritur, quod non intendit amplius conti-
nuare in periculo vitæ Virginiæ, cum talia
verba fuerint reuocata per clauſulam ſequē-
tem, dum clarè per intimantem diſponitur,
9 quod immo transfert † periculum vitæ Hie-
ronymæ in perſonā Cardinalis, per quæ ver-
ba ſubſequentia in totum tolluntur, & de-
ſtruuntur præcedentia, non ſecus ac ſi nun-
quam fuiſſent prolata, itaut ſecunda diſpo-
ſitio ſolum attendatur, nulla habita conſide-
ratione præcedentis, quæ eſt penitus extin-
cta *l. Stichus immo pamphilus. 21. ff. de ma-
numiſſ. teſtam. Cuman. in l. 1. n. 13. C. de
nou. codic. faciend. Dec. in l. cognitio. n. 3.
ff. de offic. eius. Felin. in c. nemo. 14. n. 1. de
ſimon. Socin. Iun. conſ. 87. n. 13. lib. 4.* bene
*Honded. conſ. 69. n. 28. vſque ad 32. lib. 2.
Bart. Imol.* & alij communiter *in l. ita ſcri-
ptum. in princ. ff. de hæredib. inſtituend. Re-
buff. in l. ex illa parte. 227. ad fin. verſ. in-
terdum emendat. ff. de verbor. ſignificat. fol.
998. & in l. quod iuſſit. ff. de re iudicat.*

Nec aduerſatur, quod talis dictio, immo, ſtet
10 ampliatiuè, † & augmentatiuè *Cened. ſing.
52. n. 5.* iuxta *l. immo. 16. ff. de liberal. cauſ.
Rebuff. in d. l. ex illa parte. ad fin.* Quia
tunc auget, quando non adeſſet repugnan-
tia, nam illa exiſtente, nunquam ſtat am-
pliatiuè, ſed correctiuè, prout in caſu no-
ſtro, in quo repugnat, quod vnica ſocietas
pro eadem ſumma ſtet in perſona duorum,
11 ideo tunc à ſecundo tollitur primum, † & in-
ducitur correctio & ſtat electiue *Bald.* in
ſpecie *in l. 1. n. 18. vbi Iaſ. n. 26. & 27. C. de
furt. Menoch. conſ. 80. n. 45. lib. 1.* iuxta *Gloſ.
in c. prædicator. 66. in verb. immo. 16. q. 1.*
quam dicit notabilem *Abb. in c. innotuit.
col. 2. in princ. de electiõn. Rebuff. in d. l. ex
illa parte. in fin. ff. de verbor. ſignificat.*

Cum igitur ſtandum ſit vltimis verbis, tan-
quam prima ſint ſublata, ceſſat probatio,
ſeu coniectura, in qua ſe fundat Aduerſa-
rius, quod intimans declarauit nolle curre-
re periculum vitæ Virginiæ, cum poſtea
aliud declarauerit in eadem intimatione,
12 quæ debet exaduerſo † in totum acceptari
cum omnibus qualitatibus in ea contentis
*Bald. conſ. 15. omnis aſſeſſor. lib. 2. Tiraq.
de retract. conuent. ad fin. tit. n. 5. vſque
ad 10. Surd. conſ. 52. n. 39. cum ſeq. lib. 1.*

Maximè, quia officialis, cui facta fuit talis in-
timatio, debebat inſtare pro declaratione
præciſa huiuſmodi translationis, an transfe-
rens intendebat transferre periculum vitæ
13 Virginiæ, vel Hieronymæ, † itaut omiſſio
iſtius declarationis potius ſit imputanda
Aduerſario, qui tractat de lucro captando,
quàm Hieronymæ, quæ tractat de damno
vitando *Achill. deciſ. 1. in fin. de fid. inſtru-
mentor. Rot. coram R. P. D. Remboldo Ro-
mana ſocietatis. 5. Decembris* 1616. impreſſ.
poſt tract. de ſociet. deciſ. 71. n. 6. vbi etiam
14 fuit concluſum, † quod quatenus aliqua
culpa in transferente conſiderari poſſet, illa
ſatis remanet punita ſtatim quod transla-
tio per eum facta ipſi non ſuffragatur, & ſo-
cietas remanet ſub periculo vitæ perſonæ
prius nominatæ, ideo non eſt æquum, vt pars
ſe poſſit fundare in translatione, quæ non eſt
15 certa, † ſed inualida, quæ nullum effectum
debet operari *l. 4. §. condemnatum. ff. de re
iudic.*

iudic. Surd. deciſ.239.n.14. Roland.conſ.49. n. 29. lib. 4. Et paria ſunt, quod translatio
16 non ſit facta, vel nulliter geſta † *l. non putauit. §. non quauis. ff. de bonor. poſſeſſ.contr. tabul. Bald. in l.* 1. *§. quod antem. ff. de offic. præfect. vrb. Surd. conſ.* 3. *n.* 9. *cum ſeq. & deciſ.*51. *n.*14.

In huiuſmodi cauſa Romana ſocietatis officij *coram R. P. D. Remboldo.* 2. *Iunij* 1623. fuit per Rotam deciſum dictum mandatum Auditoris Cameræ eſſe infirmandum ob illam rationem, quia ex ſupra relata intimatione
17 apparet, † quod intentio Io. Antonij fuit periculum vitæ exiſtens in perſonam Virginiæ transferre in perſonam Cardinalis, vnde licet poſtea in eadem intimatione, repetendo nomen illius perſonæ, in qua exiſtebat periculum, fuerit expreſſum nomen Hieronymæ loco Virginiæ, cuius perſona verè debebat nominari, non autem Hieronymæ, Nihilominus hoc fuit factum per errorem,
18 qui error non debet vitiare † talem translationem *l. ſi in nomine. C. de teſtament. l. ſi quis in fundi vocabulo. vbi Bart. n.2. ff. de legat.* 1. *Pariſ. conſ.* 15. *n.* 8. *lib.* 4. *Cardin. Seraph. deciſ.*701. *n.*1. *Rot. deciſ.*281. *n.* 2. *& deciſ.*687. *n.* 5. *p.* 1. *in recentior.*

Præſertim, quia non verſamur circa ſubſtantiam translationis, nam talis ſubſtantia conſiſtit in declaratione mentis Io. Antonij, qui volebat currere in poſterum periculum vitæ
19 Cardinalis, † nō autem in expreſſione nominis illius perſonæ, in qua prius conſiſtebat periculum, quod mediante huiuſmodi declaratione fuit translatum in aliam perſonam, immò quatenus etiam ad ſubſtantiam translationis requireretur expreſſio nominis perſonæ, in qua prius periculum conſiſtebat, neque in caſu iſto deficiebat, quia in dicta translatione dicitur, quod Ioannes Antonius nolebat amplius currere periculum vitæ exiſtens in perſona Virginiæ, & error fuit commiſſus in repetitione tantum eiuſdem nominis Virginiæ, cuius loco fuit poſitum nomen Hieronymæ, ideo talis error non debet vitiare huiuſmodi translationem ex ſupra allegatis.

Neque oberit *deciſ.*8 t. *n.*6. impreſſ. *poſt tract.*
20 *de ſociet. offic.* Quia procedit, † quando fuit commiſſus error in expreſſione nominis perſonæ, in quam fuit facta translatio, & ſic non adeſt certitudo illius perſonæ, in quam fuit translatum periculum, tunc enim propter iſtam incertitudinem translatio non ſuſtinetur; Aliud eſt quando perſona, in quam fuit facta translatio eſt certa, & conſtat de voluntate transferentis, quod in poſterum voluit currere periculum illius perſonæ, nam hoc caſu error commiſſus in repetitione nominis perſonæ, in qua prius conſiſtebat periculum, non vitiat translationem; Hactenus deciſio, ſecundum quam non fuit lata aliqua ſententia, cum ex ſolita benignitate Rotæ fuerit mandatum iterum partes audiri ſuper deciſis, & ſuper intentione transferentis periculum vitæ de vna perſona, in qua fuit erratum, in aliam.

E P I T O M E.

Contractus correſpectiui quales dicantur, & an detur vnus ſine alio, & de vtroque idem iudicium ſit ferendum. ¶ Donatio pro ſacerdotio aſſumendo, ſeu matrimonio contrahendo an ſit ſimplex, ſeu ob cauſam. ¶ Et quando ſit irreuocabilis, & nullam recipiat additionem, ſeu diminutionem. ¶ Et de pœna alienantium, vel retrodonantium talia bona donata. ¶ Obligans ſe ad conſequens quo caſu cenſeatur ſe obligaſſe ad omne neceſſarium antecedens, & è contra. ¶ Dictio, pro, vt, & ſimilis an operetur cauſam finalem, & immediatam, & quod diſponens aliàs non eſſet facturus. ¶ Verba poſita in prooemio quando ſint repetita in ſequentibus. ¶ Donatio facta filio, & eius deſcendentibus an dicatur facta pro conſeruatione familiæ. ¶ Conuentio an debeat extendi ad acceſſoria, itaut ſi fiat ſuper ſorte compræhendat etiam vſuras. ¶ De differentia inter ſolutionem, & liberationem ad effectum eximendi ſe ab obligatione. ¶ Contemplatio matrimonij an cenſeatur appoſita in donatione demonſtratiuè potius, quàm limitatiuè. ¶ Bona donata alicui pro contrahendo matrimonio quando ipſi ſoli dicantur quæſita.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus correſpectiui dicuntur ſi vnum ſine alio partes non geſſiſſent, quamuis haberent etiam cauſam ſeparatam.*
2 *Poſitio vnius actus correſpectiui non poteſt dari, niſi ponatur alterum, & vtrinſque vnum eſt iudicium.*
3 *Promittens aliquid facere cogitur ad obſeruantiam, ſeu ad intereſſe.*
4 *Declaratio contra conuentionem prius factam non valet in præiudicium eius, cui fuit promiſſum. & n.* 5.
6 *Datum pro ſacerdotio aſſumendo eſt irreuocabile tam reſpectu promouendi, quàm Epiſcopi ne obligetur ad præſtanda alimenta taliter ordinato.*
7 *Remittens ius patrimonij, ad quod fuit promotus incurrit pœnam arbitrariam.*
8 *Simulatio ſine fraude, & animo nocendi non eſt punibilis.*
9 *Valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale ſtante identitate rationis. n.*10.
11 *Donatio contemplatione matrimonij eſt irreuocabilis, & non eſt ſimplex, ſed ob cauſam, & nullam recipit additionem, ſeu diminutionem. n.*12. 14. 15. 26. *&* 28. *Declara, vt n.* 29. *&* 30.

13 Volnntatem ſuam explens dicitur lucrari.
16 Redemptio cenſus non poteſt fieri, niſi etiam ſoluantur fructus.
17 Obligans ſe ad conſequens cenſetur etiam ſe obligaſſe ad omne neceſſarium antecedens, prout è contra. n.46.
18 Pactum generale ad omnia porrigitnr.
19 Matrimonium quando ſit cauſa finalis donationis.
20 Dictio, vt, ſignificat cauſam finalem. & n.21. Idem in dictione, pro. n. 24.
22 Verba poſita in proœmio arguunt cauſam finalem, & cenſentur repetita in ſeqnentibus. n. 23.
25 Dictio, pro, operatur cauſam immediatam, non ſecus ac ſi diſponens dixiſſet, quod alias non eſſet facturus. & n. 56.
27 Mens donantis magis colligitur ex repetitione, & geminatione verborum.
31 Donatio pro conſeruatione, & ampliatione familiæ dicitur ob cauſam, & acquiritur omnibus contemplatis, & eſt pars contractus, & efficitur irreuocabilis. n.32. & 33.
34 Vxori intereſt habere virum locupletem pro ſuſtinendis oneribus matrimonij.
35 Donatum ob cauſam finalem debet adimpleri, alias dabitur repetitio.
36 Contemplatio perſonæ quando dicatur facta principaliter.
37 Donatarius ſi retrodonat donanti, qui fecerat ei donationem ob cauſam matrimonij, dicitur committere fraudem. Idem ſi alienat bona donata. n. 38.
39 Donatio facta filio, & eius deſcendentibus dicitur pro conſeruatione familiæ. & n. 40.
41 Familiæ ſine diuitijs intereunt, & ſordeſcũt.
42 Executio retardatur ſtante notoria iniuſtitia decreti.
43 Via executiua non datur contrà tertium.
44 Donatio facta alicui, vt matrimonium contrahat, ipſi ſoli acquiritur, & non alijs. Declara, vt n. 45.
47 Conuentio extenditur ad ea, quæ ſunt acceſſoria, & ſi fiat ſuper ſorte comprehendit etiam vſuras.
48 Per ſolutionem fructuum non dicitur debitor liberatus, ſi remanet obligatio perſonæ, & bonorum.
49 Solutio tollit naturalem obligationem, liberatio autem continet omnes modos, quibus obligationis nexu quis dimittitur.
50 Liberare eſt luere, & nexum pignoris diſſoluere.
51 Liberum non eſt, qnod alicui ſeruit, aut alteri eſt obligatum.
52 Certum dicitur, quod poteſt certificari.
53 Contemplatio matrimonij præſumitur in dubio appoſita in donatione demonſtratiuè, non autem limitatiuè. Intellige, vt n. 54. & 55.
57 Diſpoſitio eſt acceptanda cum omnibus ſuis qualitatibus.

CAP. DCCCCXXIV.

COnuentiones, de quibus agimus, ſunt correſpectiuæ ad matrimonium, cum
illud nunquam fuiſſet contractum, niſi ma-
gnum æs alienum, quo futurus ſponſus te-
nebatur, fuiſſet promiſſum ſolui per Paulum,
vt clarè legitur in capitulis exhibitis, in
quibus continetur ob iſtam cauſam fuiſſe
impeditam eiuſdem matrimonij effectuatio-
1 nem, † quod facit, vt tunc dicantur contra-
ctus correſpectiui, ſi vnum ſine alio partes
non geſſiſſent, quamuis etiam haberent cau-
ſam ſeparatam *l. cum eiuſdem. 34. ff. de
ædil. edict. Socin. conſ. 273. in præſenti con-
ſultatione. col. 3. in fin. verſ. confirmatur
hoc quia ex quo actum. lib. 2.* cum alijs per
*Giurb. decis. 85. n. 20. poſt princ. verſ. immo
correſpectiui. Rot. coram R. P. D. Cordub.
Romana nullitatis cenſus. 5. Maij* 1597. im-
preſſ. *poſt lib. 1. conſil. Farinac. decis. 115. n. 4.*
vbi allegantur concordantes deciſiones *Do-
ctor. in l. pett. vbi Dec. in 2. notab. C. de pact.*
Cum igitur ſimus in correſpectiuis, & ſecu-
2 tum fuerit matrimonium, † non poteſt dari
poſitio vnius, niſi ponatur alterum, cum
vnus dicatur pars, & cauſa finalis alterius, &
vtriuſque ſit idem iudicium, & pro vnico
contractu habeantur *l. ſi ventri. §. in bonis.
ff. de priuileg. creditor. Aim. conſ. 298. n. 13.
Menoch. conſ. 201. n. 169. vſque ad 176. lib.
3. Decian. conſ. 132. n. 116. lib. 2.* latè *Giurb.
decis. 85. col. 12. & 13. n. 20.*
Ex prædictis colligitur, quod cum matrimo-
nium fuerit validum, & legitimè contractũ,
erunt quoque validæ, & irreuocabiles om-
nes conuentiones per Paulum factæ occaſio-
3 ne effectuandi idem matrimonium, † ad qua-
rum obſeruantiam poterit cogi iuxta for-
mam inſtrumenti, vel ad intereſſe, prout ma-
gis placuerit ei, ad cuius fauorem eſt adim-
plendum *l. ſient. 5. C. de action. & obliga-
tionib. l. in commodato. §. ſicut. ff. commodat.
Caſtr. in l. 1. C. de action. empt. Bald. &
Salic. in l. inciuile. C. de rei vendicat. Becc.
conſ. 45. n. 1. Mannell. conſ. 626. n. 4. lib. 4.
Surd. conſ. 52. n. 36. in fin. Graſſ. de except.
c. 13. n. 57.*
Neque obſtat, quod Paulus poſt aliquot men-
ſes obtinuerit à Gabriele declarationem,
quod quamuis idem Paulus ipſius intuitu, &
contemplatione effectuationis matrimonij
quietauerit eumdem Gabrielem de reſiduo
4 dotis, † nihilominus intendebat, quod talis
quietatio eſſet nullius momenti, conſtituen-
do iterum ſe debitorem Pauli in reſiduo di-
ctæ dotis, & pro eo, quod promiſerat non
extare alia debita, ſe obligauit releuare Pau-
lum indemnem à dicta promiſſione cũ obli-
gatione camerali, ac alijs clauſulis in inſtru-
mento contentis, Quia huiuſmodi declara-
5 tio non ſubſiſtit, † cum ſit contra formam
conuentionis prius firmatę ad fauorem vxo-
ris

Digitized by Google

ris ducendæ, in qua fuit promiſſum, vt pro
effectuatione matrimonij Paulus quietaret
Gabrielem futurum maritum pro reſiduo
dictæ dotis per eum debitæ, Agitur enim
non ſolum de intereſſe Gabrielis debitoris
dotis, ſed etiam ipſius vxoris, quæ ex ea-
dem declaratione deluditur in habendo vi-
rum pauperiorem, & tali ære alieno grana-
tum, quem in ægeſtare teneretur alere,
quod non eſt permittendum, ideo præcedens
conuentio, & quietatio eſt irreuocabilis
tanquam facta ob causam matrimonij, & il-
6 lius contemplatione, † Prout dicimus in ma-
trimonio ſpirituali, in quo ſi aliquid detur
pro ſacerdotio aſſumendo, non ſolum erit ir-
reuocabile reſpectu eius, qui ad illud eſt
promouendus, ſed etiam reſpectu tertij vi-
delicet Epiſcopi, qui non debet decipi per
iſtam reuocationem, cum alias eſſet obli-
gatus de ſuo alimenta præſtare taliter ordi-
nato, itaut etiam detur contra iſtum reuo-
cantem actio de dolo cum refectione facien-
da per fraudantem de omnibus damnis, &
intereſſe *Diaz in prax. crimin. c. 18. n. 15.
poſt Tell. ad leg. 17. taur. col. 2. n. 82. Auendan.
reſponſ. 17. in fin. Io. Matien. lib. 8. ordinat.
l. 1. tit. 6. Michael Ciſont. in l. 17. taur. col. 2.
verſ. idem in donatione. Spin. de teſtam. gloſ.
7 princip.* 18. *n. 74.* † Immo etiam qui poſt ſa-
cros ordines ſuſceptos remittit ius patri-
monij, ad quod ordinatus fuit, vel promit-
tit illud non petere, vltra actus annullatio-
nem, incurrit pœnam arbitrariam pro modo
culpæ imponendam, de qua per *Nauar. in
manual. c. 27. n. 158. Diaz in prax. crimin.
c. 18. n. 12. & 13.*

Quare etiam tales committentes huiuſmodi
ſimulationes cum dolo, & præiudicio alte-
8 rius puniuntur, † quidquid alias ſimulatio
ſine fraude, & animo nocendi non eſſet pu-
nibilis *Dec. conſ. 543. in caſu propoſito. n. 19.
verſ. & ſupradicta maxime videntur. Al-
benſ. conſ. 97. n. 30. lib. 1. Becc. conſ. 52. n. 21.
cum ſeq. Alex. conſ. 198. viſo proceſſu. lib. 7.
Franc. Marc. deciſ. 300. n. 1. & 2. p. 1. Fa-
rinac. de falſ. & ſimulat. q. 162. n. 57.*

Quæ omnia applicantur ad matrimonium car-
9 nale, cum de vno † ad aliud arguatur *c. in-
ter corporalia. de tranſlat. prælator. c. tua.
de ſponſalib. Aim. conſ. 136. in fin. Euerard.
loco argumentor. 76. & 77. Cin. & Salic. in
auth. niſi rogati. C. ad trebellian. Anchar.
conſ. 118. in paucis. col. 1. Socin. conſ. 92. col. 3.*
10 Stante præſertim identitate rationis, † quæ
militat in Epiſcopo deluſo obligato ad alen-
dum clericum, & vxore decepta, quæ ad
eamdem obligationem alimentorum tene-
tur erga maritum ob ſimiles reuocationes
*Felin. in rubr. de ſponſalib. Euerard. d. loco
argument. 76. n. 3.*

Et paſſim omnes iſtæ conuentiones, donatio-
nes, quietationes, & ſimiles, quæ fiunt ob
effectuationem matrimonij etiam carnalis,
11 & illius contemplatione † ſunt irreuocabi-
les, & dicuntur ob cauſam *Bertrand. conſ.
97. ad euidentiam. col. 2. lib. 6. Natt. conſ.
609. n. 10. cum ſeq. Boer. deciſ. 353. n. 10.
Surd. conſ. 143. n. 2. lib. 1. Becc. conſ. 20. n. 10.
vſque ad 20. Coſta de facti ſcientia & igno-
12 rant. inſpect. 14. n. 5. fol. 36.* † Adeo vt cauſa
matrimonij ſecuta, nihil poſſit addi, aut mi-
nui, aut moderari, aut declarari *Surd. conſ.
143. n. 55. lib. 1. iuxta l. perfecta. C. de do-
donationib. quæ ſub mod. Grat. conſ. 7. n.
42. lib. 2.*

Cum præſertim omnia iſta, quæ dantur aut
promittuntur fieri contemplatione matri-
monij, & pro illius effectuatione compræ-
hendant commodum vxoris, cuius intereſt
habere virum locupletem, & diuitem quo fa-
cilius, & honorificentius onera matrimonij
ſuſtineat, & commodum ipſius donantis,
13 qui conſequitur id quod exoptat, † vt videli-
cet matrimoniũ ſequatur, cum ſatis dicatur
lucrari, qui voluntatem ſuam explet *Gloſ. in
l. fin. de vſu & habitat. Tiraq. de retract. li-
gnag. in præfat. n. 25. in fin. Neuiz. conſ. 74. n.
13.* Ideo ob iſtã cauſam finalẽ concernentem
vtilitatem tertij, & donatoris dicetur do-
14 natio ob cauſam, & irreuocabilis, † prout
in ſpecie ob huiuſmodi commoda concludit
*Becc. conſ. 20. n. 15. vſque ad 19. poſt Natt.
conſ. 609. n. 3. 12. & 13. Surd. conſ. 143. n. 33.
in fin. & n. 34. lib. 1.* vbi etiam conſiderat
iſtam deceptionem, quæ contingeret, ſi da-
retur aliqua diminutio promiſſorum pro ef-
fectuatione matrimonij propter repræhenſi-
15 bilem intentionem donantis, † quæ non eſt
fouenda, ne pars ſit in damno, & deluſa
*l. 3. §. 1. ff. de arbitr. Aim. conſ. 91. n. 11. Ro-
land. conſ. 81. n. 10. lib. 4. Menoch. conſ. 68.
n. 23. Becc. conſ. 94. n. 21. Natt. d. conſ.
609. n. 3.*

Tenebitur itaque Paulus ad obſeruantiam om-
nium, quæ in inſtrumento promiſit, & præ-
ſertim ad extinctionem cenſus Canalis pro
ſcutis ſexcentum, non obſtante, quod præ-
tendat per eum fuiſſe ſolutam dictam ſum-
mam in manibus Gabrielis, quia onus ex-
tinguendi cenſum fuit ei nominatim iniun-
ctum, vnde ſolutio non poterat alteri fieri,
16 maximè, † quia illa erat etiam facienda de
fructibus, quibus non ſolutis merito fuit re-
cuſata redemptio, & extinctio cenſus, ex
quo enim Paulus promiſit illum extinguere
intellexit etiam ſoluere fructus, qui erant
neceſſariò ſoluendi, vt poſſit dici adimple-
tum per eum onus extinguendi cenſum,
17 cum obligans ſe ad conſequens † cenſetur
ſe obligaſſe ad omne antecedens neceſſarium
ſine quo conſequens non poteſt ſtare *l. illud.
vbi Bart. & Caſtr. ff. de acquir. hæredit.
Abb. & Butr. in c. ex parte. de ſponſalib.
Surd. conſ. 99. n. 30. & 31. lib. 1.*

Et quatenus etiam in iſta promiſſione extin-
guendi cenſum nõ veniret ſolutio fructuum

ex cauſa illius debitorum, Tamen in capi-
tulis exhibitis non ſolum adeſt dicta promiſ-
ſio reſpectu cenſus, ſed vlterius promittitur
per Paulum ſolutio quorumcumque debito-
rum, quæ apparuiſſent vltra ſpecificata,
18 vnde ex illa particulari † conuentione erit
obligatus ad ſoluendos dictos fructus iuxta
formam pacti, quod tanquam generale ad
omnia porrigitur *Bald. in l. ſub prætextu*
la 2. n. 3. C. de tranſaction. & conſ. 191. &
305. lib. 1. Dec. conſ. 277. col. 2. verſ. his præ-
miſſis. Oſaſc. deciſ. 147. n. 14. Tiraq. de re-
tract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 14. n. 36. Crot.
conſ. 35. n. 41. cum alijs per *Surd. conſ. 33.*
n. 24. lib. 1.
Poſt hæc ſcripta denuo fuit diſcuſſum ſuper præ-
dicta donatione, & omiſſis multis ad cau-
ſam non facientibus, iterum dixi, quod ea-
dem donatio fuit facta per matrem filio, vt
contraheret matrimonium cum Arpalice,
19 & vt honorificentius, † iuxta eorum gradum
valeat ſuſtentare onera eiuſdem matrimo-
nij, & intuitu, & contemplatione illud con-
trahendi, & pro conſeruatione, & Deo dan-
te, ampliatione familiæ de Nicolettis, ex
quibus verbis per tres vices replicatis per
donantem, tam in prohemio ipſius donatio-
nis, quàm in diſpoſitiua eiuſdem actus clarè
colligitur, quod matrimonium fuit cauſa
finalis ipſius donationis propter illam di-
20 ctionem, vt, † per quam propriè oſtenditur
cauſa, & ratio finalis *clem. 2. de ætat. & qua-*
litat. & ordin. præficiendor. l. ſi creditor. ff. de
diſtract. pignor. l. emptori. ff. de euiction. l. 4.
de teſtib. l. lege cenſoria. 203. §. omnes deni-
que. vbi Rebuff. poſt princ. verſ. vt hæc par-
ticula. ff. de verbor. ſignificat. Surd. conſ.
21 *393. n. 12. lib. 3.* † Maximè, quando, prout in
caſu noſtro, apponitur in vim cauſæ aptæ
producere ſuum cauſatum, nam alias eſſet
impulſiua *Bald. conſ. 106. cum peteretur.*
n. 3. lib. 1.
Cum etiam talia verba ſint poſita in prohemio,
22 quod ſemper arguit cauſam finalem † *l. vlt.*
vbi Bart. ff. de hæredib. inſtituend. Bald. in
l. 1. n. 17. C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Natt.
conſ. 546. n. 6. Roland. conſ. 67. n. 70. cum
ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 210. n. 28. lib. 2. Cephal.
conſ. 48. n. 44. lib. 1. & conſ. 156. n. 9. lib. 2.
23 vbi etiam, † quod huiuſmodi cauſa finalis
collecta ex prohemio diſpoſitionis cenſetur
ſemper repetita in ſequentibus, vnde multò
magis in caſu noſtro, in quo ſemper adeſt
talis repetitio *Aim. conſ. 192. n. 21. poſt Bart.*
in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de
verbor. obligat. & in l. titia. §. idem reſpon-
dit. ff. eod. tit. Calcan. conſ. 7. col. 5. in princ.
Et vltra prædicta adeſt etiam dictio, pro, quæ
24 denotat cauſam immediatam, † & proximam
Bald. in l. ex arrhali. C. de action. empt. &
in l. 1. ad fin. n. 23. C. ſi ſeru. exter. Bertazol.
clauſ. 26. gloſ. 10. n. 2. Prout etiam importat
cauſam finalem *l. penult. §. vlt. ff. de ali-*
ment. & cibar. legat. Gloſ. in l. dominus
ſticho. in verb. pro quibus. ff. de pecul.
legat. Alex. conſ. 131. col. penult. verſ. for-
tificantur prædicta. lib. 7. Aim. conſ. 192.
n. 21. poſt princ. verſ. ſecundo quia iſta;
25 *Surd. conſ. 445. n. 28. lib. 3.* † vbi quod adeò
per iſtam dictionem, pro, inducitur cauſa
finalis, & immediata, vt idem operetur ac
ſi diſponens dixiſſet, quod alias non eſſet fa-
cturus *Bald. in c. 1. in princ. de teſtib. & in*
l. 1. col. penult. verſ. venio ad ſecundam for-
mam. C. per quas perſon. nob. acquirit.
Barbat. conſ. 54. n. 3. lib. 2. Menoch. conſ. 352.
n. 2. lib. 4. Gabr. conſ. 178. n. 15. lib. 1.
Stante igitur cauſa finali matrimonij, & con-
ſeruationis, & ampliationis familiæ, ob quã
26 fuit facta donatio, † concludendum eſt illam
non eſſe ſimplicem donationem, prout exad-
uerſo prætenditur, ſed ob cauſam, ſine qua
nunquam donans huiuſmodi bona donaſſet
Bald. in l. generaliter. n. 8. verſ. ſecundo
principaliter. ad fin. C. de epiſcop. & cleric.
Corn. conſ. 10. viſis actis. col. vlt. n. 10. lib. 1.
Becc. conſ. 20. n. 10. poſt Caſtr. in l. 2. §. vlt.
verſ. primus quando. ff. de donationib. Abb.
in c. poſt tranſlationem. n. 18. de renunciat.
Maximè, quia in inſtrumento donationis non
27 ſemel tantum, † ſed per tres vices fuerunt
per donantem repetitæ huiuſmodi cauſæ, per
quam repetitionem magis colligitur mens
donantis, quod principaliter, & in totum,
& non alio modo voluit talem donationem
facere *l. baliſta. ff. ad trebellian. Bart. in*
l. ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Dec.
conſ. 1. n. 6. & in propoſito notat *Becc. conſ.*
20. n. 11. in fin. Roland. conſ. 44. n. 11. lib. 4.
Et ita in ſpecie, quod ſimiles donationes ſint
28 ob cauſam, † non autem ſimplices, vltra ſu-
perius adductos *n. 11.* concludit *Peregrin.*
de fideicommiſſ. art. 36. n. 134. ad med. verſ.
vltra eos autem addo. in fin. fol. 343. vbi te-
ſtatur de veriori opinione *Matth. Gribald.*
inter conſ. Port. 80. n. 5. Hieron. Torniell.
inter conſ. eiuſdem Port. 81. n. 25. vſque ad
29. Pariſ. conſ. 16. n. 24. & 25. lib. 2. Dec.
conſ. 238. primo non videtur. n. 2. verſ. quia
in caſu iſto expreſſè. Roland. conſ. 44. n. 9.
vſque ad 25. lib. 4. & conſ. 70. n. 13. cum ſeq.
eod. lib. poſt Pic. in l. in quartam. n. 196.
vbi latè *Berengar. p. 3. art. 2. n. 73. verſ. alij*
etiam putant. ff. ad leg. falcid. Aleiat. conſ.
57. n. 3. tom. 3. Theſaur. deciſ. 46. in fin. n. 11.
Caccus de legitim. in verb. data inter viuos
non imputari. n. 29. vſque ad 35. fol. 186. vbi
etiam de donatione ob cauſam clericatus
Iaſ. conſ. vlt. lib. 2.
Non obſtat, quod aliqui contrarium teneant,
quod donatio facta contemplatione matri-
29 monij ſit potius ſimplex, † non autem ob
cauſam *Oldrad. conſ. 5. n. 1. Alex. conſ. 14. n. 1.*
lib. 1. & conſ. 40. in 3. dub. n. 14. lib. 4. cum
alijs per *Surd. conſ. 143. n. 17. lib. 1. & conſ.*
361. n. 17. lib. 3. & deciſ. 322. n. 84. Burſat.
conſ.

*conſ.*178.*n.*11.*&* 12.*lib.*2. *Aim. conſ.*85.*n.*3.
*ad fin. & conſ.*114.*n.*17. *Ann. conſ.*73. *n.*28.
Soarez in l.quoniam in prioribus. in declar.
*leg. reg. q.*5. *n.*10. C. *de inoff.teſtam. fol.*467.
Nam prædicti, & alij omnes, qui *Oldrad.* ſe-
quuntur non faciunt ad caſum noſtrum,
30 cum loquantur, † quando ſimpliciter dona-
tio fuit facta contemplatione matrimonij,
tunc enim in dubio præſumitur potius iſta
cauſa impulſiua, non autem finalis, cum di-
uerſum ſit quando, prout in facti ſpecie, de
qua agimus, clarè apparet, quod donans mo-
tus fuit ad donandum ob rationem finalem
matrimonij, cum alias non donaſſet, nam
tunc dicitur donatio ob cauſam, non autem
ſimplex, & ita in ſpecie *Oldrad.* declarat
Dec. conſ. 238. *primo non videtur dubitan-*
*dum. n.*2. *verſ. quia in caſu iſto. col.*2. *in*
princ. quaſi in claris non ſit opus coniectu-
ris *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obli-*
gationib.& ita etiam *Oldrad.*& eum ſequen-
tes intelligit *Roland. conſ.* 44. *n.* 23. *&* 24.
*lib.*4. *Bertrand.conſ.*77.*n.*6. *lib.*7. *Bece.conſ.*
20. *n.* 20. *&* 21. *fol.* 37. *Torniell. inter conſ.*
Port. 81. *n.*27. *&* 28. *Surd. conſ.*361. *in fin.*
*lib.*3. *Ioan. Franciſc. de Pont. conſ.*80 *n.*13.
*lib.*1. *Viuius deciſ.*257.*n.*1. *in fin. Franc.de-*
*ciſ.*436. *n.* 4. *&* 5. latè *Cardin. Mantic. de*
*tacit.& ambig.conuentionib.lib.*13.*tit.*4.*n.*11.
ad med. verſ. ſed hæc ſententia locum habet.
*Menoch. conſ.*261. *n.*14. *lib.*3.
Et in caſu noſtro tollitur omnis difficultas,
quia non ſolum propter matrimonium con-
31 trahendum fuit facta donatio, † ſed etiam
pro conſeruatione, & ampliatione familiæ
de Nicolettis, quo caſu dicitur donatio ob
cauſam *Torniell. inter conſ. Port.* 81. *n.* 28.
Io. Franciſc. de Pont. conſ. 25. *n.* 4. *vſque*
ad 7. *lib.* 1. vbi etiam, quod quando fuerunt
alij principaliter contemplati in donatione
alicui facta ob cauſam matrimonij, non po-
teſt donatarius aliquid facere in præiudi-
32 cium talium contemplatorum, † cum non
fuerit ei ſimpliciter donatum, ſed omnibus
contemplatis, quibus non potuit per eum-
dem donatarium tolli ius ex tali donatione
proueniens *Bertrand. conſ.* 176. *n.* 5. *lib.* 3.
par. 1. *Aret. in l. apud iulianum. alias incip.*
africanus. 40. *ſeu cum ſeruus.* 39. *§. ſi quis*
alieni. in fin. ff. de legat. 1. *Franc. deciſ.*205.
33 *n.*3 *& deciſ.*436.*n.*4. *&* 5. † vbi ex hoc con-
cludit, quod poſt factam donationem ad ef-
fectum contrahendi matrimonium, non po-
teſt donator retrodonare donanti, neque in
totum, neque in parte, cum illa non poſſit
reuocari, aut diminui, tanquam ſit pars cō-
tractus, & confundatur cum toto ipſo con-
tractu, & ſit irreuocabilis, & æquiparetur
donationibus propter nuptias, & debeat in-
teruenire conſenſus omnium, ad quos poteſt
aliquo modo ſpectare commodum talis do-
nationis *Guid. Pap. q.* 145. *col.* 2. *in princ.*
verſ. ſed his non obſtantibus. fol. 234. *Ponte*
conſ. 25. *n.* 1. *&* 2. *& Guid. Pap.* ſequitur
*Decian. conſ.*41. *n.* 22. *lib.* 1. *Card. Mantic.*
de tacit. & ambig. conuention. lib. 13. *tit.* 4.
n. 11. *ad med. Natt. conſ.*609. *n.*3. *Roland.*
*conſ.*44. *n.* 24. *in fin. lib.*4. *Purpur. conſ.*353.
n. 29. *&* 30. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 238. *primo non*
*videtur. col.*1. *in fin. verſ. vlterius etiam*
aduertendum. & col. 2. *ad med. verſ. vlte-*
rius etiam conſiderandum. n. 3. *in fin. &*
*conſ.*414. *viſo eleganti. n.*14. *Torniell. inter*
*conſ. Port.*81. *n.* 26.
Additur, quod donatio, de qua agimus, fuit
34 facta etiam ad fauorem vxoris, † cum do-
nans expreſſerit ſe donare filio, vt contrahe-
ret matrimonium cū Arpalice, & vt honori-
ficentius iuxta eorum gradum valeat ſuſti-
nere onera eiuſdem matrimonij, ex quibus
verbis colligitur etiam vxorem fuiſſe con-
templatam, cuius intereſt habere virum
locupletem pro ſuſtinendis dictis oneribus,
ideo non debet remanere decepta, & deluſa
ex diminutione bonorum donatorum *Bece.*
conſ. 20. *n.* 15. *vſque ad* 19. *poſt Natt. conſ.*
609. *n.* 12. *&* 13. *Surd. conſ.*143. *n.*33. *in*
*fin. & n.*34. *lib.*1. *Roland. conſ.*44. *n.* 22. *lib.*4.
vbi etiā, quod iſta cauſa finalis debet adim-
35 pleri, † adeo quod ſi contraueniatur, ſit con-
cedenda repetitio, iuxta doctrinam *Cin. in*
l. generaliter. 40. *in fin. verſ. & ideo.* C. *de*
epiſcop. & cleric. Caſtr. in l. 2. *§. vlt. n.* 3.
ff. de donationib. quod etiam vltra *Natt. &*
Roland. comprobat *Bece. conſ.* 20. *n.* 15. *&*
16. *Surd. conſ.*143. *n.*33. *in fin. & n.*34. *lib.*1.
Neque obſtat, quod cenſeatur facta donatio
ſolum viro, non autem vxori, quæ potius
36 fuit contemplata per reflexum, † Quia immo
contemplatio de ea eſt principaliter facta,
cum donans donauerit, vt gradus vtriuſque
tam viri quam vxoris honorificentius ſuſti-
neatur, & ſic non poteſt negari, quod eius in-
tereſſe eſt principale, ne alias habeat virum
pannoſum, & mendicum *Rol. conſ.*44. *n.* 22.
*lib.*4. *cum alijs ſupra allegatis.*
Ideo ſemper remanet firma concluſio, quod
bona donata non poſſint diminui in præiu-
dicium contemplatorum, vt concludunt om-
37 nes doctores quos adduxi *ſup. n.*33. † Quibus
non obſtat, quod loquantur, quando dona-
tarius retrodonat donanti, qui fecerat ei do-
nationem ob cauſam matrimonij, quaſi tunc
faciat in fraudem eiuſdem matrimonij re-
trodonando, Quia ſiue alienentur bona do-
nata in eumdem donatorem, ſiue in alium
ſemper reſultat effectus ceſſationis cauſæ fi-
nalis, ob quam fuit facta donatio, cum in
vtroque caſu bona diſſipentur, & remaneat
deluſa vxor, & deceptus donans, & quiuis
alius, cuius contemplatione fuit facta dona-
tio, ſine quorum conſenſu non poteſt aliquid
alienari de bonis donatis ipſorum contem-
platione, itaut tam per eos, quam per ha-
bentes cauſam ab eis detur reuocatio om-
nium geſtorum, vt benè comprobat *Ponte*
conſ.

Digitized by Google

38 conſ. 25. n. 5. cum ſeq. † qui licet loquatur,
quando donatio etiam fuit facta filijs, nihi-
lominus in caſu noſtro etiam fuit facta pro
conſeruatione, & ampliatione familiæ de
Nicolettis, cui familiæ contemplatæ poteſt
acquiri, quamuis nondum natæ l. ſi quis
operas. ff. de oper. libert. Bart. in l. gallus.
§. ille caſus. ff. de liber. & poſthum. Oldrad.
conſ. 95. col. 1. Guid. Pap q. 257. Caſtr. conſ.
348. quia circa donationem. col. 1. lib 1. latè
Bellamer. conſ. 17. Aim. conſ. 19. n. 10. Viuius
deciſ. 257. n. 3. in fin. Dec. conſ. 245. col. 1.
in fin. verſ. ſolum ergo. & conſ. 225. col. 2.
Et paſſim relictum pro conſeruatione familiæ,
& eius ampliatione non poteſt alienari in
ipſius præiudicium, cũ etiam ſufficeret fuiſſe
39 donatum filio, & eius deſcendentibus, † tunc
enim donatio diceretur facta pro conſerua-
tione eiuſdem familiæ, vnde multò magis,
quando talis cauſa exprimitur Torniell. in-
ter conſ. Portij. 81. n. 29. & 30. iuxta doctri-
nam Bald. in l. maximum vitium. C. de
liber. præterit. Socin. conſ. 31. Et in vocatio-
ne familiæ dicuntur contemplati naſcituri,
40 vnde multò magis in caſu noſtro, in quo ad-
ſunt filij iam nati Ruin. conſ. 22. n. 13. lib. 2.
Sim. de Pret. interpretat. vltim. voluntat.
lib. 3. ſolut. 11. n. 25. vſque ad 31. fol. 289.
iuxta l. pronunciatio. §. familiæ. in fin. ff. de
41 verbor. ſignificat. † Et nulla dabitur conſer-
uatio familiæ, ſi bona ei relicta alienentur
cum ſine diuitijs intereat, & ſordeſcat Me-
noch. conſ. 177. n. 16. poſt Tiraquel. de no-
bilit. c. 25.
Ex prædictis etiam apparet, quod adeſt noto-
ria iniuſtitia decreti, ideo licet ſimus in exe-
42 cutiuis, Tamen † datur appellatio, & retar-
datur executio Card. Seraph. deciſ. 1346. in
fin. Rot. deciſ. 742. n. 1. p. 2. in recentiorib.
Quæ iniuſtitia eſt magis clara, quia agitur de
exequendo contra tertium poſſeſſorem, ad-
uerſus quem non competit via executiua,
maximè, quia bona, de quibus agimus, poſ-
43 ſidentur per tertium † tanquam in ſpecie
ſubrogata in locum partis dotis datæ in pe-
cunia numerata, vt patet ex inſtrumento
publico in actis producto, quo caſu magis
negatur via executiua, & agendum eſt ordi-
nariè c. ſi à ſede. de præbend. in 6. Sarnenſ.
deciſ. 32. cum alijs per Rot. deciſ. 711. n. 1.
& 2. p. 1. in recentiorib. & deciſ. 764. n. 1.
p. 2. in recentiorib.
Nec facit, quod prædicta donatio fuerit facta
44 principaliter Gabrieli, † vt matrimonium
contraheret, vnde ipſi ſolum eſt acquiſita
non alijs Rot. deciſ. 537. p. 1. diuerſ. Quia
ibidem fuit contemplata ſolum principali-
ter perſona donatarij, non autem alterius, vt
dicitur in d. deciſ. n. 2. Aliud eſt in caſu no-
ſtro, in quo non ſolum donantur bona, vt
donatarius matrimoniũ contrahat, ſed etiam
vt conſeruet bona donata pro filijs, ſeu fa-
45 milia, † quæ ex hoc dicitur principaliter
contemplata ſicut pater, vnde vtriſque erunt
acquiſita bona donata, itaut in præiudicium
familiæ non poſſint per patrem alienari, ne-
que diminui Bertrand conſ. 176. n. 5. lib. 3.
p. 1. cum alijs de quibus ſupr. n. 32. & 33.
Nec dicendum eſt conſtare de adimplemento,
quia non ſolum fuit promiſſa ſolutio ſcuto-
rum 1350. quod eſt pretium domorum, ſed
etiam extinctio cenſuum, quæ non poteſt
46 fieri, niſi etiam ſoluantur fructus, † adeo vt
in conuentione relata ad antecedentia ve-
niant etiam omnia ſubſequentia neceſſaria
l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfr. pet. l. 3. §. qui habet.
vbi Caſtr. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.
Cin. Bart. & Bald. in l. 2. ff. de iuriſd. omn.
iudic. Euerard. loco argum. 124. à conceſſ.
47 antecedent. ad conceſſ. conſeq. † Et paſſim
conuentio extenditur ad ea, quæ ſunt acceſ-
ſoria, ideo ſi fiat ſuper ſorte porrigitur etiã
ad vſuras l. lecta. §. ſed cum ſortis. vbi Curt.
Sen. n. 15. ff. ſi cert. petat. Bald. in c. præte-
rea. n. 2. verſ. & dicit. de offic. delegat. Aret.
conſ. 148. n. 1. iuxta l. ſi creditor. §. vlt. vbi
Bart. ff. de act. empt. Archid. in c. fin. 12.
q. 2. Rimin. Sen. conſ. 191. n. 31. in fin. lib. 1.
latè Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 3. tit. 11. n. 15. vſque ad 20.
vbi etiam quod ſtante æquitate idem eſt in
contractibus, quod in vltimis voluntatibus
Bald. in l. via conſtitui. §. vlt. ff. de ſer-
ſeruitut. ruſtic. prædior. Ang. conſ. 290. n.
6. in fin.
Neque obſtat, quod promiſſum fuerit ſatisfa-
cere, & ſoluere, quod poteſt verificari in
ſolutione fructuum, abſque eo, quod ſors
extinguatur, Quia ab initio fuit conuentum
de totali extinctione debitorum, cum libe-
ratione propriæ perſonæ, & bonorum, quæ
non poteſt contingere, niſi in totum debita
48 extinguantur, † neque enim per ſolutionem
fructuum dicitur debitor liberatus, cum
ſemper maneat ſub obligatione perſonæ, &
bonorum, ſi radix debiti non extinguatur, &
eximatur debitor à cura, ſollicitudine, labo-
re, & expenſis, atque tedio, & incommodo
proueniente ex nexu obligationis Rebuff. in
l. liberationis verbum. 47. col. 3. in fin. verſ.
poſſet dici. ff. de verbor. ſignificat. iuxta l. ſi
fundus. §. ſi pluris. ff. de pignorib. l. ſi pu-
pilli. §. 1. ff. de negot. geſt. l. cum vero. §. cum
quidam cecilius. ff. de fideicommiſſ. libert.
Ideo liberatio, & ſolutio ſeparantur, cum ſo-
49 lutio naturalem obligationem tollat, † libe-
ratio autẽ contineat cæteros omnes modos,
quibus obligationis nexu quis dimittitur
Prateius in lexic. iur. in verb. liberationis.
ad med. vbi etiam quod liberare eſt luere,
50 & nexum pignoris diſſoluere † l. ſi res obli-
gata. 60. ff. de legat. 1. Et non poteſt dici li-
berum, quod alicui ſeruit, aut alteri eſt
51 obligatum † l. ſi tibi. 8. ff. de actionib. empt.
l. ſi quis duas. 6. ff. commun. prædior. Pra-
teius in lexic. iur. in verb. liberum.

Nec

Nec facit prætenſa incertitudo decreti, Quia pro ſumma extinguenda ſcutorũ 1350. adeſt certitudo, cum ad eam ſe Aduerſarius obli-
52 gauerit, † vnde etiam erit certa illa rata ab initio non extincta, in qua decretum rectè iuſtificatur, tanquam poſſit ex prædictis certificari *Bald. & Ang. in l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtit. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. tit. 3. n. 11. & 13. Craſſ. in §. inſtitutio. quæſt. 12. n. 1. Surd. conſ. 378. n. 15. lib. 3.*

Nec aduerſatur *Alciat. conſ. 7. n. 17. lib. 3. tom. 3. fol. 156.* Quia loquitur in caſu, in quo fuit facta donatio ſolũ, & ſimpliciter ipſi marito, non autem vxori, licet fieret contemplatio-
53 ne matrimonij, † quæ contemplatio in dubio præſumitur demonſtratiuè, non limitatiuè, vt declarat *Idem Alciat. d. conſ. 7. n. 18. vſque ad 30.* iuxta *Dec.* per eum allegatum *conſ. 215. viſa tranſactione. n. 6. verſ. nec obſtant alia verba poſita. & col. vlt. in fin.* qui etiam loquitur in caſu, in quo non fuit ratio finalis, per quam contraheretur matrimonium, ſed impulſiua, cum verbis demonſtra-
54 tiuè prolatis, † & quando donatio fuit facta ſimpliciter marito, & non liberis, vt clarè in iſtis terminis conſuluit, & in ſpecie declarat *Dec. d. conſ. 215. n. 6. & in fin. verſ. non obſtant allegata.*

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo donatio fuit ſtipulata non ſolum ad fauorem mariti,
55 & vt contraheretur matrimonium, † & illius onera honorificentius poſſent ſuſtineri, ſed pro conſeruatione, & ampliatione familiæ de Nicolettis, quæ verba important cauſam finalem, immediatam, & proximam *Bald. in l. ex arrhali. C. de actionib. empt.*
56 cum alijs adductis *ſupr. n. 25.* † vbi etiam quod talia verba idem operantur, ac ſi diſponens dixiſſet, quod alias non eſſet facturus *Menoch. conſ. 352. n. 2. lib. 4.* Ideo non ſumus in verbis demonſtratiuè prolatis, ſed taxatiuè expreſſis, quæ faciunt, vt diſpoſitio cenſeatur facta etiam pro familia principaliter, & eo modo, quo fuit facta pro marito, qui eum acceperit iſta bona donata cum onere conſeruandi illa pro familia, &
57 eius ampliatione, † non poteſt reijcere tales qualitates, ſed cum illis donationem acceptare, neque in præiudicium familiæ alienare *l. cum ab vno. in princ. ff. de legat. 2. l. qui tutelam. ff. de teſtam. Aim. conſ. 174. n. 9. & conſ. 245. n. 4. Dec. conſ. 298. in cauſa mihi cõmiſſa. n. 13. Bellon. conſ. 9. n. 9. Cagnol. in l. qui cum alio. n. 8. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 60. n. 27. lib. 1. & conſ. 407. n. 49. lib. 3.*

E P I T O M E.

De priuilegijs fratrum ordinis Prædicatorum circa exemptionem à ſolutione cuiuſuis quartæ funeralis, & aliorum obuentionum, & legatorum piorum. ¶ Et ob quam cauſam fuerint eis conceſſa. ¶ Et an ſint reuocabilia. ¶ Medietas funeralium quando reſeruetur Eccleſiæ parochiali. ¶ Et an æſtimatio iſtius medietatis ſit debita, ſi non recipiat diuiſionem. ¶ Portio indumentorum, & aliorum, quæ cum cadauere deferuntur an ſit danda Parocho, vel ſolum ei ſit debita medietas ceræ. ¶ De intellectu motus proprij Pij V. quo ad funeralia, & alias obuentiones aſſignatas pro congrua ſuſtentatione Vicarij perpetui in Eccleſijs parochialibus. ¶ Notorium an ſit allegandum, quamuis non indigeat probatione. ¶ Et an æquiparetur confeſſioni, & ſentẽtiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Fratres ordinis Prædicatorum ſunt exempti à ſolutione cuiuſuis quartæ funeralis, & aliorum obuentionum, & legatorum piorũ.*
2 *Medietas funeralium reſeruatur parochiali Eccleſiæ, ſi recipiant diuiſionem, alias æſtimatio medietatis.*
3 *Par in parem non habet imperium, & multo minus inferior in ſuperiorem.*
4 *Priuilegia in compenſationem laborum pro eccleſia ſunt irreuocabilia.*
5 *Portio indumentorum, & aliorum, quæ cum cadauere deferuntur non datur Parocho, iuxta obſeruantiam præter medietatem ceræ. n. 7. & 12.*
6 *Iudex informat ſe in notorijs etiam parte non citata.*
8 *Donatio nunquam præſumitur, niſi probetur. & n. 10.*
9 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
11 *Obſeruantia eſt probanda in ſpecie in caſu, de quo agitur.*
13 *Notorium non indiget alia probatione, ſed ſufficit eius allegatio.*
14 *Confeſſio, ſententia, & notoriũ æquiparãtur.*
15 *Motus proprius Pij V. quo ad funeralia, & alias obuentiones aſſignatas pro congrua ſuſtentatione Vicarij perpetui in eccleſijs parochialibus quomodo intelligatur. n. 16. 19. & 20.*
17 *Quarta parochialis quando ſit danda Rectori. & n. 18.*

C A P. DCCCCXXV.

Per Summos Pontifices Alex. IV. Leonem X. Paulum IV. & Clem. VIII. fuit conceſſa exemptio Fratribus ordinis Prædicatorum à ſolutione cuiuſuis quartæ fune-
1 ralis, † ac aliorum obuentionum, & legatorum piorum, & iſta priuilegia fuerunt pluries executioni demandata per *Rot. coram Cardin. Pamphilio Hiſpalen. quartæ funeralium. 4. Iunij 1590.*

Quibus ſtantibus, non poſſunt dicti Fratres moleſtari per Parochum S. Mariæ de Monterono, dum prætendit medietatem valoris Planetæ,

netæ, Calicis, & Rocchetti delati in funere
2 R. P. D. Victorij, † iuxta *extrauag.1.col. pe-*
nult. poſt princ. de priuileg. Nam licet ibi-
dem reſeruetur medietas funeralium paro-
chiali Eccleſiæ, ſi recipiant commodam di-
uiſionem, alias æſtimatio medietatis, Nihi-
lominus iſta procedunt de iure communi,
ſecus in caſu noſtro, in quo adſunt priuile-
gia clara eximentia Fratres Prædicatores ab
huiuſmodi funeralibus, ideo illa ſunt obſer-
uanda, non obſtantibus decretis Vicarij, quæ
3 contrarium diſponunt, † cum non compræ-
hendant priuilegiatos auctoritate Apoſtoli-
ca, tanquam par in parem non habeat impe-
rium, vnde multò minus inferior in ſupe-
riorem *c. innotuit. de electionib. l. nam ma-*
giſtratus. ff. de arbitr. Cephal.conſ.155.n.15.
lib.2. cum alijs per *Surd. conſ.47.n.10.lib.1.*
Maximè, quia fuerunt conceſſa huiuſmodi pri-
4 uilegia in recompẽſationem laborũ, † quos
dicti Fratres paſſi ſunt, & quotidie patiun-
tur in Eccleſia ſancta Dei ad propagatio-
nem fidei etiam cum proprij ſanguinis effu-
ſione, quæ ideo ſunt irreuocabilia *Roman.*
conſ.346. n.14. Rebuff. ſuper concordat. in
præfat. rubr. de collat. ad fin. Pariſ.conſ.50.
n.35.lib.4. Gonzal. ad reg.8.gloſ.9 §.2.n.49.
Quibus additur obſeruantia antiquiſſima,
5 iuxta quam, præter medietatem ceræ, † nun-
quam fuit data parocho vlla portio indu-
mentorum, & aliorum, quæ in cadauere
deferuntur, & licet contra talem obſeruan-
tiam exaduerſo opponatur, quod non ſit
probata, cum fides non faciat fidem, Tamen
cum ſimus in re notoria, ſatis eſt, quod Iu-
dex poſſit ſe de ea quandocumque informa-
6 re etiam parte † non citata *Bald. in l. filiuſ-*
familias. §. veterani. ff. de procuratorib. &
in l. iubemus. not.4. de iudic. Natt.conſ.218.
n.5. Alex. conſ.14. in princ. lib.5. Dec.conſ.
402. in cauſa illuſtriſſimi. n. 10. Aim. conſ.
104.n.9. Curt. Iun.conſ.24.col.1. & conſ.52.
col.3. Surd.conſ.371. n.17. in fin. lib.3.
Nec facit, quod talis obſeruantia non conclu-
dat, cum non probetur, quod iſta indumenta
7 fuerint petita, † & denegata, tanquam poſ-
ſibile ſit, quod alij parochi non curauerint
illa acquirere, vel donauerint, Quia hæc
bellius dicuntur, quàm executioni deman-
dentur, neque enim eſt credendum, quod
Parochi ſint adeo liberales, vt fecerint ſimi-
8 les donationes, † quæ nunquam præſumun-
tur, & ſunt difficillimæ actionis, & praxis
l. cum de indebito. de probationib. Dec. conſ.
176. quod fine. n.1. Affl. deciſ.44.n.24. Bero.
conſ.52. n.79. Aim.conſ.77. n.14. Surd.conſ.
202. n.14. & 15. Roland. conſ.11. n.46. lib.3.
Menoch. conſ.1. n.213. cum ſeq.
Et cum parochi in huiuſmodi funeralibus pe-
tierint portionem ceræ ipſis tangentem, &
illam habuerint, credendum eſt etiam, quod
petijſſent medietatem indumentorum, & ſi-
milium, quæ cum cadauere deferuntur, ſi po-
9 tuiſſent illa prætendere, † agnoſcendo tam
vnum, quàm alterum ius ad eos ſpectans
tanquam nemo in neceſſitatibus liberalis
exiſtat *l. rem legatam. in fin. ff. de adimend.*
legat. Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff.
ſolut. matrim. Iaſ. in auth. præterea. n. 19.
C. vnd. vir. & vxor. Surd.conſ.112.n.7.lib.1.
Et cum iſta omiſſio petitionis indumentorum
ſit inueriſimilis, tanquam inducat donatio-
10 nem, vt dictum eſt, † non releuat eum, qui
ſe in illa fundat, itaut magis arctetur ad il-
lius probationem *Dec.conſ.176. quod ſupra.*
n.1. poſt Alex. conſ.109. in fin. lib.3. Bald. in
l. tranſactionem. C. de tranſactionib. Abb.
in c. quia veriſimile. in 2. notab. de præ-
ſumptionib.
Nec aduerſatur fides contraria, quod Parochi
habuerunt medietatem iſtorum indumento-
11 rum, † Quia non loquitur reſpectu Fratrum
Prædicatorũ, quibus non præiudicatur ſtan-
tibus eorum priuilegijs, vt dictum eſt, ideo
in ſpecie de eis erat facienda mentio *Bald.*
conſ.275. quod pro regula. ad fin. lib.2. Aim.
conſ.170. n.4. Cephal. conſ. 26. n.6. cum ſeq.
lib.1. Alex.conſ.6.lib.5. cum alijs per *Roland.*
12 *conſ.80. n.10. lib.1.* † Quamuis contraria cõ-
ſuetudo paſſim ſeruetur, vt pro iſtis indumẽ-
tis nihil poſſit per Parochos peti, prout in
multis Eccleſijs ita quotidie ſeruari eſt pu-
blica vox, & fama & præſertim in Eccleſia
Lateranenſi, de quibus poteſt Iudex ſe ex-
traiudicialiter informare tanquam de re no-
13 toria, vt dictum eſt *ſupr. n.6.* † Cum illud,
non indigeat alia probatione, ſed ſufficiat
eius allegatio *Alex. in l.1. n.4. C. vt quæ de-*
ſunt aduocat. Rip. in l.4. §. hoc autem iudi-
cium. n.35. ff. de damn. infect. Barbat.conſ.
35. col.4. lib.2. Menoch. præſumpt. 67. in
14 *fin. lib.1. Maſcard. concluſ.1104.n.1.* † Tan-
quam habeat vim confeſſionis, & ſententiæ
Albenſ. conſ.90.n.5. iuxta *l. emptorem. in*
princ. ff. de action. empt. Menoch. conſ. 99.
n.176. lib.1. Et ita ex prædictis fuit iudica-
tum contra Parochum ad fauorem Fratrum
ordinis Prædicatorum.
Quo vero ad Vicarium perpetuum S. Mariæ in
via Lata, obſeruandum eſt, quod Sanctæ me-
moriæ Pius V. in ſuo motu proprio illi aſſi-
15 gnauit, † & applicauit pro congrua eius ſu-
ſtentatione omnia, & ſingula emolumenta,
& obuentiones, quæ ratione exercitij, curæ,
& adminiſtrationis Sacramentorum, & offi-
ciorum funeralium, quæ ipſa die humatio-
nis cadauerum celebrabuntur, non autem
ratione anniuerſariorum, Quare hoc ſtante
dicebam ad eumdem Vicariũ ſpectare quar-
tam funeralem ſcilicet illam, quæ debetur
Eccleſiæ parochiali ab eo, qui eligit ſepul-
turam extra parochiam de omnibus relictis
pro funere, & ſepultura, de qua in *extrauag.*
ſuper cathedram. de ſepultur. nec non omnes
ceras funerales, exceptis ceris anniuerſa-
16 riorum, ac omnia alia funeralia, † quia
ſum-

Digitized by Google

ſummus Pontifex non ſolum aſſignat eidem Vicario omnia, & ſingula, quæ debentur ratione exercitij curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum, ſed etiam illa, quæ erunt debita ratione officiorum funeralium celebrãdorum in ipſa die humationis cadauerum, Vnde eum de vtriſque ſit facta conceſſio, vtraque ſunt eidem Vicario danda, prout
17 etiam de dicta quarta † eſt *Gloſ. in clem. dudum. §. huiuſmodi. in verb. funeralibus. vbi Ancbar. n. 30. verſ. tertio quæro. de ſepultur. Idem Ancbar. conſ. 369. n. 3. & 6. verſ. præterea. Petr. de Vbald. de canonic. epiſc. & parochial. c. 4. q. 1. n. 3. tom. 15. p. 2. fol. 202.* quod etiam eſt de dictis ceris funeralibus, &
18 omnibus alijs funeralibus, † cum fuerint aſſignata omnia, & ſingula emolumenta, quæ debentur ratione officiorum funeralium *c. cum liberum ſit. 6. vbi Gloſ. in verb. beneficia. de ſepultur.*

Et ſtante huiuſmodi motu proprio Pij V. omnia, quæ exaduerſo adducuntur ſunt ſublata cum procedant in terminis iuris commu-
19 nis, † prout loquitur *Gabr. conſ. 190. n. 7. & 8. lib. 2.* iuxta *c. ex parte. & c. cum ſuper. de ſepult. Petr. de Vbald. de canonic. epiſcopal. & parochial. c. 4. q. vlt. n. 27.* Et ita ex ſupradictis fuit deciſum ad fauorem Vicarij in huiuſmodi cauſa Romana funeralium *coram R. P. D. Coccino. 14. Decembris* 1620. vbi etiam, quod non obſtat obſer-
20 uantia in contrarium allegata, † cum potius illa ſtet pro Vicario, cui propterea Rota conceſſit manutentionem, vltra quod teſtes adducti per Capitulum patiuntur exceptiones, prout neque aduerſatur obſeruantia aliarum Eccleſiarum, quæ ſub eodem motu proprio compræhenduntur, quia ſatis eſt, quod dictus motus proprius ita intelligatur, & quod in eadem eccleſia fuerit ita obſeruatus, quidquid aliter ſeruetur in alijs eccleſijs, per quas non poteſt aliquo modo præiudicari veritati.

E P I T O M E.

PRomittens impetrare beneplacitũ quatenus opus ſit an poſſit cogi ad illud obtinendum, niſi prius de eius neceſſitate appareat. ¶ Cenſus quando licitè imponatur ſuper re emphyteotica abſque conſenſu domini. ¶ Contractus ex quibus iudicetur potius cenſualis, quam emphyteoticus ſaltem ad euitandam caducitatem, & neceſſitatem conſenſus. ¶ Et quo caſu coniecturæ ſufficiant. ¶ Et quid ſi ſolutio fiat in fructibus. ¶ Vel in pecunia. ¶ Seu in modica reſponſione. ¶ Vel quando dictum eſt pro cenſu, ſeu pro canone. ¶ Et quomodo talia verba ſint intelligenda. ¶ Pretium affectionis an attendatur. ¶ Et quod tempus valoris rei conſideretur ad cognoſcendam læſionẽ. ¶ Et an illa debeat eſſe vltra dimidiam iuſti pretij ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem. ¶ Peritis an ſic ſtandum potius quam teſtibus, quamuis nullam redderent rationem ſuæ relationis. ¶ Retentio melioramentorum an detur, ſi probentur in genere. ¶ Decretum Iudicis ſtante exceſſu an in totum corruat. ¶ Exceptio læſionis quando retardet remedium manutentionis, & iudicium executiuum. ¶ Et an illud ſit concedendum contra tertium. ¶ Iudex quando priuet poſſeſſorem omni poſſeſſione ciuili, & naturali etiam non expulſis colonis.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſidens de mandato Iudicis habet remedium retinendæ poſſeſſionis.*
2 *Iudex nulliter procedens non priuat poſſidentem ſua poſſeſſione. Declara, vt n. 18. 22. & 23.*
3 *Adimplementum eſt probandum per eum, qui debet adimplere.*
4 *Promittens impetrare beneplacitum quatenus opus ſit non cogitur ad illud obtinendum, niſi de eius neceſſitate doceatur.*
5 *Cenſus non poteſt imponi in re emphyteotica abſque conſenſu domini. Intellige, vt n. 24.*
6 *Contractus potius præſumitur cenſualis, quã emphyteoticus ſaltem ad euitandam caducitatem, & neceſſitatem conſenſus. Declara, vt n. 7. & 8.*
9 *Coniecturæ ſufficiunt ad declarandum an ſimus in cenſu, ſeu emphyteuſi.*
10 *Solutio in fructibus, & non in pecunia arguit contractum eſſe emphyteoticum; Idem in modica reſponſione. n. 11.*
12 *Verba pro cenſu, ſeu canone quomodo intelligantur ad effectum cognoſcendi an ſimus in contractu cenſus, ſeu emphyteuſis.*
13 *Tempus valoris contractus eſt inſpiciendum ad cognoſcendum læſionẽm.*
14 *Pretium affectionis, & ad magnificandum dotes non attenditur.*
15 *Læſio ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem debet eſſe vltra dimidiam iuſti pretij.*
16 *Peritis ſtandum eſt potius, quàm teſtibus, quamuis nullam rationem redderent ſuæ relationis.*
17 *Retentio melioramentorum datur, ſi illa probentur non ſolum in ſpecie, ſed in genere.*
19 *Ratificatio æquiparatur mandato, quamuis ſpeciale requireretur.*
20 *Dos eſt danda ſorori per fratres ſuccedentes patri.*
21 *Remedium executiuum quando detur contra tertium.*
25 *Cenſus præſumitur in dubio conſtitutus potius in re ipſa, quam ſuper alijs iuribus.*
26 *Decretum Iudicis ſtante exceſſu annullatur in totum.*

Ex-

27 *Exceptio læſionis tanquam requirens altio-
rem indaginem non retardat remedium
manutentionis, & iudicium executiuum.*
28 *Iudex rectè procedendo priuat poſſeſſorem
omni poſſeſſione ciuili, & naturali etiam
non expulſis colonis. n.29.*

CAP. DCCCCXXVI.

DE iudiciali poſſeſſione Andreæ conſtat
præuia ſubhaſtatione, & deliberatione
ſeruatis ſeruandis facta, quo caſu ipſe dici-
1 tur iuſtè poſſidere, † tanquam de mandato
iudicis poſſideat, ideo meritò habet reme-
dium retinendæ *l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir.
poſſeſſ. Rot. deciſ. 690. in princ. par. 2. in
recentiorib.*

Neque obſtat nullitas ſubhaſtationis, ob quam
2 non fuit amiſſa poſſeſſio Aduerſarij, † cum
Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non pri-
uet poſſidentem ſua poſſeſſione *Rot. diuerſ.
deciſ.* 802. *n. 7. ad med. p.* 1. Quia non pro-
batur aliqua nullitas, aut iniuſtitia, Nam
cum in inſtrumento fuerit promiſſum facere
3 conſentire Moniales, † & non appareat de
huiuſmodi adimplemento, prout erat do-
cendum per implere debentes, bene Iudex
proceſſit, & rectè fuit actum *l. ita ſtipula-
tus. 115. §. quod ſi ab initio. ff. de verbor.
obligat. Bald. in l. ſi quidem. n.5. C. de ex-
ceptionib. Rot. deciſ. 515. n. 4. par. 1. in
recentiorib.*

Nec facit, quod non erat neceſſarium tale im-
4 plementum conſenſus Monialium, † cum
promiſſio non fuerit facta, niſi cum condi-
tione quatenus opus eſſet, quo caſu debet
prius doceri de neceſſitate beneplaciti ad
hoc, vt promittens poſſit cogi ad illud obti-
nendum *Cardin. Seraph. deciſ.1027. n.7. &
deciſ.1319. n.2. poſt Put. deciſ.44. in fin. lib.2.
in nou.* latè *Gabr. conſ. 82. n. 19. cum ſeq.
lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 519. n.3. verſ. minus
facit. lib.1. & deciſ. 404. n. 6. p. 2. in recen-
tiorib. & coram R. P. D. Corduba Parmen.
prioratus. 4. Iunij* 1595. Quia de neceſſitate
huiuſmodi beneplaciti ſatis apparet, ex quo
ſumus in contractu emphyteuſis, cum re-
ſponſione ſex cadorum vini ſoluenda Eccle-
ſiæ, & monialibus S. Annæ, quæ non poteſt
5 alienari abſque cõſenſu domini directi, † ne-
que ſuper ea cenſus imponi, prout impoſitus
fuit *Bart. in l. codicillis. 91. §. inſtituto. n.4.
ff. de legat. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non
alienand. rubr. 16. n. 20. vſque ad 26. Ca-
putaq. deciſ. 17. p. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 480.
p. 1. & deciſ. 121. n. 5. p. 2.*

Nec ſubſiſtit, quod talis reſponſio poteſt ſolui
6 tam pro canone, quàm pro cenſu, † prout
in dubio potius dicendum eſt eſſe contra-
ctum cenſualem, quàm emphyteuſim ſaltem
ad euitandam caducitatem, & neceſſitatem
beneplaciti *c. conſtitutus. de religioſ. domib.
Natt. conſ. 3. n. 2. Corbul. de cauſ. priua-
tion. ob non ſolut. canon. limit. 34. n. 2. fol.*
493. latè *Cardin. Mantic. de tacit. & am-
big. conuentionib. lib. 22. tit. 4. n. 11. vſque
ad 14. & deciſ. 134. n.3.*

Quia prædicta procedunt in emphyteuſi priua-
ti, in qua magis præſumitur contractus cen-
7 ſualis, quam emphyteoticus, † cum aliud ſit
quando, prout in caſu noſtro, ſumus in Ec-
cleſia, nam tunc potius erit præſumenda
emphyteuſis, quam cenſus, tanquam non ſit
dicendum, quod in præiudicium Eccleſiæ ſit
translata omnis poſſeſſio cum toto domi-
nio, ſed ſolum vtile, & poſſeſſio tantum na-
turalis, non enim poteſt Eccleſia in totum
dominium à ſe abdicare, & alienare, prout
eſt datio in cenſum, ideo conceſſio Eccleſiæ
erit intelligenda ſaniori modo, & minus
8 illi præiudiciali, † ita per prædictas, & ſimi-
les rationes diſtinguit, & de veriori opinio-
ne teſtatur *Quintil. Mandoſ. in c. 1. n. 41.
ante med. verſ. qua quidem communis. de
reſtitut. in integr. tom. 6. fol. 54. in appen-
dice ad repetitiones canonicas. Valaſc. de
emphyteuſ. q. 32. n. 35. verſ. item ſi in ea
prouincia. ad fin. fol. 377. Bero. q. 14. n. 2.
col. 2. verſ. in puncto iuris. & verſ. aut non
conſtat expreſſè. Euerard. loco argumentor.
31. de emphyteuſ. ad cenſ. n.5. col. 3. in princ.
verſ. & in dubio vbi aliud non apparet. fol.
200. Menoch. præſumpt. 106. n. 5. & 6. poſt
Fabr. in l. 1. n. 7. C. de iur. emphyt. Iaſ. in
l. 2. n. 165. C. eod. tit.*

Et quidquid ſit de prædictis, quamuis etiam
idem eſſet in Eccleſia, quod in priuato, vt
per *Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. ca-
non. limit. 34. n. 2.* Tamen huiuſmodi quæſtio
tota pendet à coniecturis, ſecundum quas
9 iudicabitur contractus cenſualis, † ſeu em-
phyteoticus *c. 1. vbi Bero. & Mandoſ. n.41.
poſt med. verſ. & poſtea ſubijcit. de reſtit. in
integr. Idem Bero. q. 14. n. 3. Valaſc. de em-
phyteuſ. q. 32. n. 35. in princ. Burſatt. conſ.
26. n. 19. & 20. lib. 1.*

In caſu autem noſtro multæ adſunt coniecturę,
quod ſimus in contractu emphyteotico, po-
tius quam in cenſuali, Etenim ſoluitur ca-
10 non in fructibus, † & redditibus, videlicet
in quatuor cadis vini, quæ reſponſio arguit
emphyteoſim, quidquid aliud ſit, ſi ſoluere-
tur in pecunia, tunc enim argueretur cenſus
*Valaſc. de emphyteuſ. q. 32. in fin. verſ. vnum
non prætercam. fol. 378.*

Adeſt etiam ſolutio modicæ reſponſionis, ex
11 qua præſumitur potius emphyteuſis † in re-
cognitionem directi dominij, quidquid aliud
ſit in magna, quæ ſolet dari in recõpenſatio-
nem fructuum *Mandoſ. in d. c. 1. n. 41. in
fin. de reſtit. in integr. poſt Catellan. in
verb. emphyteutæ regulariter. in princ. verſ.
rationem diuerſitatis.*

Cum etiã aſſeratur in inſtrumento dotali qua-
12 tuor cados vini ſolui pro cenſu, † ſeu ca-
none, ex quibus verbis ſumitur coniectura,
quod

quod ſimus in emphyteuſi, non autem in con-
tractu cenſuali, cum enim iſti contractus
non ſe compatiantur *Gloſ. in §. adeo. inſtit.
locat.* dicendum eſt, quod verba illa pro ca-
none poſita ſecundo loco tollant alia verba
pro cenſu prius poſita, adeò vt per iſta cen-
ſeatur receſſum à primis, ita in ſpecie notat
Menoch. præſumpt. 106. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 3.
Euerard. loco argument. 31. *de emphyteuſ. ad
cenſ. n.* 10. *in fin. fol.* 201. iuxta *l. ſi quis an-
te. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Neque eſt habenda ratio prætenſę enormiſſimæ
læſionis, cum vinea ſit valoris ſcutorũ 1500.
prout fuit data in dotem iuxta talem valo-
rem, ſubhaſtatio autem fuit facta pro ſcutis
442. Quia læſio non arguitur ex iſta datione
dotali, cum enim exceſſerint multi anni,
13 & vineæ ſingulis † quibuſcumque diebus de-
teriorentur, debet probari, quod inſpecto
tempore ſubhaſtationis pretium vineæ fue-
rit, prout præſupponitur, cum alias non di-
catur conſtare de aliqua læſione *l. ſi volun-
tate. C. de reſcind. vendit. l.* 3. *§. diui. ff. de
iur. fiſc. Gloſ. in c. cum cauſam. de teſtib.
Ang. conſ.* 312. *col.* 3. *Aim. conſ.* 114. *n.* 16.
Rot. decif. 577. *n.* 4. *p.* 1. *in recentior.* iuxta
*c. ad aures. de reb. eccleſ. non alien. Bart. in
l. pretia rerum. §.* 1. *n.* 2. *vbi Alex. n.* 10. *ff. ad
leg. falcid.* Caputaq. *decif.* 264. *n.* 9. *p.* 3. *Rot.
coram Sanctiſſ. Gregor. XV. decif.* 570. *n.* 5.
& decif. 406. *n.* 15.

Et pretium, de quo in inſtrumento dotali, eſt
affectionis, & ad magnificandum dotes,
14 quod non attenditur † *Bart. in l. pretia re-
rum. n.* 2. *vbi Alex. n.* 11. *ff. ad leg. falcid.
Rot. decif.* 648. *n.* 3. *par.* 1. *in recentiorib.* vbi
etiam *n.* 5. *&* 6. quod læſio ad effectum re-
ſcindendi ſubhaſtationem debet eſſe vltra
15 dimidiam iuſti pretij, † cum de iure non at-
tendatur quælibet iniuſtitia pretij, ſed illa,
quæ aſcendit vltra dimidiam *Abb. in c. ad
noſtram. n.* 9. *de empt. & vendit. Decian.
conſ.* 2. *n.* 173. *lib.* 1.

Maximè, quia non ſolum per Aduerſarium
probatur iſta læſio, ſed potius per peritos
communiter electos conſtat verum pretium
vineæ aſcendere ad valorem, pro quo poſtea
fuit facta ſubhaſtatio, & deliberatio præuia
16 illorum concordi relatione, † quibus peritis
ſtandum eſt, itaut etiã illi præferantur teſti-
bus *Dec. conſ.* 489. *n.* 12. *Honded. conſ.* 31.
n. 46. *lib.* 1. *Rot. coram Sanctiſſ. Gregor. XV.
decif.* 161. *n.* 8. *Card. Seraph. decif.* 665. *n.* 7.
Quamuis etiam periti nullam rationem red-
derent ſuæ depoſitionis *Albenſ. conſ.* 20. *n.* 15.
Dec. in c. propoſuiſti. col. 5. *de probat.* Cum
etiam in dubio pretium ſubhaſtationis præ-
ſumatur iuſtum *Surd. conſ.* 256. *n.* 4. *lib.* 3. Ma-
ximè ſtante decreto Iudicis, quod interue-
nit in ſubhaſtatione *Rot. decif.* 648. *n.* 1. *p.* 1.
in recentiorib.

Et magis debet concedi mandatum de manute-
nendo Andreæ, quia vltra prædicta pro-
batur per eum multa melioramenta fuiſſe
17 facta in huiuſmodi vinea, † non ſolum in
genere, ſed etiam in ſpecie, vt in *ſummar.
n.* 6. pro quibus danda eſt retentio *l. colonus.
ff. locat. Iaſ. in l.* 2. *n.* 27. *C. de iur. emphyt.
Pariſ. conſ.* 55. *n.* 23. *lib.* 3. *Gozad. conſ.* 86.
n. 25. *Ruin. conſ.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. *Roland. conſ.*
28. *n.* 26. *cum ſeq. lib.* 1. *Rot. decif.* 161. *n.* 5.
p. 2. *in recentiorib.* Non obſtante, quod ex-
aduerſo prætendatur non dari talem reten-
tionem, cum poſſeſſio Andreæ ſit nulla,
Quia ex ſupradictis ſatis oſtenſum eſt de va-
liditate ſubhaſtationis, & poſſeſſionis inde
18 ſecutæ, † maximè, quia debet probari no-
toria nullitas, & iniuſtitia ad hoc, vt Iudex
non dicatur priuaſſe poſſeſſorem, immitten-
do aliũ vigore deliberationis ei factæ, quod
nedum fuit probatum, ſed immo conſtat de
contrario *Aim. conſ.* 188. *n.* 8. *Rot. decif.* 646.
n. 5. *par.* 2. *in recentiorib. poſt Abb. conſ.* 41.
n. 2. *lib.* 2.

Neque eſt conſiderandum, quod in iudicio ſub-
haſtationis non fuerint citati Leuinius, &
Gregorius fratres poſſidentes in communi
dictam vineam cum alijs fratribus, qui im-
poſuerunt cenſum, Quia cum eadem vinea
fuiſſet data in dotem Margaritæ ſorori in ſo-
lidum obligatæ pro cenſu, & ipſa poſſideret,
non erat opus alia citatione facienda de di-
ctis fratribus, qui licet non interuenerint
19 huiuſmodi dationi dotali, † Tamen per te-
ſtes, de quibus in *ſummar. n.* 4. probatur
illam fuiſſe per eos ratificatam ex conſenſu
poſtea ſubſecuto, qui idem operatur ac ſi in
ipſa aſſignatione dotis interueniſſet, tan-
quam illa æquiparetur mandato, etiam ſi
ſpeciale requireretur *l. fin. C. ad macedon.
Bald. in l. quod ſi ſpeciali. ff. de minorib.
Dec. in l. vlt. §.* 1. *in* 2. *notab. ff. quod quiſ-
que iur. Surd. conſ.* 43. *n.* 13. *& conſ.* 60.
n. 14. *lib.* 1.

Et magis talis ratificatio comprobatur, quia
ſumus in actu omnino neceſſario pro mari-
20 tanda, † & dotãda Margarita ſorore, ad quam
omnes fratres tenebantur ex diſpoſitione
patris ita mandantis in teſtamento, vt in
ſummar. n. 5. & ex diſpoſitione iuris com-
munis, & ſtatuti *Bald. Nouell. de dot. par.* 6.
priuil. 16. *col.* 3. *ad fin. Theſaur. decif.* 192.
n. 8. *ad med.*

Minus obſtat, quod vinea ſpectaret ad Viri-
dem maritum Margaritæ, cui fuit data pro
fundo dotali, ideo erat citandus tanquam
principalis, & contra eum tanquam tertium
poſſeſſorẽ agendum via ordinaria, nõ autem
21 executiua, prout actũ fuit, † Quia ſtantibus
clauſulis, de quibus in inſtrumento cenſus
videlicet conſtituti, precarij, & facultate
ingrediendi propria auctoritate, cum alijs,
quæ extenduntur in huiuſmodi obligationi-
bus, dicuntur affecta bona ita & taliter, vt
poſſit dari remediũ executiuum, etiã contra
tertium poſſeſſorem eo quoq; non citato, &

Stephani Gratiani

non liquidato negotio, vnde multò magis in
caſu noſtro, in quo adeſt citatio, licet non
ſit ſacta per viam iudicij ordinarij, ſed exe-
cutiui latè *Cæſar Barzius deciſ. Bononienſ.*
108. *n.* 35. *&* 36. *poſt Galleſ. ad form. obligat.*
cameral. par. 3. *q.* 5. *n.* 3. *Mathe. Coler. de*
proceſſib. executiu. par. 3. *c.* 12. *n.* 73. *Gozad.*
conſ. 95. *n.* 8. *&* 9. *Bou. de ſtatutar. vrb. præ-*
ſcript. gloſ. 20. *n.* 25. *Viui. deciſ.* 177. *n.* 1. *cum*
ſeq. lib. 1. *Aſin. in prax.* §. 31. *limit.* 35. *n.* 4.
fol. 383. *&* §. 7. *n.* 182. *Gutier. de contractib.*
iurat. c. 23. *tom.* 6. *p.* 2. *fol.* 72. *Turzan. in*
ſuis commun. opin. in verb. pactum de in-
grediendo. poſt Bart. Bald. Caſtr. & alios in
l. 3. *C. de pignorib.*

Cum præſertim non poſſit dici, quod agendo
22 via executiua, † & non ordinaria Iudex no-
toriè grauauerit partem, & illam ſua poſ-
ſeſſione ſpoliauerit, tanquam perſona priua-
ta, quia non ex hoc fuit ſublata funditus de-
fenſio, ſed tantum variatus ordo, & modus
defenſionis, quod non operatur notorium
grauamen ſtante prædicto pacto executino
Affl. ſuper conſtit. Regn. rubr. 8. *de cultu*
pacis. n. 17. *lib.* 1. *fol.* 49. *Coler. de proceſſib.*
executiu. p. 1. *c.* 6. *n.* 69. *fol.* 194. *& p.* 3. *c.* 7.
23 *n.* 19. *fol.* 617. † Adeo vt ceſſante iſto notorio
grauamine non conſideretur iſtud præten-
ſum ſpolium in Iudice, cum iniuſtitia ad
iſtum effectum debeat eſſe talis, vt nulla
parte poſſit velari, tanquam ſimus in actu
iudiciali, pro quo magis præſumitur, quam
pro extraiudiciali *Gemin. conſ.* 136. *alias*
146. *col.* 1. *ad med. Dec. conſ.* 449. *viſis duo-*
bus. col. 5. *poſt med. n.* 30. *Aim. conſ.* 65. *n.* 4.
Card. Seraph. deciſ. 867. *n.* 1.

Ex quibus colligitur, quod nec Viridis, nec
Henricus, nec Leuinius, & Georgius poſ-
ſunt de iure manuteneri, & manutentio eis
data non ſubſiſtit, tanquam fuerint iuſtè pri-
uati eorum poſſeſſione vigore ſubhaſtatio-
nis, & deliberationis, & poſſeſſionis inde ſe-
cutæ ad fauorē Andreæ, qui potius eſt manu-
24 tenendus ex ſupra allegatis, † non obſtante,
quod iterum opponitur de validitate cenſus
tanquam facti non ſolum ſuper re emphy-
teotica, ſed etiam ſuper iuribus competen-
tibus venditori eiuſdem cenſus, ob quam
cauſam non erat opus beneplacito, Quia
talis conſtitutio cenſus, quamuis ſit valida
ſuper dictis iuribus, tamen ſuſtinetur ſolum
durante vita imponentis cenſum, vnde cum
nō ſit perpetuus, neceſſe erat obtinere bene-
placitum, tanquā per iſtam ſolam impoſitio-
nem non eſſet plenè ſatisfactum emptori cē-
ſus, qui non debet ſequi periculum vitæ ven-
ditoris, ideo ſatis conſtat de inualiditate
cenſus, cum ſuſtineatur ſolum temporaliter
latè *Ludouic. Cencius in tract. de cenſib. p.* 1.
c. 2. *q.* 2. *art.* 2. *n.* 10. *fol.* 41. iuxta *deciſ. Rot.*
coram R. P. D. Rubeo Romana vinearum
de Maximis. 4. *Februarij* 1577. impreſſ. *ibid.*
in fin. deciſ. 48. *n.* 2. de qua etiam per *Card.*
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 22. *tit.* 28. *n.* 50. *Foller. in prax. cenſual.*
25 *in verb. huiuſmodi. n.* 21. *&* 41. † Cum etiam
in caſu noſtro, non probentur iſta iura com-
petentia venditori cenſus, vnde multò ma-
gis dicetur idem cenſus conſtitutus ſuper re
ipſa, quàm ſuper alijs iuribus, prout etiam
in dubio ita præſumitur *Felician. de cenſib.*
tom. 2. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 5.

Additur etiam iniuſtitia mādati fratribus Ad-
uerſarijs conceſſi, cum non potuiſſet illud
26 dari pro tota vinea, † prout datum fuit, ſed
pro portione ad eos tangente ſtantibus alijs
fratribus in communione exiſtentibus, adeo
vt propter huiuſmodi exceſſum conſtet de
grauamine, & omnia ſint reuocāda, & annul-
landa, quamuis etiam exceſſus eſſet in mo-
dico *Caſtr. in l. ſi non ſortem.* §. *ſi centum.*
n. 2. *vbi Iaſ. n.* 1. *ff. de condict. indeb. Natt.*
conſ. 631. *n.* 37. *Alex. in l. vlt. in gloſ. fin.*
ff. de iuriſd. omn. iudic. Put. deciſ. 323. *lib.* 1.
Rot. diuerſ. deciſ. 221. *n.* 1. *p.* 2. *& in recentior.*
deciſ. 630. *n.* 3. *p.* 2. *Tiraq. de retract. lignag.*
§. 23. *gloſ.* 1. *n.* 23. *Bald. in l. certi condictio.*
§. *quoniam. n.* 8. *vbi Socin. n.* 29. *ff. ſi cert.*
petat. Rom. in l. ſi is ad quem. n. 8. *ff. de*
acquir. hæredit. & in l. 1. §. *penult. n.* 36.
ff. de verb. obligation.

Et dum iterum opponitur de læſione, fuit oſten-
ſum *ſupr. n.* 13. de ea non conſtare, ma-
27 ximè, quia iſta exceptio læſionis † tanquam
requirens altiorem indaginem non retardat
remediū manutentionis, prout neque ſimilia
iudicia executiua, ſtante præſertim decreto
iudicis, & alijs adhibitis in ſubhaſtatione,
& deliberatione, de qua agimus *Aim. conſ.*
114. *n.* 2. *Dec. in l. ſingularia. n.* 13. *ff. ſi cert.*
petat. cum alijs per *Rot. coram Sanctiſſ. Gre-*
gor. XV. deciſ. 120. *n.* 14. *vſque ad* 19. *&*
deciſ. 406. *n.* 13. *&* 14.

Cum igitur non conſtet de notoria iniuſtitia
Iudicis, eſt concedenda manutentio poſſi-
28 denti auctoritate eiuſdē Iudicis, † per quem
priuatus fuit Aduerſarius omni poſſeſſione
ciuili, & naturali *Ang. in l. clam poſſidere.*
§. *qui ad nundinas. n.* 2. *in fin. & ibid. Alex.*
n. 2. *Rom. n.* 3. *ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ.*
103. *n.* 1. *Mohedan. deciſ.* 4. *n.* 4. *de reſtitut.*
ſpoliator. Rot. diuerſ. deciſ. 141. *n.* 2. *& de-*
ciſ. 802. *n.* 6. *par.* 2. *& coram Sanctiſſ. Gre-*
29 *gor. XV. deciſ.* 582. *n.* 5. † Etiam abſque ali-
qua expulſione colonorum *Card. Seraphin.*
deciſ. 1325. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 345. *n.* 3. *& deciſ.*
557. *n.* 2. *p.* 2. *in recentior.*

In huiuſmodi cauſa Romana vineæ fuit per Ro-
tam denegata manutentio Andreæ, & con-
ceſſa aduerſarijs *die* 9. *Iunij* 1623. *coram*
R. P. D. Remboldo. & rationes deciſionis
non adducuntur, cum adhuc non fuerit ex-
tenſa, præſertim, quia in dubio iterum in
Rota proponendo adducuntur multa, ex
quibus magis conſtabit de bono iure con-
cernente manutentionem per Andream pe-
titam,

titam, quæ omnia latius ponentur in capite particulari cum deciſionibus, ac alijs ad cauſā ſpectantibus ad hoc vt poſſit firmari ſtatus iſtius cauſæ non ſolum in iudicio poſſeſſorio, de quo modò agitur, ſed etiam in petitorio.

E P I T O M E.

DEcretum camerale anni Sancti quid cōtineat, & ob quam cauſam fuerit factum, & quas perſonas compræhendat. ¶ Et an in eo veniant non ſolum domus, ſed apothecæ, granaria, fœnilia, & ſimilia. ¶ Et de ſignificatione talium rerum. ¶ Et an granarium ſit prædium vrbanum. ¶ Clauſula decreti irritantis quid operetur. ¶ Qualitas cedulæ bancariæ, & modi ſoluendi penſionem appoſita in ſecunda locatione, quando faciat nouum contractum, itaut non poſſit dici cōtinuatio primæ locationis, ſed ſit cōtrauentum decreto anni Sancti. ¶ Iudex quo caſu poſſit interpretari dubia iuris in conſtitutione, ſeu ſtatuto contenta. ¶ Et quando pro tali interpretatione ſit recurrendum ad ſuperiorem.

S V M M A R I V M.

1 *Penſio domorum, ſeu apothecarum non poteſt augeri reſpectu anni Sancti iuxta decretum camerale, & de eius intellectu, & quas perſonas, & quæ bona comprahendat.*

2 *Clauſula decreti irritantis quid operetur.*

3 *Horreum, ſeu granarium venit appellatione apotheca, & cuiuſcumque loci ad reponendas merces, & quid aliud ſignificet. n. 4.*

5 *Apotheca nihil aliud eſt, quam repoſitorium, & in quo differat à cella, & quando accipiatur pro taberna, & loco ad merces vendendas. n. 6. 7. & 8.*

9 *Decretum camerale reſpectu anni Sancti ob quam cauſam fuerit factum.*

10 *Diſpoſitio extenditur ad caſus, in quibus adeſt eadem ratio.*

11 *Granarium, ſeu horreum dicitur prædium vrbanum.*

12 *Qualitas cedula bancaria appoſita in ſecunda locatione facit, vt ſecunda locatio ſit noua, & non antiqua. n. 13. & 14.*

15 *Adiectio noui grauaminis, & modi ſoluendi penſionem operatur, vt ſit contrauentum decreto camerali anni Sancti. & n. 16.*

17 *Locatio ſecunda non poteſt dici, quod ſit continuatio primæ locationis, quando alterantur illius ſubſtantialia.*

18 *Iudex quo caſu poſſit interpretari dubia iuris in conſtitutione, ſeu ſtatuto contenta. Et quando pro tali interpretatione ſit recurrendum ad ſuperiorem. n. 19.*

20 *Interpretatio priuilegiorum, reſcriptorum, extrauagantium, ſententiæ, & ſimilium ad quem ſpectet. n. 21.*

22 *In claris non datur interpretatio.*

C A P. DCCCCXXVII.

EVacuationi prætenſæ, de qua agebatur
in cauſa Romana locationis, dixi non
eſſe locum, cum obſtet decretum Camera-
1 le, per quod ſtatuitur, † vt in futurum re-
ſpectu anni Sancti, ſeu Iubilei quandocum-
que is annus venerit per duos annos antea,
& ipſo anno Sancto, inquilinis, & ſubinqui-
linis penſio domus, ſiue apothecæ per eos
conductæ, & ſubconductæ à dominis ipſius,
nec augeri, nec modus ſoluendi penſionem
alterari poſſit, ſiue veteres inquilini in con-
ducta domo, vel apotheca manere velint,
ſiue noui conducant ſub pœnis in eodem
decreto contentis, & præcepto, vt domini
domorum, & apothecarum ad vnguem, &
inuiolabiliter omnia prædicta obſeruare, &
adimplere valeant, & per quoſcumque Iudi-
ces ita definiri, & iudicari debeat cum clau-
2 ſula decreti irritantis, † per quod dicitur
data certa, & ſpecialis forma, irritando om-
nia, quæ in contrarium fiunt, & tollendo om-
nes iuris effectus, itaut nec aliquod iuris fo-
mentum habeant, operando nullitatem actus
ab initio, continendo inhibitionem in ven-
tre implicitam, ligando tàm ſcientes, quàm
ignorantes quo ad nullitatem geſtorum in
contrarium *c. ſi eo tempore. de elect. in 6.
Caſſad. deciſ. 12. n. 4. & 5. ſuper regul. Gomeſ. de annal. q. 5. ad fin. & q. 23. n. 4. Ferret. conſ. 314. n. 10. lib. 2.* cum alijs latè per *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 67. n. 12. vſque ad 22.*
Et quamuis decretum loquatur in domibus, &
3 apothecis, Tamen etiam horreum, † ſeu gra-
narium venit appellatione apothecæ, cum
horreum accipiatur pro quocumque loco
ad reponendas merces, & partem pretioſiſ-
ſimam fortunarum ſuarum vel mercium,
ſeu aliarum rerum, quæ aſſeruari conſue-
uerunt *l. 3. ad med. ff. de offic. præfect. vigil. Alciat. in l. pacta nouiſſima. n. 36. C. de pact. Bertaz. clauſul. 19. gloſ. 6. n. 4.* cum
alijs per *Rebuff. in l. impenſæ neceſſariæ. 79. §. vtiles impenſas. col. 5. verſ. & horreum. & verſ. generaliter ergo capitur. ff. de verb.
4 ſignificat. fol. 515.* † vbi quod accipitur pro
horreo frumentario, ſeu vinario, ſeu penua-
rio, vbi imponuntur, quæ ſunt neceſſaria
eſui, & potui *l. titius horreum. ff. de acquir. rer. domin. l. tabernam. ff. de fund. inſtruct. l. qui penum. in fin. ff. de pen. legat. l. hæres abſens. 19. §. at ſi quis. ff. de iudic. l. ſi vero. §. ait prætor. ff. de his qui deÿcer. l. vlt. §. fin. ff. de pignorat. action.*
Neque in hoc eſt immorandum, cum nulla
5 prorſus adſit difficultas, † Etenim apotheca
nihil aliud eſt, quam repoſitorium, & differt
à cella, vt apotheca ſit maius quoddam re-
poſitorium, cella verò minus ad vſum ſcili-
cet quotidianum, ideo pars fructuaria diui-
ditur in cellam oleariam, torculariam, cel-
lam vineariam, defructuariam, fenilia, pa-

lcariaq. , & apothecas , & horrea *Mar. Ni-*
zol. in theſaur. lingua latin. in verb. apo-
6 *theca. fol.* 172. *poſt* Columell. *lib.*1. *c.*8. † &
de huiuſmodi cellis *Prateius in lexic. iur. in*
verb. cella. fol 42. *Spiegel. etiam in lexic. iur.*
in verb. cellarij. fol. 94. *& in verb. apotheca.*
7 *fol.* 50. vbi quod apotheca † idem eſt , quod
cella vinaria *l. vulgaris.* 21. *§. ſed ſi anſam.*
ff. de furt. Et paſſim apotheca ſignificat ta-
8 bernam , † & locum ad merces vendendas
Alber. in l. ſi in teſtamento. in princ. ff. de
fund. inſtruct. Bart. in l. cum pater. §. men-
ſa. n. 8. *ff. de legat.* 2. *Rot. coram Sanctiſſ.*
deciſ. 123. *n.* 2.

Maximè , quia huiuſmodi prouiſio fuit facta
per ſummos Pontifices , ne turbentur Curia-
9 les , † inquilini , & ſubinquilini in iſtis loca-
tionibus eis factis , quorum tranquillitati
voluerunt conſulere propter lætitiam anni
Sancti , atque deuotionem ab omnibus cum
benedictione ſuſcipiendam, quæ ratio mili-
tat tam in domibus , quàm in granarijs , &
pergulis , & officinis , & cellis , & ſimilibus
locis in affictum dari ſolitis , itaut in omni-
bus ſit idem ſtatuendum, extendendo etiam
diſpoſitionem quatenus de eis non loquere-
10 tur, † vnde multò magis quando ſub eodem
nomine veniunt *Bart. & Bald. in l. regula.*
§. ſi quis ius ignorans. ff. de iur. & fact.
ignorant. l. 2. *§. mater. ff. ad tertullian. l. no-*
men debitoris. §. fin. ff. de legat. 3. *Surd. conſ.*
11 215. *n.*17. *lib.*2. † Cum præſertim ſimus in lo-
catione prædij vrbani, prout vrbanum dici-
tur horreum , ſeu granarium *l. ſi horreum.*
ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. con-
trahit. Capoll. de ſeruitutib. vrbanor. præ-
dior. c. 5. *n.* 11. *tom.* 6. *par.* 2. *fol.* 180.

Neque obſtat, quod non videatur aucta penſio
domus , cum ſolum prætendatur fieri loca-
tionem pro quinquennio, & cum cedula ban-
12 caria , † Quia cum iſtæ duæ qualitates non
adſint in prima locatione, ſatis dicitur alte-
rata penſio , & modus illam penſionem ſol-
uendi , quod in ſpecie reprobatur per decre-
tum Camerale , in quo expreſsè mandatur
non poſſe mutari modum ſolutionis penſio-
13 nis , † Quod etiam eſt de iure, cum qualita-
tes adiectæ in diſpoſitione illam reponant
in diuerſa ſpecie *Bart. in l. ſi quis poſthumo.*
*§. ſi filium. in fin. vbi Iaſ. n.*51. *ff. de liber.*
& poſthum. Crot. conſ. 50. *n.* 8. *Natt. conſ.*
362. *n.* 18. *Bero. conſ.* 128. *n.*12. *lib.*2. *Surd.*
conſ. 34. *n.* 43. *lib.*1. *& conſ.*179. *n.*40. *lib.*2.
14 Itaut ſtante adiectione † iſtarum qualitatum
dicatur noua locatio, & ſtipulatio *Idem*
*Surd. conſ.*202. *n.*8. *lib.*2. *poſt Alex. conſ.*21.
n. 2. *lib.* 2. *Tiraquel. de retract. conſangui-*
nit. §. 1. *gloſ.* 18. *n.* 55. *Menoch. conſ.* 103.
n. 37. *lib.* 1.

Et clarum eſt , quod per præſtationem cedulæ
bancariæ pro quinquennio locationis faciē-
dæ dicitur aucta penſio , cum tales cedulæ
non poſſint dari , niſi ſoluta mercede Ban-
15 cherio , † qui non ſe obligat gratis , immo
dantur ei tot pro centum , adeo vt ſtante
adiectione iſtius noui grauaminis, cenſeatur
contrauentum Decreto Camerali, per quod
prohibetur non ſolum augmentum penſio-
nis, ſed etiam alteratio modi ſoluendi eam-
dem penſionem , Cum etiam prætendatur
perſeueratio in locatione per quinquenniū ,
16 quod eſt aliud grauamen , † vltra præſtatio-
nem cedulæ , adeo vt ſit in totum alterata
prima locatio , quæ tamen non poterat in
aliquo alterari , ad hoc vt dicatur eadem
cum prima *Surd. conſ.*551. *n.*13. *lib.*4. *& de-*
*ciſ.*220. *n.*37. Maximè, quia ſumus circa ſub-
17 ſtantialia , † non autem accidentalia ipſius
contractus locationis *Bart. in l. ius ciuile.*
in fin. ff. de iuſt. & iur. & in l. edita. n. 1.
*vbi Iaſ. & Dec. C. de edend. Surd. deciſ.*70.
n. 14. *&* 15.

Ex prædictis patet , quod huiuſmodi Decre-
tum Camerale compræhendit etiam grana-
ria. & fenilia , & ſtabula, ac omnes alias res,
quæ vſui domus , & apothecæ ſunt paratæ ,
vnde non eſt dubitandum de tali interpreta-
tione, tanquam clara, & aperta, & conformi
menti ſummi Pontificis, quam Iudices de-
18 bent facere , † cum habeant facultatem in-
terpretandi in cauſis coram eis controuer-
ſis, quantū ad ius litigatoris pertinet *Felin.*
in c. inter alia. 31. *in princ. de ſentent. ex-*
communication. & in c. paſtoralis. 8. *de fid.*
inſtrum. vbi quod eſt multum notandum, &
ſingulare *Abb. in c. cum ſpeciali. de appel-*
lation. & in c. cum veniſſent. de iudic. & in
*c.*1. *de iuram. calumn. Dec. in l. in ambiguis*
orationibus. 96. *n.*2. *ff. de regul. iur. Aim. in*
conſ. pro gener. n. 99. *verſ. quin etiam.*
Ancbar. in c. 1. *col.* 5. *de conſtitution. Imol.*
19 *in c. veniens. de renunciat.* † Quidquid alias
interpretatio ſpectaret ad Principem, cum
eius ſit interpretari , cuius eſt condere *l. ex*
facto. in princ. ff. de vulgar. l. neratius. ff. de
regul. iur. Dec. in d. l. in ambiguis orationi-
bus. 96. *n.*1. *vſque ad* 5. *ff. eod. tit. poſt Bart.*
in l. omnes populi. n. 54. *ff. de iuſt. & iur.*
Felin. in c. paſtoralis. 8. *n.*3. *cum ſeq. de*
20 *fid. inſtrument.* † vbi multa de interpreta-
tione ſuper dubio intellectu iuris , priuile-
giorum, reſcriptorum, ſtatutorum, extraua-
gantium , & ſimilium , de quibus etiam per
Bald. & Caſtr. in l. hi qui. C. de appellat.
*Oldrad. conſ.*230. *vrbanus epiſcopus. ad fin.*
Cardin. in clem. 1. *de conceſſ. præbend. Dec.*
21 *in d. l. in ambiguis. n.*3. *cum ſeq.* † vbi etiam
de interpretatione ſententiæ facienda per
Iudicem ſemel tantum *Alex. in l.*2. *§. fin. ff.*
de liber. & poſthum. & in l. actorem. ff. de
re iudic. iuxta *l. ab executore. in princ. vbi*
*Imol. ff. de appellat. Bald. in l.*2. *C. de ſent.*
ex breuic. recitand. Iaſ. in l. quod iuſſit. col.
11. *de re iudic.*

Quamuis in caſu noſtro verba Decreti came-
ralis ſint adeo clara, vt Iudex non poſſit ali-

ter

22 ter interpretari, † niſi prout illa dicuntur *Bart. in l. ab executore. in princ. col. penult. ff. de appellat. Bald. in l. ea quæ. C. comminat. vel epiſtol. & in l. placet. in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. quæ ex relationibus. ad fin. C. de legib. & in l. 1. C. de relation. Aret. conſ. 56. poſt abſolutum. in fin. Alex. conſ. 216. nec arguendi ſumm. in fin. verſ. ad decimum & vltimum. lib. 2. Dec. in l. in ambiguis orationibus. 96. n. 2. ad fin. ff. de regul. iur. Imol. in l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de verbor. obligationib.*

EPITOME.

IN conditione poſiti quando cenſeantur vocati. ¶ Siue ſimus in filijs, & deſcendentibus, ſiue in extraneis. ¶ Vel adſit clauſula in ſtirpes, & non in capita. ¶ Seu concurrat pia cauſa poſt ſubſtitutiones factas. ¶ Vel ſit prohibita trebellianica, & falcidia. ¶ Siue teſtator grauauerit vltimum ex vocatis. ¶ Et vſus fuerit verbis ablatiuis abſolutis. ¶ Et quales coniecturæ debeant per Iudicem admitti ad effectum prædictum vocationis eorum, quos teſtator in conditione poſuit.

SVMMARIVM.

1 *Filij, & deſcendentes in conditione poſiti non cenſentur vocati. & n. 7.*

2 *Teſtator grauando vltimum ex vocatis cenſetur illos voluiſſe ſuccedere. Contrarium n. 3. & 4.*

5 *Affectio ordinata an conſideretur in patre quo ad filios, & deſcendentes, itaut cenſeatur eos in conditione poſitos vocaſſe, quidquid ſecus ſit in extraneis. & n. 6.*

8 *Filij poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos quando cenſeantur vocati. & n. 9.*

10 *Clauſula in ſtirpes, & non in capita an faciat magis præſumere vocationem filiorum in conditione poſitorum. & n. 11.*

12 *Coniectura concurſus piæ cauſæ poſt ſubſtitutiones factas an operetur, vt in conditione poſiti ſint vocati. & n. 13.*

14 *Prohibitio detractionis trebellianicæ, & falcidiæ an inducat vocationem eorum, quos teſtator in conditione poſuit. n. 15. & 16.*

17 *Iudex non debet admittere coniecturas, niſi concludentes ad effectum, vt dicantur vocati, qui ſunt in conditione poſiti.*

CAP. DCCCCXXVIII.

FIlij, & deſcendentes Matthæi in conditione poſiti, quod non cenſeantur vocati videtur concludendum in caſu, & ad effectũ,
1 de quo agimus, † prout eſt communis opinio iuxta *Gloſ. in l. Iulius. la 2. ff. de heredib. inſtituend. Alex. conſ. 185. lib. 2. & conſ. 199. col. 2. eod. lib. Bocr. conſ. 155. n. 17. Caſtr. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. centurio. col. 29. ff. de vulgar. & pupillar. Curt. Iun. conſ. 96. in princ.* & latè comprobat *Roland. conſ. 52. n. 5. col. 5. verſ. quibus tamen non obſtantibus. lib. 3.*

Non obſtat, quod teſtator inſtituit Matthæum filium, & eidem Matthæo quandocumque decedenti ſine filijs, vel deſcendentibus, ſeu eidem decedenti cum filijs, & deſcendentibus in pupillari ætate, vel poſtea; vltimo ſic decedenti ſubſtituit Petrum Michaelem, & Gaudentium ſuos nepotes ex fratre in ſcutis 200. & reſiduum omnium bonorum, & iurium deuenire voluit ad Barbarã, & Franciſcam ſuas filias cum onere, de quo in te-
2 ſtamento, † Ex quibus verbis colligitur, quod per teſtatorem fuit grauatus vltimus ex eis, vnde in neceſſarium antecedens diſcendum eſt, quod illos voluerit vocare non enim iſti filij, & deſcendentes Matthæi, vel illorum vltimus potuiſſent grauari ad reſtituendam hæreditatem, niſi prius illam habuiſſent iuxta ſententiam *Bart. in l. centurio. n. 37. verſ. ſi vero relinquitur nominatim. ff. de vulgar. & pupillar. Cephal. conſ. 93. lib. 1. Decian. conſ. 44. n. 51. lib. 3. Menoch. conſ. 93. n. 98. lib. 1. & præſumpt. 76. n. 39. lib. 4.*

Quia contraria opinio eſt verior, & magis com-
3 munis, † cũ non ſequatur vt ille, qui fuit grauatus, cenſeatur honoratus *l. ab eo. C. de fideicommiſſ.* prout in ſpecie tenet *Bart.* ſibi contrarius *conſ. 7. andreas martini. ad fin. Iaſ. in d. l. centurio. n. 57. & ibi Rip. n. 166. ff. de vulgar. & pupill. Ancbar conſ. 137. ad fin. Alex. conſ. 219. n. 2. lib. 2. & conſ. 24. n. 6. lib. 3. Curt. Sen. conſ. 42. n. 5. in fin. Socin. conſ. 62. n. 10. Rom. conſ. 102. n. 7. & conſ. 313. n. 4. lib. 2. Bertrand. conſ. 251. n. 3. lib. 2. p. 2. Couar. in c. raynutius. §. 3. n. 3. de teſtament. Cephal. conſ. 27. n. 17. lib. 1. Pariſ. conſ. 31. n. 4. & conſ. 87. n. 13. lib. 2.* Cæteros conſultò omit-
4 to, † quia hæc ſententia eſt magis approbata, & contraria reiecta, vt teſtatur *Roland. conſ. 51. n. 11. lib. 3.* cum alijs relatis per *Gabr. de fideicommiſſ. concluſ. 4. n. 18.* latiſſimè *Ruſtic. quand. fil. in condit. poſit. c. 2. par. 2. n. 1. cum ſeq. fol. 83. Glar. in §. teſtamentum. quæſt. 78. col. penult. in princ. verſ. ſed quidquid dicant præallegati.*

Nec obeſt, quod ſimus in filijs, & deſcendentibus teſtatoris, in quibus conſideratur illius affectio ordinata, vt ſui deſcendentes ei
5 ſuccedant, † ideo tales filij poſiti in conditione intelligentur vocati, quidquid aliud ſit in extraneis, qui non dicuntur vocati, itaut quo ad ipſos grauamen reijciatur, vt diſtinguit *Glar. in d. §. teſtamentum. q. 78. col. vlt. ad med. verſ. dico ergo,* quem refert *Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat.*
6 *lib. 11. tit. 3. n. 2. in fin.* † Quia huiuſmodi diſtinctio eſt contra omnes ſupra allegatos, qui in ſpecie loquuntur etiam de filijs, & de-

ſcendentibus teſtatoris, non autem de ex-
traneis *Alex. conſ. 219. n. 1. & 2. lib. 2. Socin.*
conſ. 69. col. 9. in princ. verſ. præterea & ſe-
cundo. lib. 3. Bellon. conſ. 81. n. 5. Dec. conſ. 290.
viſis & diligenter conſideratis in fin. &
conſ. 422. & pro tenus facultate. n. 2. Graſſ.
in §. fideicommiſſum. q. 14. n. 2. verſ. ſed hæc
quoque dubia. Celſ. Vgo. conſ. 20. n. 18. Soarez.
ad Gomeſ. lib. 1. variar. reſolut. c. 5. de ſub-
ſtitut. fideicommiſſ. n. 24.

Maximè, quia in caſu noſtro teſtator ſimplici-
ter dixit ſi filius meus ſine filijs deceſſerit,
7 volo, vt reſiduum omnium bonorum, † &
iurium deueniat ad Barbaram, & Frãciſcam
filias, tunc enim non eſt expreſsè iniunctum
onus ipſi filio inſtituto, neq; filijs in cõditio-
ne poſitis, ideo nõ eſt tenenda opinio *Bart.*
ſed contraria, quod ſcilicet tales filij in con-
ditione poſiti non cenſeantur grauati, nec
vocati, ſed ſolum intelligatur iniunctum
grauamen ipſi filio inſtituto ſub duplici con-
ditione, videlicet ſi deceſſerit ſine filijs, vel
ſi eius liberi pariter ſine filijs deceſſerint,
ita in ſpecie declarat *Glo. in §. teſtamen-*
tum. q. 78. ad fin. verſ. tertius autem eſt ca-
ſus. quem ſequitur *Ruſtic.* qui multos alios
allegat *in tract. quand. fil. in condit. poſit.*
lib. 3. c. 5. n. 1. in fin.

Minus obſtat coniectura, quod filij ſint poſiti
in conditione per ablatiuos abſolutos non
8 extantibus filijs, † cum ſimilibus, quo caſu
facilius cenſentur vocati *Decian. conſ. 44. n.*
58. & 59. lib. 3. Quia contraria opinio eſt
verior, cum non adſit ratio diuerſitatis, cum
conditio, quæ inducitur per ablatiuos ab-
ſolutos magis diſponat, quàm conditio ſim-
plex inducta per dictionem, ſi, ideo in vtro-
9 que caſu excludetur vocatio: † *Curt. Sen.*
conſ. 63. n. 2. Rip. in l. centurio. n. 161. ff. de
vulgar. & pupillar. Alciat. in rubr. ff. ſo-
lut. matrimon. n. 12. & in l. lucius. n. 38.
ff. de hæredib. inſtituend. & latè comprobat
Cardin. Mantic. qui omnibus reſpondet *de*
coniectur. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 3. n. 17.
poſt princ. verſ. ſed contrariam ſententiam.
col. penult. cum alijs per *Menoch. præſumpt.*
76. n. 64. & 65. verſ. diſſentiunt itaque à
prædictis. & verſ. nam ablatiui abſoluti.
lib. 4. Ruin. conſ. 141. n. 12. lib. 3. Alex. conſ.
105. n. 7. lib. 1. Dec. conſ. 63. col. 2. Io. de
Anan. conſ. 68. ad fin.

Nec facit altera coniectura, quod in alijs ſub-
ſtitutionibus ſubſequentibus fuerunt etiam
ſubſtituti filij, & deſcendentes Barbaræ, &
10 Franciſcæ cum adiectione illa in ſtirpes, † &
non in capita, quo caſu magis præſumen-
dum eſt, vt teſtator voluerit etiam vocare
filios, & deſcendentes Matthæi, vt per *Ru-*
ſtic. quando fil. poſit. in condit. lib. 5. c. 6.
n. 8. 9. 29. & 30. Quia iſta coniectura repro-
batur ex rationibus latè adductis per *Me-*
noch. præſumpt. 76. n. 74. lib. 4. poſt Cephal.
conſ. 419. n. 74. in fin. lib. 3. Et quidem rectè,
11 quia illa clauſula in ſtirpes, † & non in capita
non refertur ad filios poſitos in conditione,
ſed ad ſubſtitutos, neq; enim illa verba con-
ueniunt filijs, nam tunc eſſent expreſsè vo-
cati, non autem poſiti in conditione, vt de-
clarat etiam *Iaſ. conſ. 143. col. penult. verſ.*
non obſtat quartum. & col. fin. verſ. ſecun-
do reſpondetur. lib. 2.

Nec aduerſatur altera coniectura, quod con-
currat fauor piæ cauſæ, nam teſtator vltimo
morienti ex deſcendentibus Matthæi ſubſti-
tuit Barbarã, & Franciſcam cũ onere dandi
ſcuta centum Eccleſiæ S. Clementis pro ce-
12 lebrandis miſſis, † quod facit, vt ſi non ſu-
ſtineretur talis ſubſtitutio, ceſſaret etiã hoc
legatum dicendi miſſas, ideo ne illud ceſſet,
dicendum eſt, quod vocauerit etiam poſitos
in conditione *Menoch. præſumpt. 76. n. 40.*
lib. 4. Ruſtic. quando fil. poſit. in condition.
lib. 4. c. 3. n. 5.

Quia prædicti Doctores, & alij, qui poſſent al-
legari loquuntur, quando fuit principaliter
ſubſtituta pia cauſa, non autem quando ſub-
ſtituit perſona priuata, cum aliquo onere
miſſarum, prout eſt caſus noſter, ideo non
13 applicantur. † Quamuis etiam verior ſit opi-
nio, & magis communis, vt propter ſubſti-
tutionem etiam principaliter factam ad fa-
uorem piæ cauſæ non inducatur aliqua con-
iectura, vt filij in conditione poſiti cenſean-
tur vocati, vt latè comprobat *Pariſ. 86. n.*
68. vſque ad 80. lib. 2. Ruin. conſ. 182. n. 9.
lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita.
p. 7. n. 76. ad med. & latius *p. 8. n. 260. cum*
ſeq. ff. ad ſenatuſconſ. trebellian.

Neque obſtat, quod teſtator prohibuerit de-
14 tractionem trebellianicæ, & falcidiæ, † quæ
operatur, vt filij poſiti in conditione dican-
tur vocati *Rimin. Sen. conſ. 243. n. 90. in*
fin. lib. 2. Ruſtic. quand. fil. in condit. poſit.
lib. 4. c. 3. n. 11. Quia iſta coniectura prohi-
bitionis quartarum nihil pertinet ad filios
poſitos in conditione, cum cenſeatur facta
hæredibus grauatis, quibus ſolum competit
15 facultas eas detrahendi, † prout de trebel-
lianica eſt *tex. in l. mulier. § fin. ff. ad tre-*
bellian. Alex. in l. cum filio. n. 2. vbi Alciat.
n. 3. ff. de legat. 1. Ang. in rubr. ff. eod. tit.
n. 42. Prout de falcidia eſt *tex. in l. 1. ff. ad*
leg. falcid. §. ex diuerſo. inſtit. eod. tit. Iaſ.
16 *in rubr. ff. ad trebellian. col. 1.* † Et ita in
ſpecie per ſupradictam rationem reproban-
dam eſſe talem coniecturam notat *Cephal.*
conſ. 419. n. 16. & 74. in fin lib. 3.

Ceſſante igitur vocatione filiorum in condi-
tione poſitorum ex ſupra allegatis, ceſſat
etiam diſputatio ſecundi dubij, ideo ſuper
eo non eſt amplius immorandum, & ita
etiam debent præfatæ coniecturæ per Iu-
17 dicem reijci, † qui in illis habet arbitrium,
quod eſt regulandum à diſpoſitione iuris,
per quod non admittuntur coniecturæ, niſi
fuerint concludentes *Pariſ. conſ. 87. n. 16.*
lib. 2.

Digitized by Google

lib. 2. & conſ. 66. n. 12. lib. 3. Gabr. de fideicommiſſ. concluſ. 4. n. 29. & 30. Socin. in l. cum ann. ad fin. ff. de condition. & demonſtrationib. & conſ. 116. in cauſa filiorum. col. 6. verſ. ad vltimum. lib. 3.

EPITOME.

TEmpus litis ſuper feudo quando ſit ſubducendum ad fauorem vaſſalli non ſuſcipientis inueſtituram infra annum, vel in ſimilibus caſibus. ¶ Impedimentum an excuſet impeditum, itaut habeatur pro facto, quod erat faciendum. ¶ Tempus conuentionale præfixum à partibus ad æſtimandum an currat impedito. ¶ Et quid in tempore legali. ¶ Si cauſa committatur infra certum terminum decidenda an per lapſum diei expiret iuriſdictio, niſi partes prorogent. ¶ Citatio partium an requiratur ad hoc, vt relatio periti ſit valida. ¶ Et quando poſſit dici informatus de qualitatibus rei æſtimandæ. ¶ Et an in tali relatione ſit neceſſarium iuramentum. ¶ Pœna an poſſit apponi in compromiſſis. ¶ Et quando cenſeatur potius appoſita facto, ſeu non paritioni laudi, quàm dationi quantitatis.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum excuſat impeditum à quocumque temporis lapſu, itaut habeatur pro facto, quod erat faciendum. n. 1. & 2.*

3 *Tempus litis eſt ſubducendum, quod non currit ei, qui tenetur relationem facere.*

4 *Annus, qui præſcribitur vaſſallo ad ſuſcipiendam inueſtituram, non debet ei currere, cum patitur controuerſiam ſuper feudo, & multa ſimilia. n. 5.*

6 *Succumbens in lite mota ſuper relatione facienda præſumitur malo animo feciſſe, vt tempus curreret perito, ne poſſet referre.*

8 *Tempus conuentionale præfixum à partibus ad æſtimandum currit etiam impedito, quidquid ſit in tempore legali. Contrarium. n. 9. & 10.*

11 *Calumnia eſt ſubmonenda, & punienda per Iudicem.*

12 *Si cauſa committatur infra certum tempus decidenda, per lapſum diei expirat iuriſdictio, niſi partes prorogent. Declara, vt n. 13.*

14 *Relatio æſtimationis eſt nulla defectu citationis, quæ requiritur, vt peritus ſit informatus de qualitatibus rei æſtimandæ. Intellige, vt n. 15. & 16.*

17 *Iuramentum non requiritur in relatione æſtimatoris per partes electi.*

18 *Pœna poteſt apponi in compromiſſis, & eſt debita, tanquam potius facto, ſeu non paritioni laudi apponatur, quam dationi quantitatis.*

CAP. DCCCCXXIX.

RElatio periti, de qua agimus, non poteſt dici, quod ſit facta extra tempus conſtitutum à partibus, Nam conſtat, quod Ricciardi petierunt referri die 20. Iunij. &
cum eſſet in promptu peritus ad referen-
1 dum, † fuit impeditus facto Aduerſarij, qui
obtinuit inhiberi, ne fieret relatio, & dum fuit petita, & obtenta reuocatio inhibitionis, non debuit currere aliquod tēpus, quod impedito non imputatur, ſed illum excuſat à quocumque temporis lapſu *l. 1. C. de annal. exception. l. ob commiſſa. C. de adulter.*
2 *Becc. conſ. 104. n. 5.* † vbi etiam quod ſtante
impedimento habetur pro facto, id quod erat faciendum *l. 2. ſ. quod diximus. ff. ſi quis cautionib. Bald. conſ. 57. punctus. col. 2. verſ. item alia lege. lib. 5.*

Maximè, quando fuit litigatum ſuper tali re-
3 latione facienda, † tunc enim ſubducitur
tempus litis *Iacob. de Rauen. Bellapertic. Cin. Bald. & alij in l. contra maiores. C. de inoffic. teſtam. Surd. deciſ. 189. n. 25.* Exemplo anni, qui præſcribitur vaſallo ad ſuſcipiendam inueſtiturã, nam dum patitur con-
4 trouerſiam ſuper feudo † non currit tempus,
& detrahũtur dies litis *Bald. Salic. & Caſtr. in l. ſolemnibus. C. de rei vendicat.* latè *Tiraquel. de retract. lignagier. ſ. 1. gloſ. 10. n. 36. vſque ad 43.* vbi multa ſimilia adducit de beneficio controuerſo, de poteſtate eligendi, de non ſolutione canonis, de priui-
5 legio retractus, † de nullitate teſtamenti,
ſeu tutelæ, & ſententiæ, articulis producendis, dilatione data, & ſimilibus, in quibus ſtante lite non currit tempus, quod minus debet currere in caſu noſtro, cum pars ſuccubuerit in prætenſione ſuſpicionis periti; itaut ex quo ſuccubuit, præſumatur ſcienter, cautimq; ac fraudolenter feciſſe, & li-
6 tem eo animo mouiſſe, † vt tempus curre-
ret perito, ne relationem faceret *Ign. in l. dudum. col. 3. verſ. addo vnum quod notat. C. de contrah. empt. poſt Fabr. in ſ. qui autem. inſtit. de excuſationib. tutor. Tiraq. d. gloſ. 10. ſ. 1. n. 43. & ſ. 4. gloſ. 3. n. 1. & 2. & ſ. 12. gloſ. 2. n. 4.*

Vnde ſi ex forma ſtatuti, vel ſimilis diſpoſitionis expeditio alicuius cauſæ, ſeu actus ſit
7 facienda intra aliquod tempus, † alioquin
pereat litigatoribus, nunquam tale tempus currit ei, qui impeditur per aduerſarium *Cin. in l. vlt. in fin. vbi Bald. & Salic. C. de adulter. Iacob. Butrigar. & Bart. in auth. clericus. C. de epiſcop. & cleric. Io. Andr. ad Specul. de dilationib. ſ. 1. verſ. ſed pone. Alex. ad Bart. in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſat. tut. Tiraquel. de retract. lignagier. ſ. 12. gloſ. 1. n. 2.*

Nec aduerſatur, quod ſimus in tempore conuentionali præfixo à partibus ad æſtiman-
8 dum; † quod currit etiam impedito, cum

con-

contraria procedat in tempore legali *Surd. decis. 189. n. 27. Cardin. in c. exceptionem. 11. col. 3. verſ. ego dico. de exceptionib. Tiraq. de retract. conuention. §. 1. gloſ. 2. n. 41. vſque ad 58.* Quia verius eſt, quod etiam terminus conuentionalis, ſicut legalis non cur-
9 rat impedito, † cum in vtroque adſit eadem ratio, vt in ſpecie compromiſſi facti cum tempore præfixo ex conuentione partium, quod illud non currat ſtante impedimento, & donec litigatur, concludit *Io. Bapt. Peruſ. de arbitr. c. 2. in fin. tom. 3. p. 1. fol. 292.* & eſt *tex.* clarus *in c. ſignificante. 7. de pignor.*
10 vbi loquitur in termino præfixo † per pactũ etiam iuratum, quo non obſtante impeditus excuſatur, cum ei tempus non currat *Roman.* qui idem notat *conſ. 435. in præſenti conſultatione. in fin. verſ. ſed in contrarium verius. n. 2. vbi Mandoſ. in verb. exiſtimo. Neguſ. de pignorib. p. 4. princip. n. 32. in fin. verſ. item adde quod tempus: fol. 66. Rip. in l. quod te. n. 42. vbi Dec. in vlt. lectur. col. fin. in princ. n. 56. verſ. & non videtur quod ratio diuerſitatis. Alex. col. penult. verſ. non obſtat quod hic non ſit fruſtratio. ff. ſi cert. petat. Felin. in c. cum inter. 5. col. 12. in princ. verſ. limita ſecun-*
11 *do. n. 20. de exceptionib.* † Cæteros conſultò omitto, quia eſt caſus clarus, nam ſi liceret parti impedire alteram partem, & ex tali impedimento obtinere, vt tempus curras impedito, eſſet fouere illius calumniam, quæ eſt ſubmouenda, & punienda, itaut dies impedimenti non computentur in termino, vt in ſpecie dicit *tex. in l. quibus diebus. 40. in princ. vbi Bart. & alij communiter. ff. de conditionib. & demonſtration.*

Quare non obſtat *tex. in c. de cauſis. 4. de offic.*
12 *& poteſt. iudic delegat.* † vbi quod ſi cauſa committatur infra certum tempus decidenda, per lapſum diei expirat iuriſdictio, niſi partes prorogent *l. diem proferre. ff. de arbitr.* Quia prædicta procedunt, quando ſimpliciter lapſum eſſet tempus abſque aliqua
13 allegatione impedimenti, † nam aliud eſt, quando de illo excipitur, tunc enim, ne dolo aduerſarij quis damnum patiatur, debent detrahi dies, in quibus fuit impeditus *c. ſignificante. de exception. c. paſtoralis. 28. §. cum autem ſæpè. de offic. delegat. Bald. in l. emilius. col. penult. verſ. reuertor. ff. de minorib. Tiraq. de retract. conuentional. §. 1. gloſ. 2. n. 60. Marſil. ſing. 152. ſuccumbens. n. 1. cum alijs ſupra allegatis.*

Non obſtat nullitas laudi, ſeu æſtimationis defectu citationis, quæ ſaltem requirebatur,
14 vt peritus poſſet eſſe informatus † de qualitatibus rei æſtimandæ *Rot. coram Sanctiſſ. decis. 545. n. 9. & in recentior. p. 2. decis. 585. n. 2. & 3. & decis. 515. n. 14. & 15. p. 1. in recent. Gabr. conſ. 168. n. 102. lib. 1. Surd. conſ. 452. n. 34. lib. 3. Creſcent. decis. 2. n. 2. de arbitr. Felin. in c. veniens. col. fin. de teſtib. poſt Bart. in l. theopompus. n. 9. verſ. quandoque ſtatur eius declarationi. & n. 11. verſ. ad idem iudex. ff. de dot. prælegat. Aret. in §. quædam. col. vlt. & ibi Iaſ. n. 79. inſtit. de action. Cagnol. in l. 2. n. 260. vbi Lupus comment. 2. §. 5. n. 151. C. de reſcind. vendit.*
15 Quia in compromiſſo, de quo agimus, † fuit data ampliſſima facultas perito viſendi prædia, & illa æſtimandi, prout ipſi videbitur, & placuerit iuxta ſuam periciam etiam non citatis partibus, nec illis auditis, nec viſis iuribus, non ſeruato iuris ordine, omnibus diebus, & horis, cum poteſtate vni dandi, & alteri tollendi, cum alijs clauſulis adeo amplis, vt nulla ſit requirenda citatio, quæ per partes poteſt remitti, prout in caſu noſtro ſpecialiter, & expreſsè fuit remiſſa *Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. obligat. Boer. decis. 183. n. 34. & 38.*
16 *Gabr. de citation. concluſ. 1. n. 54.* † Stante præſertim iuramento in compromiſſo interpoſito, quod facit, vt minus citatio requiratur in laudo ferendo *Io. Bapt. de S. Blaſ. de arbitr. q. 70. col. 4. verſ. quinta concluſio. Gabr. d. concluſ. 1. n. 52. quamuis dubitet.*

Nec facit defectus iuramenti non adhibiti in
17 relatione æſtimationis, † Quia ſumus in arbitratore, & perito per partes electo, & pluries confirmato, quo caſu non requiritur iuſiurandum, tanquam ſit eius fides plenè approbata *Felin. in c. propoſuiſti. n. 9. col. 4. ante fin. verſ. fallit ſecundo iſta concluſio. de probationib. Creſcent. decis. 2. n. 1. de arbitr. poſt Bart. in l. theopompus. n. 8. verſ. contra prædicta. de dot. prælegat.*

Stante igitur validitate laudi, non debet retardari illius executio pro omnibus in eo con-
18 tentis etiam quo ad pœnam, † quæ in compromiſſis adijci poteſt, & debetur, tanquam potius facto, ſeu non paritioni laudi apponatur, quam dationi quantitatis *Alex. in l. promiſſis. n. 2. C. de tranſactionib. & in l. 2. §. vlt. n. 6. ff. de verbor. obligationib. Purpur. in l. rogaſti. §. ſi tibi. n. 83. ff. ſi cert. petat. Rebuff. in l. vnic. n. 272. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. Menoch. de arbitrar. caſ. 260. n. 23.*

E P I T O M E.

ADoptati quando excludant ſubſtitutũ, & ſuccedant in feudis, & alijs quibuſcumque bonis non ſecus ac ſi eſſent de naturali familia. ¶ Amicitia magna quid operetur, & multa de eius effectibus. ¶ Et an facultas iurandi conceſſa defuncto tranſeat in hæredem magna amicitia coniunctum. ¶ Per fideicommiſſum relictum familiæ quãdo veniant fœminæ etiam nuptæ. ¶ Qualitas maſculina expreſſa in vna parte teſtamenti, an cenſeatur repetita in alia. ¶ Familia aggregata quando dicatur de ſtirpe, & ſanguine illius, cui fuit facta aggregatio.

¶ Fi-

¶ Fideicommiſſum abſolutum an ſit inductum, ſi teſtator mandat, vt loca montium ſint pro perpetuo vſu alicuius familiæ. ¶ Re prohibita alienari extra familiam, ſi non ſupereſt, niſi vnus an ille poſſit vendere. ¶ Prohibitio alienationis extra familiam quando excedat quartum gradum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum an adſit in facti ſpecie propoſita. n. 2. & 38.*

3 *Filius adoptatus de mandato teſtatoris habet omnes prærogatiuas, & excludit ſubſtitutũ, & ſuccedit in feudis, & alijs quibuſcunque bonis, non ſecus ac ſi eſſet de naturali familia. n. 4. 5. 6. 23. 24. 34. 35. & 36.*

7 *Legatum relictum contemplatione maſculorum, & pro vſu familiæ quando comprehendat fæminas. n. 8. & 9.*

10 *Verba vbi non conueniunt, neque conuenit diſpoſitio.*

11 *Coniecturæ elicitæ ex teſtamento indicant an teſtator ſenſerit de familia maſculina, ſeu fæminina, & quales debeant eſſe. n. 12.*

13 *Fæminæ non veniunt appellatione familiæ, ſi non concurrunt qualitates per teſtatorem requiſitæ.*

14 *Familia aggregata dicitur de ſtirpe, & ſanguine illius, cui fuit facta aggregatio.*

15 *Amicitia magna facit, vt amicus intimus ſit cuſtos animi, & conſiliarius, & alter ego, & vna anima.*

16 *Amicus intimus præſumitur ſcire facta ſui amici, itaut facultas iurandi conceſſa defuncto tranſeat in hæredem magna amicitia coniunctum.*

17 *Secreta amicis intimis committuntur, & illorum conſilia in negotijs adhibentur.*

18 *Amicitia magna æquiparatur coniunctioni ſanguinis & fraternitati, immò præponitur.*

19 *Propter intimam amicitiam colligitur, quid teſtator voluerit in ſua diſpoſitione.*

20 *Per fideicommiſſum relictum familiæ quando veniant fæminæ etiam nuptæ. n. 21. 22. 29. 30. & 33.*

25 *Teſtator Ciuis Romanus faciendo fideicommiſſum, & teſtamentum in Vrbe præſumitur voluiſſe ſe conformare ſtatuto Vrbis excludente fœminas propter maſculos, quamuis aliàs verba conuenirent etiam fœminis. n. 26. & 27.*

28 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur, ſi teſtator mandat, vt loca montium ſint pro perpetuo vſu alicuius familiæ.*

31 *Argumentum eſt validum deſumptum ex regula ſi teſtator voluiſſet vtique expreſſiſſet.*

32 *Qualitas maſculina expreſſa in vna parte teſtamenti non cenſetur repetita in alia.*

37 *Concurſus plurium præſumptionum non admittitur.*

39 *Familia appellatione quando veniat ciuilis, ſeu adoptiua.*

40 *Re prohibita alienari extra familiam, ſi non ſupereſt niſi vnus an ille poſſit vendere.*

41 *Prohibitio alienationis extra familiam non excedit quartum gradum, niſi adſit dictio in perpetuum, vel ſimilis.*

CAP. DCCCCXXX.

NOn videbatur conſtare de aliquo fidei-
1 commiſſo ad fauorem Druſillæ, † Nam
omnia bona poſſeſſa per Marium Iuniorem
prouenerunt ab auo paterno & materno, in
quorum teſtamento fuerunt excluſæ tam
Druſilla, quam aliæ fœminæ amplè dotatæ ab
eorum ſucceſſione in perpetuum ſtantibus filijs & nepotibus maſculis, qui tunc temporis
extabant, vt latius in eodem teſtamento continetur, vltra ſtatutum Vrbis quod eſt conforme eidem diſpoſitioni.

Neque obſtat, quod licèt adſit excluſio ab iſto
2 fideicommiſſo vniuerſali, † tamen illa non
verificetur quo ad fideicommiſſum particulare Fuluij, qui in eius teſtamento reliquit
ſcuta ſexmille auri in tot locis montium pro
vſu domus & familiæ Delphinæ, cuius appellatione veniunt etiã fœminæ, prout eſt Druſilla, quæ potius debet eſſe comprehenſa in
huiuſmodi legato tanquam ſit de vera & naturali agnatione, quam Martius, qui per adoptionem dicitur de familia ficta & ciuili.

3 Nam in caſu noſtro † ſumus in adoptato
per vltimum ex deſcendentibus maſculis in
defectum lineæ maſculinæ de mandato teſtateſtatoris iubentis talẽ adoptatum per eum
aſſumi, qui eodem modo ſuccedat in ſua hæreditate, ſicut ſuccederent filij ſui, eorumque
deſcendentes cum onere aſſumendi arma &
cognomen familiæ de Delphinis, tunc enim
talis adoptatus in locum filiorum & nepotum vel ab ipſo teſtatore, vel à filijs grauatis
ad inſtantiam patris teſtantis habet omnes
prærogatiuas, & excludit ſubſtitutum, & ſuccedit in feudis, & emphiteuſi, ac alijs quibuſcunque bonis, non ſecus ac ſi eſſet de na-
4 turali familia ipſius teſtatoris, † quidquid
aliud ſit in illis, qui non adoptantur de mandato eius, qui fideicommiſſum fecit, qui non
habent dictas prærogatiuas, & non veniunt
appellatione familiæ, ne ſit in poteſtate grauati facto ſuo deludere eos, qui vocantur ad
hæreditatem ſub commento adoptionis. Ita
in ſpecie diſtinguit *Bart. in l. ſi cognatis.* 20.
n. 1. poſt med. verſ. oppono prout hæc lex intelligitur. & ibi Socin. n. 20. ff. de reb. dub. Imol. in l. fideicommiſſum. 75. in princ. ff. de condit. & demonſtrationib. Rip. in l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus. n. 34. ff. ad trebellian. Cardin. *Mantic. de coniectur. vltim. volun-*
5 *tat. lib. 11. tit. 8. n. 6.* † vbi quod eſt notabilis
& ſingularis limitatio, & communis opinio
& quod in practica ſeruatur *Tiraq.* qui etiã
de communi ſententia teſtatur in *l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos. n. 23. verſ.*

ſe-

ſecundo limita notabiliter. & n.25. verſ.verum. C. de reuocand. donationib. Barbat. in c. rainaldus. col.29. de teſtam. Georg. Natt. in c. quamuis. q.3. principal. q.3. verſ. in contrarium tamen facit. de pact. in 6. Marſil.
6 *ſing.* 350. *damnum. n.* 2. † Et quidquid alij
pauci in puncto iuris diſſentiant, non eſt recedendum in iudicando ab opinione *Bart.* vt omnes ſupradicti doctores teſtantur, & notat etiam *Ruſtic. ad l. cum auus.* 101. *lib.*2. *c.* 12. *n.* 60. *ff. de condit. & demonſtr.*

Et magis dicitur compræhenſus adoptatus in legato, de quo agimus, excluſis fœminis, quia Fuluius legauit ſolum maſculis, & præterijt fœminas tunc natas, & nuptas & optimè ſibi cognitas, adeo vt huiuſmodi legata reliquerit non ratione ſanguinis, & agna-
7 tionis, cum eſſet penitus extraneus, † ſed ob
multa beneficia recepta à Mario Seniore eiusq. filijs, & in illorum remunerationem, prout latius aſſeritur in teſtamento, vnde ſtante contemplatione maſculorum, & legato facto pro vſu familiæ, non eſt habenda ratio fœminarum, quæ licet ſint de familia *Cardin. Seraph. deciſ.* 1438. *n.* 1. *cum ſeq.* tamen aliud eſt, quando teſtator voluit prouidere maſculis, & pro vſu familiæ ipſorum
8 legauit, † tunc enim videtur ſolum contem-
plata illa familia, quæ repræſentatur per maſculos, nõ autem per fœminas *Corn. conſ.* 26. *n.* 4. *lib.* 4. *Aim. conſ.* 180. *n.* 1. *Ruin. conſ.* 24. *n.*5. *cum ſeq. lib.* 2. *Gabr. conſ.* 132. *n.* 38. & 39. *lib.* 1. *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.*8. *tit.*12. *n.*8. & 9.

Et quemadmodum Marius auus loquendo de familia intellexit de maſculina excluſis fœ-
9 minis, † vt clarè legitur in fideicommiſſo
per eum facto, ita etiam dicendum eſt, quod Fuluius relinquendo eidem familiæ de ſimili familia intellexerit, prout colligitur ex verbis teſtamenti per eum conditi, in quo mandauit eligi Cappellanos per primũ ex familia Delphinorum, narrãdo, quod cũ dicta familia magna intercedit cõſuetudo, addendo
10 etiã ciues Romanos, † quæ omnia non con-
ueniunt fœminis, ſed maſculis, ideo neque conuenit diſpoſitio *l. ſi ſeruum. §. non dixi. ff. de acquir. hæreditat. Roman. conſ.* 442. *n.* 2. *Rot. deciſ.* 697. *n.* 6. *p.* 1. *in recentiorib.* prout in iſta materia ex coniecturis elicitis
11 ex teſtamento colligitur † an teſtator ſenſe-
rit de familia maſculina, vel fœminina *Gabr. conſ.* 132. *n.*39. *lib.*1.

Additur, quod cauſa finalis faciendi huiuſmodi legata fuit propter beneficia accepta à familia Delphinorum, itaut teſtator iudicauerit flagitium, ſi illis non legaret, ideo mandauit, quod loca montium nunquam vendi,
12 aut alienari debeant, † vt eorum fructus per-
petuò vſui ſint familiæ Delphinæ, ex quibus verbis colligitur, quod teſtator intellexit de familia Delphina, in quam peruenirent facultates, & bona Delphinorum, à quibus beneficia ſibi collata fuerunt, & nomen talis familiæ conſeruari deberet, & ſine quibus per mortem vltimi maſculi extincta fuiſſet, cum ſine ſucceſſione in hæreditate nullus aſſumpſiſſet cognomen, & inſignia
13 Delphinorum, † quæ qualitates non conue-
niunt fœminis, ideo de eis non eſt dicendũ, quod teſtator ſenſerit *l.* 4. *§. toties. ff. de damn. infect. Surd. deciſ.*56. *n.*1. ſed de maſculis, & de ſubrogatis in locum maſculorum, per quos conſeruabitur familia Delphinorum, quæ tanquam aggregata dicetur eſſe
14 de ſtirpe, & ſanguine illius familiæ, † cui
fuit facta aggregatio cum inſignijs, & cognomine Delphinorum *Bart. in l. tutelas. n.*4. *ff. de capit. diminut. Ancbar. Corn. Alex. Gabr.* & alij, de quibus latè *Rot. deciſ.* 697. *n.*5. *vſque ad* 8. *p.* 1. *in recentior.*

Et quidem iſta interpretatio eſt facienda non ſolum de familia naturali Delphinorum, ſed etiam de ciuili mediante adoptione, cum Marius auus mandauerit adoptari eum quem elegerit vltimus de familia, vt illa conſeruaretur in defectum maſculorum, quare idem concludendum eſt, quod Fuluius
15 legando familię intellexerit de adoptiua, † nã
propter intimam, & magnam amicitiam, quam habebat cum Mario, & conſuetudinem continuatam, & familiaritatem maximam vſque ad obitum, quæ cum eo interceſſerat, & habitationem in eius domo ac alia, quæ per eumdem Fuluium narrantur in teſtamẽto non ſolum ſit veriſimile, quod habuerit notitiam diſpoſitionis Marij quo ad eligendum adoptiuum, vt domus non deficeret, ſed etiam fuerit impoſſibile, vt eum non conſuluerit in faciendo talem electionem, cum talis amicus intimus ſit cuſtos animi, & conſiliarius, & alter ego, & vna anima, vt ex *Cicer. Senec. Ariſt.* & alijs notat *Tiraq. de pœn. temperand. cauſ.* 22. *n.* 11. *Ruſtic. ad l. cum auus. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. *cum ſeq. ff. de condition. & demonſtration.* cum alijs per *Graſſ. de effectib. amicit. in prælud. n.* 3. & *effect.* 9. *n.* 93.

Et inter multos effectus intimæ amicitiæ ille eſt præcipuus, vt amicus præſumatur ſcire
16 facta ſui amici intimi, † itaut ex hac ratione
facultas iurandi conceſſa defuncto trãſeat in hæredem, qui fuiſſet cum defuncto magna amicitia coniunctus, vt notat *Graſſ. de effectib. amicit. n.*99. *vſque ad* 102.

Vnde etiam noſtra ſecreta amicis intimis com-
17 mittimus, & in negotijs noſtris † amico-
rum conſilia quærimus *Tiraq. de pœn. temperand. cauſ.* 22. *n.* 67. 73. & 76. iuxta *c. de inducijs.* 3. *q.*3. *l.*1. *§. ſimiliq. modo. il* 2. C. *de latin. libertat. tollend. l. ſciendum. ff. de vſur. l. amiciſſimos. in princ. ff. de excuſat. tut. l. ſcio. in princ. ff. de ann. legat.*

Et faciunt multa adducta per Doctores de amicitia magna, quæ æquiparatur coniunctioni ſanguinis, & fraternitati, immo ei præponitur,

18 nitur, † cum etiam ſuperet parentum affe-
ctionem, itaut etiam talis amicus veniat ap-
pellatione ſuorum, & habeatur loco patris,
& in eo verificentur omnia, quæ de domeſti-
cis dicuntur. Tiraq. de pœn. temperand. cauſ.
22. n. 31. cum ſeq. Graſſ. de effect. tb. amicit.
n. 81. vſque ad 89. & n. 288.

Et paſſim propter talem amicitiam colligi-
tur, quid voluerit teſtator in ſua diſpoſi-
19 tione † l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de
legat. 1. l. penult. ff. de aliment. & cibar. le-
gat. l. nemo dubitat. § frater. ff. de hæredib.
inſtituend. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1.
§. 6. n. 14. Sim. de Pret. de interpretat. vlt.
voluntat. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. ſolut. 4.
n. 4. Graſſ. ibid. n. 260.

Omnia autem, quæ ex aduerſo adducuntur ſo-
lum tendunt ad probandum, quod fideicom-
miſſum relictum familiæ compræhendat fœ-
20 minas † etiam nuptas in quibuſcumque di-
ſpoſitionibus Peregr. conſ. 42. n. 8. lib. 5. iuxta
l. voluntas. C. de fideicommiſſ. ſed ſunt fa-
cilis ſolutionis, quia iſta non procedunt,
quando, prout in caſu noſtro, teſtator voluit
prouidere maſculis tantum, & pro vſu ipſo-
rum maſculorum familiæ legauit, tunc enim
21 dicitur contemplata illa familia, † quæ re-
præſentatur per maſculos, non autem per
fœminas Card. Mantic. de coniectur. vltim.
voluntat. lib. 6. tit. 12. n. 8. & 9. Menoch. conſ.
197. n. 48. lib. 2.

Maximè, quia tunc fœmina admittitur ad fi-
22 deicommiſſum relictum familiæ, † quando
non adeſt concurſus maſculorum, quaſi in-
telligantur per poſterius vocatæ, ſcilicet de-
ficientibus maſculis, quibus cenſentur vul-
gariter ſubſtitutæ, cum in concurſu præfe-
rantur maſculi Peregr. de fideicommiſſ. art.
25. n. 51. & conſ. 42. n. 10. lib. 5. Ruin. conſ.
130. n. 11. & 12. lib. 2.

In caſu autem noſtro adeſt maſculus, qui licet
fuerit adoptatus in familia Delphinorum,
Tamen habet eaſdem prærogatiuas, quæ
conceduntur filio vero, nam adoptio fuit
facta per grauatum de mandato, & iuſſu
Marij Senioris, qui fecit fideicommiſſum,
23 ideo excludit fœminas, † & ſubſtitutum, &
quoſcumque alios, Contraria autem proce-
dunt in adoptione facta per grauatum motu
proprio, in cuius poteſtate non eſt facere ta-
lem adoptiuum, ne perimat fideicommiſſum
Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 8. n. 6. cum alijs adductis ſupr.
24 n. 3. † quibus additur Peregr. de fideicom-
miſſ. art. 22. n. 91. vbi quod talis adopta-
tus, ſeu arrogatus facto, & ordinatione di-
ſponentis includitur in diſpoſitione de libe-
ris, & habet illas ſucceſſiones, quas haberet
filius legitimus, & naturalis, & cum illis
ſuccedit etiam in ſucceſſionibus Regnorum,
ideo faciunt partem veris filijs in legitima,
& in eis locum habet conſuetudo Bulgari
Rip. Tiraq. Mattheſ. Corn. & alij per Peregr.
d. art. 22. n. 91. Menoch. præſumpt. 82. n. 16.
lib. 4. Odd. de compendioſ. ſubſtit. p. 6. art. 6.
q. 6. n. 4. Coll. in c. ſi pater. p. 1. in verb. ſi
abſque liberis. n. 46. de teſtam. in 6. Clement.
de patr. poteſtat. c. 3. n. 11.

Et vltra multas coniecturas allegatas in facto,
ex quibus colligitur Fuluium legaſſe ſolum
maſculis, additur etiam quod teſtamentum
fuit factum in Vrbe per Ciuem Romanum,
25 itaut videatur † Fuluius teſtator faciendo fi-
deicommiſſum in huiuſmodi legato voluiſſe
ſe conformare ſtatuto Vrbis excludente fœ-
minas propter maſculos Bart. in l. hæredes
mei. §. cum ita. n. 4. ff. ad trebellian. Socin.
conſ. 51. n. 33. lib. 4. Bald. in c. in præſentia.
n. 11. de probationib. Alex. in l. 3. n. 5. ff. de
26 legat. 1. † Quæ quidem coniectura dicitur
multum fortis, & efficax Card. Mantic. de
coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 6. n. 6.
vſque ad 9. vbi in ſpecie loquitur de huiuſ-
modi verbis, quæ poſſunt conuenire maſcu-
lis, & fœminis, quæ tamen intelliguntur pro-
lata ſolum ad fauorem maſculorum excluſis
27 fœminis, † quibus ſtatutum contradicit Ce-
phal. conſ. 134. n. 14. poſt Alex. in l. gallus.
§. quidam rectè. in fin. ff. de liber. & poſt-
hum. Corn. conſ. 55. n. 7. ad fin. lib. 1. Dec.
conſ. 495. n. 14.

In huiuſmodi cauſa Romana fideicommiſſi de
Delphinis coram R. P. D. Remboldo. 1. De-
cembris 1623. fuit concluſum conſtare de fi-
deicommiſſo ad fauorem Druſillæ, ob illam
rationem, quia eo ipſo, quod teſtator man-
28 dauit, † vt loca montium perpetuo vſui eſſe
deberent familiæ Delphinæ, per hanc diſpo-
ſitionem cenſetur inductum fideicommiſſum
abſolutum inter illos de familia l. peto. 71.
§. fratre. & l. cum ita. §. in fideicōmiſſo. ff. de
leg. 2. Bart. in l. ſi cognatis. n. 3. ff. de reb.
dub. Socin. conſ. 43. n. 8. cum ſeqq. lib. 3.
Gabr. conſ. 107. n. 1. lib. 1. Aim. conſ. 130. n.
10. Card. Mantic. de coniectur. vltim. vo-
luntat. lib. 8. tit. 12. n. 3. Rot. deciſ. 681. n. 1.
par. 1. in recentior.

Et quamuis ſimus in fœmina, tamen illæ etiam
29 veniunt appellatione familiæ † l. pronuncia-
tio. §. familiæ. ff. de verb. ſignif. Pariſ. conſ.
51. n. 12. lib. 2. & conſ. 35. n. 5. lib. 3. Bero.
conſ. 83. n. 9. lib. 3. Peregr. eod. tit. art. 14. n.
37. Socin. conſ. 20. n. 4. lib. 2. Rot. coram
Sanctiſſ. deciſ. 494. & coram R. P. D. Man-
zanedo Montis Faliſci fideicommiſſi. 5. Iu-
nij 1617. & coram R. P. D. Coccino in ca-
dem cauſa. 29. Iunij 1618. cum alijs per
Beltram. in addit. ad deciſ. Sanctiſſ. 293.
n. 23. quamuis fœminæ eſſent nuptæ Gabr.
conſ. 195. n. 3. lib. 1. Surd. conſ. 140. n. 67. lib. 1.

Neque à dicta concluſione receditur, niſi clarè
30 conſtet de contraria mente teſtatoris † l. ſi
alij. ff. de vſufruct. legat. Cardin. Mantic.
de coniectur. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 4. n.
6. & de communi teſtatur Curt. Iun. conſ.
169. n. 1. Cephal. conſ. 45. n. 16. & conſ. 46.
n. 17.

n. 17. lib. 1. Dec. conſ. 89. n. 1. cum ſeqq.

Quæ coniecturę non adſunt in caſu noſtro, nam
licet teſtator voluerit reſtitui numiſmata
Flaminio maſculo, & quod electio cappel-
lani ſacelli ab eo conſtituti ſpectet ad pri-
31 mum de familia, & ſic ad maſculum, † Ni-
hilominus iſta contemplatio maſculorum
quo ad dictas diſpoſitiones non debet trahi
ad legatum factum familiæ Delphinæ, itaut
etiam teſtator voluerit in eo comprænhendi
ſolum maſculos, cum potius dicendum ſit,
quod veriſimiliter hoc expreſſiſſet, indican-
do intentionem ſuam, prout indicauit in
præfatis duabus diſpoſitionibus *Rot.* in ſi-
milibus terminis *coram R. P. D. Penia
Camerinen. fideicommiſſi. 13. Nouembr. 1595.*
cum alijs per *Beltramin. in addit. ad deciſ.
Sanctiſſ. 514. n. 17.*

Neque in hoc vna pars diſpoſitionis debet
aliam declarare, cum verior ſit opinio, &
32 magis recepta, † quod in dubio qualitas
maſculinitatis expreſſa in vna parte teſta-
menti non cenſeatur repetita in alia *Pariſ.
conſ. 35. n. 17. lib. 3.* Maximè vbi adeſt pro-
babilis ratio differentiæ, quare teſtator ma-
gis in vno caſu, quam in alio voluerit ſe ad
maſculos reſtringere *Rot.* in ſpecie *coram
Sanctiſſ. deciſ. 514. n. 7.* cum declarationibus
adductis *ibid. per Beltram. n. 17.*

Et licet huiuſmodi legatum fuerit factum ob
immenſa beneficia accepta à familia Del-
phina, quæ non habuit à fœminis, ſed à ma-
ſculis, tamen non eſt inconueniens, quod
loca montium relicta pro vſu familiæ etiam
deſeruiant fœminis, quæ ſecundum proprie-
tatem ſermonis illius appellatione veniunt
33 *Dec. conſ. 89. n. 1. in fin.* † Et contraria pro-
cedunt, quando teſtator habuit rationem
conſeruandæ agnationis, vt per *Rot. coram
R. P. D. Buratto Romana fideicommiſſi de
Iouardis. 6. Nouembris 1617. & coram
R. P. D. Remboldo Firmana fideicommiſſi.
27. Ianuarij 1620.*

Et quo ad Martium adoptatum verius eſt, quod
ille non comprænhendatur in fideicommiſſo
34 relicto familiæ † *Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 22. n. 44. Rot. coram R. P. D. Pirouano
Bononien. fideicommiſſi de Cataneis. 28. Iu-
nij 1619. & coram R. P. D. Vbaldo Burgi
S. Donnini iuriſpatronatus. 6. Martij 1622.*

Et minus iuuabit adoptatio facta de ordine
Marij Senioris inſtituentis fideicommiſſum,
35 nam quidquid ſit dicendum † quo ad hære-
ditatem, & bona eiuſdem Marij, Tamen
in diſpoſitione facta à tertio non cenſentur
comprænhenſi adoptiui, cum verba ſemper
ſint intelligenda naturaliter, non fictè, neque
enim debet eſſe in poteſtate alterius diſpo-
nere de re tertij per adoptionem, & exten-
dere illius diſpoſitionem ad perſonas, quas
non vocauit *Dec. conſ. 399.* cum alijs per
*Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 11. tit. 8. n. 4. Creſcent. deciſ. 1. de ſucceſ-
ſionib.* latè *Rot. coram R. P. D. Pirouano
Romana fideicommiſſi de Cataneis. 28. Iunij
1619. & coram R. P. D. Vbaldo Burgi S.
Donnini iuriſpatronatus. 6. Martij 1622.*

Nec fuit habita aliqua ratio de ſcientia Fuluij
quo ad teſtamentum Marij, nec de magna,
& intima amicitia inter eos, itaut voluerit
Fuluius ſe conformare cum diſpoſitione
Marij, comprænhendendo adoptiuos in dicto
legato, prout voluit illos comprænhendi Ma-
36 rius in bonis ſuis, † Quia iſta non fuerunt
ſufficienter probata, ideo non videbatur eſſe
recedendum à proprietate verborum, ſecun-
dum quam fœminæ dicuntur de familia, ma-
ximè, quia eſſet dare concurſum plurium
37 præſumptionum, † quod non admittitur
*Ruin. conſ. 66. n. 19. & 20. lib. 3. & conſ. 29.
n. 4. lib. 4. Bero. conſ. 160. n. 13. lib. 2. Alex.
in l. ſi aliquam rem. n. 21. de acquir. poſſeſſ.
Rimin. in l. 1. n. 29. C. qui admitti. Surd.
conſ. 135. n. 78. & 79. lib. 1.*

Hactenus deciſio, ſecundum quam non fuit lata
38 aliqua ſententia, † cum fuerint dati articuli,
& multi teſtes producti ad probandam ſciē-
tiam Fuluij de fideicommiſſo per Marium
facto, & maximam, & intimam amicitiam
inter eos, itaut nihil ab vno diſponeretur,
niſi cum alterius conſilio, quamuis poſtea
ad dirimendas lites, & pacem conſeruandam
inter coniunctos, & conſanguineos partes
receſſerint à lite iuxta tranſactionem fa-
ctam, prout ego conſului, licet multis re-
clamantibus, & aliud ſentientibus.

Familiæ autem appellatione, quando veniat ci-
39 uilis, ſeu adoptiua eſt quæſtio lata, † de qua
plura *Tiraq. in l. ſi vnquā. in verb. ſuſceperit
liberos. n. 2. vſq; ad 26. & de primogen. q. 84.
Roſental. de feud. c. 7. concluſ. 30. n. 33. Card.
Mantic. de coniectur. vlt. vol. tit. 8. lib. 11. fol.
274. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. n. 37. & q. 114.
eod. tit. & tit. 1. q. 2. n. 4. & tit. 9. q. 27. n. 17.
Ruſtic. ad l. cum auus. lib. 2. c. 12. n. 1. vſque
que ad 60. Peregr. de fideicommiſſ. art. 36.
n. 43. fol. 333.*

Quo vero ad dubium propoſitum de re prohi-
bita alienari extra familiam, ſi non ſupereſt
40 niſi vnus † an ille poſſit vendere erit alterius
inſpectionis, & affirmatiuam ſententiam
tenuit *Boer. deciſ. 146. n. 6. ad med. & ſu-
per conſuetud. Bitur. §. 3. verſ. ſed an hoc
ius retractus. de conſuetud. retract. Vigell.
in method. iur. controuerſ. tit. de legat. fa-
mil. relict. ne aliener. fol. 989. ad med. verſ.
ſeptima exceptio. & in method. Iur. Ciuil.
regul. 1. except. 8. Villalob. opin. 84. Soar.
opin. 154. Gribald. Nepoſ. reg. 5. Muſcul.
comm. opin. p. 15. & 19. Surd. conſ. 129. n. 22.
& conſ. 559. n. 8. & 9. lib. 4.*

Prohibitio autem alienationis extra familiam
41 non excedit quartū gradum † ſiue quartam
generationē *§. nos igitur. auth. de reſtit. fidei-
commiſſ. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de
legat. 1. Curt. Iun. conſ. 3. Dec. conſ. 337.*

Du-

Durand. de art. teſtand. tit. 8. caut. 2. Niſi adſit verbum perpetuo *Miſing. obſeruat.64. n.1.& 2. cent.6.* vbi quod tunc iſta verba, vel ſimilia faciunt, vt talis prohibitio tranſeat ad plures gradus vltra quartum *Couar. lib.3. var. reſolut. c. 5. n. 4.*

E P I T O M E.

CONſtitutio Paulina an habeat locum, ſi res fuerit alienata ſine ſolemnitatibus propter neceſſitatem. ¶ Et quando iuſta cauſa excludat pœnas in ea contentas, itaut taliter alienans ad illas non teneatur. ¶ Prælati, tutores, & ſimiles an poſſint retinere pecunias per eos reinueſtiendas in ſtabilibus pro neceſſitatibus Eccleſiæ. ¶ Et quando requiratur probatio occaſionis proximę, & paratæ ad reinueſtiendum. ¶ Et an ſoluendo intereſſe liberentur. ¶ Pecunia magnæ quantitatis exiſtens in proprietate Eccleſiæ, & conuertendā in illius vtilitatē an poſſit alienari ſine ſolemnitatibus. ¶ Et quando ſit habenda pro re mobili, ſeu immobili, ſiue ſit minoris, ſiue Eccleſiæ ad effectum adhibendi ſolemnitates. ¶ Prædia Eccleſiæ quo caſu poſſint locari poſt triennium, ſi illorum fructus non percipiuntur quolibet anno. ¶ Emphyteuta an cadat ab emphyteuſi ſi ceſſauit in ſolutione canonis ob fructus non recollectos quolibet anno. ¶ Et quando biennium, triennium, & quinquennium reputetur pro vno anno.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna contenta in Paulina conſtitutione non habet locum ſtante neceſſitate alienandi, & celeritate cauſæ reſpicientis alimoniam. n. 3. & 5.*

2 *Alienans rei Eccleſiæ ex iuſta cauſa abſque ſolẽnitatibus nõ incidit in pœnas Paulinæ.*

4 *Pœna non infligitur facienti actum ex neceſſitate, ſiue imponatur à lege, & ſtatuto, ſiue ab homine.*

6 *Prælati, tutores, & ſimiles licet teneantur reinueſtire pecunias in emptionem prædiorum, tamen debent illas retinere cauſa ſubleuandi neceſſitates Eccleſiæ, & eorum, quorum curam habent.*

7 *Obligatus ad reinueſtiendum pecunias non condemnatur, ſi non reinueſtierit non probata occaſione proxima ad reinueſtiendum.*

8 *Adminiſtrator tenetur ad intereſſe pecunia non reinueſtita, & quando illud debeatur. n. 9. & 10.*

11 *Prælatus non poteſt alienare pecuniam magnæ quantitatis exiſtentem in proprietate Eccleſiæ etiam conuertendam in illius vtilitatem ſine ſolemnitatibus.*

12 *Pecunia quando habeatur pro re mobili, ſeu immobili, ſiue ſit minoris, ſiue Eccleſiæ ad cognoſcendum an ſint adhibendæ ſolemnitates requiſitæ per ſtatutum, ſeu per ius commune.*

13 *Prædia Eccleſiæ non poſſunt locari niſi per triennium quando quolibet anno reddunt fructus, ſecus ſi illorum recollectio fiat biennio, ſeu triennio.*

14 *Emphyteuta non cadit ab emphyteuſi, ſi ceſſauit in ſolutione canonis, ſi vnicus fructus colligatur quolibet biennio, vel triennio, aut quinquennio, tunc enim requiritur defectus ſolutionis per duo biennia, vel triennia, & quinquennia in Eccleſia, vel per tria biennia, ſeu triennia, & quinquennia in priuato. Declara, vt n. 15.*

CAP. DCCCCXXXI.

POenam prætenſam contentam in Paulina dixi non poſſe conſiderari in caſu propoſito, quia nunquam illa habet locum
1 ſtante neceſſitate alienandi, † & celeritate
cauſæ reſpicientis alimoniam *Abb. in c. fin. n. 8. de eccleſ. ædificand. Card. in clem. 2. q. 12. de religioſ. domib.* & in ſpecie Paulinæ notat *Quarant. in ſumm. bullar. in verb. alienat. rer. eccleſ. n.42.*

Maximè, quia alienatio rei Eccleſiæ ex iuſta cauſa abſque ſolemnitatibus facta bona fide, facit vt alienans non incidat in pœnas
2 Paulinæ, † tanquam alienet in caſu à iure
permiſſo, & quamuis non ſeruet formam alienandi iuris humani, ſeruat tamen formam neceſſariam iure naturali, & diuino, quæ eſt magna conſolatio multorum, qui per ſimplicitatem, ſeu ignorantiam alienant res Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus, vt poſt *Abb. Felin. & Nauar.* concludit *Quarant. in d. ſumm. bullar. in verb. alienat. rer. eccleſ. n.50. poſt med. verſ. ſexto beneficiatus.*

Et cum iſta procedant in alienante, vt dictum eſt, multò magis habebunt locum in caſu no-
3 ſtro, † in quo non agitur de aliqua alienatione, ſed ſolum de non reinueſtimento aliquarum pecuniarum, quæ vt prætenditur debebant reinueſtiri, & conuerti in vtilitatem monaſterij, Cùm enim non fuerit factum reinueſtimentum, ſed ſolum illud dilatum ex iuſta cauſa alendi monachos, & pro alijs neceſſitatibus religionis, quæ celeritatem deſiderabant, & moram non patiebantur, non eſt tractandum de aliqua pœna, quæ non infligitur facienti actum
4 ex neceſſitate † tanquam illa ſemper excluditur in prohibitione alienationis, ſiue prohibitio ſit facta à lege, ſiue ab homine, ſiue à ſtatuto, cum debeat intelligi de poſſibilibus, non in caſu neceſſitatis, quæ nullam habet legem, maximè in materia alimentorum, in quibus nulla maior neceſſitas poteſt conſiderari, quam famis *l. quæ propter neceſſitatem. ff. de regul. iur. Bald. conſ. 406. col. 1. lib. 5. Tiraquel. de pœn. temperand.*
5 *cauſ. 33.* † Et in propoſito noſtro de ſimili-

bus alienationibus prohibitis, quod iſta
non compræhendatur Archidiac. in c. apo-
ſtolicos. 12. q. 2. Bald. in auth. hoc ius por-
rectum. n. 10. verſ. ſed pone. C. de ſacroſanct.
eccleſ. Alex. in l. filiusfamilias. §. diui. col. 2.
vbi Iaſ. n. 21. Rip. n. 24. ff. de legat. 1. Becc.
conſ. 100. n. 6. cum alijs per Surd. de aliment.
tit. 9. q. 32. n. 11. cum ſeq. Cephal. conſ. 47.
n. 21. lib. 1.

Et paſſim in Prælatis, tutoribus, adminiſtrato-
ribus, & ſimilibus, qui tenentur pecunias
pupillorum, & Eccleſiæ reinueſtire, ſerua-
6 tur, † vt tales retineant pecuniam, quàm
debent collocare in emptionem prædiorum,
& ſtabilium, quando adeſt cauſa ſublenandi
neceſſitates Eccleſiæ, & eorum, quorum cu-
ram habent, cum hoc non ſit legi contraue-
nire, tanquam vna neceſſitas faciat ceſſare
aliam neceſſitatem emendi redditus, vt in
ſpecie notat Munnoz. de ratiocin. admini-
ſtrat. c. 14. n. 8. 9. & 17. poſt Gloſ. in §. ſi
vero tantum ſolummodo. in verb. neceſſita-
tis. auth. vt ij qui obligat. ſe haber. perhib.
res minor. Alber. in l. ſcio. ff. de reſtitut. in
integr. Laurent. de Rodulph. de vſur. p. 2.
q. 66. Baez. de decim. tutor. c. 7. n. 92. Aior.
de partition. c. 4. n. 32. Molin. de iuſt. & iur.
tract. 2. diſput. 224. col. 5. in fin. verſ. quando
ergo prædia. in fin. fol. 903.

Cum etiam tales adminiſtratores non poſſint
condemnari, quod pecuniam minorum, &
Eccleſiæ non collocauerint in emptionem
7 ſtabilium, & cenſuum, † niſi probatum fue-
rit, quod tempore quo pecunia fuit otioſa,
adeſſet occaſio proxima, & parata ad annuos
redditus emendos cum ſimilibus Aret. conſ.
31. in fin. Aim. conſ. 21. n. 5. poſt Bart. in
l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt depoſitio-
nem. in fin. ff. de adminiſtrat. tutor. Dec.
conſ. 562. viſo puncto diligenter. n. 12. Surd.
deciſ. 318. n. 8.

Et quamuis etiam eſſemus in loco, vbi ſtatim
8 poſſent reinueſtiri pecuniæ, † tamen ſi non
reinueſtiantur, non tenebitur adminiſtrator
niſi ad intereſſe, vt per Munnoz. de ratiocin.
adminiſtrat. c. 14. n. 7. & 21. Quod intereſſe
in caſu noſtro, non cadit, cum pecunia ſit cõ-
uerſa in vſum alimoniæ, quod permittitur,
neque enim adminiſtrator in ſuos illam
9 conuertit, † quod tunc eſſet illi præiudicia-
le, & dolus præſumeretur l. 1. C. de vſur. pu-
pillar. l. tutor qui repertorum. §. ſi poſt depo-
ſitionem. C. de adminiſtr. tutor. Munnoz.
de ratiocin. c. 14. n. 21.

Adſunt etiam alia in facto, ex quibus proba-
tur nullam culpã poſſe conſiderari in Priore
propter non reinueſtimentum pecuniarum,
10 cum etiam alias fuerit ſuper hoc idem Prior
denunciatus, & abſolutus, itaut non ſit æquũ
ſuper eiſdem illum moleſtare, maximè cum
modicum tempus remaneat ſui Prioratus,
quo finito reddet rationem ſuæ adminiſtra-
tionis, cum donec cognoſcitur an ſit in cul-
pa, non ſit remouendus ab adminiſtratione,
Cum etiam Paulina loquatur in alienante,
non autem in eo, qui eſt negligens in non
reinueſtiendo, quamuis hæc omnia dicantur
ex abundanti, quia nulla culpa, aut negligen-
tia adeſt in caſu noſtro ex ſupra allegatis,
Ex quibus Prior fuit abſolutus.

Alia, quæ opponuntur, non faciunt ad caſum
noſtrum, cum procedant in magna pecunia-
11 rum quantitate, † quam non poteſt Præla-
tus alienare etiam conuertendam in vtilita-
tem Monaſterij, licet ſit mobilis ſine ſolem-
nitate, ſi eſt in proprietate ipſius monaſterij,
quia poteſt Eccleſia in contractu emptionis
decipi in pretio Bero. in c. nulli. n. 83. de reb.
eccleſ. non alienand. Redoan. eod. tit. rubr. de
pecun. eccleſ. n. 15. iuxta l. 3. §. quid ergo. de
contrar. act. tutel. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 7. n. 106. & ita in ſpecie reſoluit
Rot. coram Card. Pamphilio Veneta nullita-
tis. 13. Nouembris 1602. quam refert Ge-
nuenſ. in prax. archiepiſcop. c. 75. in annotat.
n. 14. & multa circa intellectum prædicto-
rum adduxi ſupr. c. 517. tom. 3. in addit. quæ
12 eſt poſita in fin. d. tom. fol. 680. † Et quando
pecunia habeatur pro re mobili, ſeu immo-
bili, ſiue ſit minoris, ſiue Eccleſiæ, ſiue ſit
deſtinata ad emptionem prædiorum, ſiue
non, ad effectum præſertim, vt requirantur
ſolemnitates de iure communi, & munici-
pali requiſitæ Tiraq. latiſſimè de retr. lignag.
§. 1. gloſ. 7. n. 104. vſque ad 115. Prax. Ar-
chiepiſc. d. c. 75. n. 7. & 8. Boer. deciſ. 209.
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib. 9. tit. 3. n. 9. Alex. Aret. Iaſ. & alij in
l. cætera. §. ſed ſi parauit. ff. de legat. 1.

Quo vero ad locationes factas vltra triennium
13 non poteſt aliquid imputari Priori, † quia
diſpoſitio extrauag. ambitioſa, de reb. eccleſ.
non alienand. procedit quando prædia Ec-
cleſiæ quotannis coluntur, & quolibet anno
fructus colliguntur, ſecus quando, prout in
caſu noſtro, recollectio illorum fit biennio,
ſeu triennio, tunc enim valebit locatio ad
ſex, & nouem annos Couarr. in ſpecie d. ex-
trauag. lib. 2. var. reſolut. c. 16. n. 6. poſt
Barbat. in rubr. de reb. eccleſ. non alien. n. 52.
Prax. Archiepiſc. d. c. 75. n. 11.

Prout dicimus de emphyteuta, qui non cadit
ab emphyteuſi, ſi ceſſauit à ſolutione cano-
nis per duos annos in Eccleſia, & per tres in
14 priuato, † quando vnicus fructus ex re em-
phyteotica colligitur quolibet biennio, vel
triẽnio, aut quinquennio, tunc enim neceſſe
eſt expectare defectum ſolutionis canonis
per duo biennia, vel triennia, vel quinquen-
nia, ſi ſit emphyteuſis Eccleſiæ, vel per tria
biennia, ſeu triennia, vel quinquennia, ſi fue-
rit emphyteuſis priuati, vt eſt ſilua, ex qua
ſpatio quinque annorum recolligitur vnus
fructus, ob illam rationem, quia iſtud tem-
pus reputatur pro vno anno, vt latè declarat
Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. can.
limit.

limit.28. n.1. & 2. poſt Bald. in l. adem. col.1. C. locat. Alex. in l. diuortio. §.1. col. vlt. vbi Iaſ. in §. quod in anno. in 3. notab. ff. ſolut. matrim. Idem Iaſ. in l.2. col.2. C. de iur. emphyt. & in auth. qui rem. col.2. vbi Dec. n.10. limit.9. C. de ſacroſ. eccleſ. Catellan. in verb. emphyteota priuati. Couar. lib.2. var. reſolut. c.16. n.6. iuxta *l. ſi ſic conſtituta. 7. ff. quib. adm. ſeruit. amittat. Roland. conſ. 87. n.29. lib.1. Tiraq. de retract. conuent. §.5. gloſ.4. n.31.*

Quod tamen cum de hoc quæreretur dixi intelligendum eſſe, quando in inſtrumento emphyteuta promiſiſſet ſoluere canonem de fructibus rei. in emphyteuſim conceſſæ per modum taxationis, ſecus autẽ ſi fuiſſet promiſſa quantitas vini, aut frumenti, aut pecunia in genere pro canone, itaut promiſſio non ſit taxatiuè prolata, ſed demonſtratiuè, tunc enim penſio dicitur præſtari in recognitionem dominij, non autem contemplatione fructuum percipiendorum, neque vllo habito reſpectu ad fructus, prout in ſpecie ita diſtinguit *Corbul. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. limit.28. n.3. & 4. fol.486.* vbi multis rationibus comprobat, & in ſimili faciunt notata per *Cuman. & Alex. in l. ſi interdum. §. quod ex naufragio. n.7. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. item ſi verberatum. §.1. poſt med. verſ. nota argumentum hic quod illud modicum. ff. de rei vendic. Iaſ. in l. 1. n.17. C. de iur. emphyt.*

EPITOME.

AEſtimatio fundi dotalis, quando faciat emptionem, itaut maritus efficiatur dominus irreuocabilis. ¶ Et quid operetur in hoc clauſula ad habendum, vel ſimilis poſita in diſpoſitiuis vnà cũ decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus per ſtatutum requiſitis. ¶ Debitor quantitatis reſpectu ſpeciei an æquiparetur debitori ſpeciei. ¶ Separatio bonorum pro credito dotali quando concedatur vxori hæredi ſui viri. ¶ Et quæ ad dictum effectum ſint neceſſaria. ¶ Damna quomodo ſint verificanda, vt ſit locus executioni quo ad deteriorationem. ¶ Mulier ſoluto matrimonio an poſſit pro ſua dote accipere quæcumque bona viri etiam fideicommiſſo ſubiecta, non autem in ſubſidium, ſi non exiſtent bona libera. ¶ Renunciatio iurata hypothecæ facta per vxorem ſuper aliquibus bonis mariti quo caſu illam excludat, vt non poſſit amplius regredi ad bona remiſſa. ¶ Dies reſtitutionis dotis an potius debeat attendi ad cognoſcendum ſi maritus ſit ſoluendo, ſeu remiſſionis hypothecæ factæ per vxorem. ¶ Et cui incumbat onus probandi non adeſſe alia bona mariti, ſuper quibus poſſit prætẽdi ſatisfactio dotis, præter quam illa, quæ fuerunt renunciata. ¶ Promittens dotem in quantitate conſiſtente in domo an promiſerit domum, vel quantitatem. ¶ Teſtator mandans bona vendi, & pretium dari pauperibus an dicatur feciſſe pauperes legatarios pretij, & quid è contra. ¶ In ſpecie debita ex teſtamento quando veniant vſuræ ex mora, ſi illa ſit redigenda ad pecuniam. ¶ Vel ſi fuerit legata pecunia, vt inde ematur ſpecies. ¶ Subſtantia fundi dotalis an immutetur, ſi per licentiam alienandi debeat aſſecurari quantitas ex dicto fundo detrahenda. ¶ Promiſſio mariti de reſtituenda dote poſt factam æſtimationem illius an intelligatur de reſtitutione quantitatis, ſeu rei dotalis.

SVMMARIVM.

1 *Dos ex quibus cenſeatur conſtituta in ſpecie, ſeu in quantitate, itaut ſit facta emptio, & maritus ſit effectus dominus irreuocabiliter. n. 2. & 3.*

4 *Pars dotis ſi conſiſtat in quantitate quando alia pars remaneat pro fundo dotali.*

5 *Clauſula ad habendum operatur, vt res dicatur aſſignata plene, & proprio iure, & in perpetuum, maximè ſi fiat cum ſolemnitatibus, & ſit poſita in diſpoſitiuis. n. 6. 7. & 38.*

8 *Aeſtimatio rei dotalis ad effectum ſciendi quantitatem dotis, vel certitudinem deteriorationis non facit emptionem.*

9 *Promiſſio mariti de reſtituenda dote poſt factam æſtimationem an intelligatur de reſtitutione quantitatis, ſeu fundi dotalis.*

10 *Idem iudicatur de debitore quantitatis reſpectu ſpeciei, ſicut de debitore ſpeciei.*

11 *Voluntas partium etiam tacita præualet ad effectum, vt dicatur facta emptio per æſtimationem rei. n. 37.*

12 *Interpretatio in dubio eſt facienda potius, vt æſtimatio faciat emptionem, & venditionem.*

13 *Separatio bonorum pro credito dotali ab hæreditate ſui viri conceditur vxori illius hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, citatis tamen creditoribus, & legatarijs præuio decreto Iudicis, alias erit nulla.*

14 *Hæres non habet ex inuentario aliquod priuilegium, vt creditum ſuum poſterius efficiatur anterius, & creditori datur electio in qua re velit ſibi ſatisfieri.*

15 *Citatio per edictum eſt facienda per hæredem quo ad creditores incertos.*

16 *Deterioratio non datur, niſi verificatis damnis præuia cognitione, & defenſione cauſæ per curatorem hæreditatis ad hoc, vt præiudicet creditoribus.*

17 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non dicitur ſpoliare poſſeſſorem, neque priuare aliquem ſuis iuribus, ſecus ſi ſeruatis ſeruandis ſententiam ferret. n. 18.*

19 *Mulier ſoluto matrimonio poteſt pro exactione ſuæ dotis accipere quæcumque bona viri, etiam fideicommiſſo ſubiecta, non*

autem in ſubſidium non extantibus bonis liberis.

20 *Vxor conſentiens marito vendenti aliqua bona ſibi obligata aſſerens ſe eſſe cantam ſuper alijs bonis non exercet amplius ſuam hypothecam ſuper illis, quibus renunciauit, & de ratione. n. 21.*

22 *Iuramentum vxoris renunciantis hypothecam ſuper aliquibus bonis facit, vt amplius non detur ei regreſſus quo ad bona remiſſa, ſiue maritus ſit ſoluendo, ſiue non. Declara, vt n. 23.*

24 *Dies reſtitutionis dotis attenditur an maritus ſit ſoluendo, non autem remiſſionis hypothecæ factæ per vxorem.*

25 *Mulier, quæ renunciauit hypotheca, quando debeat probare non adeſſe alia bona mariti, ſuper quibus poſſit prætendere ſatisfactionem ſuæ dotis. n. 26. & 27.*

28 *Promittens dotem in quantitate conſiſtente in domo an dicatur promiſiſſe domum, vel quantitatem. n. 32. & 35.*

29 *Finis ſolutionis quando debeat attendi.*

30 *Teſtator ſi iubeat bona vendi, & pretium dari pauperibus, tunc pauperes dicuntur eſſe legatarij pretij, prout è contra.*

31 *Idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.*

33 *In ſpecie debita ex teſtamento non veniunt vſuræ ex mora, ſi illa ſit redigenda ad pecuniam, ſecus ſi legetur pecunia, vt inde ematur ſpecies. n. 34.*

36 *Subſtantia fundi dotalis an immutetur, ſi per licentiam alienandi debeat aſſecurari quãtitas ex dicto fundo detrahenda.*

CAP. DCCCCXXXII.

NArratur in inſtrumento exhibito tàm in præfatione, quàm in diſpoſitiua dotem, de qua agimus, conſiſtere in quantitate ſcutorũ ter mille iuxta chirographum
1 per partes confectum, † in cuius executionem, præuio decreto Iudicis, & cum omnibus ſolemnitatibus ſtatutarijs conceditur, ceditur, & aſſignatur domus pro dictis ſcutis ter mille nullo iure ſibi reſeruato, ad habendum, ponens, conſentiens, dans poteſtatem, & donec conſtituit, cum promiſſione, quod eadẽ domus ceſſa, & aſſignata pro dicta dote ſpectat ad ipſam cedentem, & eſt libera ab omni onere, præterquam ab annuo cẽſu, quem ceſſionarius in ſe accollauit, alias teneri voluit de quacumque coictione, & ad omnia dãna cum acceſſione fideiuſſoris pro obſeruatione omnium per cedentem promiſſorum, itaut etiam ceſſionario liceat liberè diſponere de domo ceſſa, illamq. arbitrio ſuo vendere, & alienare, facta tamen aſſecuratione pro pretio dictorum ſcutorum ter mille ſuper omnibus bonis, prout aſſecurauit cum alijs clauſulis latius in eodem in-
2 ſtrumento contentis, † ex quibus verbis clarè apparet, quod dos non conſiſtit in domo, ſed in quantitate ſcutorum ter mille, prout promiſſa fuerunt, adeo vt præcedente huiuſmodi promiſſione quantitatis, fundus, ſeu res, quæ pro ea datur, & ceditur non poſſit dici dotalis, ſed ſit facta emptio, & maritus dicatur effectus dominus irreuocabiliter *Corn. conſ. 92. in hac conſultatione. col. 3. ad med. n. 8. lib. 4. & conſ. 15. n. 5. lib. 2. Bero. conſ. 63. n. 6. in fin. verſ. quintus eſt caſus. lib. 3. Cephal. conſ. 351. n. 12. 30. & 31. lib. 3. Couar. pract. quæſt. c. 38. n. 1. verſ. ſecundo caſu. Natt. conſ. 650. n. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 28. n. 15.* dixi *ſupr. c. 39. n. 29. & 30.* iuxta *l. ſi prædium. in fin. C. de euictionib. l. eleganter. in princ. ff. de pignorat. act. l. pretij cauſa. C. de reſcind. vendit. Thob. conſ. 52. n. 6. Rub. Alexandr. conſ. 5. in fin. Socin. Iun. conſ. 141. n. 4. & 7. lib. 1. Ludouic. concluſ. 10. col. 6. verſ. ampliatur tertio.*

Et quamuis hoc ſolum ſufficiat ad effectum, vt
3 maritus dicatur dominus, † & non ſimus amplius in fundo dotali, vt dicit *Natt. d. conſ. 650. n. 3. in fin.* & repetit *Mantic. d. tit. 28. n. 15.* Tamen etiã additur, quod vna camera, & apotheca dictę domus, vltra aliam partem eiuſdem domus datam pro ſcutis ter mille debitis pro dote, fuit vendita de conſenſu vxoris eidem marito pro ſcutis ducentum incontanti habitis, & receptis, itaut non ſit credendum, quod vna pars domus remaneret dotalis, alia verò non, & quod vna portio remaneret penes hæredes mariti ſoluto matrimonio, & altera portio reſtitueretur mulieri, vnde potius eſt dicendum, quod tota domus remanſerit in dominio mariti, vt in ſpecie declarat *Socin. conſ. 60. in fin. lib. 4.* iuxta *l. ſi quis aliam. ff. de ſolutionib. l. quod ſi vno. ff. de in diem addict. Bart. in l. cui vſusfructus. 30. ff. de vſu & vſufr. legat. Rub. Alexandr. conſ. 5. n. 3. in fin. Thob. conſ. 52. n. 7. Ludouic. concluſ. 10. ampliat. 9.*

Accedat clauſula ad habendum, cum poteſtate alienandi, vendendi, & diſponendi, prout
5 maritus voluerit, † quæ operatur, quod res aſſignata dicatur data irreuocabiliter, & pleno iure, & iore proprio, & in perpetuum, vt in propoſito noſtro notat *Bero. conſ. 63. n. 21. lib. 3. poſt Alex. in l. qui romæ. §. duo fratres. col. 43. verſ. item in quantum. ff. de verbor. obligat.*

Maximè, quia iſta conceſſio eſt facta cum de-
6 bitis ſolemnitatibus, † quo caſu huiuſmodi clauſulæ ſuum effectum plenè operantur *Socin. conſ. 266. n. 33. lib. 2. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 17. n. 4. verſ. quarta concluſio. ad med. Curt. Iun. conſ. 130. n. 6. Rot. coram Card. Lancellotto Romana domus S. Euſtachij. 12. Februarij* 1581.

Non obſtat, quod tales clauſulæ cum licentia vendendi non alterent naturam conſtitutionis dotis, nec faciant illam tranſire de vna ſpecie

Digitized by Google

ſpecie in aliam, Quia procedit, quando ta-
les clauſulæ ponuntur in executiuis, ſecus
7 quando, prout in caſu noſtro, † ſunt poſitæ
in diſpoſitiuis, vt latè declarat *Oſaſc. deciſ.
164. n.1. & 2. poſt Pariſ conſ.3.n.13. & 29.
lib.1. Aim. conſ.256. n 4. ad med. & n.8. in
fin. Brun. conſ. 38. n. 1. Grat. conſ. 9. n. 4.
lib.1. Menoch conſ.84. n.46. & conſ.87. n.4.
Curt. Iun. conſ. 4. n. 1.*
Præterea prædicta habent locum, quando res
dotales non fuerunt datæ æſtimatæ, vel quã-
8 do ad alium effectum ſunt æſtimatæ, † pota
pro ſcienda quantitate dotis, vel pro ha-
benda certitudine deteriorationis, cum ſi-
milibus, tunc enim non dicuntur res datæ
in dotem deſinere eſſe dotales, nam cum di-
ctæ clauſulæ ſint acceſſoriæ non alterant na-
turam contractus, prout in iſtis terminis
loquitur *Ludou. concluſ.* 10. *in fin. limit.*11.
& ita etiam dixi *ſupr. c. 745. n. 90. in fin.
Thob. conſ.206. n. 7. vſque ad* 10.
In caſu autem noſtro conſtat de æſtimatione
facta, vt dominium transeat in maritum,
cum ampliſſima facultate diſponendi de do-
mo eſſa, & aſſecurandi dotem pro ſcutis
ter mille, in quibus quantitas dotis conſi-
ſtebat, cum alijs clauſulis in inſtrumento
contentis, quæ ſunt adeo claræ, vt vanum
9 ſit diſputare an ſit facta æſtimatio, † non
obſtante, quod maritus promiſerit dotem
reſtituere, quia ſemper intelligitur de reſti-
tutione ſcutorum trium mille, non autem
de domo, quæ amplius non eſt dotalis *Bald.
in l. quoties. n.4. C. de iur. dot. Alex. conſ.79.
in fin. lib.5. Socin conſ.56. n.7. verſ. ſepti-
mus caſus. lib. 1. Natt. conſ 650. n. 5.* quos
omnes refert, & ſequitur *Cardin. Mantic.
de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit.
28. n. 7. fol.* 749.
Nec facit, quod in principio inſtrumenti nar-
retur, quod fuit factum matrimonium cum
promiſſione dotis ſcutorum trium millium
10 conſiſtentium in domo, de qua agimus, † ex
quo ſequitur, quod fuit promiſſa ſpecies,
non quantitas, itaut iudicetur de debitore
quantitatis reſpectu ſpeciei, ſicut de debi-
tore ſpeciei *Surd. deciſ.161. n.4. ad med. &
n. 8. & de alim. tit.4.q. 16. n.19.* Quia poteſt
eſſe, quod dos conſiſtat in domo, & poſtea
promittatur quantitas, & eadem domus
deinde detur in ſolutum pro quantitate ex-
preſſa, itaut non attendatur amplius ſpecies,
ſed in totum ſit facta emptio, & quantitas
11 dotis ſit reſtituenda, † cum in ſimili materia
mens, & voluntas partium præualeat, à qua
non eſt diſcedendum *Bart. in l. æſtimatis.
ff. ſolut. matrim. Socin. Iun. conſ.141. n.11.
lib.1. Ludou. concl.* 10. *col.* 10. *limit.*2. Itaut
etiam in dubio ſemper ſit facienda interpre-
12 tatio, † vt per æſtimationem ſit facta em-
ptio, & venditio *Gloſ. l. ſi inter virum &
vxorem. C. de iur. dot. Bald. in l. 1. n. 4.
C. eod. tit.* & de communi teſtatur *Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 12. tit. 28. n. 31.*
Cum igitur non ſimus in re dotali, rectè fuit
conuenta Aduerſaria tanquam hęres ſui ma-
riti debitoris fructuum cenſus, de quibus
agitur, non obſtante prætenſa ſeparatione
bonorum pro ſuo credito dotali ab hæredi-
13 tate ſui viri, † Quia licet talis ſeparatio cõ-
cedatur hęredi cum beneficio legis, & inuen-
tarij, Tamen illa non poteſt fieri auctoritate
propria, ſed requiritur citatio creditorum,
& legatariorum præuia imploratione Iudi-
cis ſuper tali ſeparatione, nam alias ſi fiat
auctoritate propria, prout in caſu noſtro,
erit nulla *Ruin. conſ 57. in fin. n. 27. lib. 2.
poſt Bald. in l. debitori. vbi Curt. Sen. n.12.
Alex. col.2. Dec. n.17. C. de pact.* & conclu-
dunt omnes in *l. fin. §. in computatione. &
§. & ſi præfatam. vbi Bald. col.2. verſ. ve-
nio ad oppoſitiones. C. de iur. delib. Iaſ. conſ.
28. col. 2. in fin. verſ. confirmantur prædi-
cta. lib.3. Caſtr. in l. quoniam in prioribus.
in fin. C. de inoffic. teſtam. Roland. de in-
uentar. p.4. §. decima eſt vtilitas. n.6. fol.* 104.
latè *Phanuc. eod. tit. par. 5. n.19. cum ſeq.*
14 *fol.*105.† Maximè, quando adſunt creditores
anteriores, quorum reſpectu hæres non ha-
bet ex inuentario aliquod priuilegium, vt
creditum ſuum poſterius efficiatur anterius,
cum immo eidem creditori detur electio, in
qua re velit ſibi ſatisfieri, vt poſt *Caſtr.* &
alios in ſpecie notat *Phanuc. ibid. n.20. in
fin. & n. 21. fol.* 58.
Neque poteſt prætendi ignorantia creditorum,
cum de eis conſtet ex inuentario per Aduer-
15 ſariam facto, † Quamuis quo ad creditores
incertos erat facienda citatio per edictum
*Archid. in c. quod dicitis.16. diſtinct. Bald.
in c.1. col.5. de vaſall. qui contum. eſt. Pha-
nuc. de inuentar. p. 5. n.20. verſ. quid dice-
mus quo ad ignotos; fol.*58.
Additur nullitas reconſignationis domus non
ſolum pro ſcutis ter mille dotalibus, ſed
etiam pro ſcutis ducentum, cum tamen non
potuiſſet pro omnibus iſtis tota domus dari,
quia dicta ſcuta ducentum ſunt pro camera,
& apotheca vendita vltra dotem, quæ non
ſunt compræhenſa in dote, Vltra ſcuta quin-
genta inuentariata, & depoſitata in Monte
Pietatis Aduerſarię tradita pro prætenſa de-
16 terioratione domus, † quæ tamen non pote-
rant conſignari non conſtito de ea, & non
verificatis damnis, itaut ſuper eis debeat
præcedere ſententia præuia cognitione, &
defenſione cauſæ per curatorem hæreditatis
ad hoc, vt præiudicet creditoribus, & legata-
rijs *Phanuc. de inuentar. p.5. n. 34. fol.*113.
Adſunt etiam aliæ nullitates in facto relatæ,
quæ iunctæ cum omnibus ſupradictis faciũt,
vt hæreditas non fuerit priuata dominio, &
17 poſſeſſione domus, de qua agimus, † cum
Iudex nulliter, & iniuſtè, & abſque vlla co-
gnitione procedens non dicatur ſpoliare,

Digitized by Google

neque priuare aliquem ſuis iuribus *Abb. in*
c.conquerente. n.8.de reſtitut.ſpoliator. Rot.
*deciſ.*111. *n.*2. *&* *deciſ.*551. *n.*2. *par.*1. *in re-*
18 *centiorib.* † Contraria autem procedunr in
Iudice procedente rectè, & ritè, & ſeruatis
ſeruandis *l. vniuerſas. §. item cum prætor.*
ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. diuerſ. deciſ. 802.
n. 6. *par.* 1.

Poſt hæc ſcripta fuit firmata exaduerſo con-
cluſio, quod mulier ſoluto marrimonio po-
teſt pro exactione ſuæ dotis accipere quæ-
cumque bona viri etiam fideicommiſſo ſu-
biecta, & non libera, non autem in ſubſi-
19 dium non extantibus bonis liberis, † ne alias
cogatur pro dote ſua experiri cõtra tertium
poſſeſſorem, qui ſit ſibi durior aduerſarius
iuxta opinionem *Caſtr. conſ.*219. *ad fin. lib.*1.
quem ſequitur alios adducens *Peregr. de*
*fideicommiſſ. art.*42. *n.*18. *fol.*383.

Verum iſta non applicantur ad caſum noſtrum,
quamuis enim ſimus in muliere repetente
ſuam dotem, Tamen obſtat illi ſua confeſſio
facta de anno 1605. præuio eius inramento,
& decreto Iudicis cum alijs ſolemnitatibus,
dum aſſeruit ſe eſſe cautam de ſua dote ſuper
20 alijs bonis, † ideo conſenſit marito vendenti
domum, de qua agimus, ſuper qua non po-
teſt amplius ſuam hypotheeam exercere
*Boer. deciſ.*23. *n.* 9. *ad med. verſ. niſi etiam*
*in renunciatione hypotheca. Roman. conſ.*187.
n. 1. *&* *conſ.* 140. *in princ. verſ. ſecunda.*
Vrſill. ad Affl. deciſ. 311. *n.* 4. *in fin.* iuxta
l. etiam. & l. iubemus. C. ad velleian. l. ma-
*nia.*50. *§. fundus. ff. ſolut. matrim. Seraph.*
priuil. iuram. 76. *n.* 12. *in fin. verſ. ſed ad*
*hoc poteſt dici. Maſcard. concluſ.*1173. *n.*21.

Quorum ratio eſt, quia mulier per talem re-
nunciationem hypothecæ non intercedit pro
21 viro, neque ſe obligat, † ſed ſolum ſibi præ-
iudicat quo ad perſonam illius, ad cuius fa-
uorem ſit remiſſio hypothecæ, cum reſpectu
aliorum creditorum non intelligatur renun-
ciatum, itaut ſemper ſit tuta reſpectu alio-
rum bonorũ mariti, in quibus poterit ſuam
dotem recuperare, vnde huiuſmodi remiſſio
hypothecæ admittitur *l. iubemus. C. ad vel-*
*leian. Ruin. conſ.*41. *n.* 1. *lib.* 5. *Roland. conſ.*
70. *n.* 20. *lib.* 2. cum alijs per *Barboſ. in*
*l.*1. *p.* 5. *n.* 59. *verſ. vlterius principaliter.*
vſque ad 62. *ff. ſolut. matrim. Campeg. de*
*dot. p.*4. *q.*13. *Gutier. de iuram. confirmator.*
p. 1. *c.* 1. *n.*17. latè *Martin. Beneebendor. in*
*addit. ad Seraphin. priuileg. iuram.*95. *n.*1.
*Franc. deciſ.*84. *n.* 1. *Burſat. conſ.* 32. *n.*38.
in fin. lib. 1.

Stante præſertim iuramento præſtito cum de-
creto, & alijs ſolemnitatibus, quo caſu mu-
lier hypothecam remittens ſibi præiudicat
22 quo ad bona remiſſa, † itant amplius ad ea nõ
poſſit regredi ſiue maritus ſit ſoluendo, ſiue
non, cum iuramentum ſit ſeruandum, inxta
magis communem opinionem, de qua per
*Alex. conſ.*83. *n.* 6. *lib.*6. quidquid aliud ſen-
riat *Gloſ. in auth. ſiue à me. C. ad velleian.*
cum paſſim ab omnibus reprobetur, vt te-
ſtatur *Roland. conſ.*70. *n.*21. *lib.*2. *Theſaur.*
deciſ 223. *n.* 17. *ad med. Gutier. de iuram.*
confirm. p. 1. *c.* 1. *n.* 19. cum alijs per *Bene-*
ebendor. in addit. ad Seraphin. priuil. iu-
*ram.*95. *n.*4. *Affl. deciſ.*311. *n.*4. *Ang. Piſan.*
*ad eumd. Affl. deciſ.*313. *Campeg. de dot p.*3.
*q.*13. *Franc. deciſ.*84. *n.*3. *Neguſ. de pignor.*
*par.*2. *membr.*4. *n.*85. latè *Ceuall. q.*3. *n.*20.
& 21. *fol.* 23.

Contraria autem procedunt, quãdo mulier pe-
teret abſolutionem à iuramento, ad effectũ,
vt poſſet agere cõtra bona per alios poſſeſſa,
23 non obſtãte remiſſione ſuæ hypothecæ, † quo
caſu requireretur enormiſſima læſio, cum
alias talis abſolutio ei non ſuffragaretur,
qui tamen non eſt caſus noſter, cum hoc iu-
dicium requirat altiorem indaginem *Abb. in*
c. cum contingat. n. 22. *verſ. octauus caſus.*
de iureiur. Archid. Gemin. & alij in c. quam-
uis. de pact. in 6. *Curt. Sen. conſ.* 43. *n.* 1.
*Theſaur. deciſ.*223. *n.*18. *verſ. ſi vero. Amen-*
dol. ad Franc. deciſ. 84. *poſt princ. verſ. ſed*
verum eſt.

Ex quibus ceſſat diſputatio quæſtionis an de-
beat attendi tempus remiſſæ hypothecæ, ſeu
reſtitutionis dotis ad effectum, vt dicantur
extare bona mariti, ſuper quibus mulier ſe
poſſit reualere, Quia ſtante iuramento non
attenditur an maritus ſit ſoluendo ſiue vno
tempore, ſiue alio, vt dictum eſt *ſupr. n.*22.
Maximè, quia etiam admiſſa opinione Do-
24 ctorum concludentium, † quod attendatur
dies reſtitutionis doris, an maritus ſit ſol-
uendo, non autem remiſſionis hypothecæ fa-
ctæ per vxorem, vt per *Gutier. de iuram. p.*1.
c. 1. *n.* 18. cum alijs per *Beneebendor. in*
*addit. ad Seraph. priuil. iuram.*95. *n.*1. *&* 2.
Tamen ſemper verum eſt, quod mulieri in-
cumbat onus probandi non adeſſe alia bona,
ſuper quibus poſſit prætendere ſuam dotem,
25 nam alias hoc non probato, † nunquam talis
actio ſubſidiaria ei competit, ita in ſpecie
concludit *Caſtr. in l. manit marito.* 50. *§.*
fundus. col. 2. *ad med. verſ. item ponamus*
quod mulier. n. 4. *ff. ſolut. matrimon.* vbi
quod iſta opinio eſt verior, cum mulier in
hoc caſu per talem negationem fiat actrix, &
fundet ſe in huiuſmodi negatiua, quàm de-
bet probare tanquam fundamentum ſuæ in-
26 tentionis, itaut ſufficiat, † quod intentio
rei ſit fundata in renunciatione facta per
vxorem *l. hoc iure. ff. de verbor. obligat.* &
Caſtr. ſequitur *Ceuall. quæſt.*3. *n.*22. *fol.*23.
Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. *c.* 1. *n.* 20.
*cum ſeq. Maſcard. concluſ.*1173. *n.*21. *in fin.*

Ex quibus tolluntur contraria exaduerſo ad-
ducta, dum præſupponitur, quod mulier poſ-
ſit ad ſui libitum accipere quæcumque bona
27 ſiue libera, ſiue oneri ſubiecta, † Quia pro-
cedunt quando ageret ſimpliciter, & abſque
vlla remiſſione pignoris, & hypothecæ, prout
lo-

loquuntur *Caſtr. Peregr.* & alij adducti *Ro-*
*land.conſ.*85. *n.* 4. *lib.* 1. *Eugen. conſ.*54.*n.*4.
Decian. conſ. 18. *n.* 27. *lib.* 2. Quamuis hæc
omnia dicta ſint ex abundanti, cum ex facto
clarè appareat non adeſſe æs alienum, quod
impediat reſtitutionem dotis prætenſæ, vt
ex calculo exhibito, itaut iniuſtè defatige-
tur dominus cenſus in exactione fructuum,
prout etiam latè fuit oſtenſum *ſupr. n.* 1.
Nec facit dum iterum opponitur, quod do-
mus, de qua agimus, ſit dotalis, quia in in-
ſtrumento prius aſſeritur, quod fuit contra-
28 ctum matrimonium, † cum promiſſione do-
tis ſcutorum ter mille conſiſtentium in do-
mo, itaut ex hoc videatur promiſſa ſpecies,
& non quantitas, Nam hoc procedit dum-
modo poſtea eadem ſpecies, ſeu domus non
fuiſſet data, vt ſolueretur quantitas, tunc
enim nõ cenſetur amplius promiſſa ſpecies,
ſed quantitas, & pecunia, in qua eſt facienda
29 ſolutio, † cum ſemper in huiuſmodi materia
attendatur finis ſolutionis, prout eſt *tex.* in
terminis in *l. in fideicommiſſi.* 3. *§. ſi auro*
vel argento. ff. de vſur. & fructib. & cauſ.
& omnib. acceſſionib. & mor. vbi *Florian.*
n. 1. concludit, quod quando teſtator iubet
30 per Commiſſarios bona vendi, † & pretium
dari pauperibus, tunc pauperes dicuntur
eſſe legatarij pretij, & quantitatis, non au-
tem rei vendendæ, prout idem è contra,
quando legatur pecunia, vt exinde ematur
ſpecies, cenſetur ſpecies legata, & ſic præ-
dium emendum, vt idem operetur propoſi-
31 tum in propoſito, † quod oppoſitum in op-
poſito *l. ſi vt proponis.* C. *de nupt.* & ita
etiam prædicta comprobat *Socin. conſ.* 247.
circa primũ conſultationis articulũ. col.vlt.
poſt princ. verſ. quarto hanc concluſionem
probat. n. 9. *lib.* 2. & in illis terminis intelli-
guntur, quæ exaduerſo allegantur ex *lib.* 1.
32 *diſceptat. c.*62. *n.*14. *& c.*579.*n.*3. † vbi *n.*4.
& 5. prædicta fuerunt declarata iuxta *d. l. in*
fideicommiſſi. 3. *§. ſi auro. & Socin. d. conſ.*
247. *n.*9. quibus additur *Raph. Fulgoſ. in*
d. §. ſi auro. in princ. vbi quod in ſpecie ex
teſtamento debita non veniunt vſuræ ex mo-
33 ra, † quando ſpecies ex voluntate teſtatoris
eſſet redigenda ad pecuniam *Bart. ibid. in*
ſummar. Prout è contra quando legatur pe-
cunia, vt inde ematur ſpecies, venirent vſu-
34 ræ † *l. apud iulianum. alias incip. aphrica-*
nus. 40. *§. fructus. ff. de legat.* 1. *l. ſi tibi ho-*
mo. 88. *§. cum ſeruus. ff. eod. tit. Honded.*
*conſ.*39. *n.*4. *&* 5. *lib.*2. *Rot. coram R. P. D.*
Orano Romana Saluiani. 20. *Nouembr.* 1591.
Quæ omnia in terminis applicantur caſui no-
ſtro, nam prius narratur, quod mulier pro-
mittit pro dote ſcuta ter mille conſiſtentia
35 in domo, † cuius poſtea alienatio permitti-
tur marito, dummodo pretium ex illa redi-
gẽdum aſſecuretur ſuper omnibus bonis ip-
ſius, vſque ad ſummam dictorum ſcutorum
ter mille, prout idem maritus aſſecurauit,
ex quibus verbis clarè apparet, quod ſpe-
cies fuit redacta ad quantitatem, quæ erit
debita mulieri, non conſiderata amplius ſpe-
cie iuxta *d. l. in fideicommiſſi.* 3. *§. ſi auro.*
ff. de vſur. cum alijs ſupra allegatis.
Neque obſtat, quod non fuerit immutata ſub-
ſtantia fundi, & domus dotalis, quamuis per
licentiam alienandi eſſet aſſecuranda quan-
36 titas ex dicta domo retrahenda, † Quia hoc
procedit, quando non conſtaret de voluntate
partium, quod nõ voluiſſent recedere à ſub-
ſtantia rei dotalis, ſecus quando apparet de
contraria mente contrahentiũ, qui expreſsè
reduxerunt ſpeciem ad quantitatem, cum
in hac materia talis voluntas præualeat, vt
dicatur receſſum à fundo dotali, & ſit facta
commutatio in pecuniam *Bart. in l. æſtima-*
tis. ff. ſolut. matrim. Socin. Iun. conſ. 141.
*n.*11. *lib.* 1. *Ludouic. concl.*10. *limit.*2. *n.*10.
37 Itaut etiam ad hũc effectum † ſufficiat tacita
voluntas, nedum expreſſa *Aret. conſ.*84. *dili-*
genter ponderatis. col. 3. *in princ. verſ. de*
voluntate. n. 1. iuxta *l. ſeruos. ff. famil. er-*
ciſcund. Bart. in l. ſi vt certo. §. nunc viden-
dum. ff. commodat. Barbat. conſ. 19. *col.*
4. *lib.* 1. *Socin. Iun. d. conſ.* 141. *n.* 11. *ad*
med. lib. 1.
Maximè, quia ſubrogatio domus dotalis in
pecunia fuit facta per mulierem ſeruatis ſer-
uandis, & cum decreto Iudicis, ac alijs ſo-
38 lemnitatibus requiſitis per ſtatutum, † quo
caſu nihil poteſt obijci contra talem ſubro-
gationem, & omnes clauſulæ in inſtrumento
appoſitæ in diſpoſitiuis operantur, vt do-
minium domus ſit tranſlatum in maritum,
per quem erit pecunia reſtituenda *Couar.*
lib. 2. *var. reſolut. c.* 17. *n.*4. *verſ. quarta*
concluſio. ad med. cum alijs adductis *ſupr.*
n. 6. *&* 7.

E P I T O M E.

MAior pars conſiliariorum an debeat interuenire, vt ſint valida decreta, quæ fiunt in Collegio, Conſilio, ſeu Capitulo. ¶ Et an iſta maior pars conſideretur reſpectu minoris partis, quæ interuenit, ſeu totius Collegij, & omnium, qui illud conſtituunt. ¶ Et quid in Conſilijs congregatis de mandato Superioris. ¶ Et quando ius vniuerſitatis reſideat in illis, qui comparuerũt, quamuis non conſtituant duas partes cõſilij ſecundum Canoniſtas, & Legiſtas. ¶ Et quo caſu requiratur, vt Vniuerſitas congregetur ad certum quid faciendum, ſeu in genere, nõ declarando quid in ſpecie debeat tractari ad effectum, vt licentia Superioris de congregando conſilium habeat vim decreti approbatiui eorum, quæ poſtea fient. ¶ Vota conſiliariorum an ſint danda diſtinctè, vel viua voce ad hoc, vt ſint valida per eos geſta. ¶ Diſpoſitio *l. fin.* C. *de vendend. reb. ciuitat. lib.* 11. an extendatur ad Caſtra, &

alias

Digitized by Google

alias ſimiles diſpoſitiones . ¶ Et an poſſit cõtentis in dicta lege renunciari . ¶ Ratificatio prohibita expreſsè quando prohibeatur etiã tacitè . ¶ Et quo caſu requirantur ſolemnitates in ratificatione, quæ ſunt neceſſariæ in conficiendo actum . ¶ In negotio voluntario an ſit adhibendus conſenſus omnium de Collegio, vel maioris partis. ¶ Ratificatio actus geſti contra formam iuris, & conſtitutionum quando admittatur .

SVMMARIVM.

1 *Decreta facta per conſiliarios Ciuitatis, ſeu Caſtri ſunt inualida, ſi maior pars eorum non interuenerit .*

2 *Maior pars in collegio, ſeu conſilio, vel capitulo non poteſt dici reſpectu minoris partis, ſed totius collegij, & omnium, qui illud conſtituunt. Fallit in electione Prouincialis de ordine Minorum . n. 3.*

4 *In actibus Vniuerſitatis, non ſolum requiritur, quod duæ partes conueniant pro illorum validitate, ſed etiam neceſſe eſt, vt duæ partes accedant, nec ſufficit, quod omnes ſint vocati .*

5 *In negotio voluntario requiritur conſenſus omnium de Collegio, non maioris partis, niſi eſſet in euidentem vtilitatem eiuſdem Collegij . Declara, vt n. 6.*

7 *In conſilijs congregatis de mandato Superioris habentis poteſtatem conuocandi venientes poterunt negotia Communitatis explicare licet non facerent duas partes ex tribus, itaut tunc reſideat ius Vniuerſitatis in illis, qui comparuerant, quamuis non conſtituant duas partes conſiliariorum ſecundum Canoniſtas, ſecus Legiſtas . n. 8.*

9 *Statutum Vrbis mandat prius ſeruari ius ciuile, quàm canonicum .*

10 *Licentia Superioris de congregando conſilium habet vim decreti approbatiui eorum, quæ poſtea fient, ſi Vniuerſitas congregetur ad certum quid faciendum, ſecus ſi in genere, non declarando quid in ſpecie debeat tractari .*

11 *Vota conſiliariorum ſunt danda diſtinctè, non autem viua voce, & confusè ad effectum validitatis rerum geſtarum, itaut huic diſpoſitioni non poſſit renunciari, nec detur ratificatio talis actus. n. 12. & 13.*

14 *Diſpoſitio* l. fin. C. de vendend. reb. ciuit. *lib. 11. habet locum etiam in Caſtris, & ſimilibus diſpoſitionibus, præter ibi contẽtas .*

15 *Ratificatio geſtorum per vniuerſitatem ſi non poteſt fieri expreſsè, neque tacitè .*

16 *In ratificatione requirantur ſolemnitates, quæ ſunt neceſſariæ in conficiendo actum.*

17 *Ratificatio actus geſti contra formam iuris, & conſtitutionum non admittitur .*

18 *Soluens non ſibi præiudicat, niſi pro illo termino, pro quo ſoluit, quamuis etiam nihil fuiſſet proteſtatus .*

CAP. DCCCCXXXIII.

OMnia geſta per Maſſarios, & alios Caſtri, de quo agimus, tã in primo, quam in ſecundo conſilio ſunt nullius roboris, & momenti, Cum enim præſupponatur, quod totum conſilium conſiſtit in numero centũ,
1 & decem conſiliariorum, † & quod in eiſdem duobus conſilijs non interfuerint duæ partes ipſorum, ſed in vno tantum quadraginta octo, & in alio ſolum vigintiquatuor, ſuccedit communis, & ab omnibus approbata concluſio, quod decreta in eis facta non ſunt valida, neque aliquem obligant, tanquam non poſſint dici geſta per maiorem partem, ita in ſpecie eſt *tex. in l. nulli . 3. & in l. planè . 4. & ibi Gloſ. in verb. duæ partes . & in verb. poteſt. & ibi etiam Caſtr. n. 7. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. l. nominationum . 45. vbi Gloſ. 1. & vlt. C. de decur. lib. 10. l. quod maior. ff. ad municip. l. 3. ff. de decret. ab ordin. faciend. Alex. conſ. 1. n. 4. lib. 4. Capic. deciſ. 4. n. 1.* vbi quod ita ſeruatur communiter in praxi *Oſaſc. deciſ. 38. n. 2. Franc. Marc. deciſ. 225. n. 1. p. 1. Bellamer. deciſ. 275. n. 1. Boer. deciſ. 111. n. 3. & n. 4. in fin. Roland. conſ. 90. n. 19. lib. 1. Ruin. conſ. 189. n. 5. lib. 1.*

Neque iſta maior pars debet conſiderari reſpectu minorum, ſed reſpectu totius colle-
2 gij, † ſeu conſilij, cum non poſſit dici maior pars capituli, collegij, aut conſilij, niſi reſpectu omnium, qui illud conſtituunt *c. eccleſia . il 1. quod eſt 48. de elect. Felin. in c. cum omnes. 6. n. 20. de conſtitut.* vbi quod eſt ſpeciale in electione prouincialis de or-
3 dine minorum, † quæ valet, ſi fiat à maiori parte reſpectu partiũ minorum *clem. exiui. §. demum . de verbor. ſignific.* quod etiam voluit *Caſtr. in l. 3. n. 9. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin.* vbi quod in actibus vniuerſitatis non ſolum requiritur, quod duæ partes ad minus conueniant pro illorum va-
4 liditate, † ſed etiam neceſſe eſt, quod duæ partes veniant, cum non ſufficeret, quod omnes eſſent vocati *Bart. in l. omnes populi. q. 2. ff. de iuſt. & iur. Boer. deciſ.* 111. *n. 1. cum ſeq.* & notant omnes *in c. 1. de his quæ fiunt à maior. part. capit. Lap. allegat. 131. n. 3. vbi Mandoſ. in verb. partium. in princ.* atteſtatur de communi *Abb. in c. cum inter vniuerſat. n. 9. de election.*

Amplius cum ſimus in negotio voluntario, non autem neceſſario, non ſufficeret conſenſus
5 maioris partis collegij, & conſilij, † ſed requiritur conſenſus omnium, quo non exiſtente, non obligarentur illi, qui non conſenſerunt, niſi eſſet in euidentem vtilitatem Collegij, quæ vtilitas non adeſt in caſu noſtro, cum præſupponatur tranſactionem factam in duobus conſilijs eſſe multum præiudicialem vniuerſitati *Innoc. in c. humilis. de maiorit. & obedient. Io. Andr. in c. vnic. de*

rer.

rer. permut. in 6. quem refert, & ſequitur
Felin. in c. cum omnes. 6. n. 17. de conſtitution.
Quod tamen non eſt opus modo diſcutere,
6 cum dictum ſit ex abundanti, † & multæ di-
ſtinctiones poſſunt conſiderari, de quibus
per *Compoſtell. Io. Andr. Lap.* & alios addu-
ctos per *Felin. in d. c. cum omnes. n. 18. Bald.*
in l. 1. C. de magiſtr. conuen.

In prædictis tamen adeſt ſola difficultas, an
iſta conſilia fuerint congregata, & cõuocata
de mãdato Superioris habentis poteſtatem
conuocandi, tunc enim ſi vocati fuerint om-
nes conſiliarij per campanam, vel ſonum
tubæ, vel voce præconis iuxta conſuetudi-
7 nem loci, quamuis non omnes venerint, † ta-
men illi, qui veniunt poterunt negotia com-
munitatis explicare, licet non faciant duas
partes ex tribus, cum mandatum Superioris
conſtituat non venientes in contumacia, per
quam contumaces priuantur facultate dãdi
ſuffragia, & non veniendo faciunt ſe alienos,
itaut tunc reſideat ius vniuerſitatis in illis,
qui comparuerunt, quamuis non conſtituant
duas partes conſiliariorum *Abb. in c. cum*
omnes. de conſtitut. vbi teſtatur de veriori
8 opinione Canoniſtarũ, † quidquid aliud ſer-
uetur per Legiſtas *Idem Abb. in c. cum nobis.*
col. vlt. de elect. & in c. in cauſis. 30. col. 5.
verſ. ſed aduerte. vbi Io. Andr. col. 2. ad med.
eod. tit. Calder. conſ. 10. ad med. de iurepa-
tronat. Franciſc. Marc. decif. 785. per tot.
p. 1. fol. 292. vbi etiam quod ſi recedant con-
ſiliarij remanebit ius collegij in his, qui non
recedunt *Idem Franc. deciſ. 783. p. 1.*

Verum quidquid ſit de prædicta opinione, &
& an debeat præualere ſententia Canoniſta-
rum, ſeu Legiſtarum, cum forſan iſta vltima
9 eſſet ſeruanda † propter ſtatutum Vrbis man-
dans prius attendi ius ciuile, quàm cano-
nes, Præſertim, quia etiam multi tenent
contra opinionem *Abb.* de quibus per *Lo-*
ſeum in tract. de iur. vniuerſitat. p. 1. c. 3.
n. 57. vſque ad 80.

In caſu noſtro videtur ceſſare prædicta difficul-
10 tas, quia licet mandatum, † ſeu licentia
Superioris de cõgregando conſilium habeat
vim decreti, tamen hoc procedit, quando
vniuerſitas congregatur ad certum quid fa-
ciẽdum, itaut innotuerit Superiori, quid de-
beret fieri per vniuerſitatẽ, tunc enim ſatis
apparet de intentione mandantis, quod vo-
luerit approbare illud factum, ſecus quando
ſimpliciter Superior mãdat congregari vni-
uerſitatem, ſeu conſilium in genere non de-
clarando, quid in ſpecie ſit tractandum, nam
tunc huiuſmodi licentia, ſeu mandatum
non habet vim alicuius decreti approbatiui
eorum, quæ poſtea fiunt, ita in propoſito
noſtro concludit *Roland. conſ. 90. n. 4. iun-*
cto n. 30. lib. 1. poſt Corn. *conſ. 148. col. 3. lib. 1.*

Quamuis neque de hoc eſſet quærendum, cũ in
conſilijs exhibitis non appareat illa fuiſſe
congregata de mandato Superioris, quæ li-
cet etiam fuiſſent taliter conuocata, nihilo-
minus in reſolutionibus factis in eiſdem
conſilijs non fuit ſeruata forma conſtitutio-
nis Clem. VIII. ſuper bono regimine, prout
11 conſideratur in facto, † vbi quod vota con-
ſiliariorum debent eſſe diſtincta, non autem
viua voce, prout factum fuit in conſilijs, de
quibus agimus, Quod etiam eſt de iure, ſe-
cundum quod in actibus faciendis per con-
ſiliarios debet vnuſquiſque ſententiam, &
conſilium per ſe dicere, non autem indiſtin-
ctè, & confuſè iuxta *l. fin. vbi Gloſ. in verb.*
vnumcumque. & in verb. ſententiam. C.
12 *de vendend. reb. ciuit. lib. 11.* † Cuius le-
gis diſpoſitioni non poteſt renunciari, vt no-
tat *ibid. Luc. de Penn.* cum alijs per *Surd.*
conſ. 28. n. 122. & 123. lib. 1. vbi etiam,
quod non poteſt dari ratificatio talis actus
13 *Capic.* † *deciſ. 93. n. 2. Roland. conſ. 90. n. 40.*
lib. 1. Natt. conſ. 262. n. 10. Bald. & Salic.
in l. mancipia. C. de reb. alien. non alienand.
Itaut diſpoſitio illius legis, quamuis loqua-
tur in venditione, & in ciuitate habeat lo-
14 cum etiam in ſimilibus diſpoſitionibus, † &
in caſtris *Capic. d. deciſ. 93. n. 2. poſt Alex.*
conſ. 1. col. 5. lib. 4. Bald. in l. fin. C. de con-
dict. ob cauſ. Salic. in l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ.

Et licet prætendatur, quod pro primo anno ſal-
tem facto ſint ratificatæ conuentiones fir-
15 matæ in dictis duobus conſilijs, † Tamen
cum non potuerint expreſsè fieri, vt dictum
eſt, multò minus dabitur tacita illarum ra-
tificatio, ne plus operetur tacitum, quam
expreſſum, quod eſſe non debet, prout in
ſpecie ratificationis concludit *Becc. conſ. 37.*
n. 24. ad med. Bero. conſ. 134. n. 5. lib. 1. Surd.
conſ. 28. n. 121. poſt med. lib. 1. dixi *ſupr.*
c. 649. n. 13. cum ſeq. & c. 565. n. 47. & 48.
16 vbi etiam, † quod in ratificatione requirun-
tur ſolemnitates, quæ ſunt neceſſariæ in
confectione actus *l. ſi vt proponis. C. de nu-*
ptijs. Oſaſc. deciſ. 166. n. 13. Card. Seraphin.
deciſ. 1242. n. 1. Menoch. conſ. 2. n. 297. Surd.
deciſ. 159. n. 7. & 21. & conſ. 28. n. 120. lib. 1.
vbi loquitur in ſpecie de ratificatione vni-
uerſitatis *Brun. de form. in verb. de effectu*
& poteſtate in 20. effec. verſ. prædicta con-
cluſio. Roland. conſ. 90. n. 50. lib. 1. Loffr.
conſ. 23. n. 3. Rebuff. in compen. alienat. rer.
eccleſ. n. 93. cum etiam non detur aliqua ra-
tificatio actus geſti contra formam iuris, &
17 conſtitutionum † *Bart. in l. obſeruare. in*
fin. ff. de offic. proconſ. & legat. Natt. conſ.
262. n. 10. quãdo enim actus peccat in ſubſtã-
tialibus, ſeu eſſentialibus, prout in caſu no-
ſtro, tunc partes nihil poſſunt diſponere,
quidquid aliud ſit quando actus ſolum pec-
caret in conſenſu, tunc enim per illius inter-
uenientiam conualidaretur *Felin. in c. non-*
nulli. §. ſunt & alij. col. 3. in fin. n. 5. ampliat.
3. verſ. pro iſta ratione de reſcript. Bald. &
Salic. in l. mancipia. C. de reb. alien. non
alienand. Surd. conſ. 28. n. 121. ad fin. verſ.
con-

confirmatur ex his qua pouit. & n. 123. *lib.* 1.
Et imputandum eſt parti aduerſæ non ſibi
præcauendo quo ad illum primum annum,
quæ non poteſt ſe tueri in præfata conuẽtio-
ne inualida, & non recipiente ratificationẽ,
Quãuis ad tollendas lites poſſet tutius dici,
vt homines dictæ vniuerſitatis ſoluant pro
eodem primo anno, iuxta formam conuen-
tionis, cum proteſtatione de non ſibi præ-
iudicando quo ad alios annos ſubſequentes,
cum præſupponatur pretium eſſe diſtribuen-
dum inter omnes, ob quam cauſam non re-
18 ſultabit magnum præiudicium, † licet etiam
ſiue proteſtatione ſoluens non ſibi præiudi-
caſſet, niſi pro illo primo anno, pro quo ſol-
uiſſet *l. lutius. §. teſtator. ff. de legat.* 2. *l. tu-
tori. C. de negot. geſt. l.* 2. *C. de ijs qui ſponte
muner. pub. ſubeunt. lib.* 10. *Menoch. præ-
ſumpt.* 131. *n.* 24. 25. *&* 56. *lib.* 3. *Surd. de
alim. tit.* 8. *priuil.* 22. *n.* 1. *&* 2. *Alex. in
l. ſi tertiis annis. n.* 3. *& ibi Dec. n.* 7. *Curt.
Iun. n.* 14. *C. de pact.* dixi *ſupr. c.* 562. *n.* 5.
cum ſeq. tom. 3.

E P I T O M E.

PRoximiores emphyreutę quando poſſint petere renouationem emphyteuſis ab Eccleſia, ſiue priuato. ¶ Et an iſta conuentio ſit valida. ¶ Er quod tempus requiratur ad talem renouationem faciendam. ¶ Melioramenta an debeant ſolui per dominum, ſi deuoluatur emphyteuſis ob generationem extinctam, ſeu ob culpam illius. ¶ Clauſula promittens relaxare emphyteuſim potius melioratam, quam deterioratam an impediat repetitionem meliorameutorum. ¶ Et quando illa poſſint deduci ſtante pacto, vt deuoluantur cum emphyteuſi etiam abſque culpa emphyteutæ.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia debet renouare emphyteuſim proxi-
mioribus emphyteuta vltimi poſſeſſoris.
n.* 2. *&* 3.
4 *Proximior poteſt reuocare alienationem fa-
ctam per Eccleſiam in extraneum petendo
renouationem infra annum, ſeu triginta.*
5 *Valet conuentio de renouando proximiores
finita emphyteuſi per generationem.*
6 *Renouatio emphyteuſis eſt petenda infra an-
num, ſi non eſt alius terminus præfixus ad
illam petendam.*
7 *Melioramenta ſunt ſoluenda heredibus em-
phyteuta vltimi poſſeſſoris per dominum, ſi
deuoluatur emphyteuſis ob generationem
extinctam, ſecus ob culpam illius. Contra-
rium. n.* 8. *Sed prima opinio eſt verior. n.* 9.
10 *Clauſula promittens relaxare emphyteuſim
potius melioratam non alterat naturam il-
lius, neque impedit repetitionem meliora-
mentorum. & n.* 12.
11 *Contractus emphyteuſis fit ad meliorandum,
quamuis non exprimatur.*
13 *Melioramenta non poſſunt deduci ſtante
conuentione, vt illa deuoluantur etiam,
quod non adſit culpa emphyteuta.*

CAP. DCCCCXXXIV.

REnouatio locationis, de qua agimus,
eſt concedenda per Eccleſiam filijs em-
phyteutæ vltimi poſſeſſoris in tertia linea
1 compræhenſi, † cum æquius ſit proximio-
res præferri extraneis in conceſſionibus, quę
fiunt per Dominos directos de rebus em-
phyteoticis, ſeu feudalibus iuxta doctrinam
Bart. in l. 1. *§. permittitur. ff. de aqu. quotid.
æſtiu. Rip. in l.* 1. *n.* 7. *col.* 2. *ante med. verſ.
quid tenendum. ff. de priuileg. credit. Rom.
conſ.* 22. *col. penult. in princ. n.* 5. vbi latè
*Mandoſ. in verb. communis. Abb. in c. bo-
næ. il* 2. *n.* 28. *de poſtulat. prælator. Alex. in
l. ſi mihi. & titio. ff. de verb. oblig. & conſ.*
93. *in fin. lib.* 2. *Dec. conſ.* 53. *placet mihi.
col.* 1. *in fin. Tiraq. de retract. lignag. in
præfat. n.* 41. *cum ſeq. Felin. conſ.* 32. *n.* 20.
2 *Ruin. conſ.* 151. *n.* 16. *lib.* 1. † Cæteros con-
ſultò omitto, quia eſt opinio communis, &
ab omnibus approbata, vt teſtatur *Gabr.
concluſ.* 1. *in princ. de iur. emphyt.* vbi *n.* 3.
& 13. *ad med.* ampliat, ſiue ſimus in emphy-
3 teuſi priuati, † ſiue Eccleſiæ *Grat. conſ.* 86.
n. 7. *lib.* 1. *Gozad. conſ.* 86. *n.* 24. *Rot. coram
R. P. D. Bubalo Brixien. feudi* 1588. vbi al-
legantur concordantes deciſiones & dixi
latè *ſupr. c.* 88. *n.* 24. *vſque ad n.* 26.
Amplius ſi eſſet facta per Eccleſiam alienatio
in alium, quam proximiorem, poterit idem
proximior illam reuocare, & petere reno-
4 uationem infra annum, † ſeu triginta annos
iuxta diſtinctionem, de qua per *Iſern. Bald.
& alios in c.* 1. *§. titius. ſi de feud. fuer. contr.
inter domin. & agnat. Alex. in l. ſi mihi &
titio. n.* 21. *ff. de verbor. obligat. Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib.* 32. *tit.* 22. *ad fin. verſ. quarto etiam il-
lud. Corbul. de cauſ. priuation. ob non petit.
inueſtit. n.* 5. *&* 6.
Hæc omnia ſunt dicta ex abundanti, quia viſo
inſtrumento poſtea exhibito emphyteuſis, &
primæ conceſſionis factæ per Eccleſiam 14.
5 Martij 1544. † apparet, quod adeſt ſpecialis
conuentio, per quam Prior, Canonici, & Ca-
pitulum tenentur renouare, & reconcede-
re eadem bona data in emphyteuſim dictis
emphyteoticarijs, & filijs, & nepotibus
pro cuppis quinque grani quolibet anno
dandis, & menſurandis pro cenſu, cottimo,
& recognitione dominij, vt latius contine-
tur in fine dicti inſtrumenti, vnde ſtante
huiuſmodi pacto conformi iuri communi
6 magis debet concedi renouatio, † quæ erit
petenda infra annum, cum enim non ſit ali-
quis terminus præfixus ad talem renouatio-
nem

Digitized by Google

nem perendam remanebit petitio ſub diſpo-
ſitione iuris communis, per quod aſſignatur
tempus vnius anni *l. commodiſſimè. ff. de*
liber. & poſthum. l. ſi extraneus. ff. de condit.
inſtit. & in ſpecie notat Corbul. *de priuat. ob*
non petit. inueſtit. n. 7. Bero. conſ. 119. n. 5.
lib. 1. & conſ. 116. n. 6. eod. lib.

Quatenus autem nollent proximiores petere
renouationem, vel adeſſet aliqua cauſa,
propter quam Eccleſia vellet pro ſe retine-
7 re, ſeu non renouare, † erunt ſoluenda per
eamdem Eccleſiam filijs vltimi poſſeſſoris
melioramenta facta in iſtis bonis emphy-
teoticis, ſi illa deuoluantur ob generatio-
nem extinctam, quidquid aliud ſit ſtante cul-
pa emphyteotæ *Bald. & Ang. in l. ſenatus.*
§. marcellus. ff. de legat. 1. *Cuman. conſ. 57.*
monaſterium. n, 6. Caſtr. conſ. 37. primo vi-
dendum. col. fin. n. 4. lib. 1. & in l. penult.
ff. locat. Dec. in auth. qui rem. n. 14. C. de
ſacroſan. eccleſ. & conſ. 518. col. 2. Cagnol.
in l. ſi quis maior. n. 53. C. de tranſact.

Neque obſtat, quod contrariam opinionem
latè ſequatur *Sarmient. lib. 3. ſelect. inter-*
8 *pret. c. 4.* † *Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. c. 92.*
Io. Harprect. in addit. ad Clar. §. emphy-
teuſis. q. 45. n. 1. vſque ad 8. & in §. adeo.
n. 547. inſtit. de locat. & conduct. Broncborſt.
miſcell. controuerſ. centur. 1. aſſert. 45. Nam
quidquid iſti, & alij ſequaces ſentiant, eo-
9 rum opinio non admittitur, † & contraria
eſt verior, & magis rationabilis, & rece-
ptior, & naturali æquitati conueniens, &
paſſim in iudicando, & conſulendo obſerua-
ta, vt latè teſtatur *Valaſc. de emphyteuſ. q. 25.*
n. 6. Pinell. in l. 2. p. 2. c. 3. n. 7. C. de reſcind.
vendit. fol. 120. Cæſar de Graſſ. deciſ. 136.
alias 5. n. 2. de reb. eccleſ. non alienand. Bero.
q. 19. Clar. in §. emphyteuta. q. 45. Menoch.
de recuper. poſſeſſ. rem. 15. n. 502. Brun. de
augment. concluſ. 20. Duen. regul. 237. Ro-
land. conſ. 28. n. 16. lib. 1.

Nec aduerſatur, quod emphyteuta ſe obliga-
uerit relaxare rem ſibi conceſſam in emphy-
10 teuſim † potius melioratam, quam deterio-
ratam, Nam iſta verba non alterant iuris di-
ſpoſitionem, cum de natura huiuſmodi con-
11 tractus ſit, vt detur ad meliorandum † *Caſtr.*
in l. colonus. 63. quæ eſt penult. in princ. n. 4.
ff. locat. vnde exprimendo illud, quod inerat,
non debet impedire repetitionem meliora-
12 mentorum, † maximè, quando illa ſunt in-
gentia, & notabilia, prout in caſu noſtro, &
ſunt facta abſque conuentione expreſſa, vt
deuoluatur emphyteuſis cum melioramẽtis,
ita in ſpecie concludit *Pinell. in l. 2. p. 2. c. 3.*
n. 10. C. de reſcind. vendit. vbi quod eſt ve-
rior opinio, quidquid aliud ſentiat *Bald.*
Mantic. & Affl. de quibus per *Valaſc. de*
emphyteuſ. q. 25. n. 7.

Contraria autem procedunt, quãdo adeſſet ex-
preſſa conuentio, vt deuoluantur etiam me-
13 lioramenta, † quamuis res emphyteotica
deuolueretur ob lineam finitam, tunc enim
illa deberentur domino, tanquam ſint pars
pretij *l. fundi partem. ff. de contrah. empt.*
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18. n. 38.
& 64. Cæſar de Graſſ. deciſ. 5. n. 3. de reb. ec-
cleſ. non alienand. Menoch. de recuper. re-
med. 15. n. 104. dixi *ſupr. c. 810. n. 8.*

EPITOME.

Administrator quando ſit in dolo præ-
ſumpto, ſeu vero. ¶ Et quo caſu in
bonis ipſius competat tacita hypotheca pro
reſtitutione eorũ, quæ malè percepit, & pro
intereſſe. ¶ Et an illa incipiat currere à die
acceptæ adminiſtrationis, ſeu malè geſtio-
nis. ¶ Et quando pro iniuſtè ablatis verſe-
tur fauor animæ, itaut iſta ſola ratio ſit con-
ſideranda, & habeat vim expreſſæ. ¶ Priui-
legium prælationis quando detur tacitæ hy-
pothecæ. ¶ Dolus malus in quo conſiſtat.
¶ Aſſerens mendacium, & negans exiſten-
tiam pecuniarum an teneatur actione furti-
uæ, ſicut ille, qui contrectat rem alienam
inuito domino, quamuis habuerit originem
ex contractu. ¶ Mulier quando poſſit ſe iu-
uare ex ſua expreſſa hypotheca contra taci-
tam habentem vim expreſſæ cum prælatio-
ne. ¶ Clauſula ſine præiudicio innouatio-
nis, & iura iuribus addendo quid operetur.
¶ Cumulatio plurium actionum ciuilium, &
criminalium, & mixtarum quando ſit ad-
mittenda. ¶ Adminiſtrator habens animum
reſtituendi rem domino ſubtractam an di-
catur fur, & prædo. ¶ Et quando actio ci-
uilis contra eum intentata faciat ceſſare
criminalem. ¶ Bona vſurarij, quando ſint
tacitè hypothecata pro reſtitutione vſura-
rum. ¶ Hypotheca expreſſa poſterior quo
caſu debeat præferri tacitæ anteriori fauore
dotis. ¶ Et quando dicta tacita ſit eiuſdem
virtutis, cuius eſt expreſſa quo ad priuile-
gium prælationis. ¶ Et quid in concurſu
plurium hypothecarum priuilegiatarum.

SVMMARIVM.

1 *Dolus verus, & non præſumptus quando di-*
catur in adminiſtratore. n. 11. & 21.

2 *Hypotheca tacita inducitur in bonis prædo-*
nis pro reſtitutione rerum ablatarum, &
n. 31. & ad hunc effectum an requiratur il-
lius confeſſio. n. 4.

3 *Fures moriuntur abſque bonis, & contra*
eorum ſucceſſores parũ operatur hypotheca.

5 *Hypotheca incipit currere à die acceptæ ad-*
miniſtrationis, non autem damni illati, ſeu
malæ geſtionis. n. 22. 23. & 25.

6 *Hypotheca datur non ſolum pro exactis per*
adminiſtratorem doloſum, ſed etiam pro
intereſſe. n. 7.

8 *Priuilegium prælationis datur hypothecæ in-*
ductæ

ducta pro malè ablatis, & in ea ſola ratio liberationis animarum conſideratur.

9 *In quacumque diſpoſitione ſi non adſit, niſi ſola, & vnica ratio, ſemper illa habetur pro expreſſa, & eumdem effectum inducit. & n. 35.*

10 *Mulier non poteſt ſe iuuare ex ſua expreſſa hypotheca contra tacitam habentem vim expreſſæ cum prælatione.*

12 *Mala adminiſtratio non infert dolum, & furtum, quod temperatur ex velamine adminiſtrationis. Intellige, vt n. 16. & 17.*

13 *Dolus malus eſt omnis fallacia adhibita ad alterum decipiendum, & committitur ſiue tacendo, ſiue mentiendo, ſiue arte verborum contra ius, & bonos mores.*

14 *Falſa aſſeueratio ſcienter facta cum animo fallendi dicitur dolus verus. n. 15.*

18 *Contrectans rem alienam inuito domino, ſeu qui fallendo aſſerit mendacium, & negat, quod pecuniæ non adſunt, tenetur actione furtiua, quamuis etiam res habuerit originem ex contractu. & n. 19.*

20 *Clauſula ſine præiudicio innouationis, & iura iuribus addendo præſeruat omnia, ac ſi nihil fuerit geſtum ad fauorem reſeruantis. Declara, vt n. 27.*

24 *In bonis ſimplicis adminiſtratoris non datur hypotheca, ſecus ſi etiam fuerit fur, & prædo.*

26 *Actio ciuilis intentata contra malum adminiſtratorem facit ceſſare criminalem.*

28 *Cumulatio plurium actionum ciuilium, & criminalium, & mixtarum quando detur.*

29 *Adminiſtrator habens animum reſtituendi rem ſubtractam domino non dicitur fur. Intellige, vt n. 30.*

32 *Bona vſurarij non ſunt hypothecata pro reſtitutione vſurarum. & n. 33.*

34 *Hypotheca tacita cum priuilegio prælationis quando detur contra mulierem habentem expreſſam poſteriorem.*

36 *Anima eſt cunctis rebus præferenda.*

37 *Mulier contra aliam mulierem non habet aliquod priuilegium.*

38 *Tacita hypotheca eſt eiuſdem virtutis, cuius eſt expreſſa quo ad priuilegiũ prælationis.*

39 *Hypotheca expreſſa poſterior quando præferatur tacitæ anteriori fauore dotis.*

40 *Hypotheca dotalis non debet præferri alteri priuilegiatæ.*

CAP. DCCCCXXXV.

STante doloſa adminiſtratione procuratoris, de qua agimus, nec non conuerſione pecuniarum domini in vſum propriũ, ac alijs latius in facto adductis, dicitur adminiſtrator eſſe in dolo vero, & manifeſto,
1 non autem præſumpto, † adeo vt talis dicatur prædo, & fur, & contra eum poſſit agi de furto, & iurari in litem cum alijs, de quibus per Doctores in *l. pomponius. §. ex facto. vbi Ang. & Imol. ff. de acquir. poſſeſſ. Roland. conſ. 49. n. 26. lib. 1. Aim. conſ. 286. n. 1. Socin. conſ. 159. n. 8. & 10. lib. 2. & conſ. 190. n. 2. in fin. lib. 4. Dec. conſ. 191. in caſu propoſito non laborando. in fin. Pariſ. conſ. 89. n. 19. 33. & 36. lib. 1. Decian. conſ. 11. n. 100. lib. 1. Surd. deciſ. 304. n. 14. Farinac. conſ. 97. n. 6. 18. 28. 35. & 50. lib. 1.*

Cum igitur ſimus in prædone, & fure inducta eſt tacita hypotheca in bonis huiuſmodi de-
2 linquentis † pro reſtitutione rerum ablatarum, itaur talia bona poſſint peti à damnificato vigore eiuſdem hypothecæ non ſolum ab hæredibus delinquentis, ſed à quocumque alio poſſeſſore ſaltem ex æquitate iuris canonici, ne anima defuncti in captiuitate permaneat, ſed quantocitius liberetur, quidquid alias de iure ciuili dicta hypotheca non competeret, vt concludit *Bald.* in ſpecie *in l. furti. n. 2. vbi Salic. n. 1. verſ. cum bona ſint. C. de furt. Idem Bald. in l. 1. n. 13. poſt med. verſ. tertio autem caſu. col. 5. ad med. C. ex delict. defunctor. in quant. hæred. conueniant. Neguſ. de pignor. p. 4. membr. 2. n. 124. verſ. nonus caſus. fol. 38.* iuxta *c. in litteris. de raptor. & c. parochiano. quod eſt vlt. vbi Gloſ. in verb. ſed eius hæredes. de ſepultur. & in c. tua nos. 9. in verb. cogendi. ad med. de vſur. & in c. ſi epiſcopus. in verb. reddantur. 16. q. 6. Rebuff. de conſtitution. reddit. art. 1. gloſ. 14. n. 28. tom. 2.*
3 *fol. 414.* † vbi licet addat, quod iſti fures moriuntur abſque bonis, ideo parum iſta hypotheca operatur, nihilominus operabitur quo ad tertios, vt dictum eſt, & quamuis *Matarel.* relatus per *Bald. in l. 1. C. ex de-*
4 *lict. defunct.* † teneat, quod requiratur, vt delinquens ſit cõfeſſus, quaſi ex hoc colligatur voluntas delinquentis de reſtituendo male ablata, Tamen verior eſt opinio, vt prædicta procedant indiſtinctè etiam abſque confeſſione, vt per *Bald. ibid. & per Abb. in d. c. parochiano.*

Et quidem talis hypotheca incipit currere ſtatim à die acceptæ adminiſtrationis, non au-
5 tem à die damni illati, † ſeu malæ geſtionis, ita in ſpecie de tacita hypotheca *Gloſ. in c. ex litteris. 5. in verb. obligata. poſt princ. & ibi Abb. n. 11. de pignorib.* dixi latè *ſupr. c. 601. n. 3.* & eſt communis opinio, vt teſtatur *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 11. tit. 16. n. 18. poſt Iacob. de Aren. Cin. Bald. & Salic. in l. hac edictali. §. penult. C. de ſecund. nupt. Surd. de alim. priuil. 49. n. 17. in fin. Socin. Sen. conſ. 62. in præſenti conſultatione. n. 1. lib. 1. Rebuff. de conſtitut. reddit. art. 1. gloſ. 14. n. 16. vſque ad 19. fol. 413. & 414. Gutier. de tutel. par. 2. c. 16. n. 31.*

Amplius cõtra talem adminiſtratorem pro huiuſmodi hypotheca dabitur actio non ſolum pro ſumma exacta, & in vſum proprium
6 conuerſa, † ſed etiam pro intereſſe, quod

erit

erit reſtituendum cum pecunijs exactis *l. ſi*
vero non remunerandi . §. ſimili . ff. man-
dat. Doctor. in l. 1. C. *eod. tit. Honded.conſ.*
38. *n.* 5. *&* 39. *lib.* 2. vbi ampliat ad quem-
cumque procuratorem alienas pecunias exi-
7 gentem , † quaſi inter illum , & Dominum
actum intelligatur , vt pecuniam exactam
ſtatim remittat *Lup. in l. curabit . §.3. n.6.*
C. *de actionib. empt. poſt Alber. in l. idemq.*
§. ſi procurator. ff. mandat.

Et huiuſmodi tacita hypotheca non eſt indu-
cta contra adminiſtratorem pro malè abla-
8 tis ſimpliciter , † ſed cum priuilegio præla-
tionis, nam per legem hoc fuit ſtatutum
ad effectum liberandi animam delinquentis,
quæ anima eſt dignior cunctis rebus,& ideo
omnibus præferenda *l. ſancimus* . C. *de ſa-*
croſan. eccleſ. & cum iſta ſola ratio libera-
tionis animarum cõſideretur,in tali caſu ha-
betur pro expreſſa in quacumque diſpoſi-
9 tione ſiue legis , † ſiue ſtatuti , ſiue hominis
Bald. in l quamuis. C.de fideicommiſſ. Becc.
*conſ.*62. *n.*10. *Crot. conſ.*18. *n.* 2. *Rip. in l. ſi*
conſtante. n. 65. *ff. ſolut. matrim. Aim. de*
*antiq. tempor. p.4.in princ.n.*83. *Surd conſ.*
240. *n.*14. *lib.*2. *Card. Mantic.de coniectur.*
*vltim. voluntat.lib.6.tit.*14.*n.*20. *Alex.conſ.*
100. *n.* 10. *lib.*4.

Ex quibus ſequitur,quod pro iſtis malè ablatis
per procuratorem , & adminiſtratorem præ-
ferendus eſt Dominus omnibus creditoribus
etiam ex cauſa dotis , & alias priuilegiatis ,
quamuis enim ſimus in tacita hypotheca ,
tamen ex diſpoſitione legis, & ratione ſola
in ea contenta habet eumdem effectum ,
quem haberet expreſſa *Alex. conſ.*58. *n.*5. *in*
10 *fin. vſque ad* 9. *lib.* 7. † vbi in ſpecie loqui-
tur de muliere, quæ in hoc caſu non poterit
ſe iuuare ex ſua expreſſa hypotheca contra
tacitam habentem vim expreſſæ cum præla-
tione *Natt. in addit. ad d. conſ. Alex.*58. *in*
verb. habentem. Roman. conſ. 147. *licet hæc*
pars. n. 1. *ad med. verſ. nihilominus. & ibi*
Mandoſ. in verb. contrarium . & in verb.
*expreſſa. Neguſ. de pignor. par.*2. *membr.*4.
*n.*2. *in fin.verſ. ſed erit tacita. & n.*97. *verſ.*
dum autem dictum eſt . q. 7. *in fin. fol.* 33.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 11. *tit.* 11. *n.* 7. *in fin.*

Poſt hæc ſcripta , quia in huiuſmodi cauſa *Ro-*
mana prælationis aliqua opponebantur , ad
ea diluenda iterũ præſupponendum eſt,quod
fraus , & dolus procuratoris colligitur ex
11 multis inter quæ præcipuum illud eſt,†quod
in computis 1617. & 1619. dat creditum
fructuum diuerſorum cenſuum, qui tamen
fuerunt per eum extincti de anno 1611. con-
uertendo pecunias in vſum proprium igno-
rante Domino , cui callidè , & fraudolenter
aſſerebat etiam cum iuramento , quod vo-
lebat obtinere mandatum de illum manute-
nendo in poſſeſſione fructuum dictorum cen-
ſuum , quod non poterat obtineri ſtante ex-

tinctione per eum facta per octo annos ante,
& dolus magis colligitur ex computo dato
1607. in quo fecit debitorem eumdem Do-
minum de locis montium emptis , quæ ta-
men non emit , prout idem fecit cum ſocie-
tate Sanctiſſimæ Conceptionis deludendo
vtroſque , itant tot fraudes pluries gemina-
tæ , & pluribus vicibus factæ inſcio domino
non poſſint dici, niſi doloſæ dolo vero , &
manifeſto non autem præſumpto , adeo vt
illas committens dicatur fur , & prædo , &
contra eum poſſit agi de furto *Roland. conſ.*
49. *n.* 26. *&* 27. *lib.* 1. cum alijs adductis
ſupr. n. 1. *&* 2.

Nec obſtat , quod ex mala adminiſtratione , &
conuerſione pecuniarum in vſum proprium
12 non inferatur ad furtum,†& dolum,qui tem-
peratur ex velamine adminiſtrationis *Gloſ.*
in l. tres tutores. in verb. contrectare. ff. de
*adminiſtrat.tutor. Farinac.conſ.7.n 9.lib.*1.
*& in fragment. p.*1. *in verb. adminiſtrator.*
*n.*33. *&* 40. Quia prædicta procedunt,quan-
do ſumus ſimpliciter in rebus malè admini-
ſtratis, ſecus quando, prout in caſu noſtro ,
vltra malam adminiſtrationem, adſunt falſæ
aſſeuerationes de locis montium emptis , &
cenſibus non extinctis , & alijs latè in facto
relatis , quæ cum ſint geſta ſcienter in perni-
ciem domini , & animo illum ſallendi, non
poſſunt importare, niſi dolum malum, vt di-
13 citur clarè *in l.* 1. *ff. de dolo.* † vbi quod do-
lus malus eſt omnis calliditas , fallacia , &
machinatio ad circumueniendũ,fallendum ,
& decipiendum alterum adhibita, ex quibus
verbis colligitur , quod dolus committitur
ſiue tacendo veritatem, ſiue mentiendo, ſiue
arte verborum contra ius, ſiue bonos mores
Gloſ. in d. l. 1. *in verb. omnem. cum duab.*
14 *Gloſ. ſeq. Roland. conſ.*49. *n.*27. *lib.* 1. † vbi
quod dolus dicitur falſa aſſeueratio ſcienter
facta cum animo fallendi *Cin. in l. præſcri-*
ptione. C. ſi contr. ius vel vtilit. public. Aim.
*conſ.*282. *n.*8. *in fin. Alex.conſ.*41. *n.*7. *lib.*3.
15 *Menoch. conſ.*439.*n.*32.*lib.*5. † vbi quod ex
tali mendacio eſt commiſſus dolus verus
Idem Menoch. conſ. 817. *n.*21. *lib.*9. *& conſ.*
1194.*n.*10. *lib.*12. & latius *præſumpt.*3.*n.*53.
vſque ad 63. *lib.*5. vbi quod maximè proce-
dit quando , prout in caſu noſtro , mendax
conſequitur aliquod commodum ex men-
dacio *Ruin. conſ.* 8. *n.* 5. *lib.* 4. *& conſ.* 29.
n. 6. *lib.* 1.

Præterea tunc ceſſat actio de dolo,ſi poteſt pur-
gari ex velamine contractus adminiſtratio-
16 nis quando tria concurrunt † Primo , quod
dolus non tranſeat in particulare nomen de-
licti, Secundo quod materia ſit potius ordi-
nata ad nulliter contrahendum,quam ad cri-
minaliter committendum , Tertio quod ex
contractu ille , qui dolum commiſit non ſit
factus locupletior , prout notat in ſpecie
*Farinac. conſ.*96. *n.*19. *lib.*1. *poſt Bald.conſ.*
17 14. *&* 15. *lib.* 1. *Oſaſc. deciſ.*137. *n.*17. † In

caſu autem noſtro dolus procuratoris tran-
ſit in nomen furti, & falſi propter menda-
cium, & redditio rationis crimen prædi-
ctum continet, & factus eſt locupletior cum
damno ipſius Domini, itaut non habeat lo-
cum velamen contractus *Farinac.d.conſ.96.
n.19.in fin. Honded.conſ.109.n.59.lib.1.*

Et paſſim tenetur actione furtina, nō ſolum qui
18 contrectat rem alienam inuito domino,† ſed
etiam qui fallendo aſſerit mendaciū, & negat,
quod pecuniæ non adſunt, cum ſimilibus cir-
cumuentionibus, quamuis etiam res habue-
rit originem ex contractu *Alber. in l. infi-
ciando. ff. de furt. Aim. conſ. 287. n.2. ante
med. Boſſ. de furt. n. 45. cum ſeq. Farinac.
conſ.96. n.20. in fin.lib.1.* iuxta *l. hæredita-
19 tum. §. fin. ff. ad leg. faleid.* † Nam per ne-
gationem rei deſcendentis ex contractu iun-
cta retentione, & contrectatione illius, quod
eſt debitum, animo occultandi, & lucrandi,
furtum committitur *l. 1. §. ſola. ff. de furt.
Gloſ. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ.
Aim. conſ. 287. n. 2. verſ. & in negante
depoſitum. col.2. in fin.*

Nec facit prætenſa nouatio inſtrumenti, in quo
procurator videns ſuas fraudes detectas cō-
feſſus fuit conuertiſſe in vſus proprios loca
34. Montium abſque ſcientia, & notitia ip-
ſius Domini, ideo promiſit illa reſtituere,
ex quibus videtur ceſſare omnis actio fur-
20 tiua, † Quia prædictum inſtrumentum fuit
factum cum clauſula ſine præiudicio alicuius
innouationis, ſed ſolum iura iuribus adden-
do, quæ operatur, vt nihil ſit geſtum in præ-
iudicium actionis, & iurium prius compe-
tentiū, quæ ſemper ſalua permanent, & illis
poteſt dominus vti, non ſecus ac ſi vltimum
inſtrumentum geſtū non fuiſſet *Burſat.conſ.
101. n. 4. lib.1.* iuxta *l. ſi quidem. C. de ex-
ceptionib. Cephal. conſ. 296. n. 10. cum ſeq.
lib. 2. & conſ. 222. n. 40. eod. lib. Roman.
ſing. 189. Curt. Iun. de feud. 4. par. princip.
quæſt. 20. n. 112.*

Minus facit, quod in redditione computorum
non fuit facta mentio cenſuum extinctorum
cum non fuerit procurator per Dominum
21 requiſitus, † Quia non poterat requiri tan-
quam ignoraretur illorum extinctio, immo
cum mendacio, & fraude aſſerebatur perce-
ptio fructuum, quæ præſupponit exiſten-
tiam cenſuum, ideo ſtante huiuſmodi men-
dacio non poteſt mendax excuſari à dolo
vero *l. 1. ff. de dol. mal. cum alijs ſupra
allegatis. n. 1. cum ſeq.*

Nec ſubſiſtit, quod hypotheca tacita, quæ in-
22 cipit à die acceptæ adminiſtrationis, † non
malæ geſtionis ſolum procedat ad fauorem
pupilli, eccleſiæ, ciuitatis, & ſimilium pri-
uilegiatorum, non autem aliarum perſona-
rum, quarum negotia geruntur *Card.Tuſc.
concluſ.207. in litter. A. n 7. & concluſ.118.
in litter. H. n.71.* cum alijs exaduerſo addu-
ctis, Quia ſolum iſti concludunt, quod non
datur hypotheca in bonis adminiſtratoris,
23 nihil autem dicunt à quo tempore incipiat,
Nam ſtatim, quod competit hypotheca, illa
ſemper incipit à die accepti officij, vt con-
cludunt omnes ſupra allegati *n.5.* & de com-
muni teſtatur *Munnoz. de ratiocin. c. 39.
n.13. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor.
§. 66. n. 21. ad med.*

Quod autem non detur hypotheca in bonis ad-
miniſtratoris non applicatur ad caſum no-
24 ſtrum, † quia probatum eſt, quod nos ſumus
in adminiſtratore prædone, & fure, in cuius
bonis datur hypotheca, quidquid aliud ſit in
bonis ſimplicis adminiſtratoris *Neguſ. de
pignorib. p. 4. membr. 2. n.124. Rebuff. de
conſtit. reddit. art. 1. gloſ. 14. n. 28. tom. 2.
fol.414. Peregr. conſ. 38. n. 10. cum ſeq. lib.6.
Rim. Iun. conſ. 587. n.14. & 15. lib.5.*

Exiſtente igitur hypotheca, ſemper illa retro-
trahitur ad diē cepti officij, non ad diē malæ
geſtionis, ſiue ſimus in pupillo, ſiue eccle-
25 ſia, † ſiue in quibuſcumque alijs, ad quorum
fauorem datur hypotheca *Surd. de aliment.
tit.8. priuileg.49. n.17. & 18. poſt Cin. Bart.
Bald. Salic. & alios in l. cum oportet. §. fin.
C. de bon. quæ liber. Neguſ. de pignorib. p.2.
membr. 4. n.13. vſq; ad 18. & p.3. membr.1. n.9.
cū ſeq. Munnoz. de ratiocin. c.39. n.13. & 15.*

Non obſtat, quod fuit actum ciuiliter vigore
inſtrumenti, in quo procurator faſſus eſt
furta, & falſitates commiſſas in adminiſtra-
26 tione, de qua agimus, † itaut iſta actio ci-
uilis faciat ceſſare criminalem *Honded. cōſ.
109. n. 60. lib. 1. poſt Pariſ. conſ. 50. n. 22.
lib.4. Grat. conſ.71. n.20. lib.2.* iuxta *l. 1. C.
quando ciuil. act. præiud. crimin. Bart. in
l. penult. ff. de calumniat. Bald. in l. ex mor-
te. C. ad leg. aquil.* Quia inſtrumentum fuit
factum ſine præiudicio iurium, ſed iura iu-
ribus addendo, per quæ verba non eſt in ali-
quo præiudicatum iuribus prius competen-
27 tibus, vt dictum eſt *ſupr. n.20.* † Maximè,
quia iſta reſeruatio fuit ſpecialis, non au-
tem generalis, & incerta, tunc enim tan-
quam obſcura non releuaret *l. in tradendis.
C. commun. prædior. Aim. conſ. 411. n. 37.
lib.3. Corn. conſ.146. col.2. ad fin. lib.4. Hon-
ded. conſ. 89. n. 33. lib. 1.*

Maximè, quia in caſu noſtro plures actiones
oriuntur ex diuerſis cauſis, nam aliud eſt
malè adminiſtrare, & aliud eſt furari, & præ-
dari, vnde iſtis ſtantibus datur cumulatio
28 plurium actionum, † quæ poterunt ſimul in-
tentari, ſiue ſint ciuiles, ſiue criminales,
ſiue mixtæ *Specul. de act. & pet. §. ſequitur
verſ. quod autem dixi. Bart. in l. nunquam
plura. oppoſ. 2. ff. de priuat. delict. Imol. in
l. interdum. ff. de public. iudic. Natt. conſ.
138. n. 4.*

Neque aduerſatur, quod non eſt quærendum
29 de hypotheca, cum non ſimus in fure, † nam
procurator habuit animum reſtituendi pe-
cuniam furatam *l. 1. §. in tutela. vbi Gloſ.*

in

Digitized by Google

in verb. eiuſdem facti. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. Quia prædicta procedunt, quando concurreret voluntas Domini quo ad vſum pecuniæ exactæ, cum poſſit illam admini-
30 ſtrator expendere, & conſumere, † dummodo ſit paratus tantundem reddere, vt notat *Alber. in l. inſiciendo. n. 4. ff. de furt.* Quod non eſt in caſu noſtro, in quo non ſolum nō adeſt voluntas Domini quo ad iſtum vſum, immo fuit in totum ignorans, & ſeductus à Procuratore aſſerente non fuiſſe exactos cenſus, cum tamen verè exegiſſet, & contrarium per mendacium aſſeruiſſet, vt pecunia vteretur, & illā contrectaret inſcio, & innito domino, quod tunc dicitur furtum, vt dictum eſt *ſupr. n. 18. & 19.*

Nec aliqua vis eſt facienda in *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 11. tit. 14.*
31 *n. 10. & 11.* † dum negat dari hypothecā pro bonis furto ſubtractis, Quia eius ſententia eſt contra opinionem communem, vt oſtenſum fuit *ſupr. n. 2. & 24. ex Peregrin. conſ. 38. n. 10. & 19. lib. 6. Rim. Iun. conſ. 587. n. 14. & 15. lib. 5.*

Cum præſertim *Idem Card. Mantic.* moueatur
32 exemplo vſurarij, † cuius bona non ſunt hypothecata pro reſtitutione vſurarum, cum tamen dicat contrarium poſſe defendi iuxta ea, quæ dixit in *eod. tract. de ambig. lib. 11. tit. 12. n. 13.* iuxta *Gloſ. in c. cum tu. & in c. tua. de vſur. & in c. 2. eod. tit. lib. 6.*
33 Cum etiam exemplum † de vſurario non applicetur, nam ille habet voluntatem ſoluentis vſuras, quæ non adeſt in fure, vt per *Abb. & alios in d. c. cum tu. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 3.*

Vlterius non obſtat, quod quamuis competeret tacita hypotheca, Tamen non debet eſſe cum priuilegio prælationis in præiudicium dotis mulieris habentis expreſſam poſterio-
34 rem, † iuxta diſtinctionem *Card. Mantic. d. lib. 11. tit. 11. n. 6. & tit. 26. n. 41.* Quia verius eſt, quod debeat eſſe cum priuilegio prælationis, nam ſola ratio liberationis ani-
35 marum conſideratur in huiuſmodi caſu, † vnde operatur, vt in tali hypotheca dicta ratio habeatur pro expreſſa *Surd. conſ. 141. n. 25. lib. 2.* & per conſequens erit præferēda doti,
36 cum anima ſit dignior cunctis rebus, † & omnibus debeat anteponi *l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ.* Ideo mulier contra talem hypothecam non habebit aliquod priuilegium, tanquam concurrat cum habente cauſam magis priuilegiatam, prout videmus,
37 quod mulier † contra aliam mulierem non vtitur aliquo priuilegio hypothecæ *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 11. tit. 26. n. 37.*

Quibus firmatis, non eſt quærendum an tacita
38 hypotheca ſit eiuſdem virtutis, † cuius eſt expreſſa quo ad priuilegium prælationis, quod affirmandum eſt iuxta *Pariſ. conſ. 80. n. 37. lib. 1. Cardin. Mantic. d. tit. 11. n. 9. in fin.* Et quod dicitur de expreſſa poſteriori præferenda tacitæ anteriori fauore dotis
39 procedit, † quando tacita anterior eſſet ex cauſa non priuilegiata, ſecus quando, prout in caſu noſtro, eſt inducta fauore animæ, quæ eſt magis priuilegiata, & in iſtis terminis loquuntur omnes Doctores, prout etiam
40 *Card. Mantic. d. tit. 11. n. 6. & 7.* † & quod paſſim hypotheca dotis non præferatur alteri priuilegiatæ eſt verior opinio, & ab omnibus recepta, vt latè per *Barboſ. in l. 1. p. 6. n. 1. & 2. ff. ſolut. matrimon.* vnde multo minus erit præferenda cauſæ animæ magis priuilegiatæ *Bart. in auth. qui rem. col. 2. verſ. ſi vero vterque.* C. *de ſacroſan eccleſ. Ruin. conſ. 27. col. vlt. lib. 4. Lamberteng. ſuper ſtatut. de contract. in fin. n. 119. & 120.*

EPITOME.

TEſtamentum, in quo ſpurius fuit inſtitutus hæres, præteritis fratribus, quādo ſubiaceat querelæ inofficioſi. ¶ Habilitationes illegitimorum, vt ſuccedant in portione eis aſſignanda per parentes an habeant vim legitimationis. ¶ Diſpenſatio quando tollat omnem maculam, per quam quis redderetur incapax ſucceſſionis. ¶ Diſpoſitio *l. fratres. C. de inoffic. teſtam.* in quibus caſibus procedat. ¶ Et per quas clauſulas ſit illi derogatum ad effectum, vt de ea non ſit facienda mentio. ¶ Vitium ſubreptionis an ſit ſublatum per verba ex certa ſcientia, quorum tenores, motu proprio, non obſtantibus, cum ſimilibus derogationibus. ¶ Bona acquiſita ex illicitis negotiationibus an acquirantur Cameræ ipſo iure abſque aliqua traditione excluſis omnibus alijs. ¶ Cogitatio in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida. ¶ Statutum Vrbis prohibens, vt per patrem non poſſit relinqui filijs legitimatis, niſi medietas ſuorum bonorum, exiſtente fratre, ſeu nepote de quibus bonis intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Spurius inſtitutus hæres præteritis fratribus an faciat teſtamentum ſubiacere querelæ inofficioſi.*
2 *Diſpoſitio* l. fratres. C. de inoffic. teſtament. *quando habeat locum, & quo caſu cenſeatur illi derogatum.* n. 10. 12. 13. & 14.
3 *Diſpenſatio tollit omnem maculam, per quam quis redderetur incapax ſucceſſionis.* n. 8. & 28.
4 *Reſcriptum indulgentiæ idem operatur, quod factum de iure communi, itaut diſpenſatus ſit tuendus, non ſecus ac ſi de iure communi poſſideret.*
5 *Habilitationes illegitimorum, vt ſuccedant in portione eis aſſignanda per parentes, ha-*

Digitized by Google

bent vim legitimationis, quidquid ſit quo ad alios effectus. n. 6. 7. & 9.

11 *Clauſula quorum tenores quid operetur.*

15 *Cogitatio in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida. & n. 16.*

17 *Vitium ſubreptionis eſt ſublatum per clauſulam ex certa ſcientia, quorum tenores, motu proprio, non obſtantibus, cum ſimilibus derogationibus. n. 19. & 26.*

20 *Bona acquiſita ex illicitis negotiationibus acquiruntur Cameræ ipſo iure abſque aliqua traditione, per quam ſunt excluſi quicumque hæredes, & ſucceſſores. n. 23.*

21 *Ceſſionarius eſt eadem perſona cum cedente conſequendo omnia iura, & priuilegia ipſius.*

22 *Statutum Vrbis prohibet, vt pater non poſſit relinquere filijs legitimatis, niſi medietatem ſuorum bonorum exiſtente fratre, ſeu nepote ex eo.*

24 *Qualitas adiecta diſpoſitione reponit eam in diuerſam ſpeciem.*

25 *Conſtitutio loquens de bonis intelligitur de illis, quæ validè relinqui poſſunt.*

27 *Subſcribens cenſetur approbare omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta.*

CAP. DCCCCXXXVI.

OMiſſa quæſtione illa an ſpurius ſit talis perſona, vt ſi inſtituatur præteritis fra-
1 tribus, & ſororibus, † faciat teſtamentum ſubiacere querelæ inofficioſi iuxta *l. fratres.* 27. C. *de inoffic. teſtam.* In qua licet multi ſentiant affirmatiuè, de quibus per *Theſaur. deciſ.* 126. *n.* 5. quem ſequitur *Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.* 271. *n.* 17. Tamen forſan etiam contraria opinio negatiua eſt verior, & in puncto iuris eſt tenenda, vt latiſſimè defendit *Io. Harprectus in addit. ad Clar. q. 50. n. 2. vſque ad 18. fol. 46. & 47.*

In caſu noſtro concludendum eſt, quod nulla querela competat Aduerſarijs contra filios inſtitutos in teſtamento, de quo agimus,
2 Nam diſpoſitio † *d. l. fratres*. C. *de inoffic. teſtam.* eſt fundata in macula hæredum inſtitutorum, quæ non adeſt in iſtis filijs, qui licet ſint ſpurij, & illegitimi, nihilominus fuerunt habilitati, & diſpenſati à Summo Pontifice, vt poſſint per patrem inſtitui in ſumma ſcutorum ſex mille, per quam di-
3 ſpenſationem ſublata eſt omnis macula, † & quæcumque inhabilitas, ex qua redderentur incapaces huiuſmodi ſucceſſionis, tanquam per eam ſit tributum ius regenerationis, ita in ſpecie eſt *tex. in l. imperialis*, 23. *§. præſenti. vbi Bart. n. 2. Bald. n. 1. & 3. Salic. in princ.* C. *de nupt. Iaſ. in l. in arenam. n. 5. ad med.* C. *de inoffic. teſtam.* & concludunt omnes *in l. quæris. 3. ff. de nat. lib. reſtituend.*
4 ob illam rationem, quia diſpenſatio, † ſeu reſcriptum indulgétiæ idem operatur, quod factum de iure communi, adeo vt taliter diſpenſati ſint tuendi, ſicut ſi de iure communi poſſiderent *Bald. in l. liberos. 18. in princ. vbi Dec. n. 1. & 2.* C. *de collat. Idem Dec. conſ. 609. quæritur ex duobus. n. 3. poſt Bart. in l. barbarius. in 2. lect. col. 1. verſ. in creatione ergo futura. ff. de offic. prætor.*

Et paſſim admittuntur huiuſmodi habilitationes illegitimorum, quod videlicet ſuccedant in aliqua parte bonorum patris, vel in por-
5 tione eis aſſignanda per patentes, † quæ ad iſtum effectum habent vim legitimationis, & dicuntur diſpenſationes *c. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morgan. contract. c. filij nati. ſi de feud. fuer. controuerſ. int. dom. & agnat. Caſtr. in l. pactum dotali. n. 9.* C. *de collat. Alex. conſ. 25. n. 5. lib. 1. & conſ. 189. per tot. lib. 5. Rom. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæredit.* Quamuis quo ad alios effectus non haberent priuilegium veræ legitimationis,
6 de quibus modo non quæritur, † niſi reſpectu ſucceſſionis *Butr. in c. per venerabilem. in fin. qui fil. ſint legit. Iaſ. in l. pactum dotali. n. 3. verſ. in tertia parte.* C. *de collation. Dec. conſ. 577. pro reſolutione. n. 6. ad med.*
7 Et ſecundum prædicta † iſta vocabula diſpenſatio, & legitimatio confunduntur *Eugen. conſ. 53. n. 5. & 6. Menoch. conſ. 842. n. 15. lib. 9.*

Ex quibus non obſtat, quod ſimus in ſpurijs, qui non fuerunt legitimati, Quia ſatis eſt, quod fuerint diſpenſati, cum ad effectum, de quo agimus, idem operetur diſpenſatio, nam
8 per eam tollitur obſtantia defectus, † videlicet, quod poſſit ſuccedere non obſtante defectu natalium, & non obſtante, quod ſit inceſtuoſus *Roland. conſ. 61. n. 52. ad med. lib. 1. & conſ. 96. n. 25. lib. 3. Socin. Iun. conſ. 93. n. 40. lib. 3. Iaſ. conſ. 40. col. 2. verſ. ad illam obiectionem. lib. 2. Gozad. conſ. 6. n. 62. 63. & 67. & conſ. 29. col. 7. verſ. præterea & ſecundo. n. 31. Eugen. conſ. 53. n. 15.*

Quamuis etiam in legitimatione reſtricta ad ſucceſſionem quorumdam bonorum tãtum,
9 verius ſit illam † non eſſe diſpenſationem, ſed propriam legitimationem, cum talis limitatio non faciat, vt quis non ſit verè legitimus, & plenè legitimatus, illa enim reſpicit ſolum ius, & effectum ſuccedendi, qui eſt ſeparatus ab ipſa legitimatione *Roland. conſ. 26. n. 17. lib. 3. poſt Gozad. conſ. 6. n. 23.* de quo tamen modo non eſt quærendum, cum de hoc non agatur.

Præterea non eſt amplius facienda vis in *d. l.*
10 *fratres*. C. *de inoff. teſtam.* † cum diſpoſitio illius *tex.* fuerit ſublata per derogationes ampliſſimas, quas Summus Pontifex facit de omnibus conſtitutionibus, legibus, & ſtatutis quouis modo in contrarium facientibus, & etiam habentibus decreta irritantia, & cum clauſula quorum tenores, quæ qui-
11 dem verba ſufficiunt † ad effectum ſpecificæ, & indiuiduæ derogationis *Butr. conſ. 2. in fin.* quod paſſim fuit per *Rot.* approbatum,

vt

vt teſtatur *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. §. 2. n. 58. Put. deciſ. 109. n. 3. lib. 1. Rot. coram Cardin. Lancellott. Papien. fructuum. 2. Fe-bruarij* 1601.

Stante præſertim ſecundo chirographo San-
ctiſſimi, in quo non ſolum primum chiro-
graphum confirmatur, ſed etiam de nouo
12 tolluntur omnia obſtacula, † & ſupplentur
quicumque defectus quouis modo ſubſtan-
tiales, & formales etiam de neceſſitate ex-
primendi, confirmando teſtamentum ad fa-
uorem filiorum Inſtitutorum factum, decla-
rando eos veros, & legitimos hæredes non
obſtante quocumque defectu naturalitatis,
illegitimitatis, ac ſpurietatis, quos defe-
ctus in totum abſtulit cum derogationibus
omnium legum, & conſtitutionum, & ſtatu-
torum, ex quibus clarè colligitur, quod
Papa voluit omnino prædictos filios ſucce-
dere non obſtante quacumque diſpoſitione
13 contraria, † itaut per iſta verba ſit deroga-
tum *d. l. fratres.* & alijs quibuſcumque con-
trarijs, quamuis ſpecialiter non fuiſſet ex-
preſſum, vt notat *Iaſ.* in propoſito noſtro
*conſ. 110. col. 5. poſt med. verſ. ergo in ter-
minis noſtris. & verſ. quarto ad idem facit.
lib. 4.* Licet neque eſſet facienda aliqua men-
14 tio eiuſdem *l. fratres.* † quando conſtat de
voluntate Principis, prout in caſu noſtro
*Bald. in l. nec auus. 4. in princ. C. de eman-
cip. liber. Corn. conſ. 83. n. 16. lib. 4. Cardin.
Seraphin. deciſ. 1445. n. 1.*

Neque obſtat ſubreptio prætenſa propter non
factam mentionem fratrum, Quia in chiro-
grapho exhibito datur facultas diſponendi
etiam ad fauorem fratrum, & nepotum, &
aliorum, ex quibus verbis dicitur Summum
Pontificem cogitaſſe etiam de exiſtentia fra-
15 trum, † quamuis ſufficeret, quod ſaltem in
genere fuiſſet cogitatum de omnibus iſtis
defectibus ad hoc, vt diſpenſatio valeat,
etiam ſi in indiuiduo, & in ſpecie non fue-
rint expreſſi *Iaſ. d. conſ. 110. col. 5. ad fin.
lib. 4.* iuxta *l. qui iure militari. ff. de militar.
teſtam. l. ſub prætextu ſpecierum. in fin. C.
de tranſact. Caſtr. conſ. 221. ſuper puncto iſto
plura ſubtiliter & copioſè ſcripta ſunt. ad
fin. lib. 1. in antiq. Io. Andr. in c. 1. de ex-
ceſſib. prælat. in 6. Dec. conſ. 137. diligenter
pro tenui facultate mea. col. 4. poſt princip.
verſ. eſt ergo conſiderandum. n. 9. Aret. conſ.
33. n. 10. verſ. ad tollendam. Menoch. conſ. 37.
n. 86. & 87. lib. 1. & conſ. 20. n. 50. & 51.
eod. lib.* latè *Gabr. concluſ. 4. n. 3. de regul.
16 iur.* † vbi quod non eſt dubitandum, quando
ſumus in ſupremo Principe, quidquid ſit in
inferiore *Ruin. conſ. 109. n. 21. lib. 3.* cum
alijs per *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 36. n. 28.* vbi
etiam teſtatur, quod ita fuit in *Rot.* reſolutũ.

Stantibus præſertim clauſulis ex certa ſcien-
tia, quorum tenores, motu proprio, non ob-
ſtantibus, & alijs ampliſſimis in chirogra-
17 pho contentis, † ex quibus omne vitium
ſubreptionis dicitur ſublatum *c. ſi motu pro-
prio. de præbend. in 6. Lap. alleg. 7. in fin.
Card. in clem. ſi romanus pontifex. in 3. no-
tab. de præbend. Milius in verb. ſcientia
certa. Pariſ. conſ. 3. n. 70. vſque ad 81. lib. 4.
Gabr. de clauſul. concluſ. 2. n. 1. cum ſeq. &
concluſ. 1. n. 26.*

Et ſemper tales clauſulæ admittuntur ad tol-
lendam ſubreptionem, cum etiam ſufficerent
18 clauſulæ generales pro expreſſis † in vltima
diſpoſitione derogatoria quorumcumq; pri-
uilegiorum, quamuis talia eſſent, quæ de
verbo ad verbum deberent ſpecificari *Felin.
in c. accedentes. n. 5. de præſcript. Aim. conſ.
126. n. 7. Put. deciſ. 109. n. 3. lib. 1. Gonzal. ad
reg. 8. gloſ. 36. n. 29.* dixi *ſupr. c. 635. n. 9.
Rot. diuerſor. deciſ. 161. n. 1. p. 2.*

Et regulare eſt, vt non requiratur mentio fra-
trum, & filiorum, ac ſimilium ſtantibus di-
19 ctis clauſulis ampliſſimis, † & derogationi-
bus quarumcumque legum, conſtitutionum,
conſuetudinum, & ſtatutorum in contrarium
facientium, habendo illorum tenores pro
expreſſis, ac ſi indiuidua mentio facta fuiſſet
cum alijs, de quibus in dicta diſpenſatione,
quæ faciunt, vt diſpenſans ſit plenè certio-
ratus de omnibus, quæ talem diſpenſatio-
nem poſſent impedire, ideo illa valebit etiam
non facta mentione fratrum *Alex. conſ. 187.
n. 19. vſque ad 25. lib. 5. Iaſ. conſ. 68. n. 17.
lib. 3. Honded. conſ. 89. n. 58. lib. 1. Menoch.
conſ. 37. n. 85. Bald. Ruin. Lup.* & alij, quos
adduxi *ſupr. c. 635. n. 8.*

Et quatenus etiam tales obreptiones, & ſubre-
ptiones obſtarent, & malè fuiſſet diſpoſitum
ad fauorem illegitimorum, & contra for-
mam Bullæ Pij V. & quamuis etiam omnia
alia exaduerſo adducta eſſent attendenda,
20 Nihilominus in caſu noſtro † cuncta tollun-
tur, quia ſumus in bonis acquiſitis ex pen-
ſionibus, & illicitis negotiationibus, in qui-
bus nullus alius ſuccedit, niſi Camera; per
quam excluduntur fratres, & alij quicumque
hæredes, vt in Bulla Sixti V. in *Bullar.
n. 100.* ſuper facultatibus conceſſis Illuſtriſſi-
mo Theſaurario, & cum per Cameram fue-
rint ceſſa omnia iura filijs teſtatoris, ſequi-
tur quod ipſi tanquam ceſſionarij Cameræ
21 omnes excludant, † cum reputentur pro ea-
dem perſona cum cedente, conſequendo om-
nia iura, & priuilegia ipſius *l. emptor. C. de
hæredit. vel act. vendit. l. ſi donare. §. 1. ff.
de donat. int. vir. & vxor. Crot. conſ. 83.
n. 10. Becc. conſ. 105. n. 17. Surd. conſ. 22.
n. 16. lib. 1.*

Nec facit *Statut. Vrb. c. 144. lib. 1.* in quo pa-
22 ter prohibetur, † vt non poſſit relinquere
filijs legitimatis, niſi medietatem ſuorum
bonorum exiſtente fratre carnali, ſeu nepo-
tibus ex eodem fratre, Quia dictum ſtatu-
tum loquitur in ciue Romano habente bona
ſua propria, quod non extenditur ad bona
acquiſita ex redditibus eccleſiaſticis contra

ſacros canones mediante illicita negotiatione, quæ ad ipſum non ſpectant, neque dicuntur bona ſua, prout requiritur in ſtatuto,
23 cum pertineant ad Cameram † & illi ſint
ipſo iure applicata,& acquiſita abſque traditione *Redoan. de ſpol. eccleſiaſt. q.17. n.8. & 13.fol.*408.Vude non poterit ſtatutum in iſtis bonis verificari, tanquam loquatur cum il-
24 la qualitate ſuorum bonorum, † quæ diſpo-
ſitionem reponit in diuerſam ſpeciem *Bart. in l.ſi quis poſthumo. §. ſi filium. in fin. vbi Iaſ. n. 51. ff. de liber.& poſthum. Surd.conſ. 131.n.25. lib.1.*

Præſertim quia ſequeretur abſurdum, quod pro dicta medietate poſſet pater relinquere filijs ſuis ex quibuſcumque bonis eccleſiaſticis, & illicite acquiſitis, quod affirmare eſſet ab
25 omni ratione alienum, † ideo talis diſpoſitio
erit intelligenda de bonis, quæ validè relinqui poſſint, cum ad alia inualida non trahatur Innoc.*Io. And.& Butr. in c. dudum, de decim. Surd.conſ.157.n.14.lib.2.*

Cum etiam per chirographum Sanctiſſimi ſic derogatum quibuſcumque ſtatutis quouis modo in contrarium facientibus quamuis habeat decretum irritans appoſitum in confirmatione Apoſtolica, cum de eis non ſit fa-
26 cienda ſpecialis mentio, † ſed ſufficiat clau-
ſula quorum tenores, cum alijs clauſulis ampliſſimis in chirographo contentis, per quas dicitur derogatum dicto ſtatuto *Caſſador. deciſ.*10. *n.2. ſuper regul.* cum alijs adductis *ſupr.verſ. & paſſim tales clauſula. n.18. & verſ. ſtantibus præſertim. n.17.*

Nec aduerſatur quid in primo chirographo fuit additum aliena manu illegitimi, per quam additionem ignotam non poteſt dici quod
27 talia verba ſint in corpore gratiæ, † Quia
cum poſt talem apoſtillam ſtatim ſubſequatur ſubſcriptio Illuſtriſſimi Theſaurarij, cenſetur illa incluſa in gratia *Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. col.2. ff. de verb. obligat. Natt. conſ.287. n.4. Cephal. conſ.272. n.85. Port. Imol. conſ. 66. n. 16. Oſaſc. deciſ. 37. n. 3. Surd. conſ. 61. n. 31. lib. 1. & deciſ. 265. n. 26.*

Et quidquid ſit, ceſſat omnis difficultas ex ſecundo Chirographo, vbi conceditur patri facultas teſtandi ad fauorem quorumcumq; filio-
28 rum, ſiue naturalium, † ſiue illegitimorum,
ſiue ſpuriorum, cum ceſſione omnium iurium Cameræ, ac alijs ſupra adductis, ex quibus non poteſt aliqua inhabilitas opponi, tanquam fuerit ſublatus quicumque defectus ad effectum ſuccedendi in quantitate bonorum in chirographo expreſſorum *Rol. conſ. 96.n.25.lib.3.*

EPITOME.

QValitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in ſequenti ſtante dictione item, pariter, vel ſimilibus clauſulis repetitiuis. ¶ Et an coniecturæ ſufficiant ad inducendam, vel adimendam repetitionem. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Legatum quando tranſmittatur ad hæredes legatarij. ¶ Et quid ſi fiat ad vſum illius, & pro eius alimentis, vel eiuſdem vita durante, vel per alia verba limitatiua temporis. ¶ Aequalitas quando ſit ſeruanda inter fratres. ¶ Acceſſorium quo caſu ſequatur naturam principalis, ſiue tractetur de illo inducendo, ſeu tollendo, ſeu confirmando. ¶ Et an tranſlato, ſeu finito principali transferatur, & finiatur acceſſorium, ſi vnum ab alio poteſt diuidi. ¶ Deſtinatio quando ſit habenda pro facto. ¶ Et quo caſu illa ſit adempta per legatum rei deſtinatæ. ¶ Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles quando ſtent limitatiuè. ¶ Quid ſeruandum ſit in materia repetitionis qualitatum inter plura, quæ reguntur ſub eodem nomine, vel habent orationem perfectam, vel identitatem, ſeu diuerſitate rationis cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum purum tranſmittitur ad hæredes legatarij, ſecus ſi fieret per verba limitatiua temporis. & n.12.*

2 *Relictum ad vſum legatarij, & pro eius alimentis eſt perpetuum, & tranſmiſſibile ad ſucceſſores, niſi adſit clauſula eius vita durante, vel ſimilis.*

3 *Qualitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in alio ſtante dictione pariter, vel alia repetitiua. & n. 4.*

5 *Coniectura quales ſint, ex quibus colligatur non fuiſſe factam repetitionem qualitatis vnius legati cum alio.*

6 *Præſumptiones ſufficiunt ad probandum, quod teſtator voluerit repetere in vno legato conditiones, & onera appoſita in alio, prout è contra quod noluerit.*

7 *Identitas rationis operatur, vt conditiones primi legati ſint repetita in ſequentibus. Declara, vt n.8. & 9.*

10 *Mali euentus non ſunt habendi in conſideratione.*

11 *Vſus, & habitatio morte finitur.*

13 *Relatio facit, vt nihil ſit alteratum, niſi iuxta qualitates relati.*

14 *Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles ſtant limitatiuè. Intellige, vt n. 15. & 16.*

17 *Deſcriptio bonorum facta propter vnam cauſam non extenditur ad aliam.*

18 *Qualitas ſpecialiter expreſſa in duobus legatis excludit repetitionem aliarum qualitatum in ſecundo legato. & n. 19.*

20 *Legatum dicitur donatio tranſitoria ad hæredes legatarij.*

21 *Aequalitas quãdo ſit ſeruanda inter fratres.*

22 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis. Fallit. n. 24.*

23 *In acceſſorio, quod poteſt diuidi, & ſepa-*

rari

rari à principali nunquam illo tranſlato, ſeu finito transfertur, ſeu finitur acceſſorium.

25 *Deſtinatio non ſemper habetur pro facto.*

26 *Legatum de re deſtinata adimit deſtinationem.*

27 *Proteſtatio conſeruat iura proteſtantis.*

28 *Verba in dubio dicuntur potius poſita demonſtratiuè, quam taxatiuè.*

29 *Clauſulæ repetitiua quando induant repetitionem qualitatum prius expreſſarum inter plura, quæ reguntur ſub eodem nomine, vel habent orationem perfectam. n. 30. & 31.*

CAP. DCCCCXXXVII.

NOn continetur aliquod tempus in legato, de quo agimus, cum illud ſit pu-
rum, & perpetuum, vt ex illius lectura pa-
tet, ideo fuit transmiſſum ad hæredem lega-
1 tarij, † quidquid aliud ſit quando eſſet fa-
ctum per verba limitatiua, & taxatiua tem-
poris *l. 4. vbi Gloſ. in verb. ad ſuos hæredes. & ibi Bart. in princ. C. de alim. & cibar. legat. Alex. conſ. 214. n. 12. ad med. lib. 6. Pariſ. conſ. 21. n. 38. lib. 2. Cephal. conſ. 158. n. 5. lib. 2.*
2 *Surd. de aliment. tit. 2. q. 1. n. 2. vſq; ad* 14. † vbi
ampliat, quamuis ſimilia legata relinque-
rentur ad vſum legatarij, & pro eius alimen-
tis, nam ſi non fuerit addita clauſula illa
vita durante, vel alia ſignificans limitatio-
nem temporis, ſemper ſunt perpetua, & trāſ-
mittuntur ad hæredes eiuſdem legatarij *Picus in l. titia. §. titia cum nuberet. n. 7. ff. de legat.* 2. latè *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. n. 29.*

Neque obſtat, quod ſtante clauſula, pariter,
cenſeatur in hoc ſecundo legato ſuppelleсti-
lium repetita illa conditio vita durante,
3 quæ fuit poſita † in primo ſcutorum mille
l. ſi tibi pure. vbi Bart. ff. de legat. 3. Iaſ. in l. legata inutiliter. n. 2. ff. de legat. 1. & conſ. 207. col. 1. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 71. n. 5. lib. 3. latè *Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. n. 15. & 16. fol. 145.* Quia cum ſimus in diuerſitate
rerum legatarum, & ambo legata ſint ſepa-
rata, & contineant orationem perfectam,
& eidem perſonæ ſint relicta, non conſide-
4 rantur dictiones repetitiuæ, † ſed ſecundum
legatum dicitur purum abſque vlla repeti-
tione conditionis, & qualitatis in primo ap-
poſitæ *Bart. in l. in repetendis. col. 2. verſ. quandoque eſt identitas perſonarum. ff. de legat. 3. Cephal. conſ. 528. n. 36. lib. 4. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 10. tit. 6. n. 33. fol. 245. Caſtr. conſ. 16. viſo puncto & dubijs. n. 6. verſ. breuiter contrarium puto. lib. 2.* iuxta *l. qui fundum. 40. ff. de contrahend. empt. Duran. de art. teſtand. tit. 6. caut. 58. in princ. tom. 8. par. 1. fol. 134. Bald. conſ. 153. quidam teſtator. lib. 5. Cuman. conſ. 22. col. 1. Aleiat. conſ. 3. n. 25, lib. 8. Socin. conſ. 92. n. 9. lib. 1. Alex. conſ. 66. n. 2. vbi Natt. in addit. in verb. reliquit. lib. 3. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund. nupt. n. 95. pan. 67.* Contraria autem pro-
cedunt quando plura eadem oratione relin-
quuntur, & vnico verbo, vt poſt *Caſtr. Bald. Fulgoſ. Cuman. & alios* comprobat *Durand. d. tit. 6. caut. 58. n. 2.*

Et quamuis iſta ſint ſatis clara, Tamen coad-
iuuantur ex multis coniecturis, quæ militāt
aduerſus talem repetitionem, inter quas illa
eſt potiſſima, quod in legato ſuppellectilium
5 fuerunt excepta argenta, † quæ voluit teſta-
tor eſſe communia inter fratres, adeo vt
quemadmodum illa excepit à legato mobi-
lium, ita etiam qualitatem temporis addi-
diſſet eiſdem mobilibus, ſi temporaliter illa
legaſſet, Cum etiam in primo legato ſcuto-
rum mille, & in tertio habitationis adiece-
rit qualitatem temporis, non autem in ſe-
cundo ſuppellectilium, de quo agimus, adeo
vt ex hac locutione diſcretiua colligatur in
qua diſpoſitione voluerit teſtator, vt conſi-
deretur diffinitio temporis, Pręſertim, quia
etiam teſtator addidit ademptionem primi,
& tertij legati in caſu venditionis clerica-
tus, quæ ademptio non fuit facta quo ad ſe-
cundum legatum, Ex quibus omnibus colli-
gitur manifeſta illius voluntas quod non in-
tellexerit huiuſmodi legata purificare quo
ad qualitates, & conditiones in eis expreſ-
ſas, ſed diuerſimodè illa filio relinquere,
6 cum ex coniecturis † contrariæ voluntatis
ceſſet repetitio, prout ex eis inducitur *l. licet imperator. ff. de legat. 1. l. iulius paulus. ff. de condit. & demonſtrat. Gloſ. & Bald. in l. auia. ff. eod. tit. Socin. conſ. 92. n. 9. lib. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 10. tit. 6. n. 22. fol. 245.*

Nec facit, quod legata fuerint facta propter
dignitatem clericatus Cameræ, quæ cauſa
finalis influit in omnes diſpoſitiones ex ra-
7 tione identitatis, † propter quam cenſentur
omnes conditiones primi legati repetitæ in
ſequentibus legatis *Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. n. 26. Menoch. conſ. 215. n. 174. & 175. lib. 3.* Nam iſta identitas rationis dignitatis
non fuit conſiderata, niſi in primo, & tertio
legato, dum in eis expreſſè teſtator man-
8 dat, † vt filius illis potiatur donec in eadem
dignitate permanſerit, quæ tamen conditio
non fuit appoſita in ſecundo legato ſupel-
lectilium, vnde non poteſt dici, quod ex
præfatione dicatur declarata mens diſpo-
nentis, quia hoc non procedit, quando ex
verbis diſpoſitiuis aliud cōſtat de voluntate
teſtatoris, prout in caſu noſtro, in quo ap-
paret non fuiſſe habitum reſpectum ad di-
9 gnitatē in prohemio expreſſam, † ſed vnum-
quodque legatum habere diuerſam ratio-
nem ademptionis, & ſimilium ſuperius nar-
ratorum *Menoch. conſ. 282. n. 39. Zuccar. in l. vlt. n. 230. C. de edict. diu. adrian. tollend.*

Ma-

Digitized by Google

ſacros canones mediante illicita negotiatio-
ne, quæ ad ipſum non ſpectant, neque dicun-
tur bona ſua, prout requiritur in ſtatuto,
23 cum pertineant ad Cameram † & illi ſine
ipſo iure applicata,& acquiſita abſque tradi-
tione *Redoan. de ſpol. eccleſiaſt. q.17. n.8. &*
*13.fol.*408. Vnde non poterit ſtatutum in iſtis
bonis verificari, tanquam loquatur cum il-
24 la qualitate ſuorum bonorum, † quæ diſpo-
ſitionem reponit in diuerſam ſpeciem *Bart.*
in l.ſi quis poſthumo. §. ſi filium. in fin. vbi
Iaſ. n. 51. ff. de liber.& poſthum. Surd.conſ.
131.n.25. lib.1.

Præſertim quia ſequeretur abſurdum, quod pro
dicta medietate poſſet pater relinquere filijs
ſuis ex quibuſcumque bonis eccleſiaſticis, &
illicite acquiſitis, quod affirmare eſſet ab
25 omni ratione alienum, † ideo talis diſpoſitio
erit intelligenda de bonis, quæ validè relin-
qui poſſint, cum ad alia inualida non traha-
tur Innoc. *Io. And.& Butr. in c. dudum, de de-*
cim. Surd. conſ.157.n.14.lib.2.

Cum etiam per chirographum Sanctiſſimi ſit
derogatum quibuſcumque ſtatutis quouis
modo in contrarium facientibus quamuis
habeāt decretum irritans appoſitum in con-
firmatione Apoſtolica, cum de eis non ſit fa-
26 cienda ſpecialis mentio, † ſed ſufficiat clau-
ſula quorum tenores, cum alijs clauſulis am-
pliſſimis in chirographo contentis, per quas
dicitur derogatum dicto ſtatuto *Caſſador.*
decif.10. n.2. ſuper regul. cum alijs adductis
ſupr. verſ. & paſſim tales clauſula. n.18. &
verſ. ſtantibus præſertim. n.17.

Nec aduerſatur quid in primo chirographo fuit
additum aliena manu illegitimi, per quam
additionem ignotam non poteſt dici quod
27 talia verba ſint in corpore gratiæ, † Quia
cum poſt talem apoſtillam ſtatim ſubſe-
quatur ſubſcriptio Illuſtriſſimi Theſaurarij,
cenſetur illa incluſa in gratia *Alex. in l. ſi*
ita ſtipulatus. §. griſogonus. col.2. ff. de verb.
obligat. Natt. conſ.287. n.4. Cephal conſ.272.
n.85. Port. Imol. conſ. 66. n. 16. Oſaſc. decif.
37. n. 3. Surd. conſ.61. n.31. lib.1. & de-
cif. 265. n. 26.

Et quidquid ſit, ceſſat omnis difficultas ex ſecun
do Chirographo, vbi conceditur patri facul-
tas teſtandi ad fauorem quorumcumq; filio-
28 rum, ſiue naturalium, † ſiue illegitimorum,
ſiue ſpuriorum, cum ceſſione omnium iurium
Cameræ, ac alijs ſupra adductis, ex quibus
non poteſt aliqua inhabilitas opponi, tan-
quam fuerit ſublatus quicumque defectus
ad effectum ſuccedendi in quantitate bono-
rum in chirographo expreſſorum *Rol. conſ.*
96.n.25.lib.3.

E P I T O M E.

QValitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in ſequenti ſtante dictione item, pariter, vel ſimilibus clauſulis repetitiuis. ¶ Et an coniecturæ ſufficiant ad inducendam, vel adimendam repetitionem. ¶ Et quales debeant eſſe. ¶ Legatum quando tranſmittatur ad hæredes legatarij. ¶ Et quid ſi fiat ad vſum illius, & pro eius alimentis, vel eiuſdem vita durante, vel per alia verba limitatiua temporis. ¶ Aequalitas quando ſit ſeruanda inter fratres. ¶ Acceſſorium quo caſu ſequatur naturam principalis, ſiue tractetur de illo inducendo, ſeu tollendo, ſeu confirmando. ¶ Et an tranſlato, ſeu finito principali transferatur, & finiatur acceſſorium, ſi vnum ab alio poteſt diuidi. ¶ Deſtinatio quando ſit habenda pro facto. ¶ Et quo caſu illa ſit adempta per legatum rei deſtinatæ. ¶ Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles quando ſtent limitatiuè. ¶ Quid ſeruandum ſit in materia repetitionis qualitatum inter plura, quæ reguntur ſub eodem nomine, vel habent orationem perfectam, vel identitatem, ſeu diuerſitate rationis cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum purum tranſmittitur ad hæredes legatarij, ſecus ſi fieret per verba limitatiua temporis. & n.12.*

2 *Relictum ad vſum legatarij, & pro eius alimentis eſt perpetuum, & tranſmiſſibile ad ſucceſſores, niſi adſit clauſula eius vita durante, vel ſimilis.*

3 *Qualitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in alio ſtante dictione pariter, vel alia repetitiua. & n. 4.*

5 *Coniecturæ quales ſint, ex quibus colligatur non fuiſſe factam repetitionem qualitatis vnius legati cum alio.*

6 *Præſumptiones ſufficiunt ad probandum, quod teſtator voluerit repetere in vno legato conditiones, & onera appoſita in alio, prout è contra quod noluerit.*

7 *Identitas rationis operatur, vt conditiones primi legati ſint repetita in ſequentibus. Declara, vt n.8. & 9.*

10 *Mali euentus non ſunt habendi in conſiderationem.*

11 *Vſus, & habitatio morte finitur.*

13 *Relatio facit, vt nihil ſit alteratum, niſi iuxta qualitates relati.*

14 *Dictiones iuxta, ſecundum, prout, vel ſimiles ſtant limitatiuè. Intellige, vt n. 15. & 16.*

17 *Deſcriptio bonorum facta propter vnam cauſam non extenditur ad aliam.*

18 *Qualitas ſpecialiter expreſſa in duobus legatis excludit repetitionem aliarum qualitatum in ſecundo legato. & n.19.*

20 *Legatum dicitur donatio tranſitoria ad hæredes legatarij.*

21 *Aequalitas quādo ſit ſeruanda inter fratres.*

22 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis. Fallit. n. 24.*

23 *In acceſſorio, quod poteſt diuidi, & ſeparari*

Digitized by Google

rari à principali nunquam illo tranſlato,
ſeu finito transfertur , ſeu finitur acceſ-
ſorium .
25 *Deſtinatio non ſemper habetur pro facto.*
26 *Legatum de re deſtinata adimit deſtina-*
tionem .
27 *Proteſtatio conſeruat iura proteſtantis .*
28 *Verba in dubio dicuntur potius poſita de-*
monſtratiuè , quam taxatiuè .
29 *Clauſulæ repetitiuæ quando inducant repeti-*
tionem qualitatum prius expreſſarum inter
plura, quæ reguntur ſub eodem nomine ,
vel habent orationem perfectam.n.30.& 31.

CAP. DCCCCXXXVII.

NOn continetur aliquod tempus in le-
gato, de quo agimus, cum illud ſit pu-
rum, & perpetuum , vt ex illius lectura pa-
ret , ideo fuit tranſmiſſum ad hæredem lega-
1 tarij , † quidquid aliud ſit quando eſſet fa-
ctum per verba limitatiua, & taxatiua tem-
poris *l.4. vbi Gloſ. in verb. ad ſuos haredes.*
& ibi Bart.in princ. C. de alim.& cibar. le-
gat. Alex.conſ.214. n.12. ad med. lib.6.Pariſ.
conſ.21.n.38.lib.2. Cephal.conſ.158.n.5.lib.2.
2 *Surd.de aliment.tit.2.q.1.n.2.vſq; ad* 14.†vbi
ampliat , quamuis ſimilia legata relinque-
rentur ad vſum legatarij,& pro eius alimen-
tis , nam ſi non fuerit addita clauſula illa
vita durante , vel alia ſignificans limitatio-
nem temporis,ſemper ſunt perpetua,& trãſ-
mittuntur ad hæredes eiuſdem legatarij *Pi-*
cus in l. titia. §. titia cum nuberet. n.7. ff.de
legat. 2. latè *Cardin. Mantic. de coniectur.*
vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. n. 29.
Neque obſtat , quod ſtante clauſula , pariter ,
cenſeatur in hoc ſecundo legato ſuppellectil-
lium repetita illa conditio vita durante ,
3 quæ fuit poſita † in primo ſcutorum mille
l. ſi tibi pure. vbi Bart. ff.de legat.3. Iaſ.in
l. legata inutiliter. n.2. ff.de legat.1.& conſ.
207. col.1.lib.2. Socin, Iun.conſ.71.n.5.lib.3.
latè *Peregr. de fideicommiſſ. art. 16. n. 15.*
*& 16. fol.*145. Quia cum ſimus in diuerſitate
rerum legatarum , & ambo legata ſint ſepa-
rata, & contineant orationem perfectam ,
& eidem perſonæ ſint relicta, non conſide-
4 rantur dictiones repetitiuæ, † ſed ſecundum
legatum dicitur purum abſque vlla repeti-
tione conditionis, & qualitatis in primo ap-
poſitæ *Bart..in l. in repetendis . col.2. verſ.*
quandoque eſt identitas perſonarum. ff. de
legat.3. Cephal.conſ. 528. n.36. lib.4. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.
10. tit. 6. n. 33. fol.245. Caſtr. conſ. 16. viſo
puncto & dubijs. n.6. verſ. breuiter contra-
rium puto. lib. 2. iuxta *l. qui fundum. 40.*
ff. de contrahend. empt. Duran. de art. te-
ſtand. tit.6. caut.58. in princ. tom.8. par.1.
fol.134. Bald.conſ.153.quidam teſtator.lib.5.
Cuman. conſ.22. col. 1. Aleiat. conſ.3. n. 25,
lib.8. Socin. conſ.92. n.9. lib.1. Alex.conſ.66.
n. 2. vbi Natt. in addit. in verb. reliquit.
lib. 3. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund.
nupt. n. 95. pag. 67. Contraria autem pro-
cedunt quando plura eadem oratione relin-
quuntur, & vnico verbo,vt poſt *Caſtr. Bald.*
Fulgoſ.Cuman.& alios comprobat *Durand.*
d. tit. 6. caut. 58. n. 2.
Et quamuis iſta ſint ſatis clara , Tamen coad-
iuuantur ex multis coniecturis, quæ militãt
aduerſus talem repetitionem,inter quas illa
eſt potiſſima,quod in legato ſuppellectilium
5 fuerunt excepta argenta, † quæ voluit teſta-
tor eſſe communia inter fratres, adeo vt
quemadmodum illa excepit à legato mobi-
lium , ita etiam qualitatem temporis addi-
diſſet eiſdem mobilibus, ſi temporaliter illa
legaſſet , Cum etiam in primo legato ſcuto-
rum mille , & in tertio habitationis adiece-
rit qualitatem temporis , non autem in ſe-
cundo ſuppellectilium, de quo agimus,adeo
vt ex hac locutione diſcretiua colligatur in
qua diſpoſitione voluerit teſtator , vt conſi-
deretur diffinitio temporis , Pręſertim, quia
etiam teſtator addidit ademptionem primi ,
& tertij legati in caſu venditionis clerica-
tus, quæ ademptio non fuit facta quo ad ſe-
cundum legatum , Ex quibus omnibus colli-
gitur manifeſta illius voluntas quod non in-
tellexerit huiuſmodi legata purificare quo
ad qualitates , & conditiones in eis expreſ-
ſas , ſed diuerſimodè illa filio relinquere
6 cum ex coniecturis † contrariæ voluntatis
ceſſet repetitio , prout ex eis inducitur *l. li-*
cet imperator.ff. de legat. 1. l. iulius paulus. ff.
de condit. & demonſtrat. Gloſ. & Bald.in
l. auia. ff. eod. tit. Socin. conſ. 92. n.9. lib.1.
Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat.
lib. 10. tit. 6. n. 22. fol. 245.
Nec facit , quod legata fuerint facta propter
dignitatem clericatus Cameræ , quæ cauſa
finalis influit in omnes diſpoſitiones ex ra-
7 tione identitatis, † propter quam cenſentur
omnes conditiones primi legati repetitæ in
ſequentibus legatis *Peregr. de fideicommiſſ.*
art.16.n.26. Menoch.conſ.215.n.174.& 175.
lib.3. Nam iſta identitas rationis dignitatis
non fuit conſiderata , niſi in primo, & tertio
legato , dum in eis expreſsè teſtator man-
8 dat,† vt filius illis potiatur donec in eadem
dignitate permanſerit , quæ tamen conditio
non fuit appoſita in ſecundo legato ſupel-
lectilium , vnde non poteſt dici , quod ex
præfatione dicatur declarata mens diſpo-
nentis , quia hoc non procedit , quando ex
verbis diſpoſitiuis aliud cõſtat de voluntate
teſtatoris , prout in caſu noſtro , in quo ap-
paret non fuiſſe habitum reſpectum ad di-
9 gnitatẽ in prohemio expreſſam,† ſed vnum-
quodque legatum habere diuerſam ratio-
nem ademptionis, & ſimilium ſuperius nar-
ratorum *Menoch. conſ.282. n.39. Zuccar. in*
l.vlt.n.230. C.de edict. diu.adrian.tollend.

Ma-

Maximè, quia in huiuſmodi legato ſupelle-
ctilium non aderat illa ratio, quæ in alijs
poterat conſiderari, cum relinquendo mo-
bilia adoleſcenti teneræ ætatis, nõ opus erat
adiectione temporis propter veriſimilem
vitæ curſum, iuxta quem talia bona ſubia-
cebant conſumptioni, quod licet non eue-
nerit propter intempeſtiuam mortem lega-
10 tarij, † Tamen ſatis eſt, quod de ea teſtator
non cogitauerit, cum mali euentus non ſint
habendi in conſideratione *l. inter ſtipulantẽ.*
§. ſacram. ff. de verbor. obligation. Præſertim,
quando præter naturam occurrunt *Oſaſc. de-*
ciſ. 95. n. 41. Calcan. conſ. 24. n. 12. ad med.

Minus obſtat concordia, in qua fratres conue-
nerunt, quod legatarius haberet pro eius
11 vſu, & habitatione appartamentum, † & mo-
bilia ei relicta in teſtamento per eorum pa-
trem, qui vſus morte finitur *§. 1. inſtit. de*
vſu & habitat. Caſtill. de vſufr. c. 70. n. 10.
Quia vt ſupra diximus, non ſufficit, quod le-
gatum alicuius rei fiat ad vſum, ſeu ad ali-
menta legatarij ad hoc, vt finiatur vita ip-
ſius; cum etiam requiratur, vt adſint verba
vita durante, nam alias illis non extantibus
proprietas erit acquiſita eidem legatario,
12 & ad hæredes ipſius tranſmittetur † *Curt.*
Iun. conſ. 38. n. 5. verſ. confirmantur præ-
miſſa. Imol. in l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum. ff. de legat. 1. Bald. in l. ſi habitatio. in
princ. ff. de vſu & habitat. & in l. 1. n. 1.
verſ. & quando aliquid conceditur. C. de
fructib. & lit. expenſ. Sim. de Pret. de in-
terpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 10. n. 26.
fol. 410. *& dubitat. 11. n. 2. fol.* 424. cum
alijs ſuprà allegatis *n. 1.* Prout etiam ita
partes intellexerunt in tranſactione, dum
expreſsè proteſtati ſunt, vt omnia iſta debe-
rent declarari iuxta diſpoſitionem eorum
13 patris, † ad quam cum ſit facta relatio, nihil
fuit alteratum, niſi iuxta qualitates relati
Bart. in l. 1. ff. de receptat. Aim. conſ. 45. n. 4.
Surd. conſ. 105. n. 30. Et cum conſtet de te-
ſtamento, ad quod ſe partes referunt, huiuſ-
modi dictiones iuxta, prout, ſecundum, vel
14 ſimiles ſtant limitatiuè, † etiam quo ad om-
nes qualitates, nõ ſecus ac ſi omnia conten-
ta in teſtamento fuiſſent ſpecialiter expreſſa
Alex. conſ. 81. n. 8. & 9. lib. 6. per tex. in
c. abbate. de verbor. ſignificat. l. ſi teſtamen-
tum. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit.
fact. l. edita. verſ. prout. vbi Bart. & Bald.
C. de edend. l. vlt. ff. de fideicommiſſ. libert.
15 *Ruin. conſ. 25. n. 11. lib. 1.* † Contraria autem
exaduerſo allegata procedunt, quando non
appareret aliquid, ad quod ſe poſſent ſimi-
lia verba referri, vt declarat *Bart. in l. ſi tibi*
pure. 63. in fin. ff. de legat. 3. iuxta *l. ſi ſer-*
uus. §. finita. ff. de legat. 1. Nam alias non
ſolum ſit relatio ad actum verbi, ſed ad om-
16 nes res legatas † vna cum omnibus ſuis qua-
litatibus verè, propriè, & naturaliter *Bald.*
conſ. 212. ea quæ. lib. 5. Pariſ. conſ. 48. n. 14.
lib. 2. cum alijs per *Peregr. de fideicommiſſ.*
art. 16. n. 2.

Quæ dicuntur de inuentario, non obſtant, quia
ſolum fuit facta deſcriptio, ſeu notula mo-
bilium, vt illa diſtinguerentur à fideicom-
miſſarijs Ioannis Senioris, vt clarè legitur in
tranſactione, vnde cum adſit cauſa expreſſa,
17 propter quam fuit facta † talis deſcriptio,
non debet trahi, vt ex illa ſit remiſſa perpe-
tuitas legati, & fieret temporale *Butr. in*
c. accedentibus. de priuileg. Dec. in c. gra-
tum. n. 4. verſ. quarto limita. de offic. delegat.
Alex. conſ. 33. n. 7. lib. 5. Surd. conſ. 35. n. 2.

Et magis vltra prædicta excluditur prætenſa
repetitio, quia teſtator in primo, & tertio
legato appoſuit onus ademptionis illorum
in caſu quo venderetur officium per legata-
18 rium, † itaut ob iſtam qualitatem ſpeciali-
ter expreſſam in iſtis duobus legatis, non ſit
facienda repetitio aliarum qualitatum in
ſecundo legato *Peregr. de fideicommiſſ. art.*
16. n. 36. fol. 148. iuxta *l. alumnæ. in princ.*
ff. de adim. legat. Alex. conſ. 66. lib. 3. Socin.
conſ. 18. n. 10. & 11. lib. 3. Cephal. conſ. 599.
n. 16. Menoch. conſ. 585. n. 21.

Cum etiam in ſecundo legato ſupellectilium
fuerint ſpecialiter relicti libri, qui non ſo-
lent ad tempus relinqui, ſed liberè donan-
19 tur filio doctori per patrem, † adeo vt ex
huiuſmodi expreſſione cenſeatur etiam per
eumdem patrem cogitatum de perpetuitate
quo ad omnia, non autem de temporalitate
relicti, quæ cum non ſit expreſſa, non eſt di-
20 ſcedendum à diſpoſitione iuris, † per quod
legatum dicitur donatio tranſitoria ad hæ-
redes legatarij *Bart. in l. 4. C. de alim. &*
cibar. legat.

Abſurdum conſideratum de inæqualitate non
admittenda inter fratres non obſtat, quia
non ſemper pater illam ſeruat inter filios,
maximè, quando aliquid plus legatur Do-
21 ctori, & in dignitate conſtituto, † & tunc
æqualitas eſt ſeruanda, quando ſumus in du-
bio, & pater nihil expreſſit, nam alias non
attenditur, itaut etiam ſufficiat tacita vo-
luntas patris, ex qua poſſit colligi, quod in-
æqualiter voluerit legare *l. vt liberis. C. de*
collat. Alex. conſ. 158. n. 15. lib. 6. Natt. conſ.
622. n. 13. Surd. conſ. 244. n. 17. lib. 1. Card.
Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib.
6. tit. 2. n. 7.

Neque obſtat, quod ſupellectilia legata deſer-
uiebant pro habitatione relicta, itaut quem-
admodum habitatio finiebat per mortem le-
gatarij, ita etiam debebat finire legatum
ſupellectilium deſtinatorum pro dicta habi-
22 tatione, † tanquam eſſent acceſſoria ad ap-
partamentum, & habitationem, quæ debent
ſequi principalem diſpoſitionem, ſiue tracte-
tur de principali inducendo, ſiue tollendo,
ſiue confirmando *Din. in c. acceſſorium. 42.*
de reg. iur. in 6. iuxta *l. 2. ff. de pæn. legat.*
l. fundi. ff. de fund. inſtruct. v. ſi ſuper gra-
tia.

tia. de offic. delegat. in 6. l. centum capua.
§. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. eos. C. de
vſur. Dec. in l. cum principalis. 138. n. 1. ff. de
23 *reg. iur.* † Quia cum ſimus in acceſſorio,
quod poteſt diuidi, & ſeparari ab habitatio-
ne, nunquam translato, ſeu finito principali,
transfertur, ſeu finitur tale acceſſorium
l. quoties. ff. de contrah. empt. Oldrad. conſ.
121. n. 9. Surd. conſ. 127. n. 37. lib. 1. Præſer-
24 tim, † quia vbi in acceſſorio reperitur pro-
uiſio ſpecialis, tunc tale acceſſorium non
ſequitur naturam principalis, tanquam talis
prouiſio deroget illi, quæ virtute iuris, vel
ſignificatione verborũ intelligebatur inclu-
ſa *Din. in d. c. acceſſorium. n. 2.* iuxta *l. cen-*
tum capuæ. & l. fin. ff. de eo quod cert. loc.
l. ſi cui fundum. ff. de fund. inſtruct. l. vlt.
C. de pact. conuent. l. cohæredi. §. qui pa-
trem. ff. de vulg. & pupill.

Neque ſemper deſtinatio habetur pro facto *l. ſi*
nondum. vbi Bald. in fin. verſ. tamen nota.
& Aret. in 1. notab. C. de furt. Ang. Imol.
Caſtr. & alij in l. cætera. §. ſed ſi parauе-
rit. ff. de legat. 1. Alex. in l. 1. §. fuit contra-
rium. verſ. quod ſingulariter limita. ff. ad
trebell. latè *Gabr. concluſ. 12. n. 12. vſque*
25 *ad 24. de præſumpt.* † Maximè, quia licet ſu-
pellectilia eſſent deſtinata pro dicta habita-
tione, de quo tamen non conſtat, Nihilomi-
nus per legatum factum de re deſtinata, cen-
ſetur adempta deſtinatio, quæ amplius non
attenditur, neque habitationi cohæret, ſed
26 ab ea dicitur receſſum, † itaut etiam tacitè
talis deſtinatio tollatur *l. cætera. §. fin. vbi*
Bart. ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 71. n. 12. ad
med. lib. 2. Surd. conſ. 195. n. 13. lib. 2.

Alia, quæ opponuntur de tranſactione, & in-
uentario ſunt ſublata propter illam relatio-
nem ad teſtamentũ, vt dictum eſt *ſupr. n. 13.*
quibus non obſtat, quod relatio fuerit facta
demonſtratiuè, non taxatiuè, Quia contra-
rium apparet, quod potius ſit conditionalis
cum partes in tranſactione expreſsè decla-
rauerint, quod omnia ſint facta iuxta teſta-
mentum paternum, & prout in eo fuit di-
27 ſpoſitum, † per quam proteſtationem dicũ-
tur eſſe reſeruata omnia expreſſa in diſpoſi-
tione relata, non ſecus ac ſi præciſè illa ſpe-
cificata fuiſſent *Alex. conſ. 81. n. 8. & 9. lib. 6.*
Ruin. conſ. 25. n. 11. lib. 1. Contraria autem
procedunt, quando ſumus in dubio, tunc
28 enim præſumitur potius demonſtratio, † quã
taxatio *Bart. in l. centurio. n. 31. ff. de*
vulgar. Caſtr. conſ. 417. col. 2. poſt princ.
lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 684. n. 4. p. 1. Bero.
conſ. 17. n. 16. & 17. lib. 1.

Deciſio *coram R. P. D. Orano Romana fidei-*
commiſſi de Comitibus. Non obſtat, quia ſo-
29 lum in ea concluditur, † quod dictiones, &,
vel ſimiles repetunt qualitates, quando ſu-
mus inter plura, quæ reguntur ſub eodem
nomine, & quando nulla ratio diuerſitatis
poteſt conſiderari inter vnum, & alterum
caſum, & quando æqualitas ita ſuadet, prout
latius dicitur in dicta deciſione, quæ tamen
requiſita non concurrunt in caſu noſtro,
30 cum non ſimus in dubio † ſtante æqualitate
non cogitata per teſtatorem, immo ſpecia-
liter expreſſa inæqualitate, vt dictum eſt,
Cum etiam adſit diuerſa ratio vnius legati,
& aliorum duorum temporaliter relictorum
ex ſuperius adductis, Præſertim, quia ſumus
in tribus legatis habentibus orationem per-
31 fectam, † quæ non regitur ab eodem nomi-
ne, neque verbo, tunc enim excluditur re-
petitio non obſtantibus dictionibus repeti-
tiuis *Alex. conſ. 66. n. 2. lib. 3. Cephal. conſ.*
528. n. 36. lib. 4. Et ita pro excluſione repe-
titionis fuit deciſum in huiuſmodi cauſa
Romana legati mobilium coram R. P. D. Coc-
cino. 8. Iunij 1624. cum prius. 9. Maij 1624.
fuiſſet reſolutio dilata.

E P I T O M E.

OPinio Iudicis an habeatur pro perfecta
ſcientia, ſi pronunciauit iuxta formam
calculi in actis exhibiti per peritum ab eo
electum, quamuis illius tenorem non vide-
rit. ¶ Et quo caſu notitia intellectualis æqui-
paretur notitiæ ſenſuali, itaut comperta
veritate ſententia ſit valida. ¶ Iudex an de-
beat pronunciare ſuper cauſa reſtitutionis
in integrum, ſeu reuiſione calculi, & ſimili,
vel potius procedere ad vlteriora ſuper ne-
gotio principali executiuo ad euitandam
appellationem. ¶ Reſtitutio ſemel denegata
in beneficialibus an ſit amplius concedenda
ex inſtrumentis de nouo repertis. ¶ Iudici
atteſtanti de pertinentibus ad cauſam, in
qua iudicauit, an ſit credendum. ¶ Relatio
periti ſtatim, quod eſt poſita in actis an cen-
ſeatur per Iudicem viſa, & cognita, & ſecun-
dum illius tenorem iudicatum. ¶ Reuiſio
calculi commiſſa Iudici an adimpleatur, ſi
per peritum mandauit illum reuideri.

S V M M A R I V M.

1 *Forma reſcripti mandantis per Iudicem re-*
uideri calculum an & quando dicatur ſer-
uata, itaut non poſſit dubitari de illius iu-
riſdictione. & n. 2.

3 *Quæ ſunt extra acta ſunt extra mundum,*
nec debent attendi.

4 *Relatio periti ſtatim, quod eſt poſita in*
actis, cenſetur per Iudicem viſa. & cogni-
ta, & ſecundum illius tenorem iudicatum.
& n. 18.

5 *Interlocutoria non requiritur ſuper reuiſio-*
ne calculi, ſed debet procedi ad vlteriora
ſuper negotio principali executiuo ad eui-
tandam appellationem.

6 *Iudex non pronuntiat ſuper cauſa reſtitu-*
tionis in integrum, ſed procedit ad vlte-
riora, itaut tunc tacitè dicatur de ea co-
gno-

Digitized by Google

gnouiſſe, & talis proceſſus eſt validus. n. 8.
7 *Circuitus ſunt euitandi in iudicio.*
9 *Reſtitutio ſemel denegata in beneficialibus, amplius non conceditur, etiam ex inſtrumentis de nouo repertis.*
10 *Non creditur Iudici atteſtanti de pertinentibus ad cauſam, in qua iudicauit. Fallit ſtantibus adminiculis. n. 11. & 12.*
13 *In materia calculationis poſſunt eligi per Iudicem periti, quamuis calculus ſit ei commiſſus.*
14 *Verba reſcripti ſunt intelligenda iuxta ſubiectam materiam.*
15 *Iudex ſatis dicitur reuidiſſe calculum, ſi mãdauit illum per peritum reuideri.*
16 *Opinio Iudicis ſufficit, & habetur pro perfecta ſcientia, ſi pronunciauit iuxta formam calculi in actis exhibiti per peritum ab eo electum, quamuis illius tenorem non viderit.*
17 *Notitia intellectualis æquiparatur notitiæ ſenſuali.*

CAP. DCCCCXXXVIII.

QVamuis in cauſa *Romana cenſus coram R. P. D. Manzanedo* fuerit bis deci-
ſum 10. *Iunij* 1620. & 21. *Maij* 1621. quod
non conſtaret de aliqua iuriſdictione Iudi-
cis, qui executionem conceſſit, Tamen ex
ſolita benignitate Rotæ fuit iterum datum
dubium, an eſſet recedendum à deciſis, hic
quidem concludendum eſt affirmatiuè, nam
propter abſentiam procuratoris non expo-
nentis ſpeciem facti, fuit in deciſionibus
præſuppoſitum Iudicem calculum non reui-
1 diſſe, prout reſcriptum mandabat, † quod
tamen eſt contra proceſſum, vt in *ſummar.
n. 1.* in quo apparet, quod idem Iudex ante
decretum expeditionis mandati ſeruatis ſer-
uandis deputauit peritum, qui die, & hora
intimata Aduerſario omnes prætenſas ſolu-
tiones inſpexit, & retulit cuncta eſſe rectè
calculata, & quod nullum aderat grauamen
in calculo; prout in eius relatione in *ſum-
mar. n. 1.* quibus peractis Iudex mandatum
expediuit, adeo vt non poſſit dici non fuiſſe
ſeruatam formam reſcripti mandantis reui-
2 dere calculum; † cum conſtet de reuiſione,
& per conſequens nõ deficit iuriſdictio tan-
quam fuerit ſeruata forma commiſſionis
*Butr. in c. fin. notab. 7. vbi Abb. n. 6. de
reſtitut. ſpoliat. Dec. in c. prudentiam
col. 2. n. 3. de offic. delegat. Caputaq. deciſ.
143. n. 5. par. 3.*
Quo ſtante corruit etiam aliud fundamentum,
quod Iudex non potuit ſe iudicialiter infor-
maſſe, cum non admittatur illa concluſio,
3 quod potuerit † extraiudicialiter reuidiſſe
calculum tanquam illa, quæ non ſunt in actis
non ſint de hoc mundo iuxta allegatam
*deciſ. coram Cardin. Sacrato Romana Sal-
uiani interdicti. 18. Ianuarij* 1619. Quia non
fundatur noſtra intentio reuiſionis calculi
ſuper extraiudiciali informatione, ſed ſuper
relatione periti in actis exhibita præuia in-
timatione facta parti pro die, & hora cer-
4 ta, † itaut ſtatim, quod relatio eſt poſita in
actis, cenſeatur per Iudicem viſa, & inſpe-
cta, & cognita, & ſecundum illius tenorem
iudicatum *Abb. in c. quoniam contra. n. 11.
in fin. col. 8. in princ. verſ. & dic quod licet.
de probation.* vbi quod eſt multum notan-
dum per *tex. in c. 1. de ſentent. excommunic.
Bald. Caſtr. Franc. Felin.* & alij quos ad-
duxi *ſupr. c. 551. n. 2. & c. 877. n. 1.*
Neque opus fuit ſuper iſta reuiſione calculi in-
5 terloqui, ne fieret præiudicium parti, † cauſa
enim fiebat appellabilis per talem pronun-
ciationem, cum tamen eſſet executiua, &
ſatis eſt, quod Iudex tacitè procedat ad vl-
teriora pronunciando ſuper relaxatione mã-
dati poſt congruum temporis interuallum,
intra quod potuit calculum reuidere, tunc
enim non poteſt dici proceſſus nullus, & va-
lebit ſententia *Franc. in c. ex parte in il 2.
quod eſt 67. col. penult. poſt med. verſ. ſuper
hac difficultate poteſt ſic concludi. de appella-
tionib. Butr. & Imol. in c. ſuper litteris. de
reſcript. Bald. in l. 1. ad fin. C. de ordin. iu-
dicior. & in l. pactum curatoris. C. de pact.
Felin. in c. ſuborta 21. col. 5. poſt princ. n. 4.
in fin. de re iudicat.*
Prout dicimus in cauſa reſtitutionis in inte-
grum commiſſa Iudici, in qua non debet Iu-
6 dex pronunciare, † quod ſit locus petitæ re-
ſtitutioni, nam procedendo ad vlteriorem
expeditionem cauſæ dicitur de ea tacitè co-
gnouiſſe, itaut non poſſit dari de nullitate
huiuſmodi proceſſus, & decreti *Cardin. Se-
raphin. deciſ. 383. n. 8. Gabr. de fideiuſſorib.
concluſ. 2. n. 54. vſque ad 61.*
Maximè, quia per iſtam tacitam pronuncia-
7 tionem euitantur circuitus, † quos Iudex
debet reſecare *Rot. deciſ. 7. alias 191. vbi Ad-
dit. n. 5. de reſtit. in integr. in nou. & de-
ciſ. 13. n. 1. p. 2. in recentior.* vbi de ſtylo tri-
bunalis *Rot.* vt in cauſa reſtitutionis in inte-
8 grum non pronuncietur, † ſed procedatur
in negotio principali, ſi fuerit locus reſti-
tutioni, vel moderetur inhibitio emanata
vigore commiſſionis dictæ reſtitutionis, ſi ei
locus non ſit, itaut reſtitutio ſemel dene-
gata in beneficialibus amplius non conce-
9 datur † etiam ex inſtrumentis de nouo re-
pertis *Put. deciſ. 279. lib. 3. Peregr. deciſ. 37.
lib. 2. Achill. deciſ. 8. de reſtit. in integr.*
Additur fides Iudicis alias producta, vbi habe-
tur, quod pluries partibus auditis iuſtitiam
10 calculi animaduertit, † quamuis enim non
credatur Iudici atteſtanti de pertinentibus
ad cauſam, in qua iudicauit *Bald. in l. iube-
mus. la 2. §. ſanè. in fin. C. de ſacroſan. ec-
cleſ. Butr. conſ. 29. quæſtio hæc dubia. col. pe-
nult. Rot. deciſ. 259. in fin. p. 1. in recentior.*
Nihilominus quando, prout in caſu noſtro,
fides

11 fides Iudicis eſt † coadiuuata aliquo admi-
niculo, & coniectura, & veriſimilitudine, vt
quia adeſt relatio in actis, quam præſumi-
tur Iudex vidiſſe, vt ſupra dictum eſt, tunc
ſemper ſtatur aſſertioni Iudicis de actis co-
ram eo geſtis, & de pertinentibus ad cauſam
per eum finitam, & de cognitione adhibita
Ancbar. conſ. 277. col. fin. quod eſt repeti-
tum *conſ. 439. Aim. de antiq. tempor. par. 2.
n. 22. fol. 146. & conſ. 54. n. 13. & conſ. 202.
n. 48. & conſ. 275. n. 8. & 9.* quos refert, &
ſequitur *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.
15. n. 355. Decian. conſ. 18. n. 203. lib. 1. Fa-
rinac. de teſtib. q. 60. n. 127. Maſcard. con-*
12 *cluſ. 951. n. 15.* † Maximè ad inſtruendum
ſecundum Iudicem de his, quæ fuerunt geſta
per Iudicem, qui de illis fidem facit *Felin.
in c. cum à nobis. 28. n. 8. de teſtib. poſt Gloſ.
Archidiac. & Dominic. in c. de conſiliis. 18.
diſtinct. Innoc. in c. cum dilecti. in verb. re-
ſponſionem. de accuſation. Imol. & Butr. in
c. non ſine. col. antepenult. de arbitr.*
Neque obſtat, quod calculus erat reuidendus
13 per Iudicem, vt dicitur iu reſcripto, † Quia
hoc non excludit reuiſionem faciendam per
peritos, cũ enim agatur de materia calcula-
tionis, ratio poſtulabat, vt eligerentur periti
ad talem computationem faciendam, cum
etiã ſic conueniret iuxta qualitatẽ perſonæ,
itaut ſecundum materiam ſubiectam, & di-
ctam qualitatem Iudicis ſemper ſint intelli-
14 genda verba reſcripti, & cuiuſcumque di-
ſpoſitionis *l. plenum. §. equitii. ff. de vſu &
habitat. l. ſi vno. ff. locat. Natt. conſ. 416.
n. 3. cum ſeq. Neuizan. conſ. 92. n. 16. Surd.
conſ. 81. n. 2. lib. 1. & conſ. 179. n. 52. lib. 2.*
Et cum non ſit electa induſtria perſonæ, & ne-
gotium ſpectet ad peritos, à quibus Iudex
15 debet expectare reuiſionem calculi, † ſatis
dicitur per ſe ipſum reuidiſſe, quod per aliũ
mandauit reuideri *l. ita. §. geſſiſſe. ff. de ad-
miniſtrat. tutor. l. poſtulare. ff. de fideiuſſo-
rib. l. inter artifices. ff. de ſolution. l. vnic.
§. ne autem. C. de caduc. tollend. Din. in
c. qui facit. 72. n. 5. de regul. iur. in 6.*
Amplius neque eſſet neceſſaria in Iudice viſio
calculi, nam cum mandauerit illum reuideri
per peritum, & per eum fuerit facta relatio
16 rectitudinis eiuſdem calculi, † & poſtea Iu-
dex relaxauerit mandatum pro ſumma verè
debita, ſufficit talis opinio Iudicis, quam-
uis non viderit calculum, tanquam concur-
rat cum veritate, quæ habetur pro perfecta
ſcientia, ſicut haberetur per inſpectionem
ipſius calculi, quamuis enim non adſit ſcien-
tia Iudicis per ſenſum corporeum, & per in-
ſpectionem oculorum, tameu dicitur ha-
buiſſe notitiam per intellectum propter duo
ſimul coueutrentia, ſcilicet, quia ſic etat rei
veritas, cum extaret calculus, & quia Iudex
17 ita opinabatur, † itaut hæc notitia intelle-
ctualis æquiparetur notitiæ ſenſuali, adeo vt
omnis dubietas, quæ ptius fuiſſet, ſit eua-
cuata, tanquam reperta veritate omnia
illi cedant, prout in propoſito noſtro in ter-
minis prædicta comprobat *Caſtr. conſ. 19.
ſupradictæ exceptiones. col. 1. n. 1. in fin.
verſ. primo quia re vera. & n. 2. verſ. præ-
18 terea ſcire quis dicitur. lib. 1.* † Quamuis hoc
dictum ſit ex abundanti, quia ſtante rela-
tione periti in actis præſumitur in Iudice
viſio, inſpectio, & cognitio *Franc. in c. cum
parati. 19. n. 45. in fin. de appellation. cum
aliis ſupra allegatis. n. 4.* ¶ In huiuſmodi
cauſa poſt hæc ſcripta nihil amplius fuit
actum per multos annos, ideo non fit men-
tio de deciſione.

E P I T O M E.

PAtientia quando habeatur pro traditione, ſeu adimplemento in iudicialibus. ¶ Poſſeſſio quo caſu dicatur acquiſita, ſi ſtat per eum, qui debet acquirere, & non acquirit. ¶ Et quid in litis conteſtatione, & ſimilibus, quando impedimentum attendatur. ¶ Appoſitio cuſtodis an operetur acquiſitionem poſſeſſionis, & rei traditionem. ¶ Et quando ſit neceſſe, vt talis cuſtos habeat animum poſſidendi pro eo, qui illum poſuit. ¶ Emens ex quibus dicatur noluiſſe accipere poſſeſſionem rei emptæ. ¶ Fructus recompenſatiui quando ſint præſtandi per emptorem venditori. ¶ Et an ſufficiat oblatio pretii. ¶ Et quid ſi adſit periculum euictionis. ¶ Vel impedimentum moleſtiarum. ¶ Vel inobſeruantia conuentionum. ¶ Vel non probetur perceptio fructuum. ¶ Vel ſi ceſſent moleſtiæ. ¶ Et ſequatur adimplementum. ¶ Res quando ſit habenda pro facta ſi obligatus ad faciendum non curat facere id quod tenetur.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſpecies narratur, & dubium inde proueniens. n. 2. & 3. & illius deciſio. n. 30. 33. & 34.*
4 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & caſus legis.*
5 *Patientia habetur pro traditione, ſeu implemento in iudicialibus, & quomodo intelligatur. n. 6. & 7.*
8 *Emptor habendus eſt pro poſſeſſore, ſi per eum ſtetit, vt poſſeſſionem non accipiat.*
9 *Litis conſtatio dicitur facta, ſi impeditur, vt non fiat.*
10 *Poſſeſſio fingitur per legem acquiſita, ſi non ſtat per eum, qui debet eam apprahendere, & impeditur, ne illam acquirat.*
11 *Poſſeſſio eſt acquiſita, & res tradita per appoſitionem cuſtodis, & an requiratur, vt talis cuſtos habeat animum poſſidendi pro eo, qui illum poſuit. n. 12. & 23.*
13 *Actus ſequens cenſetur geſtus in vim præcedentis diſpoſitionis.*

Emens

14 *Ementi quando dicatur noluiſſe accipere poſſeſſionem rei emptæ.*
15 *Res eſt habenda pro facta, ſi obligatus ad faciendum non curat facere quod ad eum ſpectat.*
16 *Fructus recompenſatiui ſunt præſtandi per emptorem venditori, ne habeat rem, & pretium, & quomodo hoc procedat. n. 17. & an ſufficiat oblatio pretij. n. 18. & quid ſi adſit periculum euictionis. n. 19.*
20 *Emptor tenetur præſtare venditori fructus recompenſatiuos ceſſantibus impedimentis, quæ prius aderant in re empta, ſeu poſt quam ſecutum eſt adimplementum. n. 22. 27. & 28.*
21 *Verba prolata per ablatiuos abſolutos inducunt conditionem, & formam præcisè ſeruandam. n. 31. & 32.*
24 *Fructus recompenſatiui non ſunt præſtandi venditori, ſi emptor illos non percepit. Declara, vt n. 25. & 26.*
29 *Culpa non imputatur ei, qui non tenetur ad faciendum illud, de quo agitur.*

CAP. DCCCCXXXIX.

VEndidit Antonius de anno 1601. Simoni certas domos pro pretio ſcuto-
1 rum decem mille, † ex quibus emptor tenebatur reinueſtire ſcuta bis mille ad effectum multiplicandi pro reintegratione fideicommiſſi, cui dictę domus dicebantur eſſe ſuppoſitæ, Et cum idem venditor impletis promiſſis citato emptore, & nihil replicante poſſeſſionem domorum iudicialiter relaxaſſet 22. Aprilis 1602. Emptor viſa dicta dimiſſione poſſeſſionis obtinuit ſibi impartiri licentiam deputandi exactorem ad exigendum penſiones domorum venditarum, prout deputauit 11. Aprilis 1623.

Poſt prædictam deputationem licet emptor fe-
2 ciſſet multos actus contra venditorem, † tamen illis omiſſis curauit ſe immitti per Iudicem in poſſeſſionem earumdem domorum 28. Maij 1618. idque potius ad excuſandam renuentiam præcedentem, quam quod opus fuiſſet mandato Iudicis, cum ſemper poſſeſſio pro eo ſtetiſſet.

Modo venditor agit contra hæredes emptoris, vt doceant de promiſſo multiplico à die venditionis, & dimiſſæ, ac traditæ poſſeſſionis, Quod tamen negatur per hæredes, cum prætendant ſe non teneri ad nihilum, vel ſaltem à die poſſeſſionis captæ per empto-
3 rem cum mandato Iudicis, † Vnde pro veritate fuit quæſitum, an & à qua die hæredes emptoris teneantur docere de huiuſmodi multiplico.

Et quidem breuiter videtur concludendum pro venditore, nam quo ad primum an emptor teneatur, ſatis eſt habere promiſſionem illius, qui conuenit ex pretio domorum emptarum quo ad ſummam ſcutorum bis mille illam reinueſtire ad effectum dictæ multiplicationis pro reintegrãdo fideicommiſſo, quæ conuentio cum ſit clara non eget
4 alia probatione, † ſed eſt ſeruanda iuxta formam inſtrumenti, quod dicitur probatio probata, & caſus legis *Bald. conſ. 215. col. 2. in fin. lib. 2. Becc. conſ. 74. n. 19. Surd. conſ. 134. n. 3. lib. 1. & conſ. 28. n. 10. eod. lib. Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. gloſ. 1. n. 20. cum ſeq.*

A quo tempore autem debeat multiplicum incipere de dicta ſumma ſcutorum bis mille dicẽdum eſt, quod debuit inchoare ad commodum ipſius venditoris ab illa die, qua idem vẽditor relaxauit poſſeſſionem domo-
5 rum eidem emptori, † Nam ſemper talis patientia habetur pro traditione, ſeu implemento quando ille, qui patitur, debet tradere, ſeu adimplere, vel ex conuentione, ſeu ex aliqua alia cauſa transferre ius in re illa quam patitur apud eum eſſe *Petr. de Bellapert. in l. ſiue apud acta. col. 4. poſt princ. n. 10. verſ. ad rationem ſuam. C. de tranſact. iuxta §. venditæ. & §. interdum. vbi Aret. n. 2. inſtit. de rer. diuiſ.*

Maximè, quia iſta iudicialis patientia, vel
6 habet vim ſtipulationis † ſecundum vnam opinionem doctorum, de qua per *Bart. in l. 1. in princ. n. 2. ff. de verb. obligat. per l. eum oſtendimus. in fin. ff. de fideiuſſor. tutor. l. ſi finita. §. eleganter. ff. de damn. infect.* vel
7 ſaltem habet vim conſenſus etiam † in præiudicialibus in iudicio *Lancellott. Galiagul. in l. 1. n. 35. ff. de verb. obligat.* ex quo enim ſcio, & non prohibeo, dicor mandare, & conſentire *Innoc. in c. ex parte decani. de reſcript. Bald. in l. 1. n. 1. de negot. geſt. & in l. inuitus. col. 1. in princ. n. 3. C. de procurat.*

Et cum ſteterit per emptorem, qui non accepit poſſeſſionem domorum ſtatim quod venditor ei renunciauit iudicialiter illarum
8 poſſeſſionem, vt dictum eſt, † habetur pro poſſeſſore, non ſecus ac ſi illam accepiſſet realiter, & cum effectu, tanquam hæc moratoria rei cunctatio, ſeu contumacia inferat cunctanti præiudicium, vt habeatur pro facto, quod per eum erat faciendum *l. ſi ideo. §. præſenti. ff. de euictionib. Salic. in l. dedi. §. vlt. in 1. notab. de condict. cauſ. dat. Roman. conſ. 486. ad med. Aret. conſ. 120. col. 2. Dec. conſ. 639. in occurrenti. col. 2. verſ. ſolum ergo. Socin. conſ. 170. col. 5. lib. 2.* latiſſimè *Tiraq de retract. lignag. §. 15. gloſ. 2.*
9 *n. 5. vſque ad 8.* † vbi etiam addit ſimile de litis conteſtatione, quæ habetur pro conteſtatione, quando pars ſubterfugit, aut differt, vel prorogat, vel aliquid facit, vt non fiat *Alber. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. 1. ff. ſi quis cautionib. Felin. in c. illud. n. 11. de præſcriptionib.* Prout etiam in citatione, & ſimilibus *Card. in clem. 2. oppoſ. 8. n. 12. vt lit. pend.*

Quemadmodum etiam è contra dicimus, quod ha-

10 habetur pro poſſeſſore, qui impeditur, † vt
poſſeſſionem non appræhendat, cum lex fin-
gat illam eſſe appræhenſam, tanquam per
eum non ſteterit *l. cum vnus. in fin. ff. de*
bon. auctorit. iudic. poſſid. c. contingit. de
dolo. Ruin. conſ. 161. n. 16. lib. 1. Rebuff. de
mater. poſſeſſor. in præfat. n. 111. verſ. duo-
decimo quando aduerſarius. tom. 3. fol. 236.

Additur, quod claré fuit acquiſita poſſeſſio do-
11 morum per emptorem, † ſtante appoſitione
cuſtodis, & exactoris penſionum, quæ per
inquilinos debebantur, prout ſemper fue-
runt exactæ per talem perſonam ab eo de-
putatam, quo caſu dicitur acquiſita poſſeſ-
ſio, & res tradita *l. quarumdam. vbi Alex.*
ff. de acquir. poſſeſſ. Aret. in l. 3. in princ. ff.
eod. tit. Socin. conſ. 55. viſo inſtrumento. lib. 4.
Ruin. conſ. 173. col. 4. n. 9. lib. 4. Rebuff. de
mater. poſſeſſor. in præfat. n. 55. verſ. ſecun-
12 *do acquiritur poſſeſſio. tom. 3. fol. 230.* † vbi
ampliat, quamuis talis cuſtos non habeat
voluntatem poſſidendi pro eo, qui illum
poſuit, quidquid alias in poſſeſſione, quæ
acquiritur per ſeruum, aut procuratorem,
vel ſimilem, requiratur animus illorum *l. 1.*
§. hac quæ de ſeruis. & §. per procuratorem.
13 *ff. de acquir. poſſeſſion.* † Adeo vt talis appo-
ſitio cuſtodis poſtea facta per emptorem,
cenſeatur ſubſecuta in vim præcedentis di-
miſſionis poſſeſſionis *l. titia. §. idem reſpon-*
dit plerumque. ff. de verb. obligat. Rimin.
Iun. conſ. 234. n. 39. lib. 3. Honded. conſ. 32.
n. 11. lib. 1.

Et quod ſteterit per emptorem, vt non cæpe-
rit poſſeſſionem domorum, magis apparet,
14 quia idem emptor † poſt multos annos ac-
quiſiuit realem; & actualem poſſeſſionem
ipſarum domorum nullo contradicente, aut
reluctante, vnde ſicut illam habuit, quando
voluit eam acquirere abſque vllo miniſterio
venditoris, ita etiam potuiſſet eamdem
poſſeſſionem adipiſci ſtatim quod venditor
iudicialiter eum requiſiuit, vt acciperet di-
ctam poſſeſſionem per ipſum dimiſſam, & re-
laxatam ad iſtum effectum, vt poſſet idem
emptor illam acquirere, cum iſto tempore
intermedio nihil occurrerit, quod poſtea
faciliorem redderet ingreſſum, quam antea,
itaut ſatis dicatur emptor in culpa non cu-
rando incontinenti facere, quod ad eum ſpe-
15 ctabat, † adeo vt non mirum, ſi res habenda
ſit pro facta *l. in executione. §. vlt. ff. de*
verbor. obligation. l. hac venditio. ff. de
contrah. empt. l. cum pupillus. ff. de condit.
& demonſtrat. Ang. conſ. 349. col. 2.

Præterea cum iſta ſcuta bis mille reinueſtien-
da pro fideicommiſſo ſint pars pretij rei ven-
ditæ, & emptor deputauerit exactorem pen-
ſionum, & habuerit poſſeſſionem domorum,
16 & pro poſſeſſore ſit habendus, † ſequitur,
quod per eum debent præſtari fructus re-
compenſatiui venditori, ne habeat rem, &
pretium iuxta *l. curabit. C. de actionib. empt.*
cuius diſpoſitio procedit etiam quod em-
ptor non ſit in aliqua mora, vt quia non
fuit ei aliquid adimpletum per venditorem,
quando ex defectu ſimilis adimplementi non
17 eſt diminutus vſus rei, † vnde neque vendi-
tori debet diminui interuſuriũ pretij non
ſoluti, tanquam iſti fructus ſint reparatio-
nes damni, non vſuræ, vt concludunt omnes
in d. l. curabit. vbi Cagnol. n. 33. C. de
action. empt. Bald. in l. 2. n. 4. vbi Caſtr. n. 2.
C. de vſur. Surd. conſ. 101. n. 23. & 28. lib. 1.
& deciſ. 117. n. 7. Honded. conſ. 10. n. 16. vſ-
que ad 25. lib. 1. cum alijs laté per *Rot. co-*
ram Cardin. Sacrato Beneuentana pecunia-
ria. 18. Iunij 1607. & coram eodem Romana
Caſaletti. 20. Iunij 1611. & coram R. P.
D. Coccino Aſculana pecuniaria. 10. De-
cembris 1606.

Immo neque obſtabit oblatio pretij, cum per
eam non deſinat quis habere rem, & pre-
18 tium, † in quo eſt fundata diſpoſitio *d. l. cu-*
rabit. Gabr. conſ. 57. n. 6. lib. 1. Honded conſ.
44 n. 36. lib. 1. Cum etiam ad iſtum effectum
non obſtet periculum euictionis imminentis
in limine contractus, cum ſimilibus, quæ
bene excuſant à mora ſoluendi pretium,
19 ſed non à fructibus recompenſatiuis, † vt per
Rot. in d. Romana Caſaletti. Hondel. conſ.
30. n. 34. lib. 1. & conſ. 40. n. 14. eod. lib. Gabr.
conſ. 57. n. 5. lib. 1.

Neque obſtant impedimenta cenſuum, quia
iſta non diminuunt vſum rei, vnde neque
impediunt fructus recompenſatiuos, vt di-
20 ctum eſt *ſupr. n. 17.* † cum præſertim hodie
talia prætenſa impedimenta ceſſauerint, &
pacifica poſſeſſio remanſerit penes empto-
rem, quo caſu ſemper per eum ſunt præſtãdi
fructus venditori antea percepti, ne locu-
pletetur cum iactura venditoris *Bald. in*
l. ſi traditio. n. 19. q. 11. C. de action. empt.
Cagnol. in l curabit. n. 40. C. eod. tit. Ruin.
conſ. 144. n. 3. lib. 1. Alex. conſ. 121. n. 1. & 2.
lib. 4. Couar. qui de communi *lib. 3. var. re-*
ſolut. c. 4. n. 7. verſ. decimoquinto. dixi *ſupr.*
c. 726. n. 2. tom. 4.

Neque obſtat, quod fructus non debeantur ex
conuentione, in qua aſſeritur, quod multi-
plicum non ſit faciendum, niſi habita paci-
fica poſſeſſione, & remotis oneribus cen-
ſuum, & adimpletis alijs exaduerſo addu-
21 ctis, † quæ important conditionem tanquam
prolata per ablatiuos abſolutos, & inducunt
formam præcisè ſeruandam *l. euictis. ff. de*
euiction. l. à teſtatore. ff. de condit. & de-
monſtrat. cum alijs per *Becc. conſ. 39. n. 18.*
Surd. conſ. 236. n. 3. lib. 2. & conſ. 423. n. 45.
lib. 3. Oſaſc. deciſ. 145. n. 6. Rim. Iun. conſ. 52.
n. 6. lib. 1. Quia non ex hoc impeditur cur-
ſus fructuum præſtandorum venditori poſt
22 ſecutum implementum † pro tempore retro
decurſo ex eadem æquitate, ne emptor locu-
pletetur cum iactura venditoris *Alex.* in
ſpecie *conſ. 31. n. 18. col. fin. verſ. immo for-*

tius. lib.6. Abb.conſ.66.n.2.lib.1. Natt.conſ.
384.*n.6. vſque ad* 10. cum alijs per *Honded.*
*conſ.*44.*n.26. vſque ad* 29. *lib.*1.

Nec facit, quod emptor poſtea de anno 1618.
acceperit poſſeſſionem domorũ præuio man-
dato Iudicis, quod arguit prius non potuiſſe
illam per eum acquiri, Quia non ex hoc in-
fertur, quod non ſit habendus pro poſſeſſore
ſtante appoſitione cuſtodis, & exactore pen-
ſionum, & ſtante poſſeſſione ei liberè, & per
multos annos prius dimiſſa, contra quam
nihil contradixit, quamuis ad eam dimit-
23 tendam fuerit citatus, † quæ omnia arguunt
culpam, & moram emptoris in non acci-
piendo poſſeſſionem, quam poterat capere,
vnde non mirum, ſi habendus ſit pro poſſeſ-
ſore, non obſtante, quod ad effugiendam
præſtationem fructuum præteritorum quæ-
ſierit per multos annos poſtea eamdem poſ-
ſeſſionem acquirere *l. in executione. §. vlt.*
ff. de verb. obligation. l. hæc venditio. ff. de
contrah. empt.

Minus obſtat, quod emptor non habuerit pen-
24 ſiones domorum, ideo ceſſat æquitas, † pro-
pter quam tenetur ad fructus recompenſati-
uos *Cagnol. in l. curabit. n.*48. *C. de action.*
empt. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 347. *n.* 5.
Quia ſtetit per emptorem, ſi penſiones non
habuit, cum enim, vt dictũ eſt, habeatur pro
poſſeſſore, & cuſtodẽ appoſuerit, qui penſio-
nes exigeret, erat in facultate eius illas re-
cuperare ab exactore per eum approbato, &
deputato, ideo cũ potuerit percipere, & non
perceperit, ſibi imputet, neq; poteſt excuſari,
25 vt non teneatur ad tales fructus, † quos de-
bet præſtare venditori non ſecus ac ſi perce-
piſſet *Surd. conſ.*101.*n.*21.*lib.*1. *Rot. coram*
Card. Sacrato Beneuentana pecuniaria, 15.
Iunij 1615. *Beltram. in addit. ad Rot. coram*
*Sanctiſſ. deciſ.*297.*n.*11. *in fin. & deciſ.*347.
n. 17. *in fin.* & concludunt omnes in *l. cu-*
*rabit. vbi Cagnol. n.*22. *C. de actionib. empt.*
Pariſ. conſ. 60. *n.* 18. *cum ſeq. lib.* 1. *Socin.*
*conſ.*174.*n.*11.*verſ. tertio principaliter. lib.*2.
& in l. de diuiſione. n. 13. *verſ. aliquando*
& ſecundo. ff. ſolut. matrimon. Natt. conſ.
494. *n.* 3.

Contraria autem procedunt, quando propter
vitium, & naturam rei nulli fructus potuiſ-
26 ſent percipi, † nec fuerunt percepti, tunc
enim non adeſt æquitas, vt emptor ad illos
teneatur *Surd. conſ.*101. *n.*22. *ad med. lib.* 1.
*Odd. conſ.*87. *n.*18. *Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.*
347. *n.*5. *Couar. lib.*3. *var. reſolut. c.*4. *n.* 3.
Cagnol. in l. curabit. n. 48. *& ibi Lup. com-*
*ment.*1. *§.*7. *n.*141. *C. de act. empt.*

Quæ omnia dicta ſunt ex abundanti, quia in
facto conſtat de adimplemento, cum dero-
gatione fideicommiſſi, de obligatione em-
ptoris in faciendo multiplicum, de ratifica-
tione fratrum, de liberatione domorũ à cen-
ſibus propter permutationem in locis mon-
tium fidei, cum alijs in eodem facto relatis,
27 quæ † licet etiam non verificarentur, tamen
non impediunt, vt fructus non debeantur
venditori, cum non ſit impeditus vſus rei
*Anan. in c. conqueſtus. n.*2. *de vſur. Socin.*
conſ. 176.*n.*4. *lib.*2. cum alijs per *Surd. conſ.*
101. *n.*23. *&* 24. *lib.*1. Maximè, quia etiam
poſt ſententiam Rotalem emptor recogno-
uit poſſeſſionem, & venditionem tanquam
28 bene factam, † itaut quamuis impedimenta
prius eſſent, quæ tamen non aderant, Ta-
men illis remotis fructus debeantur ac ſi
nunquam impedimentum extitiſſet *Idem*
Surd. d. conſ. 101. *n.* 8. *lib.* 1. *Honded. conſ.*
44. *n.* 25. *lib.* 1.

Minus obſtant moleſtiæ datæ à DD. de Deza
occaſione cenſus ſcutorum quatuor mille,
Quia in facto apparet, quod illæ prouene-
runt culpa emptoris, qui in diminutionem
pretij domorum emptarum accollauerat in
ſe dictum cenſum, quem poſtea hæres eiuſ-
29 dem emptoris extinxit, † vnde iſtæ moleſtiæ
non præſtant impedimentum venditori, qui
cum non ſit in aliqua culpa tanquam non
obligatus non poteſt aliquid ei imputari,
quod non fecerit, ideo debet ab emptore
fructus percipere *Surd. conſ.*345.*n.*31. *Becc.*
conſ. 37. *n.* 16.

In huiuſmodi cauſa *Romana domorum Rota*
coram R. P. D. Vbaldo, 29. *Ianuarij* 1624.
declarauit hæredes non teneri ad multipli-
cum, niſi à die 31. Maij 1618. propter illam
rationem, quia emptor ab illo die habuit
poſſeſſionem domorum vigore mandati ro-
30 talis, † non autem prius, vnde cum tenere-
tur facere multiplicum, ſeu inueſtimentum
poſt adeptam poſſeſſionem, & non antea,
iſta verba important ordinem procedendi, &
formam præciſam, vt prius acquiratur poſ-
ſeſſio pacifica, & adimpleantur alia adim-
31 plenda, † & poſtea fiat per emptorem mul-
tiplicum, & aliæ partes pretij ſoluantur
*Felin. in c. cum dilecta. n.*6. *verſ. ſextum*
*ſignum. de reſcript. Caputaq. deciſ.*111. *n.*5.
p. 1. *Rot. deciſ.* 515. *n.* 1. *par.* 2. *in recentior.*
Quæ forma, ſeu conditio etiam inducitur
ex illis ablatiuis abſolutis appoſitis in ſpe-
32 cie circa inueſtimentum faciendum, † vide-
licet obtenta derogatione, & habita poſſeſ-
ſione *Bart. in l.* 1. *n.*34. *ff. de condit. & de-*
*monſtrat. Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.*442.*n.*7.
*& d. deciſ.*515. *n.*2. *in fin. p.*1. *in recent.*

Neque fuit admiſſa obiectio, quod per vendi-
torem non ſteterit quo minus emptor acci-
peret poſſeſſionem domorum ab anno 1602.
cum id facere potuiſſet ſtante relaxatione
poſſeſſionis earumdem domorum iudiciali-
ter per venditorẽ facta de dicto anno 1602.
Quia iſta fuit oblatio verbalis, quæ non ha-
33 buit effectum, † itaut fuerit opus obtinere
mandatum de immittendo cum etiam facta
non fuerint conformia tali oblationi, & di-
miſſioni poſſeſſionis, cum venditor exegerit
penſiones dictarum domorum poſt illam de-
cla-

claratione, præſertim, quia in omnem eventum non fuit poſſeſſio pacifica propter moleſtias à creditoribus venditori illatas ſuper dictis domibus. *Hactenus deciſio*, in qua etiam non fuit habita conſideratio fructuum recompenſatiuorum, cum de eis ſit particulariter videndum, tanquam modo ſolum fuerit actum ſuper dubio reſtricto ad
34 multiplicum, ſeu reinueſtimentum,† & cum ſuper prædictis ſit iterum cauſa proponenda, præuia ſpeciali inſpectione an obſtet dimiſſio poſſeſſionis, & an fuerit ab ea receſſum per penſiones exactas, & an conſtet de mandato huiuſmodi exactionis cum alijs, de quibus latè in facto, ideo non fuit lata aliqua ſententia, ſed expectabitur reſolutio omnium ad cauſam facientium, quæ poſtea Deo dante ponentur infra in capite particulari.

E P I T O M E.

PRiuilegia poſtquam ſunt conceſſa an dicantur contra ius cõmune. ¶ Et quando in eis ſit neceſſaria clauſula non obſtantibus. ¶ In præcedentijs an attendatur obſeruantia. ¶ Et ſint fructus, & emolumenta poſſeſſionis rectoriæ. ¶ Conſuetudo, vt Canonici ſint in ſacris quando cẽſeatur ſublata per priuilegium Summi Pontificis. ¶ Et quo caſu mentio ætatis ſit in eo repetita, itaut non debeat vlterius exprimi. ¶ Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, an ſit neceſſaria in actu de ſui natura præiudiciali. ¶ Decreta omnia Concilij Tridentini an ſint facta ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, itaut Papa poſſit facere quaſcumque gratias abſque illius derogatione. ¶ Conceſſio generalis ad inſtar aliarum dignitatum an ſit intelligenda, vt ſit conformis alijs, præter expreſſa. ¶ In diſpoſitione emanata vnico contextu, & coniunctim an qualitas ætatis, vel ſimilis ſit repetita, tàm in prærogatiuis, quàm in ſede, & voce. ¶ Diſpenſatus quo ad principale, quando cenſeatur diſpenſatus quò ad omnia acceſſoria. ¶ Ordines ſacri an requirantur ad hoc, vt quis debeat admitti ad vocem in Capitulo tàm de iure communi, quàm iuxta concilium. ¶ Et ex quibus ſit illi derogatum. ¶ Legans cameram ſuam conductam, an intelligatur legare contenta in camera. ¶ Abbas patronus vnius Eccleſiæ an ſit etiam compatronus nouæ capellaniæ, quæ ibi ædificatur. ¶ Contentum quando ſequatur naturam cõtinentis. ¶ Et vnum veniat appellatione alterius. ¶ Et quando ſit abrogatum contentum, ſi abrogetur continens. ¶ Papa quo caſu dicatur ſe conformare diſpoſitioni iuris, & ſtatutorum.

S V M M A R I V M.

1 *Tenor litterarum Sanctiſſimi ſuper erectione iuriſpatronatus. & n. 9.*

2 *Caſus legis tollit omnes dubitationes.*

3 *Papa quando dicatur ſe conformare diſpoſitioni iuris, ſeu ſtatutorum. n. 4.*

5 *Priuilegia poſtquam ſunt conceſſa non dicuntur contra ius commune, neque in eis eſt neceſſaria clauſula non obſtantibus.*

6 *In praecedentijs attenditur, quod Princeps, & obſeruantia particulariter diſpoſuit.*

7 *Praheminentia ſunt fructus, & emolumenta poſſeſſionis rectoria. & n. 26.*

8 *Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. & n. 25.*

10 *Mentio ætatis quando cenſeatur repetita in priuilegio.*

11 *Pars vna reſcripti declarat mentem diſponentis quid voluerit in alia parte.*

12 *Conſuetudo, vt Canonici ſint in ſacris, quando cenſeatur ſublata per priuilegium Summi Pontificis. & n. 13.*

14 *Derogatio regula de iure quaſito non tollendo non eſt neceſſaria, quando materia, ſuper qua cadit conceſſio eſt de ſui natura praiudicialis.*

15 *Decreta omnia Concilij Tridentini cenſentur facta ſalua auctoritate Sedis Apoſtolica, itaut Papa poſſit facere quaſcumque gratias abſque illius derogatione, quidquid ſit in alijs concilijs. & n. 16.*

17 *Diſpoſitio limitata non poteſt producere niſi effectum limitatum.*

18 *Conceſſio generalis ad inſtar aliarum dignitatum eſt intelligenda, vt ſit conformis alijs, prater expreſſa.*

19 *In diſpoſitione emanata unico contextu, & coniunctim qualitas ætatis, vel ſimilis cenſetur repetita tàm in prarogatiuis, quam in ſede, & voce, & alijs. n. 20. & 21. Declara, vt n. 22. & 27.*

23 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet omnia pariformiter determinare.*

24 *Qualitas eadem qualificat omnia copulata, qua ſub eadem oratione ſequuntur, & ab eodem verbo reguntur.*

28 *Diſpenſatus quo ad principale, an cenſeatur diſpenſatus quo ad omnia acceſſoria.*

29 *Ordines ſacri quando requirantur, ad hoc vt quis admittatur ad vocem in capitulo, tàm de iure communi, quàm iuxta concilium, & quando illi ſit derogatum. n. 30.*

31 *Contentum dicitur abrogatum, ſi abrogetur continens.*

32 *Contentum ſequitur naturam continentis, & vnum venit appellatione alterius. n. 33.*

34 *Legans cameram ſuam conductam intelligetur legare contenta in camera.*

35 *Abbas patronus vnius Eccleſia, erit etiam compatronus noua capellania, qua ibidem adificatur.*

36 *Papa præſumitur ſcire diſpoſitiones notas, & à iure communi ſancitas.*

37 *Contraria diſpoſitio Principis poſterior derogat priori etiam abſque ſpeciali mentione illius.*

CAP. DCCCCXL.

REctor modernus, vel pro tempnre exi-
ſtens in Eccleſia Cathedrali Piſtorien.
nondum in ſacris ordinibus conſtitutus, an-
no tamen decimoquarto ætatis completo,
debet habere locum in choro, in nono ſtallo
ſupra alios canonicos ſacerdotes, cum voce
1 actiua, & paſſiua in Capitulo, † Quia in lit-
teris Sanctiſſimi ſuper erectione Iuriſpatro-
natus, de quo agimus, talis locus præciſè,
& expreſsè aſſignatur eidem Rectori, vt im-
mediatè ſedere, & incedere debeat in nono
loco poſt obtinentes alias octo dignitates,
& ante omnes canonicos, ideo cum habea-
2 mus caſum legis, † & conſtitutionis, non eſt
aliud quærendum *c. porro. de priuileg. Bald.
in l. gallus. §. ſi eius. in 2. notab. ff. de liber.
& poſthum.* *Surd. conſ.* 58. *n.* 3.

Non obſtat, quod Summus Pontifex nolnit
præiudicare canonicis antiquioribus, & ſa-
cerdntibus, & illis præferre poſtea rece-
prum, qui non ſit ſaltem conſtitutus in or-
dine ſubdiaconatus, prout requiritur iuxta
3 conſuetudinem, † & ſtatutum eiuſdem Ec-
cleſiæ, cum potius præſumendum ſit, quod
Papa ſe voluerit conformare diſpoſitioni iu-
ris, & ſtatutorum *c. miramur. poſt med. vbi
Gloſ. in verb. perſona. 61. diſtinct. c. ex pæ-
nitentibus. 50. diſtinct. c. ſingula. 89. diſtinct.
c. hoc ad nos. 59. diſtinct.* Quia iſta proce-
dunt in dubio, ſecus quando apparet de con-
traria mente diſponentis, tunc enim non re-
4 curritur ad ius cnmmune, † ſed ſtatur par-
ticulari diſpoſitioni, quæ præualet *Bald. in
l. omnes populi. vbi Caſtr. in princ. Iaſ. in
1. lect. n. 10. ff. de iuſt. & iur.* & in propo-
ſito præcedentiæ notat *Card. Seraph. deciſ.*
404. *n.* 1. & 2. Et paſſim priuilegia ex poſt
facto, quando ſunt conceſſa non dicuntur
5 contra ius commune, † ſed de iure communi
*Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. n. 6. de verb. ſigni-
ficat. Gonzal. ad reg. 8. in probem. §. 6. n. 19.
& 20.* vbi propterea ſubdit, quod in con-
ceſſione priuilegij non eſt neceſſaria clauſula
non obſtantibus ad hoc, vt ſit derogatum
iuri communi *Felin. in c. nonnulli. n. 11. de
reſcript.* Cum etiam propter qualitatem
perſonæ recedatur a inre communi, ſeu pro-
pter vtilitatem prouenientem ex perſona, &
ob ſimiles cauſas, de quibus per *Gloſ. in
c. miramur. in verb. perſona. 61. diſtinct.*

Maximè, quia Summus Pontifex non conſide-
rauit iſtam qualitatem antiquitatis poſſeſ-
ſionis, niſi reſpectu octo priorum dignitatū,
quas voluit præcedere nnuæ dignitati ſu-
peradditæ, mandando, quod eam obtinens
debeat ſtare poſt illas in nono loco ante om-
6 nes canonicos, † vnde cnm non fuerit habita
ratio prioritatis, & ſacerdotij canonicorum,
debet attēdi in præcedentijs id quod parti-
culariter Papa diſpoſuit, cum in ſimilibus
materijs illud ſit obſeruandum *Bald. in
c. cum olim. de conſuetud. Rot. deciſ. 4. in
fin. de elect. in nou. Ruin. conſ. 155. n. 4. lib.
4. Nauar. conſ. 2. de maiorit. & obedient.
Menoch. conſ. 126. n. 3. lib. 2. Rot. coram
Cardin Blanchetto Oriolen. præcedentiæ in
choro. 2. Decembris 1592. & coram R. P.
D. Gypſio Alen. ſedis. 9. Iunij 1593. & 21.
Maij 1597.*

Præſertim, quia Papa habilitat circa ætatem
huiuſmodi Rectorem volens illum fauore
gratioſo proſequi proprer nobilitatem ge-
neris, vitæ ac mornm honeſtatem, & alia
probitatis, & virtutum merita, vnde non
eſt præſumendum, quod illi ſimpliciter ſit
conceſſa Rectoria, & ſolum diſpenſatum ſu-
per ætate, ſed potius eidem fuerit data cum
omnibus qualitatibus, & præheminentijs,
7 quæ ſunt fructus, † & emnlumenta pnſſeſſio-
nis Rectoriæ *Gloſ. in c. cum olim. in verb.
capitulo. poſt med. de maiorit. & obedient.
Silu. de benefic. p. 3. q. 40. n. 4. Gonzal. ad
8 reg. 8. in probem. §. 3. n. 25. & 26.* † Ne alias
vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur,
quod eſſe non debet *l. eum qui ædes. ff. de
vſucapion. Socin. conſ. 92. n. 8. lib. 1.*

Quod cum procedat in dnbio, multò magis in
caſu noſtro, in quo vnico contextu Summus
Pontifex erigit talem Rectoriam, ad quam
non præſentetur, qui non compleuerit an-
9 num decimumquartum, † quæ ſit noua di-
gnitas, & vltima poſt alias octo dignitates
pro vno clerico, ſeu presbytero ſeculari fu-
turo, qui omnibus priuilegijs prærogatiuis,
præheminentijs, honoribus, antelationibus,
& quibuſcumque gratijs ſpiritualibus, &
temporalibus potiatur, prout latius in bulla
continetur, ex quibns verbis clarè apparet
de aperta mente Papæ, quod etiam voluit
illum præcedere Canonicis, cum poſtea
ſubdat, & exprimat, quod ante illos debeat
incedere, & ſedere, & vocem actiuam, & paſ-
ſiuam habere in capitnlo, itaut non ſit am-
plius facienda mentio ætatis, reſpectu hu-
iuſmodi præcedentiæ, & vocis actiuæ, & paſ-
10 ſiuæ, nam eſſet ſuperuacanea repetitio, † cum
enim omnia priuilegia præcedant, & poſtea
ſubijciatur ætas, quam Papa requirit in tali
Rectore, de ea etiam fuit cogitatum circa
vſum prinilegiorum eidem conceſſorum,
adeo vt illa habeatur pro expreſſa *l. prætor.
§. 1. ff. de oper. nou. nunciat. Ruin. conſ. 159.
n. 9. lib. 3. Aim. conſ. 147. n. 2. Menoch. conſ.
95. n. 36. lib. 1. Surd. conſ. 143. n. 19. lib. 1.*

Accedat, quod ſi Summus Pnntiſex aliter di-
ſponere voluiſſet quo ad ætatem requiſitam
in ſeſſionibus, illam expreſſiſſet, prout expreſ-
ſit, quando diſponit ſuper obligatione miſ-
11 ſarum, † & de abſentia in gratiam ſtudio-
rum, vbi requirit legitimam ætatem, & an-
nos triginta reſpectiuè, itaut ex vna parte
reſcripti benè declaretur mens diſponentis,
quid voluerit in alia parte *l. vtrum. ff. de
petition. hæreditat. l. 1. ff de reb. dub. Socin.
conſ.*

Digitized by Google

conſ.9. n.8. lib.3. Pariſ. conſ.54. n.10. lib.2.
Surd. conſ. 53. n. 10.

Non obſtat conſuetudo, & obſeruantia Eccle-
ſiæ Piſtorien. vt Canonici, & obtinentes di-
12 gnitates debeant eſſe in ſacris, † Quia ſtante
contraria diſpoſitione Papæ hoc non requi-
ritur in iſto nouo Rectore, Maximè, quia in
Bulla erectionis derogatur omnibus ſtatu-
tis, conſuetudinibus, indultis, priuilegijs,
conſtitutionibus, & ordinationibus, etiã iu-
ramento roboratis, & Apoſtolica auctori-
tate confirmatis cum alijs clauſulis, & de-
rogationibus ampliſſimis, & derogatorijs
derogatoriarum, nec non irritantibus, &
decretis in genere, & in ſpecie, etiam motu
proprio, & quomodolibet conceſſis, ac ſi eo-
rum tenor de verbo ad verbum eſſet ſpecia-
13 liter expreſſus, † ex quibus verbis omnia
obſtantia ſunt ſublata, & non eſt amplius
quærendum de aliqua antiqua conſuetudine
aut priuilegio, vt latè comprobat *Gonzal.*
ad reg.8. gloſ.36. n.23. cum ſeq. poſt Rip. in
c. 1. n.55. de reſcript. Alex. conſ. 216. n.26.
lib.2. Aim.conſ.126.n.6. Menoch. præſumpt.
39. n.6. & 7. lib.6.

Ideo non poſſunt Canonici aliquod ius præten-
dere ſupra Rectorem, quamuis etiam non
eſſet derogatum regulæ de iure quæſito non
14 tollendo, † cum illa ceſſet, quando materia,
ſuper qua cadit conceſſio, eſt de ſui natura
præiudicialis, & quando, prout in caſu no-
ſtro, apparet, quod Princeps per priuilegium
voluit alteri præiudicare *Corn.conſ.83.n.16.*
verſ. tertio reſpondetur. lib.4. Rot. diuerſ.
deciſ.492.n.3. & 4. lib.3. p.3. Hoſt. in c.cum
inferior. n. 13. de maiorit. & obedient. Rot.
coram Cardin. Seraphin. Ilerden. præemi-
nentiarum. 26. Iulij 1602. Gonzal.ad reg.8.
gloſ. 36. n. 48. & 49.

Neque obſtabit Concilium Tridentinum, cum
15 ſufficiat generalis derogatio, † quando ap-
paret de voluntate Papæ, quamuis etiam
de eo non fuerit facta mentio ſpecialis, & in-
diuidua, cũ in *c. fin. eiuſdem Concil. ſeſſ.25.*
expreſsè diſponatur, quod omnia illius de-
creta cenſeantur facta ſalua auctoritate Se-
dis Apoſtolicæ, itaut Papa vtendo ſua aucto-
ritate ſuperiore, poſſit quaſlibet gratias fa-
cere abſque dicti concilij expreſſa deroga-
16 tione, † quaſi tunc videatur vti facultate
ſibi reſeruata potius, quam contra Conci-
lium aliquid facere, quidquid ſecus ſit quo
ad alia concilia *Rot. coram Card. Pamphi-*
lio S. Angeli penſionis. 16. Nouembr. 1594.
& coram R.P.D. Manzanedo Bononien.
prioratus. 9. Iunij 1606. Germon. de indult.
cardinal. §. per quæ ſublatis. n.74. Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 6. n. 120.

Quibus additur, quod huiuſmodi Rectoria
non fuit erecta ſimpliciter ad inſtar aliarum
dignitatum, ſed ſolum reſpectu diſtributio-
num, iurium, & emolumentorum, & obuen-
tionum, quas Rector debet percipere ſicut
17 alij, † vnde diſpoſitio tanquam limitata
ad prędictos caſus non poteſt producere niſi
effectum limitatum, nec erit extendenda ad
alios caſus contra mentem diſponentis *l. in*
agris. ff. de acquir. rer. domin. Neuizan.
conſ. 52. n.34. & conſ.66. n.32. Iaſ. in l. age
cum geminiano. C. de tranſaction. Felin. in
c. cum ordinem. col.4. de reſcript.

Amplius, quamuis etiam talis Rectoria non
eſſet reſtricta ad inſtar aliarum dignitatum
reſpectu perceptionis emolumentorum, ſed
18 ſimpliciter erecta ad inſtar illarum, † Nihi-
lominus iſta generalis conceſſio ſemper erit
intelligenda, vt ſit conformis alijs præter
expreſſa, prout eſt caſus noſter, in quo re-
ſpectu ſedis, & inceſſus, ac præcedentiæ, &
vocis actiuæ, & paſſiuæ fuit facta particula-
ris, & præciſa diſpoſitio *Bart. in l. fin. §.*
idem quæſiuit. verſ. circa prædictam clauſu-
lam. ff. de condict. indebit. Oldrad.conſ.330.
in fin. verſ. ſed obiectum iſtius. Gomeſ. de
non tollend. iur. quæſit. q.1. col. vlt. ad med.
Pariſ. conſ.70. n. 12. lib. 1. Put. deciſ. 133.
lib. 3. Caputaq. deciſ.284. p.1. Creſcent. de-
ciſ.7. de iurepatronat. Mandoſ. conſ.10.n.14.

In eadem cauſa iterum fuit oppoſitum, quod
eſt facienda mentio, ſeu repetitio ætatis,
ideo cum ad hoc ſolum fuerit reſtricta diffi-
cultas, pro illius explicatione repetenda
ſunt aliqua, inter quæ illud eſt præcipuum,
quod Summus Pontifex concedit Rectori, vt
in nono ſtallo, & loco ſedere, & incedere
debeat, vocemq. actiuam, & paſſiuam in
19 capitulo habere, † quia Rectoria fuit erecta
pro vno clerico ſeculari ætatis annorum
quatuordecim completorum, qui omnibus
prærogatiuis, & præheminentijs gaudeat, &
immediatè ſedeat ante omnes canonicos,
poſt octo dignitates, & dictam vocem ha-
beat, ex quibus verbis clarè apparet, quod
ſumus in diſpoſitione emanata vnico con-
textu, & coniunctim facta, itaut qualitas
ætatis cenſeatur ſemper repetita, tam in
prærogatiuis, & honoribus conſequendis,
20 quàm in ſede, & inceſſu, ac voce, † prout
regulariter ſtante huiuſmodi vnitate, & con-
iunctione datur repetitio qualitatum *Bero.*
conſ.185. n.9. lib.1. iuxta doctrinam *Bart. in*
l. ſeia. §. caio. ff. de fund. inſtruct. & in
l. ſi legatarius. in fin. ff. de legat.3. Idem
Bero. conſ. 32. n. 8. lib. 2. vbi quod facilius
21 lius inducitur repetitio, quando, † prout in
caſu noſtro, vltra connexitatem, diſpoſitio
regitur ab eodem verbo, & determinatur ab
eodem actu verbi determinantis, & regen-
tis totam orationem *Bald.conſ.447. quidam*
teſtator. lib.2. Aret.conſ.1. col.4. in fin. verſ.
ſed tamen in iſto caſu dico. Socin. Iun. conſ.
71. n.4. lib.3. Ruin. conſ.64. n.8. lib.2. Me-
22 *noch. conſ. 111. n.10.* vbi etiam *n.34.* † quod
contraria procedunt, quando diſpoſitio non
ſtaret copulatiuè, ſed inceptiuè, & ſepara-
tim, & inter diuerſas perſonas *Alex.conſ.66.*

*lib. 3. Pariſ. conſ. 38. n. 26. lib. 2. Alciat.
conſ. 96. n. 26.*

Et paſſim vna determinatio reſpiciens plura
23 determinabilia † omnia debet pariſormiter
determinare *l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupillar. c. ſecundo requiris. de appellation.
Caſſador. deciſ. 9. n. 3. ſuper regul. Natt. conſ.
14. n. 19. Ruin. conſ. 177. n. 6. lib. 2. Crot. conſ.
1. n. 44. Becc. conſ. 101. n. 65. Menoch. conſ.
88. n. 19. Surd. conſ. 150. n. 17. vſque ad 20.
lib. 1.* vbi ampliar procedere, quamuis alte-
rum ex determinatis ſit altero ſauorabilius
Cephal. conſ. 67. n. 22. lib. 1.

Quare non eſt mirum, ſi eadem qualitas qualifi-
cet omnia copulata, quæ ſub eadem oratio-
24 ne ſequuntur, † & ab eodem verbo regun-
tur *Bart. in l. prætor. §. eritq. differentia.
ff. de vi bonor. raptor. Socin. conſ. 27. n. 13.
& 14. lib. 4. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. n. 3. de
reb. eccleſ. non alienand. & deciſ. 4. n. 9.
& 10. de teſtament.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, cum vnus, &
25 idem Rector † non debeat diuerſo iure cen-
ſeri *l. 1. ff. de rer. permut. l. ius noſtrum.
ff. de regul. iur. c. cognouimus. 12. q. 2. c. cum
in tua. de decim. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. donatione largitus. n. 284. C. de reuo-
cand. donation. & de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 18. n. 20.* cum declarationibus, de qui-
bus per eumdem *Tiraq. de nobil. c. 28. n. 12.
& per Gonzal. ad reg. 8. §. 7. probem. n. 63.
26 vſque ad 72.* † Maximè, quia reſpectu iuris
principalis Rectoriæ eſt conceſſa habilitas
quo ad ætatem, vnde multò magis quo ad
conſecutiua, & acceſſoria, prout ſunt præ-
heminentiæ, quæ dicuntur ſructus poſſeſſio-
nis eiuſdem Rectoriæ *Abb. in c. cum olim.
col. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Caſſador.
deciſ. 3. n. 6. de penſionib.* cum alijs, de qui-
bus *ſupr. n. 7.*

Immo etiam cenſetur repetita talis qualitas
ætatis in ſeſſionibus, & in voce, quia Sum-
mus Pontiſex, quando voluit aliam ætatem
requiri quo ad miſſarum obligationem, &
abſentiam ſtudiorum expreſſit legitimam
27 ætatem, & annos triginta reſpectiuè, † adeo
vt ex iſta diuerſitate expreſſionis ætatis, cen-
ſeatur voluiſſe idem ſtatuere quo ad ſeſſio-
nes, & voces, quod ſtatuit circa principalem
erectionem Rectoriæ ſtante cõnexitate ora-
tionis, & vnitate perſonæ, & contextus, vt
dictum eſt, quidquid ſecus ſit in diuerſa ora-
tione de ſe perfecta *Rot. diuerſ. deciſ. 316.
n. 3. p. 1. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum
ita. n. 1265. & 1266. ff. ad trebellian. Ruin.
conſ. 175. n. 6. & 8. lib. 2.*

Stante igitur repetitione huiuſmodi qualitatis
ætatis in omnibus iuribus Rectori compe-
tentibus, non eſt quærendum an Princeps vo-
luerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris
communis, præſupponendo terminos habiles
quo ad præcedentiam, & vocem in capitu-
lo, & an diſpenſatio quo ad vnum trahatur
ad aliud, tanquam illa ſit ſtricti iuris, Quia
vt dictum eſt Papa diſpenſauit quo ad om-
nia, & repetijt ætatem in cunctis in oratione
28 compræhenſis, † Quamuis etiam ceſſante
repetitione verior ſit concluſio, & magis
communis, vt diſpenſatus quo ad principale
cenſeatur etiam diſpenſatus quo ad omnia
acceſſoria *Gloſ. in c. quia in tantum. 5. in
verb. pluries eccleſias. ad med. de præbend.*
& dicam infra Deo dante in capite particu-
lari, vbi multa ad intellectum iſtius conclu-
ſionis, de quibus latè *Felin. in c. poſtulaſti.
27. n. 17. de reſcript. Abb. & alij in d. c. quia
in tantum. Mandoſ. reg. 20. quæſt. 7. fol. 115.
Ragucius de voc. canonic. in capit. quæſt. 20.
n. 3. fol. 27.*

Immo cum in caſu, de quo agimus, appareat
de clara voluntate Summi Pontificis, dum
voluit Rectorem eſſe ætatis completæ an-
norum quatuordecim, qui in nono ſtallo, &
loco ſedeat, & incedat poſt alias octo di-
gnitates, & vocem actiuam, & paſſiuam in
capitulo habeat, non eſt amplius quærendum
illud, de quo iterum dubitatur an ſit facien-
da mentio conſuetudinis conformis diſpoſi-
29 tionis iuris communis, † & concilij requi-
rentis, quod tales Rectores debeant eſſe in
ſacris ad hoc, vt habeant vocem in capitulo
iuxta *clem. 2. de ætat. & qualit.* Quia ſatis
eſt, quod Papa diſpenſet ſuper ætate mandãs,
quod talis diſpenſatus habeat dictam vocẽ,
cum per expreſſionem contrariorum dicatur
in ſpecie derogaſſe *d. clem. 2.* & alijs conſue-
tudinibus conformibus eidem *clem. 2.* ad
quas non amplius recurritur, ſed ſtatur con-
30 ceſſioni priuilegij, † in quo non eſt neceſſa-
ria clauſula non obſtantibus ad hoc, vt dica-
tur derogatũ eiſdem diſpoſitionibus requi-
rentibus aliam qualitatem *Felin. in c. non-
nulli. n. 11. de reſcript. Gonzal. ad reg. 8. in
probem. §. 6. n. 19. & 20.* Cum præſertim in
caſu noſtro adſint derogationes ampliſſimæ
omnium tàm in genere, quàm in ſpecie, ex
quibus intelligitur eſſe derogatum omni-
bus, quæ poſſent obſtare *Aim. conſ. 126. n. 6.
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 36. n. 23. cum ſeq.*

Maximè, quia ſtante clara voluntate Papæ
cenſetur derogatum Concilio Tridentino,
quãuis de eo non eſſet facta ſpecialis, & ex-
31 preſſa mentio, vt dictum eſt *ſup. n. 16.* † Vnde
etiam cenſebitur derogatum *clem. 2. de
ætat. & qualit.* ac omnibus diſpoſitionibus
in eodem concilio contentis, & de huiuſmo-
di qualitate ordinis ſacri loquentibus, cum
abrogato continente ſit etiam abrogatum
contentum *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 10. n. 11.*
32 ob illam rationem, † quia contentum ſequi-
tur naturam continentis *l. ad teſtium. 22.
§. fin. ff. de teſtam. l. adeo. 7. poſt princ. verſ.
inſula. ff. de acquir. rer. domin. l. quod ſi ne-
que. 14. ad med. in verb. materia. ff. de pe-
ricul. & commod. rei vendit. Iaſ. in l. poſſi-
deri. 3. in princ. n. 35. ff. de acquir. poſſeſſ.*

poſt

Digitized by Google

33 *poſt Bald.in l.de bis.C.de furt.* † Itaut etiam
contentum veniat appellatione continentis,
& è contra *l. ſolent. de offic. proconſul. & le-*
gat. c. per exemptionem. 9. de priuileg. in 6.
Mohedan. deciſ.5. ad fin. eod. tit. Menoch.
conſ.287. n.19. lib.3. Bald. & Caſtr. in l.cer-
to generi. §. ſi locus. ff. de ſeruitut. ruſtic.
prædior. vbi de legante cameram ſuam con-
34 ductam, † quod intelligatur legaſſe contenta
in camera *Euerard.* qui dicit memoriæ com-
mendandum *loco argumentor. 93. à ſubiect.*
mater. n. 12.

Quare etiam Abbas patronus vnius Eccleſiæ
erit etiam compatronus nouæ capellaniæ,
35 quæ ibi ædificabitur † ob dictam rationem
contenti ſequentis naturam continentis, vt
in ſpecie notat *Rot. deciſ. 15. & 16. de iure-*
patronat. in antiq. Abb. in c.ad audientiam.
il 1. n. 1. de eccleſ. ædificand. Felin. in c.cum
venerabilis. n.37. de exceptionib. & conſ.45.
n.6. cum alijs per *Gonzal. ad regul. 8. gloſ.*
10. n.12. & 13. Lambert. de iurepatron. lib.1.
quæſt. 8. art. 6.

Et cum Summus Pontifex ſciat diſpoſitionem
36 *d. clem. 2. de ætat. & qualit.* † tanquam vul-
garem, & notam, & à iure communi ſanci-
tam, prout ſcire præſumitur *c.1. de conſtitut.*
in 6. Menoch. præſumpt. 40. n. 16. vſque ad
20. lib.6. ſequitur, vt per contrariam diſpo-
ſitionem poſteriorem cenſeatur illi expreſsè
37 derogatum, † itaut alia ſpecialis mentio de
ea non ſit facienda *Felin. in c. nonnulli. n.4.*
de reſcript. Rip. in c.1. n.55. eod.tit. Put.de-
ciſ.164. n. 2. lib.2. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9.
§. 1. n. 51. Menoch. d. præſumpt. 40. n. 17.
cum ſeq. lib. 6.

E P I T O M E.

CReditores, qui præuenerunt in capienda poſſeſſione, & ſubhaſtatione bonorum debitoris an poſſint impediri per mulierem ratione ſuæ dotis. ¶ Et quando illi detur retentio, donec fuerit ſatisfacta de dote ſibi per virum debita. ¶ Et an debeat præſtare patientiam, vt vendantur bona per eam retenta ad effectum, vt de pretio retrahendo creditum ſuæ dotis ſoluatur, deducto reſiduo pro poſterioribus creditoribus. ¶ In mandato delegatorio ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa eſt cæpta, an perpetuetur iuriſdictio quo ad illam ſolum, vel etiam quo ad omnes alias non cæptas. ¶ Iuriſdictio delegati in quibus caſibus non expiret per mortem delegantis. ¶ De capitulo ſuccedente Epiſcopo defuncto quo ad conſtitutionem Vicarij. ¶ Facultas conceſſa per Papam Protectori delegandi Iudicem an operetur, vt iuriſdictio talis delegati non expiret per obitum eiuſdem Protectoris. ¶ Verba imperſonaliter prolata an vitient diſpoſitionem, tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus. ¶ Hæres obligatus ad reinueſtiendum pecunias ad commodum legatarij, an teneatur ſtatim illas reinueſtire, & fructus ſoluere abſque interpellatione. ¶ Onus exequendi voluntatem defuncti an ſpectet ad hæredem, non dato executore.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor non poteſt impedire ſubhaſtationem bonorum viri faciendam ad inſtantiam creditorum ratione ſuæ dotis, ſi per eos fuit præuentum in capienda poſſeſſione illorum.*

2 *Iura ſubueniunt vigilantibus, & non dormientibus.*

3 *Creditor anterior habet retentionem rei ſibi hypothecatæ, tenetur tamen præſtare patientiam, vt illa vendatur, & de pretio retrahendo eius creditum debet ſolui, deducto reſiduo pro poſteriore creditore. n.4.5. & 6.*

7 *Mulier quando poſſit retinere bona mariti, donec fuerit ſatisfacta de ſua dote. & n.8.*

9 *Iuriſdictio delegati quo caſu non expiret per obitum delegantis.*

10 *In mandato delegatorio ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa eſt capta, an perpetuetur iuriſdictio quo ad illam ſolum, vel etiam quo ad omnes alias cauſas non captas. & n. 11.*

12 *Per mortem mandantis nunquam expirat iuriſdictio Iudicis in cauſis captis. Declara, vt n. 13.*

14 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo defuncto, etiam quo ad conſtitutionem Vicarij.*

15 *Facultas conceſſa per Papam, & Sedem Apoſtolicam Protectori delegandi Iudicem operatur, vt iuriſdictio talis Iudicis delegati non expiret per obitum Protectoris.*

16 *Cognitio cauſæ eſt iuriſdictionis, & delegabilis, prout etiam licentia dandi Iudicem.*

17 *Verba imperſonaliter prolata vitiant diſpoſitionem in contractibus, ſecus in vltima voluntate, quæ referuntur ad hæredem. & n. 18.*

19 *Onus exequendi voluntatem defuncti ſpectat ad hæredem, ſi non fuit datus executor.*

20 *Diſpoſitio ſemel approbata non poteſt amplius reprobari.*

21 *Obſeruantia declarat voluntatem teſtatoris.*

22 *Legatum quantitatis reinueſtiendæ habetur pro ſpecie, itaut ex eo poſſint licitè percipi fructus.*

23 *Hæres obligatus ad reinueſtiendum pecunias ad commodum legatarij tenetur ſtatim reinueſtire, & fructus ſoluere abſque aliqua interpellatione.*

C A P. DCCCCXLI.

SVbhaſtationem vineæ, de qua agebatur
in cauſa Romana fructuum cenſus, dixi
non potuiſſe impediri ſub prætextu retētio-
1 nis dotis per Aduerſariā prætenſæ, † Etenim
debebat præuenire in capiendo poſſeſſionem

ante

ante exetutionem factam per creditores, &
antequam per eos fuiſſent capta bona ma-
riti, vt in ſpecie concludit *Theſaur. deciſ.*
207. *n.* 3. *poſt Dec. conſ.* 400. *viſo eleganti.*
*col.*2. *in fin. n.* 5. *Gregor. Lopez. in l.*9. *in*
gloſ. deſpueſque ge la praſtan. verſ. item
*vxor. tit.*2. *partit.*5. *Gutierez. conſ.* 19. *n.*14.
2 Cum vigilantibus, † & non dormientibus
iura ſubueniant *l. pupillus. ff. de his quæ in*
fraud. creditor. l. non enim. ff. ex quib. cauſ.
maior. c. nunciatum. 74. *diſtinct.*
Prætetea dato, & non conceſſo, quod mulier
præuenerit creditores, & extiterit in poſſeſ-
ſione, tamen non poterit retardari ſubhaſta-
3 tio, † licet enim credicor anterior non co-
gatur rem vendere, ſed eam poſſit retinere
loco pignoris, donec ſuum creditum ſibi ſol-
uatur, Nihilominus teuetur præſtare patien-
tiam, ad huc, vt talis res ſibi hypothecata,
& per eum retenta vendatur, & ſubhaſtetur
per ſecundum creditorem, ad effectum, vt illi
ſatisfiat de ſuo credito, & ſi quid ſupereſt
ſibi tradatur, cum ex hac conceſſione ven-
dendi, & ſubhaſtandi non amittatur ius pi-
gnoris primo creditori competens, ita in
ſpecie eſt *tex. in l. quamuis.* 6. *in princ. ff. de*
pignorat. action. auth. hoc ita. C. de pignorib.
& hypothec. & in corpor. vnde ſumitur *§.*
ad hoc autem. auth. de litigioſ. & de decim.
part. lit. collat. 8. *conſtit.* 7.
Et magis in ſpecie caſus noſtri eſt *tex. in l. à*
diuo pio. 15. *§. quod ſi res fuerit pignorata.*
4 *ff. de re iudicat.* † vbi quod licet creditor
non cugatur diſtrahere illam rem, quam pi-
gnori accepit, tamen aliud ſeruandum eſt in
execurione iudicati, nam ſi illa, quæ capta
eſt, emptorem inuenerit, qui paratus ſit di-
miſſo priore creditore reſiduum ſoluere,
admittenda eſt huiuſmodi rei diſtractio, cum
nun videatur conditio creditoris deterior
fieri ſuum couſecuturi, nec ius piguoris di-
miſſuri, quam ſi ei fuerit ſatisfactum.
Ex quo textu colligitur, quod vel creditor pi-
5 gnoris conueutionalis vendet, † vel vendi-
tioni conſentiet, alias etiam eo inuito fiet
venditio, prout notat *Gloſ. in d. §. quod ſi*
res fuerit. in verb. diſtractio. & ibi Cuman.
n. 1. *&* 2. vbi in ſpecie loquitur de muliere
occupante omnia boua pro ſua hypotheca
6 dotali, † ſubdens eſſe multum notandum ad
fauorem poſteriorum creditorum, iuxta
l. quamuis. ff. de pignorat. action. & ſequitur
Iaſ. in d. l. à diuo pio. §. ſed & illud. n. 1.
& 3. *poſt Bart. ibid. n.* 2. *ff. de re iudicat.*
*Bald. in l inciuile.*4. *n.*2. *C. de bon. auctorit.*
iudic. poſſidend. & in l. ordo. 3. *n.* 9. *ff. de*
execution. rei iudicat.
Neque obſtat, quod mulier poteſt retinere
iſtam vineam donec fuerit ſatisfacta de ſua
7 dote, † ſiue dos conſiſtat in pecuuia, ſiue in
corporibus *Bart. in l. ſi filiofamilias. in*
*princ. ff. ſolut. matrim. Nouell. de dot. par.*8.
*priuileg.*1. *in fin. verſ. tertio limita. Neguſ.*
de pignorib. par. 5. *membr.* 4. *n.* 5. *fol.* 109.
Quia etiam quod detur mulieri retentio,
tamen modo non agitur, vt per eamdem
8 mulierem dimittatur pignus, † ſed ſolum,
vt illo retento, præſtet patientiam, vt poſſit
ſubhaſtari tale pignus, & ex illius retractu
ſolui ſua dos, & ſi quid ſupereſt cedat in
vtilitatem poſtetiorum creditorum, quod
debet per mulierem præſtari, & per Iudicem
concedi, cum ex tali conceſſione ius piguo-
ris non amittatur ex ſuperius adductis, & in
terminis notat *Cuman. in l. à diuo pio. §.*
*quod ſi res fuerit. n.*1. *&* 2. *ff. de re iudicat.*
Et ita ex prædictis fuit deciſum ad fauo-
rem Monialium, & Munaſterij pro eorum
credito, mandando procedi ad ſubhaſtatio-
nem, & deliberationem, remotis quibuſ-
cumque impedimentis, & moleſtijs per vxo-
rem illatis.
Poſt executionem prædictorum, cum pro eo-
dem Monaſterio agitarentur aliæ cauſæ co-
ram Iudice delegato per Protectorem, fuit
dubitatum de eius iuriſdictione ſtante obitu
eiuſdem Protectoris, Verũ dicebam auimad-
nertendum eſſe, quod idem Protector non
deputat Iudicem virtute propria, ſed ex po-
teſtate ſibi ſpecialiter cõceſſa per Summum
Poutificem, qui in breui exhibito non ſo-
lum facit illum Protectorem, ſed etiam ſpe-
cialiter ei committit, vt faciat alium Iudi-
9 cem, † per quem poſſint cognoſci omnes,
& quæcumque cauſæ ſpectantes ad præ-
fatum Monaſterium, quod operatur, vt
per obitum Protectoris non expiret iuriſdi-
ctio talis Iudicis, tanquam deputati per Se-
dem Apoſtolicam, & de illius mãdato, cuius
vices gerit per huiuſmodi deputationem,
ideo non extinguitur eius officium per mor-
tem Protectoris, cum non deputetur ab eo,
ſed à creante ipſum protectorem *Felin. in*
*c. mandata.*6. *n.*1. *de præſumpt. & in c. cum*
olim. il 2. *quod eſt.* 33. *n.*1. *vbi Abb. in* 1. *no-*
tab. de offic. delegat. Barbat. in c. sanè. il 2.
*n.*6. *& ibi Dec. n.*2. *verſ. ſimiliter videtur.*
*eod. tit. Card. in clem.*1. *oppoſ.*6. *in fin. de*
offic. vicar. iuxta diſtinctionem *Bart.* com-
muniter receptam in *l. filius. in princ. ff. de*
legation. Rom. ſing. 367. *n.* 1. & concluduut
omnes *in rubr. ff. de offic. eius. vbi Alex. n.*
14. *&* Cagnol. *n.* 75. *vſque ad* 80. *Boer. de*
auctor. magn. conſil. n. 64. *Caccialup. in*
*l. diem functo. n.*61. *de offic. aſſeſſ.*
Quod magis eſt in caſu noſtro, cum ſimus in
Iudice deputato ad vniuerſitatem cauſarum,
cuius iuriſdictio nou finitur per mortem de-
legantis etiam in cauſis non cæptis, tan-
10 quam ſufficiat vnam ſolum eſſe cæptã, † cum
in mandato delegatorio ad vniuerſitatem
cauſarum, ſi vna cauſa eſt cæpta, perpetue-
tur iuriſdictio quo ad omnes alias non cæ-
ptas iuxta opiniouem *Bart. in l. more maio-*
*rum.*6. *n.*14. *in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Butr.*
*in c. licet. de off. deleg. Imol. in l.*2. *ff. de donat.*

Et

Et quatenus iſta opinio non placerer, quo ad
11 cauſas non cæptas, † vt per *Franc. in c. cum cauſam. 67. n. 27. de appellation.* Tamen in caſu noſtro nulla adeſt difficultas, quia ſumus in cauſis iam cæptis, tunc enim omnes indiſtinctè concludunt, quod talis iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum nunquam expiret per mortem delegantis, cum iuriſdictio cenſeatur ſemper perpetua-
12 ta quo ad illas cauſas cæptas *Felin. in c. relatum. 19. n. 13. col. vlt. in princ. verſ. ſecundo limita. de offic. delegat. poſt Gloſ. in c. ne aliqui. in verb. non captam. de haret. in 6. Imol. in c. paſtoralis. §. quoniam. de reſcript. Bald. in l. mandatum. 15. n. 4. verſ. tertium membrum. C. mandat.*

Prout generale eſt, vt in cauſis cæptis nunquam expiret iuriſdictio iudicis per mortem mandantis *Alex. in l. more maiorum. n. 29. ff. de*
13 *iuriſd. omn. iudic.* † Contraria autem procedunt in Vicario Epiſcopi, qui facit idem tribunal cum Epiſcopo, ideo non mirum ſi ſtatim mortuo Epiſcopo, ceſſet iuriſdictio Vicarij etiam quo ad cauſas cæptas propter vnitatem tribunalis; Præſertim, quia Capi-
14 tulum ſuccedit Epiſcopo defuncto, † etiam quo ad conſtitutionem Vicarij *Gloſ. in clem. vlt. in verb. conteſtata. de procurat. Abb. in c. extirpanda. §. quia vero. n. 14. de præbend.* & latè comprobat *Sbrozz. de offic. vicar. epiſc. lib. 3. q. 45. per tot. fol. 362. poſt Bero. in c. quoniam abbas. n. 100. de offic. deleg. Gabr. de procurat. concluſ. 3. n. 10. Couar. pract. quæſt. c. 4. n 4. Archid. Io. Andr. Gemin. Franc.* & alij communiter *in c. 1. de offic. vicar. in 6.*

Quamuis hæc omnia dicta ſint ex abundanti,
15 quia ſufficit ſola ratio ſupra adducta, † quod videlicet ſumus in delegatione facta à Papa, & à Sede Apoſtolica, per quam data eſt facultas Protectori delegandi Iudicem, quo caſu non dicitur Protector delegare, ſed ipſemet Papa, & ipſa Sedes Apoſtolica delegat, vt poſt *Cin. Guliel. & alios* concludit *Bart. in l. more maiorum. n. 12. ff. de iuriſd. omn. iudic.* iuxta *l. vnum ex familia. 69. §. ſi falcidia. ff. de legat. 2. l. non diſtinguemus.*
16 *§. quæſitum. ff. de arbitr.* † Nam ſicut cognitio cauſæ eſt iuriſdictionis, & ideo delegabilis, Ita etiam licentia dandi iudicem eſt iuriſdictionis, quare etiam delegabilis *l. imperium. in fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bart. in d. l. more maiorũ. n. 12. in fin. eod. tit.*

Quo vero ad aliud dubium obſeruandum eſt, quod in teſtamento, de quo agimus, teſtatrix reliquit Martiæ, & Lauiniæ ſcuta mille, quæ voluit reinueſtiri ad commodum illarum, & fructus inde percipiendos multiplicari ad earum vtilitatem donec monacharentur, vel nubant, cum ſubſtitutione ad inuicem, de qua latius in eodem teſtamen-
17 to, † ex quibus verbis videtur concludendum, quod onus reinueſtiẽdi dictas pecunias ſpectet ad hæredẽ, nam quãuis iſta verba *da rinueſtirſi* ſint impersonaliter prolata, quæ impersonalitas ſolet vitiare diſpoſitionem *Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. n. 2. ff. de verbor. obligat Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 14. tit. 29. n. 49. ad med.* Tamen hoc procedit in contracti-
18 bus, † ſecus autem in vltima voluntate, in qua impersonalitas non vitiat, cum illa ſemper intelligatur relata ad hæredem vniuerſalem, per quem onus faciendi erit implendum, quaſi de eo teſtator ſenſerit *Bald.* in ſpecie *in auth. ſi quando. n. 3. in fin. verſ. quæro nunquid in vltima. C. de conſtit. pecun. per tex.* quem dicit vnicum *in l. ſi ſeruus legatus. 111. §. qui margaritam. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. vlt. §. labeo. n. 3. verſ. non recedas tamen ab opinione. ff. ſi cert. petat.* vbi etiam allegat *tex. in l. cum pater. 79. §. donationis. ff. de legat. 2.* Et *Bald. in d. auth. ſi quando. n. 3.* ſequitur *Rot. coram R. P. D. Orano deciſ. 85. n. 9. in fin.* impreſſ. *poſt 1. lib. conſil. Farinac.* vbi in terminis tenet, quod tale reinueſtimentum ſpectat hæredi.

Maximè, quia in huiuſmodi teſtamento non fuerunt per teſtatricem relicti aliqui execu-
19 tores, † quo caſu hæres cenſetur relictus executor, & non alius, itaut ad eum ſpectet onus exequendi voluntatem defuncti *Alciat. in l. cum filioſamilias. n. 12. verſ. ſed cum ab aliquo. ff. de legat. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 4. tit. 3. n. 34.*

Additur, quod hæres videtur iam acceptaſſe huiuſmodi onus reinueſtiendi, cum Martiæ vni ex legatarijs per plures annos ſoluerit
20 fructus pecuniarum ei legatatum, † vnde non videtur poſſe modò recuſare reinueſtimentum Lauiniæ alteri collegatariæ, cui vigore ſubſtitutionis ſucceſſit Martia, tãquam ſemel diſpoſitio approbata nô poſſit reprobari *l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. l. pomponius ſcribit. ff. de negot. geſt. Becc. conſ. 3. n. 39. Surd. conſ. 18. n. 2. Oſaſc. deciſ. 62. n. 18. Iaſ. in l. 1. §. editiones. n. 15. ff. de edend. Dec. conſ. 665. ad dubium. in princ.* & ex huiuſmodi obſeruantia cenſetur declarata per
21 hæredem voluntas teſtatoris, † quod ad eum ſpectet onus reinueſtiendi *Aim. conſ. 118 n. 2. & conſ. 101. n. 4. Caſtr. conſ. 347. col. fin. lib. 2. Socin. conſ. 111. col. fin. verſ. ſed certè poſſumus dicere. lib. 1. Becc. conſ. 101. n. 49. Natt. conſ. 406. n. 28. Surd. conſ. 44. n. 38. lib. 1.*

Neque poterit prætendi, quod legatum ſit vſurarium tanquam fuerit relicta quantitas pecuniarum, quæ non facit fructus, Quia cum ſimus in quantitate reinueſtienda, non dici-
22 tur legatum quantitatis, ſed ſpeciei, † ex quo licitè poſſunt peti fructus, vt in terminis reſoluit *Rot. coram R. P. D. Orano Romana Saluiani interdicti. 20. Nouembris* 1591. cuius tenor eſt impreſſus per *Farinac. deciſ. 85. poſt 1. volum. conſil.* iuxta *l. talis ſcriptura. in fin. ff. de legat. 1. l. 1. §. fin.*

ff. de

ff. de vſur. & fructib. legator. Thom. Docc. conſ. 33. n.6. qui allegatur per *Rot.* cum tamen *n.13.* videatur contrarium ſeqni.

Et quod poſſet opponi de non facta interpellatione, ſine qua non currunt fructus, non ob-
23 ſtat, † quia illa non requiritur, cum ſtatim hæres debuiſſe pecunias reinueſtire ad cōmodum legatarij iuxta præceptum teſtatoris, vnde ſtatim dicitur contracta mora per hæredem *l. magnam. C. de contrab. ſtipulat. Gozad. conſ. 69. n. 10. Socin. conſ. 57. n. 43.*
24 *lib.4.* † & in ſpecie, quod ad iſtum effectum non ſit neceſſaria aliqua interpellatio reſoluit *Rot. d. deciſ.85. n.5.* impreſſ. *poſt p.1. conſil. Farinac.* vbi etiam quod ſtatim debet fieri tale reinueſtimentum per hæredem, iuxta doctrinam *Bald. in d. auth. ſi quando. n.3. in fin. C. de conſtitut. pecun.*

Ex quibus crederem, quod non expediat litigare Eccleſiæ, quæ etiam habuit pecunias, & alia ex huiuſmodi hæreditate, ne locupletetur cum alterius iactura *l. ſi quis mancipijs. 17. §. fin. ff. de inſtit. act. Alex. in l. ſi me & titium. n. 9. vbi Dec. n. 3. ff. ſi cert. pet. Felin. in c. ex parte. il 2. col. penult. verſ. ſed pone quod vnus. de offic. delegat. Natt. conſ. 384. n.13. Pariſ. conſ.131. n.26. lib.4. Surd. conſ. 101. n.17. & 18. lib.1.* vbi etiam quod in hoc Iudex debet ex officio ſupplere *Bart. in l. ſi vnus. §. pactus. n.20. ff. de pact. Aret. in l. age. in fin. C. de tranſact. Neuiz. conſ. 5. n.24.* Et ita ex prædictis fuit iudicatum.

EPITOME.

LEgitima auiæ, ſeu matris quo caſu ſit tertia pars totius hæreditatis, ſeu tertia eius quod habitura eſſet ab inteſtato. ¶ Filiæ excluſæ per ſtatutum an faciant partem in legitima matris. ¶ Et an illud habeat locum tām ab inteſtato, quām condito teſtamento. ¶ Et quando trahatur ad commodum aſcendentium. ¶ Vel ſolum ad fauorem eorum, qui vigore ſtatuti excluduntur. ¶ Legatum factum ſorori quando ſit detrahendum de legitima matris. ¶ Filia inſtituta in eo, quod ſibi debetur an poſſit petere ſolum tertiam tertiæ. ¶ Et ſi quid aliud petit an veniat iure accreſcendi. ¶ Et quando tale ius ſit excluſum. ¶ Priuatus, ſeu remotus à ſucceſſione, ſeu lucro an illud ſolum tranſmittat ad eum, cuius contemplatione remouetur, itaue nulli alij accreſcat. ¶ Nepos ſi inſtituat extraneum præterita ſorore, & inſtituta auia in eo, quod ſibi debetur, an illius legitima ſit tertia dimidiæ, & ſic ſexta, ſeu tertia totius. ¶ Statutum, quod mater non ſuccedat filio habenti fratres, an eam excludat, ſi vnus filius deceſſit fratre præterito, & extraneo inſtituto. ¶ Actus priuationis, an præcedat actum tranſlationis in alterum, vel ſit vnus, & idem actus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris an ſit tertia pars totius hæreditatis filij, ſeu tertia eius, quod habitura eſſet ab inteſtato ſtante facti ſpecie hic propoſita. n.13. 17. & 21.*

2 *Auia debet habere legitimā in bonis neptis.*

3 *Statutum Vrbis excludens fœminas propter fratres quando ceſſet, ſi dicti fratres non ſuccedunt.*

4 *Legitima eſt tertia pars portionis ab inteſtato prouenientis.*

5 *Filiæ excluſæ per ſtatutum an faciant partem in legitima matris, & illam minuant etiam ſi per teſtatorem vocentur. & n.26.*

6 *Legatum factum ſorori, quando veniat detrahendum de legitima matris. & n.7.*

8 *Statutum excludens fœminas propter maſculos an procedat ſolum ab inteſtato, vel etiam condito teſtamento.*

9 *Teſtator an voluerit potius ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, quā iuris cōmunis.*

10 *Statutum ad fauorem maſculorum, an trahatur ad commodum aſcendentium.*

11 *Statutum excludens fœminas propter maſculos non habet locum, niſi ad fauorem eorum, qui vigore ſtatuti excluduntur.*

12 *Fratres præteriti an habeantur pro mortuis reſpectu ſororis inſtitutæ.*

14 *Filia inſtituta in eo, quod ſibi de iure debetur, intelligitur in debito ex iuris neceſſitate, & ſic in re certa, & particulari.*

15 *Inſtitutus in eo, quod ſibi debetur ex neceſſitate iuris, non poteſt petere, niſi tertiam tertiæ, & ſi vltra petit, erit iure accreſcendi.*

16 *Verba inſtitutionis limitatæ excludunt ius accreſcendi.*

18 *Inter coniunctos coniunctione legali an habeat locum ius accreſcendi.*

19 *In legitima non datur ſucceſſio vniuerſalis.*

20 *Priuatus, vel remotus ab aliqua ſucceſſione, ſeu lucro illud tranſmittit ad eum, cuius contemplatione remouetur, & nulli alij accreſcit.*

22 *Nepos ſi inſtituat extraneum præterita ſorore, & inſtituta auia in eo, quod ſibi de iure debetur, illius legitima erit dimidia, & ſic ſexta, non autem tertia totius.*

23 *Statutum, quod mater non ſuccedat filio habenti fratres, excludit eam, ſi vnus filius deceſſit fratre præterito, & extraneo inſtituto. & n. 25.*

24 *Actus priuationis non præcedit actū tranſlationis in alterū, ſed eſt vnus, & idem actus.*

27 *Interpretatio eſt facienda, vt minus lædatur ius commune.*

28 *Alia ad materiam prædictorum relatiuè.*

CAP. DCCCCXLII.

DEceſſit Clemens relicta Anna ſorore ex vtroque parente coniuncta, & Lauinia auia materna, ac fratribus, & ſororibus conſanguineis tantum, qui hæredem vniuerſalem

ſalem inſtituit dictam Annam, & Lauiniæ
auiæ maternæ reliquit id, quod ſibi de iure
debetur, fratribus verò, & ſororibus conſan-
guineis legauit ſcuta mille monetę pro quo-
1 libet, † ſed quia per eamdem Lauiniam præ-
tenditur legitima in bonis dicti Clementis,
& quod illa ſit tertia pars totius hæreditatis
fuit datum dubium, quid, & quantum con-
tineatur in diſpoſitione Clementis ad fauo-
rem Lauiniæ auiæ in caſu, & ad effectum,
de quo agitur; Et quidem huiuſmodi du-
bium habet duas partes. Prima eſt quid de-
beatur. Secunda quantum debeatur, & quo
ad primam partē non eſt opus diſputatione,
2 quia clarum eſt, † quod eidem auiæ ſit dāda
legitima *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff.
teſtam. Iaſ. in auth. nouiſſima. n.42. C. eod.
tit. Pir. in l. in quartam. n. 197. ff. ad leg.
falcid. Craſſ. in §. legitima. q.34. Peregr. de
fideicōm. art.36.n.44. & art.49.n.44.* ſiue ſit
de iure poſitiuo, ſiue naturali ratione, vt per
Māgil. de imputat. & detract. q.1.n.8. cū ſeq.
Quare omiſſa dicta prima parte dubij deuenie-
do ad ſecundam, multa fuerunt hinc inde ad-
ducta, cum aliqui ex patronis ſcriberent,
quod legitima auiæ deberet eſſe tertia pars
totius hæreditatis Clementis, cum tamen
alij firmarent, quod illa ſolum eſſet tertia
eius, quod habuiſſet ab inteſtato, ſtante
quod de iure communi in ſucceſſione cum
ea concurrat dicta Anna ſoror eiuſdem Cle-
mentis ex vtroque latere coniuncta.
Videndum eſt igitur, quæ opinio præualeat, &
contra Annam allegabatur *Statut. Vrb.* de
ſucceſſione fratrum *lib.1.c.146.* illam exclu-
dens, quo caſu habetur pro extranea, & con-
ſequenter non minuitur legitima Auiæ,
3 Quod tamen dicebatur non obſtare, † cum
illud non excludat ſimpliciter ſorores, ſed
quatenus fratres tàm vtrinque coniuncti,
quàm ex patre tantum ſuccedant, vnde cum
in caſu noſtro dicti fratres non ſuccedant,
debet ceſſare ſtatutum, itaut non poſſit dici,
quod Anna ſoror per ſtatutum excludatur
*Alex. conſ.69. in princ. lib.1. Dec. conſ.378.
n.3. Rot. decis. 770. n. 4. cum ſeq. p. 2. in
recentior.* & per conſequens erit attenden-
4 dum ius commune, † ſecundum quod con-
currit Anna in ſucceſſione cum auia mater-
na, cuius legitima erit tantum tertia pars
dimidiæ hæreditatis, non autem tertia to-
tius, prout regulariter legitima eſt tertia
pars portionis obuenientis ab inteſtato *Bart.
in l. pater filium. n.8. ff. de inoffic. teſtam.
Bald. conſ. 350. n.2. lib. 4.* Et quamuis filiæ
per ſtatutum excluſæ non faciant partem in
5 legitima matris, † tamen ſi per teſtatorem
vocentur partem faciunt, & iudicantur tan-
quam incluſæ, non excluſæ *Socin. conſ. 75.
n. 7. lib. 3.*
Non obſtat, quod legatum factum ſorori non
veniat detrahēdum de legitima matris *Rot.
6 decis. 419. & 421. n.9. p.4. diuerſor.* † Quia
ibi frater fuit inſtitutus hæres, ſorori autem
fuerat factum legatum, ideo propter inſti-
tutionem fratris erat locus ſtatuto, & per
conſequens excluſioni ſororis, quæ non
erat admittenda in cōcurſu ad effectum mi-
nuendi legitimam matris, vltra quod nihil
fuit ei relictum titulo Inſtitutionis; ſecus
autem quando, prout in caſu noſtro, ſoror
inſtituitur hæres vniuerſalis excluſa matre,
7 tunc enim † legitima matris erit ſolum ter-
tia ſuæ portionis, non autem tertia totius
hæreditatis, cum enim ſoror ſuccedat ex te-
ſtamento, non poteſt haberi pro mortua, &
neceſſe eſt, vt faciat partem matri in legiti-
ma, vt per *Rot. in cauſa Aſculana legiti-
ma decis. 421. n. 4. & 8. verſ. ſecundus eſt
caſus. par. 4. diuerſ.*
Addebatur, quod ſtatutum excludens fœminas
propter maſculos ſolum procedit ab inte-
8 ſtato, non autem condito teſtamento, † præ-
ſertim, quando, prout in caſu noſtro, non
ſunt inſtituti illi, quorum contemplatione,
quis per ſtatutum excluditur, quaſi tunc tale
ſtatutū dicatur odioſum *Put. decis. 38. n.10.
lib. 3. Rot. diuerſor. decis. 424. n.2. & 4. p.4.
Honded. conſ. 57. n.73. lib. 1.* Frater enim
inſtituendo hæredem Annam ſororē ex vtro-
9 que parente coniunctam, † quæ de iure com-
muni ſuccedebat, præſumitur potius ſe vo-
luiſſe conformare cum diſpoſitione iuris cō-
munis, quàm ſtatuti *Ruin. conſ. 40. n. 10.
lib.3. Marzar. conſ.35. n.18. Rot. diuerſ. de-
cis. 424. n. 2. lib. 4.*
Amplius, cum Anna ſoror fuerit per teſtatorem
agnita, dicitur remotum impedimentum ſta-
10 tuti, † itaue concurrat in ſucceſſione cum
auia, cuius legitima erit ſolum tertia pars
dimidiæ, præſertim quia ſtatutum condi-
tum fauore maſculorum non debet decla-
rari, vt trahatur ad commodum aſcenden-
tium videlicet auiæ, quam ſtatuentes ſunt
odio proſecuti excludendo eam à ſucceſſione
ſibi de iure debita, reſeruata ſolum legiti-
ma *Corn. conſ. 197. col. 3. verſ. pro qua etiam
facit. lib. 1. Alex. conſ. 197. n.9. lib. 6. Menoch.
conſ. 569. n. 31. lib. 6. Mareſcott. var. re-
ſolut. lib. 1. c. 10. n. 18. Rot. diuerſ. d. decis.
421. n. 5. par. 4.* cum etiam ſtatutum exclu-
11 dens fœminas propter maſculos † non habeat
locum niſi ad fauorem eorum, qui vigore
ſtatuti habent excluſionem *Rot. decis. 354.
n. 7. p. 2. in recentior.*
Præterea cum excluſis fratribus conſanguineis
tantum ipſa Anna ſoror dicti Clementis vna
cum auia ab inteſtato ſuccedat, non poteſt
auia conſequi tertiam omnium bonorum,
ſed ſolum tertiam dimidiæ, quia dimidiam
omnium bonorum conſecuta eſſet ab inteſta-
to excluſis cæteris, ipſaq. auia, & Anna ſo-
12 lum exiſtentibus, † vnde cū fratres prætériti
habeantur pro mortuis reſpectu ſororis in-
ſtitutæ, res eodem modo ſe habet ex teſta-
mento, quo ſe haberet ab inteſtato, quia
mor-

mortuis, vel non exiſtentibus fratribus ipſa
Anna, & auia fuiſſent admiſſæ *Gabr. conſ. 94.
n. 21. poſt med. cum ſeq. lib. 1.* quē ſequitur *Rot.
in cauſa Aſculana legitima qua eſt deciſ. 421.
n. 4. verſ. quoniam omnes rationes. lib. 4. Ma-
reſchott. var. reſolut. lib. 1. c. 10. in fin. Ber-
tazz. conſ. crim. 20. n. 48. lib. 1.*

Verum prædictis, & ſimilibus omiſſis, quæ non
percutiunt punctū, vnus ex affinibus litigan-
tiū præuio magno ſtudio in huiuſmodi cauſa
facto, & nihil reperto, quod ad rem faceret
enixè me rogauit, vt in præfato dubio meam
ſententiam dicerem, quod cum facere recu-
ſarem propter multas cauſas, quas modo
non opus eſt recenſere, tādem victus eius, &
amicorum precibus breuiter, & fere ex im-
prouiſo ob temporis anguſtiam ſcripſi pro
opinione ad fauorem Annæ, quod videlicet
legitima, de qua agimus, per auiam prætenſa
non debeat eſſe tertia pars totius hæredita-
13 tis Clementis, † ſed ſolum tertia illius, quod
eſſet habitura ab inteſtato, tanquam de iure
communi in ſucceſſione concurrat Anna ſo-
ror Clementis ex vtroque latere coniuncta
iuxta diſpoſitionem *tex. in auth. defuncto.
C. ad tertullian.*

Maximè, quia in caſu noſtro fuit per Clemen-
tem inſtituta Anna ſoror hæres vniuerſalis,
& auiæ relictum illud, quod ſibi de iure de-
14 betur, † Vnde eadem auia intelligetur inſti-
tuta in debito ex iuris neceſſitate, & ſic in
re certa, & particulari *l. quoties. C. de hæ-
redib. inſtituend. l. ex facto. 35. ff. eod. tit.
Iaſ. conſ. 61. col. penult. ad med. verſ. ſed in
caſu præſenti. lib. 3.*

Et per conſequens ex neceſſitate iuris nō poteſt
15 petere, niſi tertiam tertiæ, † & ſi quid vltra
petit, talis petitio erit iure accreſcendi *Iaſ.
conſ. 61. col. 1. in princ. lib. 3.* iuxta *l. qui re-
pudiantis. & l. ſi proponas. in fin. ff. de
inoffic. teſtam. Franc. deciſ. 63. n. 1.*

Hoc autem ius accreſcendi non poteſt habere
locum in caſu, de quo agimus, cum teſtator
inſtituerit auiam in eo, quod ſibi ex neceſſi-
tate iuris debetur, & in eo ipſam tacitauit;
16 quæ verba inſtitutionis limitatæ, † & tacita-
tionis nihil aliud poſſunt importare, quam
excluſionem iuris accreſcendi, prout ſemper
iſta interpretatio ſumitur, quando aliquid
limitatiuè, aut taxatiuè relinquitur *l. lu-
cius. §. qui habebat. in fin. ff. ad trebellian.
Bald. in l. ſi arrogator. in princ. ff. de adopt.
& in l. 1. col. ult. C. de ſecund. nupt. Roman.
in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicent. non ob-
17 temper.* † & ita in ſpecie, quod ſtante hac
ratione legitima auiæ ſit ſolum tertia tertiæ
concludit *Iaſ. conſ. 61. ad fin. verſ. quinto
principaliter. lib. 3.* Vbi etiam *col. 2. in
princ.* addit, quod iſti inſtituti dicuntur con-
18 iuncti coniunctione legali, † inter quos non
habet locum ius accreſcendi, ſed ſolum in
ſucceſſione vniuerſali *l. ſi ſeruus communis
19 ab altero. ff. de acquir. hæredit.* † & in legi-
tima non datur ſucceſſio vniuerſalis *Iaſ. d.
conſ. 61. col. 2. in princ. lib. 3.*

Additur, quod iſta auia fuit priuata ſucceſſio-
ne nepotis contēplatione Annæ ſororis vni-
uerſaliter inſtitutæ, cum eidem auiæ ſolum
fuerit relictum debitum ex iuris neceſſitate
20 proueniens, vt dictum eſt, † vnde ſuccedit
concluſio, quod quotieſcumque aliquis pri-
uatur, vel remouetur ab aliqua ſucceſſione,
ſeu lucro, debet acquiri illi, cuius contem-
platione remouetur, & alteri accreſcit *l. ſi
legatarius. C. de legat. l. poſt legatū. §. amit-
tere. ff. de his quib. vt indign. Bart. & alij
in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de legat. 1.*
21 Et ita in puncto † taxationis legitimæ auiæ
quo ad tertiam tertiæ notat *Iaſ. d. conſ. 61.
col. penult. poſt princ. verſ. confirmatur quia
quotieſcumque. lib. 3.*

Immo in fortioribus terminis, ſi nepos inſti-
tuiſſet extraneum præterita ſorore, & inſti-
tuta auia in eo, quod ſibi de iure debetur,
illius legitima ſolum eſſet tertia dimidiæ, &
22 ſic ſexta, † non autem tertia totius, quia
talis ſoror præterita non auget auiæ ſuam
legitimā, neq; enim poterit auia ex perſona
ſororis præteritæ maiorem portionem ha-
bere per ius accreſcendi, cū portio præteriti
remaneat penes vniuerſalem hæredem, vnde
multo magis in caſu noſtro, in quo ſoror
non fuit præterita, ſed vniuerſaliter inſti-
tuta, itaut magis credendum ſit, quod
teſtator voluerit tale ius accreſcendi ei de-
negare, & ad hæredis commodum relin-
quere, prout latè conſuluit *Iaſ. conſ. 61. col. 2.
ad med. & per tot. lib. 3.* iuxta *l. ſiue patro-
nus. §. ex duobus. ff. de iurepatronat.* quod
etiam plenè voluit *Fulgoſ. conſ. 55. pro ſe-
cundo conſultatus articulo. col. 1.*

Et facit doctrina *Bart. in l. 1. §. ſi pater in po-
teſtate. col. penult. ff. de coniung. cum eman-
23 cip. liber.* † vbi quod ſi ſtatutum diſponat,
vt mater non ſuccedat filio habenti fra-
tres carnales ex patre, ſi vnus filius deceſ-
ſit fratre præterito, & extraneo non turpi
inſtituto, non ſuccedet mater, quia frater
præteritus priuatur ſucceſſione ex facto de-
24 functi, † & actus priuationis non præcedit
actum translationis in alterum, ſed eſt vnus,
& idem actus, ideo ille frater præteritus im-
pedit matrem, ſicut ſi haberet hæreditatem
25 *l. 1. §. fin. ff. de aſſign. liber.* † Et *Bart.* ſe-
quitur *Caſtr. conſ. 457. ſuper primo puncto
quo quæritur.* alias eſt *conſ. 323. col. penult.
in princ. verſ. vnde reperio tertiam. lib. 1.
Aret. conſ. 49. libenter. n. 6. Iaſ. conſ. 61. col.
2. ad med. verſ. pro iſta. lib. 3.*

Et ita etiam in ſpecie, quod ſorores à ſtatuto
26 excluſæ propter maſculos faciant partē, † &
minuant legitimam matris latè comprobat
Alex. conſ. 197. n. 6. cum ſeq. lib. 6. & in
terminis ſtatuti Vrbis idem tenet *Menoch.
conſ. 569. n. 28. vſque ad fin. lib. 6. & conſ.
342. n. 65. lib. 4.* qui loquuntur in fortiori-
bus

bus terminis, videlicet, quando maſculi ſuc-
cedebant, & fœminæ erant excluſæ, vnde
multò magis hoc erit dicendum in caſu no-
ſtro, in quo fœmina non eſt excluſa, ſed ſuc-
27 cedit, † Cum etiam ex hoc minus lædatur
ius commune, prout talis interpretatio ſem-
per eſt facienda *l. 2. C. de noxalib. action. Gloſ. in l. ſi vnus. §. pactus. in verb. redditur. ff. de pact. & in clem. ſæpe. in verb. irritandis. de verb. ſignif. Dec. conſ. 3. n. 5.* cum alijs per *Becc. conſ. 1. n. 21. Surd. conſ. 182. n. 12. & 13. lib. 2. Alex. conſ. 20. n. 9. lib. 2.* Et ita viſis prędictis allegationibus fuit concorditer taxata legitima auiæ ad tertiam partem illius, quod eſſet habitura ab inteſtato, recedendo à lite, quæ pendebat *coram R. P. D. Vbaldo* per quem *6. Aprilis* 1622. fuit datum prędictum dubium in huiuſmodi cauſa Tuſculana ſeu Romana legitimæ.

Ad materiam autem prædictorum Doctores in
l. pater filium. vbi Bart. in 2. lect. n. 8. ff. de
28 *inoffic. teſtam.* † *Bald. conſ. 530. n. 2. lib. 1. Socin. conſ. 75. n. 7. lib. 3. Burſat. conſ. 114. & 115. lib. 1. Gabr. conſ. 94. n. 20. cum ſeq. lib. 1. Theſaur. decis. 172. Surd. conſ. 404. n. 5. vſque ad fin. lib. 3. Menoch. conſ. 362. n. 45. lib. 4. & conſ. 569. n. 28. cum ſeq. lib. 6. Bertaz. conſ. crim. 20. n. 45. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 417. 419. 421. & 424. lib. 4. Rim. Iun. conſ. 405. lib. 4.* quos omnes allegat *Borgn. deciſ. 28. n. 65. p. 3. Pancirol. conſ. 143. Thob. conſ. 20. n. 14. & 15. Alex. conſ. 197. n. 6. lib. 6. & conſ. 140. n. 9. lib. 1.* licet contra *Soc. conſ. 167. n. 61. cum ſeq. lib. 2.* Et multa etiam dixi *ſup. c. 178. & 448. Franc. deciſ. 63. n. 10. & 11.* quem tamen declarat *Pont. conſ. 66. & 68.*

E P I T O M E.

SAluianum interdictum quando detur in pecunijs, & locis montium, & officijs vacabilibus, ſeu non vacabilibus, prout in ſtabilibus. ¶ Et quid in re ſubrogata loco alterius, in qua prius aderat hypotheca. ¶ In depoſito pecuniæ, vt tantundem reddatur, an ſit translatum dominium. ¶ Et quæ actio competat contra depoſitarium. ¶ Et quando talis pecunia habeatur pro conſumpta, & realiter ſoluta, & commixta. ¶ Et quo caſu illius repetitio ſit danda anteriori contra poſteriorem. ¶ Dos conſtituta per extraneum an habeat tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur. ¶ Pecunia reinueſtienda quando æquiparetur rei immobili. ¶ Et executio iudicati an poſſit in ea fieri, prout in ſtabilibus abſque iudicis decreto.

S V M M A R I V M.

1 *In obligatione omnium mobilium comprahenduntur etiam pecunia. & n. 2.*
3 *Remedium Saluiani competit etiam in pecunijs, & in eis conſiſtit hypotheca.*
4 *In depoſito pecuniæ, vt tantundem reddatur transfertur dominium in depoſitarium, & competit ius, & actio depoſiti contra eum, & pro iſto iure datur hypotheca.*
5 *Pecuniæ depoſitata, quando habeantur pro conſumptis, & dicantur realiter ſoluta, & commixta. n. 6. & 7.*
8 *Repetitio pecuniarum quo caſu detur anteriori creditori per hypothecariam, ſeu Saluianum contra poſteriorem.*
9 *Creditor anterior auocat res ſibi hypothecatas ab emptore, & quolibet tertio poſſeſſore.*
10 *Debitor nihil poteſt agere in praiudicium ſui creditoris.*
11 *Vſuſfructus pecuniæ trahit ad ſe proprietatem, prout eſt in alijs rebus, quæ vſu conſumuntur.*
12 *Dos conſtituta per extraneum habet tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur. & n. 13. & 14.*
15 *Pecunia, quæ debet reinueſtiri in ſtabilibus habetur pro re immobili, & illius priuilegia ſortitur. Declara, vt n. 16. 17. & 18.*
19 *Executio iudicati poteſt fieri in pecunijs, quæ debent reinueſtiri in ſtabilibus etiam abſque decreto Iudicis.*
20 *Loca montium non vacabilia veniunt ſub diſpoſitione immobilium, & in eis datur remedium Saluiani, prout in ſtabilibus. n. 21. & 22. & quid in locis montium, & officijs vacabilibus. n. 23.*
24 *Saluianum interdictum, quod competit ſuper aliqua re debet etiam concedi ſuper alia, quæ eius loco ſubrogatur.*
25 *Cenſus tranſlatus quando remaneat cum ijſdem obligationibus, & fideiuſſoribus prius datis.*
26 *Penſio tranſlata de vno beneficio in aliud an conſeruet veteres obligationes, & quando nouas inducat.*
27 *Qualitates omnes ſubrogantis cenſentur repetita in ſubrogato.*

Stephani Gratiani

CAPVT DCCCCXLIII.

IN pecunijs, de quibus agimus, conſiſtit
hypotheca, cum enim fuerint obligata
omnia, & quæcumque mobilia comprahen-
1 duntur etiam pecuniæ, † quæ dicuntur res
mobiles tanquam de loco ad locum ſint aptę
moueri *Dec. conſ. 381. viſis his quæ accuratè. n. 2. vbi Addit. in verb. pecunia. per tex. in §. quia parum. auth. de nupt. Idem Dec. conſ. 472. teſtator legauit. n. 6.* cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. n. 103. Peregr. deciſ. 32. n. 5. Surd. conſ. 26. n. 7. lib. 1.*
Quidquid aliud ſenſerit *Gabr. conſ. 98. lib. 2.*
2 nam contra eum eſt verior opinio, † vt te-
ſtatur *Ludouic. concluſ. 48. col. 10. poſt med. verſ. hoc tamen procedit.*

Quo ſtante locus eſt Saluiano, cum etiam in pe-
3 cunijs huiuſmodi remedium competat, † vt
in ſpecie concludit *Scapucin. de Saluian.*

lib.2. c. 13. n.3. & latius *Pacific. eod. tit. in-*
ſpect.3. c.2. n.90. cum ſeq. quia in eis conſi-
ſtit hypotheca *l. idemq. §. fin. ff. qui potior.*
in pignor. habeant. l. ſi fundus. §. in vendi-
catione. ff. de pignor. & hypothec. Surd. conſ.
4. n. 25. lib. 1. Et per conſequens datur Sal-
uianum *Gabr. conſ.46. n.20. lib. 1.*

Quæ etiam procedunt, quamuis ſimus in pecu-
4 nijs depoſitatis non in ſacculo, † ſed vt tan-
tundem reddatur, quo caſu licet ſit transla-
tum dominium in depoſitarium *Bald. in*
l. vlt. in fin. C. depoſit. & in l. incendium.
11. n. 4. ff. ſi cert. petat. Dec. in l. cum
quid. col. pen. ff. eod. tit. Gabr. concluſ.2. n.8.
& 9. de reb. credit. Tamen competit ius, &
actio depoſiti ad tantundem *l. ſi procurato-*
ris. §. ſi plures. verſ. ſed ſi dedi. ff. de tribu-
tor. act. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg.
creditor. Ang. in l. priuilegia. ff. eod. tit Strac.
de decoctor. §. vlt. tit. qui potior. in bon. de-
coctor. habeant. n. 2. & 3. Rot. coram R. P.
D. Robuſter. Roman. fideicommiſſi. 6. Fe-
bruarij 1576. impreſſ. *poſt tract. Pacific. de-*
ciſ. 86. n.6. verſ. tertia fuit difficultas. fol.494.
in 1. impreſſ. Vnde etiã pro iſto iure dabitur
hypotheca, & Saluianum, vt per eumdem de
Saluian. c. 2. inſpect. 3. n. 83. & 106. poſt
Iaſ. in §. item ſeruiana. n. 47. verſ. quia in
ea venit pecunia. inſtit. de action. Caſtr. in
l. cum tabernam. §. fin. vbi Bald. in princ.
ff. de pignor. Natt. conſ.530. n.15.

Non obſtat, quod iſtæ pecuniæ fuerint per Io-
ſeph donatæ occaſione matrimonij contra-
hendi ſuis neptibus, & ad hunc effectum
5 depoſitatæ, † quare non ſunt amplius de bo-
nis Ioſeph debitoris, cum fuerit translatum
dominium in donatarias adeo vt habeantur
pro conſumptis, quo caſu non adeſt amplius
hypotheca *Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam.*
n.4. verſ. quaro dicitur hic. C. de iur. deliber.
& in l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. cre-
dit. Surd. conſ.4. n.15. & 16. Quia iſta non
verificantur in facto, cũ adhuc pecuniæ non
fuerint ſolutæ, niſi pro dimidia vni ex nep-
tibus, nam pro alia portione adhuc extant
in manibus depoſitarij, qui licet illas debeat
ſoluere alteri puellæ quando nubet, tamen
ſatis eſt, quod non venit caſus ſolutionis, &
ſic non conſtat de conſumptione, ſed de il-
larum exiſtentia, ſunt enim deſtinatæ pro
futuro matrimonio, non autem conſumptæ,
6 conſumptio enim non verificatur, † niſi poſt-
quam ex ea cauſa nummi ſunt numerati, &
realiter ſoluti, ac conſumpti cum pecunijs
recipientis, vt concludunt omnes in *l. ſi à*
furioſo. 12. vbi Dec. n.4. & 6. ff. ſi cert. pet.
& in l. nam & ſi fur. 13. ff. eod. tit. Cuiac.
lib. 14. obſeruat. c.35. per tex. in l. ſed & ſi
paterfamilias. 11. ff. ad macedon. l. ſi filiuſ-
familias. 14. ff. ſi cert. petat.

Vnde non obſtat, quod dominium pecuniarum
donatarum fuerit translatum in donatarias,
7 Quia non ex hoc tollitur † anterior hypo-
theca ad fauorem primi creditoris, quę tran-
ſit cum illo onere, ac eadem obligatione, ſuf-
ficit enim pecunias adhuc non fuiſſe ſolutas,
& non conſumptas, immo quamuis etiam
eſſent ſolutæ poſteriori creditori, non autem
per eum conſumptæ, Tamen poſſent repeti
per hypothecariam, & Saluianum, ac ſimile
8 remedium ab anteriore creditore † cum ſuf-
ficiat rem extare, vt in ſpecie concludit
Bart. in l. fin. §. & ſi præfatam. n. 4. C. de
iur. deliber. Surd. conſ.4. n.16. lib. 1. Quare
etiam ſi quid fuerit conſumptum ex dona-
tione, quæ facta eſt inter virum, & vxorem
non poteſt repeti, cum ſecus eſſet, ſi extaret
l. ſi id quod donatum. 29. ff. de donat. int. vir.
& vxor. Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuent. lib. 21. tit. 11. n.2.

Prout dicimus de prædio, vel domo, aut ſimili
re ſtabili donata, ſeu vendita, cuius domi-
nium, quamuis fuerit translatum per do-
9 nantem, ſeu venditorem, † Non tamen tol-
litur hypotheca anterioris creditoris, qui
poteſt experiri Saluiano contra emptorem,
& donatarium, cum ad eum tranſiuerit talis
res cum ſuo onere, & hypotheca *l. eos. C. de*
pignorib. l. ſi debitor. C. de diſtract. pignor.
cum iſtæ exceptiones non retardent Saluia-
10 num, neque remedia poſſeſſoria, † tanquam
debitor nihil poſſit facere in præiudicium
ſui creditoris *l. debitorum pactionibus. C. de*
pact. Surd. deciſ.60. n.7. ad med.

Non obſtat, quod Saluianum non detur niſi do-
nec, & quouſque quis fuerit ſatisfactus, quod
non poteſt conſiderari in pecunijs, Quia
vſusfructus pecuniæ trahit ad ſe proprieta-
11 tem, † prout eſt in alijs rebus, quæ vſu cõſu-
muntur *l. ſi tibi. la 2. ff. de vſufr. car. rer.*
quæ vſu conſumunt. Dec. in l. ſi filiusfa-
milias. 14. ff. ſi cert. petat. Vnde erit dandum
mandatum pro auocatione iſtarum pecunia-
rum etiam in proprietate, concedendo illas
agenti ſtante hypotheca, & alijs ſupra alle-
gatis, de quibus conſtat ex inſtrumento pu-
blico, quamuis exaduerſo præſupponantur
iura non eſſe in forma probanti, quod tamen
in facto non verificatur.

Accedat, quod ſumus in pecunia deſtinata pro
dote, quæ debet reinueſtiri, cum interſit mu-
lieris illam ſeruari, & non conſumi, ideo ha-
betur pro re ſtabili, & non conſideratur iſta
conſumptio, maximè, quia neque huiuſmodi
pecuniæ dotales ſunt acquiſitæ ipſi puellæ,
niſi ſecuto matrimonio, vnde interim non
12 ſunt in eius dominio, † quod vltra conſtitu-
tionem dotis ita factam per patruum, eſt
etiam de iure communi, cum datio dotis per
extraneum ſemper habeat tacitam conditio-
nem, ſi matrimonium ſequatur *l. ſi ego. in*
princ. de iur. dot. l. ſtipulationem. §. talis. ff. eod.
tit. Aim. conſ.101. n.1. dixi *deciſ.4. n.4. Craſſ.*
in §. legatum. q.48. fol.90. Surd. conſ.131. n.12.
poſt Rom. in l. ſi extraneus. n.2. vbi Alex. col.
1. in princ. Iaſ. n.14. ff. de condict. ob cauſ.

In

In eadem cauſa, quia multa iterum adducũtur,
quæ non applicantur, neque in iure, neque
in facto, ideo opus eſt repetere, quod pecu-
niæ, de quibus agimus, fuerunt depoſitatæ
cum conditionibus infraſcriptis, videlicet,
quod illæ ſoluantur Hippolytæ, & Fauſtinæ
quando nuptæ fuerint, & quod debeant ex-
burſari per depoſitarium, facta præſentatione
fidei parochi de deſponſatione munita lega-
litate Epiſcopi, & à die præſentationis de-
poſitarius habeat terminum ad illas ſoluen-
dum duorum menſium, cum expreſſa condi-
tione, quod in actu ſolutionis dictarum pe-
cuniarum Romæ ſoluendarum erogentur in
emptionem bonorum ſtabilium, & cenſuum
annuorum pro fundo dotali, & donec non
fuerit factum inueſtimentum pecuniæ non
poſſint peruenire ad manus ipſarum, & in
euentum mortis Hippolytæ abſque filijs le-
gitimis, & naturalibus dictæ pecuniæ ſtatim
recadant ad Fauſtinam, & eius filios, vel fi-
13 lias. Hec ſunt verba inſtrumenti, † ex qui-
bus colligitur nos eſſe in pecunijs datis in
dotem, quarum dominium non fuit transla-
tum in puellas, neque eſt orta aliqua efficax
obligatio antequam ſit ſecutum matrimo-
nium *l. tali. 49. vbi Gloſ. in verb. non de-
beri. l. promittendo. 41. vbi Gloſ. in verb. agi.
l. plerumque. 11. vbi Gloſ. in verb. ſecutum.
ff. de iur. dot.* cum alijs adductis *ſupr. n. 12.* &
latius *c. 542. n. 43. vſque ad 55. tom. 3.* Qui
omnes cum infinitis, qui poſſent adduci, lo-
quuntur etiam non exiſtente pacto, & ex-
preſſa conuentione, quia ſemper intelligitur
talis promiſſio conditionalis, vnde multò
magis in caſu noſtro, in quo ſpecialiter eſt
appoſita iſta conditio, quæ plus operabitur
*Bald. in rubr. C. de contrab. empt. Surd.
conſ. 81. n. 20. lib. 1.*
Ex quibus tollitur obiectum, quod dominium
iſtarum pecuniarum fuit translatum in puel-
las, prout quoque poſſeſſio etiam abſque tra-
ditione ex ſpeciali dotis priuilegio, iuxta
14 *Theſaur. deciſ. 48. per tot.* † Quia procedit
in dote ſimpliciter data, ſecus autem quan-
do eſt promiſſa conditionaliter, cum ex ea
nulla obligatio ſit contracta ante euentum
conditionis *Bald. Nouell. de dot. priuil. 76.
p. 6. n. 3. ad med.* iuxta *l. ſtipulationem. 22. de
iur. dot.* cum alijs allegatis *ſupr. c. 542. n. 43.
cum ſeq.* vbi etiam latè reſpondetur, quan-
do eſſet appoſita conditio executioni, ſeu ſo-
lutioni dotis, & quando ſit extincta talis
promiſſio per obitum ante nuptias, quæ non
opus eſt repetere, cum ibi omnia fuerint ple-
nè diſcuſſa in caſu ſimili, qui concordat cum
hoc, de quo modo agitur abſque aliqua
diſcrepantia.
Accedat, quod ſumus in pecunijs, quæ debent
15 reinueſtiri in cenſibus perpetuis, † ſiue in
bonis ſtabilibus pro fundo dotali, quo caſu
habentur pro re immobili, & illius priuile-
gia ſortiuntur *Roman. in l. ſi ex legati cauſa.
col. 4. vbi Aret. col. 4. de verb. oblig. Cremenſ.
ſing. 59. Rip. in l. 1. col. 2. n. 4. ff. ad trebell.*
cum alijs per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 7. n. 106.* ¶ Et quãuis *Craſſ. in §. legatum.
16 q. 19.* † dicat quod communis opinio eſt, ve
pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum
non veniat ſub ſtatuto loquente de immobi-
libus, latè *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8.
n. 123. fol. 137. Ceuall. q. 312. fol. 215. Pinell.
in l. 1. q. 2. n. 49. C. de bon. matern.* Tamen
quando verè conſtat, quod de neceſſitate de-
17 bet inueſtiri in immobili † aliud eſt, vt de-
clarat *Idem Craſſ. d. q. 19. n. 8. poſt med.*
Ideo datur cautela, vt pecunia non conſumma-
18 tur, quod mandetur illam deponi † ad em-
ptionem prædiorum *Simoncell. de decret. lib.
3. tit. 8. inſpect. 16. n. 122. ad med. fol. 137.
poſt Guald. de art. teſtand. tit. de var. te-
ſtator. precept. caut. 5. n. 5. tom. 8. p. 1. fol. 139.
per tex. in l. quid ergo. 3. §. 1. ff. de contrar.
iudic. tutel. l. fideicommiſſum. §. tractatum.
verſ. quid tamen. de iudic. l. qua filium
ff. de leg. 3.*
Quare etiam in iſtis pecunijs, quæ debent rein-
19 ueſtiri, poteſt fieri executio iudicati † etiam
abſque decreto; tanquam illa ſit alienatio
neceſſaria, quod non requirit decretum, cum
non dicantur conſumptæ, neque poſſint con-
ſumi ob conuerſionem in ſtabilibus, prout in
ſpecie eſt *tex. in l. à diuo pio. §. vlt. in fin.
ff. de re iudicat.* & in propoſito notat etiam
*Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16.
n. 122. ante fin. fol.* 137. vbi quod ſecus erit
in alienatione voluntaria, quæ non admit-
tetur abſque decreto *Idem Simoncell. ibid.
n. 122. in princ.*
Quo vero ad aliud dubium de locis montium
non vacabilibus dicendum eſt illa contineri
20 ſub diſpoſitione immobilium; † & reputari
pro bonis immobilibus, prout credita per-
petua, quæ aſſignantur ex aliquibus certis
publicis redditibus *Gabr. conſ. 141. n. 23. lib. 2.*
iuxta *deciſ. Oradini* 116.
Vnde quemadmodum datur remedium Saluiani
21 interdicti ſuper rebus immobilibus, † & ad
poſſeſſionem rerum vniuerſalium, & ſingula-
rum *Menoch. de adipiſc. remed. 3. n. 10. poſt
Hotom. in §. interdictum quoque. inſtit. de
interdict.* Ita etiam idem remedium dabitur
22 in locis Montium non vacabilibus, † vt in
ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D. Ortem-
berg. Romana Saluiani interdicti.* 8. *Iulij*
1601. impreſſ. *poſt tract. de Saluian. deciſ.
29. in princ.*
Immo etiam in locis montium, & officijs va-
cabilibus dabitur Saluianum, quamuis enim
reſpectu tituli nulla in eis cadat hypotheca,
cum vacent per mortem, & ad Papam re-
deant libera, nulla habita conſideratione cre-
23 ditorum, † Tamen aliud eſt reſpectu fru-
ctuum, & pretij, de quibus officialis liberè
diſponit, & ſi contingunt alienari, pretium,
& fructus cadunt ſub hypotheca vigore obli-

gationis bonorum præſentium, & futurorum *Cardin. Seraph. Romana officij. 9. Octobris* 1598. *quæ eſt deciſ.* 1294. *n.* 3. *cum ſeq. & coram eod Romana de Piatetis.* 17. *April.* 1570. quæ in impreſſ. *eſt deciſ.* 100.

Et huiuſmodi remedium Saluiani magis dabitur in caſu noſtro cum loca montium, de quibus agitur fuerint ſubrogata in locum
24 domus, quæ erat obligata creditori, † vnde ſicut Saluianum competebat in eadem domo ratione hypothecæ in ea exiſtentis, ita etiam erit concedendum ſuper dictis rebus ſubrogatis, ſuper quibus remanet illud idem onus, & hypotheca, non ſecus ac ſi à principio talis hypotheca ſuper eis fuiſſet impoſita, cum enim domus fuerit liberata, æquum eſt, vt non tollatur ius creditoris, ſed actio ei competat in rebus translatis, & ſubrogatis, quæ remanent obligatæ ad fauorem creditorum in ſuo robore, & ſtatu, & efficacia, tanquam nihil fuerit innouatum propter rei mutationem, ſed vetus obligatio conſeruata *Rot. coram Sanctiſſ. Gregorio XV. Romana cenſus*, 10. *Iunij* 1601. quæ in impreſſis eſt *deciſ.* 60. *& coram R. P. D. Pamphilio Aſculana penſionis.* 1. *Februar.* 1593. vbi de cenſu translato de vno caſtro in
25 aliud, † qui non dicitur extinctus, ſed remanet cum ſua hypotheca, & cum omnibus clauſulis, vinculis, & cautelis, ac fideiuſſoribus in inſtrumento obligationis appoſitis, non ſecus ac ſi à principio fuiſſet cenſus impoſitus ſuper bonis ſubrogatis, tanquam nihil ſit innouatum, præter mutationem rei, prout dicimus de translatione penſionis de
26 vno beneficio in aliud, † quod reſpectu penſionarij nihil fuit innouatum, ſed tantum reſpectu beneficij, ex quo ſoluebatur penſio, itaut nullum præiudicium oriatur penſionario per talem translationem, ſolum enim agitur de vetere obligatione conſeruanda, non autem de noua inducenda, prout loquitur deciſio *Rot. coram R. P. D. Litta Oxomen. penſionis*, 20. *Maij* 1598. vbi etiam non fuit trãslata obligatio fideiuſſoris, quia tempore translationis penſionis iam repetiebatur extincta, cum ſecus ſit quando obligatio remanet in ſuo ſtatu, & efficacia *Rot.*
27 *coram Sanctiſſ. d. deciſ.* 60. *n.* 1. † Etenim ſubrogatum eſt eius naturæ cum re, in cuius locum ſubrogatur, & habet omnes qualitates illius *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. Rim. Iun. conſ.* 111. *n.* 4. *lib.* 2. vbi ampliat, quamuis in aliquo ſubrogatum diſcrepet, nam in alijs ſequitur illorum naturam, ſiue ſimus in vniuerſalibus, ſiue in particularibus *l. ſi donata res. §. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor. Iaſ. in l. ſi grege. col.* 2. *verſ. nono nota. ff. de legat.* 1. *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 32. *gloſ.* 1. *n.* 25. *ad fin. & in tract. le mort. ſaiſit. p.* 2. *declar.* 9. *in fin. Menoch. conſ.* 97. *n.* 157. *lib.* 1. *& conſ.* 88. *n.* 24. *eod. lib.*

E P I T O M E.

Ratificatio ſocietatis officij quid debeat cõtinere, vt præiudicet ratificanti. ¶ Et quomodo nominatio in ea ſit facienda, vt afficiat. ¶ Et quando per receptionem fructuum, ſeu petitionem ſortis principalis ſit comprobata. ¶ Et quo caſu fructus computentur in ſortem, ſi fuerit contracta ſuper officio, quod non vacabat, niſi per obitum plurium. ¶ Verba aſſertiua, & narratiua alterius diſpoſitionis quid operentur. ¶ Et quando ad illius limites ſint reſtringenda. ¶ Notitia partis contractus an inferat ad ſcientiam totius. ¶ Et quando illa præſumatur de omnibus contentis in inſtrumento in eo, qui potuit illud legere, & eius copiam accipere. ¶ Futura quando ſint conſideranda, & ad iudicem pertineant. ¶ Societas qualiter poſſit contrahi ſuper officio alieno. ¶ Exceptio adimplementi per quem debeat opponi, & an requiratur ſpeciale mandatum. ¶ Et cui incumbat onus probandi talem defectum. ¶ Et quando poſſit adimpleri cœpto iudicio. ¶ Et an iuuet adimplementum aliquorum promiſſorum, niſi omnia adimpleãtur. ¶ Obligatus dare fideiuſſorem loco abſentis, de qua abſentia debeat intelligi. ¶ Et ad dictam renouationem faciendam an requiratur citatio perſonalis. ¶ Dies, & annus poſitus in vno folio an cenſeatur in alio repetitus. ¶ Declaratio voluntatis domini an poſſit explicari per eum, qui non habet ſpeciale mandatum. ¶ Et an illud etiam ſit neceſſarium in renunciatione, ſeu diſdicta ſocietatis, prout in illa cõtrahenda. ¶ Agens ex contractu ſuo nomine celebrato, an illum approbet vnà cum perſona, quæ geſſit. ¶ Proſecutio iudicij cœpti per procuratorem non legitimum quam ratificationem inducat. ¶ Filiusfamilias in bonis eccleſiaſticis an habeatur pro patrefamilias, & ligetur ſtatuto Vrbis.

S V M M A R I V M.

1 *Forma conuentionis eſt ſeruanda.*
2 *Ratificatio ſocietatis officij quid debeat continere, vt præiudicet ratificanti. & n.* 10.
3 *Scientia de omnibus contentis in inſtrumento præſumitur in eo, qui potuit illud legere, & eius copiam accipere.*
4 *Aſſertio contraria veritati non præiudicat.*
5 *Factum extra tempus non iuuat, & æquiparatur non facto.*
6 *Nominatio in ſocietate eſt intimanda, vt afficiat.*
7 *Decretum irritans tollit omnes iuris effectus, & cuncta, quæ in contrarium fiunt ligando tam ſcientes, quàm ignorantes. & n.* 22.
8 *Contractus non debet claudicare, maximè inter ſocios.*

Obli-

9 *Obligatio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*

11 *Verba aſſertiua, & narratiua alterius diſpoſitionis non operantur, ſed ad illius limites ſunt reſtringenda. Declara, vt n. 12.*

13 *Receptio fructuum ſocietatis facit, vt illa cẽſeatur ratificata. n. 15. & 58. Et quid ſi in receptione adſit aliqua conditio. n. 16. & 17.*

14 *Notitia alterius partis contractus infert ad ſcientiam totius, quando tractatur de ſcriptura continente totam diſpoſitionem.*

18 *Fructus ſoluti in ſocietate quando computentur in ſortem, ſi fuerit contracta ſuper officio, quod non vacabat, niſi per obitum plurium. n. 19. & 20.*

21 *Officium debet vacare per mortem eius, in cuius vita reſidet ſocietas ad hoc, vt illa ſit valida.*

23 *Futura, quæ poſſunt eſſe, & abeſſe non ſunt conſideranda, nec de eis debet aliqua mentio fieri.*

24 *Tractus futuri temporis non pertinet ad Iudicem.*

25 *Societas quando poſſit contrahi ſuper officio alieno. & n. 26.*

27 *Adimplementum inuat, quamuis fiat capto iudicio ante factam oppoſitionem.*

28 *Scriptura non recognita nullam fidem facit, & de non recognitione ſemper poteſt opponi, etiam in allegationibus iuris. n. 29.*

30 *Fides obitus extracta parte non citata nihil probat.*

31 *Obligatus dare fideiuſſorem loco abſentis non tenetur, niſi pro abſentia longa.*

32 *Abſens animo ſtatim reuertendi habetur pro præſente.*

33 *Perſona dicitur eſſe in loco, vbi amat potius quam vbi animat.*

34 *Non mutans mentem non dicitur mutare ſedem.*

35 *Mors non præſumitur, niſi legitimè probetur.*

36 *Cauſa renouationis fideiuſſoris propter abſentiam, & obitum eſt probanda cum citatione perſonali ad hoc; vt poſſit quis dici in mora conſtitutus ob tale non implementum. & n. 37. Declara, vt n. 46.*

38 *Ignorans non dicitur contemnere, aut contrauenire.*

39 *Declaratio voluntatis domini non poteſt explicari per eum, qui non habet ſpeciale mandatum.*

40 *Exceptio implementi non opponitur, niſi per eum, cui eſt implendum, vel per alium ab eo ſpecialiter deputatum.*

41 *Non adimplens aliquid ex promiſſis non acquirit lucrum ex contractu ſocietatis, quem non adimpleuit, quamuis in alijs adimpleuerit. & n. 43.*

42 *Fruſtra petit, qui quod debet non impendit.*

44 *Defectus non implementi non eſt probandus à ſocio dante pecunias, ſed à recipiente, qui lucrum prætendit. & n. 45.*

47 *Interpellatio iudicialis facit, vt pars teneatur magis illi credere.*

48 *Dies, & annus poſitus in vno folio cenſetur repetitus in alio habente ordinatam conſequentiam.*

49 *Speciale mandatum an requiratur ad renunciandum ſocietati.*

50 *Mora regularis, ſeu irregularis quando requiratur ad hoc, vt non obſtet exceptio non implementi.*

51 *Societas officij dicitur ratificata per petitionem pretij, ſeu ſortis principalis. n. 57. & 59.*

52 *Declaratio mentis fit tàm verbis, quàm facto, immò magis facto, quàm verbis.*

53 *Agens ex contractu ſuo nomine celebrato non poteſt amplius illum impugnare, itaut cenſeatur etiam approbare perſonam, quæ illum geſſit.*

54 *Ratihabitio magis inducitur in actu iudiciali. n. 55.*

56 *Proſecutio iudicij cœpti per procuratorem non habentem mandatum inducit ratificationem omnium per eum geſtorum.*

60 *Filiusfamilias in bonis eccleſiaſticis habetur pro patrefamilias, & non ligatur ſtatuto Vrbis.*

61 *Appellatio non admittitur in executiuis.*

CAPVT DCCCCXLIV.

SOcietas, de qua agimus, eſt ſuper lucrata, quia fuit inita die 20. Iulij 1617. ſuper periculo vitæ perſonæ nominandæ infra quindecim dies, & interim ſuper periculo vitæ Franciſcæ, & cũ nulla ſecuta fuerit nominatio, & Franciſca obierit, pecuniæ ſunt
1 amiſſæ iuxta formam conuentionis, † quæ in primis eſt ſeruanda tanquam ex ea animus contrahentium reguletur *l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſit. Aff. deciſ. 393. n. 3. Roland. conſ. 61. n. 9. lib. 2.*

Neque obſtat, quod iſta ſocietas fuerit ratificata ſuper periculo vitæ Abbatis ſuper quo currebat prima ſocietas 30. Maij 1613. in cuius renouationem fuit facta iſta ſub die
2 20. Iulij 1617. † Quia inſtrumentum ſocietatis, quod prætenditur ratificatum, non loquitur de periculo vitæ Abbatis, ſed tantum in eo reſeruatur facultas Franciſcæ nominandi periculũ vitę infra quindecim dies, & interim ſuper periculo vitæ ipſius Franciſcæ, vnde quamuis ratificans ſimpliciter dicat renouationem fuiſſe factam ſuper periculo vitæ Abbatis, non præiudicat parti, cum aliud appareat ex inſtrumento, cuius tenor erat inſpiciendus per ratificantem, cum eſſet in poteſtate ipſius legere, & co-
3 piam accipere, † itaut ex hoc præſumatur ſcientia, & certificatio de omnibus in eo contentis *Caſtr. conſ. 382. ſuper primo puncto dicendum eſt. poſt princ. verſ. tamen quia inſtrumentum mandati. n. 1. in fin. & verſ. non obſtat quod non fuerit ſibi lectum*

4 *lib.*1.† Et paſſim ſimiles aſſertiones non præ
iudicant veritati *l. aſſumptio. in princ. ff. ad*
municipal. l. filio quem pater. ff. de liber. &
*poſth. l. cattus.6. de iurepatronat. l.*1. *C. ſi vt*
ſe ab hæred. abſtin. Tiraq. leg. connub. 16.
*gloſ.*8. *n.*139. *in fin.*

Nec poteſt talis actus operari effectum nomi-
nationis, tanquam non factus in tempore,
5 videlicet poſt nouem dies, † quo caſu non
iuuat, cum facere extra tempus, & non fa-
cere æquiparentur *l. nec vllum. ff. de petit.*
hæreditat. l. quod ſi nolet. §. mancipium.
ff. de ædilit. edict. l. qui clauum. §. ſciendum.
eod. tit. maximè, quia etiam erat facienda
6 intimatio, † iuxta *reformationem Sanctiſ-*
ſimi de notarijs Vrbis §. idemque ſeruetur.
cum alias non facta intimatione, non ſuffra-
getur talis nominatio, ſtante præſertim de-
creto irritanti, de quo in dicta reformatio-
ne, quod inficit, & irritat omnia, quæ in
7 contrarium fiunt, † tollendo omnes iuris effe-
ctus *c. ſi eo tempore. de elect.* in 6. *Caſſador.*
*deciſ.*1. *n.*8. *de reſtitut. ſpoliator. Gomeſ. de*
triennali. q. 49. *n.* 3. *Put. deciſ.* 50. *n.* 2. *&*
*deciſ.*396. *lib.*1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 149. *n.*2. *p.*2.

Cum etiam hoc concernat euitationem frau-
dum, quæ poſſent contingere, ſi non fierent
tales intimationes, nam eſſet in poteſtate
ratificantis in caſu obitus Abbatis velle pe-
riculum vitæ ipſius, qui ratificat, & non Ab-
8 batis, † quod eſſet contra æquitatem, ſecun-
dum quam contractus non debet claudicare,
maximè inter ſocios, inter quos eſt ſeruanda
æqualitas *l. ſi non fuerit. §. ariſto. ff. pro ſo-*
cio. l. verum. in princ. ff. eod. tit.

Nec poteſt ex aduerſo agi in vim primæ ſocie-
tatis, cum illa fuerit extincta, & pro ſolu-
tione pecuniarum vigore illius debitarum
facta altera ſocietas, & ſecuta ſatisfactio,
9 itaut obligatio ſemel extincta † non poſſit
amplius reuiuiſcere *l. qui res. §. aream.*
ff. de ſolutionib. Card. Mantic. de tacit. &
*ambig. conuent. lib.*22. *tit.*34. *n.*9.

Neque obſtat, quod ratificatio ſocietatis nihil
operetur, quaſi fuerit ratificata quatenus
contracta, & renouata ſuper periculo vitæ
Abbatis, prout erat prima, quæ fuit inita
10 ſuper periculo vitæ eiuſdem Abbatis, † Quia
iſta conditio non legitur in ratificatione, de
qua agimus, cum ſolum ſocietas fuerit rati-
ficata ſimpliciter, cum aſſertione, quod ſo-
cietas ad eius fauorem contracta erat ſub
periculo vitæ Abbatis, quod tamen contra-
dicit inſtrumento, in quo tale periculum
non adeſt, ſed ſolum fuit expreſſum pericu-
lum vitæ ipſius contrahentis, vnde huiuſ-
modi aſſertio non præiudicat accipienti pe-
cunias, qui ſub alio periculo contraxit, &
imputet ſibi pars, quæ talem aſſertionem
fecit non perquirendo illud, quod tenebatur
11 perquirere, † cum non ſtetur verbis aſſerti-
uis, & narratiuis alterius diſpoſitionis, quæ
nihil operantur, ſed ad limites prioris di-
ſpoſitionis debent reſtringi *Bero. conſ.* 171.
*n.*10. *&* 35. *ad med. lib.*2. *poſt Gloſ. in clem.*1.
in verb. feciſſe narramus. in fin. de probat.
Felin. in c. cum à nobis. 28. *de teſtib.* Con-
traria autem procedunt, quando verba eſ-
ſent conditionaliter enunciata, ſeu prolata,
12 tunc enim † non inducerent diſpoſitionem
l. ex facto etiam. 19. *ff. de hæredib. inſti-*
*tuend. Alex. conſ.*126. *n.*3. *lib.*5. *& conſ.*178.
*n.*17. *lib.*2. Vnde cum non adſit in caſu no-
ſtro aliqua ratificatio conditionalis, ſed pu-
ra, & ſimplex, quamuis aliud aſſeratur, de-
bet attendi, quod in principali inſtrumento
fuit verè expreſſum, omiſſa dicta aſſertione,
quæ nihil probat *c. ſi papa. de priuileg. in* 6.
Alex. conſ. 74. *n.*13. *lib.*4.

Minus obſtat, quod ſocietas, de qua agimus
fuerit inita per Notarium abſente Franciſca,
Quia conſtat de ratificatione per receptio-
nem fructuum tam primi, quàm ſecundi ſe-
13 meſtris, † quæ receptio ſufficit ad hoc vt ſo-
cietas dicatur ratificata, cum per illam exa-
ctionem commodum percipiat, quod facit,
vt contractus ſit approbatus latè *Surd.* qui
multis ſimilibus comprobat *conſ.* 28. *n.* 18.
vſque ad 25. *lib.* 1.

Maximè, quia in ratificatione, & receptione
fructuum ipſa Franciſca narrat omnes cir-
cumſtantias, & qualitates in dicta ſocietate
contentas, videlicet officium, ſuper quo illa
fuit inita, fideiuſſores, qui in ea interuene-
runt, recognitionem ſocij, & alia omnia ad
eam pertinentia, itaut ex iſtis colligatur
14 vera notitia ſocietatis, † cum tamen ſuffice-
ret, vt quis ſciat aliquam partem contra-
ctus, cum ex notitia alicuius partis infera-
tur ad ſcientiam totius quando tractatur de
ſcriptura continente totum contractum, ſeu
diſpoſitionem tàm vltimæ voluntatis, quàm
inter viuos *l. non eſt ferendus. ff. de tran-*
ſact. Bart. in l. cum hæres. ff. de liberat. le-
gat. Tam circa qualitates, quàm omnia alia
accidentia ipſius diſpoſitionis *Cephal. conſ.*
218. *n.*14. *Surd. conſ.*150. *n.*31. *lib.*1. vbi te-
ſtatur de communi, & veriori opinione.

Et tollitur omnis difficultas, quia in receptio-
ne ſecundi ſemeſtris, nulla adeſt aſſertio,
15 cum ſimpliciter † fuerint recepti fructus ſo-
cietatis, de qua agimus, vnde etiam ſim-
pliciter fuit contractus ratificatus, cum hoc
operetur talis receptio, vt dictum eſt *Bald.*
in ſpecie *conſ.*184. *ad intelligentiam. lib.*4.
quem ſequitur *Natt. conſ.*45. *n.*10. *poſt med.*
& conſ. 341. *n.*3. *Anchar. q.*38. *n.*4. *Tiraq.*
de conſtit. poſſeſſ. p. 3. *limit.*30. *n.*12. *Bellon.*
conſ. 15. *n.*11. *Vant. quib. mod. ſentent. de-*
fend. poſſ. n. 103. *in princ. Menoch. de re-*
cuper. poſſeſſ. remed. 16. *n.* 119. *Surd. conſ.*
28. *n.* 21. *lib.* 1. *Caualcan. de tutor. n.* 147.
Dec. conſ. 296. *non patitur. n.*2. *in fin.*

Nec eſt dicendum, quod Franciſca deciperc-
tur, ſi periculum curreret ſuper alia vita,
quàm ipſa aſſeruit, Quia iſta deceptio non
ori-

Digitized by Google

oritur ex facto illius, qui eum ea contraxit,
ſed ex ſua negligentia, quæ ſicut nominauit
periculum vitæ Abbatis poſt primam ſocie-
16 tatem contractam, † ita etiam erat in eius
facultate ſimilem nominationem facere, &
ſic ſibi imputet pars, quæ talem aſſertionem
fecit contra inſtrumentum, non perquirendo
illud, quod tenebatur perquirere, cum po-
tuiſſet percipiendo fructus conditionaliter
exprimere quatenus ſocietas curreret ſub
periculo vitæ Abbatis, tunc enim potuiſſet
ſe iuuare ex tali ratificatione conditionali,
quæ non haberet locum, niſi huiuſmodi con-
ditione impleta *Alex. conſ. 126. n. 3. lib. 5.* cum
17 ſecus ſit in caſu noſtro, † in quo nulla adeſt
conditio, aut nominatio facta in tempore
præuia intimatione, prout requiritur, itaut
non ſit attēdendum, quod aſſeritur, ſed quod
verè fuit geſtum *Alex. conſ. 74. n. 13. lib. 4.* &
ſic ratificatio operabitur ſuum effectum
etiam abſente parte *Bart. in l. pomponius. ff. de negot. geſt. Natt. conſ. 45. n. 11.* Et ita
ex prædictis fuit iudicatum, quod ſit factus
lucro iſtius ſocietatis, vt in ſententia deſu-
per lata, cui pars acquieuit.

Quo vero ad alias ſocietates, ſuper quibus fuit
latè diſputatum, concludendum eſt, quod
illæ reſoluantur in mutuum, ideo fructus ſo-
luti per recognoſcentem bonam fidem ſint
18 computandi in ſortem, † ſumus enim in of-
ficio non vacabili, cum illud fuerit conceſ-
ſum per Sanctiſſimum duobus minoribus, &
alteri maiori, & cuilibet ipſorum inſolidum
quo ad vixerint, itaut illud communiter, &
pro indiuiſo, vel alias, prout bene viſum
fuerit patri dictorum minorum, & vnius
opera tantum exerceatur cum decreto ad
fauorem eiuſdem patris, dummodo officium
prædictum per obitum, vel priuationem di-
ctorum trium vacet, & vacare cenſeatur,
quod poſtea per patrem eidem maiori in ad-
miniſtrationem fuit conceſſum, adeo vt cum
per talem adminiſtratorem fuerint contra-
ctæ huiuſmodi ſocietates illæ non ſubſiſtant,
19 tanquam initæ ſuper officio cōmuni, † quod
per obitum ipſius non vacabat, nam ad va-
liditatem ſocietatis duo requirūtur, & quod
illa non excedat verum valorem officij, &
quod officium ſit vacabile, vt periculum
ſocij dantis pecuniam compenſetur cum pe-
riculo conſocij officialis ad effectum æqua-
litatis ſeruandæ, quæ in ſocietatibus præci-
puè conſideratur *l. ſi non fuerit. ff pro ſocio. inſtit. de ſociet. in princ.* Et ita in ſpecie
20 reſoluit † *Rot. coram Card. Lancellotto Forolinien. ſocietatis. 23. Februarij 1611. & coram R. P. D. Pamphilio Romana ſocietatis. 14. Ianuarij 1613.* quæ eſt impreſſa *poſt tract. de ſocietate officior. decif. 61. n. 1. & coram Card. Sacrato. 13. Ianuarij 1614.* im-
preſſ. *ibid. deciſ. 48. n. 25.*

Neque oberit, quod ſimus in officio vacabili,
cum illud vacet per mortem trium nomina-
21 torum in ſupplicatione, † Quia ad effectum
validitatis ſimilium ſocietatum requiritur,
quod officium vacet per mortem illius, in
cuius vita reſidet, vt per *Rot. coram R. P. D. Corduba ſeu Patrn. Romana prætenſæ ſocietatis. 1. Iulij* 1596. quæ eſt impreſſa *poſt tract. de ſocietat. officior. deciſ. 44. n. 1. iuxta conſtitutionem Pij IV. n. 60.* in qua continetur
decretum irritans, per quod datur data
certa, & ſpecialis forma irritando omnia,
quæ in contrarium fiunt, & tollendo omnes
iuris effectus, itaut nec aliquod iuris fomen-
tum habeant, operando nullitatem actus ab
initio, continendo inhibitionem in ventre
22 implicitam, ligando tam ſcientes, † quàm
ignorantes quo ad nullitatem geſtorum in
contrarium *Abb. in c. cæterum. de reſcript. Caſſad. deciſ. 12. n. 4. & 5. ſuper regul. Gomeſ. de annal. q. 5. ad fin. & q. 23. n. 4. Ferret. conſ. 314. n. 10. lib. 2.* cum alijs latè per
Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 67. n. 12. vſque ad 22.

Nec facit, quod poſſit dari caſus vacationis
per mortem aliorum nominatorum in in-
ſtrumento, itaut poſtea dicatur vacare offi-
cium per obitum ipſius officialis, qui ſuper
23 eo contraxit ſocietatem, † Nam futura, quæ
poſſunt eſſe, & abeſſe non ſunt conſideranda,
itaut neque de illis ſit facienda aliqua men-
tio *l. ſciendum. §. ſi fundum. vbi Gloſ. in verb. poſſit. ff. qui ſatiſdar. cogant. Felin. in c. in noſtra. 32. col. 14. ante med. corollar. 7. de reſcript. poſt Rot. deciſ. 21. n. 5. de præb. in nou. Gomeſ. regul. 7. de non tollend. iur. quæſ. q. 4. n. 7. Put deciſ. 97. n. 7. lib. 2. Gonzal. ad reg. 8.*
24 *gloſ. 45. §. 1. n. 43. vſque ad 49.* † vbi etiam,
quod iſte tractus futuri temporis ad Iudi-
cem non ſpectat *l. 1. §. 1. ff. de vſur. l. ateius ait. 14. §. in hoc iudicium. ff. de aqu. pluu. arcend. l. non quemadmodum fideiuſſoris. 35. vbi Gloſ. in verb. non poſſe. ff. de iudic.*

Et ita etiam intelligitur, quod dicunt Docto-
res de ſocietate, quæ poteſt fieri ſuper officio
25 alieno, † nam hoc eſt verum dummodo ta-
men officium vacet per mortem illius, qui
contraxit talem ſocietatem, prout eſt in il-
lis, quibus fuit reſignatum officium cum de-
creto, vt dixi *ſupr. c. 138. n. 16. vſque ad verſ. in alio tamen.* cum alijs per *Borcac. de ſociet. officior. n. 204. vſque ad 210.*

Ideo in Bulla Leonis X. ſuper ſocietatibus of-
ficiorum Romanę Curiæ edita de anno 1514.
26 diſponitur, † vt recipientes pecunias ad ſo-
cietatem illas lucrentur, ſi moriantur, qui
dederunt eaſdem pecunias, aut ſinguli alij
tunc ab eis nominati, & è contra ſi officiales
recipientes tales pecunias obierint, eorum
hæredes, aut fideiuſſores ſortem receptam
reſtituere teneantur, & ſic inter iſtos ſocios
cenſebitur contracta ſocietas ſuper officio,
quod ſtatim vacet ſecuta morte officialis,
non expectato alterius obitu *Caſtracan. de ſocietat. officior. c. 3. n. 2. & 3. & c. 9. n. 14.*

In alia autem cauſa concernente materiam ſi-
milium

milinm ſocietatum videbatur dicendum,
quod per obitum Adriani fuerit factus locus
lucro pecuniarum receptarũ ad ſocietatem
officij per Robertum, vnde iniuſtè fuit rela-
xatum mandatum pro reſtitutione earum-
dem pecuniarum, quod non poteſt iuſtificari
ſub prætextu non adimplementi, cum appa-
27 reat, † quod acceſſerunt omnes fideiuſſores
iuxta promiſſionem, de qua in inſtrumento,
itaut ſufficiat etiam adimplere cæpto iudi-
cio ante factam oppoſitionem Menoch. de
arbitrar. q.16. n.6. Alex. conſ.27.col.1.lib.1.
Socin. in l.2. ad fin. C. de pact. Bellon. conſ.
24. n.4. Graſſ. except.13. n.56.

Neque poterat obeſſe altera prætenſa exceptio
non adimplementi propter non renouatio-
nem vnius fideiuſſoris abſentis, & alterius
28 prædefuncti, † Nam quo ad abſentiam, de
illa non conſtat, cum littera miſſiua ſcripta
in Ciuitate Neapolis, & transmiſſa ad Vr-
bem per fideiuſſorem non fuerit recognita,
prout requirebatur ad hoc, vt fidem faciat
c.2. de fid. inſtrum. l. inſtrumenta. C. de pro-
bationib. Oldrad. conſ.1. n.3. Rot. deciſ.143.
29 n.3. p.2. in recentiorib. † vbi quod ſemper de
hoc poteſt opponi etiam in allegationibus
iuris Rot. coram Cardin. Sacrato Bracaren.
iuriſpatronatus. 28. Nouembris 1601. Cum
etiam deberet produci dicta fides abſentiæ
30 parte citata, † alias nihil probat Bart. in
l. ſi quidem. C. ſolut. matrimon. Socin. Iun.
conſ.26. n.12. lib.2. Oſaſc. deciſ.108. n.5.

Et quatenus etiam littera fuiſſet recognita,
non ſufficeret, quia non ex hoc dicitur pro-
bata abſentia, quæ ad hunc effectum debet
31 eſſe longa, & non animo redeundi, † ſi enim
non fuerit talis, obligatus ſubrogare alium
loco abſentis non tenebitur hoc facere, prout
eſt in caſu noſtro, in quo abſens reliquit pro-
prium domicilium, cum omnibus ſuis facul-
tatibus, neque receſſit ab Vrbe, niſi pro mo-
32 dico tēpore animo ſtatim reuertendi, † ideo
eſt habēdus pro præſente l. poſtliminio. §. ca-
ptiuis. & l. nihil. ff. de captiu. & poſtlim. re-
uerſ. l. 3. ff. de diuort. Bart. ſing. 300. n. 1.
Menoch. de arbitr. caſ.42. n. 15. Blanc. de
compromiſſ. q.7. verſ. abſentia. n. 29. tom.3.
p.1. fol.184. Boer. deciſ.88. n.2. latè Gonzal.
33 ad reg.8. gloſ.34. n.1. vſque ad 12. † Semper
enim perſona dicitur eſſe vbi amat, videli-
cet, quo eſt reuerſura, quam vbi animat, ideſt
vbi perſonaliter reperitur Bald. in auth. ha-
bita. n.21. in fin. C. ne fil. pro patr. Cum
34 non dicatur mutare ſedem, † qui non mutat
mentem c. ſcias frater. 7. q. 1. Anchar. in
c. præſenti. n. 1. verſ. hinc dicitur. de præ-
bend. in 6.

Idem dicendum eſt de obitu alterius fideiuſſo-
ris, de quo non apparet, neque enim fuit
producta aliqua fides, parte citata, prout
erat producenda, cum mors non præſuma-
35 tur, niſi legitimè probetur † tempus mortis
Salic. in l. matrem. in fin. C. de probat. Alex.
conſ.86. n.9. ad med. lib.2. Dec. in rubr. C. qui
admit. in 2. lect. n.17. Aim. conſ.201. n.32.
ad med. Menoch. conſ.60. n.20. & 21. lib.1.
vbi etiam quod licet mors poſſit probari per
famam Bart. in l. ſi quidem. C. ſolut. matrim.
Dec. conſ.575. n.2. Tamen teſtes deponentes
de fama mortis debent eſſe omni exceptione
maiores, & quod audiuerint à fide dignis
Aim. conſ.249. n.14.

Amplius, quamuis etiam conſtaret de morte,
& abſentia, Tamen non potuit relaxari man-
datum ſub prætextu non adimplementi,
Nam cum fuerit prius adimpletus contra-
ctus cum datione fideiuſſorum iuxta cōuen-
tionem in eo promiſſam, ſi poſtea exaduerſo
36 prætendatur obitus, † & abſentia eorumdem
fideiuſſorum, ob quam ſint renouandi fide-
iuſſores, non ſolum debet probari huiuſmodi
cauſa renouationis, ſed etiam eſt citanda,
& certioranda pars ad effectum, vt alius ſub-
rogari poſſit loco mortui, vel abſentis, itaut
requiratur perſonalis citatio, & interpella-
tio, ad hoc vt per illam poſſit quis dici
in mora conſtitutus, & vt contra ipſum poſ-
ſit procedi Bald. in ſpecie in l. item illa. poſt
princ. in gloſ.3. verſ. quandoque in obliga-
tione non eſt appoſita dies. ff. de conſtit. pecun.
Tiraq. de retract. lignag. §.9. gloſ.3. & vlt.
n.6. cum alijs adductis ſupr. c.708. n.8. & 9.
vbi etiam quod ita ſeruat Rot. coram R. P.
D. Pamphylio Romana fructuum & in-
tereſſe. 10. Decembr. 1614. impreſſ. per Zacch.
poſt tract. de ſociet. offic. deciſ.7. n.5. & 6.

Et multum differt, quod quis teneatur dare fi-
deiuſſores, prout promiſit in ipſo inſtrumēto
ſocietatis, & quod debeat illos renouare
37 poſtquam priores dati defecerint, † nam in
primo caſu eſt certus de ſua obligatione,
quam tenetur adimplere, ideo non eſt am-
plius certiorandus, quod non eſt in ſecundo
caſu, in quo debet ei notificari illud, ob
quod dicitur adſtrictus ad renouationem,
adeo vt non facta tali notificatione, non
poſſit dici, quod ei obſtet exceptio adim-
plementi, ad quod neſcit ſe eſſe obligatum,
38 cum ignorans † non dicatur contemnere,
aut negligere, aut contrauenire, aut non
adimplere l. ex maleficijs. §. longius. ff. de
actionib. & obligationib. l. ſi ignorans. ff.
locat. Oſaſc. deciſ.38. n.24. Surd. conſ.150.
n.42. & 44. lib.1.

Nec facit, quod licet non conſtet de declara-
tione, & interpellatione creditoris, tamen
ſatis de ea apparet, cum ſit facta per procu-
ratorem, Quia omiſſo, quod interpellatio
non fuit perſonalis, prout erat facienda ex
ſupra allegatis n.36. l. ſi dictum. 56. §. vlt.
vbi Gloſ. in verb. procuratori. ff. de euiction.
39 Reſpondetur, † neque talem declarationem,
& interpellationem afficere, cum non doceа-
tur de mandato, quod in hoc caſu debet eſſe
ſpeciale, cum agatur de declarāda voluntate
domini, qua tanquam latens in animo non
poteſt

poteſt explicari per eum, qui non eſt ſpecialiter conſtitutus ad huiuſmodi actum *Bart. & Bald. in l. actione. §. renunciare. ff. pro ſocio. Ang. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. Alex. conſ. 78. n. 14. & 15. lib. 5. Honded conſ. 38. n. 15. & 16. lib. 1.* vbi in ſpecie loquitur de diſdicta ſocietatis, & renunciatione illius, prout etiam in proteſtatione, denunciatione, & interpellatione, quæ non poſſunt fieri, niſi ab eo, qui habet ſpeciale mandatum, vel omnium bonorum adminiſtrationem iuxta *d. §. renunciare. vbi Bart. n. 1. & in l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoſcend. Caſtr. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. n. 2. in fin. ff. de nou. oper. nunciat.* & in ſpecie diſdictæ notat etiam *Felicius de ſocietat. q. 35. n. 7.* Vnde cum non conſtet de perſona legitima, quæ potuerit interpellare
40 pro adimplemento, † talis exceptio non adimplementi non oberit, tanquam illa non poſſit opponi, niſi per eum, cui eſt implendum, vel per perſonam ab eo ſpecialiter deputatam *Alex. conſ. 127. n. 8. lib. 7. Dec. conſ. 452. n. 10. Graſſ. except. 13. n. 48. Menoch. conſ. 1. n. 370.*

In huiuſmodi cauſa Romana ſocietatis ſcutorum mille fuit per Signaturam retardata executio, & commiſſa cauſa Rotæ, per quam nihil fuit reſolutum; ſed reſtricta difficultas ad mandatum procuratoris, & ad alia de quibus in propoſitione *coram R. P. D. Coccino. 31. Martij 1623.* Et cum iterum cauſa proponeretur *coram eodem 24. Maij 1624.* fuit deciſum non fuiſſe factum locum lucro pecuniarum, quia licet Adrianus, ſub cuius vitæ periculo fuerat facta ſocietas, obierit, Nihilominus, cum prius deceſſerit Pacificus
41 vnus ex fideiuſſoribus, † & fuiſſet conuentum, quod in locum demortui, vel abſentis daretur alius fideiuſſor, & ſuper hoc pars fuerit interpellata, cum non adimpleuerit dando alium fideiuſſorem, non poteſt iuuari ex contractu ſocietatis, quem non adimpleuit, & ſic non fuit factus locus lucro pecuniarum *l. 1. C. de donation. l. cum propona-*
42 *mus 2. C. de pact.* Fruſtra enim is petit, † qui quod debet non impendit *c. fruſtra. de reg. iur. in 6. l. ædiles. in fin. ff. de ædilit. edict. Bald. de feud. tit. qualiter dom. feud. propriet. priu. n. 9.*

Et ſufficit, quod illud non adimplementũ fuerit in hac parte non dando ſcilicet fideiuſſorem
43 in locum demortui, † licet in alijs adimpletum fuerit *Bald. in l. iuriſgentium §. adeo. in 2. notab. ff. de pact. Dec. in d. l. cum proponas. ſub n. 5. verſ. quarto ampliatur. Put. deciſ. 353. in fin. lib. 3. in nou. Surd. conſ. 101. n. 2. & conſ. 369. n. 26. Menoch. conſ. 1. n. 308. Dec. conſ. 45. n. 6.* latè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 16. n. 18.*
44 *Rot. deciſ. 242. n. 3. p. 2. in recent.* † Defectus enim non implementi non debet probari à ſocio, qui dedit pecunias, ſed in hoc caſu, quia ab initio fuit adimpletum, ſignificato obitu fideiuſſoris ex legitima interpellatione, & ſic quod ſit factus locus pacto de dando nouum fideiuſſorem, onus probandi incumbit illi, qui lucrum prætendit *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* latè *Aim. conſ. 1. n. 10. & conſ. 248. n. 6. circa med. verſ. onus autem. Becc. d. conſ. 45. n. 18. Rip. in l. in illa. n. 15. ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 11. n. 8. verſ. & hoc niſi allegetur. lib. 2. Rot. deciſ. 361. p. 4. & deciſ. 362. n. 2. p. 1. in recentior.* & fuit dictum in cauſa *Calaguritana Capellæ. 14. Nouembris 1592. coram bo. mem. Gy-*
45 *pſio.* † & in terminis ſocietatis officij per ſimiles rationes dicit *Caſtracan. de ſociet. offic. c. 68. n. 10. in fin. & n. 15. & 31. & c. 69. n. 6. & 7. Pacific. de Saluian. inſpect. 5. c. vnic. n. 159. & 162.* & pariter in terminis fuit reſolutum in cauſa *Romana pecuniaria 2. Decembris 1596. coram bo. mem. Penia, & in alia Romana ſocietatis offic. 2. Iunij 1608. coram bo. mem. Cardin. Lancellotto iunior. quæ habetur apud Pacific. de Saluian. ſub. n. 305. & 307.*

Quod autem fuerit ſignificatus obitus Pacifici fideiuſſoris, patet ex interpellatione iudiciali, quæ licet fuerit facta domi dimiſſa copia, in hoc tamen caſu ſufficit, & etiã dato, & non conceſſo, quod requiratur interpella-
46 tio perſonalis, † cum poſtea pars comparuerit in iudicio etiam ſuffragatur *Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in nou. Aegid. deciſ. 364. Sarnen. in reg. de ann. quaſt. 65. & 76. Achill. deciſ. 7. n. 1. de dol. & contum.* quia cum in locum demortui eſſet dandus alius fideiuſſor, ſat fuit, quod obitus Pacifici per interpellationem fuerit ſignificatus *Bart. in l. non ſolum. §. morte. n. 48. verſ. ſed ſi eſſet. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi quod quando quis tenetur aliquid facere poſt obitum alicuius, ſufficit, quod illi obitus fuerit denun-
47 ciatus, † maximè cum hæc fuerit interpellatio iudicialis, cui pars tenebatur credere *Bart. vbi ſupr. n. 35. verſ. quandoque talis. & ibi Iaſ. n. 29.* Et hæc de plano quotidie procedunt, quia parti interpellatæ ad dandum nouum fideiuſſorem in locum demortui Iudex præfixit terminum quindecim dierum, & tale decretum fuit illi intimatum, & pars nihil oppoſuit de obitu. Et ceſſat omnis difficultas, quia fuit producta fides Parochi de obitu Pacifici, cui pars videtur acquieuiſſe, cum nihil in ſpecie deduxerit contra ipſam, & quamuis à tergo non adſit
48 adnotata productio, ſufficit, † quod adnotatio fuerit facta ſuper epiſtola inſimul cum dicta fide producta *Bald. in l. ſi quis. 6. §. ſi initium. n. 1. ff. de eden. Iacob. de S. Greg. ibid. n. 8. in fin.* qui dicunt, quod annus conſul, & dies poſitus in vno folio cenſetur repetitus in alio habente ordinatam conſequentiam.

Nec poteſt dubitari, quin hæc omnia fuerint geſta

geſta à legitimo procuratore, primo, Quia
49 ad prædicta peragendum † non erat neceſſarium ſpeciale mandatum, iuxta notata per
Bart. in l. actione. 66. §. renunciare. ff. pro ſoc. Honded. conſ. 38. n. 16. lib. 1. Felicius de ſociet. c. 35. n. 7. & quatenus requireretur ſpeciale mandatum, hic adeſt præſumptum, cũ procurator inſeruiret in domo ſocij, qui dedit pecunias pro procuratore, & ſolnerit pecunias notario pro recognitione epiſtolæ in actis productæ etiam per ipſum, & non repugnat, quod eſſet procurator generalis, & ſpecialis ad hunc actum.

Non obſtat, quod à principio fuerit adimpletum, & ſocius non fuerit in mora dando nouum fideiuſſorem, Quia fuit reſponſum, quod cum fuerit actum, vt ſocius in locum demortui daret nouum fideiuſſorem, ſufficit,
50 quod contractus non fuerit † in hoc adimpletus, cum ex conuentione partium habeat tractum ſucceſſiuum, quod ſocius non erit in mora. Et quidquid ſit de hoc, non refert, quia non ſumus in caſo, in quo requiratur mora regularis, vel irregularis, cum non poſſit quis lucrum facere ex eo contractu, quem non impleuit, non obſtante aliqua excuſatione, vt per *Dec. in alleg. l. cum proponas. n. 4. C. de pact.* & in puncto *Seraphin. deciſ. 225. n. 4.*

Hactenus deciſio, cuius tamen reuiſio fuit ex ſolita benignitate Rotæ conceſſa, cum multa præſupponantur in facto, quæ non verificabantur præſertim illud, quod licet non eſſet ſecuta perſonalis citatio interpellationis, tamen erat conualidata per compatitionem partis in iudicio, Præſertim, quia præſupponitur diſdictam ſocietatis potuiſſe fieri per procuratorem non habentem ſpeciale mandatum, quod tamen non ſubſiſtit, cum illimet Doctores allegati *n. 49.* contrarium expreſsè teneant, vt dixi latius *ſupr. n. 39.* ideo erit melius videndum de veritate omnium prædictorum.

In altera autem cauſa etiam Romana ſocietatis, dicebam, quod per illius diſdictam, &
51 petitionem pretij in ea contenti † cenſetur eadem ſocietas ratificata *Calcan. conſ. 22. col. 2. in fin. & col. ſeq. ad med. Aim. conſ. 159. n. 5. ad med. verſ. & magis in terminis facit. col. 3.* vbi multis ſimilibus comprobat *Cephal. conſ. 51. n. 15. lib. 1. Menoch. conſ. 98. n. 15. lib. 1.* & latius *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 118. vſque ad 125. Surd. conſ. 60. n. 11. vſque ad 14. lib. 1.*

Quorum ratio eſt, quia idem operatur decla-
52 rare mentem ſuam tàm verbis, † quàm facto *l. paulus reſpondit. ff. rem rat. haber.* Immo magis eſt facto, quàm verbis huiuſmodi declarationem facere *c. dilecti filij. il 2. vbi Dec. in 2. notab. de appellation. Anchar. conſ. 302. col. 1. Socin. Iun. conſ. 98. n. 13. lib. 1. Gozad. conſ. 101. n. 25. Gammat. conſ. 13. n. 3.* Prout regulare eſt in omnibus diſpoſitionibus, quod agens ex contractu ſuo nomine cele-
53 brato, † ſiue ex ſtipulatione negotiorum geſtoris, aut notarij, vel ſimilis ſemper dicatur illum ratum habere, itaut ſub nullo prætextu poſſit amplius impugnari *Bald. conſ. 34. n. 1. lib. 2. & conſ. 14. lib. 5. Alex. conſ. 117. n. 2. lib. 5.* cum alijs per *Tiraq. de iur. conſtitut. poſſeſſor. p. 3. limit. 30. n. 12. Surd. d. conſ. 60. n. 11. vſque ad 14. lib. 1.* vbi etiam quod per talem vſum non ſolum
54 dicitur approbatus contractus, † ſed etiam perſona, quæ illum geſſit *l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. Aim. conſ. 73. n. 14. Menoch. conſ. 23. n. 1. & 2. lib. 1. Gozad. conſ. 42. n. 19.*

Maximè, quando ſumus, prout in caſu noſtro,
55 in actis iudicialiter factis, † tunc enim magis inducitur ratihabitio *Menoch. conſ. 32. n. 5. lib. 1.* Itaut ex ſola proſecutione iudicij cæpti per procuratorem non habẽtem mandatum cenſeantur ratificata omnia per eum
56 geſta † *Innoc. in c. ex parte decani. n. 1. & 3. de reſcript. Pariſ. conſ. 48. n. 6. lib. 1.* cum alijs per *Rot. deciſ. 440. n. 2. par. 2. in recentiorib.*

Et ita in ſpecie, quod ſufficiat talis ratificatio ſocietatis, quando actum fuit ad recuperationem ſortis principalis vigore renouatio-
57 nis eiuſdem ſocietatis † fuit deciſum per *Rot. coram R. P. D. Manzanedo Romana pecuniaria. 11. Decembris 1613. quæ eſt deciſ. 345. n. 6. p. 1. in recentior.* Cum etiam ex petitione fructuum ſocietatis, ſeu illorum receptione inducatur ratificatio renouatio-
58 nis ſocietatis, † vt in voto *Card. Seraphin.* impreſſo per *Saluſt. in prax. lib. 1. c. 23. in fin. fol. 48.*

Et quatenus obſtaret defectus ratificationis, qui tamen non obſtat ex ſupra allegatis, Nihilominus idem defectus operaretur ſolum, vt fructus non poſſent exigi ad rationem duodecim pro centum, non autem vt non ſit reſtituenda ſors principalis, quæ fuit ſoluta, & pro qua ſolummodo fuit relaxatum
59 mandatum, † quod ideo deberet pro ea executioni demandari, prout in ſpecie ita reſoluit *Rot. in d. Romana pecuniaria quæ eſt deciſ. 345. in fin. p. 1. in recentior.*

Non obſtat nullitas obligationis tanquam factæ per filiumfamilias, Quia vltra quod de hoc non conſtat, ſatis eſt, vt renouatio ſocietatis, de qua agimus, fuerit facta poſt obitum patris tempore, quo iam erat ſui iuris, quamuis præſupponatur etiã in facto, quod
60 ſimus in clerico, † in quo non habet locum ſtatutum reſpectu bonorum eccleſiaſticorũ, tanquam in eis habeatur pro patrefamilias, cum ſint peculia quaſi caſtrenſia *Surd. de aliment. tit. 4. q. 11. n. 21. in fin. Lup. in rubr. de donation. int. vir. & vxor. §. 42. n. 9. vſque ad 12.* & ſæpius ita fuit ſeruatum ex multis adductis *ſupr. c. 576. n. 1. cum ſeq. & c. 723. n. 12. vſque ad 48.* Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, quia modò agitur

ex

ex inſtrumento renouationis ſacto tempore, quo ceſſanit patria poteſtas.

Ex prædictis colligitur, quod nullum adeſt
grauamen, ex quo poſſit retardari executio
61 obligationis cameralis, † ideo non erit lo-
cus appellationi in executiuis *Roland. conſ. 77. n. 1. lib. 2. Oſaſc. decif. 25. n. 19. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. n. 828. Eugen. conſ. 72. n. 52.*

E P I T O M E.

DOs minor legitima an dicatur cõgrua, ſi moribus ſit recepta. ¶ Pater an poſſit diſponere, vt filiabus volentibus contrahere matrimonium ſpirituale detur dos monachalis. ¶ Voluntas puellæ in eligendo monaſterium quomodo ſit intelligenda. ¶ Conuerſæ, ſeu ſeruitiales an ſint aſtrictæ ad clauſuram, & ad habitum, ac profeſſionem. ¶ Et an per eas augeatur numerus monialium velatarum. ¶ Dos ordinaria, ſeu extraordinaria, quæ dicatur. ¶ Et de differentia inter munera ordinaria, & extraordinaria, & ſeruos ordinarios, & Vicarios. ¶ Conſuetudo, & obſeruantia diſpoſitiua, ſeu declaratiua an reguletur à locis vicinis etiam in oneroſis. ¶ Dos, quæ datur pro ingrediente monaſterium an debeat eſſe minor, quam ſi fiat matrimonium carnale. ¶ Prælati monialium qualiter poſſint taxare dotes.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo attenditur in conſtitutione dotis.*
2 *Dos minor legitima poteſt dici congrua, ſi moribus ſit recepta. & n. 13.*
3 *Monaſterium nouiter erectum an poſſit prætendere maiorem dotem, quam ſolitam dari alijs, & quomodo hoc intelligatur. & n. 9.*
4 *Pater poteſt diſponere, quod filiabus volentibus contrahere matrimonium ſpirituale detur dos monachalis. & n. 25.*
5 *Facultates bonorum ad effectum dotis æſtimantur tempore obitus patris.*
6 *Dos ordinaria dicitur quando eſt conformis ſtatuto, & conſuetudini, & ponitur ad differentiam extraordinariæ, quæ declaratur iuxta arbitrium Iudicis. & n. 10.*
7 *Differentia qualis ſit inter ordinarium, & extraordinarium. & n. 8.*
11 *Serui ordinarij dicuntur, qui habent certum officium, quibus opponuntur Vicarij.*
12 *Munera ordinaria ſunt illa, quibus eſt data certa forma, quod non eſt in extraordinarijs, quæ non habent determinatam præſtationem.*
14 *Dos per patrem conſtituta eſt reuocanda, vt ſatisfiat creditoribus eius, qui illam conſtituit.*
15 *Prælati monialium quomodo poſſint taxare dotes. & n. 16.*
17 *Voluntas puellæ in eligendo monaſterium, qualiter ſit intelligenda.*
18 *Conuerſæ, ſeu ſeruitiales an adſtringantur ad clauſuram, & ad habitum, & ad profeſſionem.*
19 *Numerus monialium velatarum an augeatur per conuerſas.*
20 *Iudex poteſt ſe informare de conſuetudine notoria ex officio, & parte non citata.*
21 *Obſeruantia, & conſuetudo diſpoſitiua, & declaratiua regulatur à locis vicinis, etiam in oneroſis.*
22 *Dos, quæ datur pro ingrediente monaſterium debet eſſe minor, quam ſi fiat matrimonium carnale.*
23 *Nobilitas, & quantitas patrimonij, & dos conſtituta ſororibus nuptis non conſideratur in monialibus. & n. 24.*

CAP. DCCCCXLV.

IN conſtitutione dotis ſemper attenditur
1 mos, & conſuetudo regionis † *Exod. c. 22. verſ. ſi ſeduxerit. c. 1. de adulter. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edil. edict. Cuman. conſ. 46. in fin. Rimin. Sen. conſ. 339. n. 17. & 18.* cum alijs per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 21. n. 4. in fin. verſ. ſexto & vltimo. & n. 34. & 40.* vbi etiam concludit, quod magis de-
2 bet ſpectari talis conſuetudo, † quam quantitas patrimonij, ſeu legitimæ, quia dos licet ſit minor legitima, poteſt etiam dici cõgrua, ſi moribus recepta ſit *Corn. conſ. 107. n. 11. lib. 2. & conſ. 162. eod lib. & conſ. 115. lib. 3. Ruin. conſ. 56. n. 18. lib. 3.*

Quibus ſtantibus, non poteſt prætendi per Monaſterium nouiter erectum, vt detur pro mulieribus in illud ingredi volentibus maior
3 dos, † quam illa, quæ ſolet dari alijs monaſterijs, Quamuis enim pater non poſſit prohibere, vt filiæ non ingrediantur illud monaſterium, quod voluerint, Tamen ſi in tali monaſterio pro accipiendis monialibus recipitur maior quantitas dotis, quam in alijs, non debet pater grauari ad dandam maiorem dotem, quam illam, quæ iuxta conſuetudinem loci eſt ſolita dari, prout neque poſt mortem illius ſunt grauandi eius hæredes, & ſi filia vult ingredi monaſteria ad ſui libitum, augeat dotem de ſuo, & non contraueniat conſuetudini, Cum præſertim pater in teſtamento diſpoſuerit, quod filiabus volentibus contrahere matrimonium ſpiri-
4 tuale debeat dari dos monachalis, † quam declarationem poteſt idem pater facere *Caſtr. conſ. 275. n. 6. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 21. n. 35.* vbi quod ita fuit concluſum in *Rot. coram Cardin. Seraphin. Romana paragij. 24. Februarij* 1594.

Neque poteſt intelligi de alia dote monachali, quam de ſolita dari monaſterijs tunc erectis,

ctis, non autem de nuuiter erigendis cum
5 ampliori dote, † cum teſtator cogitauerit
de dote monachali, quæ vigebat tempore
ſuo, & iuxta facultates, & valorem bono-
rum, quæ communiter æſtimabantur tem-
pore obitus eiuſdem patris *Pariſ. conſ. 16.
n. 82. lib. 2.*

Quod magis procedit in caſu noſtro, quia per
decretum Sacræ Congregationis fuit man-
datum, quod tales puellæ ingrediantur mo-
6 naſterium cum dote ordinaria, † quæ tunc
dicitur talis, quando eſt conformis ſtatuto,
ſeu conſuetudini, cum ponatur ad differen-
tiam extraordinariæ, quæ non habet certam,
& determinatam taxationem, ſed extra or-
dinem. & iuxta arbitrium debet declarari
*l. penult. vbi Gloſ. in verb. eadem. ff. de
præuaricatorib. l. 1. & 2. ff. eod. tit. l. 1. cum
ſeq. ff. de crimin. ſtellionat. Rebuff. in l. pu-
pillus. 239. §. munus. col. 8. in fin. verſ. hinc
dicitur. & verſ. quandoque lex dicit. ff. de
verbor. ſignific. fol.* 1055.

Prout paſſim ordinarium dicitur, quod eſt ſoli-
tum, & aſſuetum, ſecundum ordinem, & re-
7 gulas iuris, † & conſuetudinis compoſitum
l. in cauſa. la 2. ff. de minorib. Cum contra-
rio modo vocetur extraordinarium, quod
præter regulas, & conſuetudines, & ſolitum
8 ordinem eſt concinnatum † *l. 3. ff. de crimin.
expilat. hareditat. l. creditores. & l. pecunia.
§. perſecutionis. ff. de verb. ſignificat. Re-
buff. in d. §. munus. col. 6. poſt med. verſ.
ordinarium. & verſ. contrario. fol.* 1053.
iuxta *l. 1. ff. de extraordin. cognit.* cum ſi-
milibus, de quibus per *Pratei. in lexic. iur.
in verb. ordinarij. & in verb. ordinarium.
fol. 144. Gregor. Tboloſ. ſyntagmat. iur. p. 3.
lib. 47 c. 6. n. 6. 7. & 8.*

Quæ dos ordinaria magis debet intelligi de ſo-
9 lita dari alijs monaſterijs, † quia in Synodo
diœceſana celebrata anno 1591. fuit ſtatu-
tum, quod dos monialium aſcendat ad ſcuta
tercentum, quæ taxatio fuit ſemper obſer-
uata vſque ad præſentem diem, adeo vt cum
Sacra Congregatio modò præcipiat, quod
attendatur in huiuſmodi monachatione dos
ordinaria, ſit intelligendum tale præceptũ,
de dote certa, & ſtabilita, & conſuetudine
10 recepta, † prout ſignificat hoc verbum or-
dinaria *l. ſeruum quoque. 33. §. ex contra-
rio. in fin. ff. de procuratorib. l. ſi ſeruus. 18.
cum duab. leg. ſeq. ff. de pecul. Theophil. in-
ſtit. quod cum eo. §. cum autem.* Vbi de or-
dinarijs ſeruis, qui habent certum, & deter-
11 minatum officium, † & miniſterium in fa-
milia, quibus opponuntur Vicarij *Prateius
in lexic. iur. in verb. ordinarij. fol. 144.*
Prout etiam dicimus de muneribus ordina-
rijs, quæ dicuntur illa, in quibus à lege, vel
12 à Principe eſt data certa, † & particularis
forma, quidquid ſit in extraordinarijs, quæ
non habent præſtationem determinatam,
neque certam formam *l. 1. C. de vacat. publ.
mun. lib. 10. Bart. in l. 2. ff. de iur. immunit.
Bald. conſ. 112. n. 6. lib. 2. Abb. in c. non
minus. de immunitat. eccleſ.* cum alijs per
Bertazol. clauſ. 21. gloſ. 10. & 11.

Quæ dicuntur de legitima non obſtant, quia
facta æſtimatione bonorum, & habita conſi-
deratione liberorum, & aliorum quorum in
huiuſmodi deductione eſt habenda ratio, ta-
lis legitima non aſcendit ad dotem, quæ
13 per Monaſterium nouum prætenditur, † Cum
etiam, vt dictum eſt, dos congrua intelliga-
tur minor legitima, quando ita ſe habet
conſuetudo regionis, prout vltra ſupra alle-
gatos *n. 2.* tenet *Cuman. conſ. 46. in fin. Dec.
conſ. 276. n. 1. Socin. Iun. conſ. 83. n. 9. lib. 3.
Aim. conſ. 552. n. 23. Decian. conſ. 32. n. 5.
lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 12. tit. 22. n. 31. ad med.* Quid-
quid aliud teneat *Menoch. conſ. 8. n. 9. lib. 1.*
Quia contrarium voluit *conſ. 247. n. 43. lib.
3. Pariſ. conſ. 63. col. vlt. n. 52. lib. 2. Roland.
conſ. 85. n. 16. lib. 1.*

Nec facit obiectum de dote materna, Quia
cum mater promiſerit in ſubſidium filiabus
nuptis dotem de ſuo, detrahendum eſt hoc
14 debitum ex eius hæreditate, † ſtante enim
ære alieno, non poteſt filia aliquid petere
pro eius dote à parentibus, immo ſi eſſet
conſtituta dos, deberet reuocari, vt ſatiſ-
fiat creditoribus, in quorum præiudicium
non poterat conſtitui *Bald. in l. vlt. n. 10.
C. de dot. promiſſ. Roman. in l. 1. n. 10. ff. ſo-
lut. matrimon. Iaſ. in §. fuerat. n. 116. inſtit.
de actionib. Menoch. conſ. 1078. n. 8. lib. 11.*

In alia autẽ cauſa, in qua agebatur, an dos con-
ſtituta eſſet moderanda, videbatur conclu-
15 dendum affirmatiuè, † Quamuis enim Præ-
lati monialium poſſint taxare dotes, Tamen
huiuſmodi taxatio non debet fieri ſecũdum
facultates Monaſterij, & nobilitatem, ſeu
ignobilitatem puellarum, ſed iuxta con-
gruam ipſarum ſuſtentationem, & ſecundum
loca, & tempora, & perſonas, vt latè decla-
rat *Roderic. quæſtion. canonic. & regular.
tom. 2. q. 48. art. 3. & 4.*

Iſta autem taxatio non correſpondet dotibus
16 antiquis, & ſolitis dari Monaſterio, † nec
perſonæ in eo collocandæ, nec doti, quæ de
præſenti ſolet dari, cum fuerit taxata ad
ſcuta octingenta, quæ eſt exceſſiua reſpectu
virginis collocandæ, in cuius electione non
eſt ingredi quodcumque monaſterium ſibi
viſum, niſi cũ dote conſtituẽda de ſuis bonis,
non autem de bonis hæredum, qui non de-
bent grauari in plus, quàm de iure tenen-
tur, adeo vt illis magis ſit fauendum *Bart.
in l. cum mulier. ff. de damn. infect. Felin.
in c. dilecti. col. 3. de exception. Surd. conſ.
112. n. 28.*

Et magis exceſſus apparet, cum fuerit dos ta-
xata in duplum, tanquam extra numerum,
17 cum tamen poſſit † in alijs monaſterijs re-
cipi, in quibus non eſt opus iſta duplicatio-
ne

ne dotis, adeo vt non debeat attendi volun-
tas puellæ in eligendo iſtud monaſterium, in
quo datur iſta dos duplicata, ex qua multum
grauatur pupillus hæres; Maximè, quia ne-
que in hoc monaſterio eſt danda dos dupli-
cata, cum non conſtet, quod puella in eo re-
cipienda ſit extra numerum; Nam ex decre-
to Viſitatoris fuit præfixus numerus ad duo-
decim Moniales, quæ hodie non ſunt niſi de-
18 cem, † neque talis numerus debet augeri, per
conuerſas, ſeu ſeruitiales, quæ licet adſtrin-
gantur ad clauſuram, & ad habitum, & poſ-
ſint recipi ad profeſſionem *Nauar. in c. ſta-
tuimus. n. 44. de regularib.* iuxta *Conſtitut.
Py V. & Gregor. XIII. & aliorum.* de qui-
bus per *Roder. quaſt. regular. tom. 1. q. 44.
19 art. 4. fol. 263.* † Tamen de conſuetudine
multorum locorum iſtæ Conuerſæ non ha-
bentur in conſideratione ad effectũ augendi
numerum Monialium velatarum, prout ta-
lis conſuetudo viget in Monaſterio, de quo
agimus; & cum illa ſit notoria poteſt Iudex
de ea ſe informare, etiam parte non citata,
20 & ex officio † *Bald. in l. filiusfamilias. §. ve-
terani. ff. de procurator. & in l. iubemus.
in 4. notab. C. de iudic. Natt. conſ. 218. n. 5.
Dec. conſ. 402. n. 10. Surd. conſ. 371. n. 17.
in fin. lib. 3.*

Et quatenus in Monaſterio, de quo agimus,
non adeſſet talis obſeruantia, Tamen illa
debet regulari ab alijs Monaſterijs eiuſdem
Ciuitatis, in quibus Conuerſæ non faciunt
21 numerum, † cum in ſimilibus actibus obſer-
uantia, & conſuetudo reguletur à locis vi-
cinis etiam in oneroſis, & in conſuetudine
quoque diſpoſitiua, nedum in declaratiua
*Caſtr. conſ. 437. ſuper dictis quaſitis. in 2.
dub. lib. 2. & conſ. 372. quantum ad illam
partem. col. 2. lib. 1. Oldrad. conſ. 267. quod
domino epiſcopo. ad fin. Afſl. deciſ. 247. col. 4.
Aim. conſ. 118. n. 3.*

Neque obſtat prætenſio Monialis circa ſucceſ-
ſionem bonorum pro æquali portione cum
fratre, Quia excluditur per ſtatutum man-
dans, quod extantibus maſculis fœminæ non
ſuccedant, ſed contentæ ſint dote ordina-
22 ria, † quæ ad iſtum effectum debet eſſe mi-
nor quando datur pro ingrediente monaſte-
rium, quam ſi fiat matrimonium carnale
*Bald. in auth. niſi rogati. n. 11. C. ad tre-
bellian. Caſtr. in l. titio centum. §. 1. in fin.
ff. de conditionib. & demonſtrat. Dec. in
c. in præſentia. n. 234. de probat.* cum alijs latè
adductis per *Rot. coram Gregor. XV. deciſ.
23 63. per tot.* † ubi etiam, quod in Monialibus
non conſideratur diſtinctio nobilitatis, nec
quantitas patrimonij paterni, nec dos con-
ſtituta alijs ſororibus in ſeculo nuptis, cum
ſufficiat Monialem recipi à Monaſterio pro
alimentis tantũ, & pro ſuffragio vitæ *Bald.
in auth. res quæ. n. 13. C. commun. de legat.
Socin. conſ. 222. in fin.* & lariſſimè omnia
prædicta comprobantur per *Rot. deciſ. 480.
p. 1. in recentiorib. & deciſ. 249. n. 7. in fin.
p. 2. etiam in recentior. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuention lib. 12. tit. 21. n. 30.*
Intelligendo, vt *ibid.* per eum, & de *con-
iectur. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 18. n.
29. fol. 308.*

Ideo non debet attendi, quod ſi puella nupſiſ-
ſet viro per patrẽ electo habuiſſet maiorem
24 dotem, † Nam ex quo non nupſit, ceſſat iſta
dos, & eſt danda alia competens moniali-
bus, quæ dicitur ſufficiens, quamuis ſit mi-
nor illa, quę daretur pro nuptijs ſecularibus,
vt dictum eſt *Rot. coram Gregor. XV. d. de-
ciſ. 63. n. 7. & 8.* Cum etiam permittatur pa-
tri declarare, quod filiabus volentibus con-
trahere matrimonium ſpirituale detur dos
25 monachalis, † & minor, quam ſit illa de ma-
trimonio carnali, vt dictum eſt *ſupr. n. 4.
Rot. deciſ. 480. n. 9. p. 2. in recentior.*

EPITOME.

Confeſſio debitoris relatiua ad inſtrumentum an illi præiudicet, ſi non appareat de debito. ¶ Et quando clauſula, quod relatio habeatur in omnibus, & per omnia ad aliquam ſcripturam operetur, vt tenor illius ſit de verbo ad verbum repetitus. ¶ Reſeruatio dominij quem effectũ habeat. ¶ Notarius ſtipulãs pro omnibus, & ſingulis quorum intereſt an acquirat actionem intereſſe habenti ſine ceſſione. ¶ Sors principalis quãdo ſuccedat loco intereſſe pro ſecuritate eius, cui debet impleri. ¶ Verbum ſatisfacere quid ſignificet. ¶ Citatio domi dimiſſa copia quomodo ſit facienda, vt ſit valida. ¶ Et quando nullitas illius conualidetur per comparitionem partis, itaut etiam poſſit deueniri ad excommunicationem, non obſtante alia forma citandi data per ſtatutum. ¶ Appellatione partis quando veniat totũ, ſeu dimidia. ¶ Et quid ſi adſit incertitudo, & veriſimilis mens contrahentium. ¶ Legans eam partem domus, quam habitabat, quo caſu cenſeatur legaſſe totam domum. ¶ Iuramentum litis deciſiuum, & promiſſorium an habeat executionem paratam. ¶ Appellatione anni an veniat totus, & perfectus annus, tam in præſcriptionibus, quàm in quacumque alia diſpoſitione. ¶ Statutum loquens de penſionibus, de quibus intelligatur. ¶ Error in facto proprio de longinquo an excuſet. ¶ Iuramentum litis deciſiuum an detur, ſi adeſt præſumptio obliuionis ſpatio decem annorum. ¶ Et an requiratur exceſſus decennij. ¶ Et quando ſit prius iurandum de calumnia, antequã quis teneatur reſpondere ſuper partito litis deciſiuo. ¶ Obligatus ad aliquid faciendum an teneatur facere ante petitionem. ¶ Obliuio an debeat attendi in facto proprio alteri obligatorio, etiam ſtante antiquitate temporis.

SVMMARIVM.

1 *Verba, quod in omnibus, & per omnia relatio habeatur ad aliquod inſtrumentum operantur, vt tenor illius ſit de verbo ad verbum tranſlatus, & repetitus.*

2 *Confeſſio debitoris relatiua ad certam ſcripturam illi non praiudicat, ſi non apparet in ea aliquod debitum.*

3 *Obligatio cameralis non retardatur per appellationem.*

4 *Reſeruatio dominij habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, qua à quocumque poſſeſſore poterit auferri.*

5 *Clauſula pro omnibus, & ſingulis quorum intereſt apponitur per notarium, per quem acquiritur actio intereſſe habenti ſine aliqua ceſſione.*

6 *Tertius poteſt vti beneficio pacti per principalem appoſiti, ſi non eſt penitus extraneus.*

7 *Sors principalis ſuccedit loco intereſſe, qua eſt deponenda pro ſecuritate eius, cui debet adimpleri.*

8 *Verbum ſatisfacere eſt generale comprahendens quemcumque modum, ex quo deſiderium venditoris impleatur.*

9 *Aequiparata eodem iure reguntur, & vnum non poteſt ſtare ſine alio.*

10 *Non appellans in tempore cenſetur renunciaſſe appellationi.*

11 *Citatio domi non afficit, niſi dimiſſa copia in manibus cohabitantium, vel ſi nemo recipiat in oſtio affixa iuxta ſtatutum Vrbis.*

12 *Nullitas citationis conualidatur per comparitionem partis, ex qua poterit etiam deueniri ad excommunicationem non obſtante alia forma citandi data per ſtatutum. n. 13. & 14. Declara, vt n. 15. & 16.*

17 *Stylus citandi eſt validus, quod nuncius faciat fidem de dimiſſione copia domi ſolita habitationis abſque eo, quod dicat dimiſiſſe in manibus cohabitantium.*

18 *Citatio quomodo ſit facienda iuxta reformationem Pauli V.*

19 *Ex pluribus modis datis ad aliquid faciendum ſufficit adimplementum vnius.*

20 *Clauſula derogatoria conſtitutionis tollunt omnia in contrarium facientia.*

21 *Appellatione partis non venit totum, ſed ſolum dimidia. Fallit ratione incertitudinis, & propter veriſimilitudinem mentis contrahentium. n. 22. & 24.*

23 *Teſtator legans eam partem domus, quam habitabat, cenſetur legaſſe totam domum, ſi incertum ſit, quam partem inhabitauerit.*

25 *Iuramentum deciſiuum habet executionem paratam, ſecus autem promiſſorium, ſeu aſſertorium.*

26 *Verba partiti deciſiui ſi eſt verum, quod ſoluerit ſi aut non quando importent incertitudinē ſeu alternatiuam ſolutionis. & n. 29.*

27 *Secunda diſpoſitio verificatur ex pracedentibus, & per eam tollitur incertitudo.*

28 *Contrarietas eſt euitanda, quamuis etiam recederetur à proprietate verborum.*

30 *Statutum loquens de annis intelligitur de lapſu annorum integrorum. & n. 31.*

32 *Conſtitutio mandans ſolui penſiones an debeat intelligi ſolum de penſionibus vrbanorum prædiorum, & ædificiorum, vel aliarum rerum.*

33 *Iuramentum de calumnia an ſit praſtandum per eum, qui petit iurari ſuper partito litis deciſiuo, antequam quis teneatur ſuper eo iurare. & n. 34.*

35 *Obligatus ad aliquid faciendum non tenetur facere, niſi petatur.*

36 *Iuſiurandum litis deciſiuum an detur quando adeſt præſumptio obliuionis ſpatio decem annorum, & an requiratur exceſſus decennij.*

37 *Error in facto proprio excuſat, ſi non cadit in latam culpam, vt in negotio proprio de facto longinquo. Intellige, vt n. 38.*

39 *Obliuio nunquam attenditur in facto proprio, quod eſt alteri obligatorium etiam ſtante antiquitate temporis.*

40 *In homine multum implicato negotijs magis toleratur obliuio.*

41 *Veriſimilitudo praualet in omni materia, quàm Iudex debet attendere.*

CAPVT DCCCCXLVI.

IN venditione, de qua agimus, licet per
emptricem fuerit aſſumptum onus ſol-
uendi pro parte pretij ſcuta 450. cum aſſer-
tione, quod ſtant ad cenſum ad fauorem hæ-
redum Hieronymi, Tamen fuerunt etiam
addita illa verba, videlicet, prout de dicto
inſtrumento dixit conſtare per acta Tran-
quilli connotarij, ad quod in omnibus, &
1 per omnia relatio habeatur, † ex quibus
verbis reſultat effectus, perinde ac ſi tenor
dicti inſtrumenti eſſet de verbo ad verbum
tranſlatus, & repetitus eo modo, quo ibi
legitur, quia diſpoſitio relatiua non atten-
ditur, ſed relata, quando de ea conſtat in
tantum, quod ſi referens aliter loquatur,
quàm relatum, reſpicimus ad relatum late
*Surd. conſ. 313. n. 50. lib. 3. Pariſ. conſ. 7.
n. 5. lib. 3. Cephal. conſ. 44. n. 14. lib. 1. Menoch.
conſ. 1. n. 95. Grammat. deciſ. 59. n. 8. poſt
princ. verſ. idem voluit. Felin. in c. quoniam
abbas. il 1. quod eſt. 14. in fin. verſ. ſecundo
limita. de offic. delegat. Rimin. in l. edita.
col. 22. C. de edend. Rot. diuerſ. deciſ. 120.
n. 6. p. 1. & deciſ. 27. n. 3. & deciſ. 40. n. 6. 7.
& 11. par. 2.*

Quemadmodum è contra dicimus, quod ſi quis
confitetur ſe debitorem alicuius, prout con-
2 ſtat in tali inſtrumento, † ſi in eo non appa-
ret debitor, confeſſio huiuſmodi non pote-
rit ei obeſſe, tanquam inſpiciatur relatum,
quod prævalet ad iſtum effectum *Bald. in
l. 2. n. 4. verſ. vlterius nota. C. de error. ad-*

uo-

uocatur. Rom. conſ. 294. n. 2. poſt med. verſ. & hoc modo intelligo. & ibi latè *Mandoſ. in verb. notabiliter. Grammat. deciſ. 59. n. 9. Felin. in c. 2. n. 13. col. 7. ante med. verſ. & dicit. de reſcript. & in c. cum venerabilis. 6. col. 8. ad med. verſ. ſecunda concluſio. n. 24. de exceptionib.*

Hoc ſtante debebat emens ſoluere dicta ſcuta 450. iuxta formam inſtrumenti, ad quod fuit facta relatio, & per conſequens rectè fuit concessa executio ob retardatam ſolutionem
3 à qua non dabatur appellatio † ſtante obligatione camerali *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. n. 7. & ibi Grauat. n. 48. Ruginell. de appellat. §. 2. c. 3. Socin. Iun. conſ. 138. n. 5. lib. 3.*

Prout etiam rectè fuit conceſſum mandatum de aſſociando ob talem ſolutionem non factam, quia fuit per venditorem expreſsè reſernatum dominium, donec ſibi fuerit integraliter ſatisfactum de pretio vineæ vendi-
4 tæ, † quæ reſeruatio habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, itaut poſſit auferri à quolibet poſſeſſore, & ſucceſſore, & exerceri contra tertium eum prælatione omnium creditorum etiam anteriorum *Bald. in l. ſi titius. in princ. & in addit. ff. de ſeru. exportand. Faber. in §. vendita. inſtit. de rer. diuiſ. & in l. licet. C. qui potior. in pignor. Capoll. caut. 124. vulgaris. col. 2. Neguſ. de pignorib. par. 5. membr. 2. n. 18. Bertazol. clauſ. 15. gloſ. 4. n. 3. Rot coram R. P. D. Manzanedo Romana aſſiſtus. 23. Iunij 1606.*

Non obſtat, quod non detur actio, neque via executiua venditori vineę pro adimplemẽto ſolutionis dictorũ ſcutorum 450. quæ erant ſoluenda hæredibus Hieronymi, ad quorum fauorem fuit facta accollatio, & aſſumptum onus ſoluendi per emptricem, vnde eis competebat actio, non venditori, cui non fuit ali-
5 quod ius quæſitũ ex iſta promiſſione, † Quia in inſtrumento adeſt ſtipulatio pro omnibus, & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poſſet, vel poterit in futurum, qui modus ſtipulandi poteſt fieri per notarium *Bart. in l. 2. ff. rem pupill. ſalu. for. Pariſ. conſ. 82. n. 2. lib. 1.* vnde habẽs intereſſe poterit agere tanquam ex ſtipulatione notarij acquiratur ei ius, & actio abſque aliqua ceſſione *Dec. conſ. 407. viſis ac diligenter. n. 14.* cum alijs adductis *ſupr. c. 49. n. 17. & 18. Surd. deciſ. 219. n. 17. Couar. lib. 1. variar. reſolut. c. 14. n. 11. Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſi-pulor. n. 3. verſ. tertio fallit. vbi Alex. & alij communiter. ff. de verb. obligat.*

Maximè, quia ſumus in eo, qui non eſt peni-
6 tus extraneus, quo caſu † poteſt tertius vti beneficio pacti per principalẽ appoſiti *Caſtr. in l. 1. in princ. C. de hared. vel act. vendit.* quaſi tunc intereſt ſibi acquiri *Idem Caſtr. in l. ſi actionem. 24. in fin. C. de pact. per tex. in l. & hæredi. §. fin. ff. eod. tit.*

De intereſſe autem non dubitatur, cum ſit patens ex inſtrumento producto, ex quo clarè conſtat ſummam accollatam ſcutorum 450. eſſe debitam per ipſum venditorem vineæ ipſis hæredibus Hieronymi, quibus emptrix
7 promiſit illa ſoluere, † vnde ſtante defectu ſolutionis, nec per eam adimpletis adimplendis, loco talis intereſſe ſuccedit ſors principalis deponenda pro ſecuritate eiuſdem venditoris, ad quam conſequendam executiuè agitur *Rot. diuerſ. deciſ. 741. n. 1. p. 1. poſt Bald. in l. ſi traditio. q. 4. C. de action. empt. Ruin. conſ. 141. n. 9. ad fin. lib. 1. Rimin Sen. conſ. 297. n. 7. vſque ad 13. lib. 2.*

Nec ſubſiſtit, quod mandatum de aſſociando non poterat concedi, cum ſolum ſit reſeruatum dominium, & hypotheca donec venditori fuerit ſibi integrè ſatisfactum de pretio infraſcripto, & non alias, nec alio modo, ex quibus verbis patet, quod non poterat dari aſſociatio pro pecunia ſoluenda alteri, quàm ipſimet venditori, Quia ſatis eſt, quod talis pecunia accollata eſt pars pretij, vnde quã-
8 uis ſit ſoluenda alteri, † tamen eſt in ſatiſfactionem pretij creditori debiti, & per conſequens hoc verbum ſatisfacere tanquam generale comprehendit quemcumque modum, ex quo deſiderium eiuſdem creditoris impleatur *l. 1. ff. qui ſatiſd. cogant. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. 1. ff. de vſufruct. l. ſi rem. 9. §. omnis. ff. de pignorat. act. l. promiſſor. ſtichi. 21. §. vlt. ff. de conſtit. pecun. auth. ſi quando. C. eod. tit. Abb. in c. fin. § in alijs. in 2. notab. vt lit. non conteſtat. Rebuff. in l. ſatiſdationis. 65. col. 3. in princ. verſ. ſatisfacere. ff. de verbor. ſignificat.* Vnde ſicut datur aſſociatio pro pretio non ſoluto ipſi venditori ſtante reſeruatione dominij, ita etiam dabitur pro ſatisfactione non facta alteri, cum illa tendat ad commodum vendi-toris, & ſit pro parte pretij vineæ, in cuius
9 locum talis ſatisfactio eſt facienda, † itaut tanquam æquiparata eodem iure reguletur, & vnum non poſſit ſtare ſine altero, nulla differentia conſtituta inter vnam, & aliam rem *Gloſ. in l. ſi quis ſeruo. in verb. corrumpi. ff. de furt. & in l. quod vero contra. 13. in verb. quod vero. in fin. ff. de legib. Iaſ. in §. ex maleficijs. n. 59. inſtit. de actionib. Surd. conſ. 33. n. 28. lib. 1. & conſ. 384. n. 22. cum ſeq. lib. 3.*

Quibus additur deſertio, cum non fuerit appellatum in tempore, videlicet intra octos dies à die latæ ſententiæ computandos, quo caſu
10 cenſetur renunciatum appellationi † iuxta *Statut. Vrb. c. 168. lib. 1.* Et ita etiam per Iudicem eſt pronunciandum, vt in eodem ſtatuto *lib. 1. c. 167.* non obſtante prætenſa nullitate citationis tanquam factæ domi ſoli-te habitationis contra perſonaliter non
11 inuentum, quæ non afficit, † niſi dimiſſa ſaltem breui ſchedula in manibus cohabitantium, vel ſi nemo ſit, qui illam recipiat, in hoſtio affixa vno ſaltem teſte præſente, vt

diſponit Statut. Vrb. lib. 1. c. 51. Quia cum
pars poſt talem citationem emanatam com-
paruerit, eſt conualidata omnis nullitas ci-
tationis, & illius executionis etiam non re-
12 ctè factæ, † quaſi comparendo ſatis dicatur
certus de eo, de quo erat citandus Caputaq.
deciſ. 112. p. 1. poſt Rom. conſ. 410. n. 2. vbi
quod tali caſu non attenditur forma à lege
tradita in citando clem. cauſam. ad fin. de
election. Ruin. conſ. 61. n. 33. in princ. verſ.
hinc etiam dicitur. lib. 5. Bald. in auth. ſi
omnes. n. 8. & 9. C. ſi vt ab hæred. ſe ab-
ſtin. alias incip. ſi minor ab hæredit. ſe abſtin.
vbi loquitur in caſu ſtatuti dantis formam
in citatione Felin. in c. enm contingat. 24.
col. 7. in princ. n. 8. verſ. ſimiliter dixit. de
13 reſcript. † vbi etiam quod ex hoc poterit de-
ueniri ad excommunicationem, iuxta Rot.
deciſ. 11. de dol. & contum. in nou. Idem
Felin. in c. gratum. 20. col. 2. in fin. verſ.
ſed nota vbi agitur. vſque ad verſ. vtrum
citatio anomala. n. 4. de offic. delegat. vbi
etiam loquitur in caſu ſtatuti dantis for-
14 mam ad citandum † Marſil. in rubr. de
probat. n. 271. & in l. de vnoquoque. n. 152.
ad fin. ff. de re iudicat. Dec. in c. eum cauſa.
in 3. notab. in fin. de offic. delegat. & conſ.
449. viſis duobus. n. 8. Alex. conſ. 123. n. 3. in
fin. lib. 2. ¶ Contraria autē procedunt quan-
do citatio debet fieri non ad finem ſcientiæ,
15 ſed vt aliquid de nouo fiat per citatū, † tunc
enim formaliter eſt faciendum, quod in le-
ge diſponitur Dec. conſ. 74. diligenter pro
viribus. col. 2. ad med. verſ. ex hac enim
ſimplici ſcientia. latè Tiraq. de retract. li-
gnag. §. 9. gloſ. 2. n. 17. vſque ad 20. poſt
Bald. in l. ſi eum quæſtio. ff. de euiction.
Bart. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matrim.
& in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper.
nunciat. & in l. qui abſentem. ff. de procu-
rator. Caſtr. in l. in executione. §. in ſoli-
dum. & in l. eum ex cauſa. ff. de verb. obli-
gation. Abb. in c. fin. in gloſ. 1. de empt. &
16 vendit. † ¶ Prout etiam contraria habent
locum, niſi pars compareat, & petat con-
demnari actorem in expenſis ratione ſuæ te-
meritatis Iac. de S. Georg. in l. 1. ff. de fe-
rijs. Addit. ad Dec. in c. eum cauſa. n. 3.
de offic. delegat.

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum
citatio ſit legitima, & valida, licet non fuerit
dimiſſa breuis ſchedula in manibus cohabi-
17 tantium, ſufficit enim, † quod mandatarius
faciat fidem de dimiſſione copiæ domi ſolitæ
habitationis, prout paſſim ſeruatur de ſtylo,
qui eſt validus, & ligat non obſtante dicto
ſtatuto etiam in deciſorijs, nedum in ordi-
natorijs Bald. in l. certum. col. 4. n. 11. C.
unde legit. & in c. 2. de ferijs. Curt. in rubr.
de conſuetud. col. 4. Nicol. Milius. in verb.
ſtylus. Auffr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 115.
Rebuff. de conſuetud. vſu & ſtylo. gloſ. 13.
18 art. 2. n. 56. & 57. † Maximè, quia adeſt re-
formatio Sanctiſſimi, vbi ſtatuitur, quod re-
lationes fiant, aut perſonaliter, aut domi
dimiſſa copia, aut denique copia in domo
affixa, vt in eadem reformat. tit. de curſorib.
& mandatarijs. §. inſuper curent. verſ. vel
19 domi dimiſſa copia. † Vnde ſufficit, quod vno
ex iſtis modis fiat citatio Burſat. conſ. 225.
n. 27. lib. 2. poſt Bald. in l. conſentaneum.
n. 44. C. quom. & quand. iud. Adeo vt ſtante
tali reformatione cum clauſulis, de quibus
in ea, ſit derogatum cuicumque diſpoſitioni
20 in contrarium facienti † c. 1. de conſtitut. in
6. Felin. in c. nonnulli. n. 4. fallent. 1. de
reſcript. Rip. in c. 1. n. 55. eod. tit. Gomeſ. in
probem. regular. cancell. q. 5. in fin. Menoch.
præſumpt. 40. n. 17. cum ſeq. lib. 6. Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 9. §. 1. n. 51. Put. deciſ. 164.
n. 2. lib. 2.

Quo vero ad alterum dubium, concludendum
eſt, quod verba illa lamità del terreno pro-
lata in diuiſione, de qua agimus, ſunt acci-
pienda pro omni, & toto eo, quod debebat
redire poſt mortem Liuiæ, & ſic pro integris
21 ſalmis quadraginta, † Nam quamuis ap-
pellatione partis non veniat totum, ſed ſo-
lum dimidia l. qui ſolidum. 80. in princ. ff.
de legat. 2. l. nomen filiarum. §. portionis. &
l. rectè. §. fin. ff. de verb. ſignificat. Surd.
deciſ. 102. n. 11. & conſ. 150. n. 117. lib. 1. la-
tiſſimè Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. om-
nia vel partem. n. 8. C. de reuocand. dona-
tion. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 9. tit. 2. n. 24. Sim. de Pret. de
interpretat. vltim. voluntat. lib. 4. dubit. 7.
n. 7. fol. 388.

Nihilominus, quando non reperitur certa pars,
22 in qua iſtud verbum poſſit verificari, † tunc
ratione incertitudinis, & propter veriſimi-
litudinem mentis contrahentium, pars tra-
hit ad ſe totum, itaut ille, cui aſſignatur pars
debeat totam accipere l. vxori. 32. in princ.
ff. de legat. 3. vbi ſi teſtator leget eam par-
tem domus, quam inhabitabat, tunc veniet
23 tota domus, † ſi incertum ſit, quam partem
inhabitauerit Gloſ. in c. 2. vbi Domin. in
fin. de decim. in 6. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. omnia vel partem. n. 18. in princ. verſ.
nam quantum ad primum. C. de reuocand.
donation. Quibus adde Caſtr. in l. 2. n. 2. in
fin. vbi Sicard. n. 3. poſt princ. verſ. exem-
plum eſt. ff. de hæredib. inſtituend. Sim. de
Pret. de interpret. vltim. voluntat. lib. 3. du-
bit. 5. interpret. 1. ſolut. 1. n. 24 ad med. verſ.
& maximè. fol. 203. Rebuff. in l. nomen fi-
liarum. 144. §. portionis. col. 3. ad med. verſ.
ſexto non procedit. ff. de verb. ſignific. fol. 779.
& in l. appellatione rei. 72. in fin. verſ. ad
hæc nota. ff. eod. tit. fol. 489. Vaſq. de ſucceſſ.
progreſſ. lib. 2. in præfat. n. 62. fol. 66. Franc.
in c. 2. §. ſtatuimus. in fin. verſ. quarto li-
mita. & ibi Anchar. n. 1. verſ. quarto nota.
de decim. in 6. Aluar. in c. cum autem. col. 2.
de controuerſ. inueſtit.

In

Digitized by Google

In caſu autem noſtro iſta veriſimilitudo cum
incertitudine verificatur, quia de reſiduo
decem ſalmarum, nihil in diuiſione diſpo-
nitur, nec cuiquam alteri illæ aſſignantur,
24 vnde cum hæredes diuiſerint omnia,† & quę-
cumque inter ipſos erant communia expri-
mendo quod vnuſquiſque vult recognoſcere
portionem ſibi tangentem, conſequens eſt, vt
in parte ſalmarum, quæ contigit vni ex hæ-
redibus, cenſeantur etiam comprehenſæ aliæ
ſalmæ, de quibus nihil fuit diſpoſitum,
itaut in hoc caſu nomine partis veniat etiam
totum *l.2.C.de hæredib.inſtit.Caſſ.in.conſ.12.
n. 6. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 2. in
præfat. n. 61. fol. 66. Franc. deciſ. 45. n. 1.
Alex. conſ. 26. n. 1. lib. 4.*

Tertium dubium eſt decidendum affirmatiuè,
quod mandatum, de quo agitur, ſit exequen-
dum, quia fuit relaxatum vigore partiti de-
ciſiui delati per actorem reo conuento iuxta
diſpoſitionem *l. manifeſtæ turpitudinis. ff.
25 de iureiur.*† quod habet executionem para-
tam *Natt. conſ. 51. n. 22. Granut. theorem.
10. n. 31. poſt Bart. in l. 2. ff. de iureiur.*
quidquid aliud ſit in promiſſorio, ſeu aſſer-
torio *Socin. conſ. 120. cum in præſenti con-
ſultatione. col. 5. lib. 1.*

Neque obſtat, quod in partito dictum fuerit
*ſe è vero, ò nò che li habbi preſtato li caualli,
& ſe hà pagato ſi ò nò*, quæ verba continent
26 incertitudinem, † ſeu alternatiuam ſolutio-
nis, & conductionis equorum, itaut actor
iurans contenta in partito eſſe vera cenſea-
tur iuraſſe ſuper affirmatiua ſolutionis, Quia
iſta interpretatio non eſt admittenda, nam
præceſſit petitio certa ad ſoluendum vectu-
ras equorum locatorum, quæ fuit exaduerſo
negata, vnde cum ad probãdum incumbentia
poſtea fuerit deuentum ad partitum, & ſuper
eo iuratum, debet intelligi, quod iuramen-
tum contineat negatiuam ſolutionis non fa-
27 ctæ per Aduerſarium, † tanquam ex præce-
dentibus verificetur illa ſecunda diſpoſitio,
quo caſu incertitudo non nocet, cum ex illis
poſſit certificari *l.3. §.incertam. ff.de acquir.
poſſeſſ. l. fin. C. quæ res pignor. oblig. Surd.
conſ. 128. n. 19. lib. 1. & conſ. 121. n. 57. lib. 2.
Ruin. conſ. 127. col. 4. lib. 5.*

Etenim non poteſt alia interpretatio ſumi, niſi non
factæ ſolutionis, quia adeſſet contrarietas, ſi
prius petatur quid certum, & poſtea dicatur
28 eſſe ſolutum, † ad quam contrarietatem
euitandam verba debent potius intelligi,
quod ſint prolata in iurando non eſſe ſolu-
tum, non autem in fatendo ſolutionem,
quamuis etiam daretur impropriatio ver-
borum, quæ admittitur, vt euitetur talis
contrarietas *c. inter dilectos. §. cæterum.
de fid. inſtrument. Menoch. conſ. 2. n. 61.
Surd. conſ. 239. n. 28. & conſ. 279. n. 14.*

Et licet in partito adſint verba alternatiua ne-
gantia, & affirmantia, tamen ſemper ſunt in-
29 telligenda, † vt iurans ſuper illorum veritate
dicatur iuraſſe reſpectu eius, quod non indu-
cat correctionem illorũ, quæ prius poſuit,
cum talis præſumatur voluntas diſponentis
*Aim. conſ. 70. n. 5. poſt Cin. & Bald in l. cum
falſa. C. de iur. & fact. ignoraut. Bart. in
l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ.
48. col. 5. lib. 1. & conſ. 213. lib. 2.*

Nec facit præſcriptio oppoſita, Quia in fa-
cto non verificatur, cum petitio vltima
fit die 28. Nouembris 1623. & interpellatio
Aduerſarij, & eius reſponſio cum negatione
notitiæ perſonæ petentis iurari eſt die 19.
Decembris 1613. & ſic non eſt lapſum tem-
pus integrum decem annorum, prout requi-
ritur iuxta formam *Statut. Vrb. lib. 1. c. 159.
30 fol. 300.*† quod loquitur de annis decem pro-
ximè præteritis, quæ verba ſignificant an-
nos integros effluxiſſe, Quamuis etiam de
annis decem completis ſtatutum eſſet intel-
ligendum, licet de tali complemento non
feciſſet mentionem, cum appellatione anni
31 ſemper veniat totus, & perfectus † tam in
præſcriptione, quàm in quacumque alia di-
ſpoſitione, tanquam non poſſit dici annus in
rerum natura, ſi non eſt completus *Surd. de-
ciſ. 178. n. 8. ad med. vſque ad 14. poſt Ar-
chid. in c. fin. de iudic. in 6. Abb. in c. cum
in cunctis. in princ. de elect. Bald. in l. ex
his. in 2. oppoſ. C. quand. dies leg. ced.*

Licet etiam verius ſit, quod ſtatutum non ha-
beat locum in vecturis equorum, cum ſolum
32 loquatur de penſionibus, † quamuis enim
diſponat quo ad dominum rei locatæ, tamen
poſtea ſubdit, quod idem dominus non poſſit
petere penſiones, niſi pro decem annis; quæ
verba intelliguntur de penſionibus vrbano-
rum prædiorum, & ædificiorum, non alia-
rum rerum, vt in ſpecie notat *Paul. Roma.
de penſionib. c. 2. n. 2. tract. tom. 15. par. 1.
fol. 311.* iuxta *l. apud iulianum alias incip.
aphricanus. 40. §. 1. ff. de legat. 1.*

Nec aduerſatur, quod ante factum partitum
33 non fuerit iuratum de calumnia, † prout re-
quiritur ad hoc, vt quis teneatur reſpondere
ſuper partito, Quia hoc procedit quando
eſſet petitum, vt prius iuretur, etenim ſi non
præcedat talis petitio, non poteſt recuſari
partitum, ita in ſpecie notat *Iaſ. in l. iuſiu-
randum & ad pecunias 34. §. qui iuſiuran-
dum. n. 1. verſ. nota primo. ff. de iureiur.*
Et cum illo præſuppoſito loquuntur omnes
exaduerſo allegati, vt per *Carpan. ſuper con-
ſtitution. Mediolan. c. 100. n. 32. Pract. Pa-
pienſ. in form. libell. iuram. quod præſtat.
34 verſ. dicit & proteſtatur. n. 33.* † & benè de-
clarat *Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 50. n. 5.
Vant. de nullitat. ex defect. proceſſ. n. 29.
Mattheſil. ſing. 65. nota quod ſtatutum.
n. 11. fol. 112.*

Prout paſſim in quacumque diſpoſitione requi-
35 rente, quod aliquid fiat, † nunquam obli-
gatus ad faciendum tenetur facere, niſi pe-
tatur, etiam quod adſint verba præciſiua, &

neceſſitatem inducentia *Bart. in c. penult. de iudic.* latè *Rip. in l.4. §. hoc autem iudicium. n.1. cum ſeq. ff. de damn.infect. Bald. in l.1. C. de his quæ ſub mod. & in l.1.ſolut. verſ. quæro quid ſi legatus. C. de vſur. & fructib. legat.* cum alijs per *Surd. de alim. tit. 7. q. 19. n. 12. vſque ad* 18.

Minus obſtat, quod non detur tale iuramentum, quando adeſt præſumptio obliuionis
36 ſpatio decem annorum, † Quia requiritur exceſſus decennij, quod in caſu noſtro non verificatur, & ita loquitur *Carpan. ad conſtit. Mediolan. c. 100. n.57.* Quamuis neque eius opinio ſit vera etiam ſtante exceſſu decennij, quia fundatur in auctoritate *Bart. in l. non fatetur. 3. n. 7. ff. de confeſſ.* qui tamen hoc non dicit,
37 † cum ſolum firmet conclusionem, quod error in facto proprio excuſat, quando non cadit in latam culpam, vt in negotio proprio de facto longinquo, quia memoria non retinet *l. peregre. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quod tamen non applicatur ad caſum noſtrum, in quo non tractatur an iurans errauerit, necne, cum poſſit referre iuramentum, ſi timet non recordari,
38 † quamuis neque talis ignorantia excuſaret aduerſarium etiam in facto longinquo, cum tractet de lucro captando *Iaſ. in l ſi res obligata. n.36. poſt prin. ff. de legat.* 1.

Et quidquid ſit de prædictis, quando ſumus prout in caſu noſtro, in facto proprio, quod
39 eſt alteri obligatorium, † nunquam attenditur obliuio etiam ſtante longinquitate temporis *Alex. in l. peregre. in princ. verſ. fallit niſi factum proprium. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi res obligata. 60. n. 2. verſ. ſecundo nota. vbi Iaſ. n. 38. in fin. verſ. quarto intellige. ff. de legat. 1. poſt Bald. in l. vnic. col. 15. C. de confeſſ.* vbi allegat *l. magnum. in fin. C. de contrah. & commit. ſtipulat. Maſcard. concluſ.* 1122. *in fin.*

Maximè, quia ſumus in homine non implicito aliquibus negotijs, in quo minus toleratur
40 obliuio, † quam in alijs *l. penult. ff. de confeſſ. Bart. in l.3. n.7. ff. eod. tit. Carpan. ſuper conſtit. Mediol. c. 100. n. 58. Alex. conſ. 215. n. 5. lib. 2.* Cum etiam non ſit veriſimile, vt quis retinuerit equos itinerando per ſpatium tot menſium, & non recordetur itineris facti, & equorum acceptorum pro longo
41 itinere, † adeo vt ſtante illa inueriſimilitudine Iudex debeat repellere huiuſmodi exceptionem aduerſarij, tanquam illa præualeat in omni materia *Aim conſ. 298. n. 16. poſt Oldrad. conſ. 13. cum quæſtio. in fin. Bald. conſ. 180. mortuo filio. lib. 3.*

EPITOME.

Diuiſio facta gratia vberioris, & commodioris culturæ an faciat diuerſos fundos. ¶ Appellatione domus an veniat tota. ¶ Et quid in rebus incorporalibus, vſufructu, ſeruitutibus, & ſimilibus, & in materia retractus. ¶ Beneficium iuris congrui quando detur ſuper vna re vendita ſine alia. ¶ Et an inſpiciatur ſola neceſſitas. ¶ Vel publicus ornatus. ¶ Vel vicinitas à parte anteriori. ¶ Dictio quotquot quid ſignificet. ¶ Et an recipiat reſtrictionem de habilitate. ¶ Diſpoſitio loquens de vno caſu quando comprahendat alium. ¶ Promiſſio venditoris de faciendo conſentire omnem intereſſe habentem an intelligatur de vicino volente retrahere. ¶ Propter vitium vnius rei venditæ an omnes poſſint redhiberi. ¶ Legatum certi fundi quando contineat quidquid ſub tali nomine per teſtatorem nuncupabatur. ¶ Deſtinatio ſola patrisfamilias an ſufficiat ad conſtituendum, dilatandum, & limitandum fundum. ¶ In re vendita vnico pretio an ſit retrahenda pars, ſeu tota.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium retractus vnius rei non datur ſine alia ab ea dependente.*
2 *Diuiſio facta gratia vberioris, & commodioris cultura non facit diuerſos fundos.*
3 *Appellatione domus, ſeu fundi, venit tota domus, & fundus. Idem in rebus incorporalibus. n. 4. Et etiam in materia retractus. n. 5.*
6 *Bulla iuris congrui an habeat locum in ſola parte rei, in qua cadit neceſſitas, vel potius in omnibus, illa circumſcripta. n. 7. 8. & 9.*
10 *Duo ſpecialia non poſſunt ſimul concurrere.*
11 *Nemo debet duplici onere grauari.*
12 *Publicus ornatus ſolum conſideratur in conſtitutione iuris congrui. n. 14. & 19.*
13 *Prohemium declarat intentionē diſponentis.*
15 *Statutum debet reſtringi ad terminos iuris communis.*
16 *Vicinitas ad effectum bullæ Gregorianæ ſuper iure congrui debet eſſe ex parte anteriori.*
17 *Obſernantia eſt attendenda, maximè in ſpecie retractus. n. 18.*
20 *Dictio quotquot licet ſit vniuerſalis, tamen recipit reſtrictionem de habilitate.*
21 *Diſpoſitio loquens in vno caſu comprahendit alium eiuſdem rationis in diſpoſitione iuris communis, ſeu municipalis, ſecus in priuilegijs. n. 22.*
23 *Conceſſio Principis intelligitur ſine præiudicio alterius.*
24 *Tenor priuilegij eſt præcisè ſeruandus.*
25 *Promiſſio facta per venditorem de faciendo conſentire omnem perſonam intereſſe habentem non intelligitur de vicino volente retrahere.*
26 *Propter vitium vnius rei venditæ quando omnes redhibeantur.*
27 *In re vendita vnico pretio non retrahitur pars, ſed tota.*

Le-

28 *Legatum certi fundi comprahendit quidquid ſub tali nomine nuncupabatur,*
29 *In legato fundi Meuiani quando veniat ſolum vnus fundus, quamuis plures fundos meuianos teſtator haberet. & n. 30.*
31 *Vſus loquendi per teſtatorem obſeruatus praualet in interpretatione legati.*
32 *Per ſolam deſtinationem patrisfamilias fundus conſtituitur, dilatatur, & limitatur.*

CAP. DCCCCXLVII.

DOmus, de qua agimus, eſt pars alterius domus magnæ quam Dominus inhabitat, eiq. deſeruit pro vſu fœnilis, itaut
ſit membrum neceſſarium, & faciat vnum
corpus, nec poſſit dici diuerſi iuris, ſed vna
1 dicatur para alterius, † Quare dixi non eſſe
locum conſtitutioni iuris congrui, tūc enim
illud admitteretur, quando eſſent plura corpora ſeparata, quorum vnum non dependet
ab alio *Bald. de iur. prothomiſ. in fin. verſ.*
ſed pone quod quis habens. n. 20. & 21. Affl.
eod. tit. §. 6. incip. ſcriptum eſt. in 4. notab.
n. 6. & 7. Tiraq. de retract. lignag. §. 23.
gloſ. 21 n. 2. Muta ſuper conſuetud. Panormit. c. 26. n. 138.
Amplius neque obſtaret, quod diuiſio eſſet facta gratia vberioris, & commodioris cultu-
2 ræ, † quæ non faciet diuerſos fundos, ſed
pro vno reputabuntur *Bart. in l. qui in. 88,*
§. titius. & ibi Floriam. in princ. ff. de legat. 1. Idem Bart. in l. 1. n. 3. verſ. ſed ſi poneremus. ff. de reb. dub. Surd. deciſ. 241. n. 6.
dixi *ſupr. c. 765. n. 68. tom. 4.*
Et vltra prædicta, quæ procedunt de iure communi, id etiam diſponitur in Bulla, in qua
datur retractus de domo, ſeu fundo, aut ſolo, ſeu loco muris clauſo, ad quorum venditionem vicinus cogi poterit, vt in *§. 6. &*
1 1. in fin. ex quibus verbis excluditur coactio venditionis partis domus, ſeu fundi,
3 cum illius appellatione veniat † tota domus
& fundus, quamuis non fuerit addita dictio
tota *l. titia cum teſtamento. §. lucius. ff. de*
legat. 2. l. ſi quis cum totum. ff. de except.
rei iudicat. l. ſi in rem. la. 1. ff. de rei vendicat. cum alijs per *Rebuff. in l. locus. 60.*
4 *col. 1. & 2. ff. de verbor. ſignificat.* † vbi quod
hoc procedit in omnibus rebus etiam incorporalibus, vt in vſufructu, ſeruitutibus, &
ſimilibus *Zaſi in d. l. ſi quis cum totum.*
5 *col. 1.* Et in materia retractus † *Ferron. in*
ſuis commentar. tit. de retract. §. 3. verſ. propone proximum. Papon. eod. tit. de retract.
§. 447. Carpan. ſuper ſtatut. Mediolan.
c. 417. n. 334.
Non obſtat, quod in Bulla detur huiuſmodi retractus iuxta indigentiam, & ſic pro ea ſola
6 parte, in qua cadit affectio, † aut neceſſitas ad
perficiendum priuatum ædificium inſigne,
iam cœptum, vt in *§. 4. 5. & 6. Conſtitutionis Gregor.* Quia in dictis locis, neque in
tota Bulla conſideratur iſta neceſſitas. ¶ Nam
7 *in §. 4.* ſolum diſponitur, † quod pro priuatis ædificijs, aut nouis conſtruendis, aut
veteribus ampliandis liceat muro propinquo vti, & ædificium iniungere. ¶ In *§. 5.*
mandatur, vt ſi inter duas domos viculus
trium circiter palmorum interſit, primus,
8 qui cœperit ædificare † præuia Magiſtrorum
licentia poſſit viculum totum nullo perſoluto pretio occupare, & domui ſuæ adiungere, domumq. ad vicini murum producere, & muro communiter vti. ¶ In *§ 6.* ſummus Pontifex ordinat, vt vicinus cogatur
domum, ſeu fundum vendere cum diſtinctio-
9 ne, quando domus habitatur, † ſeu locatur, vt latius in Bulla, qui omnes caſus non
applicantur ad caſum noſtrum, niſi hic vltimus *§. 6.* in quo tamen, vt dictum eſt continetur coactio venditionis domus, non autem
partis, ideo non cōſideratur neceſſitas, quam
habet vicinus volens emere, cum nimis du-
10 rum eſſet, † vt quis cogatur vendere, &
quod diuidat rem vendendam, quod tamen
non debet eſſe, ne duo ſpecialia concurrant
contra *l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot.*
l. 1. C. de dot. promiſſ. l. 1. C de hared. inſtit.
Odd, conſ. 10. n. 62. Surd. deciſ. 56. n. 5. &
conſ. 34. n. 46. lib. 1. Menoch. conſ. 336. n. 3.
lib. 4. Et ne quis duplici onere grauetur
11 contra † *l. nauis. §. cum autem. ff. ad leg.*
rhod. de iact. l. incola. & l. vlt. §. item
reſcripſerunt. ff. ad municipal. Aim. conſ.
201. n. 23.
Maximè, quia prætenditur retractus pro vſu
particulari æquationis curtilis, ſeu atrij
palatij, vt dicitur in monitorio præſentato,
12 & ſic ad priuatam vtilitatem, † quæ non
conſideratur per Bullam, dum mandat cogi
vicinos ad vendendum ſuam domum, requiritur enim ad iſtum effectum publicus ornatus, qui fuit cauſa finalis conſtitutionis
Gregorianæ, prout dicitur in prœhemio,
13 per quod declaratur intentio, & cauſa finalis diſponentis, *Bart. in l. haſ. n. 8. ff. de*
heredib. inſtituend. Surd. conſ. n. 12.
lib. 2. Rot. deciſ. 483. n. 1. in fin. par. 1. in
recentiorib.
Quare ceſſante ornatu, non adeſt aliquod ius,
quod competat vicino, cum ratione ſolius
publici decoris detur maius arbitrium, & facultas magis ampla, vt in bulla *§. 10. & 20.*
14 itaut excluſa tali ratione † publici ornatus,
quæ eſt fauorabilis, non debeat attendi commoditas priuatorum, ſed conſtitutio ſit reſtringenda, & reducenda ad iuris communis
15 diſpoſitionem, vt in ſpecie, † ita alias reſolutum fuit *coram Cameraria Romana retractus vinee* 21. *Aprilis* 1609. impreſſ. *inter*
deciſ. Rot. p. 2. in recentior. deciſ. 284. n. 11.
ad ind. iuxta *c. priuilegia. diſtinct. 3. Abb.*
in c. ſane, n. 1. & 3. de priuileg. Affl. deciſ.
22. n. 12. & 14. Bart. & alij in l. commodiſſimè.

ſimè . ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi eum
dotem. ff. ſolut. matrim.

Additur, quod vltra priuatum ornatum, qui
non eſt in conſideratione, nulla adeſt vicini-
16 tas,† cum illa debeat eſſe ex parte anteriori,
non autem poſteriori, prout ſumus in vici-
nitate, de qua agimus, quamuis enim ali-
quando dicatur quis vicinus, qui confinat à
parte retro, Tamen in caſu Bullæ iuris con-
grui attenditur ſolum vicinitas à parte ante,
prout ſæpiſſimè ita fuit iudicatum in multis
cauſis relatis in voto D. Petri Aldobrandini
de quo *ſupr. c. 903.* vbi etiam multis rationi-
17 bus defenditur huiuſmodi opinio, † à qua
non eſt recedendum tanquam per multipli-
cem obſeruantiam approbata *c. cum dile-*
ctus. de conſuetud. l. minimè. ff. de legib. Bart.
in l. vſum. C. aquæduct. lib. 11. Socin. conſ.
145. n. 2. lib. 1. Affl. deciſ. 383. n. 8. Et cum
ita fuerit ſæpè iudicatum, non eſt alia diſ-
ſimilis ſententia ferenda, iuxta ea, quæ late
18 dixi *ſupr. c. 544. n. 33. vſque ad n. 37.* † cum
etiam in huiuſmodi retractibus ſtandum ſit
ſolito, conſuetudini, & obſeruantiæ *Affl. de-*
ciſ. 72. n. 1. in fin. cum alijs adductis *ſupr.*
c. 460. n. 25.

Vltimo non debet concedi prætenſus retra-
ctus, quia vltra præiudicium, quod corpora
domus magnæ domino neceſſaria tolleren-
tur, abſque vlla neceſſitate petentis retra-
ctum, cum palatium, & atrium illius poſſit
ſtare, prout nunc exiſtit, & ſemper ita per-
manſit iam ſunt centum anni, orìretur etiam
aliud maximum præiudicium propter alti-
tudinem muri exaduerſo faciendi, ex quo in
totum tolleretur lumen domui ipſius Domi-
ni, quod eſſet contra mentem Summi Pon-
19 tificis, † qui in bulla non conſiderauit ædi-
ficium priuatum, vt minus læderentur vici-
ni, ſed ſolum publicum, vt ex eo ſplendor, &
ornatus Vrbis prodiret, in quo tantum Sum-
mus Pontifex Gregorius ſe fundauit, cum
poſt Bullam Pij V. ibidem relatam ſolum
in dicto ornatu inſiſtat, non obſtante illa di-
ctione quotquot vicini, quæ licet ſit vniuer-
20 ſalis, † tamen recipit reſtrictionem de habi-
litate, maximè, quando eſt prolata per mo-
dum legis, vt in caſu noſtro *Bart. in l. 1. §.*
nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat. Iaſ. conſ.
224. in fin. lib. 4. Crot. conſ. 136. n. 50. Natt.
conſ. 159. n. 6. Becc. conſ. 100. n. 18. Surd.
conſ. 283. n. 8. lib. 2. ¶ Viſis prædictis pars ad-
uerſa acquieuit, & domus remanſit vicino
abſque vlla ſpe retractus, & quidem res adeo
erat perſpicua, vt mirandum ſit de huiuſmo-
di moleſtijs, à quibus liberet nos Dominus.

In alia autem cauſa dicebam eſſe locum retra-
ctui iuxta formam primi inſtrumenti cele-
brati inter Epiſcopum, & Dominicum, quia
indultum conceſſum per Summum Pontifi-
cem ſolum remouet fideicommiſſum, & Bul-
lam Gregor. XIII. ſuper iure congrui, cuius
vigore habentes vineas vicinas poſſent præ-
tendere, quod illis vendi deberet vinea
eiuſdem Epiſcopi, aut pars illius ad effectum
eam incorporandi cum vineis eorumdem
vicinorum, ex quibus verbis colligitur,
21 quod mens concedentis † diſponit ſolum ſu-
per vno caſu incorporationis ad vſum vineæ
faciendæ per vicinos, Vnde talis diſpoſitio
non eſt trahenda extra dictos terminos, Nam
quamuis iura reſtringibilia compræhendant
caſum eiuſdem rationis *l. ſi vero. §. de viro.*
ff. ſolut. matrimon. c. ſi poſtquam. §. 1. de
elect. in 6. Tamen hoc procedit in diſpoſitio-
22 nibus iuris communis, † ſeu municipalis, ſe-
cus autem in priuilegijs *Cardin. in c. anti-*
qua. col. vlt. in fin. verſ. tamen etiamſi præ-
ciſè. poſt Abb. ibid. ad fin. n. 10. de priuileg.
per tex. in c. petentibus. eod. tit. c. priuile-
gium. de reg. iur. in 6. cum in damnum
tertij nunquam priuilegia extendantur de
vno caſu ad alium *Bart. in l. impuberi. n. 4.*
ff. de adminiſtr. tutor.

Præterea poſt dictum indultum Thomas, & eius
hæres conſecutus eſt vicinitatem ab eodem
Epiſcopo ob ſitum vineæ ipſi venditum, &
fabricatum ad vſum ædificij vrbani, Vnde
non debet excludi à retractu ſitus contigui
venditi, Nam licet Epiſcopus poſſit cuique
vendere, Tamen non intelligitur hoc ei per-
miſſum in præiudicium eorum, quos ſibi fe-
cit vicinos, & qui ab eodem ſitum accepe-
23 runt ad vſum fabricæ, † cum indultum con-
ceſſum per Papam debeat intelligi, vt nulli
præiudicetur *l. nec auus. C. de emancipat.*
liberor. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe.
ff. ne quid in loc. public.

Accedat, quod per indultum ſolum concedi-
tur, vt Epiſcopus poſſit vendere partem ſitus
ſuæ vineæ ad effectum fabricandi, Vnde cum
Dominicus primus emptor noluerit fabrica-
re in parte ſitus ſibi per eumdem Epiſcopum
venditi, non permittitur ei in alium aliena-
re, ſed ab eodem Dominico poterit retrahi,
tanquam non ſeruet formam conceſſionis,
24 cuius tenor eſt omnino ſeruandus † *c. porro,*
in fin. vbi Gloſ. in verb. tenorem. de pri-
uileg. c. cum & plantare. in fin. & c. poſtiſtis,
eod. tit. c. ad audientiam. de decim. Bald.
conſ. 207. lib. 2. Surd. conſ. 1. n. 21. lib. 1. Becc.
conſ. 36. n. 5.

Maximè, quia Summus Pontifex concedit tan-
tummodo Epiſcopo, vt contra eum non poſ-
ſit exerceri ius congrui propter quamcum-
que neceſſitatem, ob quam non tenebitur
vllam partem ſuæ vineæ alieni vendere,
itaut ob talem expreſſionem ad eius fauo-
rem factam, magis dignoſcatur mens Papæ,
quod non voluerit præiudicare alijs circa
ius retractus, quod competit vicinis, cum
facultas vendendi cuicumque intelligatur
ſaluo iure vicini, tanquam hoc ius veniat ex
25 natura ipſius rei, † Vnde ea vendita cum
promiſſione faciendi conſentire omnem, &
quamcumque perſonam habentem intereſſe

nunc,

Digitized by Google

nunc, vel in futurum non intelligitur de vi-
cino volente retrahere, tanquam iſta pro-
miſſio non ſit declaranda de iure prouenien-
te poſt contractum *l. 3. de euiction. l. Iutius.*
eod. tit. l. 1. C. de pericul. & commod. rei
vendit. Cum ius vicini oriatur poſt contra-
ctum *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9.*
n. 36. Ideo non cōprædendetur vicinus volens
retrahere *Rot. coram Card. Millino Roman.*
retractus. 28. *Aprilis* 1600. & declarat *Affl.*
de iur. prothomiſ. §. 2. in verb. vt infra
triginta dies. in fin. n. 37. Maſuer. de re-
tract. §. item ſecundum opinionem.

In prædictis obſeruandum eſt, quod quamuis in
ſingula capita pretium ſit conſtitutum, itaut
videantur plures emptiones, tamen eſt vna
26 emptio, † vt propter vnius vitium omnes
redhibeantur, quando non niſi omnes quis
venditurus, aut empturus eſſet, quaſi tunc
neutri non niſi omnes habere expediat, quod
probari poteſt ex affinitate rerum, vel perſo-
narum, vt per *Gloſ. in l. enm eiuſdem. 34. in*
verb. omnes. ff. de edil. edict. iuxta *l. plerum-*
que. 35. ff. eod. tit. vbi ſi non poſſint ſeparari
ſine magno incommodo, & ſine ratione pie-
tatis, tunc propter morboſa mancipia redhi-
beri poſſunt non morboſa, prout dicimus,
quod ſpectat ad officium Iudicis non ſepa-
rare familias in poſſeſſionum diuiſione, itaut
integra familia vni adiudicetur *l. poſſeſſio-*
num. 11. C. commun. vtinſque iudic.

Quando autem venditio eſſet facta vnico pre-
tio, non poteſt retrahi pars, ſed totum de-
27 bet redimi, † latè *Bart. in l. cui vſusfru-*
ctus. 30. ad med. n. 4. & ibi Alex. in addit.
C. de vſufr. leg. l dem Bart. in l. ſi quis alium.
46. in fin. ff. de ſolut. & conſ. 195. angelo-
tus. & ibi Add. lib. 1. ſequitur *Caſſan. in*
conſuetud. Burgund. rubr. 10 *in tex. ibi ſon*
eritage. n. 16. fol. 1313. *Tiraq. de retract.*
lignag. §. 23. gloſ. 1. n. 16. Intelligendo, vt
per *Bard. de iur. prothom. §. 5. fol. 67.*

Inſuper notandum eſt, quod alias occaſione
prædictorum dixi in caſu propoſito de le-
28 gato certi fundi, † quod in eo veniet quid-
quid ſub tali nomine teſtator nuncupabat
l. prædijs. 89. §. titio ſeiana. ff. de legat. 3. vbi
relictis ſeianis prædijs includuntur quoque
gabiniana, ſi in rationibus ea quoque ſeiana
appellabat *l. ſeia. 20. §. tiranna. ff. de fund.*
inſtruct. vbi paſcua ad vſum fundi deſtinata
cedunt legato fundi, licet ſint ſeparata, &
diſtincta, ſi tamen eodem nomine nuncupa-
bantur per teſtatorem *Bald. in l. emptorem.*
n. 9. C. locat. Alex. conſ. 150. in princ. lib. 7.
Cephal. conſ. 144. n. 15. lib. 1. Sim. de Pret.
conſ. 70. lib. 1. & interpret. vltim. volunt. t.
lib. 4. dubit. 7. n. 47. fol. 390. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. n. 6.
& 12. Surd. deciſ. 241. n. 11.

Neque obſtant, quæ diximus *ſupr. n. 1. & 2.*
quod ſi plura ſint corpora, quæ eodem no-
29 mine nuncupentur, † puta fundi meuiani
vnum corpus ſolum veniet, non autem alia
Bart. in l. 1. n. 3. ff. de reb. dub. Quia proce-
dit quando plures erant fundi, qui ſinguli
appellabantur meuiani, & ſic erant plures
fundi, tunc enim legato fundo meuiano,
vnus tantum venit, ſecus quando, prout
in caſu noſtro, teſtator locutus eſt de
poſſeſſione, ſeu fundo per nomen generis,
quod ſub ſe continet plures fundos, nam
tunc omnes veniunt, ſi teſtator omnes ſub
vna denominatione fundi, ſeu poſſeſſionis
appellabat, Etenim vbi plures ſunt fundi,
qui ſuum nomen particulare habent, non
conuenit, vt vnus veniat appellatione alte-
30 rius, † cum ſinguli egeant ſingulis expreſ-
ſionibus, ſed quando plures tanquam mem-
bra conſtituunt vnum corpus ſub vnico no-
mine nuncupatum, meritò tunc expreſſo no-
mine corporis veniunt omnia membra, vt
declarat *Surd. deciſ. 241. n. 6. & 23.* quod
prius voluit *Bart. in l. 1. in fin. ff. de reb.*
dub. & in l. ſeia. 20. §. tiranna ff. de fund.
inſtruct. & in l. ſi ita legatum. ff. de aur. &
argent. legat. Natt. conſ. 446. n. 5. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9.
tit. 2. n. 13. Menoch. conſ. 337. n. 23. cum ſeq.
lib. 4. Odd. conſ. 21. n. 34. & 35. Dec. conſ.
573. n. 7. Ruin. conſ. 13. n. 11. lib. 4. Caſſan.
31 *conſ. 18. n. 21.* † In ſimilibus enim materijs
præualet vſus loquendi per teſtatorem ob-
ſeruatus *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vlt. ff. de*
legat. 2. tanquam deſtinatione eiuſdem te-
ſtatoris vnus fundus factus ſit ex duobus, per
quam ſolam ipſius deſtinationem fundus cō-
32 ſtituitur, † dilatatur, & limitatur *l. quod in*
rerum. 24. §. ſi quis poſt teſtamentum. ff. de
legat. 1. l. planè. 34. §. vlt. ff eod. tit. l. ſi quis
duas. 6. §. ſi quis partem. ad fin. ff. commun.
prædior. Bart. in l. ſi domus alicui. 74. n. 2.
ff. de legat. 1.

E P I T O M E.

COmpenſatio, & retentio in quibus ca-
ſibus concedatur. ¶ Et an poſſit opponi
per debitorem nomine ſocietatis, qui etiam
ſit creditor nomine proprio. ¶ Et quando
creditum debeat eſſe clarum, & indubitatū.
¶ Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi
an ſit concedenda non obſtante ſententia
lata, vel pendentia litis ſuper reſtitutione in
integrum poſt tres conformes. ¶ Et an de-
beat denegari penſionario, ſi beneficiatus
probaret valorem beneficij eſſe minorem,
quam fuit expreſſum. ¶ Deponens de facto
proprio quam probationem faciat. ¶ Et an
credatur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato
alterius. ¶ Pluralitas inſtrumentorum an
ſit præſumenda. ¶ Teſtes an dicantur con-
teſtes, etiam quo ad tempus, & locum, quam-
uis non ſe nominent tales. ¶ Quantitas mu-
tui an probetur per iuramentum mutuantis,
ſi conſtet de ſubſtantia mutui. ¶ Verba

di

Digitized by Google

di ſtare al male e'l bene, quid ſignificẽt. ¶ Veriſimilitudo in probationibus quid operetur. ¶ Teſtis deponens ſe ſcire, & poſtea dicẽs ſe neſcire an ſit ſibi contrarius. ¶ Vnus quãdo poſſit repræſentare duplicem perſonam. ¶ Actio ſpolij in quibus caſibus detur ſocio contra ſociũ. ¶ Et quando per eos incurratur pœna *l. ſi quis in tantam*. C. *vnde vi*. ¶ Quilibet ſociorum quando habeat portionem cuiuslibet partis etiam minimæ in re communiter poſſeſſa. ¶ Et quomodo ſit prouocandum ad diuiſionem pro vſu portionis ſuæ abſque participatione conſocij. ¶ Iudicium executiuum an detur in habentibus ſimilem, & parem titulum prouenientem ab eodem fonte, ac perſona, & cauſa. ¶ Societas qualiter contrahatur inter cohæredes ſimul inſtitutos.

SVMMARIVM.

1 *Retentio admittitur etiam in caſibus, in quibus non daretur compenſatio dummodo debitum, & creditum hinc inde proueniat ex perſona debitoris, & creditoris. & n.4.*

2 *Compenſatio, & retentio non conceditur contra eum, qui repræſentat duas perſonas.*

3 *Debitor nomine ſocietatis, & creditor nomine proprio, ſi conuentatur nomine ſocietatis non poteſt opponere compenſationem debiti proprij.*

5 *Creditum debet eſſe clarum, & indubitatum, vt detur retentio, ſecus ſi requireret altiorem indaginem. n. 6. 7. & 14.*

8 *Paria ſunt debitum non extare, vel poſſe tolli exceptione.*

9 *Acta geſta contra vnum non faciunt rem liquidam contra alium non citatum.*

10 *Nemo debet priuari quaſi poſſeſſione exigendi, ſed in ea eſt manutenendus non obſtante ſententia lata, vel pendente lite ſuper reſtitutione in integrum poſt tres conformes. n. 11.*

12 *Probatio non excludit probationem.*

13 *Probatio facta per beneficiatum ſuper valore beneficij minore, quam fuit expreſſum nõ facit, vt denegetur manutentio penſionario, qui poterit meliores probationes afferre.*

15 *Non creditur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius, quod erit probandum per duos teſtes.*

16 *Tertius non poteſt alium obligare, niſi illius conſenſus legitimè probetur.*

17 *Deponens de facto proprio quam probationem faciat.*

18 *Pluralitas actuum, & inſtrumentorum non præſumitur.*

19 *Exceptio magis firmat, quod omnia alia ſint comprahenſa.*

20 *Teſtis non probat ſi non fuerit formiter examinatus.*

21 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum mutuũ.*

22 *Deponens, quod multi alij tunc temporis aderant vna cum eo, videtur nominare in conteſtem illum, qui poſtea examinatur.*

23 *Nominatio in conteſtes non requiritur, cum ſemper habeantur pro conteſtibus, etiam quo ad tempus, & locum. n.24. & 26. Declara, vt n. 25.*

27 *Interpretatio in dubio ſemper eſt facienda, vt teſtes ſint conteſtes.*

28 *Quantitas mutui poteſt probari per iuramẽtum mutuantis, ſi fuerit probatũ mutuum.*

29 *Magis veriſimile, & rationi congruum præfertur minus veriſimili.*

30 *Verba* di ſtare al male e'l bene *denotant lucrum, & damnum, non victum, & habitationem tantum.*

31 *Teſtis deponens veriſimilia probat, quamuis alias non eſſet ei credendum.*

32 *Veriſimilitudo maximè attenditur in materia probationis.*

33 *Vnum veriſimile additum alteri facit plenam fidem.*

34 *Participatio lucri eſt danda ei, qui participat de damno.*

35 *Dubia non dicitur res, de qua conſtat per actus veriſimiles.*

36 *Teſtis deponens ſe ſcire, & poſtea dicens ſe neſcire an ſit contrarius.*

37 *Societas poteſt conſiſtere etiam cum famulo.*

38 *Actus agentium non operantur vltra intentionem, nec vltra quam gerantur.*

39 *Vnus poteſt repræſentare duplicem perſonam diſtinctam propter diuerſa iura, ob quorum diuerſitatem vnumquodq; ius conſideratur de per ſe.*

40 *Renunciatio nunquam præſumitur, ſi alia coniectura ſumi poteſt.*

41 *Renunciatio quo ad vnam cauſam non extenditur ad alteram.*

42 *Societas contrahitur inter hæredes ſimul inſtitutos.*

43 *Quilibet ſociorum habet portionem cuiuslibet partis, etiam minima in re communi, & pro indiuiſo poſſeſſa.*

44 *Actio ſpolij non datur hæredi, & ſocio contra cohæredem, & conſocium, & quomodo intelligatur. n.47. 48. 49. 50. 51. & 53.*

45 *Poſſeſſio antiquior, & recentior eſt probanda ad effectum ſpolij.*

46 *Socius debet prouocare ad diuiſionẽ, vt poſſit vti portione ſua abſq; participatione cõſocij.*

52 *Pœna* l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. *an habeat locum contra conſocium.*

54 *Iudicium executiuum non datur in habentibus ſimilem, & parem titulum prouenientẽ ab eodem fonte, & perſona, & cauſa.*

CAPVT DCCCCXLVIII.

RETENTIO prætenſa non habet locum in caſu, de quo agimus, Nam Fabius non eſt debitor Aduerſarij, qui ſolum eſt creditor, vt ipſe præſupponit hæreditatis Pauli, vnde contra eam poſſet prætendere retentionem,

tionem, & compenſationem, ſi ab illis hæ-
redibus moleſtaretur tanquam debitor eiuſ-
dem hæreditatis, non autem contra eum,
1 cum quo nullum creditum habet,† & in iſtis
terminis loquuntur omnes Doctores, qui al-
legantur, quod ſemper detur retentio etiam
in caſibus, in quibus non admitteretur com-
penſatio, & etiam in actu executionis ſen-
tentiæ, quia iſta non applicantur, cum præ-
ſupponant debitum, & creditum hinc inde
proueniens ex perſona debitoris, & credi-
toris *Gloſ. in l. grege. §. cum pignori. in verb. compenſatum. ff. de pignorib. Aim. conſ. 148. n. 2. Cephal. conſ. 658. n. 25. lib. 5. Pariſ. conſ. 110. n. 33. lib. 1. Decian. conſ. 94. n. 27. & 28. lib. 3. Gallia. conſ. 78. n. 31. Surd. deciſ. 46. n. 8. & 9.* cum alijs per *Graſſ. de exceptionib. c. 16. n. 20. vſque ad 23.*

Immo etiam in caſibus, in quibus ſolet admitti
compenſatio, & retentio, Tamen illa non
2 concederetur contra eum, † qui repræſentat
duas perſonas, vnam ſcilicet tanquam cre-
ditor agens, & aliam tanquam debitor, vide-
licet ſi eſſet creditor nomine proprio, & de-
bitor nomine hæreditario *Bald. in l. eius. n. 3. C. de compenſat. Vbald. de duob. fratrib. p. 5. n. 35. Ferrar. in prax. in form. reſponſ. rei. in gloſ. ſaluis alijs. n. 15. & 16. Graſſ. de*
3 *except. c. 16. n. 54.* † qui omnes ex hoc infe-
runt, quod ſi aliquis ſit debitor nomine ſo-
cietatis, & creditor nomine proprio, ſi con-
uenitur nomine ſocietatis, nõ poteſt obijcere
compenſationem, & retentionem debiti pro-
prij, prout etiam è contra ſi ageret nomine
ſocietatis, non poſſet ſibi opponi compenſa-
tio, & retentio debiti proprij, vnde multò
minus poterit obijci contra eum, qui in ni-
hilo eſt debitor illius, qui prætendit retinere
Caſtr. in l. ſi qui plus. §. fideiuſſor. n. 2. ff. de condict. indeb. Laur. de Pin. conſ. 156. n. 4. Rot. Genuenſ. deciſ. 20. n. 30.

Neque in hoc eſt amplius immorandum, quia
4 eſt luce meridiana clarius, † cum paſſim
reijciatur compenſatio, & retentio de credi-
to vnius perſonæ ad creditum alterius *l. in rem ſuam. 18. §. creditor. ff. de compenſationib. l. ſi eum militi. 16. vbi Gloſ. in verb. non audietur. ff. eod. tit. l. ſi certa. §. 1. ff. de militar. teſtam. Rot. deciſ. 634. n. 9. in fin. par. 1. in recentior.*

Præterea non datur retentio, niſi quando cre-
ditum eſt clarum, itaut de eo non poſſit ali-
5 quo modo controuerti, † & ex confeſſione
partis in totum reddatur indubitatum, & li-
quidum *Surd. deciſ. 46. in fin. Rot. coram R. P. D. Vbaldo Mantuana bonorum. 14. Maij* 1612. in impreſſ. *deciſ. 409. n. 5. in fin. p. 1. in recentior. poſt Gabr. concluſ. 1. n. 117. de reſtitut. ſpoliator.* ſi enim requirat altio-
rem indaginem, non poteſt in executione
6 induci aliqua compenſatio, † ſeu retentio
Roman. conſ. 76. n. 3. Rot. deciſ. 540. n. 9. in fin. p. 2. in recentior. Et paſſim ſtante credito
7 non liquido ceſſat omnis retentio, † & com-
penſatio *l. fin. C. de compenſat. Alex. conſ. 93. n. 1. lib. 4. Roland. conſ. 17. n. 18. lib. 1. Surd. deciſ. 184. n. 6. Card. Seraph. deciſ. 1455. n. 4.*

De iſto autem credito liquido non conſtat in
caſu noſtro, quia licet producatur inſtru-
mentum, & mandatum relaxatum, tamen
dicitur liquidum contra debitorem citatum,
non autem poteſt dici liquidum contra Fa-
bium, qui nec eſt debitor, nec vnquam fuit
ſuper tali credito vocatus, cum nihilominus
poſſint contra illud per eum opponi exce-
8 ptiones releuantes, † quæ in iudicio aduer-
ſus eum faciendo adducentur ſuper inualidi-
tate ceſſionis prætenſi cenſus, ac alijs de iure
ſibi competentibus, & paria ſunt debitum
non extare, vel poſſe tolli exceptione *Bart. in l. fulcinius. §. cum hæc. n. 4. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Roman. conſ. 454. n. 9. Ruin. conſ. 160. n. 25. lib. 2. Menorb. de retin.*
9 *poſſeſſ. remed. 1. n. 37. cum ſeq.* † Et eſſet res
noua, quod ſententia, ſeu mandatum, & acta
facta contra vnum facerent rem liquidam, &
probationem contra alium non citatum,
toto *tit. C. quib. res iudic. non noc. Bart. in l. 1. in fin. vbi Bald. n. 9. Caſtr. n. 6. C. de aduocat diuerſ. iudicior. Roland conſ. 85. n. 4. lib. 2.* cum alijs per *Surd. deciſ. 256. n. 4. & 5.*

Maximè, quia Fabius debet manuteneri in
exactione fructuum cenſus, de quo agimus,
non obſtante prætenſo credito Aduerſarij,
10 cum interim, † donec ſuper eius anteriori-
tate diſcutitur, non ſit priuandus ſua quaſi
poſſeſſione exigendi, ſed in ea eſt manute-
nendus *Caputaq. deciſ. 321. p. 1. Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Rot. coram Gregor. XV. Imolen. cenſus. 11. Maij 1607.* impreſſ. *poſt tractat. Cenc. de cenſib. deciſ. 213. n. 7. & 8.*

Quæ procedunt, quamuis Aduerſarius obti-
nuiſſet ſententias ſuper validitate ſuæ ceſ-
11 ſionis, & prioritate crediti prætenſi, † vnde
multò magis in caſu noſtro, in quo nulla
fuit lata ſententia, immo etiam in fortiori-
bus terminis pendente lite ſuper reſtitutio-
ne in integrum poſt tres latas ſententias ſu-
per eiuſdem ceſſionis, & crediti canoniza-
tione talis manutentio dabitur *Rot. coram Cardin. Arigonio Venetiarum cenſus. 22. Martij 1596. & coram Cardin. Pamphilio Romana cenſus. 26. Aprilis 1596. & coram Gregor. XV. in d. Imolen. cenſus. & coram R. P. D. Penia Romana cenſus. 6. Nouembris 1606. & coram R. P. D. Manzanedo Romana cenſus. 24. Iunij 1614.* de quibus
poſt *d. tractat. de cenſib. deciſ. 213. n. 8. & deciſ. 235. in fin. & deciſ. 245. & 248. n. 7. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.*

Ideo etiam ſemper excluditur ille, qui excipit
contra eum, qui petit manuteneri in exa-
ctione ſui crediti, licet probauerit plene
intentionem ſuam quo ad idem creditum,

nam

12 nam probatio † non excludit probationem
Bart. in l. admonendi. vbi Curt. Iun. n. 65. ff. de iureiurand. Surd. conſ. 135. n. 94. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 785. n. 7. p. 1. & deciſ. 677. n. 5. p. 1. in recentior. & coram R. P. D. Vbaldo Cremonen. penſionis. 25. Februarij 1622.
13 vbi ex hoc concludit, † quod licet beneficiatus plenè probauerit intentionem ſuam ſuper valore beneficij minore, quam fuit expreſſum, non tamen deneganda eſt manutentio penſionario, qui poterit ſemper in ſecunda inſtantia, vel alia afferre meliores probationes, vel elidere contrarias, itaut nullo modo poſſint exceptiones oppoſitæ per titulatem dici liquidæ ad effectum retardandi talem exactionem *Rot. coram R. P. D. Pirouano Abulen. penſionis. 15. Decembris 1610. Cap. ataq. deciſ. 321. p. 1. & deciſ.*
14 *317. p. 2.* † Maximè, quia in inſtrumento ceſſionis prætenſæ adſunt clauſulæ inferentes ad promiſſionem cenſus exigibilis, & alia, quæ exaduerſo præſupponuntur, itaut magis conſtet, quod debitum non eſt clarum, prout requiritur ad effectum, de quo agitur *Rot. deciſ. 309. n. 5. in fin. p. 2. in recentior. cum alijs ſupra allegatis.*

Alterum dubium eſt decidendum negatiuè, quod apochæ exhibitæ non probent, fuerunt enim ſcriptæ per Franciſcum aſſerentem ſe illas feciſſe de mandato, & commiſſione Hieronymi, & Ioannis, cum declaratione, quod idem Hieronymus remanſit debitor eiuſdem Ioannis pro computo inter eos taxato in
15 ſumma in apochis contenta; ‡ quæ aſſertio nihil facit, tanquam non credatur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius, cum mandatum ſit probandum per duos teſtes, ita in ſpecie concludit *Imol. conſ. 91. in cauſa qua vertitur. col. 1.* quod bene notandum eſſe tanquam quotidianum dicit *Marſil. ſingul. 471. ſæpe contingit. n. 2. & in rubr. de probation. col. 47. n. 258. fol. 15. & in prax. §. diligenter. n. 38. in fin. Dec. conſ. 310. in caſu de quo agitur. n. 2. Caballin. milleloq. 659. in fin. verſ. non creditur tamen. p. 2. fol. 47. Burg. de laudem. par. 3. inſpect. 38. n. 18. Lancell. Gallia. conſ. 92. n. 13. lib. 1. Genua. de ſcriptur. priuat. tit. de apoch. man. tert. conſcript. n. 21. fol. 93.* Cæteros conſultò omitto, quia eſt concluſio receptiſſima, &
16 nemo diſcrepat, ‡ cum non ſit permittendum, vt tertius poſſit obligare alium, quod reprobatur per iura eo inſcio, & inuito, ideo conſenſus eſt legitimè probandus, cum ſemper debeat prius de eo conſtare, vt obligatio valeat *Ang. in §. 1. inſtit. de obligation. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 14. tit. 4. n. 5. & 7. iuxta l. 1. §. adeo. ff. de pact.*

Non obſtat, quod credatur teſti deponenti de facto proprio, quando non agitur de eius
17 commodo, † ſeu incommodo *l. ſeruos. C. de probat. l. quæro. §. vlt. ff. de inſtit. edict.*

Quia cum habeamus ſpeciales doctrinas decidentes caſum noſtrum, quod non ſit credendum tali tertio aſſerenti ſcripſiſſe de mādato alterius, vt per *Imol. & alios ſupra allegatos*, non eſt quærendum an debeat credi deponenti de facto proprio, maximè cum hoc tendat ad obligandum alterum, cuius mandatum eſt plenè probandum, vt dictum eſt; Cum etiam verior ſit opinio, quod deponens de geſtis à ſeipſo non faciat plenam fidem *Bart. conſ. 29. in quæſtione propoſita. n. 4. lib. 2. Cin. in l. ſi quis decurio. oppoſ. 18. C. de falſ. Caſtr. conſ. 336. primò quæritur. col. 3. verſ. item non obſtat. lib. 1. Alex. conſ. 192. n. 13. lib. 6.* cum alijs per *Menoch. de arbitrar. caſ. 99. n. 17. verſ. verior itaque. fol. 190. Achill. deciſ. 7. n. 2. de teſtib. Rot. coram R. P. D Coccino Romana legati della portal 30. Martij 1601. in fin. Aim. conſ. 75. n. 90. & conſ. 178. n. 7.*

Accedat incongrua locutio ſecundi ſaldi, cum in eo dicatur, quod Hieronymus vocat ſe legitimum, & verum, & non exprimit quid, cum etiam in eodem ſecūdo ſaldo fiat computatio pro omnibus vſque ad diem 18. Iulij 1609. & ſic in eo comprehenditur ſumma
18 contenta in primo ſaldo 1602. † tanquam pluralitas actuū, & inſtrumentorum, & apocharum non præſumatur *Bald. in l. vlt. in fin. C. de reb. credit. Alex. conſ. 53. col. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 10. n. 8. & 10. lib. 5. Iaſ. in l. cum qui. §. in popularibus. n. 18. cum ſeq. ff. de iureiurand. Surd. conſ. 86. n. 9. lib. 1.*
19 *Aim. conſ. 12. n. 4.* † Maximè, quia in dicto ſecundo ſaldo excipiuntur ſolum partita vnica ibidem expreſſa, quæ exceptio magis firmat, quod omnia alia ſint comprehenſa præter illum *l. nam quod liquidè. in fin. ff. de pen. legat. l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtruct. Surd. conſ. 230. n. 17. & 18. lib. 2.*

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, cum nec prima, nec ſecunda ſolidatio probetur
20 per eum, qui ſcripſit, vt dictum eſt, † præſertim, quia non fuit formiter examinatus, neque productus parte citata, prout requiritur *l. ſi quando. 15. vbi Gloſ. in verb. alterutra. C. de teſtib. auth. ſed & ſi quis ab aliquo. vbi Gloſ. in verb. vna parte. C. eod. tit.*

Tertium dubium eſt reſoluendum affirmatiuè, quod mutuum, de quo agimus, ſit legitimè
21 probatum; † Nam de eius reali numeratione deponunt duo teſtes conformes *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* quibus non obſtat, quod ſolum vnus ex dictis teſtibus vocet alterum in conteſtem, de quo tamen alius non deponit; Quia cum teſtificetur, quod multi alij eius temporis aderant vna cum eo; videtur ſatis in conteſtem vocatus etiam ille,
22 qui depoſuit † cum ſub iſta generalitate talis poſſit comprehendi, itaut non ſit dicendum, quod nullus alius interuenerit *Alex. conſ. 236. n. 4. lib. 6.*

Quam-

Quamuis neque requiratur, quod teſtes ſe
nominent in conteſtes, cum ſemper habean-
23 tur pro conteſtibus † etiam abſque tali no-
minatione *Bald. in l. 2. n. 4. C. de bonor.
poſſeſſ. ſecund. tabul. vbi Caſtr. n. 6.* dicit te-
nendum menti, quia quotidianum, quod
etiam commendat *Aim. conſ. 78. n. 9. ad fin.
Socin. conſ. 143. col. 4. ad med. n. 10. verſ. con-
firmantur. lib. 1. Corn. conſ. 7. col. 2. lib. 4.
Alex. conſ. 156. n. 16. col. 4. in fin. verſ. item
præſumuntur. lib. 5.*

Et non ſolum iſti dicentur conteſtes quo ad
præſentiam perſonarum, quamuis non ſe
nominauerint in conteſtes, vt dictum eſt,
24 ſed etiam hoc procedet † quo ad tempus, &
locum, nam ſemper dicentur conteſtes etiam
quod non deponant de loco, & tempore, cum
dictum vnius non deponentis de tempore, &
loco ſuppleatur ex depoſitione alterius te-
ſtificantis de loco, & tempore *Alex. conſ. 236.
perſpectis. n. 4. & 5. lib. 6. & conſ. 109. n. 9.
lib. 1. Bald. in l. de quibus. col. antepenult.
ff. de legib. & in l. teſtium. col. 5. verſ. ſe-
cundo modo. C. de teſtib. Aim. conſ. 78. n. 9.
poſt princ. verſ. ideo quando teſtes. Afft. de-
ciſ. 375. n. 8. poſt Innoc. in c. qualiter &
quando. il 2 col. 2. de accuſation.*

Amplius ſi vnus teſtis deponit de vno tempore,
alter de alio tempore diuerſo videri ſuo di-
cens ſe non bene recordari, ſed quod cre-
dit de tali tempore diuerſo à primo, puta ſi
vnus teſtis deponat aliquid factum de menſe
Auguſti, alter quod non bene recordatur,
ſed quod credit factum de menſe Iulij, iſti
dicuntur conteſtes *Aim.* in ſpecie *conſ. 78.
n. 9. ad med. verſ. amplius ſi vnus. Alex. conſ.
156. col. 3. in fin. verſ. non obſtat etiam
ſi diceretur. n. 11. lib. 5. & conſ. 185. n. 3.
& 4. lib. 7.*

Contraria autem procedunt, quando tempus
25 eſſet de ſubſtantia negotij, † vt quia vis eſſet
potius in vno tempore, quàm in alio, tunc
enim vnius depoſitio non suppleret dictum
alterius, neque ſufficeret, quod vnus ſolum
teſtificaretur de tempore, ſed tempus debe-
ret ab omnibus nominari *Imol. in c. cum
oporteat. col. antepenult. de accuſation. Alex.
conſ. 156. viſo proceſſu. col. 3. verſ. ſed ita
eſt. lib. 5. & conſ. 185. n. 3. & 4. lib. 7. Gabr.
de teſtib. concluſ. 6. n. 11. & 12.*

In caſu autem noſtro non poteſt dici, quod tem-
pus ſit de ſubſtantia, quia ſolum agitur de
mutuo abſque eo, quod prætendatur aliqua
prælatio in concurſu aliorum, vel quid ſi-
26 mile, † vnde non mirum, ſi vnus teſtis depo-
nens de tempore ſupplet depoſitionem alte-
rius, qui de eo non teſtificatur *Gloſ. & Bart.
in l. 2. §. item labeo. ff. de aqu. pluu. arcend.
Alex. d. conſ. 185. n. 3. lib. 7. cum alijs ſupra
allegatis.* Prout ſemper in dubio talis inter-
27 pretatio eſt facienda, † vt teſtes ſint conte-
ſtes *Caſtr. conſ. 126. non ſequendo ordinem. in
fin. lib. 2. & conſ. 342. in cauſa fratalea. col. 3.
eod. lib. Aret. conſ. 36. col. 2. poſt med. verſ.
nec poteſt dici. Socin. conſ. 143. col. 4. ad med.
verſ. confirmantur. lib. 1. Aim. conſ. 78. n. 9.
in princ. Alex. conſ. 47. col. 2. poſt med. lib. 2.*

Ex iſtis colligitur non obſtare exceptiones non
factæ nominationis per vtrumque teſtem de
tempore, & perſona conteſtis, cum hoc non
ſit neceſſarium ex ſupra allegatis, & per con-
ſequens conſtat de vera numeratione pecu-
28 niarum mutuatarum, † de quarum quanti-
tate licet teſtes non deponant, tamen ſatis
eſt, quod appareat de ſubſtantia debiti, cum
ſtetur poſtea iuramento mutuantis reſpectu
quantitatis non probatæ, ita in ſpecie mutui
concludit *Rain. de Forliu. in l. 1. ff. de in
lit. iur. Capoll. caut. 210. aliquis mutuauit.
n. 1. Natt. conſ. 102. n. 2. Surd. conſ. 94. n. 26.
& 27. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 96. n. 3.* Maximè,
quando, prout in caſu noſtro, poteſt colligi
ex aliquibus coniecturis quantitas mutui,
tunc enim abſque dubio Iudex debet deferre
tale iuſiurandum ex iſtis probationibus ſi-
mul iunctis *Bart. in l. admonendi. n. 40. vbi
Rip. n. 188. de iureiur. Aim. de antiquit. tem-
por. p. 1. §. vidimus. n. 10. & conſ. 98. n. 9.
Plot. in l. ſi quando. n. 661. C. vnde vi. Butr.
in c. vlt. n. 12. ad med. verſ. ſi eſt defectus iu-
riſdictionis. de iureiur. Alex. conſ. 69. n. 6.
lib. 2. Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam.
n. 20. verſ. aduerte etiam. ff. ſi cert. petat.*
& in iſtis terminis tenendam eſſe opinionem
Rayner. declarat *Rot. deciſ. 746. n. 4. vſque
ad 8. par. 1. diuerſ.*

Non obſtat, quod vnus ex dictis teſtibus eſſet
contumax Curiæ, itaut non ſit veriſimile,
quod fuerit in loco publico, & ibi viderit
numerationem pecuniæ mutuatæ, Quia iſta
eſt leuis inueriſimilitudo, cum præſertim
talis contumacia præſupponatur pro re le-
uiſſima, pro qua non eſt cedendum, quod
quis aufugerit, & latitauerit, relinquendo
29 ſua negotia, † quod tanquam magis veriſi-
mile, & rationi congruum præfertur *Aim.
conſ. 75. n. 24.* Cum etiam quotidie videamus
condemnatos pro grauibus delictis, nedum
pro leuibus non ſe abſentare, adeo vt ex hoc
non poſſit dici, quod talis teſtis non fuerit
præſens in loco, de quo agimus, cum ſatis
concludenter fuerint omnia probata ex ſu-
pra adductis.

Quo ad quartum dubium concludendum eſt,
quod ſocietas, de qua agimus, eſt probata,
quia teſtes concludunt de promiſſione facta
per Aduerſarium de participando æqualiter,
30 & vt dicitur *di ſtar ambidoi ad vn'iſteſſo be-
ne, & ad vn'iſteſſo male*, quæ verba non re-
feruntur ad victum, & habitationem tan-
tum, vt exaduerſo præſupponitur, ſed de-
notant lucrum, & damnum *Rot. diuerſor. de-
ciſ. 761. n. 3. in fin. verſ. quo ad ſecundam
difficultatem. p. 1. & coram R. P. D. Vbaldo
Romana participationis. 26. Iunij 1614. col. 3.*
dixi *ſupr. c. 547. n. 15. & 16.*

Præſertim, quia omnes teſtes, dum deponunt de
huiuſmodi ſocietate, conformant ſe cum
maxima veriſimilitudine, tanquam multum
à veritate ſit alienum, vt perſona in exerci-
tio, & in omnibus alijs qualitatibus aduerſa-
rio æqualis, voluerit eidem pro famulo in-
ſeruire, vnde potius credendum eſt, quod
fuerit ſocius, prout probant teſtes, qui li-
cet paterentur aliquas exceptiones ex aduer-
ſo oppoſitas, quæ tamen non adſunt, vt in
31 facto dicitur, † Nihilominus ex quo depo-
nunt veriſimilia, eis creditur, quidquid alias
non crederetur *Aim. conſ.* 202. *n.* 48. *Dec.
conſ.* 96. *viſo puncto. col.* 2. *in fin. verſ. nec
obſtat quod talis confeſſio. n.* 3. *Salic. in l. ſi
mater.* C. *de contrah. empt. Alex. conſ.* 18. *n.* 2.
lib. 3. Cum in materia probationis maximè
32 attendatur veriſimilitudo, † tanquam ha-
beatur pro lege, & dicatur cognata naturæ,
& debeat per Iudicem attendi *Oldrad. conſ.*
12. *cum quæſtio. in fin. Bald. conſ.* 180. *mor-
tuo filio. lib.* 3. *& in l. ſcriptura col.* 2. C. *de
fid. inſtrumentor. Aret. conſ.* 9. *col.* 2. cum
33 alijs per *Aim. conſ.* 61. *n.* 9. † vbi etiam quod
ſufficiet, vt vnum veriſimile addatur alteri
ad faciendam plenam probationem *Socin.
conſ.* 149. *col.* 7. *lib.* 1. Illud autem dicitur ma-
gis veriſimile, quod conſonat rationi *Innoc.
in c. auditis. poſt med. de præſcription. Bald.
in l. qui accuſare. col. fin.* C. *de edend. Ve-
ronenſ. conſ. ciuil.* 60. *n.* 4.

Additur aſportatio bonorum, & ſupellectilium
magnæ qualitatis, & multi valoris æqualis
illia, quę per Aduerſariũ fuerunt delata, vltra
alias expenſas de proprijs pecunijs factas
neceſſarias pro ingreſſu conclauis, ex quibus
magis colligitur non poſſe negari ſocieta-
tem, cum iſta non conueniant famulatui,
præſertim propter periculum amiſſionis ta-
lium bonorum, tanquam omnes norint quam
facilè illa ſubtrahantur in aperitione con-
34 clauis, † adeo vt non ſit credendum, quod
quis exponat periculo res ſuas abſque ſpe
lucri, cuius debet dari participatio, ſicut de
damno. *l. ſi non fuerint. in princ. ff. pro ſo-
cio. Bald. in l.* 1. *q.* 9. *C. eod. tit. Surd. conſ.*
389. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 3. itaut ſtantibus omnibus
35 prædictis non poſſit dici res dubia, † quæ
conſtat per tot actus veriſimiles *l. vbi eſt
verborum. vbi Socin. in* 3. *notab. ff. de reb.
dub. Aim. conſ.* 269. *n* 4.

Non obſtat contrarietas quorundam teſtium
dum prius deponunt neſcire an Aduerſarius
36 voluerit adhibere ſocium pro conclaui, † &
poſtea ſubdant prædicta verba audiuiſſe,
Quia iſta depoſitio non dicitur contraria,
nam debet intelligi, quod neſcit præter illa,
de quibus depoſuit *Bald. in l. data opera.
n.* 33. *verſ. itē intelligitur C. de his qui accuſ.
non poſſ. Rot. diuerſ. deciſ.* 141. *n.* 10. *p.* 2. *poſt
Bart. in l. de ætate. n.* 11. *verſ. nunc ad pro-
poſitum. ff. de minor. Aret. in c. cum tu. vbi
Felin. n.* 3. *de teſtib. Cardin. Seraphin. de-
ciſ.* 241. *n.* 3. cum alijs adductis *ſupr. c.* 578.
n. 8. *& c.* 797. *n.* 29. *vſque ad* 33.

Minus obſtat, quod pro famulatu fuerit rece-
ptum ſalarium, quod eſt ſolitum dari famu-
lis in conclaui exiſtentibus, Quia iſta exa-
37 ctio non contradicit ſocietati, † nam à de-
poſitario Apoſtolico non poterat aliquid
ſolui illis, qui adfuerunt in conclaui, niſi
iuxta formam, & liſtam habitam ab Illu-
ſtriſſimo Theſaurario, in qua denominantur
omnes ſecundum officia in eodem conclaui
exhibita, Talis autem denominatio non
præiudicat veritati, & contractibus ge-
ſtis inter conclauiſtas, qui potuerunt inter
ſe communicare lucra, & damna, prout illis
viſum fuerit, vnde quietantia facta pro fa-
mulatu ad fauorem Mercatoris ſoluētis pro
38 Camera non extenditur ad alios, † cum actus
agentium non operentur vltra eorum inten-
tionem, & vltra quam gerantur, nec reci-
piant extenſionem *Aim. conſ.* 292. *n.* 1. iuxta
*l. ſi vt proponis. C. de rei vendicat. l. volun-
taria. C. de excuſat. tut. l. fin. C. ne vxor
pro marit. Bart. in l.* 1. *§. iulianus. ff. de
itin. actuq. priuat.*

Quæ ſine difficultate procedunt attendendo du-
plicia iura, quę adſunt in caſu noſtro, vi-
delicet ius famulatus reſpectu conclauis, &
39 ius ſociale reſpectu Aduerſarij, † adeo vt
tunc vnus poſſit repræſentare duplicem per-
ſonam diſtinctam, & ſeparatam propter di-
uerſa iura, quæ quis habet, ob quorum iu-
rium diuerſitatem in vno concurrentium,
vnumquodque ius conſideratur de per ſe,
tanquam ſi duæ eſſent perſonæ *l.* 1. *vbi Bald.
ff. de offic. conſul. Socin. in l. cum filio. n.* 28.
poſt med. vbi Aim. p. 2. *n.* 395. *ff. de legat.* 1.
Surd. conſ. 183. *n.* 42. *&* 43. *lib.* 2. *& conſ.*
365. *n.* 22. *lib.* 3. *& conſ.* 91. *n.* 19. *lib.* 1.

Qua diuerſitate iurium ſtante, non poteſt dici
renunciatum iuribus ſocialibus per acce-
40 ptationem ſalarij pro famulatu, † cum re-
nunciatio nunquam præſumatur, quando alia
coniectura ſumi poteſt *Alex. conſ.* 31. *n.* 7.
lib. 5 *Dec. in c. gratum. n.* 4. *de offic. delegat.
Surd. conſ.* 321. *n.* 61. & latius *conſ.* 35. *per
41 tot. lib* 1. † Ideo cum ſimus in actu geſto ad
vnum finem, & vnam cauſam, & perſonam
non dicitur renunciatum quo ad alium
Idem Surd conſ. 446. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 3. *Dec.
conſ.* 74. *n.* 23.

Quintum dubium decidendum eſt negatiue,
42 quod non ſit locus ſpolio, † Nam ſumus in
matre, & filijs ſimul hæredibus inſtitutis, qui
dicuntur ſocij *§. item ſi inter alios. inſtit. de
obligat. quæ ex quaſ. contrac. naſcunt. Iaſ.
in l. ſi vnus. in princ. ff. de pact. Menoch.
conſ.* 46. *n.* 5. *&* 8. *lib.* 1. vbi quod quamuis
iſta ſit ſocietas incidens, tamen in ea datur
actio pro ſocio *l. cum proponas. C. pro ſoc.
Galliag. in l. ſtipulationes non diuiduntur.
n.* 25. *ff. de verb. obligat.* licet *Iaſ.* diſſentiat
ibid. n. 9. Et quando iſtæ ſocietates contra-
han-

Digitized by Google

hantur, & quo caſu detur actio pro ſocio,
ſeu negotiorum geſtorum dixi latè ſupr. c.
320. n. 10. vſque ad 32. Alex. conſ. 38. n. 1.
lib. 5. poſt Bart. in l. 2. ff. commun. diuid.
Cuman. in l. reos. in princ. ff. de duob. reis.

Qua ſocietate exiſtente quilibet ſociorum in
43 re communi, & pro indiuiſo poſſeſſa † dici-
tur habere portionem in qualibet parte
etiam minima, & in quolibet ceſpite Gloſ. in
l. ſi familiæ. 14. in verb. pro parte. C. famil.
erciſcund. Io. de Amic. conſ. 20. n. 15. iuxta
l. 2. C. quand. & quib. quart. pars debeat.
lib. 10. Vnde non datur aliqua actio ſpolij
44 contra cohæredem, † & ſocium, qui poſſidet
totam rem, cum in ea habeat ſuam portio-
nem, neque conſocius, & cohæres poteſt pro-
bare antiquiorem poſſeſſionem, & recentio-
rem ſocij, cũ omnes ſimul pro indiuiſo poſſi-
deant, prout ad effectum ſpolij iſta anti-
45 quior, † & recentior poſſeſſio eſt probanda
Rip. in c. cum eccleſia ſutrina. n. 72. de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. Alex. conſ. 103. in princ.
lib. 7. Roland. conſ. 6. n. 36. lib. 2. Menoch. de
recuper. remed. 15. n. 186. Surd. conſ. 160. n. 6.
lib. 2. & conſ. 28. n. 24. & 25. lib. 1.

Ideo datur cautela per Doctores, vt ſuccurra-
tur ſocio, vel cohæredi, vt poſſit vti por-
46 tione ſua † ad ſui libitum abſque participa-
tione conſocij habentis iu re communi ius
in qualibet parte, quod fiat prouocatio ad
diuiſionem l. lucio. ff. de aqu. quotid. æſtiu.
l. arbor. §. fin. ff. commun. diuid. Ang. in
l. 2. §. ex his. & ibi Alex. col. penult. ff. de
verb. obligat. Bald. in c. 1. §. ſi quis de manſo.
in fin. ſi de feud. fuer. controuerſ. Abb. in
c. vlt. de re iudic. Natt. conſ. 303. n. 1. Socin.
conſ. 58. col. 2. in fin. verſ. circa tertium ca-
ſum. n. 4. lib. 4. & in l. ſerui electione. §. la-
beo. n. 6. ff. de legat. 1. Gomeſ. variar. reſolut.
lib. 2. de locat. n. 14. Menoch. de arbitrar.
caſ. 442. n. 11.

Neque obſtat, quod pro re communi diuidenda
47 detur actio ſpolij contra ſocium † Franciſ.
Marc. deciſ. 316. n. 6. p. 1 fol. 77. Quia proce-
dit quando ſocius interuertiſſet ſciẽter poſ-
ſeſſionem nomine proprio, tunc enim com-
petit eius conſocio, ſeu partiario remedium
reintegrandæ, ſicuti daretur actio furti quan-
do in re communi furtum committeretur
48 l. ſi ſeruus. ff. de furt. † & ita declarat Idem
Franc. Marc. d. deciſ. 316. n. 6. verſ. quia
ad illud reſpondetur. Menoch. qui d. deciſ.
refert de recuper. poſſeſſ. rem. 9. n. 237.

Præterea contraria procedunt, quando ambo
ſocij eſſent in poſſeſſione rei communis, tunc
enim ſi vnus conſocius vellet ingredi pro
parte ſua, vt vtatur poſſeſſione ſua ad vſum
49 deſtinatum, † & alter ſocius prohibeat in-
greſſum, hoc caſu daretur actio ſpolij contra
prohibentem ad fauorem prohibiti ingredi
Innoc. & Abb. in c. 1. de immunit. eccleſ. Rip.
in c. ſæpè. n. 96. de reſtit. ſpoliator. & in
c. cum eccleſia ſutrina. n. 9. poſt med. verſ. ſed
hic cadit dubitatio. de cauſ. poſſeſſ. & pro-
prietat. Bald. conſ. 37. quidam nerius. ad
fin. lib. 5. Menoch. de recuper. remed. 9. n. 238.

In caſu autem noſtro nulla probatur reſiſten-
tia, aut prohibitio contra ſocium ingredien-
50 tem, † ex qua poſſit dici idem ſocius ſpolia-
tus, tunc enim diceretur commiſſum ſpo-
lium per eum, qui venientem ad ſuam poſ-
ſeſſionem non admiſit l. fin. vbi Bart. de
precar. Alex. conſ. 78. col. 1. lib. 5. Aim. conſ.
107. n. 3. Roland. conſ. 6. n. 37. lib. 2. Surd.
conſ. 160. n. 7. lib. 2. Prout ſi recuſaretur re-
51 ſtitutio poſſeſſionis, † per quam recuſatio-
nem eo ipſo probaretur ſpolium l. coloni.
ff. de vi & vi armat.

Et ita etiam reſpondetur ad obiectum, quod
contra ſocium habeat locum pœna l. ſi quis
in tantam. C. vnd. vi. Quia procedit quan-
do adeſſet prohibitio contra ingredientem,
per quam vellet ſocius interuertere poſſeſ-
52 ſionem conſocij, † vel quando alter occupa-
ret per vim portionem ſocij, itaut ſemper
requiratur prohibitio, & reſiſtentia Menoch.
qui tres caſus diſtinguit de recuperand.
poſſeſſ. remed. 9. n. 237. vſque ad 240. Alex.
conſ. 103. n. 6. & 10. in fin. lib. 1. Neuiz. conſ.
82. n. 1. & 2. Plot. in l. ſi quando. n. 135. &
517. C. vnd. vi. Abb. in c. ſæpè. vbi Rip. n. 96.
in fin. de reſtit. ſpoliat.

Ex quibus patet, quod ceſſantibus prædictis
non competeret actio ſpolij contra cohære-
53 dem, & conſocium, † prout dixi ſupr. c. 494.
n. 6. iuxta deciſ. Rot. coram R.P.D. Veroſpio
Romana pratenſi ſpolij. 2. Iunij 1614. impreſſ.
poſt tract. de ſaluian. deciſ. 68. n. 4. fol. 68.
in 2. edit. & coram Card. Sacrato. Roman.
palatij dell' Aquila. 5. Ianuarij 1602.

Præſertim, quia ſumus in habentibus ſimilem,
& æqualem, & parem titulum, qui prouenit
54 ab eodem fonte, † & perſona, & cauſa iuxta
diſpoſitionem teſtatoris, à quo mater fuit
inſtituta hæres cum filijs, tunc enim non
proceditur executiuè, ſed via ordinaria; ad
quam reducitur proceſſus, omiſſo iudicio
executiuo Zuccard. in l. fin. n. 374. C. de
edict. diu. adrian. tollend. Menoch. de adipiſc.
remed. 4. n. 565. Mohedan. deciſ. 331. alias
13. vt lit. pendent. & deciſ. 206. alias 5. eod.
tit. Roland. conſ. 78. n. 27. lib. 3. Rot. deciſ.
36. n. 3. p. 1. in recentior.

E P I T O M E.

MInor an dicatur alienare trãſigendo ſu-
per bonis, quæ prætenduntur deuoluta
ſi ea dimittat apud illum, cum quo tranſigit.
¶ Verba tranſactionis ſalua & reſeruata li-
centia ſuperioris quando tollant pœnam, &
caducitatem. ¶ Alienatio facta ſub conditio-
ne, vel ſi & in quantum de iure poteſt fieri,
vel ſi domino placuerit an dicatur alienatio,
& præindicet prohibito illam facere. ¶ Clau-
ſula nec alias aliter nec alio modo quando

Digitized by Google

inducat præciſam conditionem, & formam,
itaut nulla incurratur caducitas, quamuis
traditio eſſet ſubſecuta. ¶ Pœna incurſa pro-
pter alienationem an ſit ſublata per illius
reuocationem. ¶ Et an dicatur facta incon-
tinenti ante quæſtionem motam. ¶ Teſtator
interdicens alienationem an cenſeatur vo-
luiſſe prohibere tranſactionem. ¶ Et quo
caſu illa ſit valida, & liget ſequẽtes vocatos.

S V M M A R I V M.

1 *Minor non poſſidens bona, quæ prætenduntur deuoluta, poteſt tranſigere dimittendo ea apud illum, cum quo tranſigit, neque hoc caſu dicitur alienare.*
2 *Teſtator interdicens alienationem non cenſetur voluiſſe prohibere tranſactionem faciendam ad fauorem hæredis de re dubia, & incerta, & tunc valebit tranſactio etiam quo ad ſequentes vocatos. Declara, vt n. 3.*
4 *Verba tranſactionis ſalua & reſeruata licentia Domini tollunt omnem pœnam, & caducitatem.*
5 *Alienatio facta ſub conditione ſtat in ſuſpenſo, nec præiudicat prohibito alienari.*
6 *Contractus ſub conditione celebratus non eſt propriè contractus.*
7 *Clauſula, nec alias aliter aut alio modo inducit præciſam conditionem, & formam, & ita alienans non incurrit aliquam pœnam. & n. 8.*
9 *Alienatio facta ſi & quantum de iure poteſt fieri, vel ſi domino placuerit non dicitur alienatio.*
10 *Conditio ſuſpendit actum, & nihil ponit in eſſe, & ex eo nullum dominium transfertur. & n. 11.*
12 *Pœna incurſa propter alienationem ex æquitate tollitur ſtante illius reuocatione, & dicetur facta incontinenti ante quæſtionem motam. n. 13.*
14 *Verba non alias aliter, nec alio modo operantur, vt nulla incurratur pœna, quamuis traditio eſſet ſubſecuta, ſi recuperatio non eſſet difficilis.*

CAPVT DCCCCXLIX.

DEuolutioni prætenſæ, dixi non eſſe lo-
cum, quia tranſactio, de qua agimus,
fuit valida, cum enim Alexander minor non
poſſideret aliqua bona, quæ prætenduntur
1 deuoluta, † potuit rectè tranſigere tanquam
hoc caſu non poſſit dici, quod aliquid alie-
nauerit, quamuis dimittat rem, vt remaneat
apud aduerſarium, cum quo tranſigit acce-
dente maximè decreto Iudicis cum alijs ſo-
lemnitatibus requiſitis *Ruin. conſ. 11. col. 2.
in princ. lib. 4. Dec. conſ. 474. viſo inſtru-
mento. n. 1. & conſ. 564. in cauſa magnifi-
corum comitum. col. penult. poſt med. verſ.
& ſicut ex parte rei. n. 16. in fin. Roland.
conſ. 15. n. 43. & 44. lib. 1. Menoch. de arbi-
trar. caſ. 171. n. 74. Ludouic. deciſ. 35. n. 8.
p. 1. Alciat. conſ. 94. n. 5.*
Idem etiam eſt reſpectu Fabij, qui poſſidet iſta
bona vigore ſtatuti, in quo diſponitur, vt im-
mobilia relicta mulieri nubenti forenſi ap-
plicentur proximiori, prout eſt idem Fabius
qui etiam habet iura ceſſa ab Alexandro, &
rectè tranſegit retinendo bona, & remitten-
do ei fructus, & expenſas, in quibus fuit con-
2 demnatus, † itaut non ſit credendum, quod
teſtator voluerit prohibere tranſactionem
faciendam ad vtilitatem, & commodum ip-
ſius Alexandri, qui tranſegit bona fide, & de
re dubia, & lite incerta, immo ſibi multum
diſpendioſa, ob malum ius, quod fouebat,
quo caſu valet tranſactio, & per ſequentes
vocatos eſt ſeruanda *l. præſes. 12. C. de
tranſact. Imol. in l. ante reſtitutam. 104. poſt
med. verſ. & conclude. ff. de ſolutionib. Ce-
phal. conſ. 261. n. 35. lib. 2.* dixi latè *ſupr.
c. 476. n. 1. vſque ad 4.*
Præterea etiam dato, & non conceſſo, quod pro-
hibitio alienationis haberet locum in caſu,
3 de quo agimus, † iuxta ea, quæ latè adducit
*Corbul. de cauſ. priuation. ob alienat. am-
pliat. 28. ad med. verſ. licet ibid. n. 2. fol. 293.
poſt Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14.
n. 66.* Tamen ceſſat omnis prætenſa caduci-
tas, & deuolutio ex proteſtatione adiecta in
concordia, ſeu tranſactione, quæ fuit facta
per Alexandrum ſalua tamen, & reſeruata
4 licentia Sereniſſimi Ducis, † ex quibus ver-
bis conditionaliter prolatis ſuſpenditur di-
ſpoſitio in euentum licentiæ obtinendæ, &
tollitur omnis pœna, neque incurritur in
aliquam caducitatem *Alber. in l. 3. in fin.
vbi Iaſ. q. 26. n. 144. C. de iur. emphyt. Bald.
conſ. 188. factum tale. col. 2. verſ. modo ita
eſt. lib. 3. Rip. in c. cum m. ferrarienſis. n. 80.
verſ. ſecũdo intellige. de conſtitut. Felin. in c.
quæ in eccleſiarũ. 7. col. 38. n. 84. ad fin. eod. tit.
Pariſ. conſ. 14. n. 22. lib. 1. Grammat. deciſ. 49.
n. 7. Guid. Pap. q. 411. verſ. ſed an ex remiſ-
ſione. Curt. Sen. conſ. 8. col. 2. verſ. & bene fa-
cit. n. 7. in fin. Menoch. conſ. 38. n. 13. vſque
ad 30. lib. 1. & conſ. 767. n. 1. cum ſeq. lib. 8.*
Quorum ratio eſt, quia alienatio facta ſub con-
ditione nõ dicitur alienatio, ex quo pendente
5 conditione † ſtat in ſuſpenſo *l. ſi quis ſub
conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſ.
cauſ. teſtam.* itaut talis contractus condi-
tionalis ſit reſolutus ipſo iure, ſi conditio
non euenerit *l. neceſſariò. §. 1. ff. de peric. &
commod. rei vendit. Alex. in l. pecuniam
6 quam. n. 4. ff. ſi cert. petat.* † cum huiuſmodi
contractus ſub conditione celebratus non ſit
propriè contractus *Aret. conſ. 11. n. 2. Bald.
conſ. 188. factum tale. verſ. modo ita eſt. lib. 3.*
vbi etiam quod iſta conditio ſi domino pla-
cuerit, æquiparatur cum illa, ſi nauis ex Aſia
venerit *Menoch. conſ. 38. n. 17. lib. 1.*
Maximè, quia in caſu noſtro adſunt in tranſa-
ctione

Digitized by Google

ctione illa verba, nec alias aliter aut alio
modo, quæ inducunt præciſam conditionem,
& formam, quæ idem ſignificat, quod con-
ditio Bald. in auth. ingreſſi. col.4. C. de ſa-
croſan. eccleſ. Iaſ. conſ.86. col.vlt. verſ. item
prædicta verba. lib.3. & conſ.162. n.2. lib.2.
Boer. deciſ. 243. n. 11. poſt Gloſ. in l. ſi qui-
dem. C. de except. Pariſ. conſ.19. n.12. lib.2.
Vnde cum conditio non fuerit adimpleta, &
forma non ſeruata, actus dicitur omnino nul-
lus, & per conſequens alienans cum dicta
8 clauſula ſalua & reſeruata licentia, † & non
aliter, nec alio modo non incurrit aliquam
pœnam caducitatis Bald. in c. 1. §. denique.
verſ. ſed pone. n.5. quæ fuit prima cauſ. be-
nefic. amittend. Cardin. in c. 2. & ibi Abb.
n.10. de feud. Aluarot. in c. 1. in princ. verſ.
quæro quid ſi vaſallus vendidit. & ibi Præ-
poſ. n.6. de probib. feud. alienat. per federic.
Pariſ. conſ. 14. n.22. lib.1. & conſ.6. in fin.
lib. 4. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1.
gloſ. 2. n. 92. Menoch. conſ. 38. n. 21. & 22.
lib. 1. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. n. 86.
de conſtitut. Grammat. deciſ. 49. n. 3. & 4.
Roland. conſ.51. n.29. lib.2. Alex. conſ.111.
n.30. lib.6. Schrader. de feud. p.9. c.1. n.21.
9 & 22. fol.289. † vbi etiam ſubdit idem eſſe,
quando alienatio non fuit facta pure, &
ſimpliciter, ſed ſub conditione, videlicet ſi,
& in quantum de iure poſſum, vel ſi domino
placuerit, vel ſi domini conſenſus acceſſe-
rit, vel ſi dominus non reuocauerit Affl. in
c. 1. q. 24. n. 54. & ibi Præpoſ. n. 6. de pro-
hibit. feud. alienat. per feder. Iaſ. in l. fin.
n. 143. & 144. C. de iur. emphyteot. & in
l. non ſolum. §. morte. n.48. ff. de oper. nou.
nunciat. Bald. conſ. 9. n. 5. lib. 1. & in c. 1.
§. hoc quoque. n.18. & 19. de ſucceſſ. feud.
Nec facit quod Sereniſſimus Dux non poterat
huiuſmodi licẽtiam concedere, cũ hæres in-
ſtitutus eſſet forẽſis, & ob alias cauſas exad-
uerſo deductas, Quia ſemper talis proteſta-
tio iuuat tanquam præſeruatiua, & impe-
diens effectum prohibitionis, cũ ſit expreſsè
appoſita, vt ceſſet pœna caducitatis, & non
10 alias, nec alio modo, † qua clauſula exiſtente
non cenſetur facta aliqua renunciatio, aut
ceſſio, vel alienatio propter conditionem,
quæ ſuſpendit actum, & nihil ponit in eſſe,
cum contractus conditionalis ſit imperfe-
ctus, & ex eo nullum dominium transfera-
tur, neque ex illo agi poſſit, nec aliquod ius
competat, ideo neque cadit in commiſſum,
qui ita conditionaliter alienauit Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. n. 22. vſque ad 25.
Guid. Pap. conſ.58. ex narratione. verſ. &
talis contractus. & conſ.126. de anno domini.
in 2. dub. Bald. in l. hæc venditio. in addit.
verſ. dico ſi emphyteuta. ff. de contrah. empt.
& conſ. 9. factum tale eſt. col.1. & 2. lib.1.
quod eſt repetitum conſ. 88. lib. 3. Menoch.
conſ.38. n.13. vſque ad 30. lib.1. & conſ.767.
n.2. cum ſeq. lib.8. Schrader. de feud. lib.9.
11 c.1. n.22. fol.289. † Et paſſim admittunt Do-
ctores, vt huiuſmodi clauſula non alias ali-
ter nec alio modo inducat conditionem, &
formam, & reſolutionem, itaut operetur, ac
ſi nihil actum eſſet, cum ſit limitatiua volun-
tatis, & præſeruatiua ſui iuris in caſu con-
trario, ideo non mirum, ſi quis alienans cum
tali clauſula non incurrat aliquam pœnam,
prout latè omnia prædicta ex multis aucto-
ritatibus, & Rotæ deciſionibus comproban-
tur in tract. de clauſul. p. 1. clauſul.76. n.1.
vſque ad 11. fol. 96. & p. 2. clauſul. 66. n.1.
cum ſeq. fol. 456. poſt Lanar. conſ.20. n.27.
Affl. in c. imperialem. n. 25. q. 38. de pro-
hibit. feud. alienat. per feder.
Quibus additur, quod Alexander reuocauit ta-
lem tranſactionem, & renunciationem con-
ditionalem, antequam exaduerſo impugna-
retur, quod potuit fieri propter conſenſum
præſtitum per Fabium in huiuſmodi reuoca-
tione, cum vnumquodque eo vinculo ſolua-
12 tur, quo colligatum eſt, † itaut pœna incurſa
nondum irrogata ſaltem ex æquitate tolla-
tur Bald. in c.1. in princ. n.3. in fin. verſ. ſe-
cus ſi eſſet feudum. de probib. feud. alienat.
per feder. Aluarot. Iſern. & Affl. in c. 1. in
princ. quid iuris ſi poſt alienat. fact. vaſall.
feud. recuperar. Curt. de feud. p. 4. n. 104.
13 fol.415. † vbi quod iſta recuperatio dicetur
facta incontinenti ante quæſtionem motam
per Dominum, argumento l. mancipiorum.
ff. de opt. legat. & tanquam æquiorem opi-
nionem ſequuntur Doctores in d. c. 1. Zaſ. de
feud. p.10. n.4. Speculat. in §. nunc aliqua.
verſ. nonageſimo ſexto. n. 119. de emphyt.
Butr. conſ.34. iuxta c. potuit. locat. l. qui poſ-
ſeſſionem vi. ff. de vi & vi armat. l. vlt. §. fin.
C. de bon. quæ liber. l.3. ff. de diuort.
Maximè, quia in caſu noſtro nulla interuenit
traditio, cum tamen ſtante clauſula non alias
14 aliter nec alio modo † nulla pœna incurrere-
tur, quamuis traditio fuiſſet ſubſecuta, quan-
do præſertim recuperatio non eſſet difficilis
Felin. in c. quæ in eccleſiarum. n. 85. in fin.
de conſtitutionib. Guid. Pap q.163. in princ.
Grammat. deciſ. 49. n. 3. & 4. Rot. coram
R. P. D. Pamphilio Rauennaten. bonorum.
21. Iunij 1596. & coram R. P. D. Orano Se-
nogallien. bonorum. 2. Iunij 1597. cum alijs
in tract. de clauſul. p. 1. clauſul.76. n.1. cum
ſeq. Aluarot. & cæteri in c.1. in princ. n.15.
de probib. feud. alienat. per feder. Bald. in
auth. ingreſſi. n.7. C. de ſacroſanct. eccleſ. &
in c. 1. §. denique. n.5. quæ ſit prim. cauſ. be-
nefic. amittend. & in c. 1. §. hoc quoque.
n.19. de ſucceſſ. feud.

EPITOME.

DOs, & donatio inofficioſa re, & conſilio, quando reuocetur in totum, ſeu quo ad legitimam tantum. ¶ Et an competat talis actio filijs in vita parentum. ¶ Et quid ſi ipſi

conſenſerint. ¶ Mater dotans vnam ex filiabus inofficioſè an dicatur dotare, ſeu donare. ¶ Filia an teneatur relinquere legitimam matri binubæ. ¶ Et an illa ſit deducenda ex lucro mariti, ſi dos eſt inofficioſa. ¶ Clauſula inſolidum cum alijs pactis ſolitis, etiam pœnalibus an poſſit apponi per procuratorem pro executione mandati. ¶ Propter euictionem rei in ſolutum datæ an ſit licitum redire ad primæua iura. ¶ Et quando res dicatur euinci, ſi poſſeſſio fuit ablata. ¶ Sententia prout in cedula quo caſu ſit nulla, & poſſit ſanari. ¶ Ignorantia Iudicis minoris ætatis, vel ſimilis defectus an operetur, vt ſententia per eum lata non ſit inualida. ¶ Poſſeſſio acquiſita ſeruatis ſeruandis quãdo debeat manuteneri. ¶ Teſtis vnicus an ſufficiat in poſſeſſorio plenario, ſeu ſummariſſimo. ¶ Et quando qualitas teſtis, quod ſit omni exceptione maior ſit probanda. ¶ In poſſeſſione rerum mobilium, an intret præſumptio continuationis, ſicut in ſtabilibus. ¶ Solutio de pecunijs proprijs, & poſſeſſio capta rei emptæ quando faciat præſumptionem ſimulationis de vna perſona ad aliam. ¶ Et an hoc caſu ſit probanda cauſa ſimulationis. ¶ Pecuniæ ſolutæ per manus alicuius an dicantur propriæ ipſius ſoluentis, vel potius quod tanquam miniſter ſoluerit. ¶ Confirmatio ſententiæ nullæ an faciat, vt amplius non poſſit opponi de nullitate illius parte non opponente. ¶ Et an ſufficiat oppoſitio generalis, ſeu etiam requiratur ſpecialis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inofficioſa re, & conſilio quando reuocetur in totum, ſeu vſque ad legitimam tantum.*

2 *Mater dotans vni ex filiabus inofficioſè dicitur donare, non dotare. & n.3.*

4 *Actio dotis inofficioſæ non datur filijs in vita parentum. Idem in donatione inofficioſa. n.7. Et quid ſi illi conſenſerint. n.8. & 9.*

5 *Titulus de inofficioſis dotibus eſt introductus ad inſtar inofficioſi teſtamenti.*

6 *Legitima debetur filio poſt mortem patris, & matris, non autem ipſis viuentibus.*

10 *Filia non poteſt præiudicare matri in legitima, quamuis aliquid ei relinquatur, ideo dabitur ſupplementum vſque ad debitum bonorum ſubſidium, licet ſimus in matre binuba. & n. 11.*

12 *Legitima deducitur ex lucro mariti, quando dos eſt inofficioſa.*

13 *Procurator datus ad capiendum pecunias ad cenſum an poſſit apponere clauſulam inſolidum, & alia pacta ſolita etiam pœnalia pro executione mandati. & n. 14.*

15 *Verba potius cenſentur appoſita ob cauſam demonſtrationis, quam taxationis.*

16 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus quid operetur relatiue.*

17 *Propter euictionem rei in ſolutum datæ an ſit licitum redire ad primæua iura.*

18 *Res dicitur euinci, quando poſſeſſori fuit ablata, ſicut ſi dominium, & proprietas euinceretur.*

19 *Euictio magis verificatur ſtante immiſſione ſecuta poſt ſententiam.*

20 *Actio primæua hypothecaria datur ratione damnorum, & intereſſe quaſi re non tradita.*

21 *Sententia, prout in cedula quando ſit nulla, & detur illius ſanatio. n.22. & 23.*

24 *Sententia nulla non indiget reuocatione.*

25 *Ignorantia Iudicis, cui non fuit notificata minor ætas, vel ſimilis defectus, facit, vt ſententia non debeat dici nulla. & n. 26.*

27 *Confirmatio ſententiæ nullæ operatur, vt non poſſit amplius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ per aliam validam parte non opponente, itaut non ſufficiat oppoſitio generalis. n. 28.*

29 *Sententia confirmatoria, quæ fecit tranſitum in iudicatum tollit nullitatem primæ, itaut de ea non poſſit vlterius opponi.*

30 *Poſſeſſio acquiſita auctore prætore ſeruatis ſeruandis eſt manutenenda non habita conſideratione anterioris poſſeſſionis, quæ fuit amiſſa. & n. 31.*

32 *Expulſio indebita eſt probanda per eum, qui prætendit nulliter eſſe priuatum ſua poſſeſſione.*

33 *Sententia notoriè nulla debet eſſe ad hoc, vt quis poſſit manuteneri in poſſeſſione, qua fuit expulſus vigore dictæ ſententiæ. & n. 34.*

35 *Teſtis vnicus nullam fidem facit in poſſeſſorio plenario, quod ordinatur ad finem perueniendi ad ſententiam definitiuam, ſecus in ſummariſſimo.*

36 *Qualitas, quod teſtis ſit omni exceptione maior quando ſit probanda.*

37 *Probatio debet eſſe concludens.*

38 *Teſtis à parte productus probat contra producentem.*

39 *In poſſeſſione rerum mobilium non intrat præſumptio continuata poſſeſſionis, quæ non retinetur animo, ſicut in bonis ſtabilibus. n. 40. & 41.*

42 *Simulatio quando præſumatur in emptione facta nomine alterius ſtante ſolutione de pecunijs proprijs, & poſſeſſione capta rei empta. & n. 45.*

43 *Spolium excluditur non probata poſſeſſione, & continuatione illius in rebus immobilibus.*

44 *Pecuniæ ſoluta per manus alicuius an præſumantur ſoluentis, vel tanquam miniſtri.*

46 *Probatio cauſæ ſimulationis non requiritur de perſona ad perſonam, vt vnus habeat nudum nomen, & ſubſtantia negotij ad alium ſpectet.*

CA-

CAPVT DCCCCL.

PEr matrem ſi fuerint donata omnia ſua
bona vni ex filiabus,poterit altera talem
donationem reuocare quo ad legitimam
tantum ,quamuis etiam eſſet donatio inoffi-
1 cioſa re, & conſilio , † quidquid aliud ſit in
extraneo *Bald. in l. ſi liqueat. in princ. vbi
Caſtr. ad med. Salic. in fin. C. de inoffic.do-
nat.* cum alijs adductis *ſupr. c.472. n.25.* ex
quibus reſoluitur primum dubium propoſi-
tum, quod non licuit matri dare dotem vni
ex filiabus in aliarum præiudicium, quæ po-
terant talem dotem reuocare vſque ad debi-
tum bonorum ſubſidium *Clar. in §. donatio.
quæſt. 24. n. 2.*
Et quamuis prædicti loquantur in donatione,
Tamen etiam nos ſumus in tali caſu dona-
tionis,cum dos, de qua agimus,ſuccedat lo-
2 co donationis, † tanquam mater non tenea-
tur dotare filiam, quia huiuſmodi onus ſpe-
ctat ad patrem, & ſi inofficioſè dotat dici-
tur donare, non autem dotare, vt in ſpecie
concludit *Campeg. de dot. p.1. q.55. n.1. in
fin.* iuxta *l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor.
action.* & prius hoc voluit *Azo. in ſumma
C. de inoffic. dotib. & ibi Cyn. in l. 1. n. 1.
verſ. ſed hoc minus valet. Bart. in fin. & Bu-
trigar. col. 1.*
Immo etiam quod eſſemus in dote, Nihilomi-
nus idem concludendum eſt,nam ſicut mater
non poteſt donationem inofficioſam facere
ad fauorem vnius filij in præiudicium alio-
3 rum, vt dictum eſt, † ita neque poterit do-
tem inofficioſam conſtituere ad commodum
vnius filiæ, cum alijs competat quærela
inofficioſæ dotis quo ad debitum bonorum
ſubſidium *l. 1. C. de inoffic. dotib.*
Hæc ſunt clara, ſed difficultas ſola conſiſtit an
pro reuocanda dote inofficioſè data vni ex
filiabus per patrem, ſeu matrem, competat
actio alijs filijs antequam parentes deceſſe-
4 rint, † & in hoc concludendum eſt negatiuè,
quod huiuſmodi actio non detur in eorum
vita, ſed ſit expectanda mors patris, ſeu ma-
tris dotantis inofficioſè, nam titulus de in-
officioſis dotibus eſt introductus ad inſtar
5 inofficioſi teſtamenti † *l. 1. C. de inofficioſ.
dotib. Gloſ in l. 1. in verb. ex duabus. in
fin. C. de inoffic. donat.* Huiuſmodi autem
quærela ſolum competit poſt mortem pa-
6 tris, ſeu matris, non autem in vita, † cum
tantum legitima debeatur filio poſt mortem
patris, & matris, non autem ipſis viuenti-
bus *l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bonor.
Becc. conſ. 68. n. 2.* Et ita in ſpecie notat *Gloſ.
in l. 1. in verb. actionis. in fin. vbi Caſtr. in
fin. Odoffr. col. 1. Salic. in fin. C. de inoffic.
dotib. Franc. decis. 170. n. 1. & 2. Becc.
conſ. 68. n. 2.*
Quod etiam eſt in donatione inofficioſa, quæ
7 non reuocatur viuente donatore, † ſed eius
mors eſt expectanda, vt filij poſſint agere
quærela donationis inofficioſæ, cum illa
detur ad exemplum teſtamenti inofficioſi, vt
in ſpecie declarat *Gloſ. in l. ſi totas. in verb.
detractum. ad fin. vbi Bart. n. 2. verſ. quæro
vtrum reuocatio. Salic. n. 1. verſ. tunc quæro
an in vita. C. de reuocand. donationib.*
Poſſet tamen pro filijs adhiberi cautela, quod
mater donans, ſeu dotans inofficioſè decla-
8 ret ſe conſentire, † quod filij agant ad reuo-
cationem huiuſmodi donationis illa viuen-
te, tunc enim ipſi admitterentur, cum non
dicatur reuocari per filios, ſed per eamdem
matrem in ſuſtentationem liberorum, qui
fortè alias non poſſent ſuſtētari, neque enim
tunc filij de præſenti illam accipiunt, ſed
poſt mortem matris, quæ eis iſta reſeruare
tenetur, cum ipſorum contemplatione, &
fauore hoc per legem ipſi matri, ſeu patri
concedatur, vt in propoſito noſtro, ita no-
tat *Salic. in l. ſi totas. 5. n. 1. in fin. C. de
inoffic. donation.*
Et quamuis *Franc. decis. 170. in fin.* contrarium
teneat, quod mater non poſſit talem conſen-
9 ſum præſtare in præiudicium tertij, † cui eſt
ius quæſitum, Tamen nihil allegat, & ſtan-
dum eſt potius opinioni *Salic.* præſertim,
quia adeſt cauſa ſuſtentationis liberorum,
quo caſu permittitur parentibus talem con-
ſenſum præſtare, & contra factum proprium
venire etiam in præiudicium tertij *Gloſ.* in
ſpecie *in l. ſi totas. 5. in verb. ad ſubmouen-
dam. & in verb. detractam. ad med. verſ.
item nota. C. de inofficioſ. donation.* iuxta
l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax.
Secundum dubium eſt decidendum negatiue,
quod Margarita filia non potuerit præiudi-
care Vrſulæ matri in ſua legitima, ideo lega-
tum ei relictum de ſcutis 25. pro iure ſibi
debito non erit validum, cum in totum ſit
10 relinquenda legitima per filiam matri, † quæ
poterit petere ſupplementum ipſius vſque
ad integrum bonorum ſubſidium ſibi debi-
tum, quamuis ad ſecundas nuptias tranſie-
rit *Gloſ. in l. omnimodò. in princ. C. de in-
offic. teſtam. Pic. in l. in quartam. n. 197. ff. ad
11 leg. falcid. Graſſ. in §. legitima. q. 34.* † Et
in ſpecie de matre binuba latè *Mangil. de
imputat. & detract. q. 1. n. 10. cum ſeq. &
q. 7. n. 9. & 10.* iuxta *§. cum igitur. auth. de
non eligend. ſecund. nubent.*
Et quidem dicta legitima erit deducenda etiam
ex lucro mariti, quando dos eſt inofficioſa,
non obſtante, quod prius ſit detrahendum æs
12 alienum, † cum nec ſtatutum, nec conuen-
tio iugalium tollat, vt non poſſit contra
virum proponi quærela inofficioſæ dotis
*Phanuc. de lucr. dot. gloſ. 5. n. 38. ad fin.
Mangil. de imput. & detract. q. 10. n. 32.
poſt Bald. conſ. 495. quadam domina.
n. 2. lib. 5.*
Quo ad tertium dubium, dixi conſtare de cre-
dito Hieronymi tam reſpectu Ioannis, quam
Camilli, cum idem Ioannes nomine proprio,
& vti

Digitized by Google

& vti procurator Camilli impoſuerit cen-
ſum, de quo agimus, & tam ſua bona, quàm
eiuſdem Camilli obligauerit, prout latius in
inſtrumento continetur, cui non obſtat, quod
non potuerit procurator apponere clauſu-
lam inſolidum, tanquam talis facultas non
legatur in mandato, quod ſolum fuit conſti-
tutum per Camillum in perſonam Ioannis
ad accedendum, & fideiubendum in annuo
13 cenſu per ipſum Ioannē conſtituendo, † Quia
in impoſitionibus huiuſmodi cenſuum, &
obligationibus, quæ pro eis interponuntur
paſſim omnes obligantur inſolidum, Vnde
tacitè cenſetur data illa facultas in tali man-
dato, cum procurator cenſeatur conſtitutus
ad omnia facienda, quæ ex conſuetudine
ſolent apponi, ideo pro obſeruantia contra-
ctus non ſolum poteſt obligare omnia bona,
& perſonam ſui principalis, ſed etiam poteſt
addere pœnam, & alias clauſulas ad execu-
tionem mandati pertinentes, & quęcumque
alia pacta, quæ ad negotiū commiſſum ſpe-
ctant pro faciliori illius expeditione, vt latè
concludit *Felin. conſ.* 15. *n.* 6. *vſque ad* 18.
poſt Bald. & Ang. in l. bene à zenone. *C. de
quadr. præſcript. Iaſ. in l.* 1. *§. ſi procura-
tor. col. vlt. ad med. verſ. immo dicunt. n.*19.
*ff. ſi quis ius dic. non obtemper. Surd. de-
ciſ.* 213. *n.* 4.

Quæ omnia cum procedant in procuratore
ſimpliciter conſtituto ad contrahendum,
multò magis habebunt locum in caſu no-
ſtro, in quo ſpecialiter fuit datus procura-
tor Ioannes non ſolum ad accedendum, & fi-
deiubendum pro cenſu per eum conſtituen-
do, ſed etiam fuit additum, quod pro obſer-
uatione contentorum in inſtrumento confi-
ciendo dicti cenſus poſſet obligare omnia
ſua bona in forma cameræ, ac promiſſione
de rato, iuramento, & alijs clauſulis, ex qui-
bus videtur, quod procurator magis potue-
14 rit obligare principalem inſolidum, † cum
iſtis concurrentibus ſit data facultas procu-
ratori iurandi, ac ſi principalis iuraſſet, & re-
nunciandi beneficio diuiſionis, ac omni le-
gum auxilio, ac alijs quibuſcumque priuile-
gijs *Rot. coram R.P.D. Robuſterio Romana
caſalis palazzetti*. 16. *Decembris* 1587. im-
preſſ. *poſt tract. de obligat. cameral. deciſ.* 23.
n. 6. *&* 7. iuxta *conſ. Caſtr.* 409. *conſideran-
da ſunt verba. n.* 2. *lib.* 1. *Maſcard. de pro-
bationib. concluſ.* 369. *n.* 12.

Neque obſtat, quod mandatum fuerit datum
de conſtituendo cenſum cum Rodulpho, non
autem ad fauorem Pandulphinæ, prout fuit
conſtitutus, Quia talis expreſſio non fuit po-
15 ſita taxatiuè, ſed demonſtratiuè, † vnde
non vitiat, cum ſiue conſtituatur cenſus cum
vno, vel cum alio, idem reſultet effectus,
prout etiam ſemper in dubio in huiuſmo-
di diſpoſitionibus iſta verba cenſentur pro-
lata potius ob cauſam demonſtrationis,
quàm taxationis *Caſtr. in l. ſtichum qui
meus.* 6. *n.* 1. *&* 2. *de legat.* 1. *Bald. & Salic.
in l. ſi quis argentum. §.* 1. C. *de donat. Felin.
in c. ſuper litteris.* 20. *n.* 4. *col.* 3. *in fin. de
reſcript. Signorol. conſ.* 74. *n.* 8. *Boer. de-
ciſ.* 327. *n.* 3.

Stante igitur veritate huiuſmodi crediti, & ceſ-
ſione illius ad fauorem Hieronymi pro ſcu-
tis 600. & decoctione Io. & Camilli vendi-
torum dicti cenſus, & aſſignatione prædij ei-
dem Hieronymo facta pro ſcutis octingen-
tis pro ſorte, & fructibus eiuſdem cenſus
16 iuxta ſententiam graduatoriam, † cum cau-
tione de reſtituendo dictum prædium prio-
ribus, & potioribus creditoribus, de qua
cautione *Franc. deciſ.* 75. *n.* 9. ſequitur, quod
ob euictionem talis rei in ſolutum datæ, &
reſtitutionem ipſius iuxta cautionem inter-
poſitam anterioribus, licitum fuit redire ad
primæua iura, cum non ſit extincta prima
hypotheca, quæ poterit exerceri contra
17 tertium titulo poſſidentem, † prout ita
fuiſſe iudicatum teſtatur *Gaſp. Theſaur. q.*
88. *n.* 11. *p.* 2. *Morot. de iur. offerend. n.* 33.
& 35. *Affl. deciſ.* 16. *n.* 5. *Rot. coram R. P.
D. Iuſto Romana de Gallis.* 11. *Maij* 1609.
Franc. deciſ. 200. *n.* 4. *&* 5. *Muſcatell. in
prax. fideiuſſ. p.* 1. *mod.* 16. *n.* 3. *&* 4. Quam-
uis etiam ſola poſſeſſio dicti prædij fuerit
euicta, cum etiam tunc dicatur res euinci,
18 quando poſſeſſori fuit ablata, † ſicut quando
dominium, & proprietas euinceretur *l. ſi
ſeruus venditus. §.* 1. *& l. habere. ff. de eui-
ctionib. l. emptorem. §. idem neratius. vbi
Caſtr. ff. de act. empt. l. datio. in princ. ff.
eod. tit. Bald. & Salic. in l.* 1. *C. de pericul.
& commod. rei vendit. Bero. conſ.* 158. *n.* 34.
lib. 1. *Card. Seraph. deciſ.* 671. *n.* 7. *Rot. de-
ciſ.* 77. *n.* 4. *p.* 2. *in recentior. Rim. Sen. conſ.*
19 490. *n.* 3. *lib.* 3. † Stante præſertim immiſſio-
ne ſecuta poſt ſententiam, per quam dicitur
magis conſtare de euictione *Gloſ. in l. ſi ſer-
uum. in princ. in verb. abſit. ff. de actionib.
empt. Alex. conſ.* 4. *n.* 1. *lib.* 3. *Iaſ. in l. quo-
ties. n.* 48. C. *de rei vendicat. Rot. deciſ.* 40.
n. 1. *p.* 2. *in recentior.*

Et quatenus etiam verè non fuiſſet ſecuta eui-
ctio, Tamen ſemper poteſt agi primæua
20 actione hypothecaria † ratione damnorum,
& intereſſe, quaſi re non tradita *Cardin. Se-
raphin. deciſ.* 671. *n.* 5. *vſque ad* 8. *poſt Bart.
in l. ratio. n.* 1. *ff. de action. empt. Socin. conſ.*
199. *n.* 8. *lib.* 2. *Iaſ. in l. venditores. in fin.
ff. de verbor. obligat. Dec. conſ.* 102. *præſtan-
tiſſimè doctor. in fin. verſ. ſed in quæſtione
noſtra agitur. Aim. conſ.* 83. *n.* 4. *Alex. conſ.*
63. *n.* 11. *verſ. iſtud etiam expreſſè. lib.* 6.
alias eſt conſ. 67. *lib.* 3. *Rot. coram Cardin.
Blanchetto Neapolitana pecuniaria.* 4. *No-
uembris* 1579. de qua per *Pacif. poſt tract.
de Saluian. deciſ.* 53. *in* 1. *impreſſ. fol.* 594.

Ex quibus etiam patet, quod non potuit de-
negari Hieronymo remedium Saluiani in-
terdicti intentatum, & per conſequens ſen-

tentia

tentia abſolutoria per Bonſignorum lata eſt
notoriè iniuſta, vltra nullitatem etiam no-
21 toriam, † cum fuerit lata die 23. Iunij 1614.
prout in cedula partibus præſẽtibus, & tamẽ
reperitur publicata, & aperta, & tradita in
manibus notarij die 27. einſdem menſis, quo
caſu propter defectũ citationis dicitur non
ſolum notoriè nulla, ſed etiam ſtante reſcri-
pto Sanctiſſimi pro ſananda huiuſmodi nul-
22 litate arbitrio Rotæ † non intrabit arbitriũ,
prout latè reſoluit *Rot. coram R. P. D. Coc-
cino Foroliuien. emphyteuſis. 1. Iulij 1613. &
coram R. P. D. Dunozet Auenionen. arreſti.
5. Decembris 1614. Rot. diuerſ. deciſ. 705.
p. 3. lib. 3.* vbi quod licet alias ſuſtineatur ſen-
tentia lata, prout in cedula, cum iudex ad
illam ſe referat *Bart. in l. 1. in fin. C. de
23 ſentent. ex breuic. recitand.* † Tamen ſecus
eſt, quando expreſsè conſtat tunc temporis
non fuiſſe ſcriptam, ideo quando pronuncia-
tur, prout in cedula, notarius dicit Iudicem
tunc de facto legiſſe, & quando ſubſcribitur
ſententia non adnotatur dies ſubſcriptionis,
ſed omnia ponuntur ſub dicta pronuncia-
tione, adeo vt iſtis non concurrentibus non
poſſit dici ſententiam eſſe validam, ſed om-
nino notoriè nullam *Vant. de nullit. defect.
proceſſ. n. 70. & 85. in fin. Rot. deciſ. 46. p. 1.
in recentior. & deciſ. 81. n. 5. p. ead.*

Et propter iſtius ſententiæ nullitatem, & in-
iuſtitiam notoriam, ſequitur, quod ſecundus
Iudex potuit iudicare ad fauorem Hierony-
mi, prout in prima, & eidem concedere im-
miſſionem in iudicio Saluiani per eum in-
24 tentati, cum ſtante prædicta nullitate, † non
ſit habenda conſideratio illius primę ſenten-
tiæ, non ſecus ac ſi in huiuſmodi cauſa nun-
quam fuiſſet pronunciatum, tanquam ſen-
tentia nulla non indigeat reuocatione *Caſtr.
in l. 1. n. 2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.
Surd. conſ. 160. n. 49. & 50. lib. 2.* vbi etiam
quod valebit ſecunda ſententia contra pri-
mam notoriè iniquam, ſicut valeret contra
primam nullam *Felin. in c. inter monaſte-
rium. limit. 10. de re iudic.* dixi *ſupr. c. 266.
n. 13. vſque ad 16. tom. 2.*

Neque obſtat prætenſa nullitas huiuſmodi ſen-
tentiæ ſub prætextu, quod fuerit lata contra
minorem *l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem
iudic. Put. deciſ. 306. & 307. lib. 2.* Quia
25 ſtante ignorantia Iudicis, † cui non fuit no-
tificata iſta exceptio minoris ætatis, non po-
teſt dici nulla talis ſententia contra illum
lata, nam propter ignorantiam actus valet
*Ang. conſ. 223. pro deciſione. col. 1. Iaſ. in
l. non exigimus. §. ſi quis in iudicio. notab. 5.
in fin. ff. ſi quis caution. Rimin. Iun. conſ.
179. n. 30. lib. 2. Becc. conſ. 110. per tot. Put.
deciſ. 186. in fin. lib. 2.* cum alijs adductis
ſupr. c. 18. n. 32.

Et idem eſt in ſimilibus caſibus, in quibus licet
26 alias ſententia non valeret, † Tamen ſtante
ignorantia defectus Iudex non dicitur nulli-
ter iudicaſſe *Bart. in l. quæſitum. ff. de re
iudic. Gabr. conſ. 50. lib. 1. Dec. in c. 2. n. 29.
de teſtib. Rip. de peſte in priuil. iudic. n. 29.
Caldas de reſtitut. in integr. in verb. per
quod priſtinum. n. 56.* & multa exempla ad
propoſitum noſtrum adduxi *ſupr. c. 18. per
tot. tom. 1.*

Maxiuè, quia tempore, quo ſuit lata ſententia,
Aduerſarius erat maior, prout etiã erat talis
tẽpore, quo formabatur proceſſus, & quando
declarauit ſe eſſe hęredẽ ſui patris, itaut tunc
habuerit notitiam huiuſmodi ſententiæ, &
omnium, quæ per ſuum procuratorem in eo
fuerunt facta, & per conſequens fuerunt om-
27 nia ratificata, † maximè ſtante confirmatio-
ne iſtius ſententiæ, per quam non poteſt am-
plius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ
per aliam validam parte non opponente *Rot.
deciſ. 7. de ſent. & re iudicat. in antiq. Achill.
deciſ. 4. n. 1. eod. tit. Lancell. de purgat. at-
tentar. c. 19. n. 67. Pariſ. conſ. 109. n. 1. lib. 4.
Rot. deciſ. 512. n. 1. in fin. p. 2. in recentior.
Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſentent. null.
28 defendant. n. 25. & 26.* † Itaut non ſufficiat
oppoſitio generalis, nam debet ſpecificè op-
poni cum expreſſione cauſæ ipſius nullitatis
ad hoc vt ſententia nulla non poſſit confir-
mari latè *Rot. deciſ. 572. n. 2. cum ſeq. p. 2. in
recentior.* Cum præſertim iſta ſententia con-
29 firmatoria fecerit tranſitũ in iudicatũ, † quo
caſu non poteſt amplius dici de nullitate
primæ *Alex. conſ. 11. n. 3. verſ. tamen fallit.
lib. 5. Gabr. conſ. 49. n. 1. & 2. lib. 1.* late
*Rot. coram R. P. D. Coccino Foroliuien. em-
phyteuſis. 1. Iulij 1613.* de qua per *Rot. deciſ.
512. n. 2. p. 2. in recentior.*

Ex prædictis colligitur non potuiſſe concedi
Aduerſario mandatum de manutenẽdo, cum
enim Hieronymus fuerit immiſſus in poſſeſ-
30 ſionem auctore Prætore, † & præuijs ſenten-
tijs cauſa cognita, & ritè & rectè latis, vt
ſupra oſtenſum fuit, non poteſt conſiderari
aliqua poſſeſſio in aduerſario, tanquam illa
fuerit amiſſa per expulſionem iudicialiter
factam, qua poſſeſſione ceſſante, non eſt locus
manutentioni *Rot. deciſ. 347. n. 2. p. 2. in re-
centior.* iuxta doctrinam *Ang. in l. clam
poſſidere. §. qui ad nundinas. n. 2. in fin.* vbi
*Iaſ. n. 20. ff. de acquir. poſſeſſ. Card. Seraph.
31 deciſ. 1127. n. 1.* † Immo manutentio erat con-
cedenda Hieronymo, qui habet vltimum ſta-
tum pro ſe *c. cum eccleſia ſutrina. vbi Abb.
n. 23. Rip. n. 81. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
Alex. conſ. 92. n. 5. lib. 1. Couar. pract. quæſt.
c. 17. n. 5. Card. Seraph. deciſ. 1437. n. 1.*

Et ad effectum, vt Aduerſarius non habuerit ſe
pro ſpoliato, & quod Iudex non potuerit il-
lum poſſeſſione ſua priuare nulliter proce-
32 dendo, † opus eſt, vt per eum probetur in-
debita expulſio, quia interim ſtat præſum-
ptio, quod Iudex rectè, & ritè proceſſerit
*l. ab ea parte. de probation. Surd. conſ. 39.
n. 7. lib. 1. & deciſ. 106. n. 9. Becc. conſ. 52.
n. 13.*

Digitized by Google

& vti procurator Camilli impoſuerit cen-
ſum, de quo agimus, & tam ſua bona, quàm
eiuſdem Camilli obligauerit, prout latius in
inſtrumento continetur, cui non obſtat, quod
non potuerit procurator apponere clauſu-
lam inſolidum, tanquam talis facultas non
legatur in mandato, quod ſolum fuit conſti-
tutum per Camillum in perſonam Ioannis
ad accedendum, & fideiubendum in annuo
13 cenſu per ipſum Ioannē conſtituendo, † Quia
in impoſitionibus huiuſmodi cenſuum, &
obligationibus, quæ pro eis interponuntur
paſſim omnes obligantur inſolidum, Vnde
tacitè cenſetur data iſta facultas in tali man-
dato, cum procurator cenſeatur conſtitutus
ad omnia facienda, quæ ex conſuetudine
ſolent apponi, ideo pro obſeruantia contra-
ctus non ſolum poteſt obligare omnia bona,
& perſonam ſui principalis, ſed etiam poteſt
addere pœnam, & alias clauſulas ad execu-
tionem mandati pertinentes, & quęcumque
alia pacta, quæ ad negotiū commiſſum ſpe-
ctant pro faciliori illius expeditione, vt latè
concludit *Felin. conſ. 15. n. 6. vſque ad 18.
poſt Bald. & Ang. in l. bene à zenone. C. de
quadr. præſcript. Iaſ. in l. 1. §. ſi procura-
tor. col. vlt. ad med. verſ. immo dicunt. n. 19.
ff. ſi quis ius dic. non obtemper. Surd. de-
ciſ. 213. n. 4.*

Quæ omnia cum procedant in procuratore
ſimpliciter conſtituto ad contrahendum,
multò magis habebunt locum in caſu no-
ſtro, in quo ſpecialiter fuit datus procura-
tor Ioannes non ſolum ad accedendum, & fi-
deiubendum pro cenſu per eum conſtituen-
do, ſed etiam fuit additum, quod pro obſer-
uatione contentorum in inſtrumento confi-
ciendo dicti cenſus poſſet obligare omnia
ſua bona in forma cameræ, ac promiſſione
de rato, iuramento, & alijs clauſulis, ex qui-
bus videtur, quod procurator magis potue-
14 rit obligare principalem inſolidum, † cum
iſtis concurrentibus ſit data facultas procu-
ratori iurandi, ac ſi principalis iuraſſet, & re-
nunciandi beneficio diuiſionis, ac omni le-
gum auxilio, ac alijs quibuſcumque priuile-
gijs *Rot. coram R.P.D. Robuſterio Romana
caſalis palazzetti. 16. Decembris* 1587. im-
preſſ. *poſt tract. de obligat. cameral. deciſ. 23.
n. 6. & 7.* iuxta *conſ. Caſtr. 409. conſideran-
da ſunt verba. n. 2. lib. 1. Maſcard. de pro-
bationib. concluſ. 369. n. 12.*

Neque obſtat, quod mandatum fuerit datum
de conſtituendo cenſum cum Rodulpho, non
autem ad fauorem Pandulphinæ, prout fuit
conſtitutus, Quia talis expreſſio non fuit po-
15 ſita taxatiuè, ſed demonſtratiuè, † vnde
non vitiat, cum ſiue conſtituatur cenſus cum
vno, vel cum alio, idem reſultet effectus,
prout etiam ſemper in dubio in huiuſmo-
di diſpoſitionibus iſta verba cenſentur pro-
lata potius ob cauſam demonſtrationis,
quàm taxationis *Caſtr. in l. ſtichum qui
meus. 6. n. 1. & 2. de legat. 1. Bald. & Salic.
in l. ſi quis argentum. §. 1. C. de donat. Felin.
in c. ſuper litteris. 20. n. 4. col. 3. in fin. de
reſcript. Signorol. conſ. 74. n. 8. Boer. de-
ciſ. 327. n. 3.*

Stante igitur veritate huiuſmodi crediti, & ceſ-
ſione illius ad fauorem Hieronymi pro ſcu-
tis 600. & decoctione Io. & Camilli vendi-
torum dicti cenſus, & aſſignatione prædij ei-
dem Hieronymo facta pro ſcutis octingen-
tis pro ſorte, & fructibus eiuſdem cenſus
16 iuxta ſententiam graduatoriam, † cum cau-
tione de reſtituendo dictum prædium prio-
ribus, & potioribus creditoribus, de qua
cautione *Franc. deciſ. 75. n. 9.* ſequitur, quod
ob euictionem talis rei in ſolutum datæ, &
reſtitutionem ipſius iuxta cautionem inter-
poſitam anterioribus, licitum fuit redire ad
primæua iura, cum non ſit extincta prima
hypotheca, quæ poterit exerceri contra
17 tertium titulo poſſidentem, † prout ita
fuiſſe judicatum teſtatur *Gaſp. Theſaur. q.
88. n. 11. p. 2. Morot. de iur. offerend. n. 33.
& 35. Affl. deciſ. 16. n. 5. Rot. coram R. P.
D. Iuſto Romana de Gallis. 11. Maÿ 1609.
Franc. deciſ. 200. n. 4. & 5. Muſcatell. in
prax. fideiuſſ. p. 1. mod. 16. n. 3. & 4.* Quam-
uis etiam ſola poſſeſſio dicti prædij fuerit
euicta, cum etiam tunc dicatur res euinci,
18 quando poſſeſſori fuit ablata, † ſicut quando
dominium, & proprietas euinceretur *l. ſi
ſeruus venditus. §. 1. & l. habere. ff. de eui-
ctionib. l. emptorem. §. idem neratius. vbi
Caſtr. ff. de act. empt. l. datio. in princ. ff.
eod. tit. Bald. & Salic. in l. 1. C. de pericul.
& commod. rei vendit. Bero. conſ. 158. n. 34.
lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 671. n. 7. Rot. de-
ciſ. 77. n. 4. p. 2. in recentior. Rim. Sen. conſ.
19 490. n. 3. lib. 3.* † Stante præſertim immiſſio-
ne ſecuta poſt ſententiam, per quam dicitur
magis conſtare de euictione *Gloſ. in l. ſi ſer-
uum. in princ. in verb. abſit. ff. de actionib.
empt. Alex. conſ. 4. n. 1. lib. 3. Iaſ. in l. quo-
ties. n. 48. C. de rei vendicat. Rot. deciſ. 40.
n. 1. p. 2. in recentior.*

Et quatenus etiam verè non fuiſſet ſecuta eui-
ctio, Tamen ſemper poteſt agi primæua
20 actione hypothecaria † ratione damnorum,
& intereſſe, quaſi re non tradita *Cardin. Se-
raphin. deciſ. 671. n. 5. vſque ad 8. poſt Bart.
in l. ratio. n. 1. ff. de action. empt. Socin. conſ.
199. n. 8. lib. 2. Iaſ. in l. venditores. in fin.
ff. de verbor. obligat. Dec. conſ. 102. præſtan-
tiſſimè doctor. in fin. verſ. ſed in quæſtione
noſtra agitur. Aim. conſ. 83. n. 4. Alex. conſ.
63. n. 11. verſ. iſtud etiam expreſſè. lib. 6.
alias eſt conſ. 67. lib. 3. Rot. coram Cardin.
Blanchetto Neapolitana pecuniaria. 4. No-
uembris* 1579. de qua per *Pacif. poſt tract.
de Saluian. deciſ. 53. in 1. impreſſ. fol. 594.*

Ex quibus etiam patet, quod non potuit de-
negari Hieronymo remedium Saluiani In-
terdicti intentatum, & per conſequens ſen-

tentia

tentia abſolutoria per Bonſignorum lata eſt
notoriè iniuſta, vltra nullitatem etiam no-
21 toriam, † cum fuerit lata die 23. Iunij 1614.
prout in cedula partibus præsẽtibus,& tamẽ
reperitur publicata, & aperta, & tradita in
manibus notarij die 27. einſdem menſis, quo
caſu propter defectũ citationis dicitur non
ſolum notoriè nulla, ſed etiam ſtante reſcri-
pto Sanctiſſimi pro ſananda huiuſmodi nul-
22 litate arbitrio Rotæ † non intrabit arbitriũ,
prout latè reſoluit *Rot. coram R. P. D. Coc-
cino Foroliuien. emphyteuſis. 1. Iulij 1613. &
coram R. P. D. Dunozet Auenionen. arreſti.
5. Decembris 1614. Rot. diuerſ. deciſ. 705.
p. 3. lib. 3.* vbi quod licet alias ſuſtineatur ſen-
tentia lata, prout in cedula, cum iudex ad
illam ſe referat *Bart. in l. 1. in fin.* C. *de
23 ſentent. ex breuic. recitand.* † Tamen ſecus
eſt, quando expreſsè conſtat tunc temporis
non fuiſſe ſcriptam, ideo quando pronuncia-
tur, prout in cedula, notarius dicit Iudicem
tunc de facto legiſſe, & quando ſubſcribitur
ſententia non adnotatur dies ſubſcriptionis,
ſed omnia ponuntur ſub dicta pronuncia-
tione, adeo vt iſtis non concurrentibus non
poſſit dici ſententiam eſſe validam, ſed om-
nino notoriè nullam *Vant. de nullit. defect.
proceſſ. n. 70. & 85. in fin. Rot. deciſ. 46. p. 1.
in recentior. & deciſ. 81. n. 5. p. ead.*

Et propter iſtius ſententiæ nullitatem, & in-
iuſtitiam notoriam, ſequitur, quod ſecundus
Iudex potuit iudicare ad fauorem Hierony-
mi, prout in prima, & eidem concedere im-
miſſionem in iudicio Saluiani per eum in-
24 tentati, cum ſtante prædicta nullitate, † non
ſit habenda conſideratio illius primę ſenten-
tiæ, non ſecus ac ſi in huiuſmodi cauſa nun-
quam fuiſſet pronunciatum, tanquam ſen-
tentia nulla non indigeat reuocatione *Caſtr.
in l. 1. n. 2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.
Surd. conſ. 160. n. 49. & 50. lib. 2.* vbi etiam
quod valebit ſecunda ſententia contra pri-
mam notoriè iniquam, ſicut valeret contra
primam nullam *Felin. in c. inter monaſte-
rium. limit.* 10. *de re iudic.* dixi *ſupr. c. 266.
n. 13. vſque ad 16. tom. 2.*

Neque obſtat prætenſa nullitas huiuſmodi ſen-
tentiæ ſub prætextu, quod fuerit lata contra
minorem *l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem
iudic. Put. deciſ. 306. & 307. lib. 2.* Quia
25 ſtante ignorantia Iudicis, † cui non fuit no-
tificata iſta exceptio minoris ætatis, non po-
teſt dici nulla talis ſententia contra illum
lata, nam propter ignorantiam actus valet
*Ang. conſ. 223. pro deciſione. col. 1. Iaſ. in
l. non exigimus. §. ſi quis in iudicio. notab. 5.
in fin. ff. ſi quis caution. Rimin. Iun. conſ.
179. n. 30. lib. 2. Becc. conſ. 110. per tot. Put.
deciſ. 186. in fin. lib. 2.* cum alijs adductis
ſupr. c. 18. n. 32.

Et idem eſt in ſimilibus caſibus, in quibus licet
26 alias ſententia non valeret, † Tamen ſtante
ignorantia defectus Iudex non dicitur nulli-
ter iudicaſſe *Bart. in l. quæſitum. ff. de re
iudic. Gabr. conſ. 50. lib. 1. Dec. in c. 2. n. 29.
de teſtib. Rip. de peſte in priuil. iudic n. 29.
Caldas de reſtitut. in integr. in verb. per
quod priſtinum. n. 56.* & multa exempla ad
propoſitum noſtrum adduxi *ſupr. c. 18. per
tot. tom.* 1.

Maximè, quia tempore, quo fuit lata ſententia,
Aduerſarius erat maior, prout etiã erat talis
tẽpore, quo formabatur proceſſus, & quando
declarauit ſe eſſe hęredẽ ſui patris, itaut tunc
habuerit notitiam huiuſmodi ſententiæ, &
omnium, quæ per ſuum procuratorem in eo
fuerunt facta, & per conſequens fuerunt om-
27 nia ratificata, † maximè ſtante confirmatio-
ne iſtius ſententiæ, per quam non poteſt am-
plius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ
per aliam validam parte non opponente *Rot.
deciſ. 7. de ſent. & re iudicat. in antiq. Achill.
deciſ. 4. n. 1. eod. tit. Lancell. de purgat. at-
tentar. c. 19. n. 67. Pariſ. conſ. 109. n. 1. lib. 4.
Rot. deciſ. 512. n. 1. in fin. p. 2. in recentior.
Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſentent. null.
28 defendant. n. 25. & 26.* † Itaut non ſufficiat
oppoſitio generalis, nam debet ſpecificè op-
poni cum expreſſione cauſæ ipſius nullitatis
ad hoc vt ſententia nulla non poſſit confir-
mari latè *Rot. deciſ. 572. n. 2. cum ſeq. p. 2. in
recentior.* Cum præſertim iſta ſententia con-
29 firmatoria fecerit tranſitũ in iudicatũ, † quo
caſu non poteſt amplius dici de nullitate
primæ *Alex. conſ. 11. n. 3. verſ. tamen fallit.
lib. 5. Gabr. conſ. 49. n. 1. & 2. lib. 1.* late
*Rot. coram R. P. D. Coccino Foroliuien. em-
phyteuſis. 1. Iulij 1613.* de qua per *Rot. deciſ.
512. n. 2. p. 2. in recentior.*

Ex prædictis colligitur non potuiſſe concedi
Aduerſario mandatum de manutenẽdo, cum
enim Hieronymus fuerit immiſſus in poſſeſ-
30 ſionem auctore Prætore, † & præuijs ſenten-
tijs cauſa cognita, & ritè & rectè latis, vt
ſupra oſtenſum fuit, non poteſt conſiderari
aliqua poſſeſſio in aduerſario, tanquam illa
fuerit amiſſa per expulſionem iudicialiter
factam, qua poſſeſſione ceſſante, non eſt locus
manutentioni *Rot. deciſ. 347. n. 2. p. 2. in re-
centior.* iuxta doctrinam *Ang. in l. clam
poſſidere. §. qui ad nundinas. n. 2. in fin. vbi
Iaſ. n. 20. ff. de acquir. poſſeſſ. Card. Seraph.
31 deciſ. 1127. n. 1.* † Immo manutentio erat con-
cedenda Hieronymo, qui habet vltimum ſta-
tum pro ſe *c. cum eccleſia ſutrina. vbi Abb.
n. 23. Rip. n. 81. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
Alex. conſ. 92. n. 5. lib. 1. Couar. pract. quaſt.
c. 17. n. 5. Card. Seraph. deciſ. 1437. n. 1.*

Et ad effectum, vt Aduerſarius non habuerit ſe
pro ſpoliato, & quod Iudex non potuerit il-
lum poſſeſſione ſua priuare nulliter proce-
32 dendo, † opus eſt, vt per eum probetur in-
debita expulſio, quia interim ſtat præſum-
ptio, quod Iudex rectè, & ritè proceſſerit
*l. ab ea parte. de probation. Surd. conſ. 39.
n. 7. lib. 1. & deciſ. 106. n. 9. Becc. conſ. 52.
n. 13.*

Digitized by Google

n.13. & 111. Rot. decis. 347. n. 3. p. 2. in re-
centior. Aleiat. reg. 3. præſumpt. 10. n 1.

Amplius iſta indebita expulſio ad effectum ma-
nutentionis debet eſſe talis, vt non ſufficiat
quælibet iniuſtitia, † cum debeat eſſe omni-
no clara notoria, & patens, ita vt nullo pror-
ſus colore potuerit offuſcari, nam ſi aliqua
probabili dubitatione iniuſtitia in dubium
reduceretur, non poſſet ad iſtum effectum
dici ſententia notoriè nulla, & iniuſta Rot.
deciſ. 646. n. 1. & 2. p. 2. in recentior. poſt
Franc. in c. dilecto. n. 155. in fin. de appellat.
Felin. in c. inter cæteras. n. 7. de re iudicat.
Honded. conſ. 28. n. 49. lib. 1. vbi etiam quod
non ſufficiet iniuſtitiam eſſe manifeſtam
Burſat. conſ. 73. n. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 201.
n. 9. cum ſeq. lib. 2.

In caſu autem noſtro non adeſt huiuſmodi no-
toria iniuſtitia, cum ex ſupra adductis fue-
rit reſponſum omnibus prætenſis nullitati-
34 bus, & iniuſtitijs, † quæ neque poſſunt dici
adeo notoriæ, vt non poſſit de eis dubitari,
cum etiam illæ ceſſauerint per ſecundam
ſententiam confirmatoriam tranſactam in
iudicatum Rot. deciſ. 512. n. 1. p. 2. in recent.
Maximè, quia contraria procedunt, vbi per
Iudicem fuit proceſſum omnino vt priua-
tum, & extraiudicialiter, & parte non vocata
tunc enim iudicatur de Iudice ſpoliante, ſi-
cut de priuato, cum ſecus ſit quando inter-
uenit citatio partis, quæ operatur, vt Iudex
dicatur adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & per
conſequens tunc obſtabit talis exceptio, &
& non competet reintegratio Aim. conſ. 302.
n. 3. & 4. & conſ. 5. n. 8. poſt Geminian. conſ.
112. n. 1. iuxta c. intra quatuor. de maiorit.
& obedient. Felin. in c. dilectus filius. 27.
fallen. 1. & 3. de reſcript. cum alijs adductis
ſupr. c. 524. n. 25. & 26. tom. 3.

Quartum dubium eſt decidendum negatiue,
quod reintegratio petita non ſit conce-
denda, quia licet prætendatur exaduerſo
probatam eſſe poſſeſſionem per ſecundum
teſtem, Tamen cum ſit vnicus, nullam fidem
35 facit, † non obſtante, quod ſimus in poſſeſ-
ſorio, in quo requiritur plena probatio,
quando, prout in caſu noſtro, ſumus in poſ-
ſeſſorio plenario, quod ordinatur ad finem
perueniendi ad ſententiam definitiuam, do-
nec poſtea cognitum fuerit ſuper petitorio,
tanquam tunc ſit grauis præiudicij, cum
aliam ſententiam poſt ſe non expectet, &
quia ab ea non poteſt appellari, quidquid
aliud ſit in poſſeſſorio ſummariſſimo, in quo
ſufficit ſemiplena probatio, iſta eſt commu-
nis diſtinctio, quàm latè approbat Natt.
conſ. 630. n. 5. vſque ad 8. vbi ampliat, quam-
uis in cauſa eſſet procedendum ſummariè
Alex. conſ. 139. n. 14. lib. 6. & conſ. 187. in
fin. eod. lib. iuxta Gloſ. in l. 1. in verb. filium.
vbi Iac. Butr. Ang. & Salic. C. quor. bonor.
Roland. conſ. 50. n. 16. lib. 2. Cagnol. in l. in
pari. 172. n. 6. ff. de regul. iur. latè Surd.
conſ. 73. n. 1 & 18. lib. 1. & de aliment. tit. 1.
q. 112. n. 25. Menoch. de recuper. poſſeſſ. re-
med. 15. n. 408. vſque ad 415.

Cum etiam ſi admitteretur in hoc caſu proba-
36 tio vnius teſtis, tamen non ſufficeret, † niſi
etiam probaretur illum eſſe omni exceptio-
ne maiorem, itaut non probata iſta quali-
tate, nulla probatio reſultet, vt in ſpecie
concludit Surd. conſ. 73. n. 39. & 40. lib. 1.
poſt Zuccard. in l. fin. n. 101. C. de edict. diu.
adrian. tollend. Benintend. deciſ. 62. n. 14.
Contard. in l vnic. in ration. dubitand. n. 30.
C. ſi de momentan. poſſeſſion.

Maximè, quia idem ſecundus teſtis non pro-
bat concludenter intentionem aduerſarij,
cum iuxta 4. & 5. deponat etiam Simonem
communiter exercuiſſe, & poſſediſſe, cum
37 eo bona, † de quibus agimus, itaut ſtante
iſta depoſitione nulla fides ſit dâda tali teſti
ad ipſius fauorem, tanquam non ſimpliciter
eius intentio probetur, prout erat proban-
dum c. in præſentia. de probation. l. non hoc.
C. vnde legit. Surd. conſ. 61. n. 15. lib. 1. &
conſ. 5. n. 46. vbi quod debet concludere per
neceſſe, itaut ſi probatio non ſit talis, ſit in-
terpretanda contra probantem etiam in ma-
teria fauorabili Alex. conſ. 52. col. 2. lib. 5.
Natt. conſ. 285. n. 2. & conſ. 592. n. 13. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1 gloſ. 16. n. 8. Crot. conſ.
47. n. 22. & conſ. 102. n. 8. Becc. conſ. 52. n. 101.

Præſertim, quia primus teſtis per Aduerſarium
examinatus, & omiſſus in ſummario probat
Simonem eſſe verum dominum, & poſſeſſo-
rem, & omnia facere, quæ abſolutè, & li-
berè faciunt domini miniſtrando alimenta
famulis, ſoluẽdo eiſdem ſalaria, prout etiam
talis erat Aduerſarius, qui continuò ſtetit
ad ſeruitia eiuſdem Simonis per plures an-
nos, cui merces ſoluta fuit pro famulatu
cum alijs latius in facto, itaut per iſtum
38 teſtem † tanquam à parte inductum ſit facta
plena probatio contra producentem Bald. in
l. parentes. C. de teſtib. Aim. conſ. 110. in
fin. Alex. conſ. 54. ponderatis. in fin. lib. 3.
Quamuis ſit vnicus, & deponat de creduli-
tate Gabr. de teſtib. concluſ. 1. n. 13. & 14.

Excluſa igitur probatione poſſeſſionis, nõ com-
petit remedium ſpolij intentatum, maximè
quia Aduerſarius iam de anno 1619. in Pa-
ſchate Reſurrectionis diſceſſit à ſeruitio Si-
monis recepto reſiduo ſui ſalarij, Vnde non
poteſt ſe iuuare ſub prætextu, quod aliquan-
39 do poſſederit, † nam agitur de poſſeſſione
rerum mobilium, in quibus nunquam intrat
præſumptio continuatæ poſſeſſionis, cum in
eis non retineatur poſſeſſio ciuilis animo,
ſicut in ſtabilibus, ſed quatenus iſtæ res mo-
biles ſunt in conſpectu noſtro, & in cuſtodia
noſtra Balb. in l. celſus. p. 3. n. 8. & ibi Claud.
Seiſſel. col. 8. in fin. n. 47. ff. de vſucapion.
iuxta opinionem Specul. de action. ſeu petit.
§. 1. incip. ſequitur. n. 31. Franc. Aret. conſ.
110. procedendo breuiter. n. 2. vbi etiam ad-
ducit

Digitized by Google

ducit *Gloſ. l. inciuile. 5. in verb. fuiſſe. C. de*
furt. Grat. conſ. 94. n. 9. in fin. lib. 2. Iaſ. in
l. quod te. in fin. verſ. ſecundo contra do-
40 *ctrinam. ff. ſi cert. petat.* † vbi quod eſt no-
tandum tanquam ſingulare *Caſtr. in l. ſi mi-*
norem. 4. n. 4. C. de in integr. reſtit. minor.
Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 407.
vbi quod iſta eſt crebrior, & verior opinio
addocendo etiam *Alciat. conſ. 341. in fin.* &
ita ſeruat *Rot. coram R. P. D. Orano Ciui-*
tatis Caſtelli Spolij 23. Ianuarij 1593. in fin.
de qua per *Marcheſan. de commiſſ. appella-*
tion. in poſſeſſor. Salutan. par. 1. §. 2. deciſ. 2.
fol. 1017. Maſcard. conclu. 170. n. 26. Siluan.
conſ. 91. n. 18. & 19.

Et paſſim admittunt Doctores iſtam differen-
tiam inter res mobiles, & ſtabiles. Nam
poſſeſſio rerum immobilium retinetur in ab-
41 ſentia † amiſſa cuſtodia *l. clam poſſidere. §.*
qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. ſecus
autem in rebus mobilibus, quæ de facili poſ-
ſunt contrectari, adeo vt quis perdat ani-
mum poſſidendi amiſſa cuſtodia, quæ ratio
ceſſat in ſtabilibus, vt concludunt omnes in
l. 3. §. nerua filius. ff. de acquir. poſſeſſ. &
declarat *Crot. in l. 1. in princ. n. 52. ff. eod.*
tit. vol. 5. fol. 124.

Neque obſtat titulus emptionis bonorum,
de quibus agimus, ad fauorem Aduerſarij.
Quia non eſt modo de hoc quærendum,
cum vt dictum eſt, non ſit probata poſſeſ-
ſio, prout requiritur ad effectum ſpolij in-
tentati, Maximè, quia licet emptio ſit fa-
cta nomine ipſius, Tamen eius nomen fuit
ſimulate appoſitum, cum verè ſpectaret ad
Simonem, qui emit abſente Aduerſario, &
ſoluit pretiũ de ſuis pecunijs tam venditori,
quàm Monaſterio S. Mariæ in via, & poſt em-
ptionem fuit per eum capta poſſeſſio bono-
rum, quam ſemper retinuit exercendo artẽ,
& ſubminiſtrando expenſas famulis, & ſol-
uendo continuò pẽſiones domus locatæ cum
alijs actibus ad veros dominos ſpectanti-
42 bus, † itaut ex iſtis reſultet, quod nomen
aduerſarij fuit ſimulatè poſitum in inſtru-
mento, cui nihil fuit acquiſitum tanquam
præſumatur nudum miniſterium præſtitiſſe,
cum ex iſtis duobus illud probetur, videlicet
ex ſolutione prius facta per eum, qui alieno
nomine emit, & ex traditione rei emptæ po-
ſtea ſubſecuta, & poſſeſſione per eumdem
capta *l. quamuis. & ibi Ang. C. ſi quis alter.*
vel ſibi. l. multum intereſt. verſ. quod ſi tu
quidem. & ibi Bald. n. 2. Salic. n. 3. C. eod. tit.
l. ſi alij. & ibi Ang. C. de donation. int. vir. &
uxor. benè *Socin. conſ. 129. n. 12. verſ. nam ex*
iſtis duobus. & verſ. confirmatur iſta conclu-
ſio. lib. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig.
conuention. lib. 4. tit. 22. n. 22. latè *Dec. conſ.*
542. in caſu propoſito. n. 13. uſque ad 20. Me-
noch. præſumpt. 125. n. 6. & 7. lib. 3. Affl. in
c. 1. in princ. n. 13. de feud. dat. in vic. leg.
commiſſor.

Quibus additur ex abundanti probatio reſul-
tans ex quatuor teſtibus per Simonem for-
miter examinatis, qui omnes concludunt
Aduerſarium ſtetiſſe pro famulo cum eodem
Simone cum ſalario ſcutorũ 4. pro quolibet
menſe, & quod ſemper per eum fuerunt ad-
miniſtrata alimenta tàm ipſi Aduerſario,
quàm omnibus alijs cõfamulis, & quod idem
Simon ſemper habuit poſſeſſionem omnium
bonorum, & illorum dominium, ſoluendo
penſiones domus, & pretia frumenti empti,
& alia faciendo, quæ ad veros dominos per-
43 tinent, † itaut ex iſtis teſtibus, & teſte pri-
mo per Aduerſarium inducto, qui concor-
dat cum eiſdem teſtibus Simonis clarè ap-
pareat de eius bono iure, ex quo magis ex-
cluditur ſpolium prætenſum, quod non con-
ceditur non probata poſſeſſione, & continua-
tione illius, tanquam ſimus in rebus mobili-
bus, vt dictum eſt. *ſupr. n. 40. Menoch. de*
recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 407. cum alijs
ſupra allegatis.

Neque obſtat, quod pecuniæ præſumantur Ad-
uerſarij tanquam fuerint ſolutæ per manus
44 Simonis, † quaſi tunc dicatur miniſter, Quia
iſta procedunt dummodo alia coniectura
non adſit in contrarium, nam tunc præſu-
muntur fuiſſe propriæ ipſius ſoluentis non
obſtante ſolutione facta per manus, vt per
Rot. coram Card. Lancellotto Romana pecu-
niaria. 1. Decembris 1606. Zabarell. in
clement. 1. §. nos autem. notab. 21. de iureiur.
dixi *ſupr. c. 113. n. 58. tom. 1.*

Coniecturæ autẽ multæ adſunt eum verè oſten-
datur pecunias fuiſſe proprias Simonis ſtãte
ordine directo bancho S. Spiritus, vbi appa-
rebat eſſe ad ipſius creditum, & diſpoſitionẽ,
vltra quod ipſe habuit poſſeſſionem bono-
rum, & ſoluit omnia ad exercitium emptum
pertinentia cum alijs ſupra adductis, ex qui-
bus ſimulatio emptionis factæ pro aduerſa-
rio colligitur, cum tamen verè ſpectaret ad
45 Simonem, † ſtante præſertim, quod longo
tempore Simon poſſedit, & exercuit ſciente,
& patiente aduerſario, quo caſu magis præ-
ſumitur contractum ſpectare ad Simonem,
vt notat *Dec. conſ. 543. col. penult. ad med.*
n. 18. Cum etiam ſimus in patruo diuite,
quem non eſt veriſimile inſeruiſſe nepoti
iuueni, & pauperi, & adſit etiam cauſa pro-
bata in actis, ob quam non fuit contractus
geſtus ſub nomine eiuſdem Simonis propter
renunciationem, & ceſſionem factam Fran-
46 ciſco, vt in *ſummar. n. 4.* † Quamuis neque
eſſet neceſſaria probatio cauſæ iſtius ſimu-
lationis, cum non ſimus in ſimulatione pro-
hibita, ſed permiſſa de perſona ad perſo-
nam, tanquam paſſim hoc fiat, vt vnus ha-
beat nudum nomen, & ſubſtantia negotij ad
alium pertineat *l. qui mihi donatum. ff. de*
donationib. Anchar. conſ. 127. in princ. verſ.
ſed plura concurrunt. Rot. deciſ. 140. n. 2. in
47 *fin. p. 1. in recentior.* † & in ſpecie ita notat

Dec.

Digitized by Google

Dec. conſ.543. in caſu propoſito. col. vlt. in princ. verſ. & ſupradicta maximè videntur. n. 19. vbi quod talis ſimulatio non eſt in fraudem aut præiudicium alterius, ideo valet, & non eſt à iure reprobata *Alex. conſ.* 198. *n.* 10 *lib.* 7.

EPITOME.

CONfeſſio in ſcriptura priuata quam probationem faciat. ¶ Et quid ſi non adſit dies, & annus. ¶ Et quando per obſeruantiam ſit illa comprobata. ¶ Inæqualitas quo caſu excludat præſumptionem diuiſionis. ¶ Et qualis debeat eſſe huiuſmodi exceſſus. ¶ Cõfeſſio teſtatoris quando præiudicet hæredi. ¶ Diuiſio inter fratres an probetur ex libro æſtimi, & ex poſſeſſione decennali, & ex alijs coniecturis abſque ſcriptura. ¶ Verba vltra quid ſignificent. ¶ Executio obligationis cameralis quando retardetur ex ſolutionibus præſumptis. ¶ Quietatio pro fructibus pecuniarum quas aliquis habet ad cenſum an faciat probationem, vt dicatur cenſus ad eum iure dominij ſpectare. ¶ Pluralitas actuum quando præſumatur. ¶ Nomen cenſus an ſit generale comprehendens plures contractus pecuniarum datarum ad cenſum. ¶ Bona aſſignata in diuiſione quando acquirantur ſine traditione.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata probat contra ſcribentem, & habet vim confeſſionis de æquitate canonica. n.* 2. 3. *&* 28.

4 *Defectus diei, & anni non requiritur, ſi agatur contra eum, qui ſcripſit.*

5 *Adminicula faciunt, vt ſcriptura plenè probet, quæ alias non probaret.*

6 *Nomen cenſus eſt generale comprehendens plures contractus pecuniarum datarum ad cenſum. n.* 32.

7 *Modica non ſunt attendenda.*

8 *Scriptura longo tempore obſeruata, quamuis ſit informis tranſit in fidem veri, nec requiritur obſeruantia præſcripta. & n.*9.

10 *Quietatio pro fructibus pecuniarum, quas aliquis habet ad cenſum, an faciat probationem, vt dicatur cenſus ad eum iure dominij ſpectare. n.*11. *&* 12.

13 *Genitiuus ſignificat originem, & cauſam efficientem, quæ ab aliquo prouenit.*

14 *Identitas ſoly quomodo probetur.*

15 *Pluralitas actuum, & ſcripturarum non præſumitur.*

16 *Inæqualitas excludit præſumptionem diuiſionis, & an exceſſus debeat eſſe in magna quantitate, & quid aliud requiratur. n.* 17. *&* 18.

19 *Executio obligationis cameralis retardatur ex præſumptionibus ſolutionum.*

20 *Fructus cenſuum non debentur. poſt illorum redemptionem.*

21 *Cenſus aſſignati in diuiſione vni ex fratribus acquiruntur ei etiam abſque traditione. & n.* 26.

22 *Cõfeſſio teſtatoris præiudicat hæredi. & n.*27.

23 *Depoſitio teſtis recipit interpretationem per ſcripturas.*

24 *Liber æſtimi probat diuiſionem inter fratres.*

25 *Portio non poteſt dari ſine diuiſione.*

29 *Verba vltra ſunt incluſiua, & confirmant omnia narrata.*

30 *Poſſeſſio ſola decennalis ſufficit ad præſumendam diuiſionem inter fratres, quæ probatur coniecturis, nec requirit aliquam ſcripturam. n.* 31.

CAPVT DCCCCLI.

ASſignatio cenſuum, de quibus agimus, probatur ex folio exhibito, conſtat enim illud eſſe ſcriptum manu Franciſci, &
1 ſeruatis ſeruandis recognitum, † ideo probat contra ſcribentem, quamuis ſit ſcriptura priuata, cum habeat vim confeſſionis à præſertim de æquitate canonica *Cardin. Seraphin. decis.* 173. *n.* 3. *&* 4. *poſt Felin. in c. ſi cautio. n.*27. *de fid. inſtrument. & in c.* 2. *n.*29. *& ibi Dec. n.* 19. *eod. tit. Rot. Iuuenſ. deciſ.* 96. *n.* 4. *cum ſeq.* Maximè, quia
2 apparet illam eſſe ſerio ſcriptam, † attenta qualitate perſonæ ſcribentis, & materia ſubiecta, continendo tam bona paterna, quàm propria eiuſdem ſcribentis *Card. Seraph. d. deciſ.* 373. *n.* 3. Cum etiam eadem ſcriptura peruenerit ad manus abſentis, itaut tunc dicatur debitor confeſſus in præſentia partis, præſertim, quia non conſtat, quod antea ſcribens reuocauerit contenta in tali ſcri-
3 ptura, † quo caſu oritur plena probatio, vt per *Aim. de antiquit. tempor. p.* 1. *§. vidimus & abundè. n.* 27. *fol.* 118. Non obſtante oppoſitione defectus diei, & anni, cum non re-
4 quiratur contra eum, qui ſcripſit, † vt poſt *Abb. & alios* communiter concludit *Dec. in c.* 2. *n.*19 *in fin. col.*6. *in fin. de fid. inſtrum. Caſtr. conſ.*216. *n.*1. *&* 2. *lib.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 751. *n.* 1. *&* 5. *p.* 1.

Stantibus præſertim adminiculis, quæ regulariter faciunt, vt etiam ſcriptura, quæ alias non probaret, nihilominus plenam fidem
5 faciat † *Gloſ. in l.* 3. *§. eiuſdem. ff. de teſtib. Rimin. Iun. conſ.* 52. *n.* 112. *lib.* 1. *Cephal. conſ.*608. *n.* 58. *&* 59. *lib.* 4. *Aim. conſ.*613. *n.* 14. *Decian. conſ.*11. *n.*121. *lib.*1. cum alijs per *Genuam de ſcriptur. priuat. lib.* 1. *q.* 3. *n.* 78. *cum ſeq. fol.* 10.

Adminiculum autem deſumitur ex teſtamento eiuſdem Franciſci, in quo fatetur ſe aſſignaſſe Carolo nummos ad cenſum exiſtentes, quod eſt conforme folio, in quo continetur cenſuum aſſignatio, & quamuis dicatur in teſtamento fuiſſe aſſignatos nummos ad cen-

ſum

ſum in ſingulari non tamen iſta ſingularitas
operatur contrarietatem cum pluralitate
6 cenſuum expreſſorum in folio, † cum nomen
cenſus ſit generale compræhendens plures
contractus pecuniarum datarum ad cenſum
l. item legato. §. item intereſt. ff. de legat. 2. Gloſ. in l. ſi dictnm. §. in ſtipulatione. ff. de euictionib. Rebuff. in l. rei appellatione. 72. in ſin. ff. de verbor. ſignificat.

Prout etiam in teſtamento exprimuntur prędia
expreſſa in folio, in quo licet adſit vnum
prædiolum non contentum in teſtamento,
nihilominus conſtat illud fuiſſe venditum
per Carolum, itaut non opus eſſet de eo mē-
7 tionem facere, † cum etiam tanquam modi-
cum non ſit attendendum *l. ſcio. ff. de reſtit. in integr. l. ſi oleum. in ſin. ff. de dolo. l. ſi quis conduxerit. ff. locat. Bero. conſ. 40. n. 37. lib. 1.*

Additur obſeruantia eiuſdem folij, cum Caro-
lus ab anno 1589. de quo tempore incipit
aſſignatio cenſuum, & prædiorum, exegerit
fructus illorū, vt apparet ex pluribus quie-
8 tantijs exhibitis, † itaut ſcriptura longo tē-
pore obſeruata, quamuis ſit informis, robo-
retur, & valeat, & tranſeat in fidem veri
l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. Aim. de antiquit. tempor. p. 1. verſ. quarto limitatnr. n. 14. & 15. fol. 90. Menoch. conſ. 508. n. 20. lib. 6. Peregr. conſ. 64. n. 19. lib. 1. & conſ. 48.
9 *n. 8. lib. 4.* † Adeo vt non ſit opus obſeruantia
præſcripta, neque longiſſima, cum ſufficiat,
ita aliquando fuiſſe obſeruatum *Aim. conſ. 274. n. 7. & conſ. 294. n. 8. col. 13. poſt med. verſ. amplius dico. Siluan. conſ. 66. n. 7. Bertazol. conſ. crimin. 431. n. 12. lib. 2. Ludouic. concluſ. 38. ampliat. 1.*

Nec facit, quod Carolus in quietantijs exhibi-
cis fateatur cenſus ſpectare ad Franciſcum,
Quia cōtrarium ex eis colligitur, dum quie-
tat de fructibus ſcotorum centum, quę habet
10 ad cenſum à Franciſco, † nam hæc verba
non inferunt cenſum ad illum ſpectare, ſed
ſignificant cauſam efficientem cenſuum, qui
aliquando fuerunt Franciſci, vt per *Bald. in l. ex arrbali. 3. n. 1. C. de action. empt.* iuxta *l. filius à patre. ff. de liber. & poſthum. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 4. poſt princ. in tex. ibi des la ſainct. Michel. n. 2. fol. 1461.*

Contraria autem procedunt, quando ſimilia
11 verba eſſent prolata in genitiuo, † quod tūc
importaret dominium *Rebuff. in l. littus. 96. §. prædia. in princ. ff. de verbor. ſignificat. poſt Fulgoſ. in l. 2. §. 1. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Surd. conſ. 313. n. 82. & conſ. 450. n. 43. lib. 3.* Quāuis neq; per illa ſemper denotetur
12 dominiū, † cū ponantur in diuerſis ſignifica-
tibus, & denotent etiam poſſeſſionem, deten-
cionem, adminiſtrationem, adhærentiam,
culturam, curam, cum ſimilibus, de quibus
lacè *Doctor. in rubr. ff. de nou. oper. nunciat. vbi Iaſ. n. 4. vſque ad 6. Bertazol. clauſul. 19. gloſ. 2. n. 1. ad med. fol. 89.*

Cum etiam genitiuus aliquando ſignificet ori-
ginem, & cauſam efficientem, quæ ab aliquo
prouenit *Surd. conſ. 429. n. 12. & 13. lib. 3.*
13 vbi de hæreditate, † & bonis, quæ dicuntur
eſſe Titij, licet ab alio poſtea poſſideantur,
tanquam ab illo originem, & cauſam habue-
rint *Bald. in l. fin. §. ſin autem æs aliennm. C. de bon. quæ liber. l. 1. §. nunc videamus. ff. de coniungend. cum emancip. liber. Ruin. conſ. 149. n. 7. & conſ. 153. n. 10. lib. 2.*

Minus obſtat, quod non probetur identitas fo-
lij, Quia dum dicitur in teſtamento fuiſſe
factam aſſignationem, debet intelligi de illa
14 aſſignatione folij, † & per conſequens, quod
cenſus, de quibus agitur deſcripti in folio,
ſint illi, quos dixit Franciſcus aſſignaſſe in
ſuo teſtamento, cum præſertim non appareat
alios cenſus fuiſſe aſſignatos Carolo præter
deſcriptos in folio, cùm etiam in teſtamento
dicatur talem aſſignationem fuiſſe factam de
anno 1589. de quo tempore incæpit obſer-
uantia folij, itaut omnibus iſtis concurren-
tibus ſatis dicatur probata identitas, cuius
15 tamen probatio etiam non requiritur † cum
non præſumatur pluralitas aſſignationum, &
ſimilium actuum, ac ſcripturarum, contra-
ctuum, & inſtrumentorum *Bald. in l. vlt. in ſin. C. de reb. dub. Alex. conſ. 53 col. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 10. n. 8. & 10. lib. 3. Iaſ. in l. cum qui. §. in popularibus. n. 18. cum ſeq. ff. de iureiur. Felin. in c. cum ioannes. n. 7. de fid. inſtrnment. Aim. conſ. 112. n. 4. & conſ. 198. n. 1. Natt. conſ. 235. n. 4. Cephal. conſ. 170. n. 45. lib. 2. Surd. conſ. 16. n. 9. lib. 1. & conſ. 385. n. 10. lib. 3. & conſ. 355. n. 26. eod. lib.*

Additur, quod in teſtamento expreſsè teſtator
aſſerit talem aſſignationem fuiſſe factam pro
portione tangente Carolum, cui idem teſta-
tor mandat per illum ſtari debere, ex quibus
verbis colligitur, quod talis portio fuit ei-
16 dem data in vim diuiſionis, † contra quam
licet prætendatur inæqualitas, quæ excludit
præſumptionē diuiſionis *Menoch. præſumpt. 60. n. 6. lib. 3.* Tamen in facto bene tollitur
inæqualitas ex bonis paternis retentis per
Franciſcum, & deſcriptis in cataſto, vltra
mobilia, & ſupellectilia, maximè, quia bona
accataſtata ſemper ponuntur pro viliori pre-
17 tio, † imo pro dimidia valoris eorumdem
bonorum, vt ex fide exhibita, itaut omnibus
iſtis conſideratis clarè appareat, quod tertia
pars bonorum paternorum debita Carolo
præponderet, ne dum correſpondeat por-
tioni eidem aſſignatæ, quæ non excedit ſum-
mam ſcutorum 1337. & quatenus excederet,
cum ſit exceſſus in modico, tunc non con-
ſideratur aliqua inæqualitas ad effectum
18 tollendi præſumptionem diuiſionis, † tan-
quam debeat eſſe magnum præiudicium, &
grauis læſio *Alex. conſ. 92. n. 4. lib. 2. Sim. de Pret. conſ. 137. n. 12. Menoch. præſumpt. 60. n. 8. lib. 3. Felic. de ſocietat. c. 39. n. 18. & 19.* Cum etiam in antiquis ſtante lapſu de-

decem annorum inter præſentes, & viginti
inter abſentes præſumendum eſſet ab initio
fuiſſe factam diuiſionem æqualem, & ſolu-
tam pecuniam pro compenſatione ab illis
fratribus, qui plura bona poſſident, prout
ita practicari teſtatur Theſaur. deciſ. 205.
n. 3. poſt Salic. in l. penult. C. commun. di-
uidund. Alex. conſ. 92. n. 5. lib. 2. Aret. in
§. vlt. inſtit. de ſociet. Iaſ. conſ. 2. col. 10. lib. 3.
Quidquid aliud ſentiat Menoch. præſumpt.
60. n. 7. lib. 3. Cum eius opinio non ſit tuta
ex rationibus adductis per Gaſpar. Theſaur.
in addit. ad d. deciſ. Theſaur. 205. n. 2.

Quamuis hæc omnia de præſumpta diuiſione
dicta ſint ex abundanti, cum ſufficiat con-
19 feſſio, de qua in folio † ad retardandam exe-
cutionem obligationis cameralis, quæ etiam
impediretur ex præſumptionibus ſolutio-
num rectè factarum Rot. diuerſ. deciſ. 92.
n. 1. & 6. par. 1.

In huiuſmodi cauſa Vrbeuetana cenſuum, cum
eſſet actum per hæredes Franciſci pro qua-
tuor cenſibus alias per eum emptis pro illo-
rum fructibus decurſis, & non ſolutis con-
tra heredes venditoris eorumdem cenſuum,
non obſtantibus prædictis fuit per Audito-
rem Cameræ decretum mandatum executi-
uum in vim obligationis cameralis pro ſo-
lutione dictorum fructuum; Verum com-
miſſa cauſa appellationis in Rot. coram
R. P. D. Caualerio. 9. Iunij 1623. prædi-
ctum mandatum fuit reuocatum tanquam
20 relaxatum pro fructibus cenſuum, † qui fue-
runt per redemptionē extincti l. 1. C. quand.
lic. ab empt. diſced. & conſequenter ex illis
nulli amplius fructus debebantur Caputaq.
deciſ. 103. p. 1. Rot. coram R. P. D. Pamphi-
lio Romana cenſus. 20. Februarij 1612.

Et quamuis opponeretur, quod cenſus iſti fue-
rint acquiſiti per Franciſcum, & eius nomi-
ne, itaut non potuerint per Carolum fra-
trem retrouendi, & extingui, & propterea
erat licita prætenſio fructuum ex dictis cen-
ſibus debitorum, tanquam non fuiſſent extin-
21 cti, † tamen in diuiſione inter eoſdem fra-
tres facta conſtabat eoſdem cenſus fuiſſe aſ-
ſignatos Carolo, itaut fuerint effecti ipſius,
etiam abſque aliqua traditione Specul. de ſe-
cund. decret. §. videndum reſtat. n. 50. ad fin.
verſ. nam per diuiſionem. Bart. in l. & ideo.
n. 3. verſ. eadem ratione. ff. de condict. furtiu.
Socin. conſ. 46. in princ. lib. 3. Marzar. de
fideicommiſſ. quæſt. 59. n. 8. Peregrin. eod. tit.
art. 4. n. 6.

Quæ diuiſio licet non eſſet exhibita in ſcriptu-
ra authentica, tamen illius veritas appare-
bat ex pluribus, & præſertim ex confeſſione
facta per Franciſcum in ſuo teſtamento,
22 quæ præiudicat † etiam Conſtantiæ hæredi
Aret. conſ. 36. n. 3. Ruin. conſ. 76. n. 14. lib. 5.
Roland. conſ. 71. n. 45. lib. 2. Bald. conſ. 89.
col. 1. lib. 1. Aim. conſ. 125. n. 2. Menoch.
conſ. 2. n. 373.

Cum etiam concurrat depoſitio teſtium affir-
mantium fuiſſe per Franciſcum aſſignatos
23 Carolo plures cenſus, † qui licet non expri-
mant quales ſint dicti cenſus, tamen ſatis vi-
debantur declarati ex eadem ſcriptura di-
uiſionis, à qua dictæ depoſitiones recipiunt
talem interpretationem Butr. in c. ad au-
dientiam. n. 12. C. de præſcript. Farinac. de
teſtib. q. 68. n. 59. Vltra obſeruantiam exa-
ctionis fructuum factæ per Carolum poſt di-
uiſionem prædictam tam ante, quàm poſt
24 obitum Franciſci, † cum deſcriptione ſub-
ſecuta dictorum cenſuum in libro cataſti,
ſeu æſtimi eiuſdem Caroli, cui libro multum
defertur ad probandam diuiſionem, præſer-
tim inter fratres Bart. in l. rura. n. 1. verſ.
& nota. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Rom.
conſ. 291. n. 7. Dec. conſ. 21. n. 10. Menoch.
præſumpt. 60. n. 13. lib. 3. ex quibus ſatis clara
reddebatur obſeruantia, & veritas eiuſdem
diuiſionis, & per conſequens rectè potuit
Carolus dictos cenſus retrouendere tāquam
verus dominus, ideo amplius fructus non
poterant currere, & ita iuxta prædictam de-
ciſionem inſtabatur pro ſententia reuocato-
ria omnium huc uſque geſtorū, tanquam non
potuiſſet concedi mandatum pro fructibus,
qui non erant debiti, vt ſupra dictū eſt n. 21.

Verum cum iterum pars petierit audiri, fuit
propoſitum dubium an eſſet recedendum à
deciſis, quod fuit negatiuè reſolutum 3. Iu-
nij 1624. coram R. P. D. Buratto ſubrogato
in locum R. P. D. Caualerij comprobando
deciſionem per eum factam, & omnes ratio-
nes in ea adductas, inter quas fuit præcipua,
quæ deſumebatur ex confeſſione Franciſci
in teſtamento condito de anno 1594. in illis
verbis vltra nummos per ipſum Carolo aſſi-
gnatos ad cenſum exiſtentes, & bona ſtabi-
lia ſimiliter per eum eidem Carolo data vſ-
que de anno 1589. reliquit vnam ſalmam
terræ, & ibidem inferius ipſe Carolus per-
manere, & ſtare debeat in eius portione à te-
ſtatore aſsignata, & conceſſa, ex quibus ver-
bis reſultat clara confeſsio diuiſionis, dum
25 enim mandatur, † vt Carolus ſtet in eius
portione, illa non poteſt dari ſine diuiſione
l. nomen. §. portiones. ff. de verb. ſignificat.

Stantibus præſertim verbis ſubſequentibus,
quando quiſque ipſorum fratrum de per ſe
ſtetit, & vltra nummos conſignatos, & in
26 portione conceſſa, † quæ important dominij
tranſlationem Bart. in l. ſi conſtante. n. 93.
verſ. in hoc. ff. ſolut. matrim. Natt. conſ. 469.
n. 5. ſecuta præſertim actuali appræhenſione,
de qua in caſu noſtro, itaut talis confeſſio
27 non poſsit impugnari per hæredes, † ne te-
ſtator redarguatur de mendacio Bald. conſ.
89. n. 6. lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art. 44.
n. 2. Rot. coram Card. Sacrato Romana de
Sancta Cruce. 25. Maij 1606. & coram R. P.
D. Coccino Vrbeuetana fideicommiſſi. 20.
28 Maij 1620. † Cum etiam eadem confeſsio
plenè

Digitized by Google

plenè probet de ęquitate canonica, quamuis
extraiudicialis, cum ſit geminata in ſcri-
ptis, & veriſimilis, & adminiculata per con-
iectoras, vt dictum eſt ſupra, & latè notat
Gabr. de confeſſ. concluſ. 1. n. 47. Rot. deciſ.
158. *n.21. in fin. p.1. in recentior.*

Quæ quidem translatio dominij comprobatur
ex legato nonnullorum bonorum per Fran-
ciſcum ſacto eidem Carolo per illa verba
29 vltra nummos reliquit, † quæ ſunt incluſiua
vtriuſque *Bart. in l. qui ita. n. 2. verſ. ſed
quid. ff. de dot. prælegat.* cum alijs per *Surd.
deciſ 285. n.9. poſt Dec. in l. actione. n.9. C.
de tranſaction. Oſaſc. deciſ. 52. n.1. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. n.68. Burſatt.
conſ. 246. n. 8.* Card. *Mantic. de coniectur.
vltim. voluntat. lib. 9. tit. 3. n. 32. Sim. de
Pret. interpret. 2. vltim. volunt. lib. 2. ſolut.
3. n. 9. fol. 157. Gulielm. Benedict. in c. rai-
nutius. in verb. alterocha filia. n. 1. de te-
ſtamen. Pariſ. conſ. 2. n 65. lib. 3. Barbat.
conſ. 74. col. 6. in princ. verſ. & clarum eſt.
lib. 3. Bero. conſ. 204. n.44. lib. 1. Aim. conſ.*
808. *n.10. Cephal conſ. 156. n* 18. *lib. 2.*

Cum etiam per triginta annos, & vltra ſciente,
& patiente Franc ſco fuerint exacti fructus,
30 cum tamen † ſola poſſeſſio decennalis ſuffice-
ret ad præſumendam diuiſionem inter fra-
tres, quæ inter eos probatur etiam conie-
cturis *Gloſ. in l. penult. C. commun. de le-
gat.* Gabr. *conſ. 4. in princ. lib. 1. Bero. q. 50.
n.8. Decian conſ. 15. n. 1. & 41. lib. 1. Me-
noch. præſumpt. 60. n. 3. lib. 3. Theſaur. de-*
31 *ciſ.* 205. *n.* 1. † Neque enim hoc caſu eſt ne-
ceſſaria aliqua ſcriptura *Bald. & Salic. in l.
non ideo. C. famil. ercíſcund. Caputaq. de-
ciſ. 55. lib. 1. in manuſcript. Rot. coram Card.
Paleotto Romana domus & viridarÿ. 12.
Octobris* 1558. *quæ eſt deciſ. 106. in manuſcr.*

Neque aduerſatur, quod extinctio cenſus Phi-
lippi deſcripti in ſolio ad portionem Caroli
fuerit extinctus per Franciſcum, itaut ex
hoc colligatur idem ſolium non fuiſſe in om-
32 nibus obſeruatum, † Quia in eodem inſtru-
mento Franciſcus ſatetur pretium ſuiſſe ſo-
lutum Carolo in Vrbe, ex quo diuiſio prædi-
cta magis comprobatur, cum etiam retro-
uenditio dicatur ſacta ab eodem Franciſco,
cum ipſe emiſſet cenſum, & de diuiſione non
extaret ſcriptura, vt Carolus illam facere
potuiſſet, prout ex eadem ratione tollitur
extinctio, ſiue retrouenditio ſacta nomine
hæredis Franciſci ad ſauorem hæredum Do-
minici, à quibus ante obitum Franciſcus re-
ceperat quandam macchiam, quam loco
pretij cenſus reliquit in eius teſtamento Ca-
rolo, itaut commodum extinctionis cenſus
ceſſerit ad ſauorem eiuſdem Caroli.

Prout neque ſubſiſtit, quod Carolus retrouen-
diderit cenſus deſcriptos in ſolio tanquam
33 ceſſionarius, & donatarius, † Quia in facto
contrarium apparet, quod potius illos ex-
tinxerit tanquam habẽs cauſam à Franciſco
fratre, & tanquam ei obuenerint pro ſua
portione in diuiſione facta cũ eodem Fran-
ciſco, quæ aſſertio contenta in publico in-
ſtrumento, quo pars aduerſa vtitur, magis
confirmat præſatam diuiſionem, itaut rectè
Carolus ad extinctionem cenſus proceſſerit,
Ex quibus ſuit confirmata prima deciſio *R.
P. D. Caualerÿ. per R. P. D. Burattum.*
comprobando identitatem, & quantitatem
cenſuum, vbi etiam quod erat leuis reſpon-
ſio, quod dicti cenſus eſſent ſub numero ſin-
gulari, licet etiam verius ſit, quod verba
teſtamenti ſonent in plurali, dum teſtator
loquitur de nummis exiſtentibus ad cenſum,
prout etiam in eadem deciſione dicitur non
eſſe reſpondendum alijs obiectis, tanquam
illa viſa fuerint ſatis fragilia.

E P I T O M E.

OBligatio mulieris an ſit valida pro viro eximẽdo è carceribus, vel impediendo, ne carceretur tàm in bonis dotalibus, quàm paraphernalibus. ¶ Et quando poſſit ei concedi reſtitutio in integrum propter talem contractum. ¶ Et quid in filiofamilias obligante ſe pro patre ob ſimilem cauſam. ¶ Fideiuſſio mulieris an valeat, niſi fuerit ex cauſa vtili, vel ſufficiat veritas eiuſdem cauſæ. ¶ Emptor cenſus an teneatur probare verſionem pecuniarum in vtilitatem mariti, pro quo fuit impoſitus per vxorem. ¶ Filius an obligetur præcisè ad liberãdum patrem, vel ſolum ſub comminatione exhæredationis. ¶ Statutum Vrbis diſponens, quod reſcindatur contractus mulieris læſiuus, & iurameutum illi adiectum habeatur pro dolosè extorto an habeat locum in contractibus, in quibus hinc inde aliquid nõ datur, ſeu vnum pro alio non promittitur. ¶ Tempus contractus quando ſit conſiderandum pro illius validitate, non habito reſpectu eius, quod euenit. ¶ Decretum Iudicis quo caſu faciat præſumere, quod omnia ſint verificata. ¶ Minor quando ſit audiendus ſuper læſione tàm enormi, quàm enormiſſima.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier efficaciter obligatur ex cauſa vergentia viri ad inopiam.*
2 *Vxor tenetur alere maritum poſitum in neceſſitate non ſolum de ſua dote, ſed etiam de bonis paraphernalibus.*
3 *Mulier non iuuatur velleiano, ſi obligat ſe ob cauſam pietatis.*
4 *Obligatio mulieris facta pro viro ob timorem carcerationis ipſius eſt valida non ſecus ac ſi ſe obligaſſet pro illum redimendo è carceribus, quamuis non adeſſent ſolemnitates ſtatutariæ. n. 5. & n. 9.*
6 *Aes alienum viri dicitur eſſe propriũ vxoris.*

Vu 2 Em-

7 *Emptor cenſus non tenetur probare verſionem pecuniarum in vtilitatem mariti, pro quo fuit impoſitus per vxorem. & n 8.*

10 *Reſtitutio in integrum conceditur mulieri læſa vltra tertiam aduerſus quemcumque contractum ex ſtatuto Vrbis, qua tamen læſio non conſideratur, ſi ſe obligaret pro cauſa concernente pietatem. & n. 21.*

11 *Maritus poteſt ſuis neceſſitatibus ſubuenire ex ſemetipſo de bonis vxoris etiam reclamantis.*

12 *Filius minor non reſtituitur quando ſe obligauit pro liberatione patris è carceribus, ſeu impediendo ne carceraretur. & n.29.*

13 *Inſtrumentum facit probationem probatam, & habet vim definitionis cauſæ, & de eo iudicatur, ſicut de caſu legis.*

14 *Numeratio pretij excludit ſimulationem cenſus.*

15 *Simulatio non præſumitur in perſona omni exceptione maiore.*

16 *Tempus contractus eſt conſiderandum pro illius validitate, non habito reſpectu eius, quod euenit. & n.17.*

18 *Fideiuſſio eſt de ſui natura læſiua, maximè in muliere, & ad fauorem mariti. n. 19.*

20 *Obligatio mulieris non valet, niſi fuerit ex cauſa vtili, & non ſufficit veritas. Contrarium. n.22. & 28.*

23 *Decretum Iudicis cum ſolemnitatibus ſtatutarijs facit præſumere, quod omnia ſint verificata.*

24 *Statutum Vrbis mandat, quod reſcindatur contractus mulieris læſiuus vltra tertiam partem, & iuramentum illi adiectum habeatur pro doloſè extorto. Intellige, vt n.26.*

25 *Læſio vltra dimidiam non conſideratur in contractibus, in quibus non datur aliquid hinc inde, ſeu vnum pro alio non promittitur. & n. 27.*

30 *Filius non obligatur præcisè ad liberandum patrem, ſed ſolum ſub comminatione exhæredationis.*

31 *Filiusfamilias non ſolum poteſt fideiubere pro patre, ſed etiam pro extraneo.*

32 *Reſtitutio in integrum conceditur minori ſtante læſione.*

33 *Minor quando audiatur ſuper læſione, tam enormi, quàm enormiſſima.*

CAPVT DCCCCLII.

Obligatio, de qua agimus, eſt efficax, & valida, cum fuerit facta medio iuramento, in præſentia iudicis, & præuio con-
1 ſenſu conſanguineorum † cum decreto ac alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs, & ex cauſa vergentiæ viri ad inopiam, propter graue æs alienum ab eo contractum, quæ cauſa dicitur iuſta, & ex ea mulier efficaciter obligatur, prout in ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D. Ortembergo Roman. nullitatis contractus, 28. Februarij 1611. per tex. in l. ſi funebris. 13. vbi Caſtr. in princ. Salic. n.1. Bald. & alij communiter. C. ad ſenatuſconſult. velleian.*

Maximè, quia marito vergente ad inopiam, & poſito in neceſſitate mulier tenetur illū alere
2 cum ſua familia non ſolum de ſua dote, † ſed etiam de bonis paraphernalibus, prout ſunt bona iſta, de quibus agimus *Surd. de alim. tit. 1. q. 35. n.7. in fin. & q.36. n.8. eod. tit. Socin. conſ. 82. n. 10. lib. 4. Campeg. de dot. p.3. q.23. Cordubenſ. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. n. 14. C. de liber. agnoſc.*

Et facit, quia iſta obligatio mulieris pro neceſſitatibus viri concernit pietatē, ob quam
3 ei non ſuccurritur, † vt iuuetur velleiano *Rom. in auth. ſimiliter; in 3. ſpecial. C. ad leg. falcid. Calcan. conſ. 13. col.2. verſ. primo quia videtur. Tiraq. priuil. pia cauſ. 113. Cuman. in l. quamuis. ff. ſolut. matrim.*

Cum etiam ſtantibus debitis per virum contractis eſſet timor carcerationis, & execu-
4 tionum, † quæ contra eum poterant fieri, ob quas impediendas valet obligatio vxoris, non ſecus ac ſi ſe obligaſſet pro illo redimendo è carceribus, cum ſufficiat adeſſe cauſam metuendi, & ſuſpicionē ac timorem, quæ idē operatur ac ipſe actus, neque enim vlla ratio diuerſitatis poteſt dari quare magis liceat ſe obligare pro liberatione mariti, quā pro eo defendendo, ne occurrat caſus carcerationis, cum hoc reſpiciat eūdem finē, & quæ ordinantur ad finē debent regulari ſecundū eumdem finem, prout ex prædictis, & ſimilibus rationibus ita in ſpecie concludit
5 *Surd. conſ. 367. n. 18. vſq; ad 26. lib.3.* † vbi etiā ampliat tales obligationes valere, quamuis non adfuiſſent ſolemnitates ſtatuti, tanquam habeantur pro pijs, cum deſeruiant neceſſitatibus viri, quo caſu ſtatutum non ligat *Bald conſ. 213. occurrit. lib. 2. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. n.285. Lamberteng. de*
6 *contract. mul. gloſ. 10. n. 25.* † Itaut æs alienum viri dicatur eſſe etiam proprium vxoris, quæ debet eſſe particeps infortunij ipſius *Cephal. conſ. 51. n.21. poſt med. lib.1.*

Non obſtat, quod non probetur verſio pecuniarum in vtilitatem mariti, Quia hoc non pertinet ad emptorem cenſus, cū ſufficiat, quod recipiens confiteatur ſe in illam cauſam re-
7 cepiſſe, † quamuis mentiatur *Bart. in auth. hoc ius porrectum. col. fin. ad med. verſ. quid dicemus. n. 17. C. de ſacroſan. eccleſ. Caſtr. in l. 1. §. non autem. ad fin. n. 4. verſ. alia regula. ff. de exercit. action. Dec. conſ. 329. concluſio ſuperius. col.2. poſt med. verſ. conſiderandum eſt. n. 2.* & in proprijs terminis ſimilis cenſus, de quo agimus *Card. Seraph. deciſ. 1187. n. 1. p. 2.* iuxta *deciſ. R. P. D. Comitul. Romana vineæ. 21. Aprilis 1599.*

Præſertim, quia ſumus in emptore cenſus integerrimo, ac probatæ, & ſpectatæ vitæ, itaut non poſſit in eo conſiderari aliqua fraus, aut
8 color quæſitus, † cum iſtis ceſſantibus minus

nus debeat eſſe curioſus contrahens cum
muliere in quam cauſam pecunia conuerta-
tur *Caſtr. in l. ſi funebris.* 13. *ad med. & ibi
Salic. Bald. & alij. C. ad velleian. per l. ſeia.
§. fin. ff. eod. tit.* & latè firmauit *Rot. coram
R. P. D Ortemberg. Romana nullitatis con-
tractus.* 28. *Februarij* 1611. vbi allegantur
concordantes deciſiones. Et ita ex prædi-
ctis fuit concluſum in huiuſmodi cauſa Sal-
uiani interdicti *coram R. P. D. Manzanedo*
28. *Iunij* 1615.

Et cum peteretur reuiſio præfatæ deciſionis ex
ſolita benignitate Rotæ fuit datum dubium
an eſſet ſtandum in deciſis, & quidem dice-
bam concludendum eſſe affirmatiuè, cum
nihil releuans exaduerſo opponeretur, ex
quo eſſet à prædictis recedendum, dum enim
iterum dicebatur, quod obligatio vxoris
non ſubſiſtat tãquam facta pro marito *auth.*
9 *ſi qua mulier. C. ad velleian.* † Facilis erat
reſponſio, quia procedit in obligatione vo-
luntaria, non neceſſaria, prout eſt caſus no-
ſter ad impediendum, ne maritus iret ad car-
ceres *Rimin. Sen. conſ.* 77. *n.* 16. cum alijs
adductis *ſupr. n.* 4.

Nec obſtat prætenſa reſtitutio in integrum,
quæ debet dari mulieri læſæ vltra tertiam
10 aduerſus † quemcumque contractum ex *Sta-
tut. Vrb. c.* 154. *lib.* 8. Quia nulla conſidera-
tur læſio, quando cauſa obligationis concer-
nit pietatem, & liberationem mariti *Calcan.
conſ.* 13. *col.* 2. *verſ. primo quia videtur. Ti-
raquel. priuil. piæ cauſ.* 113. Itaut etiam
maritus potuiſſet ex ſemetipſo hoc facere
impendendo de bonis vxoris etiam recla-
11 mantis, † cum agatur de cauſa vtriuſque
propter neceſſitatem viri, tanquam ſit de-
decus vxoris propter vnitatem carnis *Bald.
conſ.* 478. *quædam ſunt res. n.* 2. *lib.* 5. *Cuman.
in l. quamuis. ff. ſolut. matrim. Surd. conſ.*
367. *n.* 14. *lib.* 3.

Prout dicimus de filio minore, qui non reſti-
tuitur quando ſe obligauit pro liberatione
12 patris è carceribus, † ſeu impediendo ne
carceraretur, cum non dicatur læſus tan-
quam fecerit actum laudabilem *Alber. in
l.* 1. *ad med. vbi Aret. in* 2. *notab. Salic. in
fin. Cin. in princ. Corn. n.* 1. *Caſtr. n.* 2. *C. de
filiofamil. minor. Idem Caſtr. conſ.* 52. *tria
ſunt. ad fin. lib.* 2. *Affl. ſuper cõſtit. regn. rubr.*
38. *n.* 18. *lib.* 2. *verſ. vel pone aliud. Rot. co-
ram Gregor. XV. Bononien. pecuniaria.* 9.
Iunij 1603. quæ in impreſſ. *eſt deciſ.* 120. *n.* 7.

Neque obſtat, quod cenſus fuerit ſimulatus,
cum cenſuarij eſſent creditores decocti, &
pro eorum credito cenſum conſtituerint,
Quia iſtud non probatur, immo apparet cen-
ſum fuiſſe in pecunia numerata cum omni-
bus requiſitis per Bullam Pij V. vt in inſtru-
13 mento exhibito, † quod facit notorium, &
probationem probatam, & veram *clem. ſæpe.
de verb. ſignific. Bald. conſ.* 33. *ſtatuto ca-
uetur. col.* 2. *in fin. lib.* 5. *Aim. conſ.* 317. *n.* 1.
& conſ. 31. *n.* 7. vbi etiam quod habet vim
definitionis cauſæ, & de eo iudicatur, ſicut
de caſu legis *Bald. conſ.* 215. *proponitur quod
inueſtitura. col.* 2. *ad fin. lib.* 2. *& conſ.* 223.
14 *ſi per inſtrumenta. lib.* 1. † & quando adeſt
numeratio pretij ſemper excluditur ſimula-
tio *Aim. conſ.* 145. *n.* 7. *ad med.* maximè cum
ſimus in perſona legali, & integra, ac omni
15 exceptione maiore, † per quam non præſu-
mitur fuiſſe factam talem ſimulationem
Idem Aim. conſ. 60. *n.* 7. *ad med.* Vnde inte-
rim ſtandum eſt inſtrumento cenſus tãquam
verè conſtituti in pecunia numerata, donec
contrarium plenè probetur per probationes
apertiſſimas, & concludentiſſimas, prout in
ſimili cauſa cenſus dixit *Rot. coram Gregor.
XV. deciſ.* 375. *in princ. & coram Cardin.
Mantica Beneuentana cenſus die* 16. *De-
cembris* 1594.

Nec ſubſiſtit, quod maritus non fuit liberatus
ſtante decoctione propter debita exceden-
tia ſummam centum millium ſcutorum,
Quia decoctio non erat detecta, & cenſus
fuerunt conſtituti per annum antequam illa
detegeretur, & ſatis eſt, quod tunc tempo-
ris maritus fuerit defenſus, ne iret ad carce-
res propter obligationem, de qua agimus,
16 cum illud tempus † ſit conſiderandum pro il-
lius validitate, non habito reſpectu eius,
quod poſtea euenit *c. ad aures. vbi Gloſ. in
fin. de reb. eccleſ. non alienand. Bertrand.
conſ.* 42. *n.* 11. *lib.* 1. *p.* 1. *Surd. conſ.* 249. *n.* 23.
lib. 2. *Becc. conſ.* 3. *n.* 19.

Minus obſtat, quod obligatio ſit nulla ob fal-
ſam cauſam expreſſam, cum nõ potuerit ma-
ritus releuari ob maius æs alienum, quod
contraxerat, Quia vt dictum eſt, ſatis fuit
tunc temporis eumdem virum fuiſſe defen-
ſum, & releuatum, & quamuis ex alijs debi-
tis poſtea detectis ſe poſuerit in fugam, non
tamen reperitur in carceribus, neque enim
cenſus fuit impoſitus pro omnimoda mariti
liberatione, ſed pro eius ſubleuatione ab
impenſis executorum, & imminenti periculo
carceris, quæ cauſa non videtur falſa, ſeu er-
ronea tanquam non poſſit negari, quod cum
ſumma accepta ad cenſum fuit magnũ ſubſi-
dium allatum viro, propter liberationẽ non
eundi ad carceres, prout euentus docuit,
17 Immo † cum ſemel obligatio ſit legitimè cõ-
ſtituta, non attenditur, quod euenerit caſus
contrarius facto aliorum, non eius qui il-
lum paſſus eſt liberari, cum ex hoc non de-
beat amitti ius ipſi interea quæſitum *Surd.
conſ.* 250. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 2.

Neque eſt attendendum, quod fideiuſſio ſit de
ſui natura læſiua *l.* 1. *C. de filiofam. minor.*
18 *l. ait prætor.* † *§.* 1. *ff. de minor. Socin. Iun.
conſ.* 47. *n.* 7. *cum ſeq. lib.* 4. *Alex. in l. nam
& poſtea. §. ſi minor. n.* 10. *in fin. ff. de iu-
reiur. Odd. de reſtit. in integr. p.* 1. *q.* 36. *art.*
19 2. *&* 3. *n.* 30. † Præſertim in muliere, & ob
fauorem mariti *l.* 1. *ff. ad velleian. auth. ſi*

Digitized by Google

qua mulier. C.eod. tit. Hering.de fideiuſſor.
c.7. n. 389. *Maur. eod.tract. ſect.7. c.3.* Ma-
ximè, quia obligatio mulieris non valet,niſi
20 fuerit ex cauſa vtili, vel ſaltem,† quod non
tendat in eius præiudicium iuxta *decif. Gre-*
gor. XV. Romana argentorum . 27. *Iunij*
1607. quæ in impreſſ. *est deciſ.* 333. *n.*15. *&*
in eadem cauſa. 27. *Martij* 1608. *coram eod.*
*qua eſt deciſ.*363. *n.*1. *&* 2. Quia cum ſimus
in obligatione mulieris facta pro liberatio-
21 ne mariti,† quæ continet actum pietatis,iſta
læſio non conſideratur, vt dictum eſt *ſupr.*
n. 3. *&* 10. Præſertim, quia ad effectum, vt
talis obligatio ſit valida,non attenditur vti-
litas cauſæ,ſed veritas,pro qua veritate prę-
ſumitur propter decretum Iudicis, & alias
22 ſolemnitates adhibitas, † vt in ſpecie ita
reſoluit *Rot. coram R. P. D. Pamphilio Ro-*
*mana Saluiani interdicti.*15.*Decembr.*1614.
impreſſ. *poſt tract. Saluian. deciſ.* 56. *in* 2.
edit. & in alia ibid. impreſſ. *deciſ.* 227. *n.* 1,
vbi reſpondetur omnibus adductis in *d. de-*
ciſ. Gregor. Romana argentorum.
Nec aduerſatur, quod non conſtet de imminēti
periculo carcerationis,à quo fuerit maritus
23 liberatus, † Nam ſtante decreto Iudicis, &
alijs ſolemnitatibus, quæ interuenerunt in
impoſitione cenſus, præſumuntur omnia ve-
rificata *Put. deciſ.* 205. *n.* 2. *lib.* 3. *Menoch.*
præſumpt. 75. *n.* 5. *lib.* 2. *Gabr. de ſentent.*
concluſ. 5. *n.* 1. Et contrarium aſſerenti in-
cumbit onus probandi *Rot. coram R. P. D.*
Pirouano Romana nullitatis cenſus. 8. *No-*
uembris 1610.
Neque obſtabit, quod ſtatutum Vrbis mandet
eſſe reſcindendum contractum mulieris læſi-
24 uum vltra tertiam partem,† & iuramentum
illi adiectum reputandum eſſe doloſè extor-
tum, vt latius in *eod. ſtat. lib.*1. *c.*154. Quia
idem ſtatutum recipit interpretationem à
iure communi, ſecundum quod læſio in
quota certa, prout vltra tertiam, vel dimi-
diam, non poteſt verificari in cōtractibus,in
25 quibus hinc inde aliquid nō datur, † ſeu non
promittitur vnum pro alio iuxta *Bart.conſ.*
90. *n.*2. *lib.*1. quem ſequitur *Cagnol. in l.*2.
n. 195. *& ibi Pinell. c.* 3. *n.*4. *C. de reſcind.*
vendit. Rebuff. in tract. de reſciſſ. contract.
*art. vnic. gloſ.*15. *n.*6. Vnde cum contractus
obligationis mulieris pro marito ſubleuan-
do, & à carceribus eximēdo nō ſit correſpe-
ctiuus, tāquam occaſione dictæ obligationis
26 nihil detur, vel promittatur vxori, † ſequi-
tur,quod læſio vltra tertiam non poteſt huic
contractui commodè adaptari, prout neque
diſpoſitio eiuſdem ſtatuti, quæ vt dictum eſt
debet recipere interpretationē à iure com-
muni, ſecundum quod diſpoſitio *l.*2. *C. de*
27 *reſcind. vendit.* non procedit in actu, † in
quo liberalitas exercetur, vel in quo læſio
vltra tertiam, vel dimidiam non poteſt con-
uenire, vt in depoſito, & commodato, &
alijs contractibus non correſpectiuis, & in

quibus propter datum, ſeu receptum nihil
commutatiuè conceditur, ſeu promittitur
Cagnol. in d. l. 2. *n.* 195. *Siluan. conſ.* 13.
n. 4. *Fab. de Mont. de emption. & vendit.*
quæſt. 8. *n.* 10.
Et ita ex prædictis fuit iterum concluſum pro
validitate contractus cenſus in huiuſmodi
cauſa Romana Saluiani interdicti *coram R.*
28 *P. D. Manzanedo.* 20. *Maij* 1616. † vbi fue-
runt approbatæ rationes, & reſponſiones ſu-
pra adductæ, & in ſpecie illa de vtilitate
cauſæ, quæ non attenditur ad effectum vali-
ditatis contractus mulieris, cum ſolum ſuf-
ficiat veritas eiuſdem cauſæ, vt in *d. deciſ.*
R. P. D. Pamphilij. quod eſt notandum,
cum videatur concluſio dubitabilis, vt per
Bertram. in addit. ad deciſ. Gregor. XV.
333. *n.* 10.
Quibus additur pro comprobatione eorum,
quæ ſupra diximus *n.* 12. de reſtitutione de-
neganda filio ſe obligante pro redimendo
29 patre, † quod ita etiam fuit deciſum *coram*
R. P. D. Coccino Romana pecuniaria de
*Querris.*26.*Iunij* 1624.vbi ampliatur,quam-
uis carceratio ſit pro debito ciuili, & licet
fideiuſſio filij eſſet ad effectum ne pater car-
ceribus adſtringatur, vt diximus *ſupr. d.*
*n.*12. Cum enim agatur de patris defenſione,
non conceditur reſtitutio, non obſtante,
quod filius non compellatur præciſè ad libe-
30 randum patrem,†ſed ſolum ſub cōminatione
exhæredationis *auth. ſi captiui. C. de epiſc.*
*& cleric. Rot. deciſ.*63. *p.*2. *diuerſ. & coram*
R.P.D. Marquemontio Bononien. cenſus. 17.
Martij 1608.impreſſ. *per Pic. ad Stat. Vrb.*
deciſ. 59. Quia ex ratione *d. auth.* mouentur
Doctores ad dicendum, quod filius poteſt ſe
obligare pro excarceratione patris, cum lex
abhorreat talem ingratitudinem, itaut ſta-
tuat licitum eſſe in hoc caſu patri exhære-
dare filium, vnde non immeritò valebit ta-
lis obligatio per filium facta de excarceran-
do patrem, prout ita in ſpecie reſpondet
Rot. in d. Romana pecuniaria de Querris.
31 vbi etiam, † quod filiusfamilias non ſolum
poteſt fideiubere pro patre, ſed etiam pro
extraneo *l.*1.*C.de filiofam.minor.l.ſi dubitet.*
§. fin. ff.de fideiuſſor. l. filiusfamilias. C.eod.
tit. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 120. *& p.* 1.
*in recentior. deciſ.*580. *& deciſ.* 674. *& p.*2.
etiam in recentior. deciſ. 435. *& deciſ.* 65.
impreſſ. *per Pic. ad Statut. Vrb.c.*151.
Et ſecundum diſtinctionem prædictam atten-
ditur concluſio, quod ſuccurratur minori
32 per viam † reſtitutionis in integrum *Surd.*
*conſ.*46. *n.*2. *lib.*1. *& conſ.*87. *eod. lib. Socin.*
*Iun. conſ.*47.*n.*6.*lib.*4. *Cephal.conſ.*348. *n.*10.
lib. 3. *Affl. deciſ.* 322. *n.*7. *Odd. de reſtitut.*
*in integr. p.*2.*q.*54. *art.*2. *n.*4. *Rot. coram*
Cardin. Lancellot. Anconitana dotis. 27. *No-*
uembris 1598.
Et hæc ſufficiant pro explicatione prædictorū,
quæ tamen non erant neceſſaria, cum omnia
latè

Digitized by Google

latè fuerint tractata *ſupr. c.* 108. *per tot.* vbi
multa notabilia quo ad materiam obliga-
tionis vxoris, & filijſfamilias pro liberatione
mariti, & patris, & pro reſtitutione dene-
ganda, & exhæredatione licita, ſi non curatur
liberatio, non obſtante læſione, quæ non
conſideratur in huiuſmodi caſibus, quidquid
in alijs eſſet concedenda, præſertim, quando
33 adeſſet enormiſſima læſio, † tunc enim minor
eſſet audiendus *Caſſad. deciſ. vnic. de empt.
& vendit. Corn. conſ.* 288. *n.* 16. *lib.* 3. *Couar.
lib.* 2. *var. reſolut. c.* 4. *n.* 5. *& in c. quamuis.
p.* 1. *§.* 4. *n.* 5. *Molin. de primog. hiſpan. lib.* 2.
c. 3. *n.* 18. *Rot. coram R. P. D. Marquemon-
tio Bononien. cenſus.* 17. *Martij* 1608. *& co-
ram R. P. D.* Coccino *Romana pecuniaria
de Querris.* 26. *Iunij* 1624. vbi etiam, quod
in dicta cauſa non poterat conſiderari talis
læſio ex multis ibidem adductis, ideo rectè
fuit concluſum, quod valuit obligatio filijſfa-
milias pro excarceratione patris abſque
vlla ſpe reſtitutionis in integrum *Surd. conſ.
46. n. 2. lib. 1.*

E P I T O M E.

FRuctus percepti per colonum in fundo locato an ſint obligati domino pro affictu, itaut ſit præferendus omnibus anterioribus creditoribus. ¶ Et quando ſcientia requiratur ad iſtum effectum. ¶ Et quid in bonis inuectis, & illatis in domo locata. ¶ Et an illa debeant eſſe incluſa in fundo, & non alibi tranſportata. ¶ Et an ſit facienda differentia inter fructus naturales, ſeu induſtriales quo ad hypothecam, quæ datur locatori. ¶ Colonus quo caſu habeat ius percipiendi fructus, itaut poſſit illud in alium transferre. ¶ Et quando requiratur, vt ſit habita fides de pretio. ¶ Et ex quibus dicatur habita. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Diſpoſitio *l. interdum.* 5. *ff. qui potior. in pign. habeant.* quomodo procedat. ¶ Locator quando poſſit ante diem habere proſecutionem rerum inquilini ſuſpecti quo ad ius pignoris, & exactionem penſionis. ¶ Et an pro aſſecuratione futuri affictus ſit ei cõcedenda prælatio in fructibus prædij locati.

S V M M A R I V M.

1 *Frumentum perceptum ex fundo locato eſt obligatum ipſi domino pro pretio affictus, itaut præferatur omnibus anterioribus creditoribus.*

2 *Fructus induſtriales, ſicut naturales ſunt hypothecati ad fauorem locatoris, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit.*

3 *Scientia inuectorum, & illatorum in domo locata an requiratur ad effectum hypothecæ.*

4 *Conuentio, vt coloni teneant, & poſſideant omnia, & quæcumque in prædio exiſtentia quid operetur.*

5 *Retentio permittitur domino loco pignoris, vt ſit tutus de penſionibus ſibi debitis.*

6 *Colonus habet ius percipiendi fructus, quod poteſt transferre in alium. Declara, vt n.* 7.

8 *Dominus an præferatur in fructibus non exiſtentibus in fundo. n.* 10. 11. 12. *&* 18.

9 *Obligatio ſemel contracta non poteſt diſſolui.*

13 *Dominium fructuum an tranſeat in conductorem, quando eſt habita fides de pretio, & an tunc locator in illis præferatur, vel debeat concurrere cum creditoribus eiuſdem conductoris. n.* 14.

15 *Fides de pretio quando dicatur habita, & an ſufficiant coniecturæ. n.* 16.

17 *Diſpoſitio* l. interdum. 5. ff. qui potior. in pign. habeant. *quo caſu procedat.*

19 *Incluſio rerum inuectarum quando detur.*

20 *Prælatio an concedatur locatori in fructibus pro aſſecuratione penſionis futuræ.*

21 *Locator poteſt ante diem habere proſecutionem rerum inquilini ſuſpecti quo ad ius pignoris. Quidquid ſecus ſit quo ad exactionem penſionis.*

CAPVT DCCCCLIII.

CAſus propoſitus eſt adeo clarus, vt non
indigeat aliqua diſcuſſione, Quia fru-
mentum, de quo agimus, tanquam perce-
ptum ex fundo locato eſt obligatum ipſi do-
1 mino pro penſione, † qui præfertur omnibus
anterioribus creditoribus *l.* 3. *&* 4. *& l. in
prædijs.* 7. *ff. in quib. cauſ. pign. & hypoth.
tacit. contrah. Gloſ. Bart. & Bald. in l. quam-
uis. C. eod. tit. Iaſ. in l. item quia. n.* 15. *cum
ſeq. ff. de pact. Hermand. de præferent. cre-
ditor. lib.* 1. *tit.* 14. *n.* 5. *&* 10. *poſt Doctor. in
l. ſi in lege. ff. locat.* dixi *ſupr. c.* 25. *n.* 19.
Surd. deciſ. 97. *n.* 5. latè *Menoch. de adipiſc.
2 poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 113. *vſque ad* 120. † vbi
ampliat in fructibus induſtrialibus, ſicut in
naturalibus, & ſiue locator ignorauerit, ſiue
ſciuerit, quia in hoc illius ſcientia non re-
quiritur, quidquid aliud ſit in ſcientia inue-
ctionis, ſeu illationis, tunc enim ſcientia
eſt neceſſaria, cum hypotheca ex eis cauſe-
tur, quod non eſt in caſu noſtro, in quo non
contrahitur hypotheca ex ipſa illatione, vel
3 inuectione in ruſticis, † ſed ſolũ ex eo, quod
fructus in prædio locato percipiuntur, alio-
quin nihil ſpecialitatis eſſet tributum iſtis
fructibus, cum etiam aliæ res ſubijciantur
hypothecæ ob inuectionem, quod eſſet con-
tra *d. l. in prædijs. in princ.* & notat etiam
Iaſ. in §. item ſeruiana. n. 36. *inſtit. de
actionib.*

Et cum iſta procedant non exiſtente aliqua
conuentione iuxta *d. l. in prædijs. in princ.*
Multò magis habebunt locum in caſu no-
4 ſtro, in quo expreſsè fuit conuentum, † vt
conductorea omnia, & quæcumque in caſali
exiſtentia tenerent, & poſſiderent nomine

Ca-

Capituli, vt reddatur magis tutum pro pen-
ſionibus illi debitis, & vſque ad integram
illarum ſatisfactionem, adeo vt ipſo iure,
& facto liceat eidem Capitulo abſque ali-
quo decreto, & licentia Iudicis capere poſ-
ſeſſionem omnium prædictorum bonorum,
vt latius in inſtrumento continetur, ex qui-
bus verbis apparet, quod Capitulum reſer-
uauit ſibi iniectionem manus ſuper caſali
locato, quæ operatur ſpecialem hypothe-
cam cum prælatione omnium, & quorum-
cumque creditorum etiam priuilegiatorum,
& anteriorum, itaut in locatione rei ſuæ aſ-
ficiat rem ipſam, vt poſſit auferri à quolibet
poſſeſſore, & ſucceſſore, & exerceri contra
tertium *Bald. in l. ſi titius. in princ. & in
addit. ff. de ſeru. exportand. Bertazol. clauſ.
15. gloſ. 4. n. 3. Rot. coram R. P. D. Manza-
nedo Romana affictus. 23. Iunij* 1606. dixi
ſupr. c. 730. n. 1.

Et magis talis reſeruatio, ſeu ſpecialis hypo-
theca eſt inducta ad fauorem Capituli, cum
illud ſpecialiter ſibi prouiderit, vt omnia re-
tineantur per conductorẽ nomine ipſius Ca-
pituli vſque ad integram ſolutionem penſio-
5 num eis debitarum, † quæ retentio permit-
titur domino loco pignoris, vt ſit tutus de
ſuis penſionibus *Bald. in l. ædem. col. 1. ad
med. poſt verſ. ſed hoc videtur. C. locat. Me-
noch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 116. vbi
etiam, quod in hoc caſu facilius dabitur iſta
retentio, quàm noua acquiſitio *l. ſi repeten-
di. C. de condict. ob cauſ.*

Neque obſtat, quod immo fructus efficiantur
conductoris, cum colonus habeat ius perci-
6 piẽdi, & faciẽdi ſuos, † vnde poterat illud ius
trãsferre in alium *l. ædibus. §. 1. de donation.
l. in venditione. in princ. de bon. auctor. iudic.
poſſid.* Quia illud eſt verum, quando colonus
haberet ius percipiendi fructus ſimpliciter,
& eſſet merces ſoluta, ſed quando illa non
7 fuit ſoluta, † non videtur, quod habeat fa-
cultatem vendendi fructus alteri, cum de-
beant remanere obligati domino pro pen-
ſione *Bart. in l. ſi ſeruus communis. 63. §. lo-
caui. in fin. ff. de furt. Salic. in l. traditio-
nibus. n. 5. oppoſ. 5. verſ. ex qua habes quod
colonus. C. de pact.* Quod enim non eſt in
bonis debitoris non tranſit in obligationem
creditorum ſimpliciter *l. iulianus.* 10. *vbi
Bart. ff. de manumiſſion.*

Nec facit, quod dominus præferatur in fructi-
bus pro penſione, quando in fundo exiſtunt,
8 non autem, quando ſunt delati in alium lo-
cum; & inde extracti, Quia cum habeamus
expreſſam hypothecam ſuper dictis fructi-
bus vſque ad integram ſatisfactionem pen-
ſionum ſemel in obligationem inciderunt,
vnde ſine conſenſu Domini acquirentis au-
ferri non poſſunt, & habentur ac ſi amoti non
9 fuerint, † tanquam contracta ſemel obliga-
tio diſſolui non poſſit *l. ſi debitor. in princ.
& §. 2. ff. ex quib. cauſ. pign. & hypothec.
ſoluit. l. voluntate. ff. eod. tit.* & in ſpecie
notat *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 3.
n. 103. *vſque ad* 107. vbi quod habet locum
10 etiam in tacita, † nedum in expreſſa, prout
ſumus in caſu noſtro *Bald. in l. certi iuris.
n. 9. in fin.* C. *locat. Aret. in §. item ſeruia-
na. n. 1. & ibi Iaſ. n. 36. inſtit. de actionib.
Neguſ. de pignorib. p. 2. membr. 4. n. 142.
fol. 41. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 11. tit. 14. n. 23.*

Maximè; quia aſportatio frumenti in alium
locum fuit facta contra inhibitionem ob-
11 tentam † per Capitulum, ne illud amouere-
tur, quam potuit facere, vt dictum eſt ex
Menoch. d. remed 3. *n.* 116. *poſt Iaſ. in
l. item quia. n. 17. ff. de pact. & in §. item
ſeruiana. n. 36. inſtit. de actionib. Bald. in
l. ædem. col. 1. in fin. C. locat. Valaſc. de
emphyteuſ. q. 20. n. 15.*

Cum etiam amotio fuerit per Iudicẽ conceſſa
12 adimpletis multis, de quibus in decreto, † &
præſtita cautione, cum alijs ibidem conten-
tis, quæ licentia operatur, vt frumentum
ſit habendum ac ſi non fuiſſet amotum, ideo
durat hypotheca ſpecialiter reſeruata per
Capitulum, donec non fuerit ſatisfactum
Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 3. *n.* 103. *cũ ſeq.*

Nec obſtat, quod ſit habita fides de pretio, quo
caſu dominium fructuum tranſit in condu-
13 ctorem, † & proinde locator non præfertur,
ſed debet concurrere cum creditoribus ip-
ſius conductoris *Morla in empor. tit.* 10. *q.* 3.
n. 8. *col.* 3. *poſt med.* & non eſſe obliuiſcen-
dum, quia aliud vulgo exiſtimatur dicit
Valaſc. de emphyteuſ. q. 20. *n.* 14. *fol.* 231.
Quia omiſſo, quod illa opinio non eſt tuta,
cum fructus fiant coloni, quando eſt penſio
14 ſoluta, † non obſtante, quod fuerit habita
fides de pretio *l. ſeruus communis.* 63. *§. lo-
caui. ff. de furt.* Cum non ſimpliciter illud
ius tranſeat, ſed cum penſio fuerit ſoluta ex
Bart. Salic. & alijs ſupra allegatis. prout
etiam iſtam opinionem tanquam ſuſpectam,
& non tutam non approbat *Idem Valaſc. de
emphyteuſ. q.* 20. *n.* 15.

Reſpondetur, quod huiuſmodi quæſtio non eſt
decidenda, cum habeamus claram mentem
Capituli, quod noluit habere fidem de pre-
tio tanquam expreſſè conuenerit, quod fru-
ctus, & omnia bona caſalis retineantur pro
15 ipſo Capitulo per conductores, † & nomine
ipſius pro ſecuritate penſionum, & donec
illæ non fuerint integraliter ſolutæ, ex qui-
bus verbis apertè colligitur non fuiſſe habi-
tam fidem de pretio, ſed reſeruatum ius ſu-
per fructibus ad effectum ſoluendi penſio-
nes, cum tamen ſufficiant coniecturæ, nedum
16 verba clara † ad hoc, vt non dicatur habita
fides de pretio *l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutionib.
l. ſi quaſi. ff. de pignorat. act. Bald in l. ſi non
donationis. C. de contrah. empt. Card. Mantic.
de tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 4. *tit.* 21.
n. 9. *ad fin.*

Minus

Minus obſtat *l. interdum.5. ff. qui potior. in pignor. habeaut.* Quia ſolum ibi coucluditur, quod poſterior creditor eſt potior priore, ſi in rem ipſam conſeruandam impenſum eſt,
17 quod ſequens credidit, † veluti ſi uauis fuit
obligata, & ad armaodam eam, vel reficieudam ego credidero; quod non applicatur ad caſum noſtrum, quia nullum ex dictis requiſitis interueuit, immo nuuquam frumentum, de quo agimus, ſuit in poſſe Aduerſarij, neque ad illius manus peruenit ſtante conuentione, quod ille poſſideret nomine Capituli, tunc enim locator in eo præfertur *Neguſ. de pignorib. p. 5. membr. 2. u. 18. in priuc fol.* 83. Cum etiam per Capitulum fuerit inhibitum, ne idem frumentum amoueretur, quod potuit fieri, vt dictum eſt ex *Menocb. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. n. 116.*
18 Maximè ſtante ſequeſtro † eiuſdem frumenti
facto per Capitulum ad hoc, vt non tranſiret ad alienas manus, itaut dicatur tunc extare in fuudo, non ſecus ac ſi non fuiſſet vnquam amotum, ſuper quo durat hypotheca ſpecialiter reſeruata *Idem Menocb. d. rem. 3.*
19 *n.* 103. † Itaut detur luclusio ſimilium rerum,
& loco pignoris retentio *Hermand. de praferent. creditor. lib. 1. tit. 13. n. 29. Valaſc. de emphyt. q. 20. u. 15. poſt Bald. in l. adem. col. 1. in fin. C. locat. Iaſ. iu §. item ſeruiana. n. 36. inſtit. de action.* & de praxi includendi inuecta *Rebuff. de litter. obligator. art. 4. gloſ. 2. n. 7. & 8. tom. 1. fol.* 116. & multa ad prælationem iuuectorũ in fundo *Carpan. ſuper couſt. Mediol. c.* 390 *u. 43. cum ſeq. p. 2.*
Minus obſtat *deciſ. coram R. P. D. Vbaldo Romaua diſcuſſiouis de Magonibus.* 26. *Ianuarij* 1615. Quia loquitur io prælatione, quam præteudebat locator in fructibus pro aſſecu-
20 ratione penſionis futuræ, † tunc enim idem
locator uon eſſet præferendus creditoribus anterioribus, quod non eſt iu caſu noſtro cum ſimus in penſionibus eiuſdem anni, in quibus datur talis prælatio, proot etiam in eadem deciſione couceditur, & dictum eſt ſupra, Ideo non eſt facieoda illatio de vno caſu ad alium *l. papiuiauus. ff. de minorib.*
21 Quamuis etiam † aote diem locator poſſit
habere proſecutionem rerum inquilini ſuſpecti quo ad ius pignoris, quidquid ſecus ſit quo ad exactionem penſionis *Iaſ. iu l. ſi pecuniam. in fiu. ff. ſi cert. petat.* cum alijs per *Herman. de præferent. creditor. lib. 1. tit. 13. n. 26. vſque ad* 29.

EPITOME.

VXor quando poſt mortem mariti poſſit retinere eius bona pro reſtitutione ſuę dotis. ¶ Et an requiratur declaratio mutationis voluntatis circa cauſam poſſeſſionis. ¶ Mandatum de aſſociando an debeat concedi vigore clauſulæ conſtituti. ¶ Et an illod operetur mortuo conſtituente transferendo omnem poſſeſſionem naturalem, & ciuilem. ¶ Et quo caſu requiratur probatio poſſeſſionis eiuſdem conſtituentis. ¶ Statutum de continuanda poſſeſſione an habeat locum ſi poſſeſſio non eſt vacans. ¶ Et in quibus bonis concedator. ¶ Fideicommiſſarius poſſidens auctoritate Iudicis, & docens incontinenti de iure ſuo an ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem. ¶ Sumptus litis an debeantur, ſi non conſtet de paupertate, & de magna præſumptione pro iure actoris pauperis. ¶ Et qualis debear eſſe talis paupertas. ¶ Dos quando poſſit peti per vxorem vltra alimenta ſibi relicta, ſeu vſumfructum legatum. ¶ Et qualiter dicta alimenta ſint taxanda. ¶ Et quid in alimentis præteritis. ¶ Compenſatio quando ſit præſumenda in legato continente cauſam diuerſam à debito dotium. ¶ Maritus an dicatur debitor dotis ex cauſa neceſſaria, ſeu voluntaria. ¶ Reſtitutio verbalis bonorum fideicommiſſi quando ſit neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt retinere bona mariti poſt eius mortem pro aſſecuratioue, & reſtitutione ſua dotis, ueque requiritur declaratio mutationis voluntatis circa cauſam poſſeſſionis.*

2 *Clauſula conſtituti trauſfert omnem poſſeſſionem naturalem, & ciuilem iu eum, pro quo veuditor ſe conſtituit poſſidere. Declara, vt u. 3. & 4.*

5 *Maudatum de aſſociaudo couceditur vigore clauſula conſtituti, qua operatur etiam mortuo conſtituente. Intellige, vt n. 6.*

7 *Poſſeſſio ciuilis amittitur propter ſuſpitionem, quam poſſidens babet ſe poſſe repelli.*

8 *Probatio poſſeſſionis conſtituentis requiritur ad boc, vt conſtitutum operetur coutra tertium.*

9 *Identitas domus eſt probauda.*

10 *Nullitas coutractus facit, vt clauſula conſtituti nibil operetur, & quod ſit deneganda mauutentio. n. 11. & 12.*

13 *Statutum de contiuuanda poſſeſſione nou babet locum quando poſſeſſio non eſt vacans, ſed per alium apprabenſa. Contrarium eſt verius. n. 14.*

15 *Continuatio poſſeſſiouis vigore ſtatuti non datur in bonis, qua nou tranſmittuntur ad baredes. n. 17. Declara, vt n. 18. & 19.*

16 *Diſpoſitio ſtatuti ſuper impoſſibili non poteſt verificari.*

20 *Fideicommiſſarius poſſidens auctoritate Iudicis, & docens iucontinenti de iure ſuo; quo caſu dicatur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem. n. 21. & 22.*

23 *Trebellianica dicitur probibita, ſi quis teueatur reſtituere etiam minimam partem.*

24 *Detractio trebellianica uon datur, ſtante alienatioue bonorum, & fructus in eam ſunt computandi.*

Re-

25 *Reſtitutio verbalis bonorum fideicommiſſi requiritur quando grauatus deceſſit cum hærede, ſecus ſi nullus exiſtat.*

26 *Sumptus litis quando ſint præſtandi, & an debeantur, ſi non conſtat de paupertate, & de magna præſumptioni pro iure actoris pauperis. & n. 27.*

28 *Paupertas debet præualere paupertati illius, qui conuenitur pro expenſis ad hoc, vt illa debeantur.*

29 *Vxor poteſt petere ſuam dotem vltra alimenta ſibi relicta, ſeu vſumfructum legatum. n. 30. Declara, vt n. 31.*

32 *Maritus dicitur debitor dotis ex cauſa neceſſaria, non voluntaria.*

33 *Legatum continens cauſam diuerſam à debito dotium excludit coniecturam compenſationis, & vtrumque debetur:*

34 *Teſtator declarans, quod vxor tranſiens ad ſecunda vota non poſſit petere legatum victus, & veſtitus, & habitationis, à contrario ſenſu, ſi remaneat in viduitate, poterit illud petere.*

35 *Argumentum à contrario ſenſu valet in vltimis voluntatibus.*

36 *Vna pars teſtamenti declaratur per aliam.*

37 *Alimenta ſunt taxanda iuxta qualitatem, & conditionem eius, cui debentur, & Iudex ita debet arbitrari. n. 38.*

39 *Petitio alimentorum præteritorum admittitur, ſi iure actionis ſint debita, quamuis alendus de ſuo ſe alimentauerit.*

CAPVT DCCCCLIV.

POſſeſſio domus, de qua agimus, fuit capta per Martam die 16. Februarij 1621.
Vnde in ea debet manuteneri pro aſſecuratione, & reſtitutione ſuæ dotis, cum mutauerit cauſam poſſeſſionis, quã prius habebat vna cum viro tunc viuente iure familiarita-
1 tis, † licet neque talis declaratio mutationis voluntatis requireretur, nam ſemper cenſetur illam retinere propter creditum ſuarum dotium, vnde multò magis, quando adeſt talis expreſſa declaratio *Put. deciſ. 451. lib. 1. Cæſar de Graſſ. deciſ. 19. n. 6. de probation. Rot. diuerſ. deciſ. 143. n. 4. p. 2. & coram Card. Sacrato Bononien. manutentionis. 16. Decembris 1611. quæ eſt deciſ. 366. n. 1. in fin. p. 1. in recentior.* latè *Burſatt. conſ. 8. n. 15. verſ. inſuper vxor. lib. 1. & conſ. 9. n. 8. eod. lib.*

Neque obſtat, quod potius ſit manutenendus Vincentius Aduerſarius, qui oſtendit ſe poſſidere talem domum emptam à Marco de anno 1606. propter clauſulam conſtituti in
2 inſtrumento emptionis contentam, † quæ transfert omnem poſſeſſionem naturalem, & ciuilem in eum, pro quo venditor ſe conſtituit poſſidere *l. quod meo. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Bero. conſ. 41. n. 12. lib. 3. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 13. tit. 23. n. 14.*

Quia iſta procedunt reſpectu conſtituentis, & ipſius hæredum, & habentium cauſam ab
3 eo, † tunc enim quo ad iſtos, & in eorum præiudicium conſtitutum operatur translationem poſſeſſionis *Ruin. conſ. 46. n. 13. lib. 4.* ſecus autem reſpectu tertij, prout eſt caſus noſter, nam tunc non ſufficit ſolum conſtitutum, ſed etiam requiritur probatio, quod conſtituens poſſideret bona, quæ conſtituit ſe poſſidere nomine emptoris, ſeu alterius,
4 nam hoc non probato † non dicitur facta aliqua translatio poſſeſſionis in præiudicium tertij *Aret. in l. interdum. in fin. princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Ang. in l. quadam mulier. ad med. verſ. item attende. ff. de rei vendicat. Socin. conſ. 187. col. 5. verſ. ſecunda ratio. lib. 2. & conſ. 106. n. 2. lib. 3. Purpur. in l. is apud quem. col. 16. n. 102. C. de edend.* cum alijs per *Tiraquell. de iur. conſtitut. p. 3. limit. 1. n. 20. fol. 171. Alex. conſ. 10. n. 2. lib. 4. Rot. coram R. P. D. Buratto Virdunen. Abbatia. 27. Nouembris 1615. quæ eſt deciſ. 768. n. 4. poſt med. p. 2. in recentiorib. Card. Seraph. deciſ. 302. n. 6.* iuxta *Gloſ. in l. 2. in verb. tradita. C. de ſequeſtrat. poſſeſſion.*

Additur, quod licet vigore clauſulæ conſtituti
5 concedatur mandatum de aſſociando † *Bart. in l. 3. q. 4. princip. C. de pignorib. Rot. deciſ. 694. n. 8. par. 1. in recentior.* itaut talis clauſula operetur etiam mortuo conſtituente, cum conſtitutarius non priuetur ſua poſſeſſione *Tiraq. de iur. conſtitut. p. 2. ampliat. 13. n. 3. Rot. ibid. n. 8. in princ.* Nihilominus hoc limitatur non procedere, quando, prout in caſu noſtro, poſt mortem conſtituentis ipſa res fuit ab alio appræhenſa, & poſtea conſtitutarius neglexit apprehendere
6 poſſeſſionem naturalem, † tunc enim amittit poſſeſſionem, quam prius habebat *Gloſ. in c. cum veniſſet. 9. in verb. annuam poſſeſſionem. in fin. de reſtitut. ſpoliator. Bart. in l. ſi de eo. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraq. de iur. conſtit. p. 3. limit. 21. n. 9. fol. 196. Rot. d. deciſ. 694. n. 8. ad fin.*

Quæ procedunt, vt ad iſtum effectum ſufficiat, quod conſtitutarius ſciat ab alio talem poſſeſſionem fuiſſe occupatam etiam per modicum tempus, prout Aduerſarius ſciuit in caſu noſtro, & per Martam fuit inhibitus, ne illam moleſtaret ſuper poſſeſſione huiuſ-
7 modi domus per eam capta, † tunc enim eo ipſo amittit ciuilem poſſeſſionem, quam habebat, tanquam videatur ſuſpicari ſe poſſe repelli *Rot.* in ſpecie *coram R. P. D. Orano Lucana maiuſculatus. 27. Aprilis* 1585. confirmata *coram R. P. D. Vbaldo Romana domus. 4. Decembris 1615. quæ eſt deciſ. 694. n. 8. ad med. p. 1. in recentior. poſt Tiraq. de iur. conſtitut. p. 3. limit. 21. n. 9. ad med. verſ. quod ita intelligit. fol. 196.*

Quod tamen dictum ſit ex abundanti, quia ſuf-

8 ſufficit, quod in caſu noſtro † nulla fuerit
probata poſſeſſio conſtituentis, prout debe-
bat probari, ad hoc vt tale conſtitutum
operetur contra tertium *Rot. deciſ.768.n.4.*
p.2. in recentior. cum alijs ſupra allegatis.
n.3. & 4. Cum etiam non conſtet de identi-
9 tate domus, † quæ erat ſpecialiter proban-
da *Aim. conſ.* 112. *n.* 3. & non ſimus in con-
tractu emptionis, ſed *à godere à godere*, quod
eſt prohibitum, vt Deo dante dicam infra in
capite particulari, vt colligitur ex quietan-
tijs exhibitis, quæ ſunt pro fructibus ſcuto-
rum ducẽtum poſitis ſuper dicta domo, non
autem pro penſionibus, ex quibus reſultat
10 nullitas contractus, † ob quam clauſula con-
ſtituti nihil operatur *Bald. in l. ex teſta-*
mento. in fin. C. *de fideicommiſſ. Alex. in*
l. ſi vir. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Aim. conſ.
299. *n.3. Rot. diuerſ. deciſ.* 224. *n.1. p.2. &*
11 *deciſ.694.n.9. p.1. in recentior.* † vbi propter
ſimiles exceptiones fuit denegata manuten-
tio, ſeu aſſociatio, quæ prætendebatur vi-
gore clauſulæ conſtituti *Tiraq. de iur. con-*
ſtit. p. 3. limit. 7. n. 1. cum ſeq. Cum enim
conſtitutum ſit acceſſorium ad principalem
contractum venditionis, recipit omnes con-
12 ditiones, & modos, † ſub quibus idem cõtra-
ctus eſt geſtus, vnde non mirum ſi reſoluto
principali etiam reſoluantur acceſſoria *So-*
cin. conſ. 78. col. 1. lib. 3.

Quo vero ad aliam manutentionem, de qua
agebatur in cauſa Narnien. dixi etiã illã eſſe
concedendam Victorio, quia conſtat de eius
poſſeſſione legitimè capta, & ſeruatis ſer-
uandis cum decreto Iudicis, quæ non poteſt
impediri propter prætenſam continuatio-
nem poſſeſſionis in Flaminiam filiam vigo-
13 re ſtatuti in actis exhibiti † tanquam illud
non habeat locum, quando poſſeſſio non eſt
vacans, ſed per alium appræhenſa, tunc enim
dicitur interruptus, & impeditus effectus
continuationis ex vi, & potentia eiuſdem
ſtatuti, cum per poſſeſſionem captã ab alio,
quam ab hęrede ſit interuerſa illius ciuiliſſi-
ma poſſeſſio *Gloſ. in l. cũ miles. in verb. quaſi*
coniunctim. C. *de iur. deliber. Peregr. de*
fideicommiſſ. art.47. n.15. Rot. deciſ.263. p.2.
in recentior. Natt. conſ.237. n.4.

Et quatenus talis poſſeſſio etiam continuaretur
14 in filium vigore eiuſdem ſtatuti, † non ob-
ſtante, quod ab alio fuiſſet præoccupata,
prout illa opinio videtur magis tuta *Gabr.*
conſ.36. n.13. lib.1. Rim. Sen. conſ.340. n.7.
vſque ad 11. lib. 2. & latè dixi *ſupr. c. 372.*
n.27. vſque ad 38. Tamen in caſu noſtro non
15 poteſt dari huiuſmodi continuatio, † cum
ſimus in re non continuabili, tunc enim
non ſuffragatur tale ſtatutum, neque poteſt
verificari, cum prius docendum ſit, quod ſi-
mus in bonis, quæ tranſmittantur, & conti-
16 nuentur ad hæredes, † nam ſuper impoſſibili
ſtatutum non diſponit *l. lucius. §. pro in-*
fante. ff. ad municipal. l.1. C. *de continuand.*
honorib. lib.10. Bald. in l. peto. in fin. princ.
ff. de legat. 2. Et ita in ſpecie huiuſmodi ſta-
17 tuti continuantis poſſeſſionem, † quod in
iſtis non habeat locum concludit *Cuman.*
conſ.174. galuanus. n.4. Tiraq. le mort. ſai-
ſit. p.4. declarat.2. fol.111. Menoch. conſ.139.
n.18. & per tot. lib.2. latè *Peregr. deciſ.127.*
n. 8. cum ſeq. Caſſan. conſ. 59. col. penult.
verſ. item etiam vt conſtat. Alex. conſ. 153.
n.4. verſ. & tale ſtatutum. lib.6. Cott. in
memorabil. in verb. decreto mediolani. col.2.
Imol. conſ. 16. n. 4.

Et quamuis ſecundum aliquos detur continua-
tio, & manutentio poſſeſſionis vigore ſtatuti
18 quando controuertitur † an bona ſint tranſ-
miſſibilia, & continuabilia *Menoch. conſ.*
696. n.5. lib.7. Tamen ſecus eſt, quando in-
continenti offertur probatio qualitatis rei
non tranſmiſſibilis, tunc enim non datur ali-
qua manutentio, ita in terminis diſtinguit
Rot. coram R. P. D. Andrea Signina bono-
rum. 12. Iunij 1603. poſt Iſern. in c.1. §. in-
ter filium. vbi Præpoſit. & Aluarott. n.2. ſi
de feud. defunct. content. ſit inter domin. &
agnat. Gozad. conſ.7. n.26. Cantiuncul. conſ.
23. n. 56. Molin. de primogenit. hiſpanor.
lib. 3. c. 4. n. 42. & 43.

In caſu autẽ noſtro nõ ſolum offertur inconti-
nenti probatio iſtius qualitatis bonorũ nõ
continuabiliũ, ſed eſt probata in actis, quia
poſſeſſio defuncti patris Flaminiæ Aduerſa-
19 riæ fuit terminata, † & finita cum ipſius obi-
tu, qui non potuit tranſmittere poſſeſſionem
iſtorum bonorum ad Flaminiam excluſam in
teſtamento, & per conſequens nulla datur
continuatio *Rot. deciſ. 263. n. 2. in fin. p.2.*
in recentior. cum alijs ſupra allegatis.

Et ſicut ex prędictis debet denegari continua-
tio poſſeſſionis, ita etiam erit deneganda
20 immiſſio, † nam ſumus in fideicommiſſario
poſſidente auctoritate Iudicis, & docente in-
continenti de iure ſuo, quo caſu dicitur le-
gitimus contradictor ad impediendam im-
miſſionem, quam hæres prætendit *Bart. in*
l. fin. n.22. vbi Dec. n.48. Corn. n.43. C. *de*
edict. diu. adrian. tollend. Aim. conſ. 69. in
fin. Menoch. de adipiſc. remed. 4. n.634. &
conſ.722. n.3. Socin. Iun. conſ.75. n.18. lib.1.
cum alijs relatis per *Argel. de legitim. con-*
tradict. q.10. art.14. n.206. vbi etiam quod
ita ſemper tenuit *Rot. per Card. Seraph. &*
Lancell. ibid. per eum relatos.

Et licet aliqui teneant, quod poſſeſſio debeat
21 eſſe legitima, & ſine vitio, † quæ non poteſt
dici talis, quando eſt capta auctoritate pro-
pria etiam quod eſſet vacans, cũ debeat capi
de manu hæredis *Argel. ibid. n. 207.* Tamen
omiſſo, quod in caſu noſtro, ſumus in poſ-
ſeſſione capta cum decreto Iudicis, quod fa-
cit, vt non poſſit dici vitioſa, de quo tamen
aliqui dubitant, vt per *Argel. d. q.10. n.273.*
Reſpondetur, quod quando hæres grauatus
nullum poteſt ſentire commodum ex ipſa
im-

Digitized by Google

22 immiſsione,non debet in illam immitti,† ſed
fideicommiſſarius poſsidens etiam auctori-
tate propria, & non de manu hæredis eſt in
ea manutenendus, & non poteſt hæres præ-
tendere cõtra illum aliquam immiſsionem,
ſicut dicimus, quando, prout in caſu noſtro,
non eſt locus detractioni trebellianicæ, aut
legitimæ *Pariſ. conſ.* 13. *n.*113. *&* 114. *lib.*3.
*Menoch. conſ.*722. *n.*9. *lib.*8. *Rot. coram*
*Card. Sacrato Senogallien. fideicommiſſi.*22.
Maÿ 1606. *& coram Card. Lancellotto Ro-*
mana de Capizucchis, 10. *Aprilis* 1606. de
quibus per *Arg. de legitim. contradict. q.*10.
*art.*16. *n.* 234. *&* 235. *Rot. coram R. P. D.*
*Buratto deciſ.*431. *n.*8. *p.*2. *in recentior.*

Quod autem Flaminiæ nihil ſit remanſurum ex
ſua prætenſa immiſsione patet ex teſtamen-
to, in quo teſtator expreſsè prohibuit om-
nem,& quamcumque ſucceſsionem,& vſum-
23 fructum in fœminas, † quem ſolum reſerua-
uit maſculis, excluſis dictis fœminis etiam
in minima parte, & ſic etiam à portione
trebellianicæ *auth. ſed & in ea*. *C. ad leg.*
falcid. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.
*volunt. lib.*7. *tit.*12. *n.*19. *Rot. coram R.P.D.*
Coccino Fulginaten. fideicommiſſi. 5. *De-*
cembris 1605. *quæ eſt deciſ.* 135. *n.* 1. *par.* 2.
in recentior.

Immo etiam conceſſo, quod trebellianica eſſet
debita, quæ tamen non debetur ex ſupradi-
24 ctis, † nihilominus ſtante alienatione bo-
norum facta per Stephanum primum hære-
dem, & per patrem Flaminiæ Aduerſariæ, &
fructibus perceptis ab anno 1586. vſque ad
obitum patris 1621.non eſt locus amplius de-
tractioni trebellianicæ, ſed fructus in eam
ſunt computandi *Menoch. conſ.* 722. *n.* 10.
lib. 8. *& de arbitrar.caſ.*256. *Molin. de pri-*
*mogenit. hiſpanor. lib.*1. *c.*17. *n.*32.

Amplius in caſu noſtro nullus aderat hæres
grauati, ex cuius manu poſſet hęreditas capi
per fideicommiſſarium; nam Claudius pa-
ter Aduerſarię deceſsit ſuperſtite Tarquinio
fratre, qui vltimo loco obijt ab inteſtato
25 abſque filijs, & hærede, † Vnde Victorius
benè potuit immitti in poſſeſsionem bono-
rum fideicõmiſsi,ad quod fuit vocatus nulla
habita reſtitutione verbali, quæ tunc requi-
ritur, quando grauatus deceſsit cum hære-
de, ſecus autem quando nullus hæres exi-
ſtit, qui poſsit reſtituere, tunc enim ipſo
iure tranſeunt vtiles actiones in fideicom-
miſſarium *l. ſancimus. §. cum autem*. *C. ad*
trebellian. Bart. in l. vlt. n. 9. *in fin. C. de*
edict. diu. adrian. tollend. Rub. Alexandr.
*conſ.*64. *n.* 2. *Ang. conſ.*137. *ad fin. Cardin.*
Mantic. deciſ. 311. *n.* 2. *Aret. conſ.*37. *in*
fin. verſ. ad ſextum dubium.

Quo vero ad ſumptus litis, qui prætenduntur
26 iuxta *deciſ. Guid. Pap.* 561. † Concludendum
eſt illos non deberi, quia in praxi dicta de-
ciſio non ſeruatur, vt notat *Boer. deciſ.*303.
n. 4. & ſequitur *Couarr. pract. quæſt. c.* 6.
*n.*5. *in fin. Menoch. de arbitrar. caſ.*169. *n.*12.
Sim. de Pret. de interpretat. vltim. voluntat.
lib. 5. *dubit.* 2. *in princ. interpretat.* 2. *n.*28.
*Surd. de aliment. tit.*1. *q.*120. *n.*4. iuxta *l. im-*
peratores. vbi Bald. ff. de tutel. & ration.
diſtrah. Lup. in c. per veſtras. §. 39. *col.*2. *de*
donation. int. vir. & vxor.

Cum etiã dato, quod *d. deciſ. Guid. Pap.* ſeruare-
tur in praxi, Tamen expenſæ litis non de-
27 berentur, † niſi quando conſtaret de pauper-
tate,& de magna, & non leui præſumptione
pro iure actoris pauperis, iſta enim duo de-
bent ſimul cõcurrere ad huiuſmodi effectum
decernendi expẽſas litis *Couar. pract. quæſt.*
*c.*6. *n.*5. *in fin. Surd. de alim. tit.* 1. *q.*119. *in*
*fin. & q.*120. *n.*7. *vſque ad* 10. *Lup. d. §.*39.
col. 2. *verſ. intellige quando haberet. Boſſ. de*
aliment. præſtand. vxor. & fil. ſuper bon. pu-
*blicat. n.*2. *Card. Seraph. deciſ.*426. *n.* 1.

Huiuſmodi autem qualitas boni iuris non ſo-
lum non probatur, ſed potius conſtat de
contrario, cum petatur ſucceſsio in bonis fi-
deicommiſsi, à quibus per teſtatorem fuit
28 expreſsè fœmina prohibita, † Cum etiam
non probetur paupertas, quæ debet eſſe ta-
lis, vt præualeat paupertati illius, qui con-
uenitur ſuper dictis expenſis, itaut habita
ratione filiorum, & aliarum qualitatum,
quæ concurrunt in Victorio conuento, non
poſsit dici conſtare de paupertate ad effe-
ctum, de quo agitur, ideo talis prætenſio eſt
reijcienda *Cephal. conſ.*127. *n.*11. *lib.* 1. cum
alijs per *Rot. deciſ.*470. *n.*7. *p.*2. *in recentior.*
Surd. de alim. tit. 7. *q.*8. *n.* 1.

Alterum dubium, de quo agebatur in cauſa
Firman. dixi decidendum affirmatiuè, quod
debeantur alimenta petita, conſtat enim de
29 legato alimentorum facto vxori, † cui non
obſtat prætenſa exceptio cõpenſationis do-
tis reſtitutæ, cum talis compenſatio non ad-
mittatur, tanquam non ſit prohibita vxor
dotes ſuas petere, vltra alimenta ſibi relicta,
prout in ſpecie concludit *Caſtr. conſ.* 248.
alias 224. *incip. legatum prædictum*. *n.* 1.
*lib.*2. *Natt. in addit. ad Alex. conſ.*19. *in*
verb. cum debito. *& in verb. non videtur*.
n. 3. *&* 4. *lib.* 6. *Idem Natt. conſ.* 186. *n.*8.
*Pic. in repet. auth. præterea. n.*60. *col. penult.*
ad fin. C. *vnd. vir & vxor. & in l. titia*.
*§. titia. q.*42. *n.*131. *de legat.*2. *Surd. conſ.*112.
*n.*44. *lib.* 1. *Crot. conſ.*67. *n.*42. *&* 43. *lib.* 1.
*Roland. conſ.*65. *n.* 22. *lib.*2. *& conſ.*74. *n.*26.
eod. lib. Caſtill. de vſufr. c. 46. *n.* 13. late
*Bertazol. conſ. ciuil.*59. *n.*4. *&* 5. qui omnes
30 ſequuntur *Caſtr. d. conſ.* 224. † Et paſsim
iſta opinio admittitur, ſiue ſimus in legato
facto vxori de alimentis, ſiue de vſufructu,
ſiue de alijs rebus, quia ſemper debetur tam
dos, quàm legatum *Capr. conſ.* 72. *n.*18. *Si-*
*gnorol. conſ.*76. *n.*4. *Alex. conſ.*19. *n.*15. *lib.*6.
*& conſ.*99. *in fin. lib.*7. *Menoch. conſ.*56. *n.*17.
*lib.*1. *Dec. conſ.*536. *n.*13. *Bertaz. conſ. ciuil.*
59. *n.* 4. *cum ſeq. Peregrin. de fideicommiſſ.*
art.

art.33. n.41. dixi latè *ſupr. c.134. n.1. vſque*
31 *ad 24. & deciſ. 47. n.3. cum ſeq.* † Contraria
autem procedunt, quando adeſſent conie-
cturæ, ex quibus poſſet dici legatum fuiſſe
factum animo compenſandi, vt per *Menoch.*
conſ.56. in fin. & præſumpt.109. & 110. lib.4.
Quæ interpretatio eſt magis facienda, ne lega-
tum ſit inutile, cum præſertim maritus dica-
32 tur debitor dotis ex cauſa voluntaria, † non
neceſſaria *Bart. in l. huiuſmodi. §. cum pa-*
ter. ff. de legat. 1. Roland. conſ.63. n.18. lib.2.
Aim. conſ.149. n.2. Debitor autem volun-
tarius nunquam præſumitur reliqueiſſe ani-
mo compenſandi *l. ſi cum dotem. §. ſi pater.*
ff. ſolut. matrim. l.1. §. ſciendum. C. de rei
vxor. act. l. creditor. C. de legat. l. credito-
rem. ff. de legat. 2. Cuman. conſ.22. col.1. ad
med. Pariſ. conſ.69. n.26. cum ſeq. lib.2.
Accedat, quod huiuſmodi legatum alimento-
rum eſt factum pro gubernio, & cura filia-
rum, ad effectum, vt vxor cum eis habitet
in domo teſtatoris, qui reliquit dicta ali-
menta ſuæ vxori, quatenus ipſa velit vitam
viduilem ſeruare, nam illa non ſeruata ob
tranſitum ad ſecunda vota, mandat idem
teſtator eaſdem ſuas filias collocari in mo-
naſterio, vel in alio loco eligendo per tuto-
33 res magis expediente, † Vnde cum adſit in
legato cauſa diuerſa à debito dotium, & illa
ſit expreſſa ob cohabitationem cum filiabus,
& ob non tranſitum ad ſecundas nuptias, ceſ-
ſat coniectura compenſandi, & vtrumque
debetur *Alex.* in ſpecie *conſ. 7. n. 18. lib. 6.*
poſt Bald. in l. filia legatorum. q.4. C. de legat.
Cum etiam teſtator in caſu tranſitus ad ſecun-
da vota expreſsè declaret, quod non inten-
34 dit, † nec vult, quod amplius vxori detur
victus, & veſtitus, nec habitatio, vnde à con-
trario ſenſu, ſi exiſtat vxor in viduitate, po-
terit petere dicta alimenta, prout in propo-
ſito notat *Pariſ. conſ. 68. n. 29. & 30. lib.2.*
35 tāquam valeat huiuſmodi argumentum † in
vltimis voluntatibus *l. aliquando. de condit.*
& demonſtrat. l. ſi legatum purè. ff. de adi-
mend. legat. Maximè, quia vna pars teſta-
36 menti declaratur per aliam † *l. ſi ſeruus plu-*
rium. in fin. ff. de legat. 1. Bart. in l. qui fi-
liabus. eod. tit. & in l.1. §. & parui. ff. quod
vi aut clam. Soc. conſ.77. col.2. in princ. lib.3.
Quibus ſtantibus ſequitur, quod alimenta
37 ſunt taxanda ſecundum qualitatē, † & con-
ditionem eius, cui debentur *l. ſi cui. de ann.*
legat. l. mela. & l. penult. ff. de alim. & ci-
bar. legat. l. tutor ſecundum dignitatem
in princ. ff. de adminiſtr. tutor. Tiraq. de
nobilit. c.20. n.143. Surd. de alim. tit.9. q.39.
n.3. & iuxta quantitatē patrimonij *l.2. ff. vbi*
pupill. educar. deb. Aim. conſ.189. n.10. cum
38 alijs per *Menoch. de arbitrar. caſ.189.* † qui
etiam admittunt in hoc ſtandum eſſe arbi-
trio Iudicis, quod debet eſſe conſideratis
prædictis circumſtantijs *Bald. in l. cum*
quam, n. 41. C. de fideicommiſſ.

Et prædicta etiam habent locum in alimentis
præteritis, quæ de iure licitè poſſunt peti
39 per legatarium, † cum non ſint debita offi-
cio Iudicis, ſed iure actionis, ſcilicet ex te-
ſtamento, quamuis hucuſque quis ſe de ſuo
alimētauerit *Rot. diuerſ. deciſ.202. n.1. p.2.*
poſt Bart. in l. libertis. de aliment. & cibar.
legat. Iaſ. in l. de alimentis. n.6. vbi Dec.
n.5. C. de tranſact.

EPITOME.

IDentitas pecuniarum an probetur ex cō-
iecturis, & indicijs. ¶ Et an ſufficiat bre-
uitas temporis traductionis illarum de vno
loco in alium, præſertim concurrente pau-
pertate. ¶ Confeſſio veriſimilis an noceat
tertio. ¶ Refectio ædificij, quo caſu præſu-
matur facta ex pecunia paulo ante accepta.
¶ Ceſſio an requiratur ad effectum excipien-
di, & retinendi. ¶ Res empta ex pecunia ec-
cleſiæ quando illi acquiratur cum priuilegio
tacitæ hypothecæ, & prælationis contra an-
teriores creditores. ¶ Et quid in pupillo,
milite, & ſimilibus. ¶ Et an ſit neceſſe, vt
emptio fiat per adminiſtratorem. ¶ Ædifi-
cium factum per aliquem in ſuo ſolo ex pe-
cunijs eccleſiæ an cedat ſolo, vel potius è
contra ſolum cedat ædificio. ¶ Donans, ſeu
legans aliquam rem an cenſeatur donare,
ſeu legare tantum ius, quod in ea habet. ¶ Et
quando hæres debeat liberare talem rem à
cenſibus, & hypotheeis, & alijs oneribus
realibus, & ſeruitutibus in ea exiſtentibus.
¶ Et quid ſi donetur, ſeu legetur loco pio,
ſeu coniuncto, & amico, & pro libertate, ſiue
ſcienter, ſiue ignoranter, tām de iure ci-
uili, quām canonico. ¶ Vendens cenſum
quo caſu transferat aliquod dominium in
emptorem, & an teneatur ad collectas, vel
ſimilia onera. ¶ Dominus cenſus quando
agat hypothecaria, & perſonali in rem ſcri-
pta contra tertium, tām pro futuris, quām
præteritis præſtationibus.

SVMMARIVM.

1 *Narratio ſpeciei facti.*
2 *Identitas pecuniarum probatur ex coniectu-*
ris, & indicijs.
3 *Breuitas temporis inducit præſumptionem*
identitatis pecuniarum, quas venditor cen-
ſus habuit, & ſtatim illas attulit ad ban-
cum, concurrente præſertim paupertate.
& n. 4.
5 *Confeſſio veriſimilis nocet etiam tertio, quid-*
quid aliās illi non præiudicaret.
6 *Refectio ædificij præſumitur facta ex pecu-*
nia paulo ante accepta, ſi illi conueniat.
& n. 7.
8 *Res empta ex pecunia eccleſiæ illi acquiritur*
cum priuilegio tacitæ hypothecæ, & præla-
tionis contra anteriores creditores, prout in

pupillo, milite, & ſimilibus. n. 9. 11. 12. & 13. Intellige, vt n. 14. & 15.

10 *Eccleſia eſt loco pupilli.*

16 *Quæſita ex bonis eccleſiæ tranſeunt ipſo iure in eius dominium, quamuis nomine proprio adminiſtratoris acquirerentur. Amplia etiam quo ad actionem perſonalem. n. 17.*

18 *Aedificium factum per aliquem in ſuo ſolo ex pecunijs eccleſiæ non cedit ſolo, ſed è contra ſolum cedit ædificio. & n. 19.*

20 *Ceſſio non requiritur ad effectum excipiendi, & retinendi.*

21 *Ceſſionarius non poteſt habere plus iuris, quam cedens.*

22 *Exceptio, quæ obeſt actori nocet etiam ſingulari ſucceſſori.*

23 *Donans cenſetur donare ſolum ius, quod habet in re donata. & n. 35. Declara vt n. 24.*

25 *Hæres quando teneatur liberare rem legatam, ſeu donatam à cenſibus, & hypothecis in ea exiſtentibus. n. 55. & 56.*

26 *Onera realia, & ſeruitutes tranſeunt cum ipſa re alienata. Intellige, vt n. 27. & 28.*

29 *In donatione rei cenſuatæ non poteſt conſiderari, quod reſpectu cenſus res ſit aliena.*

30 *Venditor cenſus tenetur ad collectas, & ſimilia onera. & n. 44.*

31 *Vendens cenſum non transfert aliquod dominium in emptorem, ſed illud retinet poſſidendo, ſicut prius, itaut ex hoc ſit inepta clauſula precarij, quæ ſolet apponi. & n. 32.*

33 *Diſpoſitio quando dicatur oneroſa, ſeu potius lucratiua.*

34 *Legatum de re aliena factum loco pio valet, & eſt ſoluendum per hæredem, prout ſi fieret coniuncto, & amico, & pro libertate ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, & tàm de iure ciuili, quàm canonico. n. 36. 37. 45. 46. & 51.*

38 *Dominus cenſus habet ius in re cenſuata, quod tranſit ad quemcumque ſucceſſorem etiam eccleſiam, & fiſcum contra quem poteſt agi hypothecaria, & perſonali in rem ſcripta, tàm pro futuris, quàm præteritis præſtationibus. & n. 40. Intellige, vt n. 41. 42. & 43.*

39 *Prælatio conceditur domino cenſus, ſi res cenſuata vendatur.*

47 *Teſtator legando fundum communem cenſetur legaſſe partem ſuam. Secus fauore piæ cauſæ. n. 48. & 50.*

49 *Nulla maior poteſt dici coniunctio, quam animæ, quæ præfertur amicis, conſanguineis, & quibuſcumque. n. 52.*

53 *Legatum rei alienæ ſcienter factum valet, quamuis teſtator dixerit lego fundum illum meum. Idem ſi ſciret dictam rem eſſe alienam, & alteri obligatam. n. 54.*

CAP. DCCCCLV.

IMpoſuit Horatius cenſum, de quo agimus, die 9. menſis Septembris 1614. ſuper ſua domo non perfecta, & illum vendidit Monialibus pro ſcutis 300. quæ debeant deſeruire ad effectum illam perficien-
1 di, † prout idem Horatius illa habuit per manus Bartholomæi adminiſtratoris, & promiſit deponere in banco S. Spiritus pro ſoluendis muratoribus, & alijs dantibus cementa pro ſeruitio dicti ædificij, prout die ſequenti. 10. Septembris 1614. eaſdem pecunias depoſuit in dicto banco cum aſſertione, quod ſunt illæmet, quas habuit à dictis Monialibus occaſione eiuſdem cenſus, vt ſupra impoſiti, quemadmodum poſtea fuerunt omnes erogatæ in cauſam depoſitatam ad vſum perfectionis dictæ fabricæ, vt latius in partitis parte citata extractis.

Quibus ſtantibus conſtat de identitate pecuniarum, nam illa probatur coniecturis, &
2 præſumptionibus, † & inditijs *Ang. in l. ſi certis annis. C. de pact. Affl. deciſ. 23. n. 3. Cephal. conſ. 170. n. 25. & 26. lib. 2. Menoch. conſ. 21. n. 33. lib. 1. & conſ. 202. n. 102. lib. 3. Surd. deciſ. 55. n. 12. Burſat. conſ. 80. n. 3. lib. 1.*

Inter coniecturas autem illa eſt præcipua, quæ colligitur ex breuitate temporis, quæ concurrit in caſu noſtro, in quo poſt venditio-
3 nem cenſus † ſtatim die ſequenti *ipſemet* venditor attulit pecunias ad bancum aſſerendo illas eſſe eaſdem, quas ad cenſum accepit, tūc enim iſtud modicum temporis interuallum operatur, vt ſit probata identitas ad effectum prælationis, vt in ſpecie cenſus concludit *Honded. conſ. 35. n. 13. lib. 2. Bellon. de poteſt. cor. quæ fiunt incontinent. lib. 1. c. 1. n. 8.* iuxta doctrinam *Bart. in l. ſi ventri. §. eorum. in princ. & in fin. vbi Rip. n. 10. cum ſeq. ff. de priuileg. credit.* cum alijs per *Surd. deciſ. 55. n. 8. in fin. vſque ad 11. poſt Angel. in l. vlt.* C. *de pignorib. Caſtr. in l. fin. §. in computatione. n. 4.* C. *de iur. deliber.*

Maximè, quia ſumus in paupere, & egeno, in quo magis iſta breuitas temporis probat
4 identitatem pecuniarum, † ſtante præſertim eadem quantitate, & ſumma conueniente ipſis pecunijs receptis, vt per *Rip. in d. §. eorum. & per Surd. d. deciſ. 55. n. 9. & de alim. tit. 8. priuil. 34. in fin. Natt. conſ. 547. n. 22.* Card. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 15. n. 16.*

Cum etiam adſit confeſſio ipſiuſmet venditoris cenſus, qui in depoſito facto penes bancum de huiuſmodi pecunijs aſſerit eſſe eaſdem, quas die antecedenti acceperat ad cenſum à
5 Monialibus, † quæ confeſſio tanquam veriſimilis propter eius inopiam nocet etiam tertio, quidquid alias ceſſante veriſimilitudine non poſſet præiudicare creditoribus *Cin. in auth. hoc ius porrectum.* C. *de ſacroſan. eccleſ. Bald. conſ. 117. lib. 2. Gulielm. de Cun. in l. edita. vbi Alex. in fin.* C. *de edend.* iuxta *l. ſi quis redemptione. §. penult.* C. *de donation.* & latè comprobat *Surd. deciſ. 55. n. 3. vſque ad 7.*

Qui-

Digitized by Google

Quibus additur erogatio ſecuta in perfectio-
nem fabricæ, cum omnes pecuniæ acceptæ
6 ad cenſum, † & depoſitatæ in Monte Pieta-
tis fuerint cõuerſæ in cauſam in inſtrumen-
to acceptam perfectionis domus, & ædificij
cæpti, nam ducto argumento à poſteriori
hoc eſt ab effectu, talis refectio præſumitur
facta ex pecunia paulo ante accepta, maxi-
mè ſi non ſit exceſſiua, ſed conueniens ædi-
ficio ſacto, prout eſt in caſu noſtro, vt in
ſpecie ita arguit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.8.tit.15. n.5. vſque ad 8. poſt Bald. conſ. 353. n. 2. verſ. modo probatur. lib. 3.*

Quemadmodum etiam è contra dicimus, quod
quando neceſſitati ſuccurritur poſt pecunias
7 acceptas,† tunc præſumitur, quod ſit factum
ex eadem pecunia, cum ſatis ſit vnum pro-
bare, ex quo aliud præſumitur, prout etiam
ſufficit probare principia, ex quibus infer-
tur aliquid, quod neceſſe eſt eſſe, & ita per
prædictas, & ſimiles rationes latè concludit
Cardin. Mantic. de tacit.& ambig. conuentionib. lib.8. tit.15.n. 2. in fin. verſ. ſed adhuc diuerſa. Bald. in auth. hoc ius porrectum. n. 8. C. de ſacroſan. eccleſ. Rom. in l. ciuitas. n.8. ff. ſi cert. pet. Rip. in l. ſi is qui bona. n.10. in fin. ff. de pignor. iuxta *Bart. in l. cum ſeruui. n. 4. ff. de verb. obligation. Corn. conſ.81. n. 9. ad fin. lib.4. Felin. in c. nonnulli. 28. §. ſunt & alij. n. 17. & 18. de reſcript.*

Probata igitur identitate pecuniarum,& ædifi-
cio perfecto ex eiſdẽ pecunijs depoſitatis in
iſtam cauſam fabricæ, prout ex patitis in
8 actis exhibitis, † ſequitur prælatio ad fauo-
rem Monialium dantium pecunias, quando
enim ex pecunijs eccleſiæ, ſeu pupilli fuit res
aliqua comparata, datur duplex priuile-
gium, & tacitæ hypothecæ, quæ non eſt in
alio, & prælatio contra anteriorem credito-
rem, prout eſt *tex. in l. idemq. 7. vbi Gloſ. in verb. res fuerit. ff. qui potior. in pign. habeant.* & quamuis *tex.* loquatur in pupil-
9 lo, tamen idem eſt in alijs, † vt in milite,
qui ei comparatur, vt notat *Gloſ. in d. verb. res fuerit. in fin. l. ſi vt proponis. C. de rei vendic. l. 2. de donat. int. vir. & vxor.* Quæ
etiam ampliantur ad eccleſiam, & ſimiles in
10 quibus ſeruatur idẽ quod in pupillis, † cum
eccleſia ſit loco pupilli *Gloſ. in l. libertos. vbi Salic. C. de excuſat. tut. Bart. & Ang. in l. reſpublica. C. ex quib. cauſ. maior. Iaſ. in §. item mixta* quem legit *in §. ex maleficijs. n. 32. ad med. inſtit. de action.* & latè
comprobat *Euerard. loc. argum. 68, à pupill. ad eccleſ. & loc. pium. n. 1. vſque ad 8. fol.* 410.
vbi in ſpecie loquitur de pecunia eccleſiæ,
11 quæ eſt ipſius eccleſiæ, † ſicut eſt ipſius pu-
pilli, quando eius nomine emitur *Gloſ. in l. ſi vt proponis. vbi Alber. C. de rei vendic. Ang. in d. l. idemq.* quam legit *in d. l. interdum. ff. qui potior. in pign. habeant.* Prout
etiam idem eſt in eccleſia, quæ præfertur
antiquiori creditori etiam expreſſam hypo-
thecam habenti in re empta ex ſua pecunia,
12 ſicut præfertur pupillus † *Gloſ. Bart. Salic. & alij in d. l. idemq. Euerard. d. loc. argum. 68. in fin. Neguſ. de pignorib. p. 2. membr. 4. n. 163. fol. 45. & p. 5. membr. 2. fall. 3. n. 10. fol. 84. Aſin. de execut. §. 7. c. 26. n. 7. & 8. fol. 173.* vbi etiam loquitur tàm in pupillo,
quàm in eccleſia *Mozz. de contract. tit. de pign. & hypoth. rubr. de naturalib. pign. n. 47. verſ. decimotertio limita. fol. 255. Montan. de tutel. effect. 4. n. 7. fol. 99. Coppen. deciſ. 28. Rip. in l. 1. incip. ſenatuſconſulto. n. 16. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrah.*
vbi etiam loquitur tam in pupillo, quàm in
13 eccleſia, † prout etiam in vtroque caſu con-
cludunt omnes in *c. inquirendum. vbi Gloſ. Hoſt. Abb. Butr. Imol. & Io. Andr. de pecul. clericor. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad leg. falcid.* latè *Genuen. Epiſcop. Iſern. in tract. de eccleſ. ſeu practicab. eccleſ. q. 283.*
14 *n. 1. & 2.* † Maximè, quia ſumus in re empta,
ex pecunia eccleſiæ per adminiſtratorem
Couar. in c. 1. n. 5. de teſtam. iuxta *c. placuit. vbi Gloſ. 12. q. 3. Abb. in c. 1. de pecul. cleric. Bart. Bald. & Caſtr. in l. ſi vt proponis. C. de rei vendic. Surd. conſ. 333. n. 43. lib. 3. Tiraq. priuil. piæ cauſ. 120. Genuenſ.*
15 *d. c. 283. n. 1. ad med.* † vbi ampliat ad eum,
qui habebat rem eccleſiæ depoſitatam, vel
clam ſubtractam, quamuis non eſſet admi-
niſtrator *Rip. in d. l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.*

Et paſſim quæſita ex bonis eccleſiæ ipſi acqui-
runtur, & in eius dominium tranſeunt ipſo
16 iure, † etiam ſi nomine proprio adminiſtra-
ris fuerint empta *Gloſ. in c. apoſtolicos. 12. q. 2. Aret. in l. cum hæredes. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Couar. in c. 1. n. 5. de teſtam. Surd. conſ. 333. n. 42. & 43. lib. 3.* vbi ampliat
17 etiam quo ad actionem perſonalem, † quæ
tranſit in eccleſiam, quando contractus eſt
celebratus ſuper bonis eccleſiæ *Sarnenſ. de reddit. eccleſ. p. 3. c. 2. n. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 771. n. 5. p. 1. Redoan. de reb. eccleſ. non alienand. q. 53. c. 4.*

Amplius ſi quis ex pecunijs eccleſiæ ædificet in
ſuo ſolo, huiuſmodi ædificium non cedit ſo-
18 lo, † ſed è contra ſolum cedit ædificio fauo-
re eccleſiæ *Gloſ. in c. apoſtolicos. 12. quæſt. 2. Speculat. de empt. & vendit. §. tertio loco. n. 18. Alex. conſ. 44. n. 3. in fin. lib. 3. Abb. conſ. 94. lib. 2. Tiraq. priuil. piæ cauſ. 121.*
Quidquid aliud teneat *Io. Andr. ad Specul. vbi ſupr. Roman. in auth. ſimiliter ſpecial. 11. C. ad leg. falcid. Franciſc. de Pont. de poteſt. proreg. tit. de abundant. ciuit. §. 4.*
19 *n. 13.* † quia contraria opinio eſt verior, vt
teſtatur *Genuenſ. practicabil. eccleſiaſt. q. 249. ad fin. verſ. mihi verò videtur. Vaſq. de ſucceſſion. reſolut. lib. 1. §. 9. n. 64. Surd. conſ. 333. n. 46. lib. 3.* Intelligendo tamen

Xx 2 dum-

dummodo eccleſia ſoluat pretium ſoli *Barbat. in addit. ad Bald. in c. 1. §. & quia vidimus. de his qui feudum dare poſſunt*. & cum alijs declarationibus, de quibus per *Doctores ſupra allegatos*.

Neque obſtant, quæ ſcripſi *ſupr. c. 772. n. 3.* quia ibi ſolum dixi, & iterum dico, quod ad effectum excipiendi, & retinendi non requiritur aliqua ceſſio, cum ſufficiat pretium rei emptæ perueniſſe ad priores creditores,
20 quamuis non interuenerit ceſſio, † quæ ſolum erit neceſſaria ad effectum agendi hypothecaria, vt per *Card. Mantic. Benintend. Neguſant. & alios ibid. allegatos*. Verum hæc non applicantur ad caſum noſtrum, nam quãuis exaduerſo prętendatur adeſſe ceſſionem factam per anteriorẽ creditorẽ, nihilominus iſta anterioritas nihil operatur quãdo ſumus in re empta de pecunijs eccleſiæ, tunc enim, ſicut eadem eccleſia præfertur anterioribus creditoribus, vt ſupra dictum eſt, ita etiam habentibus cauſam ab eis, & ſic
21 ceſſionarijs, † qui non poſſunt habere plus iuris, quam cedentes, itaut exceptio, quæ illos repellit obſtet etiam ceſſionarijs *l. exceptiones. ff. de exceptionib. Bart. in l. ſi quis rem. ff. de procuratorib. Alex. in l. ſi eum dotem. §. ſi patri. ff. ſolut. matrimon. Bero. conſ. 32. n. 46. lib. 2. Surd. conſ. 333. n. 16.*
22 *lib. 3.* † prout regulare eſt, quod exceptio, quæ obeſt auctori, noceat etiã ſingulari ſucceſſori *l. apud celſum. §. de auctoris. ff de dol. mal. & met. except. Socin. conſ. 13. n. 5. lib. 3. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 9. n. 28.*

Quo vero ad alterum dubium donationis bonorum, de quibus agimus, dixi illa debere eſſe libera ab omnibus cenſibus, qui per do-
23 nantem fuerunt ſuper eis impoſiti, † Nam quamuis in dubio videatur ſolum donatum illud ius, quod donans habet in re donata *l. ſerui electione. §. fin. ff. de legat. 1.* Tamen hoc procedit, quando diſponens habet ius in re, quod conſiſtit in vero, & proprio dominio in totum, vel in parte, quia illud tantum videtur legaſſe, & de eo ſolum diſpoſuiſſe, itaut pars rei, quæ erat aliena non
24 videatur legata, † Aliud quando, prout in caſu noſtro, teſtator habet plenum, & perfectum dominium in re legata, quæ reperitur alteri pignorata, ſeu hypothecata, & nulla pars ſibi deficit, nec reperitur aliena, ſed tantum eſt debitor in pecunia, vel quantitate, pro qua habet illam rem pignoratam, tunc enim tota debetur, ſi eam ſcienter lega-
25 uerit, † & tenetur hæres talem rem liberare ab huiuſmodi cenſibus, & obligationibus, & hypothecis *l. ſi res obligata. 60. vbi Caſtr. & omnes communiter. ff. de legat. 1. l. licet. ff. de dot. prælegat. l. prædia. C. de fideicommiſſ.* cum alijs per *Gomeſ. de legat. tom. 1. c. 12. n. 39. in princ. & ante fin. verſ. notabiliter reſpondeo. fol. 127.*

Neque obſtat, quod iſta onera tranſeant ad quemcumque vadit res donata, tanquam diſponens cenſeatur donaſſe eum ſuo iure, &
26 ſeruitute reali actiua, † & paſſiua ſibi impoſita *l. ſi is cui. §. fin. ff. quemadm. ſeruit. amitt.* Quia hoc procedit in ſeruitute, & onere, quod reſpicit dominium, & ſubſtantiam rei intrinſecæ, quod non fundatur in aliquo debito pecuniario, ſicut pignus, & hypotheca, & cenſus, ideo hæres ſatisfacit tradendo talem rem cum huiuſmodi ſeruitute,
27 aut vitio rei, & non tenetur liberare, † Aliud eſt in cenſu, & obligatione conſiſtente in debito pecuniario, huiuſmodi enim hypotheca eſt quoddam ius, & qualitas ipſius rei conſiſtens in pecunia, quam hæres poteſt remouere ſoluendo debitum principale, ideo ad eum ſpectat onus liberandi, & rem donatam tradendi abſque tali cenſu, ita in ſpecie diſtinguit *Caſtr. in l. ſi res obligata. 60. col. 3. in fin. verſ. ſed nunc oppono quod indiſtin-*
28 *ctè. ff. de legat. 1.* † quod tanquam ſubtile, & ingenioſum commendat, & ſequitur *Gomeſ. de legat. tom. 1. c. 12. n. 39. in fin. verſ. tertia difficultas. & verſ. ſed nouiter. fol. 127.* vbi etiam quod iſta fuit intentio *Bart. in l. ſi domus. 74. §. de euictione. col. 2. verſ. ſed hoc eſt verum. ff. de legat. 1. Bald. in l. prædia. col. 2. C. de fideicommiſſ.*

Quæ omnia applicantur ad donationem rei cenſuatæ. Neque enim in ea poteſt conſide-
29 rari, † quod reſpectu cenſus res ſit aliena, cum dominus cenſus, ſeu cenſuarius nullum dominium habeat in re ſibi pro cenſu obligata, nam imponens cenſum remanet dominus, & poſſeſſor rei cenſuatæ, prout erat antequam cenſum imponeret, neque dicitur rem alienare, quia cenſum ſoluimus de re noſtra, non autem aliena *Gloſ. in c. conſtitutus. de cenſib. Menoch. conſ. 983. n. 16. lib. 10.*
30 vbi ex hoc concludit † venditorem cenſus teneri ad collectas, quaſi illæ pertineant ad dominum, & poſſeſſorem, prout etiam latè notat *Surd. conſ. 162. n. 26. & 27. lib. 2.*

Quod clarè colligitur ex Bulla Pij V. ſuper impoſitione cenſus, quæ ſolum loquitur de cõ-
31 ſtituendo cenſu ſuper re, † quæ retinetur à venditore, & de vno ad aliud non infertur, neque eſt eadem ratio *Nauar. de vſur. n. 110.* vbi *n. 137.* ſubdit ineptam eſſe clauſulam illam precarij, cum venditor cenſus non vendat rem cenſuariam, nec illam deſinat poſſidere, nec transferat aliquod dominium vtile, ſiue directum, ſed illud retineat cum obligatione ſoluendi illa ſeptem, vel ſex pro centum *Redoan. de reb. eccleſ. non alienand. rubr. 16. de conſtit. ann. cenſ. n. 2. & 3. tom. 15. par. 2. fol. 418.*

Contraria autem procedunt in cenſu reſeruatiuo, in quo transfertur dominium directũ,
32 & vtile, † quando traditur res alicui cum onere, vt illam recipiens teneatur aliquid ſoluere *Aim. conſ. 217. n. 4. Sot. de iuſtit. &*

iur.

iur. lib.6. art.1. col.2. cum alind ſit in cenſu,
de quo agimus, qui appellatur conſtitutus,
ſeu conſtitutiuns, in quo nihil transfertur
Menoch. præſumpt. 107. *n.* 2. 5. *& 6. lib.3.*
& conſ.983. n. 19. in fin. lib. 10. Viu. de-
ciſ. 361. *n.* 2. *in fin.*
Cum igitur tota res cenſuata ſit in dominio,&
poſſeſſione imponentis cenſum, neque in
aliqua parte dicatur alienata, aut effecta
aliena per cenſus impoſitionem, cenſebitur
etiam in totum donata, itaut hæres tenea-
tur illam liberam dare ab iſta hypotheca,
& debito pecuniario ex ſupra allegatis; Ma-
ximè, quia non ſumus in diſpoſitione lucra-
tiua, prout exaduerſo præſupponitur, ſed in
33 totum onerosa, † cum omnes fructus colli-
gendi ex rebus donatis debeant redigi in do-
tandis puellis, & alendis fratribus in ſtudio
degentibus,itaut nihil remaneat donatarijs,
ideo veriſimiliter credendum eſt, vt donans
voluerit non eſſe diminuendam in aliqua
parte donationem, ad hoc vt non diminua-
tur opus pium relictum pro ſalute animæ ip-
ſius; & pro cauſa pia, quæ dicitur priuile-
giata in diſpoſitionibus ſibi factis, itaut etiã
legatum de re aliena factum loco pio valeat,
34 & ſit ſoluendum per hæredem, † vt conſula-
tur animæ relinquentis, prout dicimus,quã-
do relinquitur coniunctæ perſonæ, & amico
intimo, & pro libertate,ad quorum fauorem
valebit, vnde multò magis ad commodum
ſalutis animæ, quæ eſt omnibus rebus præ-
ſtantior, & omnibus anteponenda, prout latè
concludit *Tiraq. priuil. pia cauſ.* 66. iuxta
l. quidam ita. §. ſi quis filium. ff. ad trebel-
lian. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib.3. §. 27.
n.41. fol. 181. poſt Bald. in l. 1. col.14. verſ.
ſuper prima quæſtione. C. de ſacroſan. eccleſ.
Fulgoſ. & Alex. in l. cum alienam. C. de
legat. Roman. conſ. 235. *n.5. & ſing.284. vũ*
habet quod quando. *Imol. in c. filius. de*
teſtam. Iaſ. in l. ſi domus. §. de euictione
ff. de legat. 1.
Non obſtat *deciſ. Çardin. Seraphin.* 421. *n.* 1.
vbi quod donans bona ſua cenſetur donaſſe
35 ius ſuum, † quod habebat, non autem quod
ſpectat ad aliqm *Aim. conſ.*19. *n.*13. Quia
procedit in ſimplici donatione, non autem
quando, prout in caſu noſtro, ſumus in do-
natione onerosa, & facta fauore animæ, in
qua ex illius ſpeciali priuilegio venit etiam
ius alienum ex ſupra allegatis,itaut etiã hoc
habeat locum,quamuis legans nedum ſciret
36 tale ius ſpectare ad alterum; † ſed etiam
quando ignoraret *Menoch. præſumpt.* 116.
*n.*29. *&* 30. *lib.*4. & tam de iure ciuili, quàm
de iure canonico *Gap. reg.* 106. *n.* 23. *vſque*
ad 19. *fol.* 158.
Nec faciunt alia in contrarium adducta ex
*Cephal. conſ.*324. *n.* 17. *& Peregr. conſ.* 14.
*n.*18. Quia ſolum dicunt, quod res tranſit
cum ſua cauſa, & onere, ſed non diſtinguunt
quando ſumus in relicto facto pro ſalute

37 animæ, † in quo eſt ſpeciale, vt onus exima-
tur per hæredem, & res libera tradatur *Ti-*
raq. priuil. pia cauſ.66. n.1. & 2.
In eadem cauſa donationis, quia pars non ac-
quieuit, & petijt iterum audiri, quamuis
nihil noui adducatur, Tamen vt magis ap-
pareat veritas eorum,quæ ſupra adduximus,
obſeruandum eſt, quod ſolum firmatur exad-
uerſo conclusio, quod dominus cenſus habet
38 ius in re,† quod cum ipſa re tranſit ad quem-
cumque ſucceſſorem, & poſſeſſorem rei cen-
ſuatæ, itaut non ſolum poſſit agere contra
eum hypothecaria, ſed etiam perſonali in
rem ſcripta *Couar. lib.3. var. reſolut. c.7. n.6.*
Card. Mantic. deciſ.7. n.2. Rot. poſt tract.
39 *Cenc. de cenſib. deciſ.*90. *n.* 10. † Vnde etiam
idem dominus cenſus habet prælationem,
quando res cenſuata venditur iuxta *Bullam*
*Pij V. Card. Seraph. deciſ.*1474. *n.*4.
Verum iſta non obſtant in caſu noſtro, quia
admiſſo, quod onus impoſitum rei ſequatur
rem quocumque vadat, quamuis eſſemus in
eccleſia, ſeu fiſco, tàm pro cenſibus, & præ-
ſtationibus futuris, quàm præteritis, tan-
40 quam fundus tunc ſit obligatus, † itaut ne-
que ſit neceſſaria diſcuſſio, vt latè per *Aim.*
qui omnia prædicta comprobat *conſ.*217. *n.*5.
*& 6. poſt Abb. conſ.*30. *col.*2. *lib.*2. *Iaſ. in*
l. placet in 2. lect. in fin. C. de ſacroſan. eccleſ.
Nihilominus noſtra diſputatio non eſt ſuper iſto
puncto,quia non negatur domino cenſus hu-
iuſmodi actio, ſed permittitur, & quia illa
41 conceditur ſtatibus ſimilibus moleſtijs, † re-
currimus ad donatorem, ſeu ad eius hære-
des, qui ab eis liberent donatarios, ad hoc
vt poſſint frui re donata abſque tali onere,
& conuertere fructus,& penſiones domorum
donatarum in vſus à donatore deſtinatos
iuxta formam donationis, de qua latius in
inſtrumento exhibito, & iſta liberatio eſt
concedenda, cum ad donantem ſpectet onus
tradendi rem liberam, & exemptam ab omni
grauamine, & facere conſentire omnem per-
ſonam intereſſe habentem, & per conſequens
dominos cenſus impoſiti ſuper rebus donan-
tis, qui non debent moleſtare donatarios,
quamuis poſſeſſores earumdem rerum, con-
42 tra quos licet habeant actionem, † tamen
iſta actio eſt remouenda per donantem, &
eius hæredes, qui tenentur ſoluere huiuſ-
modi cenſus, & liberare bona donata ab
iſtis, & ſimilibus oneribus, vt dictum eſt
*ſupr. n.*27. *&* 28. iuxta doctrinam *Caſtr. in*
l. ſi res obligata. 60. *col.* 3. *in fin. verſ. ſed*
nunc oppono quod indiſtincte. ff. de legat. 1.
43 vbi quod contraria procedunt † in onere
ſeruitutis, quæ tranſit cum ſuo vitio, tan-
quam reſpiciat ſubſtantiam, & dominium
rei, cum ſecus ſit in obligatione pecuniaria,
& cenſuali, quæ non reſpicit dominium, &
quod non abdicatur à venditore cenſus, ideo
ad eum tanquam dominum rei cenſuatæ ſpe-
44 ctat ſolutio collectarum, † & aliorum ſimi-

linm onerum *Surd. conſ.* 162. *n.* 26. *&* 27.
lib. 2. *poſt Abb. in c. conſtitutus* . *n.*20. *de*
*cenſib. & in c. probibemus.n.*3.*eod.tit.Felin.*
*in c. ad audientiam. col.*7. *verſ.pro differen-*
*tia. de præſcript. Socin. conſ.*167. *n.* 6. *lib.* 2.
Couar. lib. 3. *var.reſolut. c.* 7. *n.* 1. *verſ.ſic*
& cenſus dicitur . *Natt. conſ.* 312. *n.* 5.

Quod magis confirmatur, quia donans manda-
uit, vt penſiones domorum donatarum con-
uertantur in executionem operum piorum,
pro ſalute animæ ſuæ, itaut nihil penitus
remaneat ipſis donatarijs, ideo veriſimili-
ter dicendum eſt, vt non diminuantur in ali-
quo dictæ penſiones, prout diminuerentur, ſi
opus eſſet ſoluere debita cenſualiá, & ſic non
eſſet ſatisfactum piæ menti donatoris, qui in
hoc caſu præſumitur donaſſe totas domos
45 liberas, † adeo vt hæredi ſpectet ſolutio
fructuum cenſus, ſeu extinctio illius, cum
præſumantur omnia donata abſque vllo one-
re, quamuis etiam donãs illud non ſciuiſſet,
vnde multò magis, quando ſciuit, prout in
caſu noſtro, cum cenſus fuerit ab eodem
donante impoſitus *Rom. in auth. ſimiliter. in*
10. *ſpecial. C. ad leg. falcid. Menoch. præ-*
ſumpt. 116. *n.* 29. *&* 3. *lib.* 4. & concludunt
omnes in *l. cum alienam* . *vbi Caſtr. col.* 1.
C. de legat. Cardin. Mantic. de coniectur.
46 *vltim. volunt. lib.*9. *tit.*9. *n.*4. *in princ.* † vbi
etiam *n.* 7. quod hoc procedit tam de iure
ciuili, quàm canonico, vt dictum eſt *ſupr.*
*n.*35. *Couar. in c. filius noſter. n.*6. *de teſtam.*
Spin. eod. tit. gloſ. 8. *princip. n.* 45. *Coſt. de*
iur. & fact. ſcient. & ignor. centur. 1. *di-*
ſtinct. 66. *n.* 3. *fol.* 296.

Non obſtat doctrina *Imol. in c. filius* . *n.* 14. *de*
teſtam. per quam prætenditur in puncto de-
ciſus caſus noſter etiam in pia cauſa, Quia
47 ſolum *Imol.* concludit, † quod teſtator le-
gando fundum communem intelligitur tan-
tum legaſſe ius ſuum, quod in eo habebat,
non autem loquitur de pia cauſa, cum de ea
nullum verbum faciat, vt videre eſt ex eius
lectura, vnde firma remanet concluſio per
nos alias firmata, quod fauore animæ, & piæ
48 cauſæ cenſeatur legatum totum, † non au-
tem ſolum ius quod teſtator in re legata
habebat, cum legatum rei alienæ relictum
coniunctæ perſonæ valeat etiam ſi ignoran-
ter ſit factum, & debetur æſtimatio *l. cum*
alienam. C. de legat. Vnde multò magis va-
lebit fauore animæ, cuius nulla maior poteſt
49 dici coniunctio, † vt arguit *Tiraq. priuil.*
pia cauſ. 66. *in princ. & in fin.* Quidquid
aliud ſenſerit *Imol. in d. c. filius. n.* 10. *de*
teſtam. vbi non admittit iſtam æquiparatio-
nem animæ, & coniunctionis ſanguinis, Cum
50 eius opinio, & ſequacium reprobetur, † &
contraria ſit verior *Bald. Raph. Fulg. Caſtr.*
Tiraq. & alij, de quibus *ſupr. n.* 34. & no-
tat etiam *Cardin. Mantic. de coniect. vltim.*
*volunt. lib.*9. *tit.* 9. *n.* 4. *poſt princ.*

Immo prædicta extenduntur ad amicum, ad
cuius fauorem valebit legatum rei alienæ
51 etiam ignoranter factum, † ſicut conſangui-
neo *Menoch. præſumpt.* 116. *n.*19. *lib.* 4. *poſt*
Iaſ. & Alex. in d. l. cum alienam . *C. de*
legat. Vnde multò fortius valebit ad fauorem
animæ, quæ eſt magis cara, quam ami-
52 cus † *l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ.* & ita
in ſpecie arguit *Tiraquel. priuil. pia cauſ.*
66. *in fin.*

Amplius quando teſtator ſciens legat rem alie-
53 nam, valebit legatum, † quamuis dixerit le-
go fundum illum meum *Comenſ. in l. ſerui*
electione. §. *vlt. ff. de legat.* 1. *Menoch. præ-*
ſumpt. 116. *n.*3. *&* 4. *lib.* 4. vbi ampliat, vt
locum habeat, ſi talis res aliena eſſet alteri
54 obligata, † nam ſi teſtator ſciebat vtrum-
que, & eam legauit, adhuc valebit legatum,
& hæres tenebitur illam luere *Bart. in l. ſi*
*tibi homo. in princ. n.*2. *vbi Iaſ. n.*5. *ff. de*
legat. 2.

Alia ad materiã pertinentia, quando donator
videatur donare totam rem, vel tantum ius,
55 quod habet in re † *Gomeſ. var. reſol. tom.* 2. *c.* 4.
*n.*3. *&* 4. *fol.* 176. & ibi de differentia inter le-
gatũ, & donationẽ *Bald. in rubr. C. de cõtrah.*
*empt. q.*6. *Rom. in l. vſufructu. col. pen. n.*19.
ff. ſolut. matr. Cepoll. de ſeruit. ruſtic. prædior.
*c.*1. *n.*19. *Socin. conſ.*243. *lib.*2. *Ang. conſ.*206.
fol. 107. *Gemin. in c.* 1. *n.*9. *vbi Franc. de*
immun. eccleſ. in 6. Et ſi in re donata eccle-
56 ſiæ ſint annexa aliqua onera, † quo caſu cen-
ſeantur omnia expirare, ſi in donatione de
eis non ſit facta mentio *Felin. in c. verum*
quoniam . 7. *in fin. de for. competent. poſt*
Bart. conſ. 180. *ſi aliqua poſſeſſio. lib.* 1.

E P I T O M E.

Fideiuſſor datus de non offendẽdo in per-
ſona, vel in rebus an poſſit conueniri ad
pœnam derobationis bonorũ, & homicidij.
¶ Quarta pars pœnæ, quæ debet ſolui Iudici
an ſit debita ei, qui condemnauit, vel po-
tius illi, qui ſententiam exequitur. ¶ Nume-
rus plurium delictorum quando inducat nu-
merum pœnarum. ¶ Et quo caſu pœna con-
uentionalis confundatur cum pœna delicti.
¶ Et an fiſcus poſſit agere ad totam pœnam
conuentionalem ſine mandato partis, vel ſo-
lum ad ſuam portionem. ¶ Et quid in legali
ſibi, & offenſo applicanda. ¶ Pœna debita
ex contractu treuguæ an deſcendat ex cauſa
ciuili, ſeu criminali. ¶ Ius accreſcendi an
habeat locum, ſi pars, vel fiſcus noluerit por-
tionem pœnæ ſibi debitam. ¶ Conſuetudo
dandi quartam partem pœnarum Iudici exe-
quenti, non autem condemnanti an ſit vali-
da, & qualiter probetur. ¶ Stylus in deciſo-
rijs, & ordinatorijs iudicij quam probatio-
nem requirat. ¶ Duplex pœna ſi reſultet
ex aliquo maleficio ciuilis, & criminalis an
vna confundat aliam. ¶ Finis quando habeat
relationem ad principium.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis de non offendendo non cõfunditur cũ pœna delicti principalis.n.3.*

2 *Caſus ſtatuti eſt preciſè ſeruandus, & illo ſtante nihil aliud quæritur.*

4 *Fideiuſſores dati de non offendendo in perſona, vel in rebus an poſſint conueniri ad pœnam derobationis bonorũ, & homicidij. n.6.*

5 *Numerus plurium delictorum inducit numerum pœnarum.*

7 *Per obitum finitur contractus pacis.*

8 *Pœna debita ex treugua, & ex conuentione in ea facta dicitur deſcendere ex cauſa ciuili, non criminali.*

9 *Duplex pœna ſi reſultet ex aliquo maleficio ciuilis, & criminalis vna non confundit aliam.*

10 *Fiſcus non agit ad totam pœnam conuentionalem ſine mandato partis, ſed ſolum ad ſuam portionem, quidquid ſecus ſit in legali partim ei, partim offenſo applicanda.*

11 *Ius accreſcendi non habet locum, ſi pars, vel fiſcus portionem ſuam pœna noluerit.*

12 *Iudex non poteſt aliquid percipere ex pœna conuentionali applicata fiſco, & parti, niſi aliud Princeps ſtatuat.*

13 *Quarta pars pœnæ ſoluenda Iudici non debetur, niſi ei, qui condemnauit, & ſententiam executus eſt, & confiſcauit.*

14 *Dilatio conceſſa reo ad ſoluendum pœnam non praiudicat Iudici, cui debetur eius portio, non ſecus ac ſi fuiſſet ſoluta, quamuis concurreret Iudex condemnans cum Iudice exequente. n. 15.*

16 *Applicatio pœnarum ad fauorem Iudicis ſolet fieri in premium laborum, quos patitur in expeditione cauſa, qui non conſiderantur in Iudice ſentẽtiam exequente. & n.18.*

17 *Inducta ad fauorem alicuius non ſunt in eius odium retorquenda, prout è contra dicitur de inductis in odium.*

19 *Confiſcatio bonorum trahitur retro ad principium prolationis ſententie, itaut ſufficiat actionem eſſe quæſitam ad acquirendam pœnam, quamuis adhuc non ſit incorporata.*

20 *Conſuetudo dandi quartam partem pœnarum Iudici exequenti, non autem condemnanti an ſit valida, & qualiter ſit probanda. n. 23. & 25.*

21 *Habetur pro facto, quod non ſtat per eum, qui tenetur facere.*

22 *Stylus, & conſuetudo debet probari formiter in deciſorijs, ſecus in ordinatorijs iudicij.*

24 *Conſuetudo eſt probanda in ſpecie caſus, de quo agitur, non autem in genere.*

CAPVT DCCCCLVI.

CONtra ea, quæ adduximus *ſupr. c. 840.* fuerunt per Iudicem excitata nonnulla dubia non minus docta, quàm vtilia pro expeditione cauſæ, de qua agitur, ideo pro il-
1 lorum deciſione repetendum eſt, † quod pœna conuentionalis imponenda frangenti cautionem de non offendendo non confunditur cum pœna delicti principalis, nam ſi quis commiſerit homicidium, & treuguam fregerit tenetur de homicidio, & ad pœnam conuentam treuguæ fractæ, nam alia eſt pœne cautionis, alia autem pœna legis, in quibus non datur confuſio *Hercul. de caut. de non offend. c. 36. n.4. & 5. fol. 121. & c. 45. n.1. & 3. fol. 151. Marſil. conſ. 9. n. 50. cum alijs allegatis ſupr. c.* 840. Quibus additur ſtatutum Senenſe tit. de pœna frangentis pacem, & treuguam, vbi in ſpecie mandatur pœnam conuentionalem eſſe exigendam, non tamẽ vt propter hoc euitetur pœna delicti, quod quis committeret infligenda per
2 ſtatutum, † Vnde cum habeamus caſum præciſum ſtatuti non eſt aliud quærendum *Bald. in l. gallus. §. ſi eius. in 2. notab. ff. de liber. & poſth. Roland. conſ. 72. n. 7. lib. 3. Becc. conſ. 12. n. 3. Corn. conſ. 109. in fin. lib. 1. Cephal. conſ. 138. n. 20. lib. 1. Surd. conſ. 113. n. 101. lib. 3. & conſ. 367. n. 4. eod. lib.*
Et quamuis iſta ſint ſatis clara, Tamen additur concluſio paſſim ab omnibus admiſſa,
3 quod quando per legem, & per pactum contrahentium inueniuntur duæ pœnæ ſtatutæ, tunc vtraque poteſt exigi, & conuentionalis & ſtatutaria, quia contrauenitur, & pacto, & ſtatuto, vnde plures offendendo, plures pœnas iuſtè meretur, cum ad obſeruandum id, quod quis ſua ſponte promiſit, ita ſit aſtrictus, immo fortius, quàm ad obſeruationem eius, quod lex, & ſtatutum præcipit, ideo ex contemptu vtriuſque tenebitur, & ita per prædictas, & ſimiles rationes late concludit *Luc. de Penn. in l. nemo ducum, 20. col. penult. & vlt. q. 10. C. de curſ. public. lib. 12. Alber. de ſtatut. p. 2. q. 22. n. 6. tom. 2. fol. 32. Moron. de fid. treug. & pac. q. 129.*
4 *n. 27. tom. 11. p. 1. fol. 442.* † Itaut iſta pœna conuentionalis ſit ſoluenda pro quacumque inobſeruantia contenta in inſtrumento, in quo ſi fuerint dati hinc inde fideiuſſores de non offendendo in perſona, vel in rebus, illi poterunt conueniri ad ſoluendam pœnam derobationis bonorum, & homicidij, ſi vnus
5 fuerit derobatus, & occiſus, † nam vna pœna non confunditur cum alia, ſunt enim plura delicta, quorum numerus inducit numerum pœnarum *l. ſi quis homicidij. C. de accuſat. l. nunquam plura. ff. de priuat. de-*
6 *lict.* † Et ita in ſpecie concludit *Bald. conſ. 387. proponitur quod inter quoſdam. per tot. lib. 4.* vbi intelligit, quando contigiſſet prius derobatio, & poſtea homicidium, nam è contra non daretur concurſus pœnarum, tunc enim robaria non eſſet ruptura pacis, nam ſtante obitu, quod non eſt, rumpi non poteſt, & iam mortuo non poteſt pax rumpi,
7 cum per obitum † ſit finitus contractus pacis *l. cum à patre. ff. de raptor.* cum alijs per *Bald.*

Bald. d. conſ. 387. ad med. quem ſequitur
Marant. in prax. p. 6. in 8. membr. iudic.
de ſatiſdat. n. 13. poſt med. verſ. & ſi quis
tunc fuit ſimul offenſus. fol. 305.

Præſertim, quia pœna, de qua agimus, debetur
8 ex contractu treuguæ, † & ex conuentione
in ea facta, vnde dicitur deſcendere ex cauſa
ciuili, non autem criminali *Corn.* in ſpecie
conſ.8. col.6. ad med. verſ. his tamen non ob-
ſtantibus. n. 7. lib.3. Grat. conſ.136. n.9. &
10. lib.1. Caleph. conſ.86. n.2. cum ſeq. lib.2.
conſ. criminal. Bertazol. conſ. crimin. 216.
n. 2. lib. 1.

Quando autem ex aliquo malefacto reſultat
9 duplex pœna, & ciuilis, & criminalis, † tunc
vna aliam non confundit *Franc. in c. felicis*
§. per hoc. col.1. poſt med. verſ. quarto limi-
ta. n. 4. de pœnis. Botteus de ſynod. epiſcop.
art.1. concluſ. 13. n.242. tom.13. p.2. fol.397.
Bertazol. conſ. crim. 401. n.5. lib. 2.

Ex iſtis ſequitur, quod circa pœnam conuen-
tionalem non agit fiſcus ad totam pœnam
10 abſque mandato partis, † ſed tantummodo
ad ſuam portionem, quidquid aliud ſit in
pœna legali, ſeu ſtatutaria partim fiſco, par-
tim offenſo applicanda, ad quam totam
agit fiſcus, & portionem ſuam poſtea aſſi-
gnabit eidem offenſo *Bero. conſ. 206. n. 26.*
27. & 40. lib.3. Baiard. ad Clar. q.95. n.23.
11 vbi etiam ſubdit, † quod ſi pars, vel fiſcus
portionem ſuam noluerit, non propterea
erit locus iuri accreſcendi *Vulpell. in tract.*
de promiſſ. de non offend. q.105.

Infertur etiam, quod quamuis pœna conuen-
tionalis ſit ſtipulata fiſco, & partibus in-
tereſſe habentibus, itaut Capitaneus Iuſti-
12 tiæ ex dicta conuentione pœnali † nihil poſ-
ſit percipere, Tamen aliud eſt, quando, prout
in caſu noſtro, adeſt ſtatutum Principis man-
dantis, quod de omnibus condemnationibus
pœnalibus applicetur quarta pars Iudici, tūc
enim illa eſt ei ſoluenda ex decreto Princi-
pis, licet non deberet ſolui ex conuentione
Salic. in l.1. C. de mod. mulctar. Peregr. de
priuileg. fiſc. lib.4. tit.8. n.3. & 4. fol.214.

Neque obſtat, quod quatenus etiam eſſet ſol-
uenda quarta pars dictæ pœnæ Capitaneo
13 Iuſtitiæ, † Tamen intelligetur de eo, qui non
ſolum condemnauit, ſed etiam exequutus eſt
ſententiam condemnatoriam, & incamera-
uit, & confiſcauit tam ex diſpoſitione iuris,
quàm ex ſtylo, & conſuetudine ciuitatis Se-
narum, Quia in caſu noſtro omnia iſta con-
currunt, cum adſit condemnatio, & execu-
tio, cum omnibus diligentijs factis pro exa-
ctione portionis debitæ fiſco, & ipſi Capi-
taneo exequenti, quæ exactio tunc habetur
pro adimpleta, quamuis enim non fuerit ad
finem producta, tamen hoc accidit propter
14 dilationem ſoluendi reo conceſſam, † tunc
enim habetur pœna pro incamerata ad effe-
ctum, vt officialis acquirat ſuam portionem
Ang. in l. ſi poſſeſſor. §. redacta. ff. de petit.
hæredit. Dec. conſ. 492. teſtator vxori. n.5.
& conſ. 654. viſo caſu & diligenter. in fin.
& in auth. ſi quis in aliquo. n. 5. & ibi Al-
ciat. n. 6. C. de edend. Roland. conſ.77. n.9.
lib.4. Socin. conſ. 70. n.10. lib. 4. Rim. Iun.
conſ.33. n.12. lib.1. Bertaz. conſ. crimin.155.
n.4. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 12. n.13. Cephal.
conſ.136. n.8. lib. 1. Cæteros conſultò omit-
to, quia eſt veriſſima opinio, & ab omnibus
approbata, vt teſtatur latè *Farinac. conſ.107.*
n. 2. cum ſeq. lib.2. & ita etiam ſeruat *Rot.*
deciſ.777. n. 2. p.1. diuerſor. Peregr. de iur.
fiſc. lib.6. tit.5. n.44. ad fin. fol.333.

Qui omnes Doctores loquuntur ſimpliciter,
quando concurrit Iudex, qui condemnauit
15 cum Iudice exequente, † nam ſemper præ-
fertur primus Iudex condemnans, Vnde
multò magis erit dicendum in caſu noſtro, in
quo Capitaneus Iuſtitię non ſolum tulit ſen-
tentiam, ſed illam executus eſt, quamuis
propter dilationem ſoluendi reo conceſſam
non potuerit perficere exactionem, & pecu-
nias incamerare, tunc enim habetur confi-
ſcatio, & incameratio pro facta, non ſecus
ac ſi ipſemet exegiſſet *Rom. conſ.424. col. vlt.*
in princ. verſ. & de ſecundo quia cum iſti
operas. Saluſt. Guliel. inter conſ. Socin. conſ.
151. n.12. lib.1. Bertaz. conſ. crim.163. n.4.
lib.1. iuxta *l. ſi vt certo. §. idem labeo. ff. com-*
modat. l. ſi ideo. C. de his quib. vt indign.
l. qui autem. §. 2. ff. de conſtit. pecun. Dec.
conſ.70. pro tenui facultate mea. n.2.

Et facit ratio, nam quarta pars pœnarum da-
16 tur Iudicibus in præmium laborum, † quos
patiuntur in videndo proceſſum, & proferen-
do ſententiam, & in proſecutione, & expe-
ditione cauſæ *Socin. conſ. 151. n. 4. ad med.*
lib.1. Farinac. conſ.107. n.5. lib.2. Vnde po-
tius illi ſunt concedenda huiuſmodi rega-
lia, quam Iudici exequenti, in cuius commo-
dum illa non debent cedere, qui parum, aut
nihil geſſit in executione, & exactione pœ-
narum, quæ ſolet fieri vnica citatione, &
17 modico labore, itaut eſſet abſurdum, † quod
ſtatutū factum in fauorē primi Iudicis con-
dēnantis in eius odium retorqueretur *l. quod*
fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61.
de reg. iur. in 6. l. ſi iudex. ff. de minor. l.2.
ff. de leg. commiſſor. Prout è contra *l. ſi ſer-*
uus plurium. §. ſi quis ante. ff. de legat. 1.
l. relegatorum. §. vlt. ff. de interd. & rele-
18 *gat.* † & ita in propoſito arguit *Socin. d.*
conſ.151. n.14. ad med. lib. 1. Farinac. conſ.
107. n. 5. lib. 2.

Quibus additur, quod ſolutio facienda vigore
huiuſmodi condēnationis habet neceſſariam
conſequentiam ad principium, & ſic ad tem-
pus ſententiæ latæ, vnde ſufficit actionem
eſſe quæſitam ad acquirendam pœnam, quā-
uis adhuc illa non ſit incorporata, talis enim
incorporatio trahitur retro tanquam finis
19 ad principium, † & ſic attenditur initium
prolationis ſententiæ, non autem tempus in-
cor-

corporationis, & exactionis, prout ita per
prædictam rationem fuiſſe iudicatum ad fa-
uorem primi Iudicis condemnantis teſtatur
Maſtrill. deciſ.12. in fin. iuxta *conſ. Socin.*
100. col. 2. in fin. & conſ. 151. n. 15. lib. 1.
argumento *l.3. §. ſcio. ff. de minor. & l. dam-*
ni. §. ſabini. vbi Bart. ff. de damn. infect.

Neque oberit, quod ſecundum conſuetudinem,
ſeu ſtylum Ciuitatis Senarum fuerit data
quarta pars pœnarum Capitaneo iuſtitiæ,
qui incamerauit, & executus eſt ſententiam,
20 non autem ei, † qui condemnauit, Quia, vt
dictum eſt, non ſumus in caſu ſimplicis con-
demnationis per primum Iudicem factę, cum
etiam idem Iudex ſententiam per ſe latam
executus fuerit faciendò omnes diligentias
pro finali exactione pœnæ, pluries inſtando
etiam iudicialiter, prout apparet in actis de
menſe Iunij, Septembris, Octobris, & Ianua-
rij 1622. Quo ſtante dicendum eſt, quod re-
ſpectu Iudicis, qui tot diligentias fecit, di-
catur executio conſumata, & per conſequens
ei debetur dicta quarta pars, prout eſt de-
bita Iudici exequenti iuxta dictum ſtylum,
21 & conſuetudinē, † cum habeatur pro facto,
quod nō ſtat per eū, qui tenetur facere *Dec.*
conſ.70. pro tenui facultate mea. n.2. cū alijs
allegatis *ſupr. verſ. qui omnes doctores. n.15.*

Maximè, quia talis ſtylus, & conſuetudo non
probatur per ſimiles ſententias latas, vt prę-
ſupponitur, nam cum ſimus in conſuetudi-
ne, & ſtylo deciſorio eſt probandus formi-
22 ter, † quidquid aliud ſit in eo, qui reſpicit
ordinatoria iudicij *Bart. in l. lege iulia. ff. de*
teſtib. cum alijs per *Rebuff. de conſuetud. ſtyl.*
& form. gloſ.13. n.53. Maſcard. concluſ.1339.
n.4. Rot. deciſ.159. n.5. p.1. in recent. & de-
ciſ.215. n.2. impreſſ. *poſt conſ. Farinac. lib.2.*
Beltram. ad deciſ. Gregor. XV. 484. n.8.

Et quatenus etiam talis ſtylus, & conſuetudo
admitteretur, tamen non obeſt in caſu no-
23 ſtro, † quia non ſufficit, quod probetur ge-
neraliter, ſed etiam requiritur in ſpecie
probare, quod fuerit data dicta portio pę-
narum ſecundo Iudici conſumanti executio-
nem iam cæptam, & exigenti pęnam conten-
tam in ſententia, non obſtante, quod primus
Iudex fecerit diligentias in perficiendo exe-
24 cutionem ſententiæ per eum latę † *Oldrad.*
conſ. 237. perlectis. col.1. Anchar. conſ.339.
pro maiori intelligentia. col. 5. verſ. ad ſe-
cundam rationem. Alex. conſ.196. col.3. verſ.
quia dicti teſtes nihil probant. lib. 2. Curt.
Iun. conſ. 26. col. penult. verſ. ex præmiſſis.
Aim. conſ. 96. n. 4. Cæſar de Graſſ. deciſ.6.
n.5. de præbend. Rot. diuerſ. deciſ. 172. n. 2.
p.1. & coram Greg. XV. deciſ.45. n.6. & latè
coram R.P.D. Dunozet Ciuitatis Caſtelli bo-
25 *norum. 23. Ianuarij 1615.* † Et ita etiam non
obſtante tali conſuetudine, & ſtylo iudica-
tum fuiſſe teſtatur *Maſtrill. deciſ. 12. in fin.*
verſ. & idem reperio. fol. 45. Et hæc ſuffi-
ciant pro comprobatione eorum, quæ dixi
ſupr. c.840. in quibus non eſt amplius immo-
randum, cū omnia ibidem, & in præſenti ca-
pite adducta ſint ſatis clara, & ſcripta pro ve-
ritate, quā defendere, & ſequi omnes debent.

E P I T O M E.

PRocurator quando præiudicet domino tàm in omittendo, quàm in cōmittendo. ¶ Scientia tutoris quo caſu noceat pupillo, vt ad retractum non poſſit agere tranſacto tempore in ſtatuto præfixo. ¶ Agnati, vel affines quando ſint requirendi, ſi agatur cum perſona non habente tutorem. ¶ Demonſtratio falſa an vitiet, ſi ex alijs conſtet de corpore. ¶ Conſtitutio iuris congrui quā ſcientiam requirat ad effectum retractus. ¶ Et an ſufficiat præſumpta, & extraiudicialis. ¶ Et an requiratur reproductio intimationis de re vendita retrahenda. ¶ Renunciatio beneficio retractus ex quibus colligatur. ¶ Et an mandatum ſpeciale in eo ſit neceſſarium. ¶ Ratificatio an valeat poſt ius alteri quæſitum. ¶ Et quādo poſſit retrotrahi. ¶ Scientia officialis in quibus dicatur ſcientia domini. ¶ Citatio ſi fiat matri ſimpliciter an intelligatur facta tutorio nomine, ſi illa erat tutrix. ¶ Purgatio moræ an detur poſt lapſum temporis legalis. ¶ Præparamenta ad ædificandum an ſufficiant ad inducendam ſcientiam domus venditæ. ¶ Expreſſio, quæ virtualiter ineſt, & quæ procedit ex natura actus an habeat vim expreſſi. ¶ Prohibitus diſpoſitionem alterare quando poſſit aliquid addere, ſeu declarare. ¶ Dominus directus an habeat facultatē retrahendi rem ſub eius proprietate exiſtentem à quocumque emptore, etiam priuilegiato. ¶ Et an talis emptor teneatur intimare iſtam emptionē Domino ad hoc, vt poſſit repetere melioramenta per eum facta. ¶ Et an debeant eſſe neceſſaria, & vtilia copulatiuè, non autem vtilia tantum ad hoc, vt ſint reficienda per retrahentem. ¶ Et quid ſi ſint oneroſa excedentia pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur. ¶ Dolus an probetur ex coniecturis. ¶ Tempus datum ad retrahendum an habeatur pro denunciatione, & interpellatione. ¶ In meliorationibus non liquidis an ſufficiat cautio præſtanda de illis reficiendis. ¶ Modus in ædificando etiam contra ius quando poſſit præſcribi per pactum, ſeu ſtatutum, & conſuetudinem. ¶ Et an ex ea ligentur clerici, & forenſes. ¶ Conſuetudo an valeat, vt dominus non poſſit ædificare in proprio, & quod cogatur vendere vicino parietem. ¶ Error ſiue iuris, ſiue facti quando non præiudicet. ¶ Scientia eius, qui patitur ædificari iuxta ſuum ſolum, vel in ſuo ſolo quando illi noceat. ¶ Et an ſit præcisè probanda de tempore ædificij, non autem quod poſtea interuenerit. ¶ Interpretatio ex æquitate, & mediocritate quando ſit admittenda in contractibus.

SVM-

Digitized by Google

Bald. d. conſ. 387. ad med. quem ſequitur *Marant. in prax. p. 6. in 8. membr. iudic. de ſatiſdat. n. 13. poſt med. verſ. & ſi quis tunc fuit ſimul offenſus. fol.305.*

Præſertim, quia pœna, de qua agimus, debetur
8 ex contractu treuguæ, † & ex conuentione in ea facta, vnde dicitur deſcendere ex cauſa ciuili, non autem criminali *Corn.* in ſpecie *conſ.8. col.6. ad med. verſ. his tamen non obſtantibus. n. 7. lib.3. Grat. conſ.136. n.9. & 10. lib.1. Caleph. conſ.86. n.2. cum ſeq. lib.2. conſ. criminal. Bertazol. conſ. crimin. 216. n. 2. lib. 1.*

Quando autem ex aliquo malefacto reſultat
9 duplex pœna, & ciuilis, & criminalis, † tunc vna aliam non confundit *Franc. in c. felicis. §. per hoc. col.1. poſt med. verſ. quarto limita. n. 4. de pœnis. Botteus de ſynod. epiſcop. art.1. concluſ. 13. n.242. tom.13. p.2. fol.397. Bertazol. conſ. crim. 401. n.7. lib. 2.*

Ex iſtis ſequitur, quod circa pœnam conuentionalem non agit fiſcus ad totam pœnam
10 abſque mandato partis, † ſed tantummodo ad ſuam portionem, quidquid aliud ſit in pœna legali, ſeu ſtatutaria partim fiſco, partim offenſo applicanda, ad quam totam agit fiſcus, & portionem ſuam poſtea aſſignabit eidem offenſo *Bero. conſ. 206. n. 26. 27. & 40. lib.3. Baiard. ad Clar. q.95. n.23.*
11 vbi etiam ſubdit, † quod ſi pars, vel fiſcus portionem ſuam noluerit, non propterea erit locus iuri accreſcendi *Vulpell. in tract. de promiſſ. de non offend. q.105.*

Infertur etiam, quod quamuis pœna conuentionalis ſit ſtipulata fiſco, & partibus intereſſe habentibus, itaut Capitaneus Iuſti-
12 tiæ ex dicta conuentione pœnali † nihil poſſit percipere, Tamen aliud eſt, quando, prout in caſu noſtro, adeſt ſtatutum Principis mandantis, quod de omnibus condemnationibus pœnalibus applicetur quarta pars Iudici, tūc enim illa eſt ei ſoluenda ex decreto Principis, licet non deberet ſolui ex conuentione *Salic. in l.1. C. de mod. mulctar. Peregr. de priuileg. fiſc. lib.4. tit.8. n.3. & 4. fol.214.*

Neque obſtat, quod quatenus etiam eſſet ſoluenda quarta pars dictæ pœnæ Capitaneo
13 Iuſtitiæ, † Tamen intelligetur de eo, qui non ſolum condemnauit, ſed etiam exequutus eſt ſententiam condemnatoriam, & incamerauit, & confiſcauit tam ex diſpoſitione iuris, quam ex ſtylo, & conſuetudine ciuitatis Senarum, Quia in caſu noſtro omnia iſta concurrunt, cum adſit condemnatio, & executio, cum omnibus diligentijs factis pro exactione portionis debitæ fiſco, & ipſi Capitaneo exequenti, quæ exactio tunc habetur pro adimpleta, quamuis enim non fuerit ad finem producta, tamen hoc accidit propter
14 dilationem ſoluendi reo conceſſam, † tunc enim habetur pœna pro incamerata ad effectum, vt officialis acquitat ſuam portionem *Ang. in l. ſi poſſeſſor. §. redacta. ff. de petit. hæredit. Dec. conſ. 492. teſtator vxori. n.5. & conſ. 654. viſo caſu & diligenter. in fin. & in auth. ſi quis in aliquo. n. 5. & ibi Alciat. n. 6. C. de edend. Roland. conſ.77. n.9. lib.4. Socin. conſ. 70. n.10. lib. 4. Rim. Iun. conſ.33. n.12. lib.1. Bertaz conſ. crimin.155. n.4. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 12. n.13. Cephal. conſ.136. n.8. lib. 1.* Cæteros conſultò omitto; quia eſt veriſſima opinio, & ab omnibus approbata, vt teſtatur latè *Farinac. conſ.107. n. 2. cum ſeq. lib.2.* & ita etiam ſeruat *Rot. deciſ.777. n. 2. p.1. diuerſor. Peregr. de iur. fiſc. lib.6. tit.5. n.44. ad fin. fol.333.*

Qui omnes Doctores loquuntur ſimpliciter, quando concurrit Iudex, qui condemnauit
15 cum Iudice exequente, † nam ſemper præfertur primus Iudex condemnans, Vnde multò magis erit dicendum in caſu noſtro, in quo Capitaneus Iuſtitię non ſolum tulit ſententiam, ſed illam executus eſt, quamuis propter dilationem ſoluendi reo conceſſam non potuerit perficere exactionem, & pecunias incamerare, tunc enim habetur confiſcatio, & incameratio pro facta, non ſecus ac ſi ipſemet exegiſſet *Rom. conſ.424. col. vlt. in princ. verſ. & de ſecundo quia cum iſti operas. Saluſt. Guliel. inter conſ. Socin. conſ. 151. n.12. lib.1. Bertaz. conſ. crim.163. n.4. lib.1.* iuxta *l. ſi vt certo. §. idem labeo. ff. commodat. l. ſi ideo. C. de his quib. vt indign. l. qui autem. §. 2. ff. de conſtit. pecun. Dec. conſ.70. pro tenui facultate mea. n.2.*

Et facit ratio, nam quarta pars pœnarum da-
16 tur Iudicibus in præmium laborum, † quos patiuntur in videndo proceſſum, & proferendo ſententiam, & in proſecutione, & expeditione cauſæ *Socin. conſ. 151. n. 4. ad med. lib.1. Farinac. conſ.107. n.5. lib.2.* Vnde potius illi ſunt concedenda huiuſmodi regalia, quam Iudici exequenti, in cuius commodum illa non debent cedere, qui parum, aut nihil geſſit in executione, & exactione pœnarum, quæ ſolet fieri vnica citatione, &
17 modico labore, itaut eſſet abſurdum, † quod ſtatutū factum in fauorē primi Iudicis condēnantis in eius odium retorqueretur *l. quod fauore. 6. C. de legib. c. quod ob gratiam. 61. de reg. iur. in 6. l. ſi iudex. ff. de minor. l.2. ff. de leg. commiſſor.* Prout è contra *l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. ff. de legat. 1. l. relegatorum. §. vlt. ff. de interd. & rele-*
18 *gat.* † & ita in propoſito arguit *Socin. d. conſ.151. n.14. ad med. lib.1. Farinac. conſ. 107. n. 5. lib.2.*

Quibus additur, quod ſolutio facienda vigore huiuſmodi condēnationis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, & ſic ad tempus ſententiæ latæ, vnde ſufficit actionem eſſe quæſitam ad acquirendam pœnam, quāuis adhuc illa non ſit incorporata, talis enim incorporatio trahitur retro tanquam finis
19 ad principium, † & ſic attenditur initium prolationis ſententiæ, non autem tempus incor-

cor-

Digitized by Google

corporationis, & exactionis, pront ita per prædictam rationem fuiſſe iudicatum ad ſauorem primi Iudicis condemnantis teſtatur *Maſtrill. deciſ.* 12. *in fin.* iuxta *conſ. Socin.* 100. *col.* 2. *in fin. & conſ.* 151. *n.* 15. *lib.* 1. argumento *l.* 3. *§. ſeio. ff. de minor. & l. damni. §. ſabini. vbi Bart. ff. de damn. infect.*

Neque oberit, quod ſecundum conſuetudinem, ſeu ſtylum Ciuitatis Senarum fuerit data quarta pars pœnarum Capitaneo iuſtitiæ, qui incamerauit, & executus eſt ſententiam,
20 non autem ei, † qui condemnauit, Quia, vt dictum eſt, non ſumus in caſu ſimplicis condemnationis per primum Iudicem factę, cum etiam idem Iudex ſententiam per ſe latam executus fuerit faciendò omnes diligentias pro finali exactione pœnæ, pluries inſtando etiam iudicialiter, pront apparet in actis de menſe Iunij, Septembris, Octobris, & Iannarij 1622. Quo ſtante dicendum eſt, quod reſpectu Iudicis, qui tot diligentias fecit, dicatur executio conſumata, & per conſequens ei debetur dicta quarta pars, prout eſt debita Iudici exequenti iuxta dictum ſtylum,
21 & conſuetudinē, † cum habeatur pro facto, quod nō ſtat per eū, qui tenetur facere *Dec. conſ.* 70. *pro tenui facultate mea. n.* 2. cū alijs allegatis *ſupr. verſ. qui omnes doctores. n.* 15.

Maximè, quia talis ſtylus, & conſuetudo non probatur per ſimiles ſententias latas, vt pręſupponitur, nam cum ſimus in conſuetudine, & ſtylo deciſorio eſt probandus formi-
22 ter, † quidquid aliud ſit in eo, qui reſpicit ordinatoria iudicij *Bart. in l. lege iulia. ff. de teſtib.* cum alijs per *Rebuff. de conſuetud. ſtyl. & form. gloſ.* 13. *n.* 53. *Maſcard. concluſ.* 1339. *n.* 4. *Rot. deciſ.* 159. *n.* 5. *p.* 1. *in recent. & deciſ.* 215. *n.* 2. impreſſ. *poſt conſ. Farinae. lib.* 2. *Beltram. ad deciſ. Gregor. XV.* 484. *n.* 8.

Et quatenus etiam talis ſtylus, & conſuetudo admitteretur, tamen non obeſt in caſu no-
23 ſtro, † quia non ſufficit, quod probetur generaliter, ſed etiam requiritur in ſpecie probare, quod fuerit data dicta portio pęnarum ſecundo Iudici conſumanti executionem iam cœptam, & exigenti pęnam contentam in ſententia, non obſtante, quod primus Iudex fecerit diligentias in perficiendo exe-
24 cutionem ſententiæ per eum latę † *Oldrad. conſ.* 237. *perlectis. col.* 1. *Anchar. conſ.* 339. *pro maiori intelligentia. col.* 5. *verſ. ad ſecundam rationem. Alex. conſ.* 196. *col.* 3. *verſ. quia dicti teſtes nihil probant. lib.* 2. *Curt. Iun. conſ.* 26. *col. penult. verſ. ex præmiſſis. Aim. conſ.* 96. *n.* 4. *Caſar de Graſſ. deciſ.* 6. *n.* 5. *de præbend. Rot. diuerſ. deciſ.* 172. *n.* 2. *p.* 1. *& coram Greg. XV. deciſ.* 45. *n.* 6. & latè *coram R.P.D. Dunozet Ciuitatis Caſtelli bo-*
25 *norum.* 23. *Ianuarij* 1615. † Et ita etiam non obſtante tali conſuetudine, & ſtylo iudicatum fuiſſe teſtatur *Maſtrill. deciſ.* 12. *in fin. verſ. & idem reperio. fol.* 45. Et hæc ſufficiant pro comprobatione eorum, quæ dixi *ſupr. c.* 840. in quibus non eſt amplius immorandum, cū omnia ibidem, & in præſenti capite adducta ſint ſatis clara, & ſcripta pro veritate, quā defendere, & ſequi omnes debent.

E P I T O M E.

PRocurator quando præiudicet domino tàm in omittendo, quàm in cōmittendo. ¶ Scientia tutoris quo caſu noceat pupillo, vt ad retractum non poſſit agere tranſacto tempore in ſtatuto præfixo. ¶ Agnati, vel affines quando ſint requirendi, ſi agatur cum perſona non habente tutorem. ¶ Demonſtratio falſa an vitiet, ſi ex alijs conſtet de corpore. ¶ Conſtitutio iuris congrui quā ſcientiam requirat ad effectum retractus. ¶ Et an ſufficiat præſumpta, & extraiudicialis. ¶ Et an requiratur reproductio intimationis de re vendita retrahenda. ¶ Renunciatio beneficio retractus ex quibus colligatur. ¶ Et an mandatum ſpeciale in eo ſit neceſſarium. ¶ Ratificatio an valeat poſt ius alteri quæſitum. ¶ Et quādo poſſit retrotrahi. ¶ Scientia officialis in quibus dicatur ſcientia domini. ¶ Citatio ſi fiat matri ſimpliciter an intelligatur facta tutorio nomine, ſi illa erat tutrix. ¶ Purgatio moræ an detur poſt lapſum temporis legalis. ¶ Præparamenta ad ædificandum an ſufficiant ad inducendam ſcientiam domus venditæ. ¶ Expreſſio, quæ virtualiter ineſt, & quæ procedit ex natura actus an habeat vim expreſſi. ¶ Prohibitus diſpoſitionem alterare quando poſſit aliquid addere, ſeu declarare. ¶ Dominus directus an habeat facultatē retrahendi rem ſub eius proprietate exiſtentem à quocumque emptore, etiam priuilegiato. ¶ Et an talis emptor teneatur intimare iſtam emptionē Domino ad hoc, vt poſſit repetere melioramenta per eum facta. ¶ Et an debeant eſſe neceſſaria, & vtilia copulatiuè, non autem vtilia tantum ad hoc, vt ſint reficienda per retrahentem. ¶ Et quid ſi ſint oneroſa excedentia pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur. ¶ Dolus an probetur ex coniecturis. ¶ Tempus datum ad retrahendum an habeatur pro denunciatione, & interpellatione. ¶ In meliorationibus non liquidis an ſufficiat cautio præſtanda de illis reficiendis. ¶ Modus in ædificando etiam contra ius quando poſſit præſcribi per pactum, ſeu ſtatutum, & conſuetudinem. ¶ Et an ex ea ligentur clerici, & forenſes. ¶ Conſuetudo an valeat, vt dominus non poſſit ædificare in proprio, & quod cogatur vendere vicino parietem. ¶ Error ſiue iuris, ſiue facti quando non præiudicet. ¶ Scientia eius, qui patitur ædificari iuxta ſuum ſolum, vel in ſuo ſolo quando illi noceat. ¶ Et an ſit præcisè probanda de tempore ædificij, non autem quod poſtea interuenerit. ¶ Interpretatio ex æquitate, & mediocritate quando ſit admittenda in contractibus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Scientia tutricis nocet pupillo, vt ille ad retractum venire non poſſit tranſacto tempore in ſtatuto præfixo.*

2 *Procurator in omittẽdo præiudicat domino.*

3 *Scientia officialis dicitur ſcientia domini in his, quæ reſpiciunt adminiſtrationem ſui officij, & quomodo hoc procedat. n. 4. & 5.*

6 *Agnati, vel affines ſunt requirendi quando ſumus in perſona non habente tutores.*

7 *Demonſtratio falſa non vitiat, ſi ex alijs conſtat de corpore.*

8 *Bulla Gregoriana iuris congrui non requirit ſcientiam rei venditæ cum qualitatibus, & conditionibus, ſed ſolum quod quis quocumque modo ſciuerit, & quid talia verba ſignificent. n. 9.*

10 *Reproductio intimationis facta de aliqua re vendita an requiratur ad effectum, vt quis poſſit dici habuiſſe ſcientiam venditionis.*

11 *Scientia iudicialis non requiritur ſi ſtatutum admittit quomodocũque quis ſciuerit.*

12 *Scientia præſumpta ſufficit, ſi agatur de iure quærendo quo ad effectum prælationis in re vendita, ſecus vbi ageretur de priuatione iuris quæſiti. n. 13.*

14 *Intimatio ſi fiat matri ſimpliciter præſumitur facta tutorio nomine, ſi illa erat tutrix.*

15 *Priuilegium retractus cenſetur renunciatum per eum, qui patitur labi tempus in conſtitutione præfixum.*

16 *Purgatio moræ non datur in termino legali poſt illius lapſum.*

17 *Mandatum ſpeciale requiritur ad effectum retrahendi.*

18 *Ratificatio eſt inefficax, ſi fiat poſt tempus, & poſt ius alteri quæſitum, quæ non retrotrahitur.*

19 *Actus à principio nullus non poteſt retrotrahi, itaut ratificatio ſuſtineatur, vt nunc attendendo ſolum tempus illius.*

20 *Scientia domus venditæ probatur per habitationem emptoris, illiusq. reſtaurationem cum ædificio aucto, itaut ad hunc effectum ſufficiant præparamenta ad ædificandum.*

21 *Actus eſt nullus propter formam in eo non ſeruatam.*

22 *Expreſſio, quamuis requiratur in quacumque diſpoſitione, tamen ſufficit includi ſub natura verbi expreſſi, & in eo, quod virtualiter ineſt. n. 25.*

23 *Prohibitus diſpoſitionem alterare poterit tamen addere in his, quæ reſpiciunt executionem, & dilucidationem actus.*

24 *Declaratio an poſſit fieri per alium, quam per eum, qui iudicauit. n. 26. & 27.*

28 *Dominus directus habet facultatem retrahendi rem ſub eius proprietate exiſtentem à quocumque emptore, etiam priuilegiato.*

29 *Ius retractus ſpectat ad proprietarium, itaut fingatur primus emptor nunquam retro acquiſiuiſſe.*

30 *Emens rem ſub proprietate alterius debet intimare domino emptionem, alias eſt in lata culpa, & dolo, ſi faciat melioramenta in tali re empta. & n. 31.*

32 *Non ſubuenitur ei, qui non proſpicit, quod poteſt vigore legis, ſeu ſtatuti euenire, maximè in materia retractus. n. 33. & 39.*

34 *Melioramenta debent eſſe neceſſaria, & vtilia copulatiuè, non autem ſolum vtilia ad hoc, vt debeant refici per retrahentem rem, in qua ſunt facta. n. 35. & 42.*

36 *Expenſæ neceſſariæ ſunt illæ, ſine quibus res eſſet peritura, vel deterior futura.*

37 *Meliorationes oneroſæ, quæ excedunt pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur, non ſunt reficiendæ per retrahentem.*

38 *Tempus datum ad retrahendum habetur pro denunciatione, & interpellatione.*

40 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandum dolum.*

41 *Melioramenta non liquida non debent refici, & ſufficit cautio præſtanda de illis reficiendis.*

43 *Aedificium illicitè conſtructum eſt demoliendum, & non habetur pro ædificio.*

44 *Per ſtatutum, pactum, & conſuetudinem poteſt præſcribi certus modus in ædificando etiam contra ius, & ex ea ligabitur forenſis, & clericus. n. 45. & 46.*

47 *Conſuetudo valet, vt dominus non poſſit ædificare in proprio, & quod cogatur vendere vicino parietem.*

48 *Error probatur ſtatim, quod docetur non fuiſſe ita conuentum.*

49 *Error ſiue iuris, ſiue facti etiam proprij non nocet quando tractatur de damno euitando.*

50 *Teſtis referens ſe ad inſtrumentum non præiudicat, ſi de eo non conſtet.*

51 *Scientia eius, qui patitur ædificari iuxta ſuum ſolum, vel in ſuo ſolo illi nocet.*

52 *Dominus amittit poſſeſſionem per occupationem, quæ fit ædificando.*

53 *Scientia eſt præcisè probanda de tempore ædificij ad hoc, vt præiudicet ſcienti, nec ſufficit, quod illa interueniat ex poſt facto. & n. 54.*

55 *Teſtis vnicus nihil probat.*

56 *Depoſitio teſtis magis comprobatur ſtante veriſimilitudine.*

57 *Interpretatio ex æquitate, & mediocritate contra conuentionem non admittitur quando adeſſet aliqua captio.*

58 *In contractibus non excluditur interpretatio extenſiua, quæ ex mente contrahentium prouenit.*

CAP. DCCCCLVII.

PEr intimationem, de qua agebatur in causa Romana retractus, dixi fuiſſe exclusam actionem ex aduerso intentatam, cum eadem intimatio fuerit valida tanquam facta Helenæ matri, † cuius ſcientia velut tu-
1 tricis nocet pupillo, vt inde ad retractum

ve-

venire non poſſit tranſacto tempore in con-
ſtitutione præfixo, vt in ſpecie concludit
*Bard. de iur. prothomiſ. q. 7. fol. 141. per
tex. in l. non ſolum. 23. in fin. ff. de liber.
cauſ. Bero conſ. 121. n. 19. & 20. lib. 3. & conſ.
122. n. 12. & 15. eod. lib.* vbi quod ſtante tali
ſcientia non ſolum elapſo tempore non po-
teſt pupillus amplius redimere, ſed neque
poteſt reſtitui, cum non adſit ignorantia ob
dictam ſcientiam tutoris, cõtra quem eſt di-
rigẽda actio *Caſtr. in l. cũ filius. 48. §. in hac.
ad fin. verſ. ſed quando nihil geſtũ eſt eo. ff. de*
2 *verb. oblig.* † Cum etiam procurator in omit-
tendo præiudicet domino, quidquid ſit in
cõmittendo, tunc enim requireretur manda-
tum ſpeciale *Surd. deciſ. 181. n. 3. & 15. in fin.*
Prout paſſim ſcientia officialis nocet Domino,
3 & habetur pro ſcientia domini † quo ad ea,
quæ reſpiciunt adminiſtrationem ſui offi-
cij *Aim. de antiq. tempor. par. 4. §. abſolu-
tis. n. 22. Rot. diuerſ. deciſ. 719. n. 4. par. 1.
Surd. deciſ. 182. n. 5. Menoch. conſ. 1007.
n. 93. lib. 11.* Contraria autem procedunt,
quando officiales habuerunt ſcientiam non
4 vti officiales, † tunc enim ex illa non argui-
tur ad ſcientiam Domini *Bart. in l. ſi publi-
canus. §. in omnibus. n. 1. ff. de publican.
Alex. conſ. 6. n. 3. verſ. vt enim verum. lib. 1.
Roman. conſ. 2. n. 3. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6.
tit. 8. n. 26. verſ. quibus adde. Rot. deciſ. 507.*
5 *n. 2. p. 1. in recentior.* † vbi etiam, quod ſcien-
tia officialium non argueret ſcientiam do-
mini, quando illa proueniret ex actu non
ſpectante ad dominum, ſeu ex actu modici
momenti, quaſi tunc non præſumatur cer-
tioratio *Honded. conſ. 55. n. 56. lib. 1.*
Amplius intimatio eſſet valida, ſi fiat matri pu-
pilli etiam non tutrici, quando enim tales
6 perſonæ non habent tutores. † requirendi
ſunt agnati, vel affines, & ſi qui fortè alij
ſint, quos veriſimile eſt defenſionem pupilli,
pupillæve non omiſſuros, vel propter neceſ-
ſitudinem, vel propter charitatem, vel qua
alia ratione, iſta ſunt verba *tex. in l. hac au-
tem. 5. poſt princ. verſ. ſi autẽ non habeant. ff.
ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Aim. conſ. 225. n. 6.*
Nec facit, quod talis ſcientia non obſtet, cum
fuerit intimatum fuiſſe venditam domum,
de qua agimus, iuxta domum matris Aduer-
ſariæ, cum tamen non conſtet, quod illa
talem domũ habeat, Quia licet iſta demon-
ſtratio deficiat. Tamen ſatis eſt, quod ex
alijs confinibus, & demonſtrationibus de-
ſcriptis appareat de ſcientia venditionis do-
7 mus, de qua eſt quæſtio, † tunc enim de-
monſtratio falſa non vitiat, quando ex alijs
conſtat de corpore *l. demonſtratio falſa. vbi
Bart. n. 4. ff. de condit. & demonſtrat. Alex.*
qui de communi *in l. ſi quis in fundi voca-
bulo. n. 3. & 4. ff. de legat. 1. vbi Iaſ. n. 34.*
dicit eſſe *tex.* notabilem *in l. penult. §. pa-
terfamilias. ff. de legat. 3.* & coprobat etiam
Surd. conſ. 44. n. 15. vſque ad 20. lib. 1.

Cum etiam in caſu noſtro reſciuiſſe intelliga-
8 tur quocumque modo quis perceperit, † vel
hoc ſolum, rem ſcilicet fuiſſe venditam, licet
neque pretium, neque alias conditiones, aut
qualitates ſciuerit, prout diſponit conſti-
tutio *Gregor. §. 8. incip. ſed & cum aliqua
domus. verſ. reſciuiſſe autem. in fin.* quæ
cum loquatur per verba quocumque modo,
includit omnem modum ſcientiæ, ſimilem,
9 vel diſſimilem, † itaut nulla detur reſtrictio
*Gloſ. in l. cum pœna. de arbitr. & in clem. ne
romani. in verb. quouis modo. de elect. & in
clem. 1. in verb. quamuis. vbi Imol. de re
iudic. Alex. conſ. 7. n. 7. lib. 7. Dec. in c. fi-
des. n. 8. verſ. ſecundo limita. de reſcript.
Ruin. conſ. 97. n. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 150.
n. 15. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 40. n. 7. verſ. ſe-
cundo dum dicit. Aret. conſ. 104. n. 6.*
Minus obſtat, quod intimatio non fuerit re-
producta die 15. Iunij 1614. Quia talis re-
productio fuiſſet neceſſaria quo ad primum
30 caſum Bullæ, ſi eo vellemus vti, † Aliud eſt,
quando volumus ex intimatione probare
ſcientiam Aduerſariæ de venditione huiuſ-
modi domus, tunc enim ſufficit quandocum-
que reproducere, tanquam talis notitia
poſſit probari, vel oretenus facta, vel per
chirographum, vel per epiſtolam, vel alio
modo, ex quo poſſit conſtare de ſcientia
venditionis *Carpan. ad conſtit. Mediolan.
c. 398. n. 80. p. 2. poſt Neapod. ſuper conſuetud.
Neapolit. tit. 24. verſ. ſed ſi fundum. in
verb. aſſignare. in princ. n. 25.* Et vt dictum
eſt, conſtitutio admittit quomodocumque
11 quis ſciuerit, † vnde non requiritur ſcientia
iudicialis, ſed ſufficit aliunde illam habitam
fuiſſe *Pariſ. conſ. 81. n. 27. lib. 3. Socin. Iun.
conſ. 1. col. 6. n. 18. lib. 1. Alex. conſ. 24. n. 6.
lib. 4. & conſ. 138. col. 1. & 2. lib. 7. Dec.
conſ. 222. viſo. col. 3. verſ. tertio principali-
ter. Gozadin. conſ. 1. n. 19. Socin. Sen. conſ. 242.
col. 1. & 2. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag.
§. 36. gloſ. 2. n. 24. & 25. Bardus de iur. pro-
thomiſ. quaſt. 6. n. 4. verſ. qua omnia iudi-
cio. fol. 130.*
Nec obſtat, quod hic tractetur de iure quæſito
amittendo, quo caſu certa ſcientia requiri-
12 tur cum omnibus qualitatibus, † Quia ve-
rius eſt, quod hic agatur de iure quærendo
quo ad effectum prælationis, tunc enim ſuf-
ficit etiam ſcientia præſumpta *Gloſ. in clem.
1. vbi Anchar. n. 26. Cardin. n. 8. Vitalin.
n. 21. de conceſſ. prabend. Put. deciſ. 6. in fin.
de probat. Mohedan. deciſ. 160. alias 4. in
fin. eod. tit. Rot. coram R. P. D. Cantuccio
Burgen. Abbatia de Fonſequa. 7. Februarij
1596. & coram R. P. D. Penia Tuden. be-
neficij. 25. Iunij 1604. impreſſ. poſt lib. 2. conſil.*
13 *Farinac. deciſ. 216. col. 1.* † vbi quod contra-
ria procedunt, vbi agitur ad priuationem
iuris, ſeu rei quæſitæ, ſecus reſpectu iuris
acquirendi *Gloſ. in c. veniens. il 1. vbi Abb.
n. 4. & Dec. n. 8. de teſtib. Natt. conſ. 299.
n. 15.*

Digitized by Google

n.15. in fin. Ricc. in collect. deciſ.1959.p.5.
Quod autem non ſit facta intimatio matri tan-
quam tutrici non obſtat, cum vt dictum eſt
ſufficiat illam fieri ſimpliciter, maxime,
14 quia præſumitur, † quod ſit tutorio nomi-
ne, quando illa eſt tutrix, cum agatur de re
pupilli, & ad eum ſpectante, ideo ſatis erit
exprimere ſolum nomen *Bart. in l.1. §. nun-
tiatio. n. 15. ff. de nou. oper. nunciat. & in
l. 3. §. ſed & quod de tutore. n. 1. ff. iudicat.
ſolu. per tex. in l. poſt mortem. §. 1. ff. quand.
ex fact. tutor. Socin. in c. 1. n. 113. verſ. fate-
tur tamen. quæſt. 6. artic. 7. de libell. oblat.
Alciat. præſumpt. 24. reg. 2. Corn. conſ. 27.
n. 4. lib. 2.*
Quibus additur alia interpellatio, & intimatio
facta Aduerſario, & Aurelio ſuo curatori à
Iudice deputato ſub die 6. Auguſti, & re-
producta in actis cum omnibus requiſitis
in Bulla, poſt quam reproductionem nullus
exaduerſo comparuit ad declarandum an
15 velit in venditione præferri, † ideo ſtante
lapſu temporis in conſtitutione præfixi, cen-
ſetur renunciatum priuilegio retractus *l. ſi
ea. C. qui accuſ. non poſſ. Gloſ. in l. ſi ego.
vbi Ang. ad fin. ff. de negot. geſt.* latè *Surd.
conſ. 97. n. 21. vſque ad 28. lib. 1. & deciſ. 106.
n. 17. & deciſ. 189. n. 8. Tiraq. de retract. li-
16 gnag. §. 3. gloſ. 4. n. 2.* † Itaut in legali ter-
mino nunquam detur purgatio moræ poſt il-
lius lapſum, cũ fortius excludat, quàm repu-
diatio, tanquam ſit peremptorius, & ſtatua-
tur in modum præſcriptionis *Surd. conſ. 97.
n. 29. & 30. lib. 1. poſt Bald. in c. 1. col. 2. quo
tempor. mil. & in auth. ad hæc. n. 17. C. de
vſur. & in l. diffamari. n. 5. ad fin. & ibi
Cagnol. n. 16. C. de ingen. & manumiſſ. In-
noc. Abb. & alij in c. cum in tua. qui ma-
trimon accuſ. poſſ. Caſtr. conſ. 150. col. 2. lib. 1.*
Neque obſtat monitorium, quod exaduerſo
prætenditur executum ſuper huiuſmodi præ-
latione, Quia illud fuit obtentum per Cæ-
ſarem, qui nullum habebat mandatum,
17 cum tamen † ad effectum retrahendi ſpeciale
requiratur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 10. n. 97. Alex. conſ. 78. col. 4. lib. 5. &
conſ. 26. lib. 6. Rip. in l. quod te. n. 56. ff. ſi
cert. petat. Bald. conſ. 118. col. 2. lib. 3.* Ma-
ximè cum fuerit inſtatum, vt aduerſarius
legitimè compareret, & ita per Iudicem de-
cretum, qui deputauit ſpecialem curato-
rem, vnde magis requirebatur, quod talis
deputatus monitorium obtineret, & quam-
uis prætendatur exaduerſo, quod idem cura-
tor ratificauerit conceſſionem, & executi-
18 tionem eiuſdem monitorij, † Nihilominus
ratificatio eſt inefficax, cum fuerit facta poſt
tempus, & poſt ius alteri quæſitum, quo caſu
non retrotrahitur, tanquam non ſit amplius
in eodem ſtatu *Bart. in l. ſi vxor. §. ſi quis
planè vxorem. ff. de adulter. Natt. conſ. 315.
n. 2. & conſ. 504. n. 20. Oſaſc. deciſ. 119. n. 23.
Beer. conſ. 66. n. 25. iuxta l. ſi ego. §. ſi rende
.21 n.*
*iur. dot. Surd. conſ. 8. n. 18. lib. 1. & deciſ. 245.
n 8. Io. Andr. in c. ratihabitionem. de reg. iur.
in 6. Alber. Bald.* & alij communiter *in l.
aliena res. de pignorat. act.* & in propoſito
noſtro latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 1.
gloſ. 10. n. 69. & 88. cum ſeq.*
Cum vlterius actus à principio nullus non re-
trotrahatur, nam tunc ratificatio ſuſtinetur
19 vt nunc † attendendo ſolum tempus ratifi-
cationis iuxta doctrinam *Bart. in l. obſerua-
re. in l. oppoſ. n. 4. de offic. procon. Alex.
conſ. 78. n. 18. in fin. lib. 5. Dec. conſ. 367. n. 4.
& in l. quod initio. 29. in fin. de regul. iur. &
in l. ſemper qui non prohibet. 60. n. 46. eod.
tit. Ruin. conſ. 72. n. 10. cum ſeq. lib. 3. Natt.
conſ. 262. n. 10. Oſaſc. deciſ. 119. n. 26. Surd.
deciſ. 245. n. 5. vſque ad 13. & conſ. 183. n.
34. & 35. lib. 2.*
Additur, quod etiam de ſcientia conſtat ex
pluribus, de quibus in facto, & præſertim,
20 quia vltra intimationem venditionis, † con-
currit habitatio domus venditæ per empto-
res, illiuſq. reſtauratio cum ædificio aucto
poſt factam venditionem publicè, & palam
toto vidente populo, itaut etiam ſufficiant
apparatus, & præparamenta ad ædificandum,
vt in ſpecie concludit *Bard. de iur. prothoi-
miſ. q. 6. n. 4. fol. 130. poſt Crot. in l. 1. §. nun-
ciatio. n. 13. ff. de nou. oper. nunciat.*
Et ita ex prædictis poſt multas propoſitiones
fuit deciſum pro excluſione retractus, ſtante
validitate intimationis, per quam conſtabat
de ſcientia, & cum poſtea fuiſſet commiſſa
cauſa cum voto Cameræ, iuxta illud fuit ite-
rum pronunciatum confirmando ſententias
latas, quibus non obſtabat, quod prætende-
retur talem ſententiam cõfirmatoriam alia-
tum eſſe nullam, tanquam latam contra di-
ctum votum Cameræ, per quam fuit ſolum
declaratum, & votatum intimationẽ factam
Helenæ inducere ſcientiam, quæ ſufficeret in
caſu, & ad effectum, de quo agitur, cum
tamen in ſententia hoc non dicatur, nam
fuit dictum, Non licere Aduerſario domum
21 retrahere, † Vnde tanquam non ſit ſeruata
forma voti, ſententia eſt nulla *c. cum in ve-
teri. 21. de elect.* cum alijs latè per *Gonzal.
ad reg. 8. gloſ. 46. n. 87.*
Quia verius eſt, quod tam in voto, quàm in
ſententia adeſt omnimoda cõformitas; itaut
nullus exceſſus poſſit conſiderari; Nam ideo
Camera votauit ſcientiam ſuffragari in ca-
ſu, & ad effectum, de quo agitur, quia pro-
pter talem ſcientiam excludebatur retra-
ctus; & ideo non ſimpliciter dixit ſcientiam
ſufficere, ſed addidit in caſu; & ad effectum,
de quo agitur, & ſic effectus dubij eſt verifi-
catus, cum ageretur de excluſione retractus
propter huiuſmodi ſcientiã, Quare Iudex nõ
poterat aliter ſententiare; niſi non licere
Aduerſario domum, de qua agitur retrahe-
22 re, † Cum iſtud virtualiter inſit in voto,
ideo non poteſt dici fuiſſe exceſſum, quia
tacitè

tacitè ex natura diſpoſitionis compræhendi-
tur adeo vt vbicumque requiritur expreſſio
in perſonis, rebus, ac bonis ſufficiat includi
ſub natura verbi expreſſi, vel includi de iure
communi, ad cuius intelligentiam verba
ſententiarum, priuilegiorum, contractuum,
ac omnium quarumcumque diſpoſitionum
referuntur *Anchar. conſ. 393. n. 2. Felin. in
c. tranſlato 3. n. 4. poſt med. de conſtitut.* &
23 latè dixi *ſupr. c.698. n. 9. vſque ad* 15. † vbi
etiam, quod qui non poteſt diſpoſitionem
alterare poterit tamen addere in his, quæ
reſpiciunt executionem, & dilucidationem
actus *Rub. Alexandr. in l. non ſolum*. 8.
§. morte. n. 104. *ff. de nou. oper. nunciat.
Mancin. de iuram. p.4. effect.193. n.7.*

Nec aduerſatur, quod iſta declaratio ſpectaret
24 ad Cameram, non ad alium † *l. ex facto. vbi
Bald. in princ. ff. de vulg. & pupill.* Quia
non ſumus in declaratione, quæ tunc dici-
tur, quando verba eſſent dubia, nam tunc non
admitteretur declaratio *Caſtr. in l. hæredes
palam.* 21. *§. ſi quid poſt. n.4. in fin. ff. de
teſtament. Surd. conſ. 339. n.11. lib. 3. Becc.
conſ. 3. n. 44.*

In caſu autem noſtro non agitur de aliqua du-
bietate verborum, ſed de re clara, & aperta,
quæ virtualiter ineſt in voto, ideo non ſu-
mus in declaratione, & per conſequens nulla
adeſt difformitas inter votum, & ſententiã,
25 in qua fuit expreſſum illud, † quod de natura
actus erat exprimendum, & ſine quo non
poterat aliter ſententiari, cum dicatur in
voto hoc expreſſum tanquam reſultans ex
natura actus *Ruin. conſ.56. n.10. lib.2.* cum
alijs per *Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 7.
n. 177. & 178. & fol. 350.*

Amplius, quamuis etiam eſſemus in declara-
tione rei dubiæ, potuiſſet quoque alius Iu-
dex, quam illemet, qui diſpoſuit, hoc decla-
26 rare, † licet enim declaratio, ſeu inter-
pretatio ſententiæ pertineat ad eum, qui iu-
dicauit excludendo etiam ſucceſſorem in of-
ficio *Bald. in l. edita. oppoſ.* 10. *C. de edend.*
Tamen hoc procedit in declaratione, & in-
terpretatione voluntaria, quæ tanquam con-
ſiſtens in animo eſt perſonaliſſima, & non
27 tranſit ad alios, † ſecus autem quando, prout
in caſu noſtro, ſumus in declaratione legali,
quæ poterit fieri etiam per ſucceſſorem, &
per alium, qui non iudicauit, cum proue-
niat à iure certo, & claro, quemadmodum
etiam eſt in ea, quæ debet fieri ex veriſimili-
bus coniecturis, & actis *Felin.* In ſpecie in
*c. qualiter & quando. il 1. n.27. de accuſation.
Socin. in c fin. n.54. poſt 7. illat. de libell. oblat.*
cum alijs adductis *ſupr. c. 698. n. 19. & 20.
tom.* 4. Et ita ex prædictis fuit concluſum.

In alia autem cauſa, in qua etiam agebatur de
priuilegio retractus, an illud competeret
domino directo, & proprietario in vendi-
tione vineæ controuerſæ dixi concludendum
affirmatiuè, ideo illum debere præferri em-
28 ptori, † cum tam ex forma ſtatuti, quàm
de iure communi, ipſe habeat facultatem
retrahendi rem ſub eius proprietate exiſten-
tem à quocumque emptore etiam priuile-
giato *Alex. conſ.27. n.6. lib.6. Capic. deciſ.99.
n. 1. Neapod. in conſuetud. iur. congr. in
verb. alicuius. in fin. verſ. item quid em-
phyteuta. Tiraq. de retract. lignag. §. 21.
gloſ. vnic. n. 3. & 4 Cuman. Alber. Ang.* & alij
communiter *in l. imperator. 61. ff. de pact.
& in l. ex facto. 53. in princ. ff. de pecul.
Bald. de iur. prothomiſ. col 4. in princ. n 6.
in fin. verſ. cum venditur res. fol.88. Iaſ.
in l. vlt. col.4. in 3. notab. C. de iur. emphyt.*

Quod adeo verum eſt, vt ad Dominum volen-
tem præferri ſit ius retractus ita transfu-
29 ſum, & translatum, † vt fingatur primus em-
ptor nunquam retro acquiſiuiſſe, cum ipſius
reſpectu cenſeatur prior contractus reſolu-
tus ipſo iure, non ſecus ac quando reſolui-
tur ex lege, & conuentione in eodem con-
tractu appoſita *Bald. in l. ab emptione. 59.
in 1. lectur. col. 2. in fin. verſ. quærit hic.
n.4. ff. de pact. Dec. conſ.88. pro tenui. col.3.
in princ. verſ. & ad hoc facit. n.3. Tiraq.
de retract. lignag. §. 29 gloſ. 3. n. 4. & 5.
poſt Alber. de ſtatut. p. 1. q. 95.* iuxta *l. in
diem. 9. §. vlt. ff. de aqu. pluu. arcend. l. lex
vectigali. 31. ff. de pignorib.*

Quare ſtantibus prædictis non poteſt impediri
huiuſmodi prælatio ſub prætextu retentio-
nis prætenſorum melioramentorum ab em-
ptore factorum, Nam idem emptor ſciuit ta-
lem rem emptam eſſe ſub proprietate alte-
rius, prout expreſsè de hoc eſt facta mentio
30 in inſtrumento, † Vnde debebat intimare
proprietario emptionem, cum poſſet pro-
ſpicere, quod ipſe peteret prælationem
*l. quod te mihi. 9. in fin. vbi Gloſ. in verb.
deberes. ff ſi cert. petat.* qua intimatione
non facta, non debebat aliquid de nouo face-
re ſub prætextu meliorandi, tanquam ſit in
lata culpa, & dolo, cum prius deberet eſſe
certus, quod res empta ei non auferatur, vt
in ſpecie ita reſoluit *Rot. coram Card. Mil-
lino Romana retractus.* 28. *Aprilis* 1600. vbi
allegatur etiam in terminis *Io. Bapt. in
conſuetud. Burgund. tit. de retract. §.* 48 t.
31 Cum præſertim ſciret † ſe non eſſe dominum
irreuocabilem, quo caſu magis eſt ei impu-
tandum *l. ſi ex duobus. §. ſed & marcellus.
ff. de in diem addict. l. ſi ſeruos. 25. & l. ſi
neceſſarias. 8. ff. de pignorat. action.*

Et regulare eſt, vt in his, quæ poſſunt euenire
ex diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti, aut conſue-
tudinis, non ſubueniatur ei, qui id non
32 proſpexerit, † cum debuerit cogitare id ac-
cidere poſſe *l. ſi quis domum. 9. ad fin. verſ.
idem quærit. vbi Gloſ. in verb. proſpicere.
ff. locat. l. ſi creditores. ff. de priuileg. cre-
ditores. ff. de priuileg. creditor. Gloſ. in l. ſi
idem cum eo. in fin. & ibi Bart. ff. de iuriſd.
omn. iudic. Cin. in l. vlt. §. ſed quia noſtra.*

vbi Bald. col.2. verſ.deinde nota.C.commun.
33 *de legat.* † cum alijs in propoſito noſtro ad-
ductis per *Tiraq. de retract.lignag.§.1.gloſ.*
18. n. 41.& 42. iuxta *l. ſed & ſi per præto-*
rem. §. ſi feria. ff.ex quib.cauſ.maior. l. ſer-
uius. ff. quod vi aut clam. l. diuortio. ff.de
negot. geſt. Bald. conſ. 182. locata fuit . col.
vlt. lib.1. & conſ. 255. abbas fecit quandam
locationem, ad med. eod. lib.

Et quatenus etiam meliorationes deberent re-
fici per retrahentem, Tamen hoc intelligi-
tur de impenſis valde neceſſarijs, vt in ſpe-
cie retractus concludit *Boer. decif.47.n.10.*
34 Itaut non ſufficiat illas eſſe vtiles tantũ,† cũ
debeant eſſe vtiles, & neceſſariæ copulati-
uè *Igneus in l. dudum. n.70. cum ſeq. C. de*
contrah. empt. Tiraq.de retract. conuention.
§.7. gloſ.1. n.3. poſt Alber. in l. intra vtile.
§.1. ff. de minorib. & in tract. de ſtatut.
par.1. quæſt.96. Carpan. ad conſtit. Mediol.
c. 417. n. 693.

In caſu autem noſtro patet huiuſmodi impen-
ſas non eſſe vtiles, & neceſſarias, cum præ-
tendatur fuiſſe factam, vt vulgo dicitur va-
35 ſcam, † ex qua nulla reſultat neceſſitas, niſi
ſimplex commoditas emptoris, cum ſatis ſit
notorium in territorio, de quo agimus, non
adeſſe illa torcularia in maiori parte vinea-
rum, quarum Domini vtuntur vicinis torcu-
laribus, prout in ſpecie in vinea, de qua
agimus, iam ſunt triginta anni non adfuit
talis commoditas, ſed illius poſſeſſor, & do-
minus tempore vindemiæ vſus eſt torcu-
laribus vicinorum, & per conſequens non
ſumus in melioramentis neceſſarijs, quæ tũc
36 dicuntur talia,† quando ſine eis res eſſet pe-
ritura, vel deterior futura, itaut neceſſita-
tem impendendi quis habeat *l. impenſæ. 79.*
vbi Rebuff. in princ. ff. de verbor. ſignificat.
c. paſtoralis. vbi Gloſ. de decim. l. 1. ff. de
impenſ. in reb. dotalib. fact. l. diuortio. §. im-
pendia. ff. ſolut. matrimon. Alex. conſ. 162.
lib. 7. Neguſ. de pignor. par. 7. membr. 3.
n. 14. Carpan. ſuper conſtitut. Mediolan.
c. 417. n. 689.

Quibus additur, quod etiam tales impenſæ
ſunt oneroſæ, cum excedant pretium, ſeu
37 valorem rei, † quæ retrahitur, quo ca-
ſu, tanquam factæ ad excludendum retra-
hentem, non habentur in conſideratione
Bald. conſ. 116. columbinus, col. 2. verſ. ex
præmiſſis apparet. lib.1. iuxta l. ſed an vltro.
§.1. ff. de negot. geſt. Alber. in l.intra vtile.
§.1. ad fin. ff. de minorib. Tiraq. de retract.
conuention. §. 7. gloſ. 1. n. 5.

Et quamuis retrahens non denunciauerit inhi-
bendo, ne fiant huiuſmodi impenſæ per em-
38 ptorem, † Tamen nihil refert, cum tempus
datum ad retrahendum habeatur pro denun-
ciatione, & interpellatione *Borr. decif. 47.*
n. 6. iuxta *l. magnam. C. de contrahend. &*
committend. ſtipulation. tãquam emptor de-
39 buiſſet inſpicere, & cogitare, † quod eue-
nire poterat, vt dictum eſt *ſupr. n. 32. Gloſ.*
in c. vlt. in verb terminum. in fin. ne prælat.
vic. ſuas. Archidiac. in c. alienationes. col.
vlt. 12. q.2. Florian. inter conſ. Ancbar. 175.
quod dicta dominu. col.1. Maximè, quia em-
ptor nõ intimauit domino proprietario em-
ptionem ad effectum, vt poſſet deliberare
an vellet vti prælatione, quo caſu ei potius
eſt culpa adſcribenda, non autem domino,
qui non prohibuit impenſas fieri, cum ne-
ſciret, immo eſſet abſens tempore, quo fue-
runt factæ, itaut ſtantibus prædictis magis
40 arguatur dolus in aduerſario, † cum ad il-
lius probationẽ ſimiles coniecturæ ſufficiant
Oldrad. conſ.324. col.3. Bald. conſ.149. col.2.
lib.1. Caſtr. in l. quod nerua. n.3. C. depoſit.
Surd. conſ.31. n.16. lib.1. & conſ.373. n. 33.
lib. 3. Becc. conſ.52. n.42. Corn. conſ.116. n.14.
lib.1. Ruin. conſ. 4. n.10. lib.1.

Ex prædictis colligitur non eſſe retardandam
immiſſionem in poſſeſſionem vineæ, de qua
agimus, non obſtante exceptione retentio-
nis melioramentorum, cum illa non debeant
41 refici, vt dictum eſt, † Præſertim, quia non
ſunt liquida, quo caſu ſufficit cautio præ-
ſtanda de illis reficiendis *Put. decif.471. n.5.*
lib.2. Rot. decif.137. n.3. par.2. in recentior.
Maximè, quia non ſolum illa non ſunt liqui-
da, ſed etiam quia non ſunt de iure reficien-
42 da † tanquam non neceſſaria *l. impenſæ. 79.*
ff. de verb. ſignificat. cum alijs ſupra alle-
gatis. Et ita ex prædictis fuit concluſum.

Quo vero ad alterum dubium propoſitum in
cauſa Romana demolitionis parietis dixi de-
cidendum ex conuentione, de qua in inſtru-
mento exhibito, in quo clarè exprimitur, vt
paries, de quo agimus, non debeat fieri recta
linea, ſed, vt dicitur à ſquincio, ne officiat
luminibus feneſtræ Barbaræ, quo ſtante cum
ex inſpectione loci conſtet fuiſſe ædificatum
43 contra expreſſam conuentionem,† ædificium
eſt demoliendum, tanquã non habeatur pro
ædificio illud, quod fuit illicitè conſtructum
l. fideicommiſſa. 11. §. ſi quis illicitè. ff. de
legat. 3. Iaſ. in l. cætera. 43. n.7. ff. de legat. 1.
Poteſt enim ſiue per conuentionem, ſiue per
ſtatutum, ſiue per conſuetudinem præſcribi
44 certus modus † in ædificando *l. 1. vbi Gloſ.*
in verb. vſitatum. C. de ædific. priuat. l. 1.
& l. præſes. C. de ſeruitut. & aqu. Purpur.
conſ. 494. n. 6. Quæ quidem conuentio, ſeu
conſuetudo erit ſeruanda etiam in ædifican-
45 do contra ius † *Franciſc. Marc. decif. 460.*
n.3. p.2. Gail. lib.2. obſeruat.69. n.16. Duen.
reg. 33. limit.4. Maſcard. concluſ.620. in
fin. tom.2. Capoll. de ſeruitut. vrbanor. præ-
dior. c. 61. ad med. & c.62. col.3. Surd. conſ.
46 *17. n.18. lib.1. & decif.168. n. 7.* † vbi etiam
ſubdit, quod hæc conſuetudo ligabit foren-
ſem, & clericum *Padill. in l. altius. n. 8.*
C. de ſeruit. & aqu. Quare etiam neque in
47 proprio poterit dominus ædificare, † ſi hoc
prohibeat conſuetudo, per quam etiam va-

lidè

lidè inducitur ; vt dominus parietis cogatur
illum vendere vicino , & ei liceat ſuper eo
ædificare, cum per venditionem, murus deſi-
nat eſſe proprius , itaut vicinus dicatur ædi-
ficare in ſuo, non in alieno *Surd. d. deciſ.* 168.
*n.*7. *ad med. Burſatt. conſ.* 111. *n* 17.

Neque aduerſatur, quod non obſtante conuen-
tione prædicta Barbara paſſa fuerit ædificari
eo modo, quo fuit ædificatũ, Quia teſtes ni-
hil probant , vt latius oſtenditur in facto, &
quatenus aliquam fidem faciant, Tamen de-
ponunt, quod ædificium erat quidem factũ ,
nihil tamen dicunt an eſſet ædificatum recta
linea, ſeu obliqua , ſed potius , quod crede-
bant illud fieri iuxta formam inſtrumenti, &
ſic linea obliqua, prout expreſsè fuit conuen-
48 tum in inſtrumento , † Vnde cum appareat
non fuiſſe ædificatum , prout erat ædifican-
dum iuxta conuentionem, ſatis dicitur pro-
batus error *Bart. in l. titia. §. idem reſpon-
det. ff. de verbor. obligat.* iuxta *l. ſed & ſi me
putem . ff. de condict. indebit. Surd. conſ.* 202.
n. 19. *lib.* 2. *& deciſ.* 288. *n.*40. *in fin. Alex.
conſ.* 156. *n.*9. *lib.*6. *Alciat. præſumpt.* 21. *regul.*
2. *n.*2. *in fin fol.* 315. *Dec. conſ.* 409. *in præſenti.
n.*1. *Socin. conſ.* 27. *n.* 17. *&* 20. *lib.*4. Ideo talis
49 error , ſiue ſit iuris , † ſiue facti non nocet ,
quando , prout in caſu noſtro , tractatur de
damno vitando , etiam quod eſſet error in
facto proprio *Surd. conſ.* 202. *n.* 11. *vſque
ad* 14. *lib.*2. *poſt Salic. in l. cum fidem. C. de
non numer. pecun. Natt. conſ.* 77. *n.* 11. *&
conſ.* 103. *n.* 6. *&* 7. *Roland. conſ.* 69. *n.* 50.
cum ſeq. lib. 3.

Et tam ſecundus teſtis , quam tertius clarè de-
ponunt, quod ædificium fiebat iuxta formam
inſtrumenti , ideo cum referant ſe ad illud
50 nihil probant , † niſi quatenus conſtet de re-
lato , in quo cum appareat de contrario, ni-
hil præiudicat talis depoſitio *Alex. conſ.* 9.
n. 12. *vbi Natt. in addit. n.*6. *lib.*5. *Dec. conſ.*
63. *pro tenui facultate mea. col.*4. *in fin. poſt
Bart. in l.* 1. *ff. de receptator. & in l.* 1. *ff. ſi
famil. furt. feciſ. dicat. & in l. ſi quis ſer-
uum . §. fin. ff. de legat.* 2. *Meno. h. conſ.* 1.
*n.*95. *Pariſ. conſ.* 7. *n* 5. *lib* 3. *Cephal. conſ.* 44.
n 14. *lib.*1. *Surd. conſ.* 313. *n.*50. *lib* 3.

Nec facit , quod murus fuerit ædificatus eo
modo, quo nunc reperitur ſciente, & patien-
te Barbara , quo caſu non eſt locus demoli-
51 tioni , † cum talis conſenſus præiudicet tam
quando vicinus ædificat iuxta ſolum vicini ,
quam etiam ſi ædificaretur in proprio ſolo
ipſius vicini *Surd. conſ.*74. *n.* 12. *lib.*1. *poſt
Cin. & Salic. in l.*2. *C. de rei vendic.* tanquam
52 per occupationem , quæ fit ædificando, † do-
minus amittat poſſeſſionem *Ruin. conſ.* 55.
*n.*3. *lib.*4. *& in l.* 1. *§. nunciatio. n.* 7. *ff. de
oper. nou. nunciat. Alex. in l.*3. *§. labeo. ff. de
acquir. poſſeſſ.* Quia de tali ſcientia non con-
ſtat , prout illa erat determinatè probanda
53 de tempore ædificij , † cum in eo pars ſe
fundet *Gloſ. in l. eum actum. ff. de negot. geſt.
Surd. conſ.* 135. *n.*35. *lib.*1. *& conſ.* 233. *n.*19.
*lib.*2. Etenim ſcientia inducens patientiam,
54 quæ noceat, non ſufficit, † quod ſuperuenerit
iam facto ædificio , ſed debet præciſè inter-
teruenire, quãdo ædificatur *Corn. conſ.* 207.
*col. penult. lib.*3. iuxta *l. ſabinus . in fin. ff.
commun. diuid.* & latè dixi *ſupr. c.*314. *n.*40.
vſque ad 45.

Et quamuis primus teſtis ſuper quarto depo-
nat de præſentia Barbaræ, tamen vltra quod
loquitur poſt factum ædificium , eſt vnicus ,
55 cui nihil creditur † *l. vbi numerus . ff. de te-
ſtib. Surd. conſ.*73. *n.*27. *lib.*1. Maximè, quia
alij teſtes deponunt , quod Barbara ſemper
dixit , vt murus fieret iuxta formam inſtru-
menti , vt dicit tertius teſtis ſuper ſecundo,
de quo in *ſummar. n.* 3. cui magis creden-
dum eſt , ſtante præſertim, quod vbi cogno-
56 uit Barbara , † quod aliter fuit ædificatum ,
quàm conuentum , ſtatim reclamauit , & in-
hibitionem obtinuit, itaut ex hoc magis af-
ficiat talis depoſitio , tanquam veriſimilis
propter ea , quæ poſtea ſunt ſubſecuta *l. ob
carmen . §. fin. ff. de teſtib. Aim. conſ.* 298.
*n.*16. cum alijs per *Ruſtic.* qui multa in ma-
teria veriſimilitudinis adducit ad *l. cum
auus. in probem. c.*2. *per tot. ff. de condition.
& demonſtrat.*

Minus obſtat, quod dum partes voluerunt mu-
rũ non eſſe conſtruendum recta linea, præſu-
mẽdum eſt illas intellexiſſe de ſola obliqua-
tione , per quam euitaretur recta linea , non
autem de magna , vel maxima obliquatione
reducendo omnia ad quandam mediocrita-
57 tem , † Quia ſatis eſt , quod per tale ædifi-
cium impeditur proſpectus Barbaræ, quæ
præſumitur , quod per talem conuentionem
voluerit ſibi proſpicere , & huiuſmodi præ-
iudicium euitare , quo caſu non eſt facienda
interpretatio ex æquitate, & mediocritate ,
ſed ex conuentione ſtricta , nè contra illius
tenorem, quis patiatur aliquam captionem
*l. in conuentionalibus . ff. de verbor. obli-
gation. Bart. in l. & ſi poſt tres . n.* 5. *ff. ſi
quis cautionib. Bald. in l vlt. n.*5. *C. de pact.
int. emptor. & venditor. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuentionib. lib.* 2. *tit.* 4.
58 *n.*61. † Cum neque in contractibus excluda-
tur interpretatio extenſiua , quæ ex mente
contrahentium colligitur *Alex. conſ.*34. *n.*4.
& 10. *lib.*2. *Siluan. conſ.*104. *n.*8. *Ruin. conſ.*
150. *n.* 12. *lib.* 4.

E P I T O M E.

IMmiſſio in poſſeſſionem bonorum iuxta
l. fin. C. de edict. diu. adrian. toll. quan-
do ſit concedenda filio naturali , ſeu legiti-
mato hæredi inſtituto, & pro qua portione .
¶ Et quis dicatur naturalis, vel ſpurius tam
de iure ciuili , quàm canonico . ¶ Statuta
loquentia de naturalibus, & legitimationi-
bus an habeant locum in natis ex famula .

¶ Teſtamentum patris an valeat, in quo inſtituit hæredem filium naturalem. ¶ Et quid ſi adſit proles legitima cum aſcendentibus. ¶ Vncia quando ſit danda filio naturali tam ex teſtamento, quam ex alio titulo donationis, vel ſimili. ¶ Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato an operetur contra teſtamentum. ¶ Legitimatio non facta mentione filiorum quando ſubſiſtat. ¶ Et quo caſu recipiat latam, ſeu ſtrictam interpretationem. ¶ Filius an præſumatur potius naturalis, quam ſpurius. ¶ Moniales vulgo Bizzochæ an ſint perſonæ religioſæ, & ſubiectæ ſtatutis laicorum, & gaudeant priuilegio fori. ¶ Donatum, ſeu relictum per patrem filio ſpurio an cenſeatur ob cauſam alimentorum. ¶ Et quando natus ex virgine, ſeu vidua ſit habendus pro ſpurio, ſeu naturali. ¶ Et quæ ſucceſſio illi ſit debita in bonis patris.

S V M M A R I V M.

1 *Filius naturalis quis dicatur, & in quo differat à ſpurio tàm de iure ciuili, quàm canonico. n. 3. & 29.*

2 *Natus ex famula in domo retenta an ſit naturalis, & poſſit ei aliquid relinqui.*

4 *Statuta loquentia de naturalibus, & legitimationibus an habeant locum in natis ex famula.*

5 *Teſtamentum patris valet, in quo inſtituit hæredem filium naturalem, ſi nulli adſint filij legitimi. & n. 6. Etiam de iure canonico. n. 7. Et quamuis non conſtet de legitimatione. n. 14.*

8 *Filius naturalis poteſt hæres inſtitui, quamuis adſint aſcendentes, dummodo eis legitima relinquatur. Amplia etiam in primogenitura. n. 9.*

10 *Pater non poteſt relinquere, nec donare filio naturali, niſi vnciam exiſtente prole legitima. & n. 11.*

12 *Filius natus ex matre vidua, vel virgine non dicitur naturalis, ſed ſpurius ex damnato coitu. Declara, vt n. 13.*

15 *Clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato non operatur condito teſtamento.*

16 *Spurius non habet aliquam ſucceſſionem in bonis patris, præter alimenta. & n. 30.*

17 *Filius naturalis non ſuccedit patri ab inteſtato.*

18 *Legitimatio non facta mentione filiorum, quando ſit valida. & n. 19. Et quid operentur clauſulæ non obſtantibus, & derogatoriæ, vel ſimiles. n. 20.*

21 *Immiſſio in poſſeſſionem bonorum iuxta* l. fin. C. de edict. diu. adrian. toll. *eſt concedenda filio naturali, ſeu legitimato per patrem hæredi inſtituto.*

22 *Beneficium* d. l. fin. *an competat filijs alias incapacibus pro illa parte, pro qua poſſunt inſtitui, vt in vncia, vel ſimili.*

23 *Naturales, & legitimati quando ſuccedant in bonis fideicommiſſi.*

24 *Filius potius præſumitur naturalis, & capax ſucceſſionis, quàm ſpurius, & incapax.*

25 *Moniales vulgo Bizzochæ quando habeantur pro perſonis religioſis, & ſint ſubiectæ ſtatutis laicorum, & gaudeant priuilegio fori. n. 26. 27. & 28.*

31 *Donatum, ſeu relictum per patrem filio ſpurio cenſetur ob cauſam alimentorum.*

32 *Legitimatio, quæ non concernit præiudicium tertij reſpectu bonorum, de quibus pater poterat diſponere, dicitur fauorabilis, & latam interpretationem recipit.*

CAPVT DCCCCLVIII.

NAturalis, vt quis dicatur, debent interuenire illa requiſita, quod ſit natus
1 ex ſoluta, & ſoluto, † & inter eos poſſit conſiſtere matrimonium, quod mulier cohabitet in domo, quod retineatur in ſchemate concubinæ publicè, & palam, & ſit vnica, quod impares ſint perſonæ, & talis ſit mulier, cum qua ſtuprum non committatur *Azo. in ſumm. C. de naturalib. liber. Card. Paleott. de noth. & ſpur. c. 12. n. 1. & n. Natt. conſ. 421. n. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 9. n. 22.* cum alijs per *Surd.*
2 *de alim. tit. 1. q. 9. n. 10. vſque ad 19.* † vbi loquitur in ſpecie de nato ex famula in domo retenta, in modum famulæ, qui non eſt naturalis, neque poteſt ei aliquid relinqui *Alber. in rubr. C. de naturalib. liber.*
Verum ſtãte æquitate canonica, remoto ſtricto iuris ciuilis rigore, hodie quilibet natus ex
3 ſoluto, † & ſoluta dicitur naturalis *Bald. conſ. 419. factũ proponitur. n. 3. lib. 2. & conſ. 206. col. 2. ad fin. lib. 3. Iaſ. conſ. 51. n. 5. lib. 3. Hercul. de caut. de non offend. c. 32. Couar. de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 4. n. 3. Natt. conſ. 623. n. 5. & 7. Aim. conſ. 166. n. 8. ad med. Butr. in c. per venerabilem. col. penult. n. 26. in fin. & ibi Abb. in gloſ. in verb. in naturalibus. qui fil. ſint legit. Archidiac. in c. liberi. 22. q. 4. Bero. conſ. 165. n. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 180. n. 78. lib. 2.* cum alijs per *Surd. de*
4 *alim. tit. 1. q. 9. n. 14. & 20.* † vbi quod eſt bene notandum pro ſtatutis, quæ loquuntur de naturalibus, & de legitimationibus, quæ poſſunt fieri de iſtis natis ex famula *Nicola. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. col. 2. in fin. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 10. poſt Menoch. conſ. 18. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 154. Siluan. conſ. 3. dub. 2.*
Cum igitur ſimus in naturalibus, ſequitur con-
5 cluſio, quod valuit teſtamentum patris, † in quo talem filium inſtituit, cum enim nulli adſint filij legitimi, nulla ratio ſuadet, quæ eos incapaces reddat, ideo poteſt totum eis relinqui ſiue ex teſtamento patris, ſiue ex donatione inter viuos iuxta communem opinionem, de qua per *Caſtrenſ. conſ. 477.*

viſo

Digitized by Google

olſo puncto. ad fin. lib.2. Aim. conſ. 166. n. 11.
Alciat. lib. 4. parerg. c. 5. in fin. Gabr. conſ.
29. col. 2. & 5. n. 2. vſque ad 6. lib. 1. Cephal.
conſ. 48. n. 19. Surd. de aliment. tit. 2. q. 15.
6 *n. 45.* †Et quidquid alij contrarium ſentiant,
de quibus per *Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit. 18.*
iſta eſt verior opinio, & in praxi ſeruata, vt
latè teſtatur *Io. Bapt. Lup. de illegit. & de*
natal. reſtitut. comment. 1. §. 2. n. 31. iuxta
§. diſcretis. autb. quib. mod. natural. effic.
ſui. §. conſideremus. auth. de trient. & ſemiſ.
auth. licet. C. de natural. liber. Clar. in §. te-
ſtamentum. q. 31. in princ. & ibi Io. Har-
7 *prect. n. 1. ad med.* † vbi etiam, quod hoc
procedit de iure canonico *Hoſtien.* & alij
communiter *in c. lator. 5. & c. tanta. 6. qui*
fil. ſint legit. Pariſ. conſ. 14. n. 15. lib. 2. Craſſ.
in §. inſtitutio. q. 7. n. 1. & 2. vbi quod ha-
8 bet locũ, quamuis adſint aſcendentes, † dum-
modo tamen eis legitima relinquatur *Vaſq.*
controu. illuſtr. lib. 3. c. 102. n. 18. Roland.
conſ. 85. n. 1. lib. 3. Molin. de primogenit.
hiſpan. lib. 2. c. 11. n. 25. fol. 288. vbi etiam,
9 quod in maioratu, † & primogenitura po-
terit naturalis inſtitui à patre, quamuis non
ſit legitimatus, non exiſtente legitima prole
Lup. d. comment. 1. §. 1. n. 31. in fin. Intelli-
gendo tamen iuxta ea, quæ latè adducit
Schrader. de feud. p. 7. c. 5. n. 20. cum ſeq.
Cæteros conſultò omitto, quia eſt commu-
nis opinio ab omnibus approbata, Et cõtra-
ria procedunt, quando adeſſet proles legiti-
10 ma, † tunc enim non poſſet per patrem re-
linqui filio naturali, niſi vncia *§. nos igitur.*
auth. quib. mod. natural. effic. ſui. Pariſ. conſ.
1. n. 29. lib. 2. Roland. conſ. 67. n. 36. lib. 3.
11 cum alijs per *Surd. conſ. 177. n. 15. & 16.* † vbi
quod etiam procedit in quouis alio titulo
puta donationis inter viuos, vel ſimili *Natt.*
conſ. 402. n. 23.

Neque obſtat, quod talis filius potius dicatur
ſpurius, cum præſupponatur, quod pater
faſſus fuerit matrem fuiſſe viduam, vel ſi at-
tendamus eiuſdem matris confeſſionem,
12 quod eſſet virgo, † quo caſu non ſumus am-
plius in filio naturali, ſed ſpurio tanquam
nato ex damnato coitu *Abb. in c. 1. de*
adulter. Bertr. conſ. 135. & conſ. 158. lib. 2.
Quia cum ſimus in famula humilis, ſeu vilis
conditionis, ſiue vidua, ſiue virgine non di-
citur amplius ſtuprum accuſabile, aut puni-
13 bile de iure ciuili, † & ſic non adeſt coitus
damnatus *Aim. conſ. 166. n. 6.* iuxta *l. ſi ea*
& l. quæ adulterium. C. de adulter. l. ſi uxor.
vbi Bart. & Ang. ff. eod. tit. Gozad. conſ. 22.
col. 2. in fin. Bald. conſ. 206. col. 2. poſt med.
lib. 3. Socin. conſ. 232. col. 2. lib. 2. & conſ. 148.
col. 3. n. 4. lib. 1. Thob. conſ. 53. n. 10. & 36.
Roland. conſ. 74. n. 22. per tot. lib. 1. Peregr.
de iur. fiſci lib. 3. tit. 18. n. 36.

Et quamuis hoc ſolum ſufficeret quo ad vali-
ditatem teſtamenti etiam ſi non conſtaret de
14 legitimatione iſtius filij naturalis, † vt no-
tat *Gabr. conſ. 29. n. 5. poſt med. lib. 1.* Nihi-
lominus magis hoc erit dicendum in caſu
noſtro, in quo præſupponitur adeſſe legiti-
mationem per Archiuium conceſſam, in qua
licet adſit clauſula ſine præiudicio venien-
15 tium ab inteſtato, † tamen illa non opera-
tur condito teſtamento *Caſtr. conſ. 102. ante*
fin. lib. 2. Dec. conſ. 393. conſului. n. 1. Ruin.
conſ. 187. n. 10. lib. 3. Cæſar de Graſſ. deciſ. 4.
n. 1. qui fil. ſint legit. Surd. conſ. 337. n. 14.
& 15. lib. 3. cum alijs latè adductis *ſupr.*
c. 496. n. 20. tom. 3.

Neque obſtabit, quod in legitimatione non ſit
facta mentio de Ioanne nato ex prima famu-
la, & de Liuio ſuſcepto ex alia famula, &
poſtea expoſito, vt prætenditur, Quia Ioan-
nes erat ſpurius tanquam natus conſtante
16 matrimonio, † cui non debebatur aliqua
ſucceſſio præter alimenta *auth. ex complexu.*
C. de inceſt. nupt. auth. licet. C. de natur.
liber. Bart. in l. fin. ff. de his quib. vt indign.
Surd. conſ. 177. n. 13. lib. 2. Prout etiam Li-
17 uius, † qui licet ſit naturalis, tamen ab in-
teſtato non ſuccedit patri *Idem Surd. d. conſ.*
177. n. 16. iuxta *d. auth. licet. C. de natu-*
ralib. liber. Vnde cum iſti filij non ſint ſuc-
ceſſuri patri, valebit legitimatio in totum,
& quo ad omnem effectum, neque poterit
18 dici obrectitia, † cum non tractetur de ali-
quo damno filiorum, quorum non require-
batur mentio propter excluſionem à ſucceſ-
ſione prædicta *Iaſ. conſ. 68. col. penult. poſt*
princ. verſ. quarto notabiliter. lib. 3. Ruin.
conſ. 93. n. 8. lib. 3. Hõded. conſ. 89. n. 21. & 22.
19 *lib. 1.* propter illam rationem, † quia nul-
litas legitimationis ob non factam mentio-
nem filiorum non conſideratur reſpectu ſub-
ſtantiæ legitimationis, ſed ſolum reſpectu
extenſionis præiudicij, & damni filiorum,
quorum non ſit mentio *Socin. conſ. 226. col. 2.*
& 3. lib. 1. Bero. conſ. 177. n. 31. ad med. lib. 2.
Cephal. conſ. 285. n. 52. lib. 2.

Licet neque hoc haberet locum in caſu noſtro,
cum legitimatio ſit facta cum clauſula non
obſtantibus, vel cum ſimilibus derogatorijs,
prout datur iſta facultas Archiuio apponẽdi
20 tales derogationes, † tunc enim valeret le-
gitimatio etiam non facta mentione de filijs
legitimis, & naturalibus, cum ex iſtis clau-
ſulis cenſeatur derogatum legibus ciuilibus,
ac alijs diſpoſitionibus in cõtrarium facien-
tibus, dum volunt expreſſionem fieri de fi-
lijs, ita in ſpecie concludit *Iaſ. conſ. 68. col. 5.*
ante fin. verſ. quarto moueor. & col. penult.
in princ. verſ. ſecundo reſpondeo. lib. 3. poſt
Alex. conſ. 187. n. 19. cum ſeq. lib. 5. Anchar.
conſ. 335. viſo diligenter tenore. n. 2.

Quare cum ſimus in filio naturali, & etiam le-
gitimato, & inſtituto in teſtamento, & à
21 patre nominato, † erit concedenda eidem
filio immiſſio in poſſeſſionem bonorum pa-
tris iuxta *l. fin. C. de edict. diu. adrian. toll.*
non obſtantibus iſtis exceptionibus, quæ ni-

hil faciunt, vt ſupradictum eſt, cum etiam
ſufficeret, quod eſſemus in filio naturali ex
ſupra allegatis, vnde multò magis in legiti-
mato *Caputaq. deciſ.342. n.1. cum ſeq. p.2.*
vbi etiam loquitur in bonis feudalibus *Ri-
min. Iun. conſ.392. n.65. vſque ad 70. lib.4.*
22 *Oſaſc. deciſ.26. n.2.* † Cum etiam filijs alias
incapacibus competat beneficium *d. l. fin.*
pro illa parte, pro qua poſſunt inſtitui, vt in
vncia, vel ſimili *Argel. de acquir. poſſeſſ. q.3.
n.510.* vbi quod contraria procedunt, quan-
do ſumus in eo, cuius inſtitutio in nulla par-
te eſt valida, vel ſi peteretur immiſſio ſim-
pliciter, cum ſolum debeat peti pro indiuiſo
ratione vnius vnciæ, Etenim immiſſio com-
petit pro quota hæreditatis, vel pro portio-
ne ſi plures prætendunt certas partes eiuſ-
dem hæreditatis *Gloſ. in d. l. fin. in verb.
ex parte. C. de edict. diu. adr. toll. Menoch.
de adipiſc. poſſeſſ. remed.4. n.114. Achil. Per-
ſonal. eod. tit. n.182. Argel. etiam in eod. tract.
q.3. n.980. & q.17. n.1. & 2.*

Et in caſu noſtro quo ad bona fideicommiſſi,
23 eſſet videndum teſtamentum, † vt poſſit in-
ſpici qualitas vocationis, & an extendatur
ad legitimatos, & naturales, cum alijs, de
quibus per *Alex. Ang. & Rip. in l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad trebell. Craſſ. in
§. fideicommiſſum. q.37. n.7. Dec. in c. in
præſentia. n. 102. de probat.* latè *Rot. deciſ.
145. n.8. cum ſeq. p.1. in recentior.*

In alio autem caſu propoſito concludendum
eſt pro validitate donationis, de qua agi-
mus, Nam conſtat illam factam eſſe filio le-
gitimato, & ob cauſam matrimonij, non
24 obſtante prætenſa ſpurietate, † cum in du-
bio quis præſumatur naturalis, non ſpurius,
ſeu natus ex damnato coitu, & per conſe-
quens capax ſucceſſionis, & omnium reli-
ctorum, itaut excipienti de ſpurietate in-
cumbat onus illam probãdi, nam alias ſem-
per quis præualet in præſumptione natura-
litatis, & capacitatis *Bald. conſ. 448. quæ-
ritur in primis. col.2. in 3. dub. lib. 1. Bero.
conſ.19. n.6. & 18. lib.2. Cephal. conſ.48. n.11.
Aim. conſ. 138. in princ. & conſ. 168. n. 1.
Surd. de aliment. tit.3. q.10. n.35. verſ. con-
trariam tamen.*

Neque habitus monachalis, quẽ deferebat ma-
ter Tarquinij facit, vt coitus cum ea dica-
25 tur damnatus; † Nam iſtæ Moniales vulgo
Bizzochæ non ſunt perſonæ religioſæ, ſed
habentur pro perſonis laicis, & ſtatutis lai-
corum ligantur, & contrahunt matrimoniũ,
& negotijs ſecularibus ſe immiſcẽt *Roman.
conſ. 367. n.14. & 15. Capic. deciſ. 10. n. 3.
& 17. Pariſ. conſ. 40. n. 14. lib. 3. Menoch.
de arbitr. caſ. 231. in addit. & caſ. 56. etiam
in addit. n. 22.*

Et quamuis aliqui teneant, quod iſtæ Bizzochæ
gaudeant priuilegio fori, & ſubſint Epiſco-
26 po, † & habendæ ſint pro perſonis eccleſia-
ſticis, & religioſis *Calder. conſ.23. in princ.
de cenſib. Pelin. in c.2. col. penult. in fin de
for. competent. Fulgoſ. conſ.241. n.2.* Tamen
hæc intelliguntur, dummodo probetur, quod
tales Moniales habeant dependentiam à Re-
gula S. Franciſci, ſeu alterius, & ab illa re-
27 gantur, † eiq. inſeruiant præcedente auctori-
tate Epiſcopi, vel Superioris, & ſiot perpe-
tuò Deo dicatæ, & mortuis viris alios non
ducant, tunc enim gauderent priuilegio fori,
& canonis ſi quis ſuadente diabolo, & habe-
rentur pro religioſis, nam alias iſtis quali-
tatibus non probatis, ſunt perſonæ ſæcula-
res, & non diſcrunt à laicis, & carent omni
28 priuilegio eccleſiaſticis cõceſſo, † cũ aſſum-
pſerint talem viuendi modum propria au-
ctoritate *Decian. in prax. crimin. lib.4. c.9.
n.34. ad med. Socin. in c.2. n.21. col.6. verſ.
nona declaratio. ad med. de for. compet. Rot.
deciſ.8. de iurepatronat. in antiq. Felin. in c.
dilecta. 12. col.2. in princ. verſ. vide etiam
n.2. de maiorit. & obedient.* iuxta adducta
in defenſorio pro fratribus tertij ordinis S.
Franciſci inſerto inter opera B. Ioannis Ca-
piſtrani, cui ſe ſubſcripſerunt multi, de qui-
bus per *Ruſtic. ad l. cum anno. lib. 3. c. 3.
n.17. ff. de condit. & demonſtration.*

Ex quibus patet nos non eſſe in ſpurio, cum
non probetur Tarquinium natum fuiſſe ex
29 adulterio, † neque ex ſtupro, aut ex vera
moniali, nec ex ſacerdote, nec ex parenti-
bus, inter quos non poſſet conſiſtere matri-
monium tempore conceptionis, nec ex ali-
quo coitu punibili, & damnato, tales enim
dicuntur ſpurij, non alij qui ſunt naturales
21 vt latè per *Surd. de aliment. tit.1. q.10. n.30.
vſque ad 34. Gaccialup. in auth. ſi qua illu-
ſtris. n.1. C. ad orphitician. Ang. in §. no-
uiſſimè. inſtit. eod. tit. Vaſq. controuerſ. il-
luſtr. c.102. n.7. Natt. conſ.623. n.3. Couar.
de ſponſalib. p.2. c.8. §.5. n.1.*

Licet etiam in ſpurijs valeret relictum eis per
patrem, qui tenetur quoque ſpurium alere
30 vtroque foro inſpecto tam ſeculari, † quam
eccleſiaſtico *Bart. in auth. ex complexu. C. de
inceſt. nupt. Ruin. conſ. 124. n. 6. lib. 1.* vbi
loquitur in donatione *Pariſ. cõſ.9. n.3. lib.2.
Socin. Iun. conſ.130. n.3. lib. 2. Rip. in l. 1.
n. 68. ff. ſolut. matrimon. Surd. de aliment.
31 tit. 1. q. 10. n. 20.* † Itaut donatum, ſeu reli-
ctum filio ſpurio per patrem cenſeatur da-
tum ob cauſam alimentorum, vt fiat inter-
pretatio validitatis actus *l. quoties. ff. de
reb. dub.* & notat *Idem Surd. d. q.10. n.11.*

Et cum ſimus in legitimato, ceſſant omnia,
quæ poſſent in contrarium adduci, Maximè,
quia legitimatio fuit impetrata per Domi-
nicum patrem, qui poterat ad libitum de
bonis ſuis diſponere, itaut ſpes, quam habe-
bant ſucceſſuri ab inteſtato, non ſit conſide-
32 rabilis, † tanquam talis legitimatio non
concernat præiudicium tertij reſpectu bo-
norum, de quibus pater poterat diſponere,
ideo tunc dicitur fauorabilis, & debet ex-
tendi,

tendi,& latè eſt interpretanda *Aret. in §. omnium. n. 6. verſ. tu autem dicas. inſtit. de action. Rom. in l. 2. in princ. n. 62. verſ. ſiue enim. & ibi Cuman. & Caſtr. col. 1. ff. de verb. obligation. Roſell. de legitimat. lib. 2. tit. de cauſ. material. n. 10. verſ. ſed iuxta iſta quæro. Curt. Sen. conſ. 9. n. 31. cum ſeq. Honded. conſ. 92. n. 51. & 52. lib. 1. poſt Butr. in c. per venerabilem. n. 15. qui fil. ſint legitim. Roland. conſ. 12. n. 53. lib. 4. Bero. conſ. 172. n. 3. lib. 2. Socin. conſ. 47. n. 31. lib. 4.*

EPITOME.

CAuſa iuſta,& probabilis an ſemper præſumatur in Principe, quamuis nõ ſit expreſſa. ¶ Ad concedendam aperitionem oris an ſola læſio ſufficiat. ¶ Subreptio,& defectus intentionis per quas clauſulas tollatur. ¶ Separatio thori inter coniuges, ex quibus ſit admittenda. ¶ Et quid in hoc operetur ratificatio coniugum, & conuentio reſtitutionis dotis facta in executionem ſeparationis thori per Papam conceſſæ. ¶ Mater quando cogatur præſtare alimenta filijs. ¶ Et quo caſu poſſint per eam repeti ea, quæ præſtitit à patre, ſeu ab alijs, ad quos ſpectat onus alendi, etiam nulla facta proteſtatione. ¶ Cognitio cauſæ per Summum Pontificem expreſſa an faciat, vt non poſſint reuocari per eũ geſta tàm in matrimonio ſpirituali, quam carnali. ¶ Conceſſum pro bono patris an debeat eſſe perpetuum. ¶ Et an pro illius conſeruatione concedantur, quæ alias non concederentur. ¶ Appellatio ad vtrumque effectum quando ſit admittẽda in executiuis, & non obſtante clauſula appellatione remota. ¶ Per admiſſionem iurium an circumducantur omnia prius geſta. ¶ Et quid ſi Iudex illa admittat abſque præiudicio actorum, & concluſionis in cauſa, & citationis ad ſententiam. ¶ Iudex inferior an reuocet interlocutorias abſque reſcripto Principis. ¶ Proteſtatio quando cenſeatur repetita in iudicialibus, ſeu in extraiudicialibus.

SVMMARIVM.

1 *Separatio thori ex quibus concedatur inter coniuges.*

2 *Conceſſio pro bono pacis debet eſſe firma, & perpetua, itaut pro illius conſeruatione multa diſpenſentur, quæ alias non poſſent diſpenſari.*

3 *Cognitio cauſæ per Papam expreſſa operatur, vt non reuocentur per eum geſta tam in matrimonio temporali, quam ſpirituali.*

4 *Cauſa iuſta, vera, & probabilis ſemper præſumitur in Principe, licet non ſit expreſſa contra quam non admittitur reuocatio conceſſionis. n. 5.*

6 *Maritus approbans ſeparationem thori per ſummum Pontificem factam non poteſt contra eam venire. & n. 7.*

8 *Conuentio coniugum ſuper reſtitutione dotis in executionem ſeparationis thori per Papam conceſſa facit, vt ſit acquiſitum ius vxori circa liberationem ab obſequijs matrimonialibus, itaut non detur amplius reuocatio.*

9 *Princeps ne dum priuatus ligatur ex contractu per eum geſto.*

10 *Læſio non attenditur in taxatione fructuum dotis ad quinque pro centum ſtante ſtatuto Vrbis, per quod in maiori ſumma illi taxantur, maximè ſi pro bono pacis talis taxatio fiat. n. 11.*

12 *Læſio non ſufficit pro concedenda aperitione oris, ſed aliud plus eſt probandum.*

13 *Subreptio, & defectus intentionis tollitur ex clauſula ſublata, & decreto irritante, cum verbis ex certa ſcientia, motu proprio, & ſimilibus.*

14 *Mater non tenetur præſtare alimenta filijs, niſi ſubducto patris ſubſidio.*

15 *Alimenta præſtita per matrem filijs poſſunt repeti à patre, & ab alijs, ad quos ſpectat onus alendi, etiam nulla facta proteſtatione de repetendo.*

16 *Notorium grauamen Iudicis facit, vt appellatio admittatur quo ad vtrumque effectum non obſtante clauſula appellatione remota. & quod ſimus in executiuis. & n. 24.*

17 *Per ſimplicem admiſſionem iurium circumducuntur omnia in cauſa geſta. & n. 25.*

18 *Proteſtatio abſque præiudicio actorum, & citationis ad ſententiam an operetur, vt per tura ita admiſſa non ſint reuocata omnia in cauſa facta. n. 19. & 20.*

21 *Proteſtatio ſemper in quolibet actu iudiciali eſt adhibenda, nam alias non cenſetur repetita, quidquid ſit in extraiudicialibus.*

23 *Facultas reuocandi interlocutorias conceditur à iure communi, quas Iudex etiam inferior poteſt reuocare abſque aliquo reſcripto ſuperioris.*

CAPVT DCCCCLIX.

APeritio oris in caſu propoſito non eſt concedenda, quia Summus Pontifex ad
1 tollenda grauia diſſidia, † quæ inter coniuges à pluribus annis citra verſa fuerunt, & de præſenti vertuntur, & in dies magis augentur auditis etiam partibus extraiudicialiter, & re maturè conſiderata, motu proprio, & ex certa ſcientia, & mera deliberatione, & apoſtolica auctoritate, & pro munere paſtoralis officij, & iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, mandauit eoſdem coniuges fore, & eſſe ſeparandos, & abſoluendos à ſimultanea habitatione, & thoro maritali, & à mutua obligatione de obſequijs ad inuicem præſtandis, prout abſoluit, & li-

hil faciunt, vt ſupradictum eſt, cum etiam
ſufficeret, quod eſſemus in filio naturali ex
ſupra allegatis, vnde multò magis in legiti-
mato *Caputaq. deciſ. 342. n. 1. cum ſeq. p. 2.*
vbi etiam loquitur in bonis feudalibus *Ri-
min. Iun. conſ. 392. n. 65. vſque ad 70. lib. 4.*
22 *Oſaſc. deciſ. 26. n. 2.* † Cum etiam filijs alias
incapacibus competat beneficium *d. l. fin.*
pro illa parte, pro qua poſſunt inſtitui, vt in
vncia, vel ſimili *Argel. de acquir. poſſeſſ. q. 3.
n. 510.* vbi quod contraria procedunt, quan-
do ſumus in eo, cuius inſtitutio in nulla par-
te eſt valida, vel ſi peteretur immiſſio ſim-
pliciter, cum ſolum debeat peti pro indiuiſo
ratione vnius vnciæ, Etenim immiſſio com-
petit pro quota hæreditatis, vel pro portio-
ne ſi plures prætendunt certas partes eiuſ-
dem hæreditatis *Gloſ. in d. l. fin. in verb.
ex parte. C. de edict. diu. adr. toll. Menoch.
de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 114. Achil. Per-
ſonal. eod. tit. n. 182. Argel. etiam in eod. tract.
q. 3. n. 980. & q. 17. n. 1. & 2.*

Et in caſu noſtro quo ad bona fideicommiſſi,
23 eſſet videndum teſtamentum, † vt poſſit in-
ſpici qualitas vocationis, & an extendatur
ad legitimatos, & naturales, cum alijs, de
quibus per *Alex. Ang. & Rip. in l. ex facto.
§. ſi quis rogatus. il 1. ff. ad trebell. Craſſ. in
§. fideicommiſſum. q. 37. n. 7. Dec. in c. in
præſentia. n. 102. de probat.* Itè *Rot. deciſ.
145. n. 8. cum ſeq. p. 1. in recentior.*

In alio autem caſu propoſito concludendum
eſt pro validitate donationis, de qua agi-
mus, Nam conſtat illam factam eſſe filio le-
gitimato, & ob cauſam matrimonij, non
24 obſtante prætenſa ſpurietate, † cum in du-
bio quis præſumatur naturalis, non ſpurius,
ſeu natus ex damnato coitu, & per conſe-
quens capax ſucceſſionis, & omnium reli-
ctorum, itaut excipienti de ſpurietate in-
cumbat onus illam probãdi, nam alias ſem-
per quis præualet in præſumptione natura-
litatis, & capacitatis *Bald. conſ. 448. quæ-
ritur in primis. col. 2. in 3. dub. lib. 1. Bero.
conſ. 19. n. 6. & 18. lib. 2. Cephal. conſ. 48. n. 11.
Aim. conſ. 138. in princ. & conſ. 168. n. 1.
Surd. de aliment. tit. 3. q. 10. n. 35. verſ. con-
trariam tamen.*

Neque habitus monachalis, quẽ deferebat ma-
ter Tarquinij facie, vt coitus cum ea dica-
25 tur damnatus, † Nam iſtæ Moniales vulgo
Bizzochæ non ſunt perſonæ religioſæ, ſed
habentur pro perſonis laicis, & ſtatutis lai-
corum ligantur, & contrahunt matrimoniũ,
& negotijs ſecularibus ſe immiſcẽt *Roman.
conſ. 367. n. 14. & 15. Capic. deciſ. 10. n. 3.
& 17. Pariſ. conſ. 40. n. 14. lib. 3. Menoch.
de arbitr. caſ. 231. in addit. & caſ. 56. etiam
in addit. n. 11.*

Et quamuis aliqui teneant, quod iſtę Bizzochæ
gaudeant priuilegio fori, & ſub ſine Epiſco-
26 po, † & habendæ ſint pro perſonis eccleſia-
ſticis, & religioſis *Calder. conſ. 13. in princ.*
*de conſib. Felin. in c. 2. col. penult. in fin. de
for. competent. Fulgoſ. conſ. 241. n. 2.* Tamen
hæc intelliguntur, dummodo probetur, quod
tales Moniales habeant dependentiam à Re-
gula S. Franciſci, ſeu alterius, & ab illa re-
27 gantur, † eiq. inſeruiant præcedente auctori-
tate Epiſcopi, vel Superioris, & ſint perpe-
tuò Deo dicatæ, & mortuis viris alios non
ducant, tunc enim gauderent priuilegio fori,
& canonis ſi quis ſuadente diabolo, & habe-
rentur pro religioſis, nam alias iſtis quali-
tatibus non probatis, ſunt perſonæ ſæcula-
res, & non differunt à laicis, & carent omni
28 priuilegio eccleſiaſticis cõceſſo, † cũ aſſum-
pſerint talem viuendi modum propria au-
ctoritate *Decian. in prax. crimin. lib. 4. c. 9.
n. 34. ad med. Socin. in c. 2. n. 21. col. 6. verſ.
nona declaratio. ad med. de for. compet. Rot.
deciſ. 8. de iurepatronat. in antiq. Felin. in c.
dilecta. 12. col. 1. in princ. verſ. vide etiam.
n. 2. de maiorit. & obedient.* iuxta adducta
in defenſorio pro fratribus tertij ordinis S.
Franciſci inſerto inter opera B. Ioannis Ca-
piſtrani, cui ſe ſubſcripſerunt multi, de qui-
bus per *Ruſtic. ad l. cum aui. lib. 5. c. 3.
n. 17. ff. de condit. & demonſtration.*

Ex quibus patet nos non eſſe in ſpurio, cum
non probetur Tarquinium natum fuiſſe ex
29 adulterio, † neque ex ſtupro, aut ea vera
moniali, nec ex ſacerdote, nec ex parenti-
bus, inter quos non poſſet conſiſtere matri-
monium tempore conceptionis, nec ex ali-
quo coitu punibili, & damnato, tales enim
dicuntur ſpurij, non alij qui ſunt naturales,
21 vt latè per *Surd. de aliment. tit. 1. q. 10. n. 30.
vſque ad 34. Gacialup. in auth. ſi qua illu-
ſtris. n. 1. C. ad orphiſician. Ang. in §. no-
uiſſimè. inſtit. eod. tit. Vaſq. controuerſ. il-
luſtr. c. 102. n. 7. Natt. conſ. 623. n. 3. Couar.
de ſponſalib. p. 2. c. 8. §. 5. n. 1.*

Licet etiam in ſpurijs valeret relictum eis per
patrem, qui tenetur quoque ſpurium alere,
30 vtroque foro inſpecto tam ſeculari, † quam
eccleſiaſtico *Bart. in auth. ex complexu. C. de
inceſt. nupt. Ruin. conſ. 124. n. 6. lib. 1.* vbi
loquitur in donatione *Pariſ. cõſ. 9. n. 3. lib. 2.
Socin. Iun. conſ. 130. n. 3. lib. 2. Rip. in l. 1.
n. 68. ff. ſolut. matrimon. Surd. de aliment.
31 tit. 1. q. 10. n. 10.* † Itaut donatum, ſeu reli-
ctum filio ſpurio per patrem cenſeatur da-
tum ob cauſam alimentorum, vt fiat inter-
pretatio validitatis actus *l. quoties. ff. de
reb. dub.* & notat *Idem Surd. d. q. 10. n. 11.*

Et cum ſimus in legitimato, ceſſant omnia,
quæ poſſent in contrarium adduci, Maximè,
quia legitimatio fuit impetrata per Domi-
nicum patrem, qui poterat ad libitum de
bonis ſuis diſponere, itaut ſpes, quam habe-
bant ſucceſſuri ab inteſtato, non ſit conſide-
32 rabilis, † tanquam talis legitimatio non
concernat præiudicium tertij reſpectu bo-
norum, de quibus pater poterat diſponere,
ideo tunc dicitur fauorabilis, & debet ex-
tendi,

tendi, & latè eſt interpretanda *Aret. in §. omnium. n. 6. verſ. tu autem dicas. inſtit. de action. Rom. in l. 2. in princ. n. 62. verſ. ſine enim. & ibi Cuman. & Caſtr. col. 1. ff. de verb. obligation. Roſell. de legitimat. lib. 2. tit. de cauſ. material. n. 10. verſ. ſed iuxta iſta quæro. Curt. Sen. conſ. 9. n. 31. cum ſeq. Honded. conſ. 92. n. 51. & 52. lib. 1. poſt Butr. in c. per venerabilem. n. 15. qui fil. ſint legitim. Roland. conſ. 12. n. 53. lib. 4. Bero. conſ. 172. n. 3. lib. 2. Socin. conſ. 47. n. 31. lib. 4.*

E P I T O M E.

CAuſa iuſta, & probabilis an ſemper præſumatur in Principe, quamuis nõ ſit expreſſa. ¶ Ad concedendam aperitionem oris an ſola læſio ſufficiat. ¶ Subreptio, & defectus intentionis per quas clauſulas tollatur. ¶ Separatio thori inter coniuges, ex quibus ſit admittenda. ¶ Et quid in hoc operetur ratificatio coniugum, & conuentio reſtitutionis dotis facta in executionem ſeparationis thori per Papam conceſſæ. ¶ Mater quando cogatur præſtare alimenta filijs. ¶ Et quo caſu poſſint per eam repeti ea, quæ præſtitit à patre, ſeu ab alijs, ad quos ſpectat onus alendi, etiam nulla facta proteſtatione. ¶ Cognitio cauſæ per Summum Pontificem expreſſa an faciat, vt non poſſint reuocari per eũ geſta tàm in matrimonio ſpirituali, quam carnali. ¶ Conceſſum pro bono patris an debeat eſſe perpetuum. ¶ Et an pro illius conſeruatione concedantur, quæ alias non concederentur. ¶ Appellatio ad vtrumque effectum quando ſit admittẽda in executiuis, & non obſtante clauſula appellatione remota. ¶ Per admiſſionem iurium an circumducantur omnia prius geſta. ¶ Et quid ſi Iudex illa admittat abſque præiudicio actorum, & concluſionis in cauſa, & citationis ad ſententiam. ¶ Iudex inferior an reuocet interlocutorias abſque reſcripto Principis. ¶ Proteſtatio quando cenſeatur repetita in iudicialibus, ſeu in extraiudicialibus.

S V M M A R I V M.

1 *Separatio thori ex quibus concedatur inter coniuges.*

2 *Conceſſio pro bono pacis debet eſſe firma, & perpetua, itaut pro illius conſeruatione multa diſpenſentur, quæ alias non poſſent diſpenſari.*

3 *Cognitio cauſæ per Papam expreſſa operatur, vt non reuocentur per eum geſta tam in matrimonio temporali, quam ſpirituali.*

4 *Cauſa iuſta, vera, & probabilis ſemper præſumitur in Principe, licet non ſit expreſſa contra quam non admittitur reuocatio conceſſionis. n. 5.*

6 *Maritus approbans ſeparationem thori per ſummum Pontificem factam non poteſt contra eam venire. & n. 7.*

8 *Conuentio coniugum ſuper reſtitutione dotis in executionem ſeparationis thori per Papam conceſſæ facit, vt ſit acquiſitum ius vxori circa liberationem ab obſequijs matrimonialibus, itaut non detur amplius reuocatio.*

9 *Princeps ne dum priuatus ligatur ex contractu per eum geſto.*

10 *Læſio non attenditur in taxatione fructuum dotis ad quinque pro centum ſtante ſtatuto Vrbis, per quod in maiori ſumma illi taxantur, maximè ſi pro bono pacis talis taxatio fiat. n. 11.*

12 *Læſio non ſufficit pro concedenda aperitione oris, ſed aliud plus eſt probandum.*

13 *Subreptio, & defectus intentionis tollitur ex clauſula ſublata, & decreto irritante, cum verbis ex certa ſcientia, motu proprio, & ſimilibus.*

14 *Mater non tenetur præſtare alimenta filijs, niſi ſubducto patris ſubſidio.*

15 *Alimenta præſtita per matrem filijs poſſunt repeti à patre, & ab alijs, ad quos ſpectat onus alendi, etiam nulla facta proteſtatione de repetendo.*

16 *Notorium gråuamen Iudicis facit, vt appellatio admittatur quo ad vtrumque effectum non obſtante clauſula appellatione remota, & quod ſimus in executiuis. & n. 24.*

17 *Per ſimplicem admiſſionem iurium circumducuntur omnia in cauſa geſta. & n. 21.*

18 *Proteſtatio abſque præiudicio actorum, & citationis ad ſententiam an operetur, vt per iura ita admiſſa non ſint reuocata omnia in cauſa facta. n. 19. & 20.*

22 *Proteſtatio ſemper in qualibet actu iudiciali eſt adhibenda, nam alias non cenſetur repetita, quidquid ſit in extraiudicialibus.*

23 *Facultas reuocandi interlocutorias conceditur à iure communi, quas Iudex etiam inferior poteſt reuocare abſque aliquo reſcripto ſuperioris.*

CAPVT DCCCCLIX.

APeritio oris in caſu propoſito non eſt concedenda, quia Summus Pontifex ad
1 tollenda grauia diſſidia, † quæ inter coniuges à pluribus annis citra verſa fuerunt, & de præſenti vertuntur, & in dies magis augentur auditis etiam partibus extraiudicialiter, & re maturè conſiderata, motu proprio, & ex certa ſcientia, & mera deliberatione, & apoſtolica auctoritate, & pro munere paſtoralis officij, & iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, mandauit eoſdem coniuges fore, & eſſe ſeparandos, & abſoluendos à ſimultanea habitatione, & thoro maritali, & à mutua obligatione de obſequijs ad inuicem præſtandis, prout abſoluit,

& li-

Digitized by Google

& liberàuit, & pro abſolutis, & liberatis haberi voluit, compellendo virũ ad reſtituendum vxori dotem ſibi perſolutam, cum alijs latè in breui contentis, ex quibus patet, quod cum fuerit ſeparatio conceſſa cauſa cognita, & ob ſedandas diſcordias, non datur re-
2 uocatio, † tanquam ea, quæ pro bono pacis conceduntur debeant eſſe firma, & ſtabilia,
3 & perpetuò obſeruanda, itaut pro illius conſeruatione Princeps multa poſſit diſpenſare, quæ alias non concederet *c. vt constituerentur in fin. diſtinct. 50. c. 1. & c. ecce inquiunt. 23. q. 4. & c. hac quippe 32. q. 6. c. vbi. de deſponſat. impuber.* latè *Laſ. conſ. 236. viſo titulo quæſtionis vol. 1. & 2. lib. 2. Corſett. de priuil. pac. q. 43. n. 13. & q. 78. n. 24. tom. 12. fol. 125. Socin. Iun. conſ. 140. n. 29. vſque ad 35. lib. 2.* cum alijs per *Benedict. in c. rainutius. in verb. mortuo itaque teſtatore el 2. n. 227. vſque ad 237. de teſtament.*

Quæ magis procedunt in caſu noſtro, quia Papa cauſa cognita expreſſit cauſam pacis, & diſſidij tollendi, ob quam fecit talem pro-
3 uiſionem, † tunc enim illa non admittit reuocationem, ſed eſt ſeruanda, prout ſtante huiuſmodi expreſſione facta in litteris in ſimilibus materijs tam matrimonij corporalis, quã ſpiritualis latè concludit *Roman. conſ. 332. n. 13. vſque ad 17. ubi Mandoſ. in verb. canonica. & conſ. 345. n. 6. cum ſeq.* & ibi etiam *Idem Mandoſ. in verb. iuſta. Barbat. in c. 1. de ferijs. Corſet. in ſing. in verb. pax. verſ. propter pacem habendam. Benedict. in c. rainutius. in verb. & vxorem nomine adelaſiam. deciſ. 2. n. 124. de teſtam.*

Quamuis tanta ſit auctoritas Papæ, vt etiam
4 ſi nihil de talibus cauſis dixiſſet, † tamen præſumeretur eum iuſtis de cauſis motum fuiſſe, & probabilibus, & veris, & non patientibus reuocationem *Cin. in l. reſcripta. C. de precib. imper. offerend. & in l. vlt. C. ſi contr. ius vel vtilitat. public. Abb. in c. quanto col. 3. verſ. ſit tamen de iure tutior. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. col. 19. verſ. quinta concluſio. de conſtitut. Socin. Iun. conſ. 140.*
5 *n. 38. lib. 2.* † vbi in propoſito noſtro arguit, quod ſi in diſpoſitione Papæ præſumitur iuſta cauſa, quamuis de ea nullum verbum fiat, multò magis erit dicendum, quando illas expreſſit, nec erit aliud quærendum, ſed eius diſpoſitioni parendum *c. propoſuit. de conceſſ. præbend. c. ob honorem. de auctorit. & vſu pall. Socin. Iun. conſ. 140. n. 70 & 41. lib. 2.*

Accedat, quod maritus ratificauit omnia, quæ Summus Pontifex diſpoſuit inter eũ, & vxo-
6 rem, † itaut non poſſit amplius reuocari, quod de eius voluntate factum eſt *Bald. in legallum. 109. ſi quidam prétè. ff. de liber. & poſthum. Barbat. in c. vlt. col. 5. de ſucceſſ. ab inteſt. Dec. in l. poſtquam liti. 42. n. 7. in*
7 *fin. C. de pact. Surd. conſ. 138. n. 8. lib. 1.* † Extante voluntate coniugum cum auctoritate Papæ, & iuſta cauſa, quod paſſim ita ſeruetur in ſimilibus matrimonijs *Rom. conſ. 345. n. 5. vſque ad 9. vbi Mandoſ. in verb. non poſſit. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. n. 43. de conſtitutionib.*

Amplius non ſolum apparet de approbatione, & ratificatione omnium, quæ Summus Pontifex conceſſit, ſed vlterius fuit ſuper prædictis per maritũ celebratus contractus cum
8 iuramento, & obligatione camerali, † in quo partes in executionem breuis Summi Pontificis deuenerunt ad conuentiones ſuper reſtitutione dotis, conſignando cenſum inſcentis 50. mille, & pro reſiduo promittendo fructus dotis, & alimenta ad rationem quinque pro centum, ex quo fuit ius quæſitum vxori tàm circa recuperationẽ dotis, quàm circa liberationem ab obſequijs matrimonialibus, itaut ſimus in diſpoſitione, quæ tranſiuit in contractum, cuius non datur am-
9 plius reuocatio, ligando quemcumq; † etiam Principem, nedum perſonam priuatam *l. inter. in c. nouit. vbi de iudicijs. Bald. in ſi quis ſe patris. C. vnde liberi. Roman. conſ. 436. n. 15. & conſ. 351. n. 16. vbi latiſſimè Mandoſ. in fin. in verb. maturè. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. n. 60. de conſtitution. Bertrand. conſ. 124. multæ ſunt cauſa. n. 7. lib. 2. par. 1. Dec. conſ. 44. & maturè col. penult. verſ. quarto iſta concluſio. & conſ. 689. viſo puncto. n. 5. Ruin. conſ. 25. n. 16. lib. 1. Ferretti conſ. 94. n. 3.*

Non obſtat, quod maritus prætendat læſionem. Quia de ea non conſtat, immo de contrario
10 apparet, † nam alimenta, & fructus dotis ſunt taxata ad quinque pro centum, cum tamen ex ſtatuto Vrbis taxari deberent eſſe ad ratam ſeptem cum dimidio; Præſertim quia ſumus in prouiſione facta pro bono pacis, & ad tollendas ſeditiones, & ſcandala, quo caſu non poteſt allegari aliqua læſio,
11 tanquam ſummum bonum, † & ſic inæſtimabile fuerit partibus acquiſitum *l. lucius. §. fin. ff. ad trebellian.* & in ſpecie notat *Benedict. in c. rainutius. in verb. mortuo itaque teſtatore. il 2. n. 233. in fin. verſ. præ-*
12 *terea fauore pacis. de teſtament. fol. 98.* † Et non ſufficere læſionem, ſed aliud plus eſſe probandum pro concedenda oris aperitione reſoluit *Rot. coram Card. Sacrato Romana cuſtodiæ 6. Martij 1606.*

Additur clauſula ſublata, & decretum irritans cum verbis ex certa ſcientia, ac matura animi deliberatione, & apoſtolica auctoritate, & motu proprio, ac alijs in breui conten-
13 tis, † ex quibus tollitur omnis prætenſa ſubreptio, & obreptio, & intentionis defectus, & quodcumque obſtaculum *Pariſ. conſ. 1. n. 75. vſque ad 84. lib. 4. Oldrad. conſ. 157. col. 1. Felin. in c. nonnulli. n. 44. de reſcript. Alex. conſ. 125. vol. 6. lib. 2. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 66. n. 26. iuxta c. ſi motu proprio. de præbend. in 6. c. ſi romanus. vbi gloſ. vlt. & ibid.*

ibid. Vitalin. n.44. eod. tit. Rot. decis.71.de
reſcript in antiq. Put. deciſ.386.n.3. lib 1.
Minus obſtat prætenſio ſuſtentationis familiæ,
& filiorum communium, Quia fructus dotis
vix ſufficiunt pro vxore, vltra æs alienum,
quo tenetur, & quod nihil percipit ex ſcutis
quindecim mille bonorum paraphernalium,
ſtante præſertim aſſignatione ſcutorum de-
cem millium pro complemento dotis pro-
miſſæ filiæ nuper in matrimonium colloca-
tæ, & maxima nobilitate, & præclariſſimis,
& regijs animi dotibus, quæ faciunt, vt am-
pliſſimi redditus, & prouentus debeantur,
14 Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti,† quia
mater non tenetur præſtare alimenta filijs,
niſi ſubducto patris ſubſidio l. ſi quis à libe-
ris. 5. §. vtrum. ff. de liber. agnoſcend. Cin.
Bart. Bald. & Alex. in l. alimenta. C. de
negot. geſt. Iaſ. in l.1. n. 28. vbi Crot. n.88.
Rip n. 79. ff. ſolut. matrimon. Surd. de ali-
15 ment. tit.1. q.14. n. 9. & 10. † Itaut ſi mater
præſtiterit alimenta filijs, poſſit illa repetere
à patre, & ab alijs, ad quos alendi onus ſpe-
ctabat etiam nulla facta proteſtatione l. ne-
ſennius. ff. de negot. geſt Ruin. conſ. 171. n.2.
lib.1. Natt. conſ. 108 n 7. Menoch. de arbi-
trar. caſ.88.n.23. Surd. de aliment. tit.7.q.8.
n. 1. vſque ad 6. Et ita ex prædictis fuit con-
cluſum cum liberatione vxoris ab omnibus
moleſtijs per maritum illatis.
Quo vero ad alterum dubium, de quo ageba-
tur in cauſa Romana pecuniaria dixi con-
ſtare de notorio grauamine per Iudicem il-
lato dum conceſſit executionem ex abrupto
abſque aliqua citatione partis, ſine vllo de-
creto, & abſque ſigillo, & manu notarij, &
pendente lite, & ſuperſeſſoria iudiciali, quod
16 tamen non poterat fieri, † ideo meritò de-
ferendum eſt appellationi quo ad vtrumque
effectum etiam ſi adeſſet clauſula appella-
tione remota, & etiam ſi eſſemus in caſibus,
in quibus de iure nõ retardaretur executio
Contard. in l. vnic. in fin q 16. n.8. cum
ſeq. C. ſi de momentan poſſeſſ poſt Abb. in
c. inter cæteras. col.1. de re iudicat. Felin. in
c. ſignificauerunt. n.12. de exceptionib. Ruin.
conſ. 82. n.1. lib. 5.
Neque obſtat, quod ſuperſeſſoria fuerit per Iu-
dicem reuocata, Quia huiuſmodi reuocatio
fuit circumducta per prorogationem fata-
lium bis factam in vim duarum commiſſio-
num, de quibus in actis, & per admiſſiones
17 multorum iurium ſimpliciter factas, † quæ
operatur effectum circumducendi omnia ge-
ſta, & in priſtinum ſtatum reponendi Felin.
in c. cum dilectus. n.19. verſ. & iudex. de
fid. inſtrument. Alex. conſ.72.n 7 lib.3. Pariſ.
conſ. 107. n.100. cum ſeq. lib.3. Gabr. conſ.
43. n.41. lib.1. Rot. deciſ.1. de teſtib. in nou.
& deciſ.1. de probat. in antiq. Cæſar de Graſſ.
deciſ. 11. n. 2. verſ. defectus autem. de ſen-
tent. excommunicat. Gonzal. qui multas de-
ciſiones Rotæ adducit ad reg. 8. in anno-
tation. contra nullitat. n. 124. vſque ad 128.
fol. 276.
Quæ adeo vera ſunt, vt procedant, quamuis
iura eſſent admiſſa cum illa proteſtatione,
ſeu clauſula abſque præiudicio actorum, &
reuocationis ſuperſeſſoriæ, ſeu citationis ad
ſententiam, vel concluſionis in cauſa, cum
18 ſimilibus, † Quia talis proteſtatio non iuuat,
cum ſemper omnia cenſeantur reuocata per
huiuſmodi admiſſionem iurium factam cum
dicta reſeruatione, prout voluit Rot. coram
R. P. D. Ortemberg. Romana pecuniaria
ſeu reſtitutionis in integrum. 15. Decem-
bris 1610. impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ.
19 tom.1. fol 1222. † recedendo à deciſione cõ-
traria prius facta in eadem cauſa coram eo-
dem die prima Iulÿ 1609. Ideo para aduerſa
debet appellare ab iſta admiſſione iuxta no-
tata per Felin. in c inter monaſterium. 23.
de re iudicat. cũ alijs de quibus per Doctor.
in c. cum m. ferrarienſis. de conſtitution. &
latius dicunt in d. deciſ.15. Decembris 1610.
20 vbi etiam, † quod cauti procuratores ita
obſeruant, & ita etiam comprobauit Rot.
coram R. P. D Penia Romana beneficÿ. de
qua in d. deciſ. 15. Decembris 1610. coram
R. P. D. Ortemberg. & latè dixi ſupr. c.428.
n.1. & ſequitur Beltram. ad Gregor. XV. de-
ciſ. 140 n. 17.
Neque obſtat, quod admiſſio iurium fuerit fa-
cta in iudicio deuolutiuo, Quia contrarium
eſt verius, cum Iudex illa admiſerit ſimpli-
citer, non obſtante proteſtatione partis, vt
21 illa non admitterentur, † niſi ſolum cum
clauſula ſine præiudicio obligationis came-
ralis, & proceſſus executiui, ac decretorum
factorum, & niſi in iudicio deuolutiuo, Vnde
cum ſimpliciter Iudex admiſerit reijciendo
iſtas reſeruationes, & exceptiones ac prote-
ſtationes, ſatis dicitur reuocationem ſuper-
ſeſſoriæ cum omnibus alijs actis circumdu-
ctam fuiſſe Rot. deciſ. 1. de teſtib. in nou. &
deciſ. 12. de renunciat. in antiq. cum alijs
deciſionibus adductis per Gregor. XV. Cæ-
ſarauguſtana dedicationis. 1. Martÿ 1610.
quæ in impreſſ. eſt deciſ. 457. n. 5. & deciſ.
140. n. 7.
Quod magis eſt in caſu noſtro, quia ſi Iudex vo-
luiſſet admittere iura in iudicio deuolutiuo,
non ſuſpẽſiuo, id expreſſiſſet, prout expreſſit
ab initio, Maximè cum per tot menſes par-
tes inſteterint pro ſententia ſimpliciter,
22 prout etiam † iura ſimpliciter admiſerunt,
cum tamen ſemper debuiſſent proteſtatio-
nẽ adhibere in quolibet actu iudiciali, nam
alias nunquam illa cenſetur reperita quid-
quid diuerſum ſit in extraiudicialibus Mo-
hed. deciſ. 44. ſeu 11. de iudic. Put. deciſ.
218. n.2. lib. 2. Caputaq. deciſ.403. n.2. p.2.
Rot deciſ.611. n.3. in fin. p.1. in recentior.
Nec facit, quod Iudex reuocando ſuperſeſſo-
riam abdicauerit à ſe iuriſdictionem, Quia
quando poteſt reponere, & mandare iterum
ſu-

ſuperſederi, prout etiam fecit in caſu noſtro, nunquam cenſetur abdicata iuriſdictio,
23 nam facultas † reuocandi iſtas interlocutorias conceditur à iure communi, & Iudex etiam inferior illas reuocat abſque reſcripto ſuperioris *Aim. conſ. 144. n. 20. poſt Abb. in c. cum dilectus. de fid. inſtrum. Alex. in l. quod iuſſit. col. penult. de re iudicat. Dec. in c. quoniam contra. col. 14. verſ. in gloſ. in verb. productores, de probat. Auffr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 14.*

Ex quibus tollitur obiectum, quod non detur
24 appellatio ab executione, † cum hoc habeat locum, quando Iudex ritè, & rectè procedit, ſecus ſi nulliter, & non ſeruatis ſeruandis, prout in caſu noſtro, nam tunc retardatur executio, vt dictum eſt *ſupr. n. 16. Cardin. Seraph. deciſ. 1346. in fin. n. 6. Rot. deciſ. 742. n. 1. in fin. p. 2. in recentior.*

E P I T O M E.

Reuocatio ſequeſtri tam tacita, quàm expreſſa quando operetur, vt poſſint conſignari bona ſub ſequeſtro accepta. ¶ Et quo caſu appellatio ſit concedenda ab illius reuocatione. ¶ Et ex quibus iniuſtitia eiuſdem ſequeſtri colligatur. ¶ Fideiuſſio ad omne mandatum Iudicis an debeat referri ad cauſam, pro qua fuit ſtipulata. ¶ Actus quando ſit præſumendus geſtus ex titulo præambulo, & in illius executionem. ¶ Iudex non admittens appellationem, niſi ſi & in quantum an cenſeatur illam admiſiſſe. ¶ Infamia an irrogetur ex cõdemnatione criminis priuati, ſicut publici. ¶ Et quando ad iſtum effectum debeat adeſſe dolus, & non ſufficiat lata culpa. ¶ Teſtis quam probationem faciat, ſi dicat ſe velle exponere corpus pro eo, ad cuius fauorem deponit. ¶ Iudex an poſſit cognoſcere de cauſa, in qua alias non habebat iuriſdictionem propter dependentiam, & connexitatem, & neceſſariam conſequentiam. ¶ Obligatio fideiuſſoris an ſit perempta variata cauſa, vel actione. ¶ Promittens reficere expenſas in caſu ſuccumbentiæ an teneatur ad eas, in quibus actor fuit condemnatus finita inſtantia. ¶ Attentata poſt inhibitionem an reuocentur, ſi conſtat de bono iure eius, qui prætenditur attentaſſe. ¶ Mandatum Iudicis exceſſiuum an ſit in totum nullum. ¶ Et an executio vigore illius facta debeat etiam in omnibus retractari. ¶ Principali ſublato quando tollantur omnia, quæ ab eo dependent. ¶ Teſtis depoſitio quo caſu ſit concordanda, ſi dixerit prius ſcire, & poſtea neſcire.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio fideiuſſoris, vel alterius perimitur variata cauſa, vel actione. n. 20 & 33.*

2 *Promittens reficere expenſas in caſu ſuccumbentiæ non tenetur ad eas, in quibus actor condemnatur perempta inſtantia.*

3 *Conſenſus requiritur, vt quis reincidat in nouam obligationem. & n. 18.*

4 *Renuncians non poteſt amplius redire ad iura per eum renunciata.*

5 *Sublato principali tolluntur omnia, quæ ab eo dependent tanquam eius contemplatione facta. n. 6. & 7.*

8 *Reuocatio ſequeſtri etiam tacita facit, vt ſequeſtratarius poſſit conſignare ea, quæ ſub ſequeſtro habuit. & n. 21.*

9 *Appellatio à reuocatione ſequeſtri non ſufficit, niſi etiam præcedat inhibitio Iudicis, cui fuit commiſſa cauſa talis reuocationis.*

10 *Iudex non admittens appellationem, niſi ſi & in quantum an cenſeatur illam admiſiſſe. & n. 11.*

12 *Fructus ſpectant ad dominum.*

13 *Iniuſtitia ſequeſtri ex quibus colligatur.*

14 *Attentatum non dicitur, ſi conſtat de bono iure illius, qui prætenditur attentaſſe poſt inhibitionem.*

15 *Factum iure permittente pœnã non meretur.*

16 *In correſpectiuis vno ſublato tollitur, & alterum.*

17 *Fideiuſſio ad omne mandatum Iudicis debet ſtrictè intelligi non excedendo cauſam, pro qua fuit ſtipulata.*

19 *Iudicium poſſeſſorium differt à petitorio, itaut fideiubens ſuper vno non cenſeatur fideiuſſiſſe ſuper alio.*

22 *Actus præſumitur geſtus ex præambulo titulo, & in illius executionem, maximè ad ad euitandum attentata. n. 23.*

24 *Teſtes magis probant, ſi depoſuerint ſuper eo, quod de iure præſumitur.*

25 *Cauſa propter quam quis condemnatur debet attendi.*

26 *Infamia non irrogatur ex condemnatione criminis priuati, ſecus publici.*

27 *In caſibus, in quibus fieret condemnatio propter priuatum delictum inducens infamiam requiritur, vt quis condemnetur ratione doli, non lata culpa.*

28 *Reſtitutio à ſententia condemnatoria reponit omnia in priſtinum, itaut nihil poſſit contra talem condemnatum opponi.*

29 *Teſtis, quamuis dicat ſe velle exponere corpus pro eo, pro quo deponit, probat cum non ſequatur, quod velit exponere animã.*

30 *Contrarietas non conſideratur in teſte, qui prius in interrogatorijs dixit ſcire, quamuis poſtea in articulis dicat neſcire.*

31 *Teſtium depoſitiones ſunt ad concordiam reducendæ.*

32 *Concordia in teſtibus reducitur ex ratione per eos expreſſa.*

34 *Iudex quis efficitur cauſa, quam alias non poſſet cognoſcere ratione dependentiæ, & connexitatis. Declara, vt n. 35.*

36 *Neceſſaria conſequentia qualis dicatur ad effectum, vt cauſa poſſit expediri per eum,*

qui

Digitized by Google

qui alias non poterat de illa iudicare.

37 *Iudex ſine iuriſdictione remanet merè priuatus. & n. 41.*

38 *Iuriſdictio delegati eſt debilior, & minus fauorabilis, quam ordinaria.*

39 *Iudices pedanei, & inferiores quando poſſint cognoſcere de cauſa ſtatus. & n. 40.*

42 *Executio debet fieri contra depoſitarium alicuius rei pro ipſa re, non pro pretio illius, niſi in defectum conſignationis, præuia liquidatione, & citatione partis. & n. 43.*

44 *Mandatum Iudicis exceſſiuum eſt nullum in totum, & non valet in parte.*

45 *Executio vigore decreti, & mandati exceſſiui eſt retractanda in omnibus tanquam proueniens ex radice infecta.*

46 *Iudex non poteſt alterare obligationem partium contra formam pacti, quod non debet extendi extra ſuos terminos tam reales, quàm temporales.*

CAPVT DCCCCLX.

SVfficiunt rationes latè in facto adductæ
pro reuocatione mandati, de quo agebatur in cauſa Romana fideiuſſionis, itaut nihil amplus ſit addendum, cum res nullam
patiatur difficultatem, adeo eſt clara iniuſtitia illius, verum vt ſatisfaciam parti ſo-
1 lum breuiter dicam, † quod omnis obligatio tam fideiuſſoris, quam alterius perimitur variata cauſa, vel actione *l. blanditus, 12. C. de fideiuſſorib. l. non à iudice. 64. de iudic. Rom. conſ. 110. circa primum. n. 1. & conſ. 270. n. 6. in fin. Natt. conſ. 202. n. 5. Roland. conſ. 58. n. 18. lib. 1. Ancbar. q. 15. n. 13. lib. 2. Surd. deciſ. 212. n. 2.* vbi ex hoc infert, quod obligans ſe pro alio de reficiendis ex-
2 penſis in caſu ſuccumbentiæ, † non tenetur ad expenſas, in quibus actor condemnatur perempta inſtantia *Bald. conſ. 106. in fin. lib. 2. Marſil. ſing. 313. Marant. de ordin. iudicior. membr. 8. p 6. n. 17.*

Quibus ſtantibus non poterat relaxari mandatum contra Liuium, cum illius obligatio de conſignando vinum, de quo agimus, fuerit facta in cauſa pendente coram Senatore, quæ erat diuerſa à nouo iudicio poſtea intentato ſuper reſciſſione contractus vineæ, in quo Iudex deputatus non poterat cogere eumdem Liuium, cum nullam haberet in eo iuriſdictionem, ex quo enim Liuius fuit ſemel
3 liberatus, † cum in cauſa, in qua fideiuſſit pars ſuccubuerit, non poteſt reincidere in nouam obligationem, & in nouo iudicio, niſi eiuſdem conſenſus nouiter interueniat, tanquam ſit ei ius quæſitum ſtatim lata ſententia, poſt quam non poteſt ei aliquo modo tale ius auferri ex interuallo, Contraria enim procedunt, quando eſſemus in eodem actu, & eodem tempore *Socin.* in ſpecie *conſ. 91. n. 7. & per tot. lib. 4. poſt Io. de M. Sperell. in l. fin. ff. de pact.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, in quo apparet, quod Aduerſarij renunciarunt expreſsè primo iudicio per eos intentato, in quo fuit facta obligatio per Liuium de conſignando
4 vinum ad omne mandatum Senatoris, † per quam renunciationem veniunt renunciata omnia, quæ occaſione eiuſdem iudicij fuerunt celebrata, itaut ad illa non detur amplius regreſſus *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. l. herennius. in princ. ff. de euictionib. Aim. conſ. 24. n. 4. & conſ. 290. n. 2. Menoch. conſ. 1. n. 209. Surd. conſ. 133. n. 1.*
5 *lib. 2.* † Tanquam ſublato principali, tollantur omnia, quæ ab eo dependent *l. qui liberis. ff. de vulgar. & pupill. Dec. in l. cum principalis. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 93. n. 1. lib. 1.*

Prout regulariter pactum, tranſactio, renunciatio, & ſimilia geſta ſuper negotio principali trahuntur ad ſingula acceſſoria, & de-
6 pendentia ex illo, † tanquam eius contemplatione facta, itaut ſtatutum in vno, cenſeatur quoque diſpoſitum in alio, adeo vt etiam mutet naturam ſuam, & aſſumant naturam principalis *l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. vt legat. nom. caueat. l. ſub conditione. §. vlt. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. Crot. conſ. 61. n. 28. Alex. in l. lecta. notab. 7. ff. ſi cert. petat. Surd. conſ. 217. n. 18. & 19. lib. 2.*
7 vbi etiam, † quod dicitur actus correſpectiuus tanquam factus contemplatione iudicij intentati *Aleiat. conſ. 149. n. 1.*

Additur reuocatio ſequeſtri, & inhibitionis obtenta ſeruatis ſeruandis, & parte citata cum licentia aſportandi vinum conceſſa ab eodem Senatore, ad cuius mandatum illud erat conſignandum, qua reuocatione ſtan-
8 te, † & oſtenſa illius fide, potuit Liuius tradere vinum, quod ſub ſequeſtro habuit, neque in hoc dicitur aliquid attentaſſe, etiam quod renunciatio fuiſſet tacita, ne dum expreſſa, prout eſt in caſu, de quo agimus *Rot. deciſ. 1. alias 138. ſi appelletur. de offic. delegat. in nou. Lancellott. de attentat. poſt inhibition. n. 1. vſque ad 7. fol. 398.*

Neque obſtat, quod fuit appellatum à dicta
9 reuocatione inhibitionis, & ſequeſtri, † Quia appellatio non ſufficit, niſi etiam Iudex, cui fuit commiſſa cauſa talis reuocationis, inhibuerit, de qua inhibitione non conſtat in caſu noſtro, cum reuocatio fuerit facta 30. Octobris, Capitaneus autem inhibuerit 7. Nouembris, de quo tempore iam fuerat aſportatum vinum, & res non erat amplius integra, prout etiam fuit proteſtatum coram Capitaneo, vnde ceſſante tali inhibitione non poteſt aliquid imputari Liuio, qui conſignauit vinum ei, cui Iudex præuia reuocatione inhibitionis, mandauit *Rot. deciſ. 1. de offic. delegat. in nou. & deciſ. 65. poſt med. de appellationib. in nou.*

Nec facit, quod fuit appellatum corā Senatore à dicta reuocatione inhibitionis, & licet

idem

idem appellationem non admiſerit niſi ſi &
10 in quantum, † Tamen habetur pro admiſſa
Luc. Pet. in prax. lib. 5. c. 2. n. 10. Quia hoc
nihil officit Liuio, cum ſatis ei fuerit, poſt
viſam reuocationẽ inhibitionis parere man-
dato Iudicis iubentis conſignationem vini
faciendam eſſe non obſtante ſequeſtro, tan-
quam non ſit in culpa, cum viderit impedi-
mentum ſublatum, nec ſciat, quod fuit ap-
pellatio Interpoſita *Rot. deciſ. 65. in fin. de
appellat. in nou.*

Præterea huiuſmodi clauſula non admiſit niſi ſi
& in quantũ operatur hunc effectũ, vt ſi cau-
11 ſa appellationis ſit rationabilis† cẽſeatur ad-
miſſa appellatio, ſecus ſi non ſit rationabilis,
quia tunc Iudex à quo fuit appellatum per-
ſeuerat in ſua iuriſdictione *Oſaſc.* latè *deciſ.
5. n. 9. & 10. & deciſ. 130. n. 1. poſt Dec. in
c. oblatæ. in 2. notab. de appellat. Felin. in
c. cum contingat. n. 13. de offic. delegat. Ruin.
conſ. 61. n. 27. lib. 5. Socin. Iun. conſ. 18. n. 16.
lib. 1. Rom. conſ. 501. col. 2.*

In caſu autem noſtro clarè apparet, quod
appellatio à tali reuocatione inhibitionis
non erat admittenda, quia nullum fuit
illatum grauamen, cum iuſtiſſimè Iudex
fecerit reuocando inhibitionem, & ſeque-
ſtrum, quod nullo modo potuit concedi,
12 per illud enim † fuit de facto priuatus em-
ptor vineæ ſua poſſeſſione, ad quem vti do-
minum ſpectabant fructus *l. herennini. ff. de
vſur. l. 1. & 2. C. de pignorat. act. Cephal.
conſ. 63. n. 3. lib. 1. & conſ. 215. n. 49. lib. 2.*
Cum potius eſſet in eadem poſſeſſione ma-
nutenendus, prout poſtea talem manuten-
tionem obtinuit, quam Aduerſarius appro-
13 bauit renunciando liti, & cauſæ, † itaut ab
iſto euentu demõſtretur iniuſtitia ſequeſtri,
& rectitudo illius reuocationis, & nullitas
appellationis *Oſaſc. deciſ. 5. n. 10. poſt Spe-
culat. de appellat. §. 2. n. 26. cum ſeq.*

Et faciunt, quæ paſſim per Doctores admittun-
tur, quod nunquam dicitur attentatum,
quando conſtat de bono iure illius, qui præ-
14 tenditur poſt inhibitionem attentaſſe, † nam
etiam ſi hoc caſu non fuiſſet actu reuocata
inhibitio, tamen ſufficit, quod de iure eſſet
reuocanda *Lancellott. de attentat. poſt in-
hibit. limit. 2. n. 8. vſque ad* 13. vbi quod
paſſim ita ſeruatur in *Rot.* iuxta *l. prætor ait.
in princ. vbi Gloſ. in verb. deberet. ff. de
nou. oper. nunciat. l. 1. in princ. ff. eod. tit.*
15 Et quidquid ſit † non poteſt Liuius moleſtari
cum ſeruatis ſeruandis cõſignauerit vinum,
& nulla culpa poteſt ei adſcribi de eo, quod
iure medio, & de mandato Iudicis geſſit *l. 3.
C. de confirm. tut. l. vnic. C. de expenſ. pu-
blic. ludor. lib. 11. l. gracchus. 4. C. ad leg.
iul. de adulter. l. ſancimus. la 1. quæ eſt 25.
C. de adminiſtr. tut. l. nemo damnum. 194.
ff. de regul. iur. l. 1. ff. de his quæ pro non
ſcript. c. inde. in fin. 26. diſtinct.*

Et ita ex prædictis fuit Liuius abſolutus à pe-
titis, & cum iterum opponeretur contra
talem ſententiam abſolutoriam, quamuis
nihil noui fuerit adductum, Tamen dicebam
illam eſſe confirmandam ex rationibus alias
allegatis, & præſertim, quia idem Liuius non
poterat conueniri pro conſignatione vini, de
quo agimus, Etenim illius obligatio fuit fa-
cta in cauſa manutentionis poſſeſſionis vi-
neę, in qua Aduerſarius nõ ſolum ſuccubuit,
16 ſed illi expreſsè renunciauit, † adeo vt om-
nia geſta in tali iudicio euanuerint, tãquam
correſpectiua ad iudicium intentatum, quo
ſublato tolluntur omnia illius contempla-
tione facta *Surd. conſ. 93. n. 1. lib. 1. & conſ.
217. n. 18. & 19. lib. 2.* Maximè in materia
fideiuſſionis, quæ licet ſit ad omne manda-
17 tum Iudicis, † Tamen ſtrictè eſt interpretan-
da reſpectu cauſæ, pro qua fuit ſtipulata,
itaut eamdem cauſam non excedat, nec ad
aliam ſit trahenda *Maſtrill.* in ſpecie *deciſ.
126. n. 17. & 18. lib. 2. poſt Gabr. conſ. 181.
n. 4. lib. 1. Eugen. conſ. 2. n. 25. & 46.* benè
Surd. deciſ. 212. n. 2. Anchar. q. 15. n. 13. in fin.

Cum ergo per renunciationem iudicij inten-
tati, & in quo pars ſuccubuit, iam fuerit ac-
quiſitum ius Liuio fideiuſſori, vt cenſeatur
liberatus ab obligatione per ipſum facta,
non poteſt reincidere in nouam obligatio-
18 nem, † & In nouo iudicio penitus diuerſo,
niſi eiuſdem conſenſus nouiter interueniat
tanquam ſit ei ius quæſitum ſtatim lata ſen-
tentia, & renunciatione ſecuta, poſt quam
non poteſt ei amplius tale ius auferri ex in-
teruallo, vt dictum eſt *ſupr. n.* 3. & notat
etiam *Anchar. q. 15. n. 9. lib. 2.*

Maximè, quia primum iudicium, cui pars re-
nunciauit, & in quo ſuccubuit, erat penitus
19 diuerſum à iudicio poſtea intentato, † cum
illud eſſet ſuper poſſeſſorio, iſtud autem ſu-
per petitorio *l. naturaliter. 12. §. nihil com-
mune. ff. de acquir. poſſeſſ.* Vnde multò mi-
nus fideiubens ſuper negotio poſſeſſionis te-
nebitur ſuper cauſa proprietatis diuerſa, &
nihil commune habente cum poſſeſſione
Franc. deciſ. 402. n. 3. 19. & 20. p. 4. iuxta
*l. non à iudice. §. 1. ff. de iudic. l. ſi vnus. §.
ante omnia. ff. de pact. l. 3. ff. iudicat. ſolu.
Roman. conſ. 110. n. 1. & conſ. 270. n. 6. in
20 fin. Roland. conſ. 58. n. 18. lib. 1.* † Itaut etiam
quælibet minima mutatio faciat iſtas fide-
iuſſiones expirare *Franc. deciſ. 601. n. 9. p. 4.*

Et quamuis hoc ſolum ſufficiat pro abſolutio-
ne Liuij à petitis, tanquam illius obligatio
ſit extincta ex ſupra allegatis, Nihilominus
additur conſignationem vini fuiſſe per eum
21 legitimè factam, † ſtante mandato Iudicis
iubentis illum conſignari præuia reuocatio-
ne ſequeſtri, & inhibitionis obtenta ſeruatis
ſeruandis, ob quam non poteſt dici aliquid
attentatum per depoſitarium, vt dictum eſt
ſupr. n. 8. quibus additur *Put. deciſ. 148.
lib. 3. Rot. coram R. P. D. Robuſterio Ro-
mana vinea. 23. Iunij 1581. quæ eſt de-
ciſ.*

ciſ.641.n.11.p.1.diuerſ. Prout dicimus de dilatione, qua pendente nihil eſt innouandum *l. ſiue pars. C. de dilation. c. ſignificante. de appellat.* ſecus ſi illa eſſet reuocata *Lancellot. de attent. dilat. pendent. limit. 2. n. 12. fol. 173. poſt Franc. in c. ſignificante. n. 20. de appellat.* ſiue ſimus in reuocatione tacita, ſiue expreſſa, prout eſt illa, quæ reſultat ex remiſſione cauſæ, quam Iudex appellationis à grauamine farit pronunciando malè appellatum, & benè iudicatum per Iudicem à quo, tunc enim inhibitio emanata à Iudice ad quem, per talem pronunciationem, & remiſſionem, videtur tacitè ſublata, & reuocata *Rot. deciſ. 65. alias 461. ſi appelletur. ad fin. de appellat. in nou.*

Conſtat autẽ de conſignatione vini facta iuxta
22 reuocationẽ inhibitionis, † cum iſtud à iure
præſumatur, ſecundum quod quilibet actua
præſumitur geſtus ex præambulo titulo, &
in illius executionem, cũ relatione ad cau-
ſam, quæ anteceſſerat *l. 1. §. 1. ff. de except.*
rei iudicat. Bart. in l. cum ſolus. col. fin. ff.
de vſucapionib. Natt. conſ. 508. n. 31. Felin.
in c. ſi cautio. n. 14. fallent. 12. de fid. in-
ſtrument. cum alijs per *Surd. conſ. 19. n. 19.*
23 *vſque ad 28.* † vbi quod maximè procedit ad
euitandum delictum, prout in caſu noſtro, ne
dicatur attentatum, ideo dicetur factum
ex cauſa neceſſaria, non voluntaria *l. fin. C.*
de alim. pupill. præſtand. Aim. conſ. 149. n. 12.

Et vltra præſumptionem iuris, fuerunt etiam
examinati teſtes, qui rectè probant talem
conſignationem vini fuiſſe factam in vim de-
creti Iudicis reuocantis inhibitionem, vt
latius oſtenditur in facto ſecundum depoſi-
tionem primi, & ſecundi teſtis iuxta 7. *in-*
terrog. Qui teſtes etiam clarè deponunt ſu-
per identitate, & quantitate vini conſignati,
& prius in depoſitum accepti, cum expreſ-
ſione temporis, & licentia Iudicis, ac alijs de
quibus in reſponſione ad articulos, prout
24 plenius in eodem facto, † qui teſtes magis
probant, tanquam deponant ſuper eo, quod
de iure præſumitur *Bald. in l. ob carmen.*
§. vlt. de teſtib. Abb. in c. auditis. col. 4. de
præſcription. Anchar. conſ. 254. in fin. Dec.
conſ. 448. vis tota propoſita. n. 11.

Non obſtat prætenſa infamia, & truffa oppoſita
primo teſti, Quia illa non probatur, cum
non poſſit dici infamis, qui pignorauit ex
neceſſitate vxoris ægrotantis quædam bona
ſibi ab amico relicta, quæ ſtatim fuerunt ei-
dem reſtituta, & potius hæc cauſa dicitur
ciuilis, quam criminalis, pro qua licet etiam
25 fuiſſet criminaliter actum, † & ſecuta con-
demnatio, tamen illa non conſideratur tan-
quam debeat attendi cauſa propter quam
quis condemnatur *l. ictus fuſtium. 22. ff. de*
his, qui notant. infam. l. 3. in princ. ff. de
crim. ſtellion. l. ſi legatarius. ff. de dol. l. in-
famem. & l. vlt. ff. de pub. iudic. l. 1. in fin.
ff. de interrogator. action. l. ſi confeſſus. ff. de
cuſtod. reor. Maximèque quia ſumus in condem-
nato ex crimine priuato, quod non irrogat
26 infamiam, † Contraria autem procedunt in
crimine publico *l. infamem. ff. de public.*
iudic. Clar. in §. fin. q. 72. verſ. damnatus.
Farinac. de delict. & pœn. q. 18. n. 8. & 9. &
de oppoſit. contr. perſon. teſt. q. 56. n. 7. vſque
ad 10. Cum etiam in caſibus, in quibus fieret
condemnatio propter priuatum delictum
27 inducens infamiam, † requiratur, vt quis
condemnetur ratione doli, qui non adfuit
in caſu noſtro propter neceſſitatem pigno-
rationis, vt dictum, eſt, cum lata culpa in
hoc non ſufficeret, vt poſſet quis incurrere
infamiam ex tali condemnatione *Idem Fa-*
rinac. d. q. 56. n. 13. poſt Gloſ. in l. 1. ff. de
his qui notant. infam. Aret. in §. ſuſpectus
inſtit. de ſuſpect. tutorib. Plot. de in lit. iu-
rand. n. 796. alias §. 50. n. 6. Maximè, quia
ſumus in perſona reſtituta à præfata cõdem-
28 natione, † quæ reſtitutio reponit omnia in
priſtinum, itaut nihil poſſit contra eum ali-
quid amplius opponi *l. 1. C. de ſentent. paſſ.*
l. vlt. § fin. C. eod. tit. l. quod ſi minor. §. re-
ſtitutio. ff. de minorib. Bald. conſ. 321. n. 4.
lib. 4. Gail. obſeruat. 61. n. 14. lib. 2.

Nec facit alia oppoſitio maximæ amicitię, cum
teſtis dicat ſe expoſiturum corpus ſuum in
occurrenti caſu pro ſeruitio illum produ-
centis, Quia teſtis non dixit hæc verba re-
ſpectu omnium, quos nominauit, ſed ſolum
in particulari *per lui,* ideſt pro procurato-
re, & ſic non pro eo, qui eum induxit in te-
29 ſtem, † Et quatenus etiam dixiſſet *per loro*
in plurali, Tamen nihil obeſt, neque ex hoc
redditur inutilis depoſitio teſtis, quamuis
enim dicat ſe velle exponere corpus ſuum
pro amico, non tamen ſequitur, quod velit
exponere animam deponendo falſum ad fa-
uorem ipſius *Alex. conſ. 88. n. 14. & 15. lib. 5.*
Farinac. de teſtib. q. 55. n. 236. Aemilian. in
verb. teſtis amicus. n. 17.

Nec aduerſatur contrarietas oppoſita, quod
vnus teſtis dicat Liuium nihil dixiſſe præter
illa verba *portate via il vino ſequeſtratomi,*
cum tamẽ alter dicat de alijs verbis, & quod
30 nihil dixit, † Quia iſta non ſunt contraria,
cum intelligantur, quod nihil ſcit, præter ea
quæ dixit *Bart. in l. de ætate. n. 11. verſ. nunc*
ad propoſitum. ff. de minorib. Aret. in c. cum
tu. vbi Felin. n. 3. de teſtib. Gabr. de crimi-
nalib. concluſ. 29. n. 36. Rot. diuerſ. deciſ. 141.
31 *n. 10. p. 2.* † Cum ſemper depoſitiones teſtium
ſint concordandæ *Bald. in c. præterea. n. 10.*
de teſtib. Roland. conſ. 11. n. 34. lib. 3. Card.
Seraphin. deciſ. 241. n. 3. cum alijs adductis
ſupr. c. 797. n. 31.

Minus obſtat, quod teſtes ſint contrarij, cum
vnus deponat adeſſe vinum rubei, & albi co-
loris, quod ab alio teſte negatur, qui depo-
nit ſolum de vino albo, Quia per eumdem
teſtem ſubditur, quod aderat moſtatura, quæ
tendit in colorem rubeum, vnde bene depo-

ſuit alter teſtis dicendo adeſſe vinum rubeũ,
& album, cum reſpectu moſtaturæ poſſit dici
32 rubeum, vt alius teſtis declarauit, † adeo vt
nulla diuerſitas, & contrarietas in talibus
teſtibus poſſit conſiderari, tanquam ex ra-
tione expreſſa reducantur ad concordiam
*Bart. in l. labeo. ff. de ſupellect. legat. Bald.
in l. apud antiquos. 21. n. 1. in fin. C. de furt.
Alex. conſ. 185. n. 5. lib. 7.*

Cætera non indigent reſpõſione, quia omnibus
fuit reſponſum, & præſertim ad illud, quod
iterum opponitur, quod perempta inſtantia
non ſit extincta obligatio fideiuſſoris, cum
oſtenſum fuerit contrarium eſſe verius, vt di-
33 ctum eſt *ſupr. n. 1. & 20.* † quibus additur
*Bero. conſ. 14. n. 6. lib. 3. Bertrand. conſ. 171.
n. 5. lib. 1. Menoch. conſ. 212. n. 21. lib. 3.
Tennin. cautel. 78. Aſin. in prax. §. 2. c. 13.
n. 33. & 34. Carpan. ad cõſtit. Mediolan. c. 44.
n. 68. & c. 111. n. 80.* cum alijs per *Hering.
de fideiuſſorib. c. 20. §. 20. n. 1. cum ſeq.* Et
eſt *tex.* clarus in *l. 2. ff. iudicat. ſolu. Theſaur.
deciſ. 202. n. 12. Franc. deciſ. 601.
n. 9. par. 4.*

In eadem cauſa fuit firmata exaduerſo conclu-
ſio, quod ratione dependentiæ, & connexi-
34 tatis quis efficitur Iudex cauſæ, † quam alias
non poſſet cognoſcere *Surd. conſ. 280. n. 12.
lib. 2. poſt Bart. in l. ſolemus. ff. de iudic.
Caſtr. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui
ſatiſd. cogant.*

Verum iſta procedunt, quando Iudex deputatus
in vna cauſa principali non poſſet illam co-
gnoſcere, niſi excuſſa incidenti, tunc enim
ratione iſtius neceſſitatis ſiue antecedentis,
ſiue conſequentis poterit cognoſci per Iudi-
cem quidquid ad dictam cauſam incidenter
pertinet, quia ſi permiſſum non poteſt pro-
35 cedere ſine prohibito, † tunc quod non licet
directè, licebit per conſequentiã, cum aliud
ſit, quando prohibitum non ſequitur neceſ-
ſariò ad permiſſum, nam tunc quod non li-
cet directè, neque licitum erit per conſe-
quentiam *Bart. in l. 1. n. 1. ff. de auctor. præ-
ſtand. & in l. 1. n. 2. C. ſi à non compet. iudic.
Bald. in l. quoties. 3. n. 1. vbi Iaſ. n. 1. ad
36 med. C. de iudic.* † qui omnes conſiderant
iſtam neceſſariam conſequentiam ad iſtum
effectum, vt cauſa poſſit expediri, & ne illius
continentiæ diuidantur, & quia iſtud inci-
dens eſt de appendicijs cauſæ principalis, &
illi deſeruit, prout etiam latè comprobat
*Surd. conſ. 42. n. 17. vſque ad 20. lib. 1. Boſſ.
de for. compet. n. 117. vſque ad* 121.

In caſu autem, de quo agimus, non adeſt iſta
neceſſitas, neque ſumus in incidenti, ſine quo
Iudex non potuiſſet de cauſa ſibi commiſſa
cognoſcere, quia fuit introductum nouum
iudicium inter diuerſas perſonas non com-
prahenſas in ſententia, itaut nulla poſſit con-
37 ſiderari iuriſdictio Iudicis, † ſine qua reman-
ſit merè priuatus, & per conſequens omnia
per eum geſta ſunt nulla *c. cum dilecta. de
reſcript. c. cui. de præbend. in 6. c. piſanis.
de reſtit. ſpoliat. Gloſ. in c. cum in plures.
de offic. deleg. in 6. Abb. in c. cauſam. col. 3.
in fin. de re iudic.*

Maximè, quia ſumus in Iudice delegato, cuius
38 iuriſdictio eſt longè debilior, † & magis ſtri-
cta, & minus fauorabilis, quam ordinaria
*Archid. in c. ſi quis epiſcopus. 1. q. 6. Bald.
in l. vt proponis. la 1. verſ. ſed hic dubitatur.
C. quom. & quand. iud. Alex. in rubr. ff. de
offic. eius. col. 1.*

Et minus iſta neceſſitas poteſt conſiderari in
caſu noſtro, quia non fuit impedita iuriſdi-
ctio delegata ipſi Iudici, qui poterat cau-
ſam expedire abſque aliquo impedimento,
neque enim ſuperuenit incidens neceſſariũ,
quod facit, vt iuriſdictio extendatur ad il-
lud, quod abſque tali neceſſitate non poterat
39 cognoſcere, † prout exemplificant Doctores
in Iudicibus pedaneis, & inferioribus, qui
non poſſunt cognoſcere de cauſa ſtatus *l. 2.
C. de pedan. iudic.* Tamen ſi eis fuerit com-
miſſa cauſa hæreditatis, & pendente lite op-
ponatur actori, quod ſit ſeruus, poterunt
tales Iudices de huiuſmodi cauſa ſtatus co-
40 gnoſcere, † quia ſi de ea non daretur illis co-
gnitio, non poſſent in negotio principali iu-
dicare, ideo tanquam incidens neceſſarium
venit ſub tali commiſſione, quamuis alias
principaliter de ea iudicium non ſubſiſteret
*l. quoties. vbi Iaſ. n. 1. & 2. C. de iudic. Felin.
in c. cum ſit generale. col. antepenult. in
fin. verſ. primo ratione incidentia. de for.
competent.*

Et quoniam in facto præſupponitur, quod Iu-
dex non fuit deputatus in cauſa, in qua erat
præſtita fideiuſſio, ſed in pœnitus diuerſa à
41 reſtitutione depoſiti, † & vini, de quo agitur,
Ideo non eſt tractandum de iuriſdictione,
cum illa non exiſtente nullum ſit iudicium
c. cum in iure. de offic. deleg. Maximè, quia
ſumus in iuriſdictione delegata, quæ eſt ma-
gis ſtricta, & minus fauorabilis, quàm ordi-
naria, vt dictum eſt *ſupr. n. 38.* & notat
etiam *Vant. de nullit. defect. iuriſdict. de-
legat. n. 1.*

Ceſſante igitur iuriſdictione, non eſſet aliud
quærendum, ſed ex abundanti etiam addi-
tur nullitas mandati, & executionis, nam
Liuius eſt ſolum obligatus de conſeruando,
& conſignando vinum ad omne mandatum
Senatoris, vnde erat citandus ad faciendam
talem conſignationem vini penes eum depo-
42 ſitati, † pro qua ſe obligauerat, & pro tali
conſignatione executio debebat fieri, non
autem pro ſolutione ſcutorum ducentum
pro pretio dicti vini, quod non fuit liquida-
tum, prout erat liquidandum in defectum
conſignationis vini, itaut hoc negotium li-
quidationis ſit diuerſum à negotio princi-
pali, nec dicatur executiuum *Menoch. de
adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. n. 71.* Et non poteſt
dici perfectè liquidum, niſi præuia citatione
partis

Digitized by Google

partis fuerit facta declaratio, & liquidatio *Bald. in l. item quia. in 2. lect. n. 1. ad fin. ff. de pact. Card. Mantic. deciſ. 221. n. 9.*

Maximè, quia præſupponitur, quod mandatum relaxatum contra Liuium ſit de conſignando vinum, ſin autem ſcuta ducentum pro pretio vini, vnde prius debebat præcedere diſcuſſio an vinum poſſet conſignari, qua conſignatione non facta, loco illius veniebat pretium eiuſdem vini, & cum fuerit facta executio pro ſcutis ducentum, illa eſt
43 exceſſiua, † cum præſertim Iudex non potuiſſet decernere mandatum pro conſignatione vini, ſin autem pro ſolutione ſcutorum ducentum pro pretio vini, nam vt diximus, iſta additio pretij in defectum conſignationis vini fuit facta abſque citatione partis, & ſine vlla liquidatione, quæ erat neceſſaria ad effectum ſciendi verum valorem vini, & ad hoc, vt Liuius teneretur ad intereſſe prætenſum, tanquam illa ſemper debeat præcedere executionem *Caſtr. conſ. 169. viſo puncto & dubio. ad fin. lib. 2. Aim. conſ. 164. n. 2. Natt. conſ. 27. n. 4. Rot. deciſ. 165. in fin. par. 2. in recentior.* cum alijs per *Oſaſc. deciſ. 129. n. 6. & 7.*

Neque tale mandatum Iudicis poteſt ſuſtineri in parte, Quia eſt in totum exceſſiuum, &
44 nullius roboris, † tanquam indiuiduum, itaut non ſufficiat, quod fuerit conceſſum partim ex vera, partim ex falſa cauſa *l. ſi non ſortem. §. ſi centum. vbi Bart. n. 6. Caſtr. n. 2. Iaſ. n. 1. ff. de condict. indeb. Florian. in l. in hoc iudicio. n. 4. ff. famil. erciſc. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. n. 8. Socin. n. 29. Dec. n. 4. ff. ſi cert. pet.* cum alijs latè
45 per *Rot. deciſ. 630. n. 3. p. 2. in recent.* † vbi etiam quod omnia poſtea executa vigore huiuſmodi decreti, & mandati ſunt penitus nulla tanquam prouenientia ex radice infecta *Rot. coram R. P. D. Iuſto Romana Spolij bonorum 11. Februarij 1606. & coram R. P. D. Buratto Romana Spolij. 9. Maij 1614.*

Neque obſtat obligatio cameralis, Quia per eam non potuit obligatus condemnari ad intereſſe vini, niſi præuia liquidatione, vt
46 dictum eſt, † ideo non poterat in mandato, ſeu decreto alterari talis obligatio contra formam conuentionis, quæ ad vnguem erat ſeruanda, neque poterat trahi aut extendi extra ſuos terminos tam reales, quàm temporales *Bald. in c. venerabilem. n. 15. in fin. de elect. Socin. conſ. 64. n. 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 20. n. 55. lib. 1. Gardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 15. n. 4. & 5.*

E P I T O M E.

FAlſitas cauſæ quando reddat inualidam obligationem mulieris etiam factam cum ſolemnitatibus ſtatutarijs. ¶ Vxor an poſſit retinere omnia bona mariti, donec ſibi ſoluatur ſuum creditum dotale. ¶ Statutum Vrbis an habeat locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi poſſet. ¶ Priuilegia quo caſu conquaſſentur inter priuilegiatos, tam ſi tractetur de damno, quam lucro, & tam in priuilegiatis in ſpecie, quam in genere. ¶ Et quando recurrendum ſit ad ius commune. ¶ Clauſula conſtito an faciat executorem mixtum. ¶ Obligatio mulieris cum viro an ſubſiſtat, quamuis fateatur pecuniam ad ſe perueniſſe, & illam verſam in ſui vtilitatem. ¶ Et quid ſi talis confeſſio ſit facta in figura iudicij. ¶ Præſumptio vna quando tollatur per aliam. ¶ Periti an præferantur teſtibus in materia æſtimationis. ¶ Cultura vineæ dotalis an ſpectet ad vxorem, ne detrimentum patiatur in dote ſuper ea hypothecata. ¶ Et quando intereſſe ſecundarium debeat attendi.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum* Vrb. lib. 1. c. 151. *habet locum in omnibus contractibus in quibus mulier lædi poteſt.*

2 *Fideiuſſio eſt de ſui natura læſiua.*

3 *Vxor fideiubens pro viro præſumitur ab eo ſeducta.*

4 *Falſitas cauſæ reddit nullam obligationem mulieris, quamuis in ea interuenerint ſolemnitates ſtatutariæ. n. 5. & 24.*

6 *Iudex non poteſt exequi mandatum ſuper rebus datis in ſolutum mulieri anteriori pro ſua dote, niſi prius de ea fuerit ſatisfacta.*

7 *Vxor poteſt retinere omnia bona mariti, donec ſibi ſoluatur ſuum creditum dotale. Declara, vt n. 8.*

9 *Clauſula conſtito requirit iudicialem indaginem, & facit executorem mixtum.*

10 *Forma reſcripti eſt ſeruanda, alias Iudex nulliter procedit.*

11 *Periti præferuntur teſtibus in materia æſtimationis.*

12 *Solutio extinguit omnem obligationem, qua ceſſante, ceſſat etiam hypotheca.*

13 *Priuilegia quando conquaſſentur inter mulieres, & alios priuilegiatos hinc inde contrahentes. Et quid ſi tractetur de damno, ſeu lucro, & vnus ſit priuilegiatus in ſpecie, & alter in genere. n. 16. 17. 18. 26. 27. & 29.*

14 *Mulier quamuis fateatur pecuniam ad ſe perueniſſe, & illam in eius vtilitatem verſam fuiſſe, faciendo ſe debitricem cum viro, nihilominus dicitur pro eo fideiubere. Intellige, vt n. 15.*

19 *Præſumptio in ſpecie tollitur per præſumptionem in genere.*

20 *Obligatio vxoris cum viro pro pecunijs acceptis pro cultura vineæ an ſubſiſtat, ne ipſa detrimentum patiatur in ſua dote, & an hoc intereſſe ſecundarium attendatur. n. 21. & 23.*

22 *Confeſſio mulieris de pecunia recepta, & conuerſa in ſuam vtilitatem valet, quando eſt facta in figura iudicij, ſecus ſi fuerit voluntaria.*
25 *Decretum eſt ipſo iure nullum, ſi conſtat de falſitate cauſæ expreſſè, ſeu tacitè.*
28 *Priuilegiatus ſi non poteſt concurrere cum priuilegiato recurritur ad ius commune.*

CAPVT DCCCCLXI.

NVllitas obligationis, de qua agebatur in cauſa Romana prætenſæ adiudicationis eſt clara ob defectum ſolemnitatum
1 requiſitarũ per *Statut. Vrb. c. 151. lib. 1.* † quod habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi poteſt *Put. decis. 162. n. 2. lib. 1. Creſcent. decis. 3. de conſtitutionib. Rot. coram Gregor. XV. decis. 333. n. 1.* & ibi latè *Beltram. n. 9.* vbi etiam ampliat in contractu, in quo non ſolum directè, ſed etiam indirectè poteſt cadere læſio *Rot. decis. 114. n. 2. p. 2. in recentior. & decis. 592. n. 1. in fin. p. 1. etiam in recentior. & decis. 433. p. 4. diuerſ.*
Dicitur autem læſa Catherina tanquam fideiuſſerit pro marito, cum contractus fideiuſ-
2 ſionis † ſit de ſui natura læſiuus *l. 1. C. de filiofam. minor. l. ait prætor. §. 1. ff. de minorib. Socin. Iun. conſ. 47. n. 2. cum ſeq. lib. 3.*
Qui contractus magis in muliere reprobatur
3 pro marito, † tanquam ab eo præſumatur ſeducta *Bald. conſ. 5. n. 1. lib. 5. Rot. coram Gregor. XV. decis. 333. n. 3. Hering. de fideiuſſorib. c. 7. n. 389. Maur. eod. tit. ſect. 7. c. 3.*
Quod magis eſt in caſu noſtro, in quo fuit narratum, quod eadem Catherina egebat pecunijs pro colenda vinea, quæ cum eſſet Fabij eius viri, ad eum ſpectabat illius cultura, vnde manifeſtè apparet de falſitate cauſæ, per quam redditur omnino nulla obligatio,
4 quamuis etiam in ea † fuiſſet interpoſitum decretum, cum alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs, vnde multò magis quãdo, prout in caſu, de quo agimus, nihil ex prædictis interuenit *Alex. conſ. 69. n. 3. lib. 3. Roman. conſ. 454. n. 9. verſ. tertio principaliter. Ruin. conſ. 160.*
5 *n. 27. in princ. lib. 2.* † Et in ſpecie ſimilis cauſæ falſæ de cultura vineæ eſt *decis. Rot. coram R. P. D. Penia Romana ſocietatis officij. 4. Februarij* 1602. *in fin. & in eadem cauſa. 17. Iunij eodem anno* 1602. impreſſ. *per Picum ad Stat. Vrb. c. 151. decis. 1. n. 23. & decis. 34. n. 1. vſque ad 4.*
Præterea apparet de claro exceſſu in exequendo, Nam ſtante nullitate prædictæ obligationis defectu ſolemnitatum, & ob falſam
6 cauſam, vt dictum eſt, † non poterat Iudex exequi mandatum ſuper vinea, quæ iam fuerat data inſolutum Catherinæ creditrici anteriori pro ſuis dotibus, & quarto dotali, quod creditum erat non ſolum anterius, ſed etiam in maiori ſumma, quam vinea eidem adiudicata, itaut neque fuiſſet integrè ſatiſfacta, Quamuis etiam dato, quod obligatio Aduerſariæ eſſet valida, nec potuiſſet hoc per Iudicem fieri, neque enim poterat priuari Catherina poſſeſſione partis vineæ, cum illam in totum haberet obligatam pro reſtitutione ſuæ dotis, & quarti dotalis ob ſolu-
7 tum matrimonium per mortem viri, † ideo neque erat danda Aduerſariæ pars dictæ vineæ, niſi reſtituta præfata dote, ſtante hypotheca anteriori, ob quam non conſideratur menſura debiti, cum mulier pro ſua dote poſſit retinere omnia bona mariti, donec ſibi ſuum creditum dotale ſoluatur *Alex. conſ. 4. n. 8. ante med. verſ. & dico quod bona. lib. 2. poſt Cin. in l. cum proponas. q. 16. C. de bon. auctorit. iudic. poſſidend. Bart. in l. ſi conſtante. 3. q. 4. part. princip. ff. ſolut. matrim.*
8 Contraria autem procedunt † in reſtitutione dotis, quæ fit mulieri ob vergentiam viri ad inopiam *Io. Andr. ad Speculat. de donat. int. vir. & uxor. §. fin. in verb. ſed cum mulier. Neguſ. de pignorib. 1. membr. 5. par. n. 33. Franc. decis. 54. n. 5. ante med. Maſtrill. decis. 142. n. 12.*
Additur, quod non poterat deueniri ad præfixionem termini trium menſium ad reluendam petiam dictæ vineæ, niſi prius per Iu-
9 dicem cognoſceretur de exceſſu, † nam clauſula conſtito, de qua in commiſſione, requirit iudicialem indaginem, & facit executorem mixtum, qui tenetur admittere exceptiones partis *Innoc. in c. vlt. in fin. & ibi Bald. n. 11. & 19. Cardin. ad fin. de præſumption. Lapus allegat. 60. n. 2. & allegat. 25. n. 4. Aegid. decis. 68. cum alijs in tract. de clauſul. in verb. conſtito. clauſ. 19. n. 3. Barboſ. eod. tit. clauſul. 18. n. 1. & 2. Rot. coram*
10 *Gregor. XV. decis. 91. n. 2.* † Quod cum non fuerit per Iudicem executum, non fuit ſeruata forma reſcripti, ideo Iudex nulliter proceſſit ante verificationem huiuſmodi cõditionis *Socin. conſ. 99. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 95. n. 5. & 6. lib. 4. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. delegat. n. 92. Rot. coram R. P. D. Orano Oriolen. decimarum 26. Februarij* 1590. *Cardin. Seraph. decis. 637. n. 4. Barboſ. clauſul. 18. n. 1. & 2.*
Quod autem ex valore vineæ non fuerit Catherina integrè ſatisfacta apparet ex relatione peritorum, qui ſeruatis ſeruandis retulerunt valorem illius eſſe in ſcutis 700. cum tamen creditum aſcendat ad ſummam
11 ſcutorum 829. † quibus peritis circa huiuſmodi æſtimationem ſtandum eſt, itaut etiam præferantur teſtibus *Dec. conſ. 489. n. 12. Honded. conſ. 31. n. 46. lib. 1. Rot. coram Gregor. XV. decis. 161. n. 8. & coram R. P. D. Iuſto Nepeſina executionis. 27. Iunij* 1601. *Cardin. Seraphin. decis. 665. n. 7. Mannill. conſ. 20. n. 15.* vbi ampliat, quamuis periti nullam rationẽ redderent dicti ſui *Beltram. ad decis. Gregor. XV. 161. n. 10.* Cum etiam

Ad·

Digitized by Google

Aduerſaria fuerit ſatisfacta de ſuo credito
nullo,& inualido propter receptionem qua-
draginta quinque cadorum vini ex parte vi-
neæ ſibi nulliter aſſignatæ, qua ſolutione
ſtante minus eſt audienda in præiudicium
eius, qui neque potuit integrum ſuum cre-
12 ditum conſequi; † & talis ſolutio extinguit
omnem obligationem *l. pupillus. ff. ad leg.
falcid. §. 1. inſtit. quib. mod. tollit. obligat.
Surd. conſ. 82. n. 1. lib. 1.* Et ceſſante obliga-
tione principali ceſſat omnis hypotheca
*Bart. in l. contrahitur. ff. de pignorib. Ne-
guſ. eod. tit. membr. 1. p. 3. n. 9. Surd. conſ.
221. n. 58. lib. 2.*

Neque obſtat, quod huiuſmodi ſolemnitates
non requirantur, cum ſimus in obligatione
facta per mulierem ad fauorem alterius mu-
lieris, quaſi tunc priuilegia inter ipſas con-
13 quaſſentur, † Quia procedit quando contra-
ctus eſſet factus cum muliere, quæ verè pro
ſe ipſa contraxit, ſecus quando, prout in
caſu noſtro, fuit geſtus contractus cum mu-
liere fideiubente pro marito, ad cuius ma-
nus peruenerunt pecuniæ, prout in inſtru-
mento ſocietatis clarè legitur, in quo fuit
expreſſum, quod pecuniæ deſeruiebant pro
colenda vinea, cuius cultura ſpectabat ad
virum dominum ipſius vineæ, adeò vt ex hoc
dicatur conſtare de falſitate cauſæ, ob quam
redditur omnino nulla talis obligatio mu-
lieris, & non iuuat alteram mulierem, quæ
ſe fundat in tali falſa cauſa, quamuis adfuiſ-
ſet decretum Iudicis cum alijs ſolemnitati-
bus requiſitis, vt dictum eſt *ſupr. n. 4.*

Quæ procedunt, quamuis mulier ſe feciſſet
14 principalem debitricem cum viro, † & vxor
fateretur pecuniam ad ſe perueniſſe, & in
eius vtilitatem verſam, & etiam ſi renun-
ciaſſet cum iuramento remedijs iuris ſibi
competentibus cum ſimilibus renunciatio-
nibus, quia ſemper dicitur mulier fideiuſſiſſe
pro viro, & talis obligatio non valet *Bart.
Bald. Caſtr. & Salic. in auth ſi qua mulier.
C. ad velleian. Abb. conſ. 44. n. 1. lib. 2. Franciſc.
Marc. decif. 508. n. 7.* cum alijs per *Theſaur.*
qui paſſim ita ſeruari teſtatur *decif. 223. n. 1.
vſque ad 10. Seraph. priuileg. iuram. 65. n. 7.
in fin.* vbi latè *Benedendor. in addit. n. 1.
vſque ad 6. Gail. obſeruat. 89. lib. 2. Boer. de-
ciſ. 23. n. 7. & 8. Menoch. præſumption. 22.
n. 2. lib. 3.*

Contraria autem habent locum, quando mulier
tractat de ſe ipſa obliganda ad fauorem ex-
15 tranei, † quod per ſenatuſconſultum Velleia-
num non prohibetur, ſecus quando ſe obli-
gat pro marito, quod nullo modo facere po-
teſt *Seraph. d. priuileg. iuram. 65. in fin.
verſ. ſecundo reſpondeo. Caſtr. conſ. 41. lib. 1.*
iuxta *l. 2. C. ad velleian.*

Præterea non ſumus in caſu, in quo priuilegia
debeant conquaſſari, nam quamuis mulier
non vtatur priuilegio contra aliam mulie-
rem tanquam hinc inde ſint priuilegiatæ,
16 Tamen hoc non procedit, † quando vna
tractat de damno, altera vero de lucro, tunc
enim ſemper præfertur illa, quæ tractat de
damno, neque eius priuilegium conquaſſatur
per aliud priuilegium mulieris tractantis de
lucro *l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. c. audi-
tis. de reſtitut. in integr. l. 1. C. ſi aduerſ.
fiſc. Bart. in auth. quas actiones. col. 2. verſ.
ſi vero vterque eſt priuilegiatus. vbi Caſtr.
col. 2. n. 6. Iaſ. col. 3. verſ. hinc ſumpta occa-
ſione. C. de ſacroſan. eccleſ. Salic. in auth.
qui rem. col. 1. ad fin. & ibi Dec. col. penult.
n. 22. in fin. C. eod. tit. Anchar. conſ. 47. con-
tra ioannem. col. 1. verſ. nam cum dictus.
Abb. in c. ſuper ſpoliatione. quod eſt vlt.
17 col. 1. verſ. ex hoc. de ordin. cognit.* † Et in
ſpecie ſimilis ſtatuti Vrbis latiſſimè *Lam-
bertng. de contract. cor. quib. vel à iur. vel
ſtatut. ſine cert. ſolemnit. contraher. permiſſ.
ad fin. n. 124. & 125. quæſt. 36.*

Quorum ratio eſt; quia quando vnus eſt læſus,
alter verò non, dici non poſſunt tales æquè
priuilegiati, ex quo priuilegium propter læ-
ſionem conceditur, & vnus tantum reperi-
18 tur læſus, † vnde cum vnus ſit priuilegiatus
in genere, alter autem in ſpecie propter læ-
ſionem, conſequens eſt, vt præferatur priui-
legiatus in ſpecie alteri priuilegiato in ge-
nere *Prob. ad Monach. in c. cum perſonæ.
col. 1. n. 4. & 5. de priuileg. in 6. Roman. in
auth. ſimiliter. col. antepenult. verſ. quod
quidem mihi. C. ad leg. falcid.*

Exemplo præſumptionis in ſpecie, per quam
19 tollitur præſumptio in genere † *Bart. in
l. cum de indebito. n. 1. vbi Bald. in princ. ff.
de probationib. Alex. in l. ſi prius. col. 8. verſ.
hoc probo. ff. de nou. oper. nunciat. & conſ.
77. n. 6. lib. 1. Balb. de præſcription. par. 1.
q. 5. col. fin. verſ. non obſtat ſi opponatur.
n. 15. & 16. fol. 111. poſt Innoc. & alios in
c. auditis. eod. tit. de præſcription.*

Nec ſubſiſtit, quod in cultura vineæ mulier ha-
bebat intereſſe propter aſſecurationem ſuæ
dotis in eadem vinea exiſtentem, & ſibi per
maritum factam, adeo vt ex hoc poſſit dici,
quod pecuniæ captæ ad ſocietatem poterant
etiam pro ea deſeruire, ne alias vinea de-
terioraretur, & ipſa detrimentum in dote
20 pateretur, † Quia huiuſmodi intereſſe ſe-
cundarium non attenditur, cum ſemper ſit
ſpectandum principale, de quo tractatur *l. ſi
quis nec cauſam. in princ. vbi Iaſ. col. 2. n. 3.
vſque ad 20. ff. ſi cert. petat. l. 1. in princ.
ff. de auctor. tut. l. nauis aduerſa. ff. ad leg.
rhod. de iact. Alex. conſ. 113. in fin. n. 10. lib. 2.
21 Menoch. conſ. 192. n. 8. lib. 2.* † Et ita in de-
trimento notat *Gloſ. in c. quamuis. 2. in
verb. detrimentum. vbi Gemin. n. 11. Franc.
n. 13. poſt princ. de pact. in 6.*

Nec facit, quod ſtetur confeſſioni mulieris aſ-
ſerentis pecuniam recepiſſe, & illam conuer-
22 ſam fuiſſe in ſuam vtilitatem, † itaut ex tali
confeſſione efficaciter obligetur, vt in pun-

ĉto exaduerſo allegatur *Gail. obſeru.89.n.5.*
lib. 2. Quia loquitur in confeſſione iudiciali
facta in figura iudicij, & inſinuata, ideo non
applicatur ad caſum noſtrum, cum ſimus in
voluntaria aſſertione, quod pecuniæ perue-
nerunt ad eius manum, & in vtilitatem ip-
ſius ceſſerunt, prout in terminis pecuniæ da-
tæ ad ſocietatem pro colenda vinea mariti
23 dictum eſt *ſupr. n. 3.* † iuxta deciſionem
Rot. coram R. P. D. Penia Romana ſocie-
tatis officij.17. Iunij 1602. vbi fuit declarata
nulla obligatio mulieris facta pro marito
pro colenda vinea, quam habuit in dotem ab
vxore, quia ad virum, non ad eam ſpectabat
talis cultura, cum tranſiuiſſet in dominium
eiuſdem iuri, qui tanquam dominus debebat
curare culturam, & euitare detrimentum ob
illius omiſſionem, ideo pecuniæ non pote-
rant dici acceptæ, nec conuerſæ in eius vti-
litatem, & per conſequens decretum Iudi-
cis interpoſitum ſuper tali obligatione mu-
lieris erit ipſo iure nullum tanquam conſtet
24 de falſitate cauſæ, † vnde multò magis erit
nulla obligatio, de qua agimus, cum fuerit
facta abſque decreto, & ſolemnitatibus ſta-
tutarijs *l. 1. §. hac verba. ff. ne vis fiat ei.*
l. 3. §. puberi. ff. de carbon. edict. l. cum
vero. §. ſubuentum. ff. de fideicommiſſ. li-
bertat. Bart. in l. ſi is ad quem. ff. de acquir.
hæredit. Bald. in l. ſi præſcriptione. 2. C. ſi
contr. ius. & in l. ſi putas.6. C. de petit. hæ-
redit. Alex. conſ.69. n. 3. lib. 3. & conſ.147.
in princ. lib. 7.

Et ſufficiet conſtare de falſa cauſa, ſiue illa ſit
25 expreſſa in decreto, † ſiue non, ad hoc vt idem
decretum dicatur ipſo iure nullum *Gloſ. in*
l. 2. C. quand. prouocar. non eſt neceſſ. iuxta
l. ſeia. vbi Din. & Bart. ff. de tutor. & cu-
rator. dat. ab his. Alex. qui de communi
conſ. 207. *n. 7. lib. 7.*

Stante igitur nullitate obligationis, nõ eſt quæ-
rendum, quod iterum opponitur, quod ſimus
in mulieribus hinc inde priuilegiatis, quam-
uis etiam ſi de hoc quæreretur, dicendum
26 ſit, † quod non eſt locus conquaſſationi pri-
uilegiorum, quia Catherina, quæ ſe obliga-
uit eſt priuilegiata in ſpecie in cauſa, de qua
agitur, cum illius obligatio non valeat ad
fauorem mariti, tanquam habeat priuile-
gium ſpeciale, vt non poſſit conueniri pro
ſimilibus obligationibus etiam iuratis *The-*
ſaur. deciſ. 223. *n. 1. vſque ad* 10. *Menoch.*
præſumpt. 22. *n. 2. vſque ad* 10. *Surd. conſ.*
367. *n. 1. cum ſeq. lib.* 3.

Vnde tanquam priuilegiata in ſpecie poterit
27 vti ſuo priuilegio contra Aduerſariã † etiam
mulierem priuilegiatam in genere, vt di-
ctum eſt *ſupr. n.18.* quibus additur *Bart. in*
auth. quas actiones. col.2. C. de ſacroſan. ec-
cleſ. Anchar. in c. auditis in fin. de reſtitut.
in integr. Crot. in l. 1. §. nunciatio. n.29. ff.
de nou. oper. nunciat. Natt. in l. hac conſul-
tiſſima. §. ex imperfecto. n. 113. C. de teſtam.
Menoch. conſ. 764. n. 13. lib. 8. Surd. de
aliment. priuileg. 18. n. 6. & priuileg. 61.
n. 13. Odd. de reſtitut. in integr. q. 16. n. 34.
Lamberteng. in ſpecie ſimilis ſtatuti Vrbis
de contract. cor. quib. à iure vel ſtatut. ſin.
cert. ſolemnit. contraher. permiſ. ad fin. n. 126.

Et quatenus etiam daretur paritas concurſus
priuilegiorum, & hinc inde tractaretur de
damno, quando non poteſt priuilegiatus vti
28 priuilegio contra pariter priuilegiatum † re-
curritur ad ius commune *Bero. conſ.48. n.6.*
lib.1. De iure autem communi non valent ſi-
miles obligationes factæ per mulieres pro
ſuis viris, ſiue ſe fecerint principales debi-
trices cum viro, & faterentur pecunias ad ſe
perueniſſe, & in eius vtilitatem verſas, ſiue
renunciaſſent cum iuramento quibuſcum-
que remedijs ſibi competentibus, cum ſem-
29 per dicantur fideiuſſiſſe pro viro, † & per
conſequens in totum tales obligationes an-
nullantur, vt dictum eſt *ſupr. n. 14.* quibus
additur *Surd. conſ.367. n.1. cum ſeq. lib.3.*
Honded. conſ. 45. n. 32. lib. 1.

EPITOME.

Liberatio fideiuſſorum, qui interuenerũt
in prima ſocietate quando cẽſeatur fa-
cta per debitum in alium translatum, vel per
ſocietatem contractam in renouationem, ſeu
extinctionem primæ. ¶ Et quid in hoc ope-
retur clauſula citra præiudicium priorum
iurium, & actionum. ¶ Dictio maximè quid
ſignificet. ¶ Nouatio an fiat tam expreſsè,
quàm tacitè ex coniecturis, ſeu actu incom-
patibili. ¶ Statutum Vrbis de contractibus
mulierum an habeat locum in caſibus, in
quibus ſequitur liberatio ipſo iure per le-
galem diſpoſitionem. ¶ Et an compræhen-
dat contractus per meretrices geſtos. ¶ Et an
illæ gaudeant priuilegio *l. vnic. C. quand.*
imp. int. pupill. & vid. ¶ Et quo caſu poſſit
eis dari curator, prout prodigo, & furioſo.
¶ Et quando compræhendantur ſub ſtatuto,
quod mulieres non poſſint capi, & quod cõ-
pareant per procuratorem, & quod eis pro-
uideatur de Aduocato, cum ſimilibus priui-
legijs. ¶ Obligatio qualiter cẽſeatur ſublata
per ſolutionem. ¶ Proteſtatio quando dica-
tur contraria facto, itaut non debeat ad-
mitti. ¶ Soluens aliquid, vt ſtatim recupe-
ret, an liberetur. ¶ Intellectus *l. qui ſic ſol-*
uit. 55. ff. de ſolution. ¶ Et deciſionis *Rot.*
coram Cardin. Pamphil. Romana anteriori-
tatis. 23. Iunij 1603. ¶ Solutio in quam cau-
ſam præſumatur facta. ¶ Et quando debeat
attẽdi cauſa antiquior, ſeu propria, & magis
veriſimilis, & prout ipſemet creditor ſolue-
ret, ſi eſſet debitor. ¶ Obligatus ex contra-
ctu, vel ſententia ad rem tradendam an li-
beretur re tradita, quamuis illa denuo ad
eum reuertatur. ¶ Interdictio bonorum an
poſſit

Digitized by Google

poſſit fieri maſculis luxurioſè viuentibus. ¶ In renouatione ſocietatis quando ſint repetitæ conditiones, & qualitates in prima contentæ. ¶ Verba caſſans, & irritans in quibus actibus ſint apponenda. ¶ Fideiuſſor an dicatur ille, ad quem peruenerunt pecuniæ, quamuis ſit principaliter obligatus.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſor primus eſt liberatus, ſi debitum in aliam perſonam transfertur. Intellige, vt n. 5. & 6.

2 Diſpoſitio l. penult. ff. de prætor. ſtipulat. non eſt correcta per l. fin. C. de nouation.

3 Clauſula citra præiudicium priorum iurium, & fideiuſſorum operatur, vt non ſint liberati primi fideiuſſores. Declara, vt n. 31. & 47.

4 Dictio maximè denotat identitatem in caſu contrario exprimendo caſum minus dubitabilem, & includendo etiam magis dubitabilem.

7 Obligatio fideiuſſoris acceſſoria magis nouatur quando eſt ſublatus contractus principalis.

8 Nouatio hodie debet fieri expreſsè, itaut neque ope exceptionis illa admittatur, licet etiam aliquando ſtandum ſit coniecturis. & n. 10.

9 Tacitum operatur idem quod expreſſum.

11 Societas prima quando eſt diſſoluta, liberantur fideiuſſores, quamuis poſtea ſocij in eadem conſentiant.

12 Stipulatio inutilis non nouat præcedentem vtilem.

13 Statutum Vrbis de contractibus mulierum non habet locum in caſibus, in quibus ſequitur liberatio ipſo iure per legalem diſpoſitionem. & n. 14.

15 Mulier curialis non habet priuilegia, quæ dantur per ſtatutum, ſeu legem mulieribus honeſtis. Intellige, vt n. 27.

16 Statutum diſponens mulierem non poſſe capi perſonaliter non comprehendit curialem, & luxurioſè viuentem.

17 Conſtitutio concedens mulieribus procuratorem in criminalibus non habet locum in meretrice.

18 Mulier inhoneſta propter eius vilitatem non meretur innodari legum laqueis.

19 Meretrices poſſunt expelli è vicinia etiam ſi domum propriam habitarent, & ex quibus caſibus tolerentur remiſſiuè.

20 Meretrix an gaudeat priuilegio l. vnic. C. quand. imp. int. pupill. & vidu. n. 29. & 30.

21 Statutum Vrbis requirens ſolemnitates in contractibus mulierum procedit etiam in meretricibus.

22 Curator poteſt dari meretrici, prout furioſo, & prodigo. & n. 23.

24 Vita impudica in muliere arguit diſſipationem bonorum, itaut non admittatur probatio in contrarium.

25 Interdictio bonorum non poteſt fieri maſculis luxurioſè viuentibus. Declara, vt n. 26.

28 Prouiſio ſtatuti de dando Aduocato mulieri pauperi, & miſerabili extenditur etiam ad meretricem, quæ dicitur talis.

32 Obligatio omnis dicitur ſublata per ſolutionem, etiam à tertio factam. Amplia vt n. 33.

34 Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.

35 Non refert, quod pecunia debita ſoluatur creditori, vel alius de ipſius conſenſu.

36 Declaratio deciſionis Rot. coram Card. Pamphil. Romanâ anterioritatis. 23. Iunij 1603.

37 Proteſtatio contraria facto nihil operatur.

38 Intellectus l. qui ſic ſoluit. 55. ff. de ſolution.

39 Soluens aliquid, vt ſtatim recuperet, non liberatur, ſi reſtitutio fiat ex pacto, ſecus ſi ex liberalitate reſtituentis.

40 Debitor cenſetur potius ſoluiſſe debitum ad quod tenetur nomine proprio, quàm pro eo, ad quod tenebatur pro alio.

41 Solutio præſumitur facta in cauſam antiquiorem.

42 Fideiuſſor dicitur ille, ad quem non peruenerunt pecunia, quamuis ſit principaliter obligatus. Secus reſpectu creditorum. n. 43.

44 Pecunia ſoluta per debitorem eſt accipienda per creditorem in illam cauſam, in quam etiam ipſe ſolueret.

45 Solutio quando ſit acceptanda in cauſam magis veriſimilem. & n. 46.

48 Obligatus ex contractu, vel ſententia ad rem tradendam liberatur ſtatim re tradita; quamuis res denuo ad illum reuertatur.

49 Obligatio cameralis retardatur ex præſumptis ſolutionibus.

50 Præſumptio iuris afficit onere grauiori probandi contrarium.

51 Recognitio bonæ fidei pro tota ſumma facit, vt commodum, & incommodum ſpectet ad eum, qui de pretio participauit.

52 In renouatione ſocietatis quando cenſeantur repetitæ conditiones in prima contentæ. n. 53. & 58.

54 Nouatio licet non præſumatur, tamen aliud eſt, ſi caſus eſt incompatibilis: & n. 56. Et quando dicatur talis. n. 57.

55 Verba caſſans, & irritans non ſunt apponenda in contractu ſecundo incompatibili cum primo.

59 Subſtantia negotij cenſetur difficilius repetita, quam qualitas, quæ leuiorem probationem requirit.

CAPVT DCCCCLXII.

PRincipalis obligatio, de qua agebatur in cauſa Romana ſocietatis officij, fuit extincta, & poſtea renouata cum datione
1 aliorum fideiuſſorum, † ex quo ſequitur, vt primi fideiuſſores ſint liberati, quaſi tunc debitum ſit in aliam perſonam translatum.

Bart.

Bart. in l. valerianus. qua eſt penult. ad fin. verſ. ſed non puto. ff. de prætor. ſtipulat. Bald. in l. nouatione. 4. n. 1. C. de fideiuſſor. Alex. in l. ſi ſe non obtulit. 4. §. ſi ex conuentione. col. vlt. poſt princ. n. 10. ad med. & ibi Rip. n. 7. ff. de re iudic. Menoch. præſumpt. 133. n. 14. lib. 3. Socin. conſ. 18. col. 5. ad med. verſ. verum prædictis minimè obſtantibus. n. 15. lib. 1. Hering. de fideiuſſorib. c. 20. §. 37. n. 8. & §. 3. n. 4. vſque ad 9. eod. cap. 20. Rot. deciſ. 1. verſ. & pro hoc videtur. de depoſit. in antiq. Guid. Pap. ſing. 717. n. 2.

2 qui omnes mouentur † iuxta *l. penult. ff. de prætor. ſtipulat.* quam non eſſe correctam per *l. fin. C. de nouat.* dicit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 17. tit. 6. n. 2.*

Ideo quando renouatur prima, & principalis obligatio ad hoc, vt non liberentur priores fideiuſſores, additur clauſula citra præiudicium priorum iurium, & fideiuſſorum prius

3 præſtitorum, † immo iura iuribus addendo *Grat. conſ. 126. n. 8. lib. 1.* Et hanc cautelam & proteſtationem admittit etiam *Rot. coram Card. Pamphil. Roman. anterioritatis. 23. Iunij 1603.* quæ eſt impreſſ. *per Statil. poſt tract. de Saluian. interd. deciſ. 182. in 1. edit. fol. 632.* vbi quod talis proteſtatio non eſt contraria facto, & ibidem allegantur concordantes deciſiones, & ſequitur *Hering. de fideiuſſorib. c. 20. §. 3. n. 13. Rot. coram Card. Seraph. Melphien. fructuum. 24. Ianuarij 1583.* quam refert *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 1. n. 16. in fin.* Quamuis quo ad *d. deciſ. Rot. coram Card. Pamphil.* videatur dubitandum de prædictis, quia prius ſimpliciter firmat, quod primi fideiuſſores non ſint liberati, licet enim admittat validitatem præfatæ proteſtationis, Tamen loquatur per illa verba,

4 maximè † quia adeſt proteſtatio, quod non facit, vt tollatur prima concluſio jam firmata, cum iſta dictio maximè denotet identitatem in caſu contrario, exprimendo caſum minus dubitabilem, & includẽdo etiam magis dubitabilem *Dec. in l. qui ſe patris. n. 19. C. vnd. liber. Socin. Iun. conſ. 30. n. 41. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 416. n. 19. fol. 338. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 7. n. 5.* cum alijs per *Barboſ. dict. 168. n. 1. & 2.*

Non obſtat *Alex. conſ. 72. n. 5. lib. 6. & Rot. deciſ. 1. de depoſit. in antiq.* cum alijs per *Ca-*

5 *Stracan. de ſociet. c. 51. n. 20.* † Quia loquuntur in caſu ſimplicis prorogationis, & renouationis, ſecus autem quando debitum fuit in aliam perſonam tranſlatum, & transfuſum, tunc enim talis debiti tranſlatio in aliam nouam obligationem ciuilem, ſeu naturalem tollit priorem fidejuſſionem, quaſi tunc prima obligatio ſit penitus ſublata, & ex datione alterius debitoris, & nouorum fideiuſſorum ſit facta mutatio perſonæ, & cauſæ debendi *Guid. Pap. deciſ. 717. n. 2. Hering. de fideiuſſorib. c. 20. §. 3. n. 3. vſque*

6 *ad 91.* † vbi ita declarat *d. deciſ. Rot. 1. de depoſit. in antiq.* quæ verè loquitur in prorogatione facta depoſitario per deponentem, limitando quando prima obligatio eſſet nouata, prout etiam ita procedit *Alex. d. conſ. 72. in fin. verſ. ad alia ſuperius. lib. 6.* vbi præſupponit nõ eſſe ſublatam primam obli-

7 gationem, † Maximè, quia magis nouatur obligatio fideiuſſoris acceſſoria, quando eſt ſublatus contractus principalis *Hering. d. §. 3. c. 20. de fideiuſſorib. n. 5. & 6. poſt Goddeum* per eum allegatum *de contrah. ſtipulat. c. 5. concluſ. 6. n. 38.*

Neque obſtat, quod hodie requiratur expreſſa

8 nouatio *per l. fin. C. de nouation.* † cum Doctores contrarium tenentes loquantur ante ius Codicis, vt per *Gloſ. in l. ſi ſe non obtulit. 4. §. ſi ex conuentione. in verb. pignora. & ibi Alex. n. 10. & Rip. n. 7. ff. de re iudic.* nam hodie, neque ope exceptionis ſit nouatio, vt dixi *ſupr. c. 290. in princ.* & admittit etiam *Rip. in d. §. ſi ex conuentione. n. 8.* Quia ſi aliquibus coniecturis probabilibus conſtat partes voluiſſe nouare, non negatur per illam legem, quod nõ poſſit etiam hodie fieri nouatio, quamuis non exprima-

9 tur, † quaſi tacitum operetur idem quod expreſſum *l. triticum. ff. de verb. obligat. l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* & in ſpecie nouationis

10 ſtandum eſſe coniecturis † concludit *Alex. conſ. 13. col. vlt. poſt med. n. 8. lib. 2. Bald. in l. reſcriptum. §. ſi pacto. in fin. ff. de pact. Salic. in l. vlt. in fin. n. 4. & ibi Cin. ante fin. verſ. hodie iure iſto. C. de nouation.* licet vehementes, & perſpicuas coniecturas requirat *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 3. n. 12.*

Et in caſu, de quo agimus, res videtur eſſe ſine

11 difficultate, quia † cum ſocietas prima fuerit diſſoluta, quamuis poſtea conſentiatur in eadem ſocietate per ſocios, Tamen ſemper dicitur noua ſocietas, vt eſt *tex.* notabilis *in §. ſoluitur. ante fin. verſ. item ſi quis ex ſocijs. inſtit. de ſocietat.* Quo actu nouo ſtante, primi fideiuſſores ſunt liberati *l. nouatione. de nouation. §. præterea. inſtit. quibus mod. tollit. oblig.* cum alijs per *Hering. de fideiuſſorib. c. 20. §. 3. n. 1.*

Nec facit, quod huiuſmodi liberatio non debeat attendi, quaſi in ea non interuenerint debitæ ſolemnitates requiſitæ per ſtatutum

12 Vrbis de contractibus mulierum, † quod operatur, vt ſubſequens ſtipulatio inutilis non nouet præcedentem vtilem, cum ex inutili non naſcatur noua obligatio, & ideo à priore non receditur *Rot.* & alij de quibus *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.*

13 *lib. 17. tit. 1. n. 11. & lib. 11. tit. 21. n. 24.* † Quia ſtatutũ non intrat in caſibus, in quibus ipſo iure ſequitur liberatio, tanquam ipſa proueniat à lege *Alex. conſ. 215. n. 6. lib. 6. Aim. conſ. 215. n. 5.* Quaſi tunc non attendatur talis obligatio, quæ tacitè reſultat in conſe-

quen

quentiam actus ex legali diſpoſitione, vt in
caſu ſimilis ſtatuti concludit multos addu-
cens Socin. conſ. 80. n. 25. col. penult. poſt
med. lib. 4. Bertazol. de clauſul. gloſ. 19. clau-
ſul. 7. n. 34. ad med. verſ. ſed venit limitanda.
Cum etiam non poſſit conſiderari iſta inutili-
tas ſubſequentis ſtipulationis, ſeu liberatio-
nis, nam quemadmodum potuit mulier con-
trahere ſine ſolemnitatibus, ita potuit ſine
14 illis debitorem liberare, † præſertim cum
nulla poſſit conſiderari læſio ipſius mulieris
tempore diſtractus, in quo fuit in eodem
inſtanti initus alius contractus nouus ſocie-
tatis, & ſubrogatus alter fideiuſſor, quod fa-
cit, vt ex legis diſpoſitione ipſo iure con-
tingat liberatio abſque neceſſario interuen-
tu ſolemnitatum, vt dictum eſt Ruin. conſ.
61. n. 10. lib. 3.
Accedat, quod ſumus in muliere curiali, quæ
tanquam ſagax, & verſuta non gaudet be-
15 neficio ſimilis ſtatuti, † prout regulariter
huiuſmodi mulieribus non dantur iſta priui-
legia, quæ ſolent concedi alijs mulieribus
honeſtis, vt notat Caſſan. ſuper conſuetud.
Burgund. rubr. 4. §. 5. n. 57. ad fin. fol. 566.
Plot. in l. ſi quando. n. 361. C. vnd. vi. fol.
177. Felin. in c. paſtoralis. 14. n. 4. in princ.
de iudic. poſt Io. Andr. in addit. ad Speculat.
in rubr. de iniur. in princ. Marſil. in l. vnic.
16 n. 19. C. de rapt. virgin. † Vnde ſtatutum
diſponens mulierem non poſſe capi perſona-
liter non compræhendit curialem, & luxu-
rioſè viuentem Bald. in l. conſentaneum.
col. vlt. poſt princ. n. 19. C. quom. & quand.
iudex. Roman. in repet. l. ſi vero. §. de viro.
n. 24. & 25. ff. ſolut. matrim. vol. 3. fol. 189.
Prout etiam conſtitutio mãdans mulieres poſſe
in criminalibus cõſtituere procuratores non
17 habebit locũ † in meretrice Affl. ſuper con-
ſtit. regn. lib. 2. rubr. 2. n. 17. fol. 7. tanquam
tales perſonæ propter earum vilitatem non
merentur innodari legum laqueis l. quæ
18 adulterium. in fin. † vbi Bald. in princ. C. ad
leg. iul. de adulter. Alber. in verb. meretrix.
verſ. tertio. Menoch. de arbitrar. centur. 6.
caſ. 535. n. 16. & 17. fol. 60. vbi etiam quod
19 meretrices poſſunt expelli è vicinia † quãuis
domum propriam habitarent, & quod per
Vrbem incedentes debent aliquod ſignum
deferre, vt ab honeſtis dignoſcantur, Licet
meretrices ſint tolerandæ ex multis, de
quibus per Vaſq. controuerſ. illuſtr. c. 48.
20 n. 1. & 2. Quare etiam meretrix † non gau-
det priuilegio l. vnic. C. quand. imper. int.
pupil. & vid. Carauit. tit. 19. n. 8. & 9. fol. 17.
Quamuis prædicta non ſint tuta, quia verior
eſt opinio, quod Statut. Vrb. c. 151. lib. 1.
21 compræhendat etiam † contractus geſtos per
meretrices, ratio enim ſtatuentium reſpicit
conſeruationem bonorũ, quæ militat etiam
in meretricibus, quæ ſicut ſunt prodigæ ſui
corporis, ita etiam reputantur quo ad bo-
22 na, ideo eis poteſt dari curator, † prout fu-
rioſo, & prodigo l. & mulieri. 15. & ibi
Gloſ. in princ. ff. de curat. furioſ. dand.
Bald. in c. cum decorem. n. 3. de vit. & ho-
neſt. cleric. Montan. de tutel. c. 28. n. 53. cum
ſeq. Gutier. eod. tit. p. 1. c. 9. n. 23. & 24. fol.
41. Dec. in c. paſtoralis. n. 9. in fin. de iudic.
Gomeſ. ad l. 44. taur. n. 13. verſ. & quod ma-
gis eſt. Iaſ. in l. idem ſi ob ſtuprum. 4. §. ſed
& quod meretrici. n. 2. quem explicat in
l. 1. ff. de condict. ob turp. cauſ. Et quamuis
Pinell. in l. vlt. n. 20. in fin. teneat contra-
rium, quod non poſſit dari curator meretri-
ci, cum potius illa non cenſeatur prodi-
ga bonorum, ſed auara, licet ſit impudi-
23 ca, † Tamen non eſt recedendum à ſupradicta
opinione, cum ſemper poſſit argui ab im-
proba, & impudica vita, & ſtimulo, & con-
cupiſcentia carnis, quæ magis in ea ardet,
24 quam in alijs ad diſſipationem bonorum, † vt
notat Felin. in c. paſtoralis. 14. n. 4. in fin.
de iudic. vbi etiam addit non admitti proba-
tionem in contrarium Vant. de nullit. ex
defect. mandat. n. 24. Forner. lib. 2. ſelect. c. 5.
Emanuel. Soarez. lib. 1. obſeruat. c. 5. Plot. in
l. ſi quando. n. 161. fol. 177. alias eſt. §. 8. in-
cip. perpetuo. n. 11. C. vnd. vi. Ferrat. cant.
6. n. 3. verſ. pone modo quod vna mere-
trix. fol. 936.
Contraria autem procedunt in maſculis, qui
25 licet luxurioſè viuant, † non tamen ex hoc
fiet eis interdictio bonorum, cum ſexus mu-
liebris ſit fragilior, & debilior, quàm ma-
ſculinus Gomeſ. ad leg. 14. taur. n. 14. poſt
Specul. de actor. col. 5. verſ. ſed vtrum ma-
ſculo. n. 12. & ibi Io. Andr. in addit. Vant.
de nullit. ex defect. mandat. n. 24. iuxta l. 1.
C. ad leg. iul. de adulter. & de magis com-
muni teſtatur Gutier. de tutel. p. 1. c. 9. n. 23.
vſque ad 26. vbi intelligit quo ad bona pro-
26 pria ipſius maſculi, † ſecus reſpectu bono-
norum filiorum, quorum pater eſt legitimus
adminiſtrator, quia illis propter luxurio-
ſam, & inhoneſtam vitam, & malos mores
eſſet auferenda adminiſtratio bonorum filij,
non autem propriorũ bonorum ipſius l. fin.
§. minores. verſ. nam ſi patria poteſtate.
C. de ſent. poſſ. Gomeſ. ad d. l. 14. taur. n. 14.
Præſertim, quia priuilegia conceſſa mulieribus
honeſtis ideo ſunt deneganda meretricibus,
27 quia in eis non verificatur talis honeſtas, † &
pudicitia, cum aliud ſit in priuilegijs, quæ
dantur propter conſeruationem bonorum, &
ne mulieres in eorum contractibus lædan-
tur, quæ compræhendunt etiam meretrices,
cum in eis quoque verificetur ratio ſtatuti,
28 ideo, † ſi etiam per illud mandaretur proui-
deri de aduocato mulieri pauperi, & miſera-
bili veniet etiam meretrix, vt notat Carauit.
tit. 19. n. 8. & 9. fol. 17. quia illa eſt perſona
miſerabilis Alber. in l. fœdiſſima. in fin. ff. de
capt. & poſtlim. reuerſ. Affl. ſuper conſtit.
regn. lib. 1. rubr. 20. de violent. meretr. n. 2.
fol. 84. Geuall. quæſt. 587. n. 5. par. 2. fol. 41.
Vaſq.

Digitized by Google

Vaſq. controuerſ. illuſtr. c.48. n.5. fol.92.
Quare etiam meretrix tanquam perſona miſe-
rabilis gaudet priuilegio *Menic. C. quand.*
29 *imper. int. pupill. & vid.* † *Franc. deciſ.233.*
in fin. & ibi Amendol. n. 4. & in addit. ad
eumd. Franc. deciſ. 68. n.19, poſt Tapiam in
conſtit. regn. ſtatuimus . n. 24. Addent. ad
Trois in pragmat. curſu dilation. n.32. cum
ſeq. Et quidquid aliud ſentiat *Carauit. rit.19.*
n. 8. poſt Iſern. per eum allegatum de quo
ſupr. n.20. non eſt recedendum ab iſta opi-
30 ne , quæ eſt verior , † & magis communis, vt
per *Menoch. de arbitrar. caſ. 66. n. 31. in*
addit. fol.28. Mut. ſuper conſuetud. Panorm.
c.3. n. 42. Iacob. Maſull. in addit. ad Capic.
deciſ. 44. n. 8. Et cum ex prædictis apparear
huiuſmodi cauſam eſſe dubiam, conſului con-
cordiam , prout poſtea fuit ſubſecuta.
Quibus addendum eſt, quod ſi quis recipiat pe-
cunias ſecundæ ſocietatis in extinctionem
primæ, per talem receptionem erit extincta
prima ſocietas , quamuis fuerit proteſtatū ,
31 quod non intendebatur † aliquo modo præ-
iudicari iuribus , & actionibus quomodoli-
bet competentibus contra obligatos in pri-
ma ſocietate , quia iſta proteſtatio eſt con-
traria facto , ex quo enim ipſe recepit pecu-
nias ſecundæ ſocietatis in extinctionem pri-
mæ, non poſſunt reſeruari iura primæ ſocie-
tatis , quæ mediante dicta receptione fue-
runt extincta , prout in ſpecie ita reſoluit
Rot. coram R. P. D. Remboldo Romana ſo-
cietatis officij . 26. Iunij. 1620. iuxta *l. ſi pu-*
pillus. ff. ad leg. falcid. & inſtit. quib. mod.
32 *tollit. obligat. in princ.* † vbi quod ſtante ſo-
lutione eius , quod debetur dicitur omnis
obligatio ſublata *Surd. conſ.82. n.1. lib.1. &*
conſ. 385. n. 1. lib.3. Quamuis ſolutio fieret
à tertio *l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. l. ſolu-*
tionem. ff. de ſolution. l. tale pactum. §. poſt
diuiſionem. in fin. vbi Fulgoſ. & Caſtr. ff. ſi
33 *cert. pet. Surd. deciſ.113. n.2.* † vbi ampliat,
quamuis res data in ſolutum euinceretur ,
quia nihilominus creditor non poſſet redire
ad primæuam actionem *Idem Surd. conſ.145.*
per tot. lib. 1. iuxta *l. eleganter. ff. de pignorat.*
act. l. ſi prædium. C. de euiction. l. ſi libera.
34 *C. de ſentent.* † tanquam actio ſemel extin-
cta non reuiuiſcat *l. eius qui. §. fin. ff. de iur.*
fiſc. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in princ.
ff. de verb. obligat. l. mutuus. §. duobus. ff. de
legat. 2. c. quæris . de conſecrat. diſtinct. 4.
Gloſ. in l. qui res . 98. §. aream. ff. de ſolut.
Itaut non referat ad effectum talis extinctio-
35 nis , quod pecunia ſoluatur creditori , † vel
alia res eius loco detur cum ipſius conſenſu
Aret. in l. ſingularia . col. antepenult. ad fin.
vbi Iaſ. n.37. Caguol. n.168. ff. ſi cert. pet.
Et ſtante prædicta extinctione non oberit de-
ciſio ſupra allegata *n. 8. coram Card. Pam-*
philio Romana anterioritatis. 23. Iunij 1603.
36 Quia ibi fuit † ſolum renouata prima ſocie-
tas per aliam cum reſeruatione iurium an-
terioritatis , ideo proteſtatio , & reſeruatio
non poteſt dici contraria facto , quod ſecus
eſt quando non fuit actum de renouatione ,
ſed ſolum quis accepit pecunias ſecundæ ſo-
cietatis in extinctionem primæ, tunc enim
non poſſunt reſeruari iura ſocietatis extin-
ctæ, & per conſequens proteſtatio contradi-
37 cit facto, † quæ non iuuat *Felin. in c. qua in*
eccleſiarum. n.88. de conſtitut. Rip. in c. cum
m. ferrarienſis . n. 80. eod. tit. Alex. conſ. 3.
col.2. lib.1. Roland. conſ.51. n.28. lib.2. cum
alijs per *Corbul. de cauſ. priuation. ob alie-*
nat. irreq. dom. fact. ampliat. 31. n.2. fol.206.
Surd. deciſ. 70. la 1. n.8. & ita etiam diſtin-
guit *Rot. in d. deciſ. coram R. P. D. Rem-*
boldo Romana ſocietatis officij. 26. Iunij 1620.
vbi etiam reſpondetur *ad tex. in l. qui ſic*
38 *ſoluit . 55. ff. de ſolution.* † cuius diſpoſitio
non procedit quando ex momentanea tradi-
tione cōmodum obuenit parti , vt per *Bart.*
& Caſtr. ibid. Maximè, quia ſolutio vigore
dictæ ſecundæ ſocietatis fuit facta , vt pecu-
niæ ſolutæ perpetuò remanerent apud reci-
pientem , vnde non applicatur *d. l. qui ſic*
ſoluit . ff. de ſolution. nam ibidem ſolum
diſponitur , quod qui ita ſoluit , vt ſtatim
39 recuperet, non liberatur, † quemadmodum
non alienantur nummi, qui ſic dantur, vt re-
cipiantur , & iterum recuperentur *l. non vi-*
detur. ff. de donat. cauſ. mort. l.4. §. fin. cum
l. ſeq. ff. commod. Intelligendo, quando ille ,
cui ſoluitur, tenetur reddere ex pacto , nam
ſi ſtatim ipſe redderet ex ſua liberalitate ,
non impediretur translatio dominij *l. qui*
id quod. §. ea lege. ff. de donat. l. ſi tibi. ff. ſi
cert. pet. l. ſi quis duos . ff. de ſolution. Et ad
limitationem *d. l. qui ſic ſoluit . Gherard.*
ſing. 26. tu habes . n.1.
Quo vero ad mandata , de quibus agebatur in
alia cauſa etiam Romana ſocietatis officij
apparet ex actis , quod illa fuerunt relaxata
pro omnibus ſocietatibus controuerſis , an-
tequam eſſet aliquid ſolutum , Vnde cum
poſtea ſint factæ ſolutiones duæ diſtinctæ
ſcutorum 325. de anno 1608. & ſcutorum
400. de anno 1612. quæ in totum faciunt ſum-
mam ſcutorum 725. & nulla adſit declaratio
ex parte creditoris, & debitoris in quā cau-
40 ſam tales pecuniæ fuerint ſolutæ, † recurren-
dum eſt ad præſumptionem iuris , ſecundum
quod ſtatuitur, quod debitor cenſetur potius
ſoluiſſe pro debito, ad quod tenetur nomine
proprio , quā pro eo, ad quod tenebatur pro
alio, vt declarat in ſpecie *Bald. in l.1. ante*
fin. vbi Caſtr. n. 5. ff. de ſolution. Surd. de
alim. tit.6. q.8. n.54. Menoch. præſumpt.136.
n.8. & 9. lib.3. cum alijs adductis *ſupr. c.224.*
n. 27. & 28. tom. 2.
Nec aduerſatur , quod debitor licet eſſet fide-
iuſſor pro alijs ſocietatibus , Tamen eius
obligatio erat tanquam principalis, itaut
pro illis non conſideretur nomen fideiuſſo-
41 ris, † vnde erit præſumendum , quod ſolu-
tio

tio ſit facta in cauſam antiquiorem *l.eum ex*
pluribus.97.de ſolut. Magon.deciſ. Florent.
39. n.20. eum alijs exaduerſo adductis. Quia
iſta procedunt quando non adeſſet alia vali-
dior præſumptio in contrarium, prout adeſt
in caſu noſtro, in quo pecuniæ non pertine-
42 runt ad fideioſſorem, † tunc enim non atten-
ditur, quod ſit principaliter obligatus, ſed
dicitur fideiuſſor, non obſtante, quod verbis
aliter conceptum fuerit *Caſtr. conſ. 331. in*
cauſa ſilueſtri. n. 1. lib. 1. & in l. ſed iulia-
nus 19. in princ. n. 4. in fin ff. ad macedon.
Roman. conſ.114.n.3.in fin. Franc.deciſ.55.
n.8. latè *Menoch.conſ.795.n.1. cum ſeq.lib.9.*
Tiraq. de retract. lignag. §. 31. gloſ. vnic.
43 *n. 8.* † Et quãuis reſpectu creditoris ſit prin-
cipalis; Tamen circa interpretandam ſolu-
tionem, in quam cauſam cedat, attenditur
commodum debitoris, præſumendo, quod
prius ſoluerit debitum proprium, itaut cre-
ditor teneatur ſemper acceptam ferre pecu-
44 niam ſolutam in illam cauſam, † in quam
etiam ipſe ſolueret, ſi eſſet debitor, & prout
magis ſibi expediret *Bald.in l.1.ad fin.verſ.*
ad eum qui accedit. C. de ſolut. Corn. conſ.
111. col.2.poſt med. lib. 4. Socin. Iun. conſ.
85. n. 5. lib. 2.

Maximè, quia ſolutio ſcutorum 400. magis
correſpondet cuilibet ex ſocietatibus ſcuto-
rum 400. pro qualibet, quæ erant debitum
proprium ipſorum ſoluentium, quam alicui
ex ſocietatibus initis cum Scottis, quarum
vna erat ſcutorum 200. altera ſcutorũ 700.
45 Vnde veriſimile eſt, † quod eadem ſolutio
ceſſerit in extinctionem, vel alterius ex di-
ctis ſocietatibus ſcutorum 400. pro quali-
bet, vel ſaltem pro rata vtriuſque *Rot. di-*
uerſ. deciſ. 92. n.4. in fin. verſ. quarto quia
iſtæ multiplicatæ ſolutionei. p.1. & deciſ.176.
n.1. par. 2. Socin. Iun. conſ. 85. n. 11. lib.2.
Menoch. præſumpt. 136. n.18. lib. 3.

Additur veriſimilitudo, ſecundum quam potius
eſt credendum, quod quis voluerit ſoluere,
quod eſt proprium debitum, quam alienum
licet in eo ſe principaliter obligauerit, cum
proprium magis arctet, tanquam pecuniam
46 receperit, † quam alterum, ex quo nullam
vtilitaté habuit, cum in iſta materia ſolutio-
num attendatur, quod eſt veriſimile *l. ſi ex*
pluribus. la 2. ff.de ſolut. Corn. conſ.295.n.2.
lib. 3. Itaut ex iſtis recedatur ab illa coniе-
ctura, quod præſumatur ſolutio facta in du-
riorem, & antiquiorem cauſam, cum proce-
dat, quando res eſt omnino dubia, ſecus vbi
aliqua coniectura, ſeu circumſtantia, ſeu ve-
riſimilitudo adeſt in contrarium, vt in pun-
cto dicit *Rot. diuerſ. deciſ.92.n.2. & 3. p.1.*

Vlterius videtur etiam ceſſare prætenſa anti-
quitas aliarum ſocietatum, in quibus Eraſ-
mus habuit nudum nomen officialis, quia
conſtat illas fuiſſe extinctas per alienatio-
nem officij, & renouatas 1. Martij 1605. ſu-
47 per alio officio, † Vnde quo ad Eraſmum,
qui in renouationibus acceſſit tanquam fi-
deiuſſor, euanuit prioritas obligationis, &
remãſerunt dictæ ſocietates poſteriores, non
obſtante ratificatione facta ſine præiudicio
veterum obligationum, quia reſpectu offi-
cialis ſubrogari non poterant præſeruari
iura, cum iam eſſet extincta obligatio, prout
Philippus ratificans ſocietates voluit, quod
Eraſmus accederet; quod non curaſſet, ſi pro
extincta non habuiſſet illam primam obli-
gationem ab eo factam tanquam de officiali,
prout dictum eſt *ſupr. n.36.* Vnde ſemel ex-
tinctum non potuit amplius reuiuiſcere, &
ſic antiquitas obligationis ceſſauit *Bart. in*
48 *l. ab emptione.col.2. ff. de pact.* † vbi de obli-
gato ex contractu, vel ſententia ad rem tra-
dendam, ſi eam ſemel tradiderit erit libera-
tus, nec obligatio reuiuiſcit, quamuis ea
denuo ad illum reuertatur *Aret. Imol. Caſtr.*
& Roman. in l. permiſceri. quæ eſt penult. ff.
de acquir. poſſeſſ. Bald Ang. & Alex. in
l. ſi fideiuſſor. § meminiſſe. ff.de legat.1. An-
char. in clem. ne romani. §. porro: de elect.
Barbat. conſ.22.col.5.lib.3. Corn.in l. ſi quis
hæredem. col. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
Iaſ. in §. actionum. n. 148. inſtit. de action.
Tiraq.in l. ſi vnquam.in verb. ſuſceperit li-
beros. n.191. C. de reuoc. donat.

Ex prædictis igitur erit retardanda executio
etiam cameralis, prout retardatur ſtantibus
49 iſtis præſumptionibus, † quod cenſeatur de-
bitum ſolutum in cauſam propriam *Rot.di-*
uerſ. deciſ.92. n. 1. & 6. p. 1. Cum etiam ſo-
lutio probetur ex præſumptione iuris *Socin.*
conſ.27. n.30. lib.4. Galleſ. ad form. obligat.
50 *camer. p.1. q.3. n. 4. & p.4. q. 1. n.5.* † Itaut
iſta præſumptio iuris afficiat onere grauio-
ri probandi contrarium *Rot. diuerſ. deciſ.*
92. in fin. par. 1.

Circa alterum dubium, de quo erat quæſtio in
alia cauſa Romana ſocietatis, obſeruandum
eſt, quod Fabius, & Iacobus fratres recogno-
uerunt bonam fidem pro tota ſumma con-
tenta in inſtrumento ſocietatis, de qua agi-
mus, & pro illa quietarunt vocantes ſe de
ea ſatisfactos, & inſuper releuarunt indem-
nem Franciſcum in eadem ſocietate obliga-
tum, Vnde non poſſunt contra eũdem agere
vigore primæ recognitionis, quam idem
Franciſcus pro medietate fecit in ſocietate
51 prius inita, † cum ſatis ſit, quod in renoua-
tione dicti fratres recognouerint bonam fi-
dem pro tota ſumma, & ſic commodum, &
incommodum illius ad eos ſpectare debet in
totum, & non ad alios ſtante veritate nego-
tij per eos confeſſati, & quod ipſi ſoli de
huiuſmodi pretio participarunt *Bald. in*
l. multum.6.n.2.verſ. à poſteriori. C. ſi quis
alter.vel ſib. per l.mulier. alias incipit *Sul-*
pitius. ff. de donation.int.vir.& vxor.l.qui-
dam cum filium. de hæredib. inſtituend. l.in
fideicommiſſi. §. cum pollidius. de vſur.

Nec ſubſiſtit, quod in renouatione cenſeantur
re-

Digitized by Google

52 repetita pacta, conditiones, † & qualitates de quibus in prima ſocietate *l. 2. §. ſed ſi iudex. de iudic. Dec. conſ.* 407. *n.* 8. Quia procedit dummodo in tali renouatione non ſit data noua forma, tunc enim illa eſt ſeruanda, & nihil cenſetur repetitum in ſocietate renouata *Bald. conſ.*448. *punctus ſuper quo petitur. in fin. n.* 3. *lib.* 4. *per tex. in l. cum in plures. §. dicta. ff. locat. l. penult. C. pro ſocio.*

Præterea in ſecunda ſocietate fuit per Fratres
53 expreſſa certa quantitas, † quo caſu non cenſetur facta aliqua repetitio eorum, quæ in prima ſtipulatione ſunt appoſita *Bart. in l. ſi ſtichum.* 8. *§. legata. poſt med. verſ. mihi videtur. de nouat. per tex. in l. neſennius. vbi Gloſ. de re iudic. & in l. ſi prior. ff. ſolut. matrim. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 15. vbi ampliat ad conditionem, pactum, & ſimilia *Aret. conſ.* 17. *n.* 10. *poſt princ. verſ. ſed dato quod iſta noua donatio.*

Inſuper propter iſtam ſecundam recognitionem factam per eoſdem fratres de tota ſumma contenta in ſocietate, fuit ſecuta noua-
54 tio, † quæ licet non præſumatur, neque fiat niſi ſecundum diſpoſitionem *l. fin. C. de nouat.* Tamen quando caſus eſt incompatibilis, ſemper dicitur receſſum à primo actu per ſecundum *Bald. in d. l. fin. col.* 1. *ad med. verſ. vt quando fortè. Menoch. conſ.* 381. *n.* 32. & 33. *lib.* 4. *Rot. & alij*, de quibus per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 17.
55 *tit.* 3. *n.* 13. † Neque enim in huiuſmodi diſpoſitionibus neceſſe eſt apponere clauſulam illam caſſantes, & irritantes omnem alium contractum, quia tacitè ei intelligitur derogatum *Bald. in c.* 1. *de tranſact.* Quare cum inter ſe non conueniant ipſo facto, per ſecundum cenſetur derogatum primo *Dec.*
56 *conſ.* 463. *n.* 3. † Per incompatibilitatem enim fit nouatio ſine aliqua expreſſione *Gabr. conſ.* 81. *n.* 3. *lib.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.* 262. *n.* 5. *p.* 2. *Decian. conſ.* 21. *n.* 69 *lib.* 1.

Quod autem iſti actus ſint incôpatibiles, apertè colligitur, quia recognitio bonæ fidei, ſi pro
57 medietate ſpectabat ad Franciſcum, † non poterat pro tota ſumma pertinere ad dictos fratres, prout ipſi declararunt poſt primam recognitionem Franciſci in ſecunda ſocietate renouata, Maximè, quia per eoſdem fratres etiam releuatur indemnis Franciſcus à dicta tota ſumma, quod magis inducit incompatibilitatem tanquam ſit actus geminatus, & quemadmodum in prima ſocietate fratres ſibi præcauerunt procurando declarationem fieri per Franciſcum, idem per eos erat faciendum in renouatione, in qua cum expreſsè recognouerint bonam fidem in totum, & quod de toto pretio ipſi ſoli participauerint, ſibi præiudicarunt, itaut non poſſint amplius vti prima recognitione,
58 cum verba ſint clara, † & non ambigua, & non poſſint habere, niſi vnicum ſenſum, nam ſi poſſent ad multos ſenſus trahi, tunc præſumeretur diſpoſitio facta ſecundum actum præcedentem etiam ex interuallo *Ang. in l. ſi quis cum aliter.* 36. *n.* 1. *poſt med. verſ. tamen verba. ff. de verb. obligat.*

Quibus conferr, quod non ſumus in repetitio-
59 ne qualitatum, ſed ſubſtantiæ negotij, † quæ ſubſtantia difficilius præſumitur repetita, quam qoalitas, cum iſta facilius probetur *Ang. in l. ſi certis annis. C. de pact. Natt. conſ.* 102. *n.* 3. *Dec. conſ.* 297. *n.* 4. *Surd. conſ.* 168. *n.* 7. *lib.* 2.

EPITOME.

Societas officij ante ratificationem an dicatur ſocietas, itaut faciat currere periculum vitæ. ¶ Et quando illius validitas conſideretur, vt eſt nunc, ſeu vt eſt tunc. ¶ Conſenſus ſuperueniens an debeat retrotrahi ad tempus actus geſti etiam in requirentibus ſpeciale mandatum. ¶ Ratificans quo caſu poſſit apponere legem magis ſibi viſam, & qualitates ſibi proficuas. ¶ Dictio ſuper an importet ius in re. ¶ Soluens de pecuniis debitoris, quando poſſit reportare ceſſionem. ¶ Verbum data an ſit temporis præteriti denotans actum perfectum. ¶ Ratificatio ſubſequens an retrotrahatur in actu penitus nullo, ſicut in eo, qui eſt validus. ¶ Et quando in ea poſſit aliquid apponi in præiudicium eorum, quibus fuit ius quæſitum. ¶ In ſocietate officiorum an ſolutio pecuniæ de ſtylo fiat ſtatim in ipſo contractu, ſeu poſtea. ¶ In materia depoſiti quid ſignificet verbum retinere.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore eſt potior in iure.*
2 *Conuentio aliqua non poteſt fieri in præiudicium anterioris creditoris, cui iam fuit ius quæſitum.*
3 *Societas recipit validitatem à ratificatione, vt ex nunc, non autem, vt ex tunc, quando fuit facta ab initio abſente parte.*
4 *Ratificatio ſubſequens non retrotrahitur in actu, qui in totum, & penitus eſt nullus ipſo iure, ſecus in eo, qui eſt validus. n.* 5. & 6.
7 *In ratificatione, quæ retrotrahitur ad diſpoſitionem validam non poteſt aliquid apponi in præiudicium eorum, quibus fuit ius quæſitum.*
8 *Verbum data eſt temporis præteriti denotans actum perfectum, & tempus conſummatũ.*
9 *Solutio pecuniæ an fiat ſtatim in ipſo contractu ſocietatis officiorum, ſeu poſtea.*
10 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & contra illud veniens grauatur duriori probatione.*
11 *Verbum retinere in materia depoſiti ſignificat*

rat conſeruare pecunias habitas à deponente, & accipitur etiam pro tenere, ſeu detinere. n. 12.

13 *Societas ante ratificationem non dicitur ſocietas, nec facit currere periculum vitæ.*

14 *Conſenſus ſuperueniens retrotrahitur ad tempus actus geſti etiam in requirentibus ſpeciale mandatum in præiudicium ipſius ratificantis. & n. 15.*

16 *Ratificans quando poſſit apponere legem magis ſibi viſam, & qualitates ſibi proficuas. & n. 17.*

18 *Dictio ſuper ſignificat ius in re, quæ erit obnoxia pro obſeruatione promiſſionis.*

19 *Soluens de pecunijs debitoris quando poſſit reportare ceſſionem.*

20 *Ceſſio reportata contra ordinem debitoris non producit aliquem effectum.*

CAPVT DCCCCLXIII.

SEntentia lata in cauſa Romana pretij of-
ficij, eſt reuocanda, cum in ea declaretur
anterior Io. Baptiſta, non habita conſidera-
tione crediti Comitis contracti per dies 36.
1 ante, † qui propterea tanquam prior in
tempore erat etiam potior in iure *c. qui
prior. de regul. iur. in 6. l. quoties vtriuſ-
que. ff. eod. tit. Neguſ. de pignorib. membr.
2. p. 5. n. 1. Rip. in l. priuilegia. n. 3. ff. de
priuileg. creditor. Surd. deciſ. 13. n. 9. & de-
ciſ. 255. n. 1. cum ſeq.*
Nec debet attendi conuentio facta per Aduer-
ſarium, quod pecuniæ deberent cedere in
ſolutionem pretij officij cum ſpeciali hypo-
theca ſuper eo, & ceſſione habita à Valenti-
no venditore eiuſdẽ officij, Quia huiuſmodi
conuentio non potuit fieri poſt contractam
ſocietatẽ poſt interuallum multorũ dierum
in præiudicium anteriorum creditorum,
2 quibos iam fuerat ius quæſitum, † erat enim
facienda in ipſomet inſtrumento ſocietatis,
ſtatim & incontinenti, nam alias nulla po-
teſt conſiderari hypotheca in præiudicium
anterioris *l. licet. vbi Sicard. n. 1. vſque ad 8.
Bellapertic. in fin. C. qui potior. in pignor.
habeant. Bart. in l. interdum. n. 5. vbi Caſtr.
n. 6. ff. eod. tit. Alex. in l. ſi cum dotem.
23. §. vlt. ad fin. n. 5. vbi Barboſ. n. 24. ff.
ſolut. matrim. Gail. obſeruat. 15. n. 4. lib. 2.
Rot. deciſ. 563. n. 3. p. 2. in recentior.*
Nec facit, quod licet ſocietas fuerit contracta
10. Februarij 1616. Tamen illa non habuit
effectum, neque aliquam perfectionem, niſi
poſtquam fuit ratificata die 22. eiuſdem
menſis Februarij, de quo tempore potuit
fieri declaratio, & conuentio reſeruatio-
nis hypothecæ ſuper officio, ſuper quo fuit
3 contracta, † tanquam ſocietas dicatur rece-
piſſe validitatem à ratificatione, vt ex nunc,
non autem, vt ex tunc, quando fuit facta ab
initio abſente parte *Bart. in l. obſeruare.
n. 4. ff. de offic. procon. Surd. deciſ. 70. n. 16.
& deciſ. 245. n. 5. & 9. Rot. coram R. P. D.
Pirouano. Roman. ſocietatis officij. 15. Maij*
1621. Quia iſta procedunt, quando actus eſt
4 in totum, & penitus nullus ipſo iure; † tunc
enim non retrotrahitur per ſubſequentem
ratificationem; quæ ſuſtinetur, vt nunc, non
vt ex tunc, & ideo in ea poteſt apponi qua-
litas per ratificantem bene viſa, tanquam
actus dicatur nouus, & non dependens à pri-
mo nullo, cum per diſpoſitionem hominis
non poſſit fieri, quod conualidetur nullitas
actus, quidquid aliud ſit in diſpoſitione le-
gis, Diuerſum eſt, quando, prout in caſu no-
ſtro, ratificatur quod ab initio non eſt ipſo
5 iure nullum, † tunc enim ratihabitio retro-
trahitur, quaſi inueniat principium conſer-
uatiuum, & non poteſt dici actus nouus, ſed
dependens à primo, & ex ſuperueniente con-
ſenſu roboratur, prout ſi à principio eſſet fa-
ctus, ideo in tali ratihabitione non poteſt
apponi aliud, quam ſit in ipſo actu in præiu-
dicium eorum, quibus fuit ius quæſitum,
Iſta eſt communis, & vera diſtinctio, quam
ponunt omnes in *d. l. obſeruare. vbi Butrig.
& Bart. in l. oppoſit. ff. de offic. proconſ. Idem
Bart. in l. 1. n. 4. verſ. ratio quia. C. vbi de
crim. agi. opor. Alex. conſ. 78. n. 24. lib. 5. Dec.
conſ. 368. viſo puncto ad me transmiſſo. n. 4.
& in l. quod initio. in fin. & in l. ſemper
qui non prohibet. n. 16. ff. de regul. iur. Aret.*
6 *conſ. 128. n. 14.* † latiſſimè *Surd.* qui omnibus
reſpondet *deciſ. 245. n. 4. vſque ad 11. & per
tot. & deciſ. 69. n. 16.* vbi exemplificat in
contractu geſto per minorem omnino, & pe-
nitus nullo vigore legis, ſeu ſtatuti *Natt.
conſ. 262. n. 10. cum ſeq. Oſaſc. deciſ. 119. n. 26.*
Cum igitur non ſimus in ſocietate noua, ſed in
prima confirmata per ratihabitionem, quæ
facit illam validam, prout eſt tunc, nõ prout
7 eſt nũc ex ſupra adductis, † non potuit in rati-
ficatione aliquid apponi in præiudicium cre-
ditorum anteriorum, quibus iam fuerat ius
quæſitum, cum ſemper tale ius debeat inta-
ctum remanere, neque per conſenſum ratifi-
cantis in aliquo lædi *Io. Andr. in c. ratiha-
bitionem. de regul. iur. in 6. Bart. & Bald.
in l. aliena res. ff. de pignorat. act. Surd. de-
ciſ. 245. n. 8. Becc. conſ. 66. n. 25. Tiraq. de
retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. n. 66. Affl. de-
ciſ. 335. n. 12. Pariſ. conſ. 14. n. 3. lib. 1.*
Maximè, quia in inſtrumento rogato 10. Fe-
bruarij 1616. apparet pecunias fuiſſe ſolu-
tas Mazzarolo per Aduerſarium, qui poſtea
illas habuit ab eodem in depoſitum, prout
vltra dictum inſtrumentum idem Aduerſa-
rius hoc fatetur in ratificatione, ſeu decla-
ratione, dum loquitur per participium illud
8 data, † quod tanquam temporis præteriti
denotat actum perfectum, & tempus con-
ſummatum *l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur.
Ruin. conſ. 226. n. 6. lib. 1. Rebuff. in l. nihil
aliud eſt hereditas. 24. in fin. ff. de verbor.*

ſignificat. Rot. coram Gregor. XV. Romana
donationis. 26. *Maij* 1603. quæ in impreſſ.
eſt deciſ. 117. *n.* 2. *Bald. in l. arboribus. ff.*
in 1. *lectur.* §. *iulianus ait. & ibi Alber. n.* 9.
& Florian. in §. *idem. n.* 4. *ff. de vſufr. &*
quemadm. quis vtat.

Neque obſtat, quod quando fiunt ſocietates
officiorũ de ſtylo Curiæ nõ ſoluantur ſtatim
9 pecuniæ,† ſed poſtea, vt per *Saluſt. in prax.*
lib. 3. *c.* 14. *in princ.* Quia idem *n.* 3. *ibid.*
teſtatur, quod vt plurimum non exburſantur
pecuniæ, quod non excludit; vt aliquando
exburſentur, & quidquid ipſe dicat, nihil de
eo eſt curandum, tanquã adſit inſtrumentum
cum obligatione camerali, quod facit pro-
10 bationem probatam, † & non admittit iſtas
exceptiones, itaut qui contrarium aſſe-
rit, grauetur duriori probatione, quaſi ve-
niens contra caſum legis *Gloſ. in l. cum pre-*
cibus. C. de probation. Surd. conſ. 6. *n.* 11. *&*
conſ. 134. *n.* 34. *lib.* 1. *Bero. conſ.* 147. *n.* 34.
lib. 2. *Tiraquel. de retract. lignagier.* §. 2.
gloſ. 1. *n.* 20.

Nec aduerſatur verbum retinere in depoſitum,
quod videtur denotare pecunias non fuiſſe
exburſatas per Aduerſarium, ſed retentas
penes ſe, cum verbum retinere ſignificet re-
manere, quod erat in ſuo poſſe; Quia con-
trarium colligitur ex inſtrumento, dum ibi-
dem Aduerſarius fatetur habere in depoſi-
tum pecunias datas, quæ verba, vt dictum
11 eſt, important ſolutionem iam factam, † &
quamuis additum ſit verbum retinere, tamen
in materia depoſiti ſignificat conſeruare pe-
cunias habitas à deponente *l. poſtquam. ff. de*
petit. hæredit. l. hæreditas. ff. eod. tit. l. 3. *ff.*
de liber. homin. exhibend. cum alijs per *Re-*
buff. in l. liberationis. 48. §. *ſolutum. col.* 5.
12 *in princ. ff. de verb. ſignific.* † vbi etiam,
quod accipitur pro tenere, ſeu detinere
l. 1. §. 1. *ff. de eo per quem fact. erit. l.* 2. *in*
fin. ff. ſi quis cautionib.

Minus obſtat, quod ſocietas ante ratificatio-
nem non faciat incurrere periculum vitæ;
13 & ideo ante illam † non poſſit dici ſocietas
Gabr. conſ. 78. *n.* 1. *lib.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.*
763. *n.* 7. *p.* 1. Quia ex hoc non infertur, quod
poſtquam talis ſocietas fuit ratificata, non
debeat attendi dies contractæ ſocietatis,
cum ille attendatur, tanquam ratificatio &
conſenſus ſuperueniens retrotrahatur ad tẽ-
14 pus actus geſti, † etiam quod requireretur
ſpeciale mandatum in præiudicium ipſius ra-
tificantis *l. licet. C. de iudic. l. fin. C. ad ma-*
cedon. c. ratihabitionem. de regul. iur. in 6.
Gloſ. in l. ſi indebitum. §. *procurator. in*
verb. committi. vbi Bart. col. 2. *ff. rem rat.*
haber. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1.
gloſ. 10. *n.* 61. *Surd. deciſ.* 245. *n.* 1. Ex quo
enim actus non peccat in ſubſtantialibus,
15 ſed ſolum in conſenſu, † ſtatim illo ſuperue-
niente conualidatur, & ſuſtinetur, & retro-
trahitur, ac ſi à principio interueniſſet, cum
non ſit omnino nullus latè *Natt. conſ.* 262.
n. 10. *&* 11. *Salic. in l. obſeruare. ff. de offic.*
proconſ. Alex. conſ. 78. *col.* 4. *verſ. quarto re-*
ſpondeo. lib. 5.

Ex quibus ceſſant, quæ dicuntur potuiſſe in
ratificatione apponi legem magis viſam ra-
16 tificanti, † & qualitates ſibi proficuas *l. in*
traditionibus. ff. de pact. Aim. conſ. 174. *n.* 4.
Quia procedũt, quando in ipſo limine tradi-
tionis iſtæ qualitates in re ſua ponerentur,
ſecus ex interuallo poſt acquiſitum ius ter-
tio, & poſt pecunias ſolutas, & in actu, qui
retrotrahitur ad diem ipſius ſocietatis prius
initæ *Cardin. in clem. quia contingit. notab.*
11. *de religioſ. domib. Becc. conſ.* 101. *n.* 25.
& 26. *Ruin. conſ.* 113. *n.* 6. *poſt med. verſ. ſe-*
quitur ergo ex præmiſſis. & n. 7. *&* 9. *lib.* 2.

Et quatenus etiam pecuniæ non fuiſſent ſolutæ
in prima ſocietate, poterat Aduerſarius illã
non acceptare, & nouam ſocietatem facere
17 cum qualitatibus ſibi viſis, † quæ tunc fuiſ-
ſent validæ, non autem ratificare primam
acceptando illud inſtrumentum, quo poſtea
fuit vſus, dum repetijt pecunias ex pretio of-
ficij venditi, itaut non potuerit amplius à
contractu prius celebrato, & ratificato rece-
dere, nec in totum, nec in parte per qualita-
tes poſtea in ratificatione appoſitas in præ-
iudicium tertij *c.* 1. *de probation. Cin. in*
l. digna vox. C. de legib. Ruin. conſ. 113.
n. 6. *in fin. lib.* 1.

Et minus talis declaratio, ſeu ratificatio po-
terit aliquid operari in præiudicium Comi-
tis, cum per eum fuerit facta prius ſocietas
ſuper huiuſmodi officio emendo, ſuper quo
etiam Aduerſarius contraxerat poſteriorem
ſocietatem, ex quibus verbis patet, quod
idem officium fuerat prius obligatum, &
ſpecialiter hypothecatum eidem Comiti,
18 cum hoc importet dictio † ſuper ſignificando
ius in re, quæ erit obnoxia pro obſeruatione
promiſſionis *Bart. in l. fundus.* 9. *ff. de*
annuis legat. Bald. conſ. 132. *n.* 2. *lib.* 5.
Aim. conſ. 20. *n.* 10. *Roman. conſ.* 388. *n.* 2.
vbi Mandoſ. in verb. induxit. Alex. conſ. 156.
n. 3. *lib.* 6. *Natt. conſ.* 341. *n.* 6. *Surd. conſ.* 162.
n. 10. *Oſaſc. deciſ.* 58. *n.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.*
44. *n.* 1. *&* 2. *p.* 1. *& deciſ.* 259. *&* 260. *par.*
ead. Neguſ. de pignorib. p. 2. *membr.* 4. *n.* 164.
verſ. vigeſimus tertius caſus. in fin.

Nec oberit ceſſio reportata à Valentino vendi-
19 tore officij per Aduerſarium, † Quia cum
ſoluerit de pecunijs debitoris, non potuit re-
portare huiuſmodi ceſſionem, tanquã nulla
adſit conuentio de ſuccedendo in locum Va-
lentini, & quod iura cederentur, quod ta-
men requirebatur iuxta *Gloſ. in l. ariſto. ff.*
quæ res pignor. obligar. poſſ. Card. Mantic.
de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 11. *tit.*
29. *n.* 10.

Amplius, neque talis ceſſio poterat reportari,
cum eſſet contra mentem debitoris, Etenim
fuit conuentum, quod pecuniæ ſoluerentur

Va-

Digitized by Google

Valentino cum ordine Mazzaroli, in quo ordine ſolum mandatur, quod Adnerſarins ſoluat Valentino ſcuta 1500. quæ ſunt illamet in ſocietatem prius accepta, nullum autem verbum fit, quod per Valentinum cedantur iura, & in eis Aduerſarius ſuccedat,
20 vnde ceſſio reportata † contra ordinem debitoris non poteſt aliquē effectū producere, tanquam requiratur pactum expreſſum cum debitore, ad hoc vt extraneus, de cuius pecunijs ſoluitur, priori creditori ſuccedat in eius locum *Gloſ. in l. 1. in verb. non accepiſſe. vbi Salic. n. 2. C. de his qui in prior. loc. ſucced. Franc. deciſ. 97. n. 2. Neguſ. de pignorib. p. 5. membr. 3. n. 45. Rot. diuerſor. deciſ. 319. & 320. par. 4.*

E P I T O M E.

SOcius quando poſſit ſine mandato ſociorum obligare bona communia. ¶ Actio de in rem verſo in quibus caſibus procedat. ¶ Pecuniæ dotales datæ marito cū expreſſa hypotheca mercium emptarum, & emendarum ante ſocietatem initam an poſſint ſocijs acquiri in præiudicium anterioris hypothecæ vxoris. ¶ Conditio poteſtatiua quando retrotrahatur ad tempus conuentionis in præiudicium tertij propter priuilegium dotis. ¶ Pecunia data ſocio an poſſit repeti à conſocio, quamuis cum eo non fuerit contractum, ſi illam recipiens conuertat eam in ſocietatem. ¶ Creditum priuilegiatum anterius quando præferatur poſteriori in auocando pecuniam exactam. ¶ Hypotheca anterior mulieris an ſit præferenda quibuſcumque poſterioribus etiam erogantibus pecunias ad emptionem militiæ. ¶ Et quid in fiſco, & cauſa Primipilari. ¶ In generali obligatione an veniant merces, & alia venialia. ¶ Æs alienum, quando prius ſit deducendum ante portionem ſocij debitam. ¶ Obligatio, & actio quo caſu debeat retrotrahi ad diem promiſſionis. ¶ Hypotheca ſpecialis an operetur prælationem ad fauorem eius, qui illam ſibi reſeruauit. ¶ Promiſſio de ſe obligando pro reſtitutione dotis an ſit eadem cum ipſa obligatione, itaut poſſit agi, antequam promittens obligetur. ¶ Res empta de pecunia dotali quo caſu efficiatur dotalis. ¶ Diſpoſitio *l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. habeant.* an procedat vbi ceſſat ſuſpitio antidatę. ¶ Actio hypothecaria quando exerceatur contra quemcumque poſſeſſorem.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor quando poſſit concurrere pro reſtitutione ſua dotis cum creditoribus rationis fundacariæ, quam exercebat maritus cum alijs ſocijs.*

2 *Socius non poteſt ſine mandato ſociorum obligare fundacum, nec illius merces, quamuis ipſe obligetur. & n. 4.*

3 *Contractus initi ante ſocietatem per vnum ex ſocijs ad eam non pertinent.*

5 *Æs alienum prius debet ſolui antequam ſocij habeant portionem, quæ ei eſt debita finita ſocietate.*

6 *Actio de in rem verſo quando habeat locum. & n. 7.*

8 *Hypotheca anterior mulieris præfertur quibuſcumque poſterioribus etiam erogantibus pecunias ad emptionem militiæ, immo etiam fiſco, excepta cauſa primipilari.*

9 *Vxor habet hypothecam in mercibus, & alijs rebus venalibus ſtante generali obligatione omnium bonorum.*

10 *Pecuniæ dotales data marito cum expreſſa hypotheca mercium emptarum, & emendarum ante ſocietatem initam, non poſſunt ſocijs acquiri in præiudicium anterioris hypothecæ vxoris. n. 13. 18. & 21.*

11 *Pecunia data ſocio poteſt ab alio conſocio repeti, quamuis cum eo non fuerit contractum, ſi ſocius, qui illam recepit eam conuertit in ſocietatem.*

12 *Creditum priuilegiatum anterius præfertur poſteriori etiam in auocando pecuniam exactam, ne dum in mercibus ſibi hypothecatis.*

14 *Conditio poteſtatiua retrotrahitur ad tempus conuentionis, etiam in præiudicium tertij ob priuilegium dotis, propter quod iudicatur de ea, ſicut de caſuali.*

15 *Scientia probatur ex coniecturis.*

16 *Actio hypothecaria eſt in rem, & poteſt exerceri contra quemcumque poſſeſſorem.*

17 *Debitor non poteſt aliquid facere in præiudicium creditoris habentis bona ſua hypothecata. & n. 19.*

20 *Actio, & obligatio quando retrotrahatur ad diem promiſſionis.*

22 *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis, ſi maritus effectus ſit non ſoluendo.*

23 *Hypotheca ſpecialis quando operetur prælationem in bonis emptis ad fauorem poſterioris creditoris, qui illam ſibi expreſſè reſeruauit.*

24 *Promiſſio de ſe obligando pro reſtitutione dotis an ſit eadem cum ipſa obligatione, itaut poſſit contra promittentem agi, antequam obligetur. n. 25. & 26.*

27 *Circuitus ſunt euitandi.*

28 *Diſpoſitio* l. ſcripturas. C. qui potior. in pign. habeant. *non procedit, vbi ceſſat ſuſpitio antidatæ. & n. 29.*

CAPVT DCCCCLXIV.

REpetebat ſuam dotē Iſabella vxor Bartholomæi ex cauſis in actis adductis, & quia multa fuerunt oppoſita, ex quibus prætendebatur nullum ius ei competere, ideo
1 fuit per Rotam datum dubium, † an eadem Iſa-

Iſabella pro repetitione dictæ dotis poſſet
concurrere cum creditoribus rationis fun-
dacariç, quam exercebat Bartholomæus ſuus
maritus cum alijs ſocijs, & pluries cauſa
propoſita tandem Domini reſponderunt ne-
gatiuè ob illam rationem, quia ipſa non
contraxit, ſeu quaſi cum dicta ratione, ſeu
illius adminiſtratoribus, immo neque cum
Bartholomæo viro tanquam ſocio, ſed tan-
quam cum priuata perſona, vnde non repe-
ritur deſcripta creditrix ſuper libris funda-
ci, ſed maritus, ideo non poteſt reputari
inter creditores fundacarios, licet enim vxor
ſit creditrix mariti cum hypotheca, tam le-
gali, quàm conuentionali expreſſa omnium
bonorum, & iurium præſentium, & futu-
rorum, & præſertim mercium emptarum,
& emendarum ex pecunijs dotalibus per
2 eum receptis, † Tamen non potuit maritus
ſine mandato ſociorum obligare fundacum,
nec illius merces *l. 1. §. non autem. ff. de
exercit. act. l. ſed & ſi pupillus. §. conuentio.
ff. de inſtit. act.* latè *Anchar. conſ. 332. n. 1.
& per tot. Caſtr. conſ. 415. n. 3. lib. 1.* Et multò
minus pro ſummis ſolutis ante cæptam ſo-
cietatem, quæ initium habuit ex conuen-
tione ſub die 19. Septembris 1611. vt ex ca-
pitulis ſocialibus 27. Auguſti præcedentis,
3 vt in *ſumm. n. 4.* † Contractus enim ante ſo-
cietatem per vnum ex ſocijs initi dicuntur
extra ſocietatem, & ad eam pertinere non
poſſunt *Pariſ. conſ. 94. n. 15. lib. 1.* Immo nec
poſtea vnus ex ſocijs ſolus contrahens pro-
4 prio nomine alios ſocios obligat, † quamuis
ipſe obligetur *l. iure ſocietatis. ff. pro ſoc.*
cum latè adductis per *Felic. in tract. de
ſociet. cap. 30. n. 2. & ſeq.* Et ſub dicta obli-
gatione venit tantum pars, quæ eſt obuen-
tura marito in diuiſione, ſoluto prius ære
5 alieno, † quia antea non dicuntur bona ma-
riti iuxta doctrinam *Salic. in l. eius. in fin.
C. de compenſ. Magon. deciſ. Lucen. 1. n. 13.
Coſta de remed. ſubſid. remed. 119. n. 12. 13.
&* 14. & latè comprobat *Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 2. n. 53. 54. & 61,* vbi in
terminis noſtris refert, quod Senatus cenſuit
eſſe prius ſatisſaciendũ creditoribus ſocie-
tatis, quã vxori vnius ex alijs licet in hypo-
theca anteriori, prout etiam tenuit *Rot. co-
ram R. P. D. Attrebaten. Romana dotis. 13.
Nouembris. & 2. Decembris 1602. & coram
R. P. D. Remboldo Romana pecuniaria. 30.
Martij 1620.*

Nec viſum fuit applicari materiam de in rem
verſo, de qua *in tot. tit. ff. de in rem. verſ.*
6 *Bald.* † *& Salic. in l. ei qui. C. quod cum
eo. & in l. iure ſocietatis. ff. pro ſoc. Natt.
conſ. 567. n. 7.* Quia illa procedit, quando
conſiſtente ſocietate vnus ex ſocijs ſine man-
dato ab alijs recepit pecunias, vel emit mer-
ces, vel aliter contraxit ad vtilitatem ſocie-
tatis, vt declarat *Gloſ. in d. l. iure ſocieta-
tis. in verb. communem. ff. pro ſoc.* quod non
eſt in caſu noſtro, in quo pecuniæ dotales
fuerunt poſitæ per Bartholomæum pro capi-
tali, vt ſatisſaceret ſuæ obligationi, dum
promiſit ponere partẽ ſuam eiuſdem capita-
lis, & ſic vt diſſolueret propriũ debitũ, prout
fuerunt annotatæ partitæ ſuper libris dictæ
ſocietatis ad eius creditum abſque aliqua
7 mentione, quod pecuniæ eſſent dotales, † vn-
de non potuerunt dici verſæ in vtilitatem
ſocietatis, prout erat neceſſe, ad hoc vt ha-
beat locum actio de in rem verſo, quæ præ-
ſupponit euidens incrementum ex verſione
ipſi ſocietati vltra capitale, & ita fuit con-
cluſum intelligendo tamen, quod Iſabella
non poſſet concurrere cum creditoribus ſo-
cietatis, videlicet cum illis, qui ei credide-
runt eadem ſocietate durante, de quo verò
tempore ſocietas fuerit finita, itaut poſſit
ſubintrare hypotheca Iſabellæ reſeruatum
fuit particulariter videre.

Hactenus *deciſio Rotæ in huiuſmodi cauſa Ro-
mana rationis fundacariæ. 8. Martij 1621.*
cuius validitas cum in controuerſiam dedu-
ceretur, ex ſolita benignitate Dominorum
fuit mandatum illam reuideri, & datum du-
bium an ab ea eſſet recedendum, in quo con-
ſultus ad inſtantiam pauperrimæ mulieris,
quid agendum, cum prius in cauſa non ſcri-
pſerim, viſis videndis, & conſideratis con-
ſiderandis dixi vxorem poſſe concurrere
cum creditoribus fundaci reſpectu portio-
nis eius viri, non obſtante ſupradicta deci-
ſione, quia in facto apparet, quod pecuniæ
dotales fuerunt traditę marito cum expreſſa
conuentione inita, antequam ſocietas con-
traheretur, quod fundacum, & merces em-
ptæ, & emendæ eſſent ſpecialiter obligatæ
eidem vxori, vnde cum poſtea ex eiſdem pe-
cunijs fuerint merces emptæ, compræhen-
dentur ſub dicta hypotheca, itaut non po-
tuerint tranſire in beneficium ſocietatis, niſi
8 cum dicto onere, † ideo ſtante hypotheca
mulieris anteriore, illa eſt præferenda qui-
buſcumque poſterioribus etiam eroganti-
bus pecunias ad emptionem militię multum
priuilegiatæ, immo etiam fiſco, excepta
cauſa primipilari *l. ſatis notum. C. in quib.
cauſ. pign. tacit. contrahit. §. bis conſequens.
auth. de æqualit. dot. Neguſ. de pignorib.
p. 2. membr. 4. n. 164. verſ. nonus decimus
caſus. in fin. fol. 45. & p. 5. membr. 2. n. 21.
in 5. fallent. verſ. ſed dubium eſt. in fin. fol.
84. poſt Bald. Nouell. de dot. par. 10. col. 12.
n. 33. verſ. tertio decimo limita.* Cardin.
*Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib.
lib. 11. tit. 26. n. 38. in fin.*

Et paſſim datur hypotheca vxori in mercibus,
9 & alijs rebus venalibus, † quamuis non ſit
expreſsè conuenta ſtante generali obliga-
tione omnium bonorum, vnde multò magis
quando adeſt pactum ſpeciale, itaut aliqui-
bus venditis ſtatim alia in eorum locum
ſubrogentur *Salic. in l. vbi adhuc. n. 12. C. de
iur.*

Digitized by Google

iur. dot. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 5. n. 2.
Pariſ. conſ. 69. n. 4. lib. 4. Pinell. in rubr.
C. de bon. matern. p. 3. n. 46. in fin. Pat. de-
ciſ. 297. n. 2. lib 2. Pacific. de Saluian. inſpect.
3. c. 11. n. 182. cum ſeq. fol. 133.

Non obſtat, quod vxor non contraxerit cum
ſocietate, ſed ſolum cum marito tanquam
10 priuata perſona, † Quia ſatis eſt, quod pe-
cuniæ dotales datæ eidem marito fuerint
traditæ cum expreſſa, & ſpeciali hypothecâ
mercium emptarum, & emendarum ante
ſocietatem initam, & ante ſocios aſſumptos
in fundaco, vnde illis non potuit aliquod ius
acquiri in præiudiciũ anterioris hypothecæ,
tanquã pecuniæ tranſiuerint cum tali onere,
nulla habita conſideratione, quod cum ſo-
cijs non contraxerit, quamuis enim ceſſet
iſta actio perſonalis, remanet tamen ius
quoddam incorporale, & rei annexum, ſci-
licet ius prælationis in ea, & mercibus em-
ptis, quod competit contra quemcumque,
itaut officio Iudicis ſit compellendus ad il-
larum reſtitutionem *Caſtr. conſ. 315. lauda-*
tio & inueſtitura. in fin. n. 5. verſ. vltimo
ſi quæritur. lib. 1. Aim. conſ. 101. n. 9.

Et omnes admittunt, vt pecunia data ſocio
poſſit peti ab alio conſocio, quamuis cum
11 eo non fuerit contractum, † ſi ſocius qui il-
lam recepit in ſocietatem conuertit, quia
non attẽditur illa ratio, quod cũ eo contra-
xerit, nec ne, tanquã ſatis ſit eamdem pecu-
niam ad eum perueniſſe iuxta veriorem opi-
nionem, de qua per *Bald. in l. iure ſocie-*
tatis. 83. in princ. vbi Fulgoſ. in fin. ff. pro
ſocio. poſt Gloſ. in l. ei qui. 7. in verb. ratum.
ad med. vbi Cin. n. 2. Fulgoſ in princ. Salic.
n. 2. Bellapert. n. 1. C. quod cum eo qui in
alien. poteſt. Aim. conſ. 129 n. 12. Pariſ. conſ.
94. n. 27. in fin. lib. 1 Alex. conſ. 139. n. 4. in
fin. lib. 5. cum alijs adductis. *ſupr. c. 632.*
n. 8. & 9. tom. 4.

Et imputent ſibi creditores, qui contraxerunt
ſocietatem cum eo, qui nihil poſſidebat, ſed
omnes pecunias habuit ab vxore cum dicta
hypotheca, per quam impeditur, vt mari-
tus non potuerit in mercibus emptis præiu-
dicare mulieri, nec illas acquirere ſocietati,
12 maximè, † quia ſumus in ea, quæ habet cre-
ditum priuilegiatum, ob quod priuilegium
debet præferri anterior poſteriori etiam in
auocãdo pecuniam exactam, ne dum in mer-
cibus ſibi hypothecatis *Surd. conſ. 4. n. 25.*
& 26. iuxta Gloſ. in l. ſi non expediat. 6. §.
quod ſi vtroque. in verb. ſolidum. ff. de bon.
auctor. iudic. poſſidend. vbi quod per diui-
ſionem non fuit præiudicatum iuribus vxo-
ris *Ang. in l. pupillus. 24. poſt princ. verſ.*
ideo dixit. ff. quæ in fraud. creditor.

Minus facit, quod pecuniæ, de quibus agimus
13 fuerint poſitæ per maritum pro capitali, † vt
ſatisfaceret ſuæ obligationi in ponẽdo ſcuta
quinque millia iuxta cõuentionem per eum
factam cum ſocijs occaſione ſocietatis inter
eos initæ, ad quorum fauorem dictum capi-
tale fuit obligatum, Quia maritus non po-
terat ponere pro capitali pecunias, pro qui-
bus iam conſtituerat hypothecam ad fauo-
rem mulieris in caſu reſtitutionis dotis, ante
cuius euentum, licet eadem bona fuerint ta-
citè, ſeu expreſſè alteri hypothecata, tamen
eueniente conditione primæ hypothecæ, non
conſideratur ſecunda obligatio, ſed præfer-
tur ille, cui prius fuit conſtituta hypotheca
ſub conditione, cuius euentus retrotrahitur
ad tempus conuentionis, & obligationis ver-
balis etiam in præiudicium ſecundi credi-
toris, cui purè, & expreſsè dicta bona fue-
runt obligata *l. qui balneum. ff. qui potior.*
in pignor. habeant l. titius. ff. quæ res pignor.
oblig. poſſ. Bart. in l. ſi is qui pro emptore.
q. 5. princip. ff. de vſucapion. Bero conſ. 46.
14 *n. 15. & 16. lib. 1.* † vbi etiam *n. 17.* ampliat
procedere in conditione poteſtatiua appo-
ſita in obligatione, & hypotheca facta per
maritum vxori pro reſtitutione dotis, ob cu-
ius fauorem talis conditio poteſtatiua re-
trotrahitur ad tempus conuentionis etiam
in præiudicium tertij, cui pendente condi-
tione eadem bona fuerunt obligata, cum
propter priuilegium dotis iudicetur de po-
teſtatiua conditione, ſicut de caſuali, ſeu
mixta *l. 1. ff. qui potior. in pignor. habeant.*
Salic. in l. cum tibi. 10. *C. eod. titul. Bald.*
Nouell. de dot. priuil. 23. p. 8.

Maximè, quia ex facto conſtat, quod ſocij ha-
buerunt ſcientiam, quod huiuſmodi pecuniæ
erant dotales, ex qua ſcientia minus potuit
præiudicari mulieri in ſua hypotheca, nec
aliquod ius illis acquiri in præiudicium ha-
15 bentis potiora, & anteriora iura, † & de tali
ſcientia non eſt dubitandum, cum dicatur ſa-
tis probata etiam ex coniecturis *Bald. conſ.*
392. n. 1. lib. 1. Alex. conſ. 69. n. 1. lib. 2. &
conſ. 187. n. 3. lib. 2. Ang. in l. 1. ff. de vſu-
capion. Rip. in l. qui romæ. §. duo fratres.
n. 57. ff. de verb. obligat. Felin. in c. petrus.
n. 5. de homicid. Menoch. præſumpt. 17. n. 5.
lib. 5. Honded. conſ. 97. n. 16. & 17. Maſcard.
concluſ. 1293. n. 2.

Cum igitur vxor habeat intentionem funda-
tam in capitulis matrimonialibus, in quibus
Bartholomæus maritus ad eius fauorem
obligauit pro reſtitutione ſuæ dotis bona
fundacalia, tam empta, quam emenda in
forma Cameræ, vt ſupra dictum eſt, etiam
cum ſpeciali hypotheca, merces poſtea em-
16 ptæ † cum tali pecunia dotali fuerunt affe-
ctæ cum onere eiuſdem hypothecæ, nec poſ-
ſunt acquiri ſocietati, niſi cum eodem onere
tanquã actio hypothecaria ſit in rẽ *l. pigno-*
ris proſecutio. 17. ff. de pignorib. l. pignoris.
C. eod. tit. l. ſi venditor. in princ. ff. de
17 *euict. Decian. conſ. 11. n. 197. lib. 1.* † itaut
non potuerit poſtea per maritum aliquod
præiudicium fieri vxori in dicta hypotheca
anteriori *l. 1. vbi Bald. & Salic. C. debitor.*

vend. pign. impedir. non poſſ. l. debitorem. vbi Iaſ. C. de pact. l. licet. vbi Bellapert. in fin. Sicard. n. 7. verſ. praeterea procedit. C. qui potior. in pign. habeant. Rot. deciſ. 563. n. 3. p. 2. in recentior. dixi *ſupr. c. 516. n. 14.* & in
terminis ita concludit *Socin. conſ. 77. n. 2.*
lib. 4. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 4.
18 *gloſ. 9. p. 2. n. 61.* † vbi in ſpecie refert ita
deciſum per Senatum pro prælatione vxoris
ſuper capitali deinde poſito in ſocietate per
vnum ex ſocijs, quod in eam tranſiuit cum
onere hypothecæ prius per vxorem acquiſi-
19 tæ, quæ non poterat tolli per maritum. † vt
dictum eſt *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de*
pact. Neguſ. de pignor. membr. 3. p. 6. n. 11.
Surd. deciſ. 286. n. 1.

Nec facit, quod ſocietas fuerit contracta die
17. Auguſti, & ſic ante pacta dotalia, Quia
in capitulis ſocialibus conſtat de contrario,
in illis enim fuit ſpecialiter conuentum,
quod illa deberet incipere 19. Septembris, &
quod capitale eſſet apponendum iofra duos
menſes proximè ſubſequentes, cum tamen
obligatio ad fauorem mulieris in capitulis
matrimonialibus fuerit facta die 6. Septem-
bris, & ſic per multos dies ante contractam
20 ſocietatē, † Vnde non debet retrotrahi, ſed
dicetur initium habere dicta die 19. Septem-
bris iuxta conuentionem expreſſam, & ſic
poſt pacta dotalia, cum antea non eſſet nata,
nec obligatio, nec actio, ideo non retrotra-
hitur *Alber. in l. ſi ſtipulationes non diui-*
duntur. 72. §. ſi quis ita. n. 45. poſt med.
verſ. ad quintum decimum. ff. de verb. obli-
gat. iuxta theoricam *Bart. in l. ita ſtipula-*
tus. 115. n. 39. poſt med. ff. eod. tit. Bald. in
l. 1. n. 6. C. quand. dies legat. ced. Gambar.
de auctor. legat. lib. 6. n. 594. & 595. tom. 13.
par. 2. fol. 198.

Contraria autem procedunt in alijs bonis ſo-
cietatis, vel lucri ex eis acquiſiti non affe-
ctis hypotheca anteriore, ex quibus prius
erunt ſoluenda debita ſocialia, non autem
in capitale ante ſocietatem affecto, & hypo-
21 thecato, & vinculato ad fauorē vxoris † iuxta
diſtinctionem *Fontanell. de pact. nuptialib.*
clauſ. 4. gloſ. 9. p. 2. n. 53. vſque ad 65. Præ-
ſertim, quia ſumus in decoctione fundaci,
& mariti, quo caſu merces emptæ de pecunia
dotali in ſubſidium efficiuntur dotales, quan-
do enim maritus lapſus eſt facultatibus, &
factus non ſoluendo, etiam quod nulla adſit
22 conuentio, † datur vxori vtilis rei vendica-
tio *l. vxor marito. vbi Bart. ff. de donat. int.*
vir. & vxor. & in l. ex pecunia. C. de iur.
dot. Bald. in l. in rebus. n. 8. C. eod. tit. Socin.
conſ. 224. n. 2. lib. 2. Bero. conſ. 165. n. 42. lib. 2.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention.
lib. 12. tit. 27. n. 9. & 19. Bald. Nouell. de dot.
p. 5. priuileg. 34. Campeg. eod. tit. p. 4. q. 8. n. 1.

Quibus additur, quod pecunia dotalis fuit data
cum pacto expreſſo ipſi marito, vt merces
per eum emendæ eſſent ſibi obligatæ, quo
caſu ex huiuſmodi emptione cum iſta ſpe-
23 ciali hypotheca † nulla infertur iniuria
creditoribus etiam anterioribus, quaſi bona
iſta non eſſent in bonis eorum debitoris, niſi
fuiſſet pecunia huius poſterioris, ideo me-
ritò omnibus erit præferendus, qui talem
hypothecam ſibi acquiſiuit *l. licet. 7. vbi*
Bart. n. 2. Bellapert. n. 1. Donell. in princ.
Fulgoſ. n. 1. C. qui pot. in pign. habeant.
Franc. deciſ. 97. n. 2. vſque ad 5. quæ opinio
eſt verior, quidquid contradicat *Rip. in l. pri-*
uilegia. n. 32. verſ. nono fallit. ff. de priuileg.
creditor. prout dixi *ſupr. c. 616. n. 4. cum*
ſeq. Rot. deciſ. 563. n. 4. p. 2. in recentior. &
coram R. P. D. Buratto Romana domus &
melioramentorum. 30. Ianuarij 1617.

Nec aduerſatur, quod promiſſio mariti de ſe
obligando pro reſtitutione dotis ſit diuerſa
ab ipſa obligatione, cum promittens ſe obli-
gaturum non poſſit conueniri ad dandum
24 illud, † ad quod ſe obligauit, tanquā nō poſſit
dici obligatus, antequam obligetur, ideo ne-
que poterit prius cogi ad ſoluendum *Boer.*
deciſ. 183. n. 13. Dec. in l. cum fundus. §. ſer-
uum tuum. n. 2. & ibi Alex. n. 2. ff. ſi cert.
petat. Galliagul. in l. 4. §. cato. n. 62. vbi
Butrig. n. 42. cum ſeq. ff. de verb. obligat.
Gramm. deciſ. 103. n. 187. Cephal. conſ. 66.
n. 21. cum alijs per *Cardin. Mantic. de tacit.*
& ambig. conuention. lib. 3. tit. 15. n. 84. vſ-
que ad 86. col. penult. & vlt.

Nam quidquid iſti concludant, contraria opi-
nio eſt verior, & magis recepta; vt contra
talem ſic promittentē de ſe obligando poſſit
25 agi, † non ſecus ac ſi ſe obligaſſet iuxta ſen-
tentiam, quam tanquam magis probabilem
ſequuntur Doctores in *d. §. cato.* vbi *Ruin.*
n. 21. reſpondet omnibus obiectis *Idem*
Ruin. conſ. 12. n. 32. lib. 3. & conſ. 19. n. 14.
lib. 4. Rub. Alexandrin. conſ. 29. n. 5. Roland.
conſ. 69. n. 26. lib. 3. Socin. in d. l. cum fun-
dus. §. ſeruum tuum. n. 2. & ibi Iaſ. n. 5.
Curt. Iun. n. 6. Purpurat. n. 14. in fin. ff. ſi
26 *cert. petat. Gabr. conſ. 58. n. 11. lib. 1.* † vbi
loquitur in ſpecie de marito promittente ſe
obligare ad dotis reſtitutionem, qui in hoc
caſu habendus eſt ac ſi promiſiſſet eamdem
dotem reſtituere, cum circuitus ſint euitan-
27 di † *l. dominus teſtamento. ff. de condict. in-*
deb. l. cum fundus. §. ſeruum. ff. ſi cert. petat.
l. ne in arbitris. in fin. C. de arbitr. clem. au-
ditor. vbi Gloſ. in verb. circuitus. de reſcript.
Tiraq. de retr. conuent. in fin. n. 41. Natt. conſ.
153. n. 9. Surd. conſ. 248. n. 18. lib. 2. Ideo
eamdem vim debet habere promiſſio cau-
tionis, quam habuiſſet ipſa cautio, & ita
etiam ſequendo *Gabriel.* comprobat *Rot.*
coram Card. Lancellot. Senogallien. dotis. 9.
Iunij 1600. & coram R. P. D. Buratto Vr-
binaten. emphyteuſis. 17. Iunij 1616, ſtante
præſertim conuentione, de qua agimus, quæ
habet vim inſtrumenti in forma Cameræ
Rot. deciſ. 119. p. 1. diuerſor.

Et

Et ita ex prædictis poſt plures propoſitiones
reſoluit *Rot. coram R. P: D. Buratto* 14. *Iunij* 1623. recedendo *à deciſ.* prius facta. 8. *Martij* 1621. non obſtante, quod contra apocham obligationis opponeretur, quod illa eſſet ſuſpecta tanquam non ſubſcripta per tres teſtes, ſed ſolum duos iuxta *l. ſcri-*
28 *pturas. C. qui potior. in pign habeant.* † Quia cũ adminiculetur ex ordinibus, & exactionibus ſcutorum 2300. antequam ſocietas inciperet, in executionem ſubſecutis ex depoſitione duorum teſtium, ceſſat diſpoſitio *d. l. ſcripturas.* quæ non habet locum vbi ſuſpitio antidatæ non poteſt conſiderari *Fulgoſ. conſ.* 133. *proponitur. col.* 2. *Tiraq. de retract. conuentional. §.* 1. *gloſ.* 7. *n.* 59. *Rot. coram Card. Blanchetto Romana pecuniaria.* 1.
29 *Iulij* 1587. *Card. Seraph. deciſ.* 1221. *n.* 1. † vbi in ſpecie loquitur de apocha dotali concurrente cum inſtrumento publico *Rot. coram R. P. D. Cauallerio Romana domus de Cardellis.* 1. *Decembris* 1617. Prout etiam probatur actualis ſolutio dotis facta per Iſabellam vxorem Bartholomæo eius viro infra breue tempus poſt matrimonium, videlicet die 16. Septembris vſque ad 5. Nouembris 1611. mediante reſignatione locorum montium, quæ pecuniæ fuerunt poſtea conuerſæ in rationem fundacariam, vt ex ordinibus eiuſdem Iſabellæ directis eius procuratori, qui reſignauit loca montium ſoluendo pretium eidem Bartholomæo, & ex eius quietantijs, & partitis librorum fundaci poſitis ad illius creditum pro ſuo capitali, de quibus in *ſummar. n.* 3. Quo vero ad concordiam inter Bartholomæum, & creditores cum conſenſu, vt prætenditur Iſabellæ, fuerunt iura hinc inde reſeruata videnda particulariter, cum ſint extra terminum deciſionis, de qua agitur.

EPITOME.

Conſuetudo contraria ſtatuto quando ſit valida. ¶ Et quod tempus requiratur. ¶ Et quo caſu ſit neceſſaria ſcientia ſuperioris. ¶ Vel ſufficiat ſcientia officialiũ. ¶ Statutum Vrbis excludẽs fœminas propter maſculos an habeat locum in diſtrictu. ¶ Lex, ſeu conſtitutio quando tollatur per non vſum. ¶ Et quomodo illius probatio ſit facienda. ¶ Hæreditas quando deferatur indiſtinctè tã maſculis, quàm fœminis. ¶ Confirmatio ſtatutorum Vrbis præſeruans ſtatuta particularia locorum an debeat etiam præſeruare conſuetudines illorum. ¶ Fideicommiſſum relictum duobus cum expreſſione nominis collectiui an ſit debitum, ſi conditio in perſona vltimi tantum extiterit. ¶ Perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris poſſit excludere ſubſtitutũ, qualis dicatur. ¶ Poſiti in conditione quando cenſeantur vocati. ¶ Et an ſit admittenda coniectura, quod ſint legitimi, & naturales. ¶ Et an vocentur ad perſonam patris, & patrui. ¶ Remotior in gradu, quo caſu excludat proximiorem. ¶ Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis quando fiat ad hæredes. ¶ Et an illa habeat locum in ſubſtitutione iuncta cum iure accreſcendi. ¶ Subſtitutus quando excludatur per fœminam prohibitam per ſtatutum ſuccedere.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis excludens fœminas propter maſculos habet locum etiam in diſtrictu.*
2 *Conſuetudo, per quam ſtatutum non fuit vſu receptum, valet, & illud non attenditur, nec in foro poli, nec fori, quamuis etiam eſſet per Papam confirmatum.*
3 *Per decennium præſcribitur ſtatuto, vt non dicatur vſu receptum, ſecus ſi fuiſſet ceptum obſeruari, quia tunc requiruntur quadraginta anni. n.* 4. *&* 6.
5 *Productum in eſſe difficilius tollitur, quam impediatur introductio.*
7 *Temporis curſus non requiritur vt ſit derogatum ſtatuto, ſi adeſt ſcientia ſuperioris, ſecus illo ignorante. & n.* 9.
8 *Scientia officialium Principis ſufficit ad hoc, vt dicatur derogatum ſtatuto, ſicut ſi adeſſet ſcientia ipſius.*
10 *Lex, ſeu ſtatutum quando tollatur per non vſum.*
11 *Probatio non vſus an debeat fieri in contradictorio iudicio, vel ſufficiant actus extraiudiciales. & n.* 12.
13 *Hæreditas de iure communi defertur indiſtinctè maſculis, & fœminis. & n.* 15. *Declara, vt n.* 14.
16 *Derogatio ſtatuti exorbitantis à iure communi magis admittitur, & quomodo probetur. n.* 17.
18 *Actus eſt nullus non ſeruata forma, etiam in minimo.*
19 *Confirmatio ſtatutorum Vrbis præſeruat ſtatuta particularia locorum, vnde etiam cenſetur præſeruare illorum conſuetudines.*
20 *Fideicommiſſum relictum duobus cum expreſſione nominis collectiui an debeatur, ſi in perſona vltimi conditio tantum extiterit. & n.* 31.
21 *Perſona, quæ ex veriſimili mente teſtatoris poſſit excludere ſubſtitutũ, qualis dicatur.*
22 *Fœmina excluſa per ſtatutum non admittitur ad ſucceſſionem, itaut per eam non debeat excludi ſubſtitutus.*
23 *Cauſa pia ſubſtituta dicitur vocata ad ſucceſſionem vnius tantum decedentis impleta conditione, licet adeſſet perſona, quæ excluderet ſubſtitutum.*
24 *In ſucceſſione, ſi adeſt concurſus, non poteſt dici, quod adſit perſona, quæ debeat admitti ex veriſimili mente teſtatoris ad excluſionem ſubſtituti.*

Liberi

25 *Liberi teſtatoris ſolum excludunt ſubſtitutum ex veriſimili mente illius.*
26 *Poſiti in conditione non cenſentur vocati, maxime, quando ſunt extranei à teſtatore. & n. 27.*
28 *Coniectura vocationis filiorum, quod ſint legitimi, & naturales an ſufficiat, vt poſiti in conditione ſint vocati.*
29 *Remotior in gradu quo caſu excludat proximiorem.*
30 *Transmiſſio fideicommiſſi conditionalis quādo fiat ad hæredes.*
32 *Vocatio eorum, qui ſunt in conditione poſiti, quamuis admittatur, tamen procedit reſpectu portionis patris, non patrui.*
33 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria iuncta cum iure accreſcendi an habeat locum transmiſſio cum eodem iure, & quæ coniectura requirantur. n 34.*
35 *Iudex ſecundus an potius debeat reuocare, quā confirmare ſententiam primi Iudicis.*
36 *Iudices appellationum quandoque in peius reformant ſententias latas.*

CAPVT DCCCCLXV.

TRes ſententiæ fuerunt latæ ad fauorem
Claricis in cauſa Reatina bonorum,
duæ autem pro Io. Angelo, & cum dubitaretur quis foueret meliora iura, itaut poſſet prætendere confirmationem ſuarum senten-
1 tiarum, † dixi concludendum eſſe pro confirmatione trium, Nam *Statut. Vrb. c. 146. lib. 1.* excludens fœminas propter maſculos, quamuis præſupponatur habere locum in diſtrictu, prout eſt Caſtrum, de quo agimus iuxta *Rot. coram Card. Pamphilio Balneoregien. bonorum. 30. Octobris* 1589. impreſſ. *per Marcheſ. de commiſſ. p. 2. fol.* 152. Tamen cum habeamus contrariam conſuetudinem, per quam tale ſtatutum non fuit vſu rece-
2 ptum, † non eſt curandum de eo, nec in foro fori, nec in foro poli, quamuis etiam eſſemus in conſtitutione Pontificia, ideo valebit ſententia, contra ſtatutum inuſitatum, tanquam omnes conſtitutiones etiam confirmatæ per Papam cenſeantur ſub iſta conditione latæ, quatenus recipiantur vtentium moribus *Surd. conſ. 59. n. 19. lib. 1. poſt Pariſ. conſ. 105. n. 6. lib. 4. Domin. in c. leges. diſtinct. 4. Socin. Iun. conſ. 32. n. 44. lib. 3. & conſ. 126. n. 25. eod. lib. Bero. conſ. 180. n. 23. lib. 1. & conſ. 117. n. 13. lib. 3. Cephal. conſ. 155. n. 16. & 17. lib. 2.*

Ad hoc autem, vt ſtatutum non dicatur vſu receptum, ſufficit decennium, per quod illi
3 præſcribitur, † prout in caſu noſtro maius tempus eſt elapſum, quamuis enim primi inobedientes peccent, tamen alij poſt dictum decennium non peccant, nec dicuntur transgreſſores *Alex. conſ. 132. n. 1. lib. 1. Cephal. conſ. 129. n. 9. & 10. lib. 1. Ruin conſ. 143. n. 24. lib. 5. Gozad. conſ. 23. n. 9. Albenſ. conſ. 27. n. 2. lib. 1. Surd. conſ. 58. n. 11. lib. 1.*

Contraria autem procedunt, quando ſtatutum eſſet cæptum obſeruari, tunc enim quia il-
4 lud dicitur ab vſu confirmatum, † non tollitur, niſi longiſſimo tempore annorum quadraginta, ſed quando, prout in caſu noſtro, nondum eſt introducta inobſeruantia ſtatuti moribus vtentium, ſed agitur de impediendo, ne illud robur accipiat, ſufficiunt decem
5 anni, † tanquam difficilius tollatur, quod iam eſt in eſſe productum, & radices egit, quam impediatur introductio *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* & ita in ſpecie communiter diſtinguunt *Doctor. in c. 1.*
6 vbi † *Felin. col. 10. in princ. verſ. conſidera ſecundo. & col. penult. ad med. verſ. non obſtant notata. de treug. & pac. Alex conſ. 6. n. 4. lib. 1. Aret. conſ. 11. col. 3. verſ. nec videtur ſufficiens. Surd. conſ. 58. n. 10. lib. 1. Cephal. conſ. 96. n. 21. lib. 1. Marſil. conſ. 49. n. 49. Iaſ. in l. rem non nouam. in fin. C. de iudic.*

Quod dictum ſit ex abundanti, cum in caſu noſtro non ſolum lapſi ſint decem anni, ſed pluſquam ſeptuaginta, in quorū ſpatio nunquam fuerunt mulieres excluſæ iuxta diſpo-
7 ſitionem dicti ſtatuti, † ſed potius admiſſæ vna cum maſculis ſecundum ius commune, adeo vt neque aliquis curſus temporis requiratur, ſed ſufficiat, quod fiant actus contrarij ſtatuto, ſciente, & patiente ſuperiore, tunc enim ſtatim derogatur ſtatuto non expectatis decem annis, qui tunc erunt neceſſarij, quando adeſſet ignorantia eiuſdem ſuperioris *Ruin. conſ. 143. n. 20. lib. 5. Pariſ. conſ. 105. n. 7. cum ſeq. lib. 4. Cephal. conſ. 129. n. 10. verſ. immo videtur. lib. 1. Surd. conſ. 58. n. 12. lib. 1. Aret. conſ. 11. col. 3. verſ. ſed oſtenditur ex ſecundo. Benintend. deciſ. 13. n. 9.*

De ſcientia autem ſuperioris non poteſt dubitari, cum ſufficiat ſcientia officialium ip-
8 ſius, † quæ illi nocet, & habetur pro ſcientia Principis *Aim. de antiq. tempor. par. 4. §. abſolutis. n. 22. Rot. diuerſ. deciſ. 719. n 4. p. 1. Surd. deciſ. 181. n. 5. Menoch. conſ. 1007. n. 93. lib. 11. Rot. coram R. P. D. Bubalo. Mediolanen. præeminentiarum. 15. Decembris* 1589. de qua per *Garz. de benefic. p. 5. c. 5. n. 136. Tiraq de nobilit. c. 14. n. 3. Caſſador. deciſ. 2. n. 7. de vnionib.*

Ex illis colligitur, quod ſi attendimus ſcientiam ſuperioris, ſtatim quod fiunt actus contrarij ſtatuto, non poteſt ſuper eo fieri fun-
9 damentum, † cum illi cenſeatur derogatum, vt dictum eſt, ſi vero adſit ignorantia eiuſdem ſuperioris, ſufficit decennium, quo interueniente eſt præſcriptum ſtatuto, quando prout in caſu noſtro, nondum eſt introducta obſeruantia illius *Cephal. conſ. 96. n. 21.* & dictum eſt *ſupr. verſ. ad hoc autem. n. 3. & verſ. contraria. n. 4.*

Neque obſtat, quod per non vſum non tollatur
lex,

Digitized by Google

10 lex, vel ſtatutum,† Quia hoc procedit,quan-
do nihil fieret contra legem, ſeu ſtatutum,
vt quia caſus non accideret, Tamen quando
caſus accidit, vt in facti ſpecie, de qua agi-
mus,& fit contra dictam legem, & ſtatutum,
tunc per talem non vſum dicitur derogatum
ſtatuto , tanquam tunc habeat annexum , &
implicitum actum contrarium ſtatuto , qui
ſufficit ad huiuſmodi derogationem facien-
dam *c. ioannes. & ibi Ioan. Andr. de cleric.*
coniug. Bald. in l. 2. in princ. C. de conſtitut.
pecun. Cin. in l. 2. verſ. expediti ſumus de
prima quaſtione principali. C. qua ſit long.
conſuetud. Alex. conſ. 132. n. 4. lib. 1.

Neque hoc caſu requiretur probatio, quod ta-
lis non vſus fuerit obtentus in contradicto-
11 rio iudicij, † cum ſufficiat, vt huiuſmodi
conſuetudo inducatur per actus etiam ex-
traiudiciales *Purpur. conſ. 432. per tot. lib. 2.*
vbi etiam notat, quod *Alex. conſ. 132. n. 4.*
lib. 1. non tenuit contrarium , quia eſt error
in impreſſione , dum enim dicit , & requiri-
tur, debet dicere, nec requiritur *Aim.* qui de
communi *de antiq. tempor. p. 4. in princ. n. 33.*
vſque ad 36. poſt Bart. in l. de quibus. col. 5.
in fin. verſ. quaro nunquid . & in repetit.
d. l. col. 5. poſt med. verſ. ſecundo videamus.
vbi Iaſ. col. 3. verſ. in ſecunda parte. ff. de
legib. Bald. conſ. 210. caſus talis eſt quidam.
col. 2. lib. 1. Socin. conſ. 99. col. 2. verſ. & li-
cet illa conſuetudo. lib. 1. Corn. conſ. 293. col.
penult. in princ. verſ. non enim obſtat. n. 6.
lib. 1. Ferret. conſ. 112. n. 2. Abb. conſ. 73. col.
penult. in 3. dub. lib. 2.

Ex depoſitionibus autem teſtium non ſolum
probatur , quod hæreditas fuit diuiſa inter
maſculos, & fœminas, quando extraiudicia-
liter huiuſmodi quæſtiones ortæ ſunt per
12 plures vices , † ſed etiam quod ita fuit iudi-
catũ , adeo vt ex iſtis cenſeatur inducta cla-
ra , & aperta conſuetudo quo ad ius ſucce-
dendi , quæ debet attendi , nam per talem
conſuetudinem cenſetur derogatum ſtatuto
quo ad ſucceſſiones , prout è contra dici-
13 mus , † quod licet de iure communi defera-
tur indiſtinctè hæreditas maſculis , & fœmi-
nis *l. maximum vitium . 4. C. de liber. pra-*
terit. Dec. conſ. 222. in caſu propoſito tria
occurrebant. in princ. verſ. quia vbi agitur.
Theſaur. deciſ. 188. n. 5. Et de intellectu *d. l.*
maximum vitium. Vaſq. controuerſ. illuſtr.
c. 106. n. 5. Tamen ſi non obſtante tali iure
communi per conſuetudinem deferatur ſuc-
ceſſio ſoli maſculo, excluſa fœmina , illa at-
14 tendetur,† Vnde etiam quando per ſtatutum
defertur hæreditas ſolum maſculo , ſi adſit
contraria conſuetudo deferens ſucceſſionem
tam maſculo, quàm fœminæ, ceſſat ſtatutum,
& præualet conſuetudo in huiuſmodi hære-
ditatibus *Felin. in c. 1. col. 7. ad med. verſ.*
intellige hac ſanè n. 10. de treug. & pac. poſt
Abb. in c. fin. verſ. vltimo circa hanc re-
miſſionem. de for. competent. Socin. in c. cum
conſuetudinis . verſ. circa pradicta . de
conſuetud.

Maximè , quia talis conſuetudo eſt conformis
15 iuri communi , ſecundum quod † nulla fit
differentia ſexus in ſucceſſionibus *auth. de-*
functo. C. ad tertullian. auth. in ſucceſſione.
C. de ſuis & legitim. l. 1. §. generaliter. ff. de
legat. praſtand. l. lege duodecim tabularum.
C. de legitim. haredib. Alex. conſ. 115. lib. 2.
16 *& conſ. 160. eod. lib.* † Ideo magis toleratur
derogatio iſtius ſtatuti exorbitantis *Iaſ. in*
l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtam.
Purpur. conſ. 432. in fin. lib. 2. Prout teſtes
ſuper tali conſuetudine deponentes magis
coadiuuantur , tanquam deponant veriſimi-
lia , & iuri communi conformia, præſertim,
quia ante promulgationem nouorum ſtatu-
torum Vrbis, ſemper fuit ſeruatum ius com-
mune deferendo hereditates maſculis, & fœ-
17 minis , † itaut præſumatur poſtea continua-
tio eiuſdem iuris, niſi probetur interruptio,
adeo vt hoc caſu contrarius non vſus ſtatuti
noui dicatur probatus eo ipſo , quo non
probatur vſus *Caputaquen. deciſ. 203. n. 3.*
& 4. par. 3.

Probationes autem , quæ in contrarium addu-
cuntur, nullius ſunt roboris , cum ſimus in
fide ſimplici Maſſariorum , & facta lite pen-
dente, & parte non citata, & contra formam
ſtatuti , in quo mandatur non poſſe tractari
in conſilio aliquid niſi excluſis conſangui-
18 neis vſque ad ſecundum gradum , † adeo vt
tali forma non ſeruata, actus ſit nullus, etiam
quod adſit defectus in minimo, tanquam illa
præſumatur ſubſtantialis *Surd. conſ. 124. n. 5.*
lib. 1. poſt Bald. in l. comparationes . in 3.
oppoſ. in fin. C. de fid. inſtrument. Bart. &
alij in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Becc. conſ.
12. n. 15. & 16. Roland. conſ. 72. n. 64. lib. 3.

Vltimo addendum eſt , quod confirmatio ſta-
tutorum Vrbis Gregorij XIII. præſeruat ſta-
19 tuta particularia locorum , † vnde cenſetur
etiam præſeruaſſe conſuetudines , prout in
ſpecie huiuſmodi ſtatutorum Vrbis reſoluit
Rot. coram Card. Blanchetto Sutrina dona-
tionis bonorum . 13. Maij 1593. quod ſolum
tollit omnem difficultatem ſtante conſuetu-
dine probata ex ſuperius adductis.

Quo vero ad aliam ſententiam latam ad fauo-
rem Petri , & locorum piorum ſubſtituto-
rum, cum de eius validitate ageretur, dixi il-
lam eſſe confirmandam , reiecta alia contra-
ria pro Camilla , Nam teſtator inſtituit hæ-
redes Lucretiam, & Margaritam ſorores , &
decedente altera ſine liberis , & è contra
aliam ſubſtituit vulgariter, & per fideicom-
miſſum , & ſi ambo decederent ſine filijs le-
gitimis , & naturalibus ſubſtituit pro dimi-
dia Petrum , & pro alia dimidia loca pia ,
20 Vnde cum caſus euenerit , † vt Lucretia
obierit ſine filijs , factus eſt locus ſubſtitu-
tioni ad fauorem Petri , & locorum piorum
ſubſtitutorum , non obſtante , quod Marga-
rita

rita obierit cum filijs, quia cum non ſuper-
ſit perſona, quæ excludat fideicommiſſarium
ex præſumpta voluntate defuncti, tunc fidei-
commiſſum relictum duobus cum expreſſio-
ne nominis collectiui debetur etiam ſi in
perſona vltimi conditio tantum extiterit.
*l. haredes mei. 57. §. cum ita. vbi Bart. in
princ. Rip. n.130. Socin. Iun. n.87. ff. ad tre-
bellian. Cardin. Mantic.* qui de communi *de
coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5. n.18.
Gabr. de ſubſtitution. concluſ. 3. n.4. Roman.
conſ. 31. ad fin. vbi Mandoſ. in verb. exclu-
dat. Caſſan. conſ. 14. n. 13. Dec. in l. cum
quidam. n. 5. verſ. & iſta concluſio limita-
tur. C. de impub. & alijs ſubſtit. Socin. conſ.
94. col. 2. in fin. lib. 4. Alex. conſ. 38. col. 1.
verſ. nec obſtat ſi diceretur. lib. 1.*

In caſu autem noſtro non adeſt iſta perſona,
quæ ex veriſimili mente teſtatoris poſſit ex-
21 cludere ſubſtitutum, † nam ad hoc vt talis
perſona ſuperſit, opus eſt, vt ab inteſtato
eumdem ſubſtitutum excludat *Aim. conſ. 109.
n. 3.* vbi de communi *Alex. conſ. 11. col. 4.
verſ. & hoc procedit. lib. 3. Bologn. in addit.
ad Anan. conſ. 66. col. 4. Corn. conſ. 30. col. 1.
ad fin. lib. 1. Gabr. de ſubſtitut. concl. 3. n. 5.*

Vnde cum Camilla Aduerſaria in conditione
poſita excludatur à ſubſtituto, qui eſt agna-
tus in tertio gradu iuxta diſpoſitionem ſta-
22 tuti exhibiti, † ſequitur, quod de ea non eſt
habenda aliqua conſideratio, tanquam per
ſtatutum excluſa, quæ ad ſucceſſionem non
admittitur, ideo ſubſtitutus ſucceder, neque
debet per illam excludi, vt in terminis ſta-
tuti concludit *Bart. in l. haredes mei. §.
cum ita. n. 4. verſ. & per hoc dico. col. 1. ad
med. vbi Ang. col. 1. verſ. in cæteris. Caſtr.
col. 3. verſ. ſed opponitur. ff. ad trebellian.
Corn. conſ. 202. col. 1. verſ. in themate autem
noſtro. lib. 3. Gabr. de ſubſtitut. concluſ. 3.
n. 18.* vbi de communi *Socin. conſ. 51. col. 5.
verſ. quarto principaliter. lib. 4.*

Idem eſt quo ad piam cauſam ſubſtitutam, quæ
admittitur ad ſucceſſionem vnius tantum
23 decedentis † impleta conditione *Alex. conſ.
38. n. 3. in fin. verſ. præterea dato quod eſſet.
lib. 1.* vbi loquitur in terminis etiam quod
adeſſet perſona, quæ excluderet ſubſtitutum
*Idem Alex. conſ. 92. col. fin. verſ. hoc etiam
confirmari. lib. 3. Socin. in l. haredes mei.
§. cum ita. col. 10. in fin. verſ. tertio limita-
tur. ff. ad trebellian. Gabr.* qui de magis com-
muni *concluſ. 3. n. 22. & 23. de ſubſtitution.
poſt Bald. in c. ſi pater. col. 18. verſ. quæro
de vno pro declaratione. de teſtam.*

Amplius cum ſtatutum exhibitum mandet, vt
debeant computari gradus iuxta ius cano-
nicum, non autem ſecundum ius ciuile Ro-
24 manorum, † Petrus ſubſtitutus eſt in pari
gradu cum Camilla Aduerſaria, vnde ſtante
concurſu in ſucceſſione, non poteſt dici, quod
adſit perſona, quæ debeat admitti ex veriſi-
mili mente teſtatoris ad excluſionem ſubſti-
tuti *Bart. in d. §. cum ita. col. 2. verſ. & ad-
uerte. Caſtr. in l. penult. verſ. ſed opponitur.
C. de impuber. Corn. conſ. 283. col. fin. lib. 3.
Ruin. conſ. 124. col. 1. in fin. verſ. ſed illis.*
cum alijs per *Gabr.* qui de magis communi
opinione teſtatur *concluſ. 3. n. 6. de ſubſtitut.*

Quibus additur, quod ſolum liberi teſtatoris
25 ex veriſimili mente illius † excludunt ſub-
ſtitutum *Rip. in d. §. cum ita. n. 57. & ibi
Socin. Iun. n. 88. verſ. ſed contrarium.
Ruin. conſ. 125. n. 6. lib. 3.* & quidquid *Imol.
& alij*, aliter ſenſerint, iſta opinio eſt magis
communis, & tenenda, vt teſtatur *Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 5. n. 18. poſt med. verſ. addo etiam. fol. 266.*

Non obſtat, quod Camilla tanquam poſita in
26 conditione cenſeatur vocata, † Quia com-
munis opinio eſt in contrarium iuxta *Gloſ.
in l. lutius. ff. de hæredib. inſtituend.* quam
communiter approbatam teſtatur *Aim. conſ.
109. n. 2. Rot. deciſ. 667. n. 3. in fin. p. 2. in
recent.* Maximè, quia poſiti in conditione
27 ſunt extranei à teſtatore, † quo caſu nun-
quam cenſentur vocati *Caſtr. conſ. 417. viſo
facto & dubijs. col. penult. lib. 1. Zanch. in
repet. l. hæredes mei. §. cum ita. p. 7. n. 10.
ff. ad trebellian.* vbi etiam quod abſque du-
bio procedit etiam in tranſuerſalibus teſta-
toris *Socin. conſ. 140. col. 2. lib. 1. & conſ. 218.
lib. 2. Pariſ. conſ. 86. col. 2. lib. 2. Bero. conſ.
104. n. 18. lib. 2.*

Neque obſtant coniecturæ exaduerſo conſide-
ratæ, per quas prætenditur, quod poſiti in
28 conditione cenſeantur vocati, † Quia conie-
cturæ vocationis filiorum, quod ſint legiti-
mi, & naturales non ſufficit, vt poſiti in con-
ditione ſint vocati, nam etiam requiritur, vt
addantur verba illa de legitimo matrimo-
nio, itaut hoc non expreſſo omnis exclada-
tur vocatio *Rot. coram R. P. D. Robuſterio
Bononien. de Pepulis. 13. Nouembris 1566.*
quam ſequitur *Honded. conſ. 61. n. 42. in
fin. lib. 1. Menoch. præſumpt. 76. n. 8. in fin.
lib. 4. Ruſtic. quand. liber. in condit. poſit.
vocent. lib. 3. c. 3. n. 5. Peregr. conſ. 46. n. 3.
lib. 3. Cardin. Mantic.* qui in iſtis terminis
loquitur *de coniectur. vltim. volunt. lib. 11.
tit. 3. n. 7.*

Minus obſtat alia coniectura maioris dilectio-
nis tanquam ſimus in proximiore, Quia
cum ſint in pari gradu, & concurrant in ſuc-
ceſſione tam Petrus, quam Camilla iuxta
diſpoſitionem ſtatuti, non datur iſta maior
29 dilectio, † & quatenus etiam Aduerſaria
eſſet proximior, tamen cum ſimus in diſpo-
ſitione teſtatoris, per quam vocatur ſubſti-
tutus, non eſt inconueniens, vt remotior in
gradu excludat proximiorem *l. cum ita. §. in
fideicommiſſo. ff. de legat. 2. Fulgoſ. conſ. 85.
ex facto proponitur. n. 3. Cardin. Mantic.
de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 18.
n. 49. fol. 205.*

Nec facit *deciſ. 380. p. 2. in recentior.* Quia ibi
ad-

30 adſunt multæ coniecturæ, † ex quibus fuit
reſolutum pro tranſmiſſione fideicommiſſi
conditionalis, quia conſtabat de clara vo-
luntate teſtatoris volentis illud tranſmitti
ad hæredes, quæ non verificantur in caſu no-
ſtro, cum potius conſtet, quod defunctus
voluit vocare ſubſtitutos, prout cenſentur
31 vocati † ſtante defectu conditionis iuxta
d. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell.
cum alijs ſupra allegatis. & latè reſoluit *Rot.*
coram Cardin. Lancellotto Romana Spolij do-
morum & fideicommiſſi. 24. Octobris 1605.
quæ eſt deciſ. 100. *p.* 1. *in recentior.* vbi quod
ſtante diſpoſitione *d. §. cum ita*. non eſt lo-
cus tranſmiſſioni, non obſtantibus coniectu-
ris, quæ in hoc caſu debent eſſe neceſſario
32 concludentes, † Quamuis etiam admiſſa vo-
catione eorum, qui ſunt in conditione po-
ſiti, Tamen hoc procederet reſpectu portio-
nis patris, non patrui *Gabr. conſ.* 115. *n.* 9.
lib. 1. *cum alijs adductis in d. deciſ.* 100. *n.* 3.
Ideo neque etiam obſtat, quod ſimus in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria iuncta cum iure
accreſcendi, quo caſu tranſmittitur cum
33 eodem iure, † Quia iſta opinio non eſt tuta,
vt per *Rot. deciſ.* 100. *n.* 6. *p.* 1. *in recentior.*
Et quidquid ſit ad effectum, vt detur huiuſ-
modi tranſmiſſio requiruntur vrgentiſſimæ,
& concludentiſſimæ coniecturæ, vt latè mul-
tas deciſiones adducens notat *Beltram. in*
addit. ad deciſ. Greg. XV. 56. *n.* 11. *&* 12.
34 vbi etiam † quod coniectura illa poſitorum
in conditione eſt reprobata in ſpecie per
Rot. coram Card. Sacrato Prænestina bono-
rum. 16. *Ianuarij* 1615.
Quod autem ſecundus Iudex debeat potius re-
35 uocare ſententiam primi Iudicis, † quam
illam confirmare ad euitandam conformita-
tem, & ſic vt damnum partis irreparabile
tollatur, & cauſæ melius ventilentur iuxta
Caball. conſ. 85. *n.* 8. *& conſ.* 118. *n.* 6. *lib.* 1.
Hoc non eſt admittendum, quia ex ſupradi-
ctis conſtat de iuſtitia primæ ſententiæ, quæ
in cauſa appellationis non poterat reuocari,
36 immo erat confirmanda, † cum appellatio
corrigat iniquitatem, vel imperitiam iudi-
cantium, non autem ſententias rectè latas,
quas potius iudices appellationum in peius
reformant, vt accidit in caſu noſtro, & in
ſpecie dicit *tex. in l.* 1. *in princ. ff. de appel-*
lation. & relation.

EPITOME.

OBligatio fideiuſſoris quando extenda-
tur in futurum, & de vna cauſa in aliã,
& mutata re, actione, & Iudice. ¶ Verba
liberè ſoluere ad omne mandatum Domini
an excludant exceptionem prouenientem ex
conſenſu non præſtito. ¶ Sententia, confeſ-
ſio, liberatio, renunciatio, tranſactio, vel ſi-
milis actus quando proſit, vel noceat alteri,
quamuis ex eadem cauſa plures eſſent inſo-
lidum obligati. ¶ Quietatio ſororis facta
vni ex fratribus de hæreditate paterna, an
illam excludat, vt non poſſit petere portio-
nem ſuam à cæteris fratribus. ¶ Liberatio
de omni eo, & toto, quod eſſet debitum an
iuuet alterum correum inſolidum obliga-
tum. ¶ Et quando talis debitor cenſeatur
ſoluiſſe pro toto debito, & non pro parte.
¶ Exceptiones cõpetentes principali quan-
do ipſo inuito dentur fideiuſſori. ¶ Solutio,
ſeu acceptilatio partis debiti an diſſoluat
totam obligationem. ¶ Interpretatio in
dubio an ſit facienda pro eo, qui debet reci-
pere alimenta, & ad fauorem illius, qui li-
berauit, itaut minus cenſeatur renunciaſſe.
¶ Cauſa ſolutionis an probetur ex conie-
cturis, ſicut ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non poteſt obligari plus, quam*
principalis.
2 *Exceptiones competentes principali dantur*
etiam ipſo inuito fideiuſſori.
3 *Obligatio fideiuſſoris non extenditur in fu-*
turum, neque poteſt trahi de vna cauſa in
aliam. & n. 10. *Declara, vt n.* 5.
4 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non recipit ex-*
tenſionem.
6 *Obligatio defectu conſenſus non trahitur ad*
incogitata.
7 *Verba liberè ſoluere ad omne mandatum*
domini non excludunt iuſtam exceptionem
prouenientem ex conſenſu non præſtito.
8 *Coactio reſtitutionis faciendæ ad iuſſum*
Iudicis non poteſt fieri, niſi probata ſuc-
cumbentia pro cauſa, de qua agebatur, &
non pro alia ſuperueniente. & n. 9.
11 *Actus geſtus cum vno nec prodeſt, nec no-*
cet alij. Amplia in ſententia, confeſſione,
liberatione, renunciatione, tranſactione, &
in ſimilibus, quamuis ex eadem cauſa plu-
res eſſent inſolidum obligati. n. 13. 14. *&* 27.
Intellige, vt n. 15.
12 *Quietatio ſororis facta vni ex fratribus de*
hæreditate paterna nullum commodum
affert alijs, neque illam excludit, vt non
poſſit petere portionem ſuam à cæteris ſuis
fratribus.
16 *Solutio partis debiti non diſſoluit totam obli-*
gationem. Idem in acceptilatione, ſeu libe-
ratione. n. 17.
18 *Liberatio vnius admittitur, itaut correi re-*
maneant obligati.
19 *Quietatio quod ſit reſtricta ad portionem*
vnius tantum probatur ex coniecturis.
20 *Liberatio de omni eo & toto, quod eſſet de-*
bitum, ſi fiat vni, iuuat alterum correum
inſolidum obligatum, ſecus ſi fuerit limi-
tata contemplatione vnius tantum. n. 21.
22 *Interpretatio eſt facienda pro eo, qui debet*
recipere alimẽta, & ad fauorẽ illius, qui li-
berauit, vt minus cẽſeatur renũciaſſe. n. 28.
Di-

23 *Diſpoſitio dubia, non autem clara recipit interpretationem.*

24 *Proprietas verborum debet attendi, tam in materia odioſa, quam fauorabili.*

25 *Conſuetudo attenditur ad cognoſcendum an quietatio ſit generalis, ſeu particularis.*

26 *Mens contrahentium præſumitur qualis de iure eſſe debet.*

29 *Debitor inſolidum obligatus an cenſeatur ſoluiſſe pro toto debito, ad quod tenebatur. & n. 31.*

30 *Sermo generalis, ſeu vniuerſalis complectitur directè omnia particularia.*

32 *Solutio probatur ex coniecturis, & multò magis cauſa ſolutionis. n. 33.*

CAPVT DCCCCLXVI.

SEqueſtrum primo loco obtentum 27. Septembris 1617. fuit cauſa proxima, & immediata, vt Torquatus præſtaret fideiuſſores ad effectum, vt pecuniæ per Dominicum debitæ ſibi conſignarentur, Vnde cum fuerit declaratum conſtare de nullitate dicti ſequeſtri, & de illius reuocatione, ſicut fuit liberatus principalis, ita etiam dicendum eſt fuiſſe liberatos fideiuſſores, cum acceſſorium corruat ſublato principali *c. acceſſo-*
1 *rium. de regul. iur. in 6.* † neque enim fideiuſſor poteſt obligari in plus, quam principalis teneretur *l. græcè. §. illud. & l. ſicut. de fideiuſſorib. Alex. in l. 1. §. ſtipulanti n. 3. & ibid. Iaſ. n. 9. ff. de verbor. obligat. Marſil. in rubr. de fideiuſſorib. n. 291. Surd. conſ. 20. n. 10. lib. 1.* itaut omnes defenſio-
2 nes, † & exceptiones principali competentes etiam ipſo inuito competant fideiuſſori *Bald. in l. cum mandatori. C. de non numer. pecun. & in l. conſtitutionibus. C. de vſur. Becc. conſ. 45. n. 46. Surd. conſ. 271. n. 23. cum ſeq. lib. 2. & conſ. 20. n. 1. lib. 1.*

Non obſtat, quod adſit aliud ſequeſtrum obtentum à Dominico, pro quo prætenditur dictos fideiuſſores teneri, Quia obligatio fideiuſſorum eſt ſub die 23. Octobris 1617. de quo tempore Torquatus obtinuit ſibi conſignari pecunias in Mõte depoſitaras, & debitas per Dominicum, ad cuius fauorem fuit præſtita fideiuſſio de reſtituendo dictas pecunias propter ſequeſtrum per eum obtentum ſub die 27. Septembris 1617. cum alias tali ſequeſtro non exiſtente, pecuniæ fuiſſent conſignatæ liberè abſque vlla cautione eidem Torquato, Vnde obligatio fideiuſſorum non poteſt extendi ad aliud ſequeſtrum factum ſub die 17. Februarij 1618. & ſic poſt quinque menſes, poſtquam fideiuſſores ſe
3 obligarunt, † cum nunquam obligatio fideiuſſoris extendatur in futurum, neque poſſit trahi de vna cauſa in aliam, nec quando mutatur iudex, res, locus, vel actio *l. non à iudice. 64. §. ſi quis alio. vbi Gloſ. in verb. iudicio. ff. de iudic. Roman. conſ. 210. in princ. Roland. conſ. 58. n. 18. lib. 1. Anchar. Regienſ. q. 15. n. 13. & 14. lib. 2. Surd. deciſ. 212. n. 2.* cum alijs per *Hering. de fideiuſſorib. c. 20. §. 26. n. 29. vſque ad 34. fol. 464. & c. 24. n. 35. cum ſeq. Rot. deciſ. 70. n. 2. p. 2. in recentior.* vbi de fideiuſſione data pro decreto faciendo à primo Iudice, quod fideiuſſores non tenentur pro decreto faciendo per Iudicem appellationis *Bart. in l. cum apud. 20. n. 11. ff. iudicat. ſolu. Gabr. de fideiuſſorib. concluſ. ult. in princ. Theſaur. deciſ. 202.*
4 *n. 1.* † fideiuſſio enim eſt ſtricti iuris, & non recipit extenſionem *l. blanditus. C. de fideiuſſorib. l. ſi in pignore. ff. eod. tit. Natt. conſ. 202. n. 5. Curt. Iun. conſ. 36. n. 5. Surd. deciſ. 212. n. 1.* Contraria autem procedunt, quando fideiuſſio daretur coram non certo
5 Iudice, nam aliud eſt, † ſi fuit expreſſum nomen proprium Iudicis *Aegid. deciſ. 353.* quem ſequitur *Rot. deciſ. 70. n. 9. in fin. p. 2. in recentior.* vbi ita intelligit *tex. in l. cum apud. 20. ff. iudicat. ſolu. poſt Theſaur. deciſ. 202. n. 5.*

Præſertim, quia iſti fideiuſſores ſe obligarunt contemplatione ſequeſtri facti, de quo notitiam habuerunt ſcientes exceptiones, quæ contra illud poſſent opponi, cum tamen forſan non ſe obligaſſent reſpectu alterius ſequeſtri maximè futuri, & in eſſe non deducti, de quo non habebant, nec poterant
6 habere ſcientiam, † vnde ſtante defectu conſenſus, non eſt trahenda eorum obligatio ad non cogitata *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. §. 2. ff. de act. & obligat. l. hereditatem. 32. ff. mandat. l. item. 14. §. labeo. ff. quod met. cauſ. Caſtr. in l. ſi quis pro eo. n. 5. ff. de fideiuſſor. Hering. eod. tit. c. 7. n. 24. cum ſeq. Curt. Iun. conſ. 53. n. 7.*

Nec facit, quod fuerit conuentum liberè ſoluere, ſeu reſtituere pecunias ad omne man-
7 datum Domini, † Quia iſta verba non excludunt iuſtam exceptionem prouenientem ex conſenſu non præſtito pro alia cauſa *Roman. conſ. 210. n. 2. ad fin. col. 2. ad med. verſ. non enim obſtat dicere. vbi Mandoſ. in verb. non excludant. Felin. in c. cauſam quæ. 18. n. 22. de reſcript. Iaſ. in l. 1. in 1. lectur. n. 7. C. de ſacroſan. eccleſ. Marſil. in rubr. de fideiuſſorib. n. 319.* cum alijs relatis per *Rot. deciſ. 392. in fin. n. 4. par. 2. in recentior.*

Et illa verba de reſtituendo pecunias in caſu ſuccumbentiæ, & ad omne mandatum Domini habent expreſſam conditionem, ſi pars ſuccumbat in eadem cauſa, pro qua fuit facta promiſſio, cum non poſſint extendi ad caſum, pro quo veriſimiliter quis non promi-
8 ſiſſet, † & per conſequens mandatum Iudicis debet intelligi, vt operetur coactionem reſtitutionis, probata ſuccumbentia pro eadem cauſa, pro qua tunc agebatur, & non pro alia poſtea ſuperueniente. *Gabr. conſ. 181. n. 4. vſque ad 7. lib. 1.* iuxta *l. 2.* vbi communiter

niter

nlter Doctorea *ff. ſi quis cantionib. Cnman.
conſ. 32. col. 2. in fin. Luc. de Penn. in
l. ſi quis decurio . col. 5. in fin. C. de decu-
rionib. lib.* 10.

Quibus additur, quod cauſa ſecundi ſequeſtri
adhuc pēdet indeciſa coram Iudice ad quem
à quo fuit admiſſa appellario mandando ſu-
perſederi, & nihil innouari, Vnde interim
non poteſt appellans moleſtari ad teſtitutio-
9 nem pecuniarum, † cum ſit verificanda con-
ditio ſuccumbentiæ, prout cum tali condi-
tione fuit præſtita fideiuſſio *Rot.* in ſpecie
deciſ. 70. in princ. p. 2. in recentior. iuxta
*l. cedere diem . ff. de verbor. obligat. l. thais
ancilla. ff. de fideicommiſſ. libert. l. legatum.
C. de condit. inſert.* Quamuis hoc dictum ſit
ex abundanti; cum ſatis ſit, quod non poſſit
10 dicta fideiuſſio extendi mutata re, † actione
cauſa, & tempore *l. non à iudice . §. 1. ff. de
iudic. Iaſ. in l. centum capua . verſ. quinta
fuit. ff. de eo quod cert. loc. Burſatt. conſ.* 193.
*n. 6. lib. 2. Honded. conſ. 50. n. 18. & 19. lib. 1.
& conſ. 111. n. 25. & 26. eod. lib. Aleiat. in
l. age. n. 42. C. de tranſaction. Felin. in c. cum
ordinē. n. 6. de reſcript. Perret. conſ. 49. Petr.
de V bald. de duob. fratrib. par. 8. q. 40. Bald.
conſ. 106. in fin. lib. 2. Marſil. ſing. 313. n. 1.*

Quo vero ad quietationem, de qua in eadem
cauſa agebatur, apparet ex actis, quod fuit
facta Bruto pro alimentis per eum debitis
vſque ad annum 1592. Quare dixi illam de-
bere intelligi pro dimidia, quæ erat portio
ad eum pertinens, non autem pro altera di-
midia ad Pompeum ſpectante, nam alias ſe-
11 queretur abſurdum, † quod actus geſtus cum
vno prodeſſet alijs, cum tamen, ſicut illis non
nocet, ita neque poteſt iuuare *l. ſi vnus. §.
ante omnia. ff. de pact. l. imperatores. ff. de
tranſact. Surd. deciſ. 209. n. 9. poſt Dec. in
l. 2. n. 44. vbi Rip. n. 26. C. de edend. Caſtr.
Alex. & Iaſ. in l. ſi actionem. C. de pact.*
12 vbi in ſpecie loquuntur † de quietatione fa-
cta per ſororem vni ex fratribus de hæredi-
tate paterna, quæ non prodeſt alijs, adeo vt
illa non obſtante poſſit ſemper ſoror ſuam
portionem ab alijs fratribus petere *Surd. d.
deciſ. 209. n. 9. & deciſ. 132. n. 7. Crot. conſ. 89.
n. 9. Caſtr. in l. plane. 34. §. ſi duobus . ff. de
legat. 1. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prætor ait.
n. 9. ff. de pact.*

Quod generale eſt in omnibus diſpoſitionibus,
vt vna diſpoſitio facta cum vno nunquam
13 proſit alteri, † vt in ſententia *l. ſæpe. ff. de
re iudicat. l. penult. eod. tit.* In confeſſione
Natt. conſ. 94. n. 7. In liberatione *Pariſ. conſ.
100. n. 60. & 63. lib. 1. Albenſ. conſ. 3. n. 19.
Cephal. conſ. 317. n. 15.* iuxta *l. vlt. §. titia .
in fin. ff. de liberat. legat. Anffr. ad deciſ. Ca-
pell. Tholoſ.* 263. In renunciatione *l. iubemus.
C. ad velleian. Caſtr. conſ. 70. lib. 2. Roman.
conſ. 472. in princ.* In tranſactione *l. 1. vbi
Salic. & Aret. in princ. C. de tranſact. Surd.
conſ. 92. n. 27. lib. 1. & de aliment. tit.* 1.
14 *n. 33.* † Et in cæteris quibuſcumque actibus
quos longum eſſet recenſere, quamuis etiam
ex eadem cauſa plures eſſent inſolidū obli-
gati *l. & hæredi. §. fin. ff. de pact. l. ſi vnus.
26. in princ. ff. eod. tit. Surd. conſ. 170. n. 2.*

Et in caſu noſtro nulla prorſus adeſt difficultas,
nam quietatio facta Bruto de alimentis ex-
primit ſolum quantitatem pecuniarum, fru-
15 menti, & vini, † quæ correſpondet medie-
tati per eum debitæ, tunc enim etiam in ca-
ſibus, in quibus liberatio facta vni prodeſſet
alijs, nunquam compræhendit alteram por-
tionem tangentem conſocium, & ſimul ac
inſolidum obligatum, qui poterit conueniri
pro alia medietate, non obſtante ſimili libe-
ratione, Cum enim acceptilatio ſit limitata
ad portionem per vnum debitam, & corre-
ſpondentem præſtationi per eumdem facien-
16 dæ, non poteſt alius iuuari, † nam ſicut ſolu-
tio partis debiti non diſſoluit totam obliga-
tionem *l. ſi ſtipulatus. 9. §. qui decem. ff. de
ſolutionib.* Ita neque acceptilatio, ſeu quie-
17 tatio, † & liberatio *Surd. conſ. 170. n. 7. cum
ſeq. lib. 2.* iuxta doctrinam *Bart. in l. ex duo-
bus. n. 23. verſ. vel ſi poneres pactum. ff. de
duob. reis*, vbi quod in caſu, in quo conuen-
tio facta vni ex ſocijs prodeſt conſocijs, illa
non iuuaret, quando eſſet pro parte ſocij tā-
18 tum, † poteſt enim vnus ita liberari, vt cor-
rei remaneant obligati *l. liberationem . §.
nunc de effectu. ff. de liber. legat.* Itaut etiam
ſufficeret, quod ex coniecturis poſſet colligi
talem quietationem fuiſſe reſtrictam ad por-
19 tionem illius tantum, † cui eſt facta talis
quietatio, vnde multò magis quando ex-
preſsè facta fuiſſet ſolum de parte ad eum
tangente *Surd. d. conſ. 170. n. 9. poſt Iacobin.
in l. 1. n. 7. & ibi Caſtr. in fin. Curt. Iun.
n. 35. & 36. Alex. n. 8. Dec. n. 9. C. de
tranſactionib.*

Contraria autem procedunt quando liberatio,
& quietatio facta eſſet de omni eo & toto,
20 quod eſſet debitum, † tunc enim, ſi fiat vni,
prodeſt alteri correo inſolidum obligato,
quia non refertur ad portionem aliquam
conſortis, ſed ad vniuerſum, quod debetur,
quaſi tunc mens creditoris fuerit omnes li-
berare per illa verba generalia, quæ non poſ-
ſunt adaptari particulari portioni, cum ſe-
cus ſit, quando ex verbis quietationis colli-
geretur eſſe contemplatam perſonam, ſeu li-
mitatam quo ad portionem vnius ex debito-
ribus, vt latè declarat *Surd. conſ. 170. n. 24.
26. & 30. ad med. verſ. pariter non contra-
dicit. lib. 2.* vbi ita intelligit *tex. in l. non
ſolum. 9. §. tale. ff. de liberat. legat. & in
l. qui cum tutoribus . 9. in princ. ff. de tran-
ſaction. & Fulgoſ. conſ. 134. alias 135. in
propoſita quæſtione videtur prima fronte di-
21 cendū, col. 2.* † & ita concludunt omnes in *l.* 1.
*vbi Gloſ. in verb. tertiū. Cin. n. 7. verſ. ſecun-
do caſu. Bart. n. 7. Bald. n. 8. Caſtr. n. 4. Salic.
n. 5. Aret. col. 2. verſ. circa tamen prædicta.*

Alex. n. 7. in fin. C. de tranſact. cum alijs
quos in propoſito refert, & ſequitur Surd.
conſ. 170. n. 26. lib. 2.

Quibus additur, quod ſumus in materia ali-
mentorum, in qua tanquam fauorabili eſt
22 facienda potius interpretatio pro eo, † qui
debet recipere alimenta, tanquam hoc dica-
tur benignius iudicium, & conſilium Imol.
in clem. 2. n. 3. in fin. de elect. Menoch. conſ.
8. n. 10. lib. 1. Iaſ. conſ. 178. in fin. lib. 2. Sim.
de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 1.
ſolut. 5. n. 4. ad med. fol. 30. Aim. conſ. 138.
n. 35. in fin. Quamuis hoc dictum ſit ex abun-
danti, cum non ſimus in diſpoſitione dubia,
23 in qua eſt locus interpretationi, † non in re
clara l. ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.
c. eſtote. 2. de regul. iur. Aim. conſ. 11. n. 6. &
conſ. 47. n. 2. poſt Bald. conſ. 344. col. 2. ad fin.
lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uentionib. lib. 2. tit. 4. n. 101. Et in caſu no-
ſtro probatum eſt quietationem eſſe claram,
& correſpondentem ſolum portioni alimen-
24 torum, ad quam debitor tenebatur, † vnde
non eſt trahenda ad totum debitum, cum ne-
que in materia ſtricta, & odioſa, nedum in
fauorabili, de qua agimus, non ſit receden-
dum à proprietate verborum, & veriſimili
mente contrahentis l. cum lege. ff. de teſtam.
Alex. in auth. ex teſtamento. C. de collation.
Aim. conſ. 118. n. 12.

Neque aduerſatur, quod adſint aliquæ quietan-
tiæ adeo generales, vt cõpræhendant vtram-
que perſonam, Quia ex iſto modo quietandi
magis colligitur mens quietantis, quod no-
luit quietare vtrumque obligatũ, niſi quan-
do generaliter liberauit, vnde circa illas
quietantias, in quibus non adſunt huiuſmodi
verba generalia, & vniuerſalia compræhen-
dentia vniuerſum, quod debetur, potius de-
25 bemus intelligere, † quod quietatio ſolum
extendatur ad portionem vnius, cui fuit fa-
cta liberatio, non ad alium, cum in ſimili-
bus diſpoſitionibus attendatur conſuetudo
partis, vt quietatio ſit generalis, quando
ita expreſſit, & particularis, quando non li-
berauit generaliter, quaſi ex tali conſuetu-
dine loquentis ſit certificata mens illius
Bart. in l. centurio. n. 27. ff. de vulgar. Socin.
Iun. conſ. 81. n. 18. lib. 3. Corn conſ. 138. col. 3.
verſ. & ex conſuetudine. lib. 4. Surd. conſ.
431. n. 49. lib. 3. Dec. in l. ſemper in ſtipula-
tionibus. 34. n. 3. ff. de regul. iur.

Maximè, quando talis interpretatio mentis cõ-
26 trahentium eſt conformis iuri cõmuni, † tunc
enim præſumitur qualis de iure eſſe debet
Bald. conſ. 473. circa quæſtionem. col. 2. in
fin. lib. 5. Aim. conſ. 33. n. 23. De iure autem
communi liberatio facta vni non prodeſt
27 alij, vt dictum eſt ſupr. n. 11. & 12. † Ruin.
conſ. 1t. n. 8. lib. 1. Roman. conſ. 472. in princ.
Caſtr. conſ. 70. lib. 2. Tiraq. de retract. li-
gnag. §. 1. gloſ. 9. n. 127.

Cum etiam ſemper ſit facienda interpretatio
contra eum, ad cuius commodum eſt fa-
cta quietatio, & ad fauorem eius, qui libe-
28 rauit, † itaut minus cenſeatur renunciaſſe,
& quietaſſe ſolum de ſumma ad debitorem
ſpectante Gloſ. in l. veteribus. vbi Alber.
col. 1. ff. de pact. Gabr. conſ. 60. n. 6. lib. 1.
Decian. conſ. 52. n. 23. lib. 1. Natt. conſ. 546.
n. 15. Bero. conſ. 101. n. 91. Surd. conſ. 431.
n. 33. & 34. lib. 3. Cephal. conſ. 605. n.
5. lib. 4.

Neque obſtat, quod ſumus in debitore inſoli-
dum obligato, qui cenſebitur ſoluiſſe pro
29 toto debito, ad quod tenebatur, † Quia pro-
cedit quãdo quietatio ei eſſet facta pro omni
eo & toto, quod eſſet debitum, tunc enim
iſta verba generalia non poſſent adaptari
portioni particulari, ſed ad omnia traheren-
tur Alex. conſ. 11. n. 8. lib. 2. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuention. lib. 3. tit. 2. n. 9.
30 iuxta l. pluribus. ff. de acceptilat. † Quaſi lo-
quens generaliter, ſeu vniuerſaliter comple-
ctatur directè omnia particularia, nihilque
excipiat Fulgoſ. conſ. 191. n. 3. in fin. De-
cian. conſ. 17. n. 17. lib. 1. Cephal. conſ. 524.
n. 34. Aim. conſ. 926. n. 7. Card. Mantic. d.
tit. 2. lib. 3. n. 6.

Aliud eſt in caſu noſtro, in quo non adſunt iſta
verba vniuerſalia, cum ſolum fuerit facta
quietatio Bruto pro alimentis per eum de-
31 bitis vſque ad annum 1592. † vnde ſatis eſt,
quod operetur pro portione abſque eo, quod
iuuet alium, quamuis etiam pro eo tenere-
tur, maximè, quia quando creditor voluit
quietare pro tota ſumma, hoc fecit expri-
mendo verba generalia, vt in duabus quie-
tationibus apparet, adeo quod ſtante iſto
diuerſo modo quietandi non ſit dicendum,
quod liberatio fuerit vniuerſalis, niſi quan-
do expreſſit, cum etiam ex coniecturis col-
ligatur mens quietantis an voluerit liberare
in totum, vel in parte, vt dictum eſt ſupr.
32 n. 19. † Prout paſſim in iſta materia ſolutio-
nis admittuntur coniecturæ, & præſumptio-
nes l. ſi chirographum. ff. de probat. Surd.
deciſ. 105. n. 10. Cephal. conſ. 448. n. 20. & 21.
lib. 3. Calcan. conſ. 61. col. 4. verſ. & ſunt
ſoliti dãnificare. Burſat. conſ. 33. n. 26. Pariſ.
conſ. 137. n. 12. lib. 4. cum alijs per Rot. de-
33 ciſ. 292. n. 3. p. 2. in recentior. † vbi etiam
quod magis probabitur cauſa ſolutionis per
coniecturas Rot. coram R. P. D. Robuſterio
Romana pecuniaria. 22. Octobris 1576. Nam
qualitas facilius probatur, quam ſubſtantia
Gloſ. in l. talis ſcriptura. in verb. vniuer-
ſa. ff. de legat. 1. Ang. & Alex. in l. ſi cer-
tis annis. C. de pact. Surd. conſ. 168. n. 7.
lib. 2. & conſ. 286. n. 11. eod. lib. Menoch.
conſ. 93. n. 15. lib. 1. Dec. conſ. 297. non pa-
titur maxima. n. 4. Aim. de antiq. tempor. p. 2.
n. 63. Natt. conſ. 102. n. 3. & conſ. 485. n. 11.
Cephal. conſ. 170. n. 24. lib. 2. Vnde etiam
facilius præſumitur Idem Cephal. conſ. 297.
n. 10. lib. 3.

EPI-

Digitized by Google

E P I T O M E.

VEnditor quando poſſit vendicare res venditas, & pretium illarum, quamuis habuerit fidem de pretio. ¶ Et quid ſi emptor habebat animum eamdem fidem frangendi. ¶ Et quomodo ad hunc effectum dolus præſumatur. ¶ Et ex quibus probetur. ¶ Et an ſufficiant coniecturæ. ¶ Et quales debeant eſſe ad cognoſcendum, vt mercator emens ſit in dolo cedendi foro. ¶ Teſtes quando probent contra producentem. ¶ Creditor quomodo dicatur ſucceſſor ſui debitoris, & debeat vti iure illius cum ſua cauſa, & vitijs. ¶ Separatio ex diuerſitate factorum an detur, itaut non ſit ſuſpenſa executio vnius cauſæ ab alia. ¶ Mandatum continens ſolutionem faciendam alicui tanquam factori, an operetur, vt ſolutio dicatur facta taxatiuè in cauſam negotij factoriæ, vel potius demonſtratiuè. ¶ Exceſſus quando ſit inutilis non exiſtente neceſſitate. ¶ Et an onus illam probandi incumbat mutuanti eccleſiæ, ſi ex alijs redditibus poterat per eam debitum ſolui. ¶ Impugnans aliquem actum an ſit excluſus ab omni commodo, & vſu illius. ¶ Contrahens cum aliquo tanquam cum hærede an poſſit poſtea negare illum eſſe talem. ¶ Socius quando teneatur inſolidum pro conſocio, tàm inter eos, quàm reſpectu contrahentium, & tàm ſi ipſi gerant actus ſociales per ſe ipſos, quàm per inſtitores. ¶ In ſocietate ſingulari an ſocius teneatur de pecunijs verſis in cauſam, & vtilitatem illius. ¶ Et quo caſu vnus ex ſocijs habeat mandatum ad obligandos ſocios, ne in plures diſtringatur, qui cum vno contraxit.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor qui non tranſtulit dominium rerum venditarum poteſt illas, & pretium ex eis retractum vendicare, excluſo quocumque creditore etiam priuilegiato.*

2 *Bona aliena non connumerantur inter bona debitoris, quamuis inter ea reperiantur.*

3 *Dominium eſt tranſlatum per fidem habitam de pretio, ſecus ſi tempore datæ fidei aderat in emptore animus illam frangendi. n. 4. Et quomodo in hoc caſu dolus ſit præſumendus. n. 5.*

6 *Dolus probatur ex coniecturis.*

7 *Mercator emens, & poſt paucos dies cedens foro præſumitur in dolo.*

8 *Verba ſtatim, & incontinenti verificantur in pluribus diebus arbitrio Iudicis.*

9 *Mercator alienans viliori pretio, & nihil reponens in apotheca facit præſumere animum decoquendi.*

10 *Malum initium cum effectu malo ſubſecuto inducit malam intentionem fraudandi.*

11 *Dolus præſumitur in præterito propter mala, quæ ſubſequuntur.*

12 *Sciens facultates ſuas ad nihilum redactas non poteſt emere abſque certioratione venditoris.*

13 *Debitor ſciens ſe non eſſe ſoluendo, & promittens ſe ſoluturum magis arguit dolum.*

14 *Inſolita dolum inducunt.*

15 *Teſtes inducti, & reproducti probant contra producentem.*

16 *Creditor dicitur ſucceſſor ſui debitoris, & plus iuris non poteſt habere, quam ipſe debitor.*

17 *Succeſſor debet vti iure ſui auctoris cum ſua cauſa, & vitijs approbando in omnibus eius geſta. n. 18.*

19 *Separatio ex diuerſitate factorum datur, itaut non ſuſpendatur vna cauſa ab alia.*

20 *Mandatum continens ſolutionem faciendam alicui tanquam factori an operetur, vt ſolutio dicatur facta taxatiuè in cauſam negotij factoriæ, vel potius demonſtratiuè. n. 21. & 32.*

22 *Exceſſus omnis cenſetur inutilis ceſſante neceſſitate.*

23 *Eccleſia non præſumitur accepiſſe mutuum ad eius commodum, ſi ex alijs redditibus poterat debitum ſoluere, itaut mutuanti incumbat onus probandi neceſſitatem.*

24 *Prouiſio non eſt præſumenda in caſu non neceſſario, & ad alium effectũ debet trahi.*

25 *Interpretatio ſemper eſt facienda ad actum neceſſarium, non voluntarium.*

26 *Iactatio in dubio non præſumitur.*

27 *Actus geminati magis includunt voluntatem partium.*

28 *Impugnatio diſpoſitionis facit, vt impugnans ſit excluſus ab omni commodo, & vſu illius. Declara, vt n. 29.*

30 *Exigens vigore mandati non requirentis aliquam quietantiam an teneatur de exactis rationem reddere.*

31 *Veritas præſumitur ab illis, quæ communiter accidunt.*

33 *Contrahens cum aliquo tanquam cum herede non poteſt poſtea negare illum eſſe talem.*

34 *Præſumptio vna tollitur per aliam.*

35 *Socius quando teneatur inſolidum pro conſocio etiam reſpectu contrahentium.*

36 *Obligatio inſolidum habet locum inter ſocios, quando ipſi gerunt actus ſociales, tam per inſtitores, quàm per ſe ipſos. n. 38.*

37 *Diſcuſſio non requiritur inter mercatores.*

39 *Socius tenetur de pecunijs verſis in cauſam ſocietatis, etiam ſingularis.*

40 *Socij dicuntur habere tacitum mandatum à conſocijs de obligando omnes, ne in plures diſtringatur ille, qui cum vno contraxit.*

CAPVT DCCCCLXVII.

PRæferendum dixi Paulum in pretio ſubrogato pro mercibus per eum venditis
1 Ioanni, † Cum enim non fuerit translatum dominium in emptorem, datur vendicatio

rerum venditarum, & pretij ex illis retracti,
nulla habita conſideratione quorumcumque
creditorum, ex quacumque cauſa, & titulo
venientium etiam priuilegiatiſſimu *l. ſi ventri. 8. ff. de priuileg. creditor. l. depoſui. 40.*
& l. ex facto. in princ. ff. de pecul. auth. ſi
quid ex rebus. C. de iur. dot. cum alijs per
Amator. Rodriquez de concurſ. creditor. p. 2.
art. 4. n. 6. & 7. Creditores enim ſolum ad-
2 mittuntur ad bona ſui debitoris,† inter quæ
non debent connumerari aliena, licet inter
illa reperiantur *l. ſi non expedierit. in princ.*
ff. de bon. auctorit. iudic. poſſidend. l. 1. ff. de
priuileg. creditor. l. à diuo pio. §. ſi ſuper
rebus. ff. de re iudicat.

Neque obſtat, quod fuerit habita fides de pre-
3 tio, quo caſu dicitur † translatum dominium
§. vendita. inſtit. de rer. diuiſ. Neguſ. de
pignorib. membr. 2. p. 5. n. 18. Capoll. caut.
124. *cum alijs exaduerſo adductis*. Quia
prædicta non procedunt, quando emptor,
prout in caſu noſtro, tempore venditionis
habuit in animo fidem frangendi, tunc enim
videtur, quod dolus dederit cauſam vendi-
4 tori habendi fidem de pretio, † ideo talis fi-
des habetur pro non data, nec cenſebitur
translatum dominium, adeo vt ſemper ven-
ditor alijs creditoribus præferatur *Ang. in*
l. ſi enm dotem. 23. §. fin. n. 1. vbi Cuman.
n. 3. Alex. n. 5. Barboſ. n. 38. in fin. ff. ſolut.
matrimon. Iaſ. in l. creditor. n. 5. ff. ſi cert.
petat. Gutier. pract. quæſt. lib. 5. q. 97. n. 7.
Bald. Nonell. de dot. p. 4. q. 8. n. 2. & 3. Ne-
guſ. de pignorib. p. 5. membr. 2. n. 8. ad fin.
Rip. in l. ſi ventri. §. in bonis. n. 6. & 7.
ff. de priuileg. creditor. Strace. de decoctorib.
par. 3. n. 31.

Nec facit, quod ad iſtum effectum requiratur
5 dolus recipientis, & ementis merces, † prout
loquuntur omnes præfati Doctores *in d. l. ſi*
cum dotem. §. fin. qui dolus in dubio non
præſumitur *l. quoties. §. qui dolo. ff. de pro-*
bationib. Quia ad effectum, de quo agimus,
ſufficit dolum probari ex coniecturis, itaut
etiam duæ ſufficiant, cum enim dolus ſit,
quid latens, & conſiſtens in animo, non po-
6 teſt aliter de eo conſtare, † niſi per coniectu-
ras, & præſumptiones *Caſtr. in l. quod ner-*
ua. n. 3. ff. depoſit. Ruin. conſ. 4. n. 10. lib. 1.
& conſ. 73. n. 9. lib. 2. Aim. conſ. 8. n. 1. & conſ.
100. *n. 3. & conſ. 143. n. 12. Decian. conſ. 32.*
n. 4. lib. 3. Menoch. præſumpt. 3. n. 42. cum
ſeq. lib. 5. Rot. Gen. deciſ. 168. n. 13. & 14.

Coniecturæ autem adſunt multæ, inter quas
potiſſima eſt illa, quia mercator emens poſt
7 paucos dies ceſſit foro, † tunc enim dolus
præſumitur *Rip. in l. ſi ventri. §. in bonis.*
n. 7. ff. de priuileg. creditor. Menoch. præ-
ſumpt. 3. n. 111. lib. 5. Natt. conſ. 342. n. 4. &
concludunt omnes *in l. ſi enm dotem. §. fin.*
ff. ſolut. matrimon.

Et quamuis prædicti Doctores, & alij loquan-
tur de breui tempore, vel ſtatim, aut incon-
8 tinenti, † Tamen iſta verba non debent in-
telligi de vna die, biduo, vel triduo, prout
exaduerſo prætenditur, cum verificentur
etiam in pluribus diebus arbitrio Iudicis
Gloſ. in l. is à quo. ff. vt in poſſeſſ. legator.
Bald. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibend. & in
l. vltim. C. de ordin. cognition. Marſil. in
l. quæſtionis. n. 35. ff. de quæſtionib. Socin.
Iun. conſ. 67. n. 9. lib. 1. Menoch. de arbitr.
caſ. 9. n. 5. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb.
omnia vel partem. n. 31. poſt med. C. de re-
uocand. donationib. Natt. conſ. 502. n. 7.

Iudex autem ita debet arbitrari, quia ex teſti-
bus examinatis per Simonem apparet, quod
Iacobus vendidit multas merces cum dam-
9 no ſcutorum mille, vt pecunias haberet, † &
quod per menſem nihil penitus in apotheca
repoſuit, ex qua alienatione viliori pretio
facta, colligitur dolus, & animus decoquendi
Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. n. 47. in
fin. inſtit. de actionib. Strace. de decoctorib.
p. 3. n. 27. fol. 182. iuxta *l. illud. §. ſi cui dolo.*
ff. de tributor. act. l. ſi debitor. cum l. ſeq. ff. de
his quæ in fraud. creditor. Adeo vt ſtante
10 malo initio, † & effectu malo poſtea ſubſe-
cuto, ipſa quoque intentio mala fraudandi
præſumatur *Bald. in l. 1. ad fin. C. ſi quis*
omiſ. cauſ. teſtam. Aim. conſ. 282. n. 8. poſt
princ. verſ. tertio arguitur. & conſ. 969. n. 13.
Menoch. præſumpt. 3. n. 99. lib. 5. Et ſemper
11 præſumitur dolus in præterito † propter iſta,
quæ ſequuntur *c. 2. de renunciat. lib. 6. Card.*
conſ. 28. col. 2. Maſcard. concluſ. 531. n. 116.

Et cum ex prædictis debitor ſciret ſuam dete-
riorationem, & vires ſui patrimonij exina-
12 nitas, & ad nihilum redactas, † non potuit
poſtea emere à Paulo abſque tali certiora-
tione, qua non facta dolus, & fraus in eo eſt
præſumenda *Caſſan. conſ. 52. viſo proceſſu.*
n. 6. & 7. Maſcard. concluſ. 531. n. 111.

Immo cum ſciret debitor ſe non eſſe ſoluendo,
& promiſerit ſe ſoluturum merces emptas,
13 magis arguitur dolus † *l. penult. in fin. ff. de*
iur. dot. Aim. conſ. 310. n. 3. verſ. immo ſi
facta æſtimatione. Et paſſim emptiones *à cre-*
denza, & venditiones *per contanti*, & vi-
liori pretio, & aliæ quamplures actiones re-
latæ per teſtes arguunt animum mercatoris
fugiendi, & decoquendi, cum tales non ſint
ſoliti iſta facere, quando volunt continuare
apothecam abſque mente, & voluntate frau-
dandi creditores, itaut ab iſtis inſolitis,
14 etiam dolus † colligatur contra debitorem
Gloſ. & Bart. in l. ſi quis ſub conditione.
ff. de condition. inſtitut. Bald. conſ. 211. in
quæſtione galuagni. col. 2. verſ. octauo ar-
guitur. lib. 5. Aim. conſ. 146. n. 14. ad med.

Non obſtat, quod teſtes fuerint examinati parte
non citata ad effectum ſolum deſcribendi
15 bona debitoris de fuga ſuſpecti, † Quia cum
ſint inducti per Simonem, & poſtea repro-
ducti cum acceptatione depoſitionum per
eos factarum, & in vim illarum obtentum
man-

Digitized by Google

mandatum probant contra producentem, & illum, qui commodum percepit, quamuis etiam eſſet vnicus teſtis, qui tali caſu plenè probat *Iaſ. in l. admonendi. col. 46. de iureiurand. Pariſ. conſ.88. n.12. lib.3. Gabr. de teſtib. concluſ. 1. n. 13. verſ. contrarium tenetur. poſt Bart. & alios in l. lucius. in fin. C. de fideiuſſorib. & in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.*

Et depoſitiones iſtorum teſtium ſicut probant contra Simonem, ita etiam debent probare contra Matthæum, & alios creditores ha-
16 bentes cauſam ab eo, † cum creditor dicatur ſucceſſor ſui debitoris, & plus iuris habere non poſſit, quam ipſe debitor *Rot. coram Gregor. XV. Romana domus de Amorinis. 21. Maÿ 1581. & coram Card. Pamphilio Romana pecuniaria. 3. Decembris 1593.* impreſſ. *per Paeiſ. decis. 43. in 1. edit. fol. 426.* Vnde debet vti eodem iure, quod habebat
17 ille, † cui ſucceſſit tanquam veniens ex perſona illius *Speculat. de teſtib. §. 1. verſ. ſed pone. Port. Imol. conſ. 172. n. 34. Surd. conſ. 22. n. 16. ad med. lib.* 1. Et paſſim vtens adminiculis ex perſona alterius, debet vti cum
18 ſua cauſa, & vitijs, † approbando in omnibus, & per omnia geſta eius, cui ſucceditur, & ex qua perſona aliquod ius prætenditur *l. pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſ. Bald. conſ. 345. ad euidentiam. in fin. lib. 1. Roman. conſ. 190. n. 3. Dec. in l. ex qua perſona. 191. n. 3. ff. de reg. iur.*

Quo vero ad redditionem petitæ rationis, verius eſt, vt illa non debeat reddi per Marium de ſcutis 376. cum nõ pertineant huiuſmodi pecuniæ ad negotium, de quo agimus, ſed
19 de eis tractandum eſt ſeparatim, † tanquam prætendantur ex diuerſa cauſa, quæ non debet impedire expeditionem ſententiæ circa computationes adminiſtrationis, de quamodo tractatur, prout regulariter ex diuerſitate factorum datur ſeparatio, quæ facit vt non ſuſpendatur vna cauſa ab alia, neque poſſit impugnari, & retardari negotium principale, nec illius executio *c. ad hæc. il 1. vbi Franc. in princ. de appellat. Boer. deciſ. 73. n. 4. Dec. conſ. 33. viſo. col. 3. Lancellott. de attentat. appellat. pendent. limitat. 2. n. 4. vſque ad 15. tom: 5. fol. 360.*

Non obſtat, quod in mandato, ſeu ordine, cuius vigore fuerunt iſtæ pecuniæ exactæ
20 adſint illa verba noſtro fattore, † quæ videntur denotare, quod ſolutio ſit facta in cauſam negotij factoriæ, Quia verius eſt, vt talia verba non debeant taxare illam ſolutionem, eum potius ſint demonſtratiuè prolata, prout ſemper in dubio præſumendum eſt, non autem conditionaliter, aut taxatiuè *Bart. in l. centurio. col. 10. in princ. verſ. ſed quid ſi dixi. n. 31. ff. de vulgar. & pupillar. Dec. conſ. 323. col. 2. in princ. verſ. quarto facit. Bero. conſ. 17. n. 16. & 17. lib. 1. Caſtr. conſ. 417. quod dicti redditus. col. 2. poſt princ. verſ. nec obſtat prædictis. lib. 1.*

Quod clarè comprobatur ex libro adminiſtrationis, in quo apparet, quod tempore receptionis huiuſmodi pecuniarum ad ſocietatem officij, deductis omnibus expenſis,
21 aderant in manibus factoris ſcuta 204. † vnde nulla neceſſitas aderat accipiendi pecunias cum tanto fœnore pro negotio, quod tunc temporis abundabat pecunijs, & ſic pro alia cauſa præſumendum eſt tales pecunias acceptas, prout verè acceptæ fuerunt, cum pro dimidia Aduerſarij recognouerint bonam fidem pro alijs ſuis indigentijs, Maximè, quia ſtatim ex pretio calcis ſubſequentis calcariæ vltra prædicta ſcuta 204. aderãt etiam ſcuta 116. in manibus eiuſdem factoris, itaut ſemper minus præſumendum ſit, quod ſocietas fuerit contracta ob aliam cau-
22 ſam, non autem negotij calcariæ, † quod tunc nullam habebat neceſſitatem, qua ceſſante omnis exceſſus cenſetur inutilis, neque præſumitur illum eſſe factum *l. lucius titius. poſt princ. ff. de exercitor. act. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 15. n. 6. 11. & 14.* vbi etiam quod Iudex debet admittere talem probationẽ præſumptiuam, adducendo illud, quod dicitur de
23 Prælato, † qui non præſumitur accepiſſe mutuum ad commodum eccleſiæ, ſi aliunde appareret, quod non aderat neceſſitas, & ex alijs redditibus potuiſſet debitum commodè ſolui, ideo mutuanti ſufficiet tunc probaſſe talem neceſſitatem *Abb. in c. penult. n. 7. de fideiuſſorib. Purpur. conſ. 433. n. 13. lib. 2.* & in propoſito *Aim. in conſ. pro genero. n. 194.*

Cum etiam non ſit veriſimile, quod quis voluerit ſibi prouidere in caſu non neceſſario,
24 ideo prouiſio † ad alium effectum eſt præſumenda *l. in his. §. ſed ſi fortè. ff. de ſolutionib. l. cum in corpus. de acquir. rer. domin. Aim. conſ. 202. n. 10. Signorol. conſ. 21. col. 2. poſt med. verſ. tertio probat. & conſ. 103. col. penult. in princ. Bald. conſ. 35. pater filio. col. 2. lib. 2. & conſ. 113. col. 1. poſt med. lib. 5.* Vbi quod ſemper debemus inter-
25 pretari actum, † & diſpoſitionem ad caſum neceſſarium, non voluntarium *l. 1. §. quid ergo. ff. de ventr. inſpiciend. l. quod labeo. ff. de carbon. edict.* Cum alias daretur iacta-
26 tio rerum ſuarum, † quæ non præſumitur *l. cum de indebito. ff. de probat. Surd. conſ. 7. n. 44. lib. 1. Menoch. præſumpt. 27. n. 9. lib. 5.*

Accedant computationes ter calculatæ, in quibus nunquam fuit facta mentio de huiuſmodi pecunijs, quamuis in calculis fuerint poſita omnia, quæ vndecumque peruenerunt ad manus adminiſtratoris, itaut ex hoc maxima veriſimilitudo, & euidens coniectura oriatur, quod etiam de iſtis pecunijs fuiſſet habita ratio, ſi ad negotium calcariæ illæ
27 ſpectaſſent, † cum etiam ex tot actibus geminaris magis præciſa voluntas partium

colligatur excludendo omnem extenſionem,
& interpretationem *Bart. in l. eum ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Gloſ. in l. 1. in verb. diœceſanis. de iurepatronat. Surd. conſ. 179. n. 18. lib. 2. & conſ. 369. n. 16. Menoch. conſ. 63. n. 13. lib. 1. Aim. conſ. 201. n. 42. Becc. conſ. 21. n. 24.*

Non obſtat prætenſa impugnatio calculorum,
per quam dicitur quis excluſus ab omni cõ-
28 modo, † & vſu illius *l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indign. Aim. de antiq. tempor. §. viſo de verbis enunciatiuis. n. 55.* Quia in facto hoc non verificatur, cum non ſolum non conſtet de expreſſa impugnatione, proue debet eſſe, ſed appareat de approbatione computorum ad verificationem libri præuia illorum recognitione, Cum etiam ſi adeſſet impugnatio, illa non ſufficeret, nam vlterius
29 requiritur, † quod pars aduerſa acceptauerit impugnationem *Gloſ. in c. cum veniſſent. 3. in verb. obtulit. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand. Ruin. conſ. 21. n. 6. lib. 1. Felin. in c. capitulum. 30. n. 13. limit. 6. de reſcript.* cum alijs adductis *ſupr. c. 279. n. 36. vſque ad* 43. vbi etiam quod impugnãs actum poteſt ſe iuuare ex eo, quando adhuc pendet impugnatio, & non eſt facta declaratio, vt per *Felin. ibid. n. 9. limit. 1.* Cum etiam ſemper Iudex poſſit ſe fundare ſuper probatione impugnata ad fauorem impugnantis *Bald. in l. vnic. n. 5. & ibi Caſtr. col. 2. in fin. C. vt quæ des. aduocat.*

Additur, quod in ordine, ſeu mandato facto ad recipiendum dictas pecunias non ſolum nulla fuit facta mentio alicuius cauſæ, ob
30 quam eſſet facienda ſolutio, † ſed etiam fuit ſimpliciter mandatum, vt dictæ pecuniæ ſoluerentur abſque aliqua quietantia, ex quo ſatis colligitur nullam rationem de eis eſſe reddendam, cum etiam iuxta ſtylum, & conſuetudinem Vrbis ita ſeruetur, quaſi tunc fuerit tranſmiſſus talis ad recipiendum huiuſmodi pecunias tanquam familiaris, qui deinde ſub bona fide mandantibus illas conſignauit, prout paſſim ita quotidie videmus
31 ſeruari, † vnde quod communiter accidit, ita veritas præſumitur ſe habere, maximè in materia probationum *l. eum qui probabilem. C. de epiſcop. & cleric. Bald. in l. conuenticulam. col. 3. C. eod. tit. Euerard. loco argum.* 102. *à communit. accidentib. n. 1. & 2.*

Non obſtat, quod qualitas factoriæ exiſtens in mandato, & ordine dicatur contemplata,
32 & per conſequens pecuniæ ſint ſolutæ † tanquam factori *Surd. conſ. 274. n. 13. lib. 2. & conſ. 403. n. 10. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 10. n. 28. cum alijs ex aduerſo allegatis.* Quia ſolum prædicti concludunt, quod contrahens cum aliquo tanquam hærede præſumitur cõtraxiſſe cum
33 iſta qualitate hæredis, † itaut non poſſit poſtea negare, quod ille non ſit hæres, quod non applicatur ad caſum noſtrum, cum modo non negetur factoria, ſed ſolum dicatur, quod illa verba non fuerunt poſita ad effectum, vt quis exigat illas pecunias pro negotio factoriæ, cum poſſint etiam poni iſta verba demonſtratiuè, prout etiam in dubio præſumitur, vt dictum eſt, Maximè ſtantibus coniecturis ſupra adductis, ex quibus colligitur non fuiſſe receptas eaſdem pecu-
34 nias pro negotio calcariæ, † & per conſequens vna præſumptio per alias eſt ſublata *l. diuus. ff. de reſtitut. in integr.* Et plures deſtruunt vnam, & fortior debiliorem *Menoch. præſumpt. 29. lib. 1. Surd. conſ. 1. n. 60. & conſ. 486. in fin. lib. 4. Socin. conſ. 73. n. 13. lib. 3.*

Neque obſtat, quod ſocius non teneatur in ſolidum pro conſocio *Alex. conſ. 147. in princ.*
35 *lib. 2.* † Quia procedit inter ipſoſmet ſocios, quorum vnus erga alterum non tenetur, niſi pro ſua portione, & rata, non autem reſpectu contrahentium cum vno ex ipſis ſocijs, quia erga talem contrahentem quilibet ipſorum tenetur in ſolidum *Menoch. conſ. 410. n. 42. & 45. vſque ad 49. lib. 5. poſt Rot. Genuenſ. deciſ. 97. n. 7. & 8.* cum alijs per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 6. tit. 22. n. 7. in fin.* vbi quod ita fuit deciſum in *Rot. coram R. P. D. Robuſterio Romana pecuniaria ſeu maſſa. 8. Februarij* 1585. cum alijs per *Oſaſc. deciſ.* 150. *n. 6.*
36 Quemadmodum † enim obligatio in ſolidum habet locum inter ſocios quando ipſi gerunt actus ſociales per inſtitores *l. ſi tamen plures. ff. de exercitor. act.* Ita etiam quando per ſe ipſos, tunc enim ſocij quoque obligantur in ſolidum reſpectu contrahentium, non autem pro rata tantum, nam eadem ratio militat in vtroque caſu, ad ſimilitudinem enim inſtitoris vnus ſocius obligat alium in ſolidum, cum cenſeatur præpoſitus inuicem ſocietati totius, & vnus eſt inſtitor alterius, & tanquam fideiuſſor obli-
37 gatur in ſolidum, nulla facta diſcuſſione, † quę non requiritur inter mercatores *Menoch. conſ. 410. n. 45. vſque ad 49. lib. 5.* dixi *ſupr. c. 279. n. 44. & 45.* & ſequitur *Felic. de ſociet. c. 30. n. 31.* Præſertim, quando tacitè apparet
38 vnum ab altero præpoſitum, † tunc enim ſemper procedit obligatio in ſolidum *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 9. in princ. Add. ad Alex. conſ. 148. in verb. rata lib. 2.* Maximè cum hoc æs alienum ſit contractum ob cauſam ſocietatis, & in communem vti-
39 litatem ſint verſæ pecuniæ, † tunc enim etiam in ſocietate ſingulari, & ſimpliciter contracta ſocius tenetur *Alex. conſ. 139. n. 2. lib. 5. Dec. conſ. 98. n. 2. Pariſ. conſ. 94. n. 22. lib. 1. Anchar. Caſtr. Rot. & alij per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6.*
40 *tit. 22. n. 4. & n. 8. in fin.* † Et paſſim ſocij dicuntur habere tacitum conſenſum, & mandatum ab alijs conſocijs, itaut omnes obligentur in ſolidum, ne in plures diſtringatur

ille,

ille, qui cum vno contraxit, cum omnes videantur præpoſiti ſocietati totius, vt late concludit *Surd. deciſ. 213. n. 1. cum ſeq.* iuxta *l. ne in plures. ff. de exercitor. act. l. 1. §. ſi plures. ff. eod. tit. Bald. conſ. 263. n. 3. lib. 5. Ang. conſ. 286. col. 2. Capr. conſ. 52. n. 7. Alex. conſ. 186. n. 3. lib. 2. Dec. in l. ſi ſocius. n. 3. ff. ſi cert. petat.*

EPITOME.

Obligatio cameralis ex quibus dicatur vulnerata, itaut amplius pro ea non detur executio. ¶ Et quando illa poſſit retardari per appellatiunē. ¶ Clauſula ſi quid exequēdum an præſeruet viam executiuam, & impediat effectum ſuſpenſiuum appellationis. ¶ Tranſportatio actorum, tam coram Iudice à quo, quàm in alio iudicio, & cauſa ad quem ſpectet. ¶ Et an præſumatur integrè facta. ¶ Et quando omiſſio talia tranſportationis vitiet ſententiam, ſi ſine illis actis poſſet iuſtificari, vel ſi eſſent irreleuantia. ¶ Nouatio an inducatur per delegationem. ¶ Et quæ ad iſtum effectum requirantur. ¶ Pactum conductoris de reſtituendo apothecam, & domum liberam an ſit indiuiduum. ¶ Et quando natura diſpoſitionis copulatiuæ ſit verificanda in vtraque parte. ¶ Appellatione domus, & fundi an veniat tota domus, & totus fundus. ¶ Prohibitio circa totum an verificetur in qualibet parte, ſiue totum ſit integrale, ſiue vniuerſale. ¶ Verba manere, ſtare, manſio, & ſtatio quid ſignificent. ¶ Per clauſulam quā, & quas ao ſit commiſſum totum negocium principale. ¶ Locatio plurium rerum ſub vnico pretio, ſeu diuiſo in ſingulas res an dicatur vnica. ¶ Res diuidua quando poſſit fieri indiuidua ex voluntate contrahentium.

SVMMARIVM.

1 *Executio obligationis cameralis non poteſt retardari per appellationem, non ſecus ac ſi adeſſet confeſſio, & res indicata.*
2 *Obligatio cameralis ex quibus dicatur vulnerata, itaut amplius pro ea non detur executio.*
3 *Clauſula ſi quid exequendum præſernat viam executiuam, & impedit effectum ſuſpenſiuum appellationis.*
4 *Per clauſulam quam & quas cenſetur commiſſum totum negocium principale.*
5 *Acta integra ſunt tranſportanda, vt clauſula quam & quas operetur.*
6 *Tranſportatio actorum præſumitur integra.*
7 *Onus tranſportandi acta geſta coram Iudice à quo, ſeu in alio iudicio, vel cauſa an ſpectet ad appellantem. n. 8. & 9.*
10 *Omiſſio tranſportationis actorum non vitiat, quando ſine illis actis ſententia iuſtificaretur, prout neque ſi acta eſſent irreleuantia. & n. 11.*
12 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non retardant obligationem cameralem.*
13 *Nouatio inducitur per delegationem, & quæ ad iſtum effectum requirantur. n. 14.*
15 *Pactum conductoris de reſtituendo apothecam, & domum vacuam, & liberam eſt indiuiduum, & vtramque rem continet tanquam conſiſtens in facto.*
16 *Natura diſpoſitionis copulatiuæ debet verificari in vtraque parte.*
17 *Appellatione domus tota domus continetur.*
18 *Fundi nomine venit totus fundus, quamuis ſeparatim locaretur, & licet non ſit dictum de toto fundo. n. 19.*
20 *Prohibitio circa totum verificatur in qualibet parte, ſiue totum ſit integrale, vel vniuerſale.*
21 *Verba manere, ſtare, manſio, & ſtatio quid ſignificent.*
22 *Caſtra vocantur manſiones.*
23 *Locatio plurium rerum dicitur vnica ſi fuerit ſub vnico pretio facta, ſecus, ſi illud eſſet diuiſum in ſingulas res.*
24 *Res diuidua poteſt fieri indiuidua ex voluntate contrahentium.*

CAPVT DCCCCLXVIII.

Appellationem interpoſitam in cauſa Romana penſionis domus dixi non eſſe recipiendam, quia aderat creditum liqui-
1 dum cum obligatione camerali, † cuius executio non poteſt per eam retardari, perinde ac ſi adeſſet confeſſio iudicialis, & res iudicata *Caſtr. in l. poſt rem iudicatam. in fin. ff. de re indicat. Gabr. conſ. 67. n. 8. lib. 1. Theſaur. deciſ. 20. n. 11.* cum alijs per *Rot. deciſ. 686. n. 1. p. 2. in recentior.*

Non obſtat, quod obligatio cameralis fuerit vulnerata ſtante decreto reuocationis man-
2 dati prius conceſſi, † Quia talia reuocatio nō vulnerat obligationem, cum ad iſtū effectum requiratur declaratio nullitatis, ſeu inualiditatis obligationis, & non ſufficit ſimplex decretum, ſeu mandatum executiuum reuocatum, cum illud non extendatur ad vulne-
2 randam obligationem, † ideo non impeditur executio per talem reuocationem mandati iuxta deciſionem *Rot. coram R. P. D. Cantuccio Romana cenſus. 27. Iunij 1580.* quam ſequitur *Rot. coram R. P. D. Penia Reatiua depoſiti. 18. Decembris 1600. & coram R. P. D. Coccino Anconitana aſſecurationis. 1. Iulij 1602. in fin.* quæ ſunt impreſſæ per *Zacch. deciſ. 59. & 95. & coram Cardin. Millino Romana vineæ de Pannolinis. 26. Februarij 1603. quæ eſt inter deciſ. Rot. diuerſor. 375. n. 1. p. 4.* vbi quod in hoc caſu, quamuis fuerit appellatum, tamen ſemper
3 eſt locus viæ executiuæ, † cum commiſſio cauſæ contineat clauſulam, ſi quid exequendum,

dnm, quæ præſeruat viam executiuam, &
impedit effectum ſuſpenſiuum appellationis,
ſi de iure eſt locus executioni, & ſic non at-
renditur, quod cau ſa ſit facta appellabilis,
quia runc dieetur talis ad effectum impe-
diendi executionem, quando eſſet pronun-
ciatũ ſuper inualiditate obligationis, quod
non eſt in caſu noſtro, in quu de ea nihil fuir
cognitum, vt diſtinguitur in dictis deciſio-
nibus, & per Rot. deciſ. 57. p. 4. diuerſor.
Ideo bene fuit relaxatum mandatum, cum non
exiſtente aliquo vulnere dictæ obligationis
potuerit agi, & pronunciari, prout in prima
4 ſtante clauſula quam & quas, † cuius virtus
eſt, vt veniat totum negotium æquè princi-
paliter commiſſum Sarnenſ. de infirm. reſi-
gnant. q. 34. n. 4. col. 2. ad med. verſ. & hoc
vlterius comprobatur. Addit. ad Rot. deciſ.
23. n. 3. & 8. de reſcript. in nou. Achill. de-
ciſ. 14. n. 1. eod. tit. Rot. coram Card. Lan-
cellott. Romana Saluiani. 14. Decembr. 1598.
impreſſ. per Pacific. poſt tract. de Saluian.
interd. deciſ. 72. n. 6. Rot. diuerſor. deciſ. 187.
n. 5. in fin. p. 2. Mobedan. deciſ. 6. de appel-
lation. Honded. conſ. 28. n. 44. & 45. lib. 1.
cum alijs latè adductis per Rot. deciſ. 546.
n. 1. & deciſ. 731. n. 5. par. 2. in recentiorib.
Lancellott. de attentat. p. 2. c. 20. limit. 12. n. 13.
Non obſtat, quod non fuerint tranſportata
acta integra, quo caſu clauſula quam & quas
5 nihil operarur † iuxta deciſiones Rot. coram
Card. Blanchetto. & coram R. P. D. Cor-
duba. de quibus in tract. de clauſul. par. 1.
clauſul. 120. n. 4. Quia vltra, quod contra-
rium conſtat in facto, hæc probatio incum-
bit Aduerſario, qui prætendit non eſſe inte-
6 gram tranſportationem actorum, † eum
ſemper integritas illorum præſumatur Rot.
coram R. P. D. Litta Peruſina capella. 7. Iu-
nij 1596. & coram R. P. D. Penia Bononien.
bonorum. 24. Ianuarij 1600. de qua per Fa-
rinac. deciſ. 143. n. 1. inter impreſſ. poſt 2.
part. conſil. eiuſdem.
Nec facit, quod eſſent tranſportanda acta co-
ram Vicario, & Maurello, quibus fuit com-
miſſa cauſa nouationis prætenſę à contractu
locationis, de qua agimus, Quia hoc non
7 ſpectabat ad Chriſtophorum, † cum illi ſo-
lum incumbat onus tranſportandi acta ſacta
coram Iudice, à quo fuit appellatum, non
autem illa, quæ ſunt facta in alio iudicio,
& in alia cauſa, quorum tranſportatio non
eſt facienda per appellantem, nec de iure,
nec ex diſpoſitione ſacri Concilij, quamuis
etiam conferrent ad cauſam appellationis,
quia non ideo ſequitur, quod ſint de actis
iſtius cauſæ Rot. coram Gregor. XV. Albanen.
ſucceſſionis. 20. Maij 1602. inter impreſſ.
poſt 2. part. conſ. Farinac. deciſ. 178. per tot.
8 vbi allegantur cõcordantes deciſiones, † Ma-
ximè, quia iſta acta coram Vicario non fue-
runt producta corã Auditore Cameræ, vnde
ſolum ſunt tranſportanda ea, de quorum
productione conſtat coram Iudice à quo, non
obſtante, quod vna cauſa habeat conſequen-
tiam ab alia alteri commiſſa Rot. coram
R. P. D. Penia Burgi S. Sepulchri bono-
rum. 2. Decembris 1594. inter impreſſ. poſt
2. par. conſ. Farinac. deciſ. 88. per tot. iuxta
declarationem Congregationis Sacri Con-
cilij Tridentini, de qua per Rot. coram eo-
dem R. P. D. Penia Bononien. bonorum
emphyteoticorum. 24. Ianuarij 1600. inter
impreſſ. poſt 2. par. conſil. Farinac. deciſ. 143.
9 n. 1. vſque ad 4. † vbi etiam ampliatur, quã-
uis in hoc iudicio, à quo fuit appellarum,
eſſent productæ ſententiæ latæ in alijs di-
uerſis iudicijs, quia non ex hoc coguntur
appellantes producere alia acta, in quibus
ſententiæ erant fundatæ, cum prædictæ ſen-
tentiæ intelligantur productæ, vt eis vte-
rentur tanquam iuribus pro ſe facientibus,
vt in d. deciſ. 143. in fin.
Præſertim, quia etiam in caſu, in quo eſſent
tranſportanda acta, tamen ralis omiſſa
10 tranſportatio non vitiaret, † quando ſine
illis actis ſententia iuſtificaretur Rot. deciſ.
561. n. 12. p. 1. in recentior. Prout etiam,
quando acta ſunt irreleuantia, non requiri-
tur illorum tranſportatio, cum non præſu-
matur, quod lex de illis tanquam ſuperfluis
11 intellexerit † Rot. deciſ. 564. n. 5. p. 2. in re-
centior. vbi allegantur concordantes deci-
ſiones, atteſtando de veriori opinione.
Irreleuantia autem ſatis probatur, cum iuſti-
ficatione ſententiæ etiam ſine illis, quia
adeſt inſtrumentum clarum locationis, con-
tra quod non probatur, quod alius fuerit
poſitus loco conductoris, immo cum Aduer-
ſarius ſuper iſta prætenſa nouatione, & de-
legatione introduxiſſet cauſam coram Mau-
rello, contrariam ſententiam reportauit,
quæ tranſiuit in iudicatum, vnde ſtantibus
prædictis non poterat denegari mandatum
executiuum contra principalem conducto-
12 rem, † tanquam obligatio cameralis non
poſſit retardari per exceptiones requiren-
tes altiorem indaginem, & ſopitas per rem
iudicatam Rot. deciſ. 29. in fin. par. 1. in re-
centior. Caſſador. deciſ. 1. de mut. petition.
Mobedan. deciſ. 31. Galleſ. de obligat. ca-
mer. p. 4. q. 1. n. 17.
Quamuis etiam non extante re iudicata nulla
13 probetur delegatio, † per quam licet indu-
catur nouatio Gloſ. in l. 3. C. de nouationib.
Bald. Ang. & Caſtr. in l. delegare. la 2. ff.
eod. tit. Tamen debent concurrere illa tria,
quorum nullum adfuit in caſu noſtro, nec
teſtes aliquid deponunt, videlicet, quod ſit
debitor, & tanquam talis de eius mandato
expreſsè fuerit promiſſum ſoluere creditori,
qui præſens acceptauerit, & ſtipulatus fue-
14 rit ſolutionem, † quæ omnia ad validitatem
delegationis ſunt neceſſaria Gloſ. magna. in
l. quamuis. §. ſi mulier. il 2. ad vellcian. &
in l. ſi titius. ff. de nouationib. Bald. in l. 2.
n. 4.

n.4. C. de execut. rei iudic. Socin. conſ. 267.
n.3. lib.2. & conſ. 37. n.6. lib.4. & in l. qui
vſumfructum. n.9. & 10. ff. de verb. obligat.
Albenſ. conſ. 2. n. 13. lib. 1. Bero. conſ. 97.
n. 2. lib. 1. Doctor. in l. ſingularia. vbi Iaſ.
n. 36. Dec. n. 27. ff. ſi cert. petat. Surd. de-
ciſ. 23. n. 6. latè Alex. conſ. 173. n.4. cum
ſeq. lib. 7.

Quo vero ad alterum dubium, de quo actum
fuit in cauſa Romana contrauentionis loca-
tionis, dixi decidendum affirmatiuè, quod
debeat concedi mandatum de euacuando,
quia conductor promiſit, quod non volente
ipſo permanere in apotheca, & domo ei ſub-
locata durante præſenti ſublocatione, tenea-
tur, & obligatus ſit, prout promittit, & ſe
obligat illam reſtituere ſublocatori, & eam
ſublocando, ſublocatio ſit nulla, & ſit in ar-
bitrio ſublocantis continuare ſublocatio-
nem, vel declarare illam eſſe finitam, ex qui-
bus verbis clarè colligitur, quod duo pro-
mittuntur, & reſtitutio domus, & apothecæ
in caſu quo conductor noluerit habitare, &
prohibitio ſublocandi, Vnde cum fuerit ſub-
locata apotheca, commiſſa eſt ſtipulatio, &
15 inducta eſt contrauentio, † quia ſublocando
apothecam, apparet quod conductor am-
plius in illa non vult permanere, & per con-
ſequens intrat reſtitutio iuxta formam pa-
cti, quod cum ſit conceptum circa reſtitu-
tionem apothecæ, & domus eſt indiuiduum,
& vtramque rem continet, nam obligatio
rem reſtitui, ſeu tradi tanquam conſiſtens in
facto non recipit diuiſionem l. ſtipulationes
non diuiduntur. in princ. ff. de verbor. obli-
gationib. Bart. in l. vxorem. §. agri plagam.
ff. de legat. 3. Alberic. in l. vſus. in princ. ff. de
vſu & habitation. cum alijs per Tiraq. de
retract. lignag. §. 23. gloſ. 1. n. 16. & notant
omnes in l. 4. §. cato. ff. de verb. obligat.

Neque obſtat, quod conductor non diſceſſerit
in totum à rebus conductis, cum ſolum ſub-
locauerit apothecam, & remaneat in alia
parte ſuperiori domus, Quia promiſſio eſt
de ſtando in omnibus rebus eidem ſubloca-
tis, nam in ſpecie exprimitur tam domus,
16 quam apotheca, † vnde natura diſpoſitionis
copulatiuæ debet verificari in vtraque par-
te, cũ plura copulata habeantur loco vnius,
& per vnitatem ſermonis ſunt in vnum reda-
cta, & ſic eſt neceſſarius omnium concurſus
l. ſi haredi plures. ff. de conditionib. inſti-
tution. Oldrad. conſ. 262. col. 1. Bald. conſ.
318. iſta captura. in fin. lib. 4. Caſtr. conſ. 44.
videtur dicendum. col. 2. lib. 1. Aim. conſ. 80.
n. 13. Roman. conſ. 166. n. 4. Oſaſc. deciſ. 71.
n. 66. Surd. conſ. 403. n. 30. lib. 3. & conſ. 441.
n. 26. eod. lib.

Maximè, quia adeſt aliud pactum, quod res
17 ſublocatæ non poſſint ſublocari, † quæ pro-
hibitio ſublocationis compræhendit non ſo-
lum ſi tota domus ſublocetur, ſed etiam ſi
pars, cum appellatione domus tota domus
intelligatur Rebuff. in l. locus. 60. col. 2. in
princ. ff. de verb. ſignificat. Socin. Zaſ. &
alij in l. ſi quis cum totum. ff. de exception.
18 rei iudicat. Prout etiam fundi nomine † ve-
nit totus fundus l. ſi ita cum teſtamento. §. lu-
cius. ff. de legat. 1. l. caius. §. vlt. ff. eod. tit.
vbi ampliatur, quãuis fundus ſeparatim lo-
19 caretur per duas partes, † vt facilius poſſet
locari Rebuff. in d. l. locus. poſt princ. vbi
etiam quod idem eſt ſiue dicatur fundus ſim-
pliciter, ſiue totus fundus, cum pars ſit in
toto l. ſi quis cum totum. ff. de except. rei
iudicat. Euerard. loco argument. 8. de tot. ad
part. n. 7. & 8.

Non obſtat, quod pro accedendo ad partem
ſuperiorem domus, quam conductor inhabi-
tat, reſeruauerit ſibi ius tranſeundi per apo-
thecã, itaut ex iſto tranſitu dicatur perma-
nere etiam in apotheca, Quia iſta reſeruatio
nihil operatur, cũ ſemper obſtet pactũ pro-
hibitionis ſublocationis apothecæ, qua ſub-
20 locata ſtatim eſt commiſſa ſtipulatio, † cum
prohibitio circa totum verificetur etiam in
qualibet parte, ſiue totum ſit integrale, ſiue
vniuerſale l. ſi vnus. §. item ſi pactus. ff. de
pact. Ruin. conſ. 48. n. 11. lib. 2. poſt Bart. in
l. ſtichus qui meus. ff. de legat. 1. Rimin. Iun.
conſ. 330. n. 7. lib. 3. Surd. de aliment. q. 17.
tit. 7. n. 27. in fin. Doctor. in l. adem.
C. locat.

Maximè, quia aliud eſt tranſire, aliud ſtare,
21 prout de ſtando loquitur pactum, † ſtare
enim ſignificat manere, vnde manet in ſen-
tentia ideſt ſtat, inde manſio, & ſtatio, ſiue
hoſpitium à manendo, quod ibi maneamus
l. 2. C. de condit. in public. horr. lib. 11. Re-
buff. in l. alienatum. 67. col. 4. poſt med. ff. de
22 verb. ſignificat. † vbi etiam quod caſtra vo-
cantur manſiones l. ſi nemo. C. de annon. &
tribut. lib. 10. & permanere eſt habitare
l. ſcire oportet. ff. ad municipal. l. propone-
batur. ff. de iudic. Rebuff. in d. l. alienatum.
col. 4. ad fin.

Et quamuis ſit locata domus, & apotheca, ta-
men habetur pro vna re, & vnica locatione,
23 cum fuerit † ſub vnico pretio abſque diſtin-
ctione penſionum, quidquid aliud ſit, quan-
do pretium eſſet diuiſum in ſingulas res l. ſi
plura mancipia. 36. ff. ædilit. edict. l. quod
ſæpè. 35. §. in ijs. ff. de contrah. empt. l. in
bello. §. vltim. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.
Bald. conſ. 66. factum tale. col. 1. in princ. &
in fin. lib. 3. Aret. conſ. 11. col. 1. Fabian. de
Mont. de empt. & vendit. q. 5. princip. col. 6.
Dec. conſ. 421. plenè & ſubtiliter. col. 1. latè
Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloſ. 1. n. 20.

Cum etiam ſi eſſemus in rebus diuiduis ex vo-
luntate contrahentium fuerit negotium fa-
24 ctum indiuiſibile, † itaut non attendatur,
quod vtile poſſit valere, & inutile vitiari,
cum ſemper hoc caſu vnum per alterum tol-
latur, tàm in contractibus, quàm in compro-
miſſis, & ſine talis fuiſſet intentio vtriuſque
partis,

partis, ſiue alterius tancum, ſiue res verè ſit indiniduа, ſiue non ſit, ſed partes credidiſſent *Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi pamphilum. poſt Ang. ibid. n. 3. & Imol. n. 68. ff. de verb. obligat.* iuxta *l. pedius. in fin. ff. de arbitr.* cum alijs adductis *ſupr. c. 529. n. 20. vſque ad 23.*

E P I T O M E.

Conſanguinitas quando ſit probanda in genere, ſeu in ſpecie cum diſtinctione graduum. ¶ Filius an præſumatur legitimus, & agnatus, itant non teneatur probare qualitatem legitimitatis. ¶ Et ad hunc effectum tempus antiquum quale dicatur. ¶ Et quando ſufficiant teſtes de anditu deponentes ſuper conſanguinitate tàm in materia ſucceſſionis, quam pro dirimendo matrimonio. ¶ Et cuius qualitatis illi debeant eſſe. ¶ Identitas an ſit probata eo ipſo, quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco. ¶ Scriptura patris ſine teſtibus an ſit valida ad fauorem filiorum, & piæ cauſæ. ¶ Verbum volo, ſeu relinquo quando contineat præparationem ad diſponendum, vel diſpoſitionem. ¶ Teſtator mandans legatarias eſſe alendas expēſis hæredis quando cenſeatur ſe reſtrinxiſſe ad fructus rerum legatarum, ſeu reliquiſſe plena alimenta. ¶ Et in quibus caſibus illa licitè remittantur. ¶ Renunciatio iuris mulieri competentis an poſſit per eam fieri abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis. ¶ Et quando illud habeat locum in quacumque diſpoſitione eidem mulieri læſiua. ¶ Diſpoſitio teſtatoris, qиod hæres debeat tenere aliquem domi ſuis expenſis an idem importet, ac ſi alimenta eſſent ei explicitè relicta.

S V M M A R I V M.

1 *Agnatio, vel conſanguinitas quando ſit probanda in genere, ſeu in ſpecie diſtinguendo gradus. n. 2.*

3 *Filiatio debet probari cum qualitate legitimitatis in diſpoſitione vocante filios legitimos, & naturales. Contrarium. n. 4. Declara, vt n. 5.*

6 *Legitimitas præſumitur pro filio, & agnato exiſtente in poſſeſſione filiationis, & bonorum.*

7 *Tempus antiquum quale ſit ad hoc vt deſcendentia, & filiatio dicatur legitima, & an hoc totum ſit in arbitrio Iudicis. n. 8.*

9 *In antiquis conſanguinitas probatur per teſtes de auditu, dummodo ſint perſonæ graues, & deponant ante litem motam. n. 10. & 11. Intellige, vt n. 12.*

13 *Conſanguinitas qualiter ſit probanda, tam in materia ſucceſſionis, quàm pro dirimendo matrimonio.*

14 *Identitas bonorum probatur per coniecturas, & leuiores probationes.*

15 *Teſtes deponentes, quod bona poſſeſſa ab vno hodie poſſidentur ab alio, probant identitatem illorum.*

16 *Identitas dicitur probata eo ipſo, quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco, niſi nouus titulus exhibeatur.*

17 *Diſpoſitio ad pias cauſas non requirit teſtes, nec alias ſolemnitates, ſed ſufficit ſola ſubſcriptio.*

18 *Teſtamentum militis valet, quamuis ſolum ſit ſcriptum in clypeo eius ſanguine rutilante, dummodo recognoſcatur per duos teſtes.*

19 *Sobedula patris ſine teſtibus eſt valida ad fauorem filiorum.*

20 *Diſpoſitum in liberis trahitur ad piam cauſam, quæ illis æquiparatur quo ad validitatem teſtamenti ſine ſolemnitatibus. n. 21. & 22.*

23 *Apocha teſtatoris continens præparationem ad diſponendum eſt imperfecta, ſecus ſi diſpoſitionem contineat per verbum volo, ſeu relinquo, & quando huiuſmodi verba diſponant. n. 24.*

25 *Teſtator mandans legatarias eſſe alendas expenſis hæredis quando cenſeatur ſe reſtrinxiſſe ad fructus rerum legatarum, ſeu reliquiſſe plena alimenta. & n. 27.*

26 *Verba quod hæres debeat tenere aliquem domi ſuis expenſis idem important ac ſi alimenta eſſent ei explicitè relicta.*

28 *Per obſeruantiam declaratur ad quem finem fructus fuerint exacti per hæredem.*

29 *Renunciatio alimentorum non admittitur, neque tacitè, neque expreſsè inconſulto Prætore, & abſque cauſæ cognitione, & n. 30.*

31 *Statutum Vrbis prohibet, vt nihil per mulieres poſſit agi abſque ſolemnitatibus, quod habet locum in quacumque diſpoſitione, ex qua mulier poſſit lædi.*

32 *Renunciatio iuris quærendi non poteſt fieri per mulierem abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs. Idem in tacita remiſſione iuris mulieri competentis. n. 33.*

CAPVT DCCCCLXIX.

Ex depoſitionibus teſtinm, & alijs iuribus exhibitis non videntur probata omnia ad effectum immiſſionis in poſſeſſionem bonorum, de quibus agimns, ideo tutius eſſet alias probationes facere, vt poſſit obtineri, quod quæritur in huiuſmodi cauſa; Nam Angelus prætendic ſuccedere in bonis Antonij proani tam vigore fideicommiſſi eiuſdem Antonij, quam ſtatuti diſponentis, quod agnati maſculi ex linea maſculina

pro-

proximiores ſecundum gradus prærogati-
uam vſque ad tertium gradum incluſiuè con-
numerandum, iuxta ius canonicum, ſuccedãt
ac præferantur filiabus, & omnibus alijs fe-
minis cuiuſcumque lineæ & gradus, quæ ta-
men dotari debeant, prout latius in eodem
1 ſtatuto cõtinetur, † ex quibus verbis colligi-
tur, quod non ſufficiet probatio conſangui-
nitatis in genere, ſed requiritur. probatio
ſpecialis gradus, cum teſtator, & ſtatutum
vocet proximiorem agnatum in tali gradu
limitato, quidquid aliud ſit quando ſimpli-
citer eſſet probanda ſola agnatio, vel conſan-
guinitas, tunc enim ſatis eſſet illam in ge-
nere probare, ita communiter diſtinguunt
*Doctor. in cap. tua nos. de conſanguinit. & af-
finit.* cum alijs per *Roland. conſ. 32. num. 20.*
2 *vſque ad 28. lib. 3.* † vbi in ſpecie loquitur de
ſimili ſtatuto loquẽte de tertio gradu *Albẽſ.*
latè *conſ. 355. n. 31. vbi Vincent. Anibal. in
addit. in verb. vt agnatus. lib. 2.* cum alijs per
*Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 16. num. 4.
vſque ad 7. Theſaur. lib. 1. q. 61. n. 4.*
Neque iſta probatio ſola ſufficitt, cum etiam
3 requiratur, quod conſtet de legitimate, † nã
in teſtamẽto vocẽtur filij legitimi & natura-
les, ad quorũ fauorem fuit factum fideicõmiſ-
ſum, & in ſtatuto prẹferuntur agnati, vnde re-
ſpectu vtriuſque diſpoſitionis & hominis &
legis erit probanda agnatio, & filiatio cum
huiuſmodi qualitate legitimitatis, tãquam
iſta ſit principium intrinſecum, ex quo ori-
tur actio competens agnato, qui ideo tene-
tur ad talem probationem, quamuis etiam
per partem aduerſam non opponeretur de le-
gitimitate *Decian. conſ. 24. n. 53. lib. 1. Bec.
conſ. 75. n. 6. Cagnol. in l. hæredem. 59. n. 6.
de regul. iur. Dec. conſ. 61. pro tenui facul-
tate mea. col. 1. in princ. verſ. & tenetur hoc
probare. Sim. de Pret. conſ. 106. n. 40. Rimin.
Iun. conſ. 494. n. 20. lib. 5.*
Nec obſtat, quod multi teneant non requiri
4 iſtam probationem legitimitatis, † cum ſuf-
ficiat, quod teſtes deponant de filiatione, &
deſcendentia, quaſi ſtatim præſumatur fi-
liatio legitima, & naturalis etiam ad obti-
nendam ſucceſſionem *Bald. conſ. 437. n. 5.
lib. 5. Socin. conſ. 23. n. 19. lib. 2. Menoch.
conſ. 199. n. 55. lib. 2. Burſatt. conſ. 268. n. 17.
lib. 3.* vbi quod hæc ſententia eſt indubitata
in ſucceſſionibus *Card. Paleott. de noth. &
ſpur. c. 20. n. 3. Cephal. conſ. 485. n. 81. lib. 3.*
Quia iſta opinio procedit in factis, & fideicom-
miſſis antiquis, in quibus, ſi docetur per in-
5 ſtrumenta, † & ſcripturas, & ſimiles proba-
tiones de deſcendentia, & filiatione, præſu-
mitur pro legitimitate, ſecus autem in fa-
ctis de recenti, tunc enim volens vendicare
bona tanquam agnatus, ſeu filius, oportet,
quod probet ſe eſſe legitimum, deducendo
matrimonium verum, ſeu præſumptum ex
cohabitatione parentum in ſchemate matri-
moniali, cum ſit fundamentum ſuæ intentio-
nis, & facilis probationis *Peregr.* qui ita
practicari teſtatur *de fideicommiſſ. art. 43.
n. 71. fol. 406. poſt Alberic. in l. ſenatoris fi-
lium. n. 4. ff. de ſenatorib. Florian. in l. qui-
6 dam. n. 4. de probationib.* † Maximè, quando
talis filius, & agnatus non reperiretur in
poſſeſſione bonorum, & filiationis, ſi enim
in ea exiſteret, poſſet præſumi pro legitimi-
tate *Socin. conſ. 39. col. 2. ante med. lib. 1.
Caſtr. in l. 1. C. de ordin. iudicior. Salic. in
l. quidam. ff. de probationib. Peregrin. d.
art. 43. n. 71. in fin.*
Ideo in caſu noſtro videndum eſſet an ſimus in
factis antiquis, & quidem in hoc communi-
7 ter omnes concludunt, † tempus antiquum
dici ſpatium ſexaginta annorum iuxta *deciſ.
Put. 523. incip. die 24. Ianuarij. lib. 2.* de
qua per *Maſcard. concluſ. 512. deſcendentia.
n. 6. p. 1. fol. 329. Caputaq. deciſ. 5. n. 3. p. 3.*
quam ſequitur *Rot. deciſ. 234. n. 2. p. 2. in
recentior.* latè *Albenſ. conſ. 83. n. 3. cum ſeq.
8 lib. 2. Alex. conſ. 90. n. 8. & 9. lib. 6.* † vbi ta-
men, quod hoc totum remittitur arbitrio
Iudicis quando tempus dicatur antiquum
*Io. Andr. in c. illud. de præſumpt. Butr. in
c. quoniam contra. ad med. verſ. ad gloſæ in-
tellectum ſunt videnda tria. de probationib.
Alex. d. conſ. 90. n. 8. poſt med.*
Quare ad fugienda iſta arbitria melius eſſet
9 quærere alias probationes, † Maximè, quia
licet in antiquis conſanguinitas probetur
per teſtes de auditu *Alex. conſ. 82. n. 6. lib. 2.
Dec. conſ. 277. viſo proceſſu. n. 7.* Tamen
perſonæ ita deponentes debent eſſe graues,
quibus meritò ſit fides adhibenda, aſſerentes
10 ſe à ſuis maioribus audiuiſſe † iuxta *c. licet
ex quadam. de teſtib. Lanfranc. in c. quo-
niam contra. §. teſtium depoſitio. n. 155. &
157. de probationib. Dec. conſ. 595. pro reſo-
lutione. n. 1.* Cum etiam requiratur, quod
deponant ſe audiuiſſe ante litem motam,
nam alias nihil probarent, tanquam facile
poſſet contingere, vt quiſpiam audiuerit ab
11 alio, qui in fraudem ita dixerit, † vel quod
ipſa lis mota traxerit hanc famam *Roman.
ſing. 573. omni caſu. n. 1. Dec. conſ. 82. viſo
proceſſu agitato. n. 2. verſ. hoc non habet lo-
cum. & conſ. 595. n. 1.* vbi loquitur in ſpecie
de conſanguinitate *Archidiac. in c. 1. cauſ. 35.
q. 2. Aim. de antiq. tempor. §. viſa de fama.
12 n. 6. & 7. p. 2.* † Præſertim, quando fuerunt
examinati teſtes in loco, vbi lis agitur cum
alias, ſi examen fuiſſet factum in loco longin-
quo, admitterentur tales teſtes etiam quod
audiuerint poſt litem motam *Archid. in d.
c. 1. cauſ. 35. q. 1. Corn. conſ. 78. lib. 3. Butr. in
c. quoties. n. 2. de teſtib. Maſcard. concluſ.
410. conſanguinitatem. n. 5. & 6.*
Et quamuis in materia ſucceſſionis non debeãt
interuenire requiſita, de quibus in *c. licet
13 ex quadam, 47. de teſtib.* † Cum illa proce-
dant vbi ageretur de probatione conſangui-
nitatis pro dirimendo matrimonio *Dec.
conſ.*

Digitized by Google

conſ. 595. *n.* 8. *Aret. conſ.* 37. *n.* 3. Tamen
quo ad grauitatem perſonarum, & quo ad
tempus litis motæ nihil eſt immutatũ etiam
in materia ſucceſſionis, vt per *Lanfr. Dec.*
Rom. & alios ſupra allegatos. verſ. quare
ad fugienda. n. 9. *&* 10. *Aim. de antiq. tempor. p.* 1. *§. viſo de fama in antiquis. n.* 6.

Et hæc quo ad agnationem, Nam circa identitatem bonorũ poſſent admitti leuiores pro-
14 bationes, † & coniecturæ, ex quibus dicitur
conſtare de Identitate *Pariſ. conſ.* 104. *n.* 22.
& 24. *lib.* 1. *Cephal. conſ.* 98. *n.* 20. *lib.* 1. *Rimin. Iun. conſ.* 254. *n.* 11. *cum ſeq. lib.* 3. *Rot.*
deciſ. 119. *in fin. & deciſ.* 407. *n.* 3. *ad med.*
par. 2. *in recentior. & coram Card. Pamphil.*
Ciuitatis caſtelli bonorum. 4. *Maij* 1598.
15 Cum etiam dicatur † probata identitas bonorum, quando teſtes deponunt, quod bona
poſſeſſa ab vno, hodie poſſidentur ab alio,
talis enim depoſitio ſufficit ad probandam
identitatem rei *Bart. in tract. de teſtib. n.* 28.
verſ. hanc eamdem rem. Ruin. conſ. 115. *n.* 10.
verſ. ſecundo de identitate. lib. 5. *Rot. deciſ.*
16 131. *n.* 5. *&* 6. *p.* 2. *in recentior.* † vbi etiam
quod ſatis dicitur probata identitas eo ipſo,
quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe
bona in aliquo loco, ſi poſtea illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco, niſi nouus titulus exhibeatur, cum hoc non exhibito, præſumatur poſſeſſio tranſlata, & continuata in ſucceſſores ex titulo teſtatoris, &
non alio *Peregrin. conſ.* 48. *n.* 7. 8. *&* 13.
lib. 1. *& de fideicommiſſ. art.* 44. *n.* 22. *Natt.*
conſ. 235. *n.* 17. *Rot. coram Card. Pamphil.*
Veterbien. bonorum. 23. *Februarij* 1604.
Zaſ. conſ. 5. *Aim. in rubr. ff. de leg.* 1. *n.* 63.
Bertazol. conſ. ciuil. 52. *n.* 31. *& conſ.* 73. *n.* 10.
Burſat. conſ. 268. *n.* 6. *lib.* 3. *Decian. conſ.* 76.
n. 20. *lib.* 3. *poſt Bald. conſ.* 89. *n.* 4. *lib.* 1.
Fulgoſ. conſ. 145. *col.* 1.

Quo verò ad alterum dubium de legato dixi illud deberi, quamuis ſit factum in folio, ſeu
17 cedula ſubſcripta manu teſtatoris, † cum ſimus in diſpoſitione ad pias cauſas, in qua
non requiruntur teſtes, nec aliæ ſolemnitates, & ſufficit ſola ſubſcriptio *Couar. in*
c. relatum. el. 1. *n.* 12. *in fin. de teſtam. Ruin.*
conſ. 71. *n.* 16. *vſque ad* 19. *lib.* 3. *Alex. conſ.* 4.
col. 3. *n.* 10. *lib.* 7. *Dec. conſ.* 258. *caſus qui proponitur. n.* 3. *Tiraquel. priuil. piæ cauſ.* 4.
Imol. in l. ſi is qui. n. 6. *& ibid. Aret. col.* 2.
poſt med. ff. de teſtam. cum alijs per *Rot. diuerſ. deciſ.* 74. *n.* 12. *vſque ad* 20. *p.* 2. *Craſſ.*
in §. teſtamentum. q. 14. *n.* 3. *Iaſ. conſ.* 61. *n.* 6.
18 *lib.* 1. *Boer. deciſ.* 246. *n.* 4. † Exemplo militis, cuius teſtamentum valet ſine aliqua ſolemnitate etiam ſi eſſet ſcriptum in clypeo
eius ſanguine rutilante, dummodo per duos
teſtes recognoſcatur eius manus *l. milites in*
expeditione degentes. C. de teſtam. milit. ergo
eodem modo in ſchedula ad pias cauſas,
quæ valebit dummodo probetur per duos
teſtes manus ſcribentis, cum iſti duo caſus
æquiparentur *Ruin. conſ.* 71. *n.* 18. *lib.* 3.

Non obſtat *Clar. in §. teſtamentum. q.* 7. *n.* 3.
vbi tenet, quod licet valeat ſchedula ſine te-
19 ſtibus fauore liberorum, † iuxta *auth. quod*
ſine. C. de teſtam. Tamen aliud eſt in pia
cauſa, ad quam non extenditur priuilegium
conceſſum liberis *Socin. Iun. conſ.* 189. *n.* 73.
lib. 2. quem ibidem allegat *Clar.* Quia parum
eſt curandum de prædictis auctoritatibus
cum habeamus contrarias deciſiones magis
veras, & approbatas pro pia cauſa, quæ in
20 hoc æquiparatur liberis, † & alijs ſimilia
priuilegia habentibus, prout in terminis,
ita reſoluit *Rot. diuerſ. deciſ.* 72. *n.* 12. *cum*
ſeq. p. 2. vbi in ſpecie *n.* 20. reprobat *Socin.*
Iun. per *Clar.* adductum *d. conſ.* 189. & vl-
21 tra allegatos † id etiam voluit *Caſtr. conſ.*
25. *prope fin. verſ. præterea ſi ſcriptura*
lib. 2. *Corn. conſ.* 307. *n.* 8. *verſ. & hoc quod*
ſi apparet. lib. 3. cum alijs per *Magdal. de*
numer. teſt. in teſtament. requiſit. c. 3. *p.* 2.
n. 7. *cum ſeq. fol.* 373. Et quod æquiparentur
22 diſpoſitiones ad pias cauſas, † & inter liberos *Rot. deciſ.* 721. *n.* 4. *in princ. p.* 2. *in recentior.* Card. *Mantic. de coniectur. vltim.*
voluntat. lib. 12. *tit.* 8. *n.* 30. *Couar. in rubr.*
de teſtam. p. 2. *n.* 19. iuxta *c. relatum. eod. tit.*
l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. eod.
tit. de teſtament. Alex. conſ. 105. *n.* 8. *ante*
med. lib. 4.

Minus obſtat, quod apocha, de qua agimus, ſit
imperfecta tanquam contineat præparatio-
23 nem ad diſponendum, † non diſpoſitionem,
propter illa verba *memoria di quello voglio*
ſi dia doppo la morte mia, Quia poſtea in diſpoſitiuis teſtator locutus eſt per verbum
item *laſcio*, quod eſt commune cum verbo
relinquo, & idem importat ac ſi dixiſſet lego
Ruin. conſ. 17. *n.* 3. *lib.* 2. *Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requiſ. p.* 3. *c.* 7. *n.* 2. *&* 3.
fol. 426. *Sim. de Pret. de interpretat. vltim.*
24 *voluntat. lib.* 2. *n.* 299. *fol.* 155. † & verbum
volo, quando diſponat dixi latè *ſupr. c.* 550.
n. 14. *&* 56. *Socin. Iun. conſ.* 179. *n.* 57. *vſque ad* 77. *lib.* 2.

Pro deciſione autem tertij dubij obſeruandum
eſt, quod legata, de quibus agimus, ſunt ſoluenda diuerſis modis, nam in caſu quo legatariæ velint permanere in domo teſtatoris debent habere expenſas victus, ſeu alimenta ab hærede, qui tunc percipiet fructus
rerum legatarum, ad quarum ſolutionem
non tenebitur; Quatenus verò nollent legatariæ habitare in dicta domo, tunc eis ſunt
præſtanda legata, vt latius diſponitur in te-
25 ſtamento exhibito. † Ex quibus apparet,
quod ſtante electione permanendi in eadem
domo, ſunt illis præſtanda alimenta, non
habito reſpectu ad fructus legatorum, cum
ad illos teſtator non ſe reſtrinxerit, ſed ſimpliciter mandauerit legatarias eſſe alendas
expenſis hæredis, quo caſu veniunt omnia
neceſſaria ad vitam ſuſtinendam *l. quos nos*
§. li-

*§. liberè. ff. de verb. ſignificat. Bart. de alim.
n.1. Surd. eod. tract. q.1. tit.4. n.1. cum ſeq.*
Et quamuis non fuerint præcisè legata ali-
26 menta ſub iſto nomine alimentorum, † ta-
men ſatis eſt, quod teſtator dixerit, vt hæres
debeat illas tenere domi ſuis expenſis, cum
huiuſmodi verba idem operentur, tanquam
nulla ſit differentia, quod alimenta relinquã-
tur explicitè, ſiue per verba æquipollentia,
cum ſemper in vtroque caſu veniant omnia,
quæ ſolent venire ſub nomine alimentorum
*Surd. de aliment. tit. 4. n. 2. in fin. vſque
ad n.4. poſt Corn. conſ.45. col.5. in fin. verſ.
ſed ſub verbo. lib.4. Aim. conſ.199. n.4.*

Non obſtat, quod hæres inueſtiuerit ad fauo-
rem legatariarum ſcuta 1600. & quod per
eas fuerit mandatum depoſitario Montium,
27 vt fructus hæredi ſoluerent, † Quia non ex
hoc fuit liberatus hæres à præſtatione ali-
mentorum, cum potius dicendum ſit iſtud
fuiſſe factum in executionem teſtamenti, in
quo mandatur, quod fructus percipiantur
per hæredem, donec legatariæ permanſerint
in domo teſtatoris, Præſertim, quia ſemper
hæres præſtitit alimenta, & fructus locorum
28 montium exegit, † itaut per iſtam obſer-
uantiam declaretur ad quem finem fuerunt
fructus exacti *Aim. conſ.118. n.2. Corn conſ.
188. n.10. lib.4. Becc. conſ. 101. n.4. Doctor.
in c. cum veniſſent. vbi Butr. n. 12. Imol.
n. 29. de inſtitution.* quod procedit tam in
diſpoſitione legali, quam hominis *Menoch.
conſ.341. n.5. & 23. lib.4. poſt Aim. conſ.764.
n.7. Bero. conſ.91. n.10. lib.1.*

Maximè, quia non poteſt expreſsè renunciari
alimentis, vnde multò minus tacitè, cum
nullum pactum, aut aliqua tranſactio, ſeu
conuentio valeat in materia alimentorum
29 inconſulto Prætore, † & abſque illius de-
creto, & ſine cauſæ cognitione *l. cum ij. ff. de
tranſact. l. de alimentis. C. eod. tit. Felin. in
c. ſi diligenti. n.5. de for. compet. Couar. in
c. quamuis. p. 2. §.6. n.4. de pact. in 6. Cor-
dubenſ. in l. ſi quis à liberis. §. ſi parens. n.52.
ff. de liber. agnoſc. Surd. de aliment. tit. 8.
priuil. 56. n. 4. cum ſeq.*

Præſertim, quia iſte tacitus conſenſus reſultans
ex ordine facto depoſitario non facit condi-
tionem puellarum meliorem, ſed deteriorẽ,
30 cum multò minus percipiant, † quam ex ali-
mentis prius percipiebant, quo caſu magis
requiritur decretum Iudicis, ad hoc vt va-
leat talis diſpoſitio in materia alimẽtorum
*l. cum ij. 8. vbi Bart. & alij communiter.
ff. de tranſact. Surd. de aliment. tit. 8. pri-
leg. 56. n. 63.*

Quod magis eſt in caſu noſtro propter ſtatu-
31 tum Vrbis, † per quod mulieres prohiben-
tur aliquid præiudiciale agere abſque ſo-
lemnitatibus, & decreto Iudicis, itaut illud
habeat locum in quacumque diſpoſitione,
ex qua mulier poteſt lædi *Caputaq. deciſ.195.
n.2. p.3. Put. deciſ.7. n.2. & 3. & deciſ.55. n.1.
lib. 3. Rot. deciſ. 385. n. 2. p. 1. in recentior.*
Prout eſt in caſu noſtro; in quo prius fuerũt
acceptata alimenta, vnde illis non poterat
renunciari per acceptationem legati minus
vtilis, & multum læſiui, adeo vt ſtante hu-
iuſmodi læſione magis procedat ſtatutum
32 etiam in renunciatione iuris quærendi, † ne
dum quæſiti, vt latè per *Rot. coram R. P. D.
Buratto Romana hæreditatis & paragij do-
tis. 12. Iunij 1615. quæ eſt deciſ. 723. n. 13.
cum ſeq. p. 2. in recentior.*

Et cum in expreſſo conſenſu, & iuris ſui remiſ-
ſione ſit neceſſaria ſolemnitas ſtatuti requi-
33 ſita in diſpoſitionibus mulierum, † multò
magis requirebatur in iſta tacita remiſſione
facta per prætenſos ordines depoſitario di-
rectos *Rot. deciſ. 638. n. 10. in fin. p.1. in
recentior. poſt Iaſ. conſ. 53. n. 4. & 5. lib.1.
Menoch. conſ.137. n.4. verſ. prohibet. lib.2.*

E P I T O M E.

Coniecturæ in quibus caſibus faciãt eui-
dentẽ probationem. ¶ Et quãdo ex illis
probetur dominium. ¶ Iuſta cauſa creduli-
tatis quæ dicatur, vt quis ſit excuſandus à
dolo, & culpa, & pœna. ¶ Et quid in hoc
operetur communis opinio, & fama, & aſſer-
tio perſonæ grauis, nobilis, & probatæ vi-
tæ. ¶ Pœna futuri delicti an poſſit minui,
ſeu in totum tolli. ¶ Verba per manus quo-
modo intelligantur. ¶ Perſona nominata,
ſeu potius contemplata in aliqua diſpoſitio-
ne an debeat attendi ad effectum percipiendi
commodum, vel incommodum negotij ge-
ſti. ¶ Et ex quibus talis contemplatio præ-
ſumatur. ¶ Emendatio damni in foro con-
tentioſo an ſit facienda ex lege aquilia, quæ
tendit ad conſeruationem patrimonij, licet
quis non teneretur in foro cõſcientiæ. ¶ Re-
miſſio iuris futuri an poſſit fieri in præiudi-
cium tertij. ¶ Emptores gabellarum an ha-
beant iura Principis, & fiſci. ¶ Et quando
dominium rerum, quæ incidunt in commiſ-
ſum, ad eos tranſeat. ¶ Et quo caſu poſſint
facere compoſitiones, ſeu gratias de pœnis,
in quas incurrunt fraudantes gabellas. ¶ Ha-
bens furnum, molendinum, ſeu hoſpitium
in aliquo loco an poſſit prætendere aliquod
damnum, ſi ibidem aliquis velit aliud ho-
ſpitium, ſeu molendinum ædificare. ¶ Fi-
deiuſſor an ſit principalis tàm reſpectu eius,
ad cuius fauorem fideiuſſit, quàm illius, pro
quo eſt facta fideiuſſio. ¶ Damnum illatum
in prædijs, quando ſit reſarciendum dominis
præuia æſtimatione peritorum. ¶ Et in quo
illud differat à lucro, etiam radicato.

S V M M A R I V M.

1 *Perſona nominata in quacumque diſpoſi-
tione non attenditur, ſed ſolum repræ-
ſentata, & contemplata, quæ debet habere*

Digitized by Google

commodum, & incommodum negotij geſti, & ex quibus talis contemplatio præſumatur. n. 2. & 14.

3 Euidenter apparere dicitur illud, de quo conſtat per plures legitimas coniecturas.

4 Habens præſumptionem contra ſe tenetur probare ſuam intentionem per fortiores probationes.

5 Verba per manus intelliguntur tanquam quis ſit miniſter.

6 Dominium quando probetur ex indicijs, & coniecturis.

7 Locatio, & emptio probat dominium, ſi alia adminicula concurrant.

8 Iuſta cauſa credulitatis dicitur quando quis habet fidem perſonæ graui, nobili, & probatæ vitæ. n. 9.

10 Credulitas cauſata ab aſſertione viri legalis excuſat à dolo, & culpa, & pœna.

11 Communis opinio, & fama, quod quis habet commodum in aliquo negotio, inducit iuſtam credulitatem excuſabilem ab omni calumnia. Idem in ſolo rumore etiam non vero. n. 12.

13 Credulitas quando ſit admittenda ad effectum excuſandi à pœna, & culpa.

15 Actus non tribuitur cuilibet pro dimidia quando commodum ſpectat ad contemplatum, non autem ad nominatum.

16 Nomen vxoris appoſitum in inſtrumento de emptione per eam facta non attenditur, ſi poſtea probetur, quod vir ſoluit pretium, & quod habuit rem emptam, quæ illi erit acquiſita, non autem vxori tanquam nudæ miniſtræ.

17 Pœna futuri delicti poteſt minui, licet non poſſit in totum tolli.

18 Damnum illatum in prædijs dominorũ debet reſarciri præuia æſtimatione peritorũ.

19 Emendatio damni in foro contentioſo eſt facienda ex lege aquilia, quæ tendit ad conſeruationem patrimonij, licet quis non teneretur in foro conſcientiæ.

20 Diligentia præſumitur in eo, qui iurauit aliquod officium gerere.

21 Conuentio facta lege permittente non eſt impugnanda.

22 Remiſſio iuris futuri poteſt fieri in præiudicium quorumcunque. & n. 30.

23 Fraus non præſumitur in actu geſto ad ſui vtilitatem, quamuis in conſequentiam afferatur damnum tertio.

24 Damni, & lucri non eſt par ratio. & n. 31.

25 Emptores damnorum datorum, & gabellarum habent iura Principis, & fiſci.

26 Dominium rerum, quæ incidunt in commiſſum, ſtatim tranſit ad datiarium, ſicut tranſibat ad fiſcum.

27 Pœnæ fraudantium gabellas ſpectant ad illarum conductores ſiue ſint indicta per nomina multiplicatiua, ſiue aliter. n. 28. & poſſunt de eis facere compoſitiones, & gratias. n. 29.

32 Habens furnum, molendinum, ſeu hoſpitium in vno loco non poteſt prætendere aliquod damnum, ſi ibidem aliquis velit aliud molendinum, vel hoſpitium ædificare, quamuis minuatur frequentia, & concurſus. Declara, vt n. 33.

34 Fideiuſſor, quamuis ſit principalis reſpectu eius, ad cuius fauorem fideiuſſit, tamen non eſt talis reſpectu illius, pro quo eſt facta fideiuſſio.

35 Pœnæ indictæ contra fraudantes gabellas ſunt fructus illarum, & ſuccedunt loco rei.

CAPVT DCCCCLXX.

IN priuilegijs, contractibus, & quibuſcumque diſpoſitionibus nunquam atten-
1 ditur perſona, † quæ in eis nominatur, & in quem verba conferuntur, & quæ illum actum facit, & cui aliquid conceditur, ſed ſolum perſona repræſentata, quæ habet commodum, & incommodum negotij geſti, tãquam in eo contemplati, ob quam contemplationem omnes actiones tam actiuæ, quàm paſſiuæ in ipſum diriguntur, non ſecus ac ſi cum eo omnia fuiſſent geſta *l. fideicommiſſo. §. interdum. ff. de legat. 3. l. ſi cui legetur. §. fin. vbi Iaſ. n. 3. ff. de legat. 1. Dec. conſ. 407. viſis & diligenter conſideratis. n. 9. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 4. n. 7. vſque ad 12.* dixi *ſupr. c. 768. n. 2. tom. 4.*

Hoc ſtante nulla actio competit Aduerſario quo ad prætenſam contrauentionem priuilegij, cum ex proceſſu appareat totum negotium ſpectare ad Petrum, & nomen eiuſdem aduerſarij ſolum poſitum fuiſſe ad effectum repræſentandi eum, qui commodum, & incommodum habebat impreſſionis faciendæ,
2 pro qua priuilegia fuerunt conceſſa, † quòd clarè colligitur ex retentione dictorum priuilegiorum originalium, quæ apud eumdem Petrum remanſerunt, nec non ex omnibus ſumptibus, & expenſis factis in illorum expeditione, & ex magna pecuniarum quantitate ſoluta eidem Aduerſario pro mercede impreſſionis, & ex omnibus libris impreſſis, qui ſemper ſteterunt, & adhuc exiſtunt in manibus Petri, itaut ſtantibus huiuſmodi coniecturis, & alijs in facto relatis appareat non ſolum non debere attendi perſonam in priuilegijs nominatam, ſed concludenter probari totum negotium ſpectare ad eumdem Petrum, cum dicatur euidenter appa-
3 rere illud, † de quo conſtat per plures legitimas coniecturas *l. licet imperator. vbi Bart. ff. de legat. 1. l. ſi quis locuples. ff. de manumiſſ. teſtam. l. quidam teſtamento. in fin. ff. de vulgar. & pupill. Bald. in l. ciues. C. de appellat. Natt. conſ. 581. n. 17. Dec. in rubr. extr. de probation. col. vlt. Surd. conſ. 132. n. 16. lib. 1. & conſ. 368. n. 9. lib. 3. Ruin. conſ.*

conſ. 223. n. 5. lib. 1. Bertrand. conſ. 57. n.
11. lib. 3.

Cum etiam Aduerſarius, contra quem tot præ-
ſumptiones vrgent, teneatur ad onus proba-
4 tionis ſuæ intentionis per fortiores, † & vr-
gentiores probationes l. ſi extranens. vbi
Alber. Fulgoſ. & Iaſ. notab. 6. ff. de con.
dict. ob cauſ. Abb. in c. quia veriſimile. in 2.
notab. de præſumpt. poſt Gloſ. in l. tranſa-
ctione. C. de tranſact. Surd. deciſ. 89. n. 30.
& deciſ. 75. n. 21. & conſ. 61. n. 22. & conſ. 414.
n. 40. lib. 3. Crot. conſ. 210. n. 5. Aim. conſ.
75. n. 12.

Maximè, quia vltra prædicta conſtat, quod
pecuniæ expenſæ per Petrum pro expedi-
tione priuilegij fuerunt per Aduerſarium
5 ſolutæ, † & reportata per eum quietatio,
cum illa clauſula habuit à Petro per manus
aduerſarij, quæ verba per manus intelligun-
tur tanquam ſit Petri miniſter Bertrand.
conſ. 282. n. 2. lib. 2. poſt Salic. in l. omnes.
in fin. C. de teſtament. Rot. coram Cardin.
Millino Romana expeditionis bullarum.
21. Aprilis 1600.

Ex prædictis omnibus ſimul iunctis fuit proba-
tum Petrum eſſe dominum negotij, de quo
6 agimus, † cum dominium etiam probetur
ex indicijs, & coniecturis, quæ licet ſingulæ
per ſe conſideratæ non ſufficerent, tamen
ſimul iunctæ plenè probant dominiū Pariſ.
conſ. 104. n. 101. vſque ad 105. lib. 1. poſt
Socin. conſ. 89. n. 9. lib. 1. & conſ. 187. n. 4.
lib. 2. iuxta l. indicia. C. de rei vendicat.
Galean. conſ. 31. col. 5. verſ. item quia cum
probatio. n. 11. Socin. Iun. conſ. 135. n. 14.
lib. 2. cum alijs per Maſcard. concluſ. 535.
7 n. 5. & concluſ. 538. n. 1. & 2. ¶ † Prout di-
cimus de locatione, & emptione rei, per
quam probatur dominium, ſi alia admini-
cula concurrunt Bart. in l. non ab re. C.
vnd. vi. Socin. conſ. 187. n. 2. & 4. Ang. in
l. officium. ff. de rei vendicat. Maſcard. con-
cluſ. 549. n. 5. & 6.

Amplius, quamuis etiam non probaretur do-
minium, & commodum negotij ſpectare ad
Petrum, licet ex ſupradictis clarè fuerit pro-
batum, Tamen nulla pœna poteſt irrogari
impreſſori, qui debuit credere Petro aſſe-
renti ſe dominum priuilegiorum apud eum
exiſtentium, & operam illius conducenti
pro tali impreſſione facienda, cum ſimus in
perſona multum graui, nobili, & in Curia
8 notæ probitatis, & procuratore Regio, † quæ
omnia faciunt, vt quod ab iſtis aſſeritur ſit
iuſta cauſa credulitatis Bart. in l. de pupil-
lo. §. ſi quis ipſi prætori. q. 8. in fin. n. 17.
ff. de oper. nou. nunciat. poſt Cin. in l. 1. q. 4.
C. de ſeruitut. & aqua. & eſt Gloſ. trita in
l. titio fundus. 72. in verb. actiones. ad fin.
9 ff. de condit. & demonſtration. † quam tan-
quam talem ſequitur latè Felin. in c. cum
contingat. 24. col. 2. in fin. verſ. prima con-
cluſio. n. 3. de reſcript. vbi multa ſimilia ad-
ducit, quæ omnia applicantur caſui noſtro,
adeo vt ſtante iſta credulitate cauſata ab aſ-
10 ſertione viri legalis, & fide digni † excuſe-
tur quis à dolo, & culpa, & pœna l. plagij.
ff. de plagiar. l. igitur. ff. de liber. cauſ. Ang.
in l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. latè Ber-
tazol. conſ. crimin. 560. n. 11. & 30. vſque
ad 35. lib. 2. Becc. conſ. 96. n. 16. & conſ. 60.
n. 14. Oſaſc. deciſ. 71. n. 17. Menoch. conſ. 2.
n. 133. Cephal. conſ. 75. n. 13. cum ſeq. Bur-
ſatt. conſ. 325. n. 54. Grammat. vot. 10. n. 20.
& 21. & conſ. 54. n. 1.

Maximè, quia vltra iuſtam credulitatem à bo-
no viro cauſatam, adeſt etiam cōmunis opi-
nio, & fama in actis probata tam per teſtes
11 formiter examinatos, † quam per fidem
omnium librariorum, quod Aduerſarius
non habebat, niſi nudum nomen in huiuſ-
modi priuilegijs, & impreſſione facienda
vigore illorum, ſed Petrus, ad cuius com-
modum, & incommodum totum negotium
ſpectabat, quæ omnia inducunt aliam iuſtam
credulitatem, quæ excuſat à præſumpta ca-
lumnia, & ab omni culpa, & dolo, & pœna
Abb. in c. cum contingat. vbi Felin. col. 1.
ad med. n. 2. de reſcript. poſt Bald. in l. pi-
gnus. in princ. C. de pignor. act. Bart. & Ang.
in l. 2. C. ſi ſeruus aut libert. ad decurionat.
aſpirauer. lib. 10. Curt. Iun. conſ. 132. n. 11.
latè Balbus in repetit. l. celſus. in princ. n. 41.
12 & 42. ff. de vſucapion. fol. 663. † vbi quoque
extendit ad ſolum rumorem, qui etiam fal-
ſus inducit iuſtam cauſam credendi, & ex-
cuſat à pœna, quamuis rumor minus ſit,
quam fama l. fin. in princip. vbi Bart. &
Imol. ff. de hæredib. inſtituend. Alex. conſ.
115. n. 16. & 17. lib. 4.

Præſertim, quia iſta credulitas cauſata ab aſ-
ſertione viri fide digni, & fama eſt corrobo-
rata à certitudine, & ſcientia, quàm habe-
bat impreſſor de Aduerſario, qui in huiuſ-
modi impreſſione habuit à Petro mercedem,
13 cui inſeruiuit tanquam mercenarius, † itaut
ex hoc magis appareat illum non fuiſſe do-
minum, & per conſequens tales credulitates,
non ſunt ſimplices, ſed habentes iuſtam cau-
ſam admixtam ex præfato actu mercedis,
cū alijs adminiculis ſupra relatis, ex quibus
nō poteſt argui, quod fuerit nimis credulus,
adeo vt ex iſtis ceſſet omnis pœna, & credu-
litas ſit excuſabilis, & admittenda Felin. in
c. cum contingat. n. 4. col. 3. in fin. de reſcript.
Bald. in l. 1. C. de reb. alien. non alienand.
& in l. indicia. C. de rei vendicat. Alex. in
l. 1. in princ. col. 2. ff. de eo per quem fact.
erit. Balb. in repet. l. celſus. in princ. n. 45.
ff. de vſucapion. fol. 664.

Ex quibus tolluntur omnia exaduerſo adducta,
quia non ſumus in priuilegijs acquiſitis Ad-
uerſario, & eius hæredibus ſtante probatio-
ne contraria, quod negotium ſpectet Petro,
cui eſt acquiſita omnis actio paſſiua, & acti-
ua quo ad contenta in dictis priuilegijs ex-

Digitized by Google

cluſis omnibus nominatis, qui non attenduntur, cum eis nihil interſit, tanquam totum negotium pertineat ad contempla-
14 tum, † qui habetur pro principali, quaſi tunc ille nominatus cenſeatur feciſſe omnia non ſno nomine, ſed eius, ad quem ſpectat *Monter. decif. Aragon. 36. n. 3. vſque ad 7. Manuell. conſ. 248. n. 23. Surd. conſ. 140. n. 16. lib. 1. & decif. 291. n. 3.* Itaut neque tunc habeat locum diſpoſitio *l. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis.* de attribuendo actum cuili-
15 bet pro dimidia, † cum ſolus ille dicatur feciſſe, cui negotium ſpectat *Aim. conſ. 91. ad fin. verſ. ſolum ſupereſt ad contraria. n. 17.*

Neque eſt nouum, quod iſta priuilegia concedantur ſub nomine vnius, & negotium ſpectet ad alterũ, cum paſſim ſimiles cõceſſiones fiant ob dignitatem perſonarum, quas non decet nominari in priuilegijs concernentibus cauſam ad impreſſores ſpectantem; prout conſtat ex multis perſonis in facto relatis, quæ ita fecerunt, & de iure etiam admittitur iſta intitulatio nomine vnius, nam tale nomen non attenditur, ſi vtilitas ad aliũ pertineat, prout in ſpecie latè declarat *Bald. in l. multum intereſt. 6. n. 2. C. ſi quis alter.*
16 *vel ſib.* † vbi de inſtrumento emptionis facto ab vxore, quod nomen illius non attenditur, ſi poſtea probetur, quod vir ſoluit pretium, & quod habuit rem emptam, cum ſimilibus, ex quibus colligitur nudum nomen fuiſſe vxoris, & totum commodum, & incommodum mariti, cui res empta erit acquiſita, non autem perſonæ nominatæ in inſtrumento, quæ ſolum dicetur nuda miniſtra, tanquam ad eam, nec damnum, nec vtilitas peruenerit *l. mulier.* alias incip. *ſulpitius. ff. de donation. int. vir. & vxor. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimon. l. quidam cum filium. ff. de haredib. inſtituend.* & latè Cardin. *Mantic. de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 4. tit. 22. n. 22.* benè *Socin. conſ. 129. n. 12. lib. 4. Rot. decif. 640. n. 2. ad med. par. 1. in recentior.* Ex quibus fuit abſolutus impreſſor, cũ verè conſtiterit, quod contra eum nulla potuit dari querela, ideo etiam iuſtè accuſator fuit condemnatus in expenſis.

Quo verò ad conuentionem, de qua agebatur in alia cauſa Albanen. pecuniaria, dixi illam eſſe validam, fuit enim facta compoſitio, ſeu concordia, vt ſoluatur certa pecuniarum ſumma pro eo, quod peruenire potuiſſet affictuario, & cuſtodibus damni dati ex accuſationibus faciendis, ſi animalia Ioannis, & ſociorum damnum dederint, ex quibus verbis patet non fuiſſe remiſſam totam pœnam, ſed tantum diminutam, quo caſu admittitur,
17 vt poſſit minui pœna delicti futuri, † quamuis alias in totum illa non poſſet tolli, ne detur occaſio delinquendi, ita in ſpecie concludit *Io. Aloyſ. Catalan. de abolition. & indult. c. 49. n. 23. poſt Decian. in prax. lib. 3. c. 35. de abolit. quando & quouſque imped. accuſation. n. 49. ad fin. verſ. item facit. par. 1. fol. 140.*

Maximè; quia ex iſta compoſitione non læditur publica vtilitas, neque datur aliqua occaſio delicti, cum ex ea nulla reſultet exemptio
18 ſi inferatur damnum † in prædijs dominorũ, quibus illud debet reſarciri præuia æſtimatione peritorum *Surd. conſ. 301. n. 88. lib. 3.* Cum etiam pro leui, & leuiſſima culpa quis teneatur ad emendationem damni in foro contentioſo ex lege aquilia, quæ tendit ad
19 conſeruationem patrimonij, † quamuis non teneretur in foro conſcientiæ *Roman. ſing. 106.* vbi latè *Addit. in princ. Grammat. decif. 3. n. 16. & 17. Corſet. ſingul. 125. in verb. forum conſcientiæ. Carpan. ad conſtit. Mediolan. c. 364. n. 4. p. 2. Cagn. in l. quod à quo quam. 46. n. 6 de reg. iur. Dec. in c. quoniam contra. n. 31. de probation.*

Nec obſtat, quod ſtante iſta concordia cuſtodes non curabunt adhibere diligentiam in reperiendo damnum dantes, quod reſultabit in præiudicium dominorum, Quia ſemper cuſtodes tenentur de proprio, quamuis adhibita diligentia non reperiantur dãnum dan-
20 tes, Vnde ceſſat ratio prædicta; † cum præſertim non ſit præſumendum, quod quis in officio ſuo negligenter ſe gerat, ſtante maximè iuramento, quod ſuſcipiunt ſimiles perſonæ, & ſemper quis præſumitur diligens, ne alias dicatur eſſe in culpa *Bart. in l. ſi eum venderet. §. fin. ff. de pign. act. Aim. conſ. 8. n. 20. Surd. conſ. 12. n. 18. Becc. conſ. 37. n. 12.*

Nec fideiuſſor affictuarij poteſt dicere de inualiditate iſtius concordiæ, quaſi remittendo dictam pœnam illi præiudicetur circa ſolu-
21 tionem affictus, † quod non eſſet, ſi pœnæ integræ ſoluerentur; Quia cum iſta diminutio pœnæ poſſit fieri de iure ex *Decian. & alijs ſupra allegatis.* non poteſt per aliquem conuentio impugnari tanquam facta lege permittente *l. graccus. C. ad leg. iul. de adulter.* Cum etiam poſſit remitti ius de futuro in
22 præiudicium quorumcumque † *l. non fraudantur. ff. de reg. iur. l. qui autem. §. 1. ff. de his quæ in fraud. creditor. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. n. 15. Franc. decif. 101. n. 5. & 6. Socin. Iun. conſ. 124. lib. 3.*

Accedat, quod ſumus in futuris contingentibus cum poſſit euenire caſus, quod non detur
23 damnum, & quod illud non inferatur, † vnde non poteſt aliqua fraus præſumi, maximè cum fuerit geſtus actus ad ſui vtilitatem, quamuis in conſequentiam afferat damnum tertio, quo caſu illud non attenditur, & per conſequens ſtipulatio non committitur, quia promiſſio debet intelligi, vt conſeruetur indemnis, non ſi aliquod lucrum ex hoc amiſit *Cuman. in l. proculus. 26. n. 1. ff. de dam. in-*
24 *fect.* † Non enim dicitur diminui, quod habere ſperatur; cum non ſit par ratio damni, & lucri *l. fin. C. de codicill. Surd. conſ. 321. n. 20. lib. 3.*

Nec

Nec aduerſatur, quod licet potuerit diminui
pœna futura, non tamen iſta remiſſio ſpecta-
bit ad Cancellarium, ſed ad Principem, &
eius fiſcum, cui ſolum datur facultas remit-
25 tendi pœnas, †. Nam iſti emptores damno-
rum datorum, & gabellarum, aut ſimilium
habent iura fiſci, & Principis *l. creditor. vbi
Bart. & Bald. ff. de action. empt. Idem
Bald. conſ. 256. præmittenda ſunt quædam.
n. 1. lib. 4. & in l. ſi quis. vbi Salic. C. de
vectigalib. & commiſſ. Guid. Pap. quæſt. 413.
26 Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 33.* † Vnde
res, quæ incidunt in commiſſum, ſpectant ad
Datiarium, & ſtatim earum dominium trãſit
ad illum, prout tranſibat ad fiſcum *l. com-
miſſa. ff. de publican. Bald. d. conſ. 256. n. 2.
lib. 4.* Immo etiam omnes aliæ pœnæ indictæ
ob cauſam damnorum datorum, gabellarum,
27 vel ſimilium pertinent ad conductores, † niſi
aliud actum ſit *Ang. in §. pœnales. col. 4. inſtit.
de action. Alex. in l. ſi quis id quod. 7. de iu-
riſdict. omn. iudic. Boer. deciſ. 180. n. 3. poſt
med. Dec. conſ. 4. n. 2.* ſiue pœnæ ſint indictæ
28 per nomina multiplicatiua, † puta in duplũ,
vel in triplum, ſiue aliter *Socin. conſ. 36. n. 12.
ad med. lib. 4. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5.
n. 32.* Et per conſequens, cum tales conducto-
res ſint dominĩ pœnarum, non eſt dubitan-
dum, quod poſſint illas diminuere, & ſuper
29 eis facere cõpoſitiones, & aggratiare, † prout
eis placuerit, tanquam ſubrogentur loco do-
minorum, quibus huiuſmodi poteſtas tri-
buitur *Grammat. deciſ. 36. n. 12.* cum alijs
per *Peregrin. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 15.*
Cum etiam iſtæ pœnæ ſint in fructu, vnde
multò magis ſpectant ad emptores iſtorum
redditũum, & damnorum datorum, vt benè
per *Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. n. 4. & in
l. 1. n. 10. C. de fructib. & lit. expenſ. Peregr.
de iur. fiſc. lib. 6. tit. 2. n. 42. fol. 333.*

Neque obſtat, quod iterum opponitur, quod
quamuis etiam valeret pactum, vt per em-
ptores poſſet pœna diminui, Tamen non
videtur, quod illud debeat præiudicare fi-
30 deiuſſori; † Quia immo verius eſt, quod ei
talis remiſſio obſit, cum poſſit remitti ius de
futuro in præiudicium quorumcumque, non
obſtante, quod quis habeat bona obligata,
& ſuper eis hypothecam, cum in priuato ad
iſtum effectum non ſit facienda differentia
actionis hypothecariæ, ſeu perſonalis *Frãc.
deciſ. 101. n. 21.* cum alijs quos adduxi *deciſ.
17. n. 16.* Maximè, quia ſi poteſt per tales
emptores in totum remitti pœna poſtquam
eſt commiſſum damnum, vt dictum eſt ſupra,
multò magis poterit remitti illud, quod eſt
in ſpe, tanquam in futuris contingentibus
detur caſus, quod non inferatur damnum,
& pœna non incurratur, quia promiſſio de-
bet intelligi, vt quis conſeruetur indemnis,
non ſi aliquod lucrum ex hoc amiſit, vt di-
31 ctum eſt *ſupr. n. 24.* † Non enim dicitur di-
minui, quod habere ſperatur tanquam non
ſit par ratio damni, & lucri *l. quæro. ff. de
iure patron. l. medicus. ff. de oper. libert. l. vlt.
ff. de obſeq. à liber. & libert. præſtand. Bald.
conſ. 473. quatuor. n. 5. lib. 4.* vbi ex hoc con-
cludit, quod habens furnum, molendinum,
vel hoſpitium in vno loco non poteſt præ-
tendere aliquod damnum, ſi ibidem aliquis
velit aliud molendinum, vel hoſpitium ædi-
32 ficare, † quamuis enim minuatur frequen-
tia, & concurſus, tamen iſta dependent à vo-
luntate aliorum, propter quam huiuſmodi
damnum futurum non conſideratur *Idem
Bald. in l. vnic. in 13. oppoſit. C. de ſentent.
quæ pro eo quod inter. Alber. in l. ſi manife-
ſtè. in fin. C. de ſeruit. & aqu. Bart. in
l. quominus. n. 21. in fin. quæſt. 11. vbi Iaſ.
n. 83. ff. de fluminib. Surd. conſ. 321. n. 21.
& 22. lib. 3.* vbi quod contraria procedunt,
33 quando quis † poſſet cogi ad primum mo-
lendinum, furnum, vel hoſpitium accedere,
tunc enim de tali damno iudicaretur, ſicut
de lucro radicato, quod non poteſt dici tale,
quando pendet à libera voluntate eundi, vel
non eundi *l. inde neratius. §. 1. verſ. quod ſi
vno. & ibi Gloſ. ff. ad leg. aquil. Rip. in d. l.
quominus. n. 82. in fin. ff. de fluminib.*

Maximè, quia iſte fideiuſſor, quãuis ſit principa-
lis reſpectu locantis huiuſmodi redditus dã-
34 norum datorum, † Tamen non eſt talis re-
ſpectu eius, pro quo fideiuſſit *Caſtr. conſ. 331.
in cauſa ſylueſtri. n. 1. lib. 1. Franc. deciſ. 55.
n. 8. poſt princ. verſ. nihilominus. Rim. Sen.
conſ. 342. n. 1. in fin. lib. 2. Gabr. de fideiuſſor.
concl. 2. n. 1.* & ideo in iſto negotio, & ap-
paltu nihil habet agere, cum totum ſpectet
ad conducentem, qui cum ſit dominus ex ſu-
pra adductis, habebit facultatem diſponendi
35 de pœnis ſibi debitis, † tanquam ſint fructus
dicti appaltus, & ſuccedant loco rei *Bald.
in rubr. ff. de rer. diuiſ. n. 4. per l. creditor.
& ibi Cin. C. de act. empt. l. ſi quis. 11. in
fin. C. de vectigalib. & commiſſ.*

EPITOME.

Donatio facta per ingredientem religio-
nem an reuocetur propter non emiſſam
profeſſionem. ¶ Et quo caſu illa tranſmitta-
tur ad hæredes, & ſit perpetua, & irreuoca-
bilis non obſtante læſione, quamuis ſit facta
per minorem. ¶ Et quando ingreſſus ſit cauſa
finalis, ſeu impulſiua, ſi etiam donetur pro-
pter conſeruandam agnationem. ¶ Verba
nec alias aliter nec alio modo quid ſignifi-
cent. ¶ Donatum filio quando dicatur da-
tum potius patris contemplatione, quam
ipſius filij. ¶ Pater, & mater an ſuccedant
æqualiter in bonis donatis filio, ſiue ſimus in
quæſitis ex linea paterna, ſiue materna, ſiue
tranſuerſali, ſiue vndecumque prouenienti-
bus. ¶ Intellectus *auth. defuncto. C. ad ter-
tull. & l. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de bon.*

qua liber. ¶ Et in qnibus caſibus procedant. ¶ Filius in bonis adnentitijs, & alijs, quod ius habeat tam ante Iuſtinianum, quam poſtea. ¶ Vterinus frater an ſuccedat fratri in bonis à matre profectis excluſo fratre conſangnineo. ¶ Poſt donationem an bona donata ſint transfuſa in bonis donatarij, itant habeantur pro vnico patrimonio, & vna hæreditate. ¶ Et quando in illius delatione ſit ſpectanda origo, vnde bona deueniant, vel ſolum perſona acquirentis. ¶ Succeſſio in bonis filij an ſit magis debita matri, quam patri. ¶ Et in dubio quid ſit iudicandum.

SVMMARIVM.

1 *Donans propter ingreſſum religionis cenſetur ſolum donare, quatenus profeſſionem emittat. n.3. & 4.*

2 *Verba nec alias aliter nec alio modo ſunt præciſa, & inducunt cauſam finalem, & formam, & faciunt, vt diſpoſitio non poſſit recipere alium intellectum.*

5 *Cauſa finalis, ſeu impulſiua quando dicatur in donante propter conſeruationem domus, & ingreſſum religionis. n. 43. & 44.*

6 *Diſpoſitio non deficit, ſi ex pluribus cauſis in ea contentis vna ceſſet, reliquis autem firmis manentibus.*

7 *Donatum filio exiſtenti in patria poteſtate dicitur datum ipſius filij contemplatione, non autem patris. n.42. Amplia vt n.8. Declara, vt n. 9.*

10 *Bona donata transmittuntur ad heredes. & n. 46.*

11 *Donationes factæ ab ingredientibus monaſterium dicuntur reales, & perpetuæ, nec poſſunt reuocari prætextu cuiuſcumque læſiones, etiam quod fiant per minores. n.12.*

13 *Pater, & mater ſuccedunt æqualiter in bonis donatis filio, ſiue ſimul ſit quæſitis ex linea paterna, ſiue materna, ſiue tranſuerſali, ſiue vndecumque prouenientibus. Contrarium, n. 14. & 22. Sed prima opinio eſt verior. n.15. 16. 17. 28. 29. & 30.*

18 *In delatione hereditatis nõ inſpicitur origo, vnde bona deueniant, ſed ſolum perſona acquirentis. & n. 27.*

19 *Bona aſcendentium ſunt quaſi debita deſcendentibus.*

20 *In ſucceſſione bonorum, quæ peruenerunt à tranſuerſalibus, pater, & mater æqualiter ſuccedunt, ſiue bona ſint ex linea paterna, ſiue materna. & n. 31.*

21 *Parentes ad filiorum hereditatem pro æquali portione admittuntur.*

23 *Intellectus* auth. defuncto. C. ad tertull.

24 *Caſus, qui frequenter accidit debet attendi.*

25 *Verbum hereditatis comprahendit omnia, & ſingula bona, & iura, quæ pænes defunctum reperiebantur.*

26 *Bona donata dicuntur transfuſa, & conſolidata inter bona donatarij, & habentur pro vnico patrimonio, & vna hereditate illius.*

32 *Diſpoſitio* l. quod ſcitis. §. fin autem. C. de bon. quæ liber. *eſt correcta per* auth. defuncto. C. ad tertull. *& procedit ſolum in lucris nuptialibus, non autem in alijs bonis. n.33.*

34 *Intellectus* d. §. ſin antem. *Et quod habeat varios ſenſus, ideo non poſſit allegari ad deciſionem cauſarum. n.37. & 38.*

35 *Filius in bonis aduentitijs, & reliquis omnibus ante Iuſtinianum non habebat heredem ab inteſtato, ſed pater ſtatim illa omnia occupabat iure patriæ poteſtatis, tanquam peculium filij, quod poſtea fuit per Iuſtinianum immutatum. n. 36.*

39 *Vterinus frater an ſuccedat fratri in bonis à matre profectis excluſo fratre conſanguineo. & n. 40.*

41 *Extenſio non eſt facienda ad caſus in iure non expreſſos.*

45 *Cauſa finalis eſt illa, quæ mouet principaliter diſponentem, impulſiua verò, quæ præbet occaſionem.*

47 *Perſona extrinſecus non ſubintelligitur, vbi verba referri poſſunt ad perſonas expreſsè vocatas.*

48 *Verba hanc autem donationem non diſponunt de nouo, ſed reſtringuntur iuxta præcedentem diſpoſitionem.*

49 *Cauſa matris in luctuoſa filij hereditate eſt multum æqua, itant ei magis ſit debita ſucceſſio filij, quam patri, & pro ea in dubio eſt iudicandum.*

CAPVT DCCCCLXXI.

INgreſſus religionis fuit cauſa finalis do-
1 nationis, de qua agimus, † pront ipſemet
donans tam in prohemio, quàm poſtea in
diſpoſitiua apertè declarat, quod vult talem
donationem ſortiri effectum cum cõditione
quatenus profeſſionem emittat in religione
Ciſtercien. & non alias aliter nec alio mo-
2 do, de quo expreſsè proteſtatus fuit, † quæ
verba ſunt adeo præciſa, vt non ſolum indu-
cant cauſam finalem, & formam, ſed etiam
faciant, vt diſpoſitio non poſſit recipere
alium intellectum, aut aliquam ſeparatam
modificationem ab ipſis verbis *Bald. in*
auth. ingreſſi. col. 4. C. de ſacroſan. eccleſ.
Alex. conſ.3. n.5. lib. 1. Tiraq. de retract.
3 *lignag. §.8. gloſ.6. n.1. cum ſeq.* † Et in pro-
poſito noſtro *Rot. coram Card. Lancellotto*
Romana domorum ſeu ſpolij. 16. Decembris
1605. & coram R. P. D. Manzanedo Vi-
terbien. bonorum. 2. Maij 1614. & coram
R. P. D. Remboldo in eadem cauſa. 10.
Iunij 1615.

Pront etiam ceſſantibus huiuſmodi verbis ſolus ingreſſus monaſterij eſſet cauſa finalis,
4 ob quam fieret huiuſmodi donatio, † nam
alioquin ſi donans crediſſet remanere in
ſæculo, vel ad illud redire, vtique non do-
naſſet *Socin. conſ.183. n.3. lib.2. quod eſt inter*

conſ.

Digitized by Google

conſ. Ruin. 204. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 141.
n. 13. Couarr. in c. quamuis. p. 3. §. 2. n. 4.
de pact. in 6. Rot. in d. Viterbien. & Ro-
mana domorum ſupra allegat.
Neque obſtat, quod in eadem donatione fiat
mentio, quod donans illam facit pro con-
ſeruatione domus, gradus, & familiæ pater-
5 næ, † Quia iſta non dicitur cauſa finalis, ſed
impulſiua, tãquam ſolus ingreſſus fuerit ex-
preſſus per donantem pro cauſa finali cum
expreſſis verbis conditionẽ, & formam indu-
centibus, vt ſupradictum eſt, vnde illa ſola
attenditur, itaut omnes aliæ cauſæ dicantur
impulſiuæ, prout tales de iure præſumuntur
Gloſ. in l. 2. §. vlt. vbi Alber. n. 3. Roman.
n. 2. ff. de donat. Bald. in l. generaliter. n. 5.
C. de epiſc. & cleric. Maximè, quando non
conſtat, quod diſponens non eſſet aliter di-
ſpoſiturus *Idem Bald. conſ. 340. & præmiſ-*
ſo. col. 2. poſt med. lib. 3. Socin. conſ. 183. col.
penult. verſ. poſtremo dico. lib. 2. Aim. conſ.
142. *n.* 9. dixi *ſupr. c. 568. n. 11. & 12. tom. 3.* &
ita etiã in ſpecie reſpondetur per *Rot. in d.*
deciſionibus Viterbien. & Romana domorum
ſuperius adductis qua deciſ. Viterbien. eſt in
impreſſ. *p. 1. in recentior. deciſ. 587. n. 5. & 6.*
Accedat, quod quatenus etiam conſeruatio
6 agnationis fuiſſet cauſa finalis, † tamen illa
non fuit ſola, cum vt dictum eſt, concurrat
cauſa ingreſſus religionis, & coniunctio ſan-
guinis, vnde quamuis præſupponatur ceſ-
ſaſſe cauſam agnationis, non tamen ceſſant
aliæ cauſæ, & per conſequens non deficit ef-
fectus, & diſpoſitio reliquis manentibus
§. affinitatis. inſtit. de nupt. Natt. conſ. 14.
n. 6. Oſaſc. deciſ. 118. n. 6. Tiraq. ceſſant. cauſ.
limit. 22. n. 1. cum alijs adductis *deciſ. 40. n. 4.*
Cum igitur ſolus ingreſſus religionis fuerit
cauſa finalis ipſius donationis, & non conſi-
deretur, quod addita ſit cauſa impulſiua
conſeruationis familiæ, non poteſt dici con-
templata perſona patris ipſius donãtis, itaut
7 ſimus in bonis profectitijs, † cum donatum
filio etiam exiſtenti in patria poteſtate dica-
tur datum ipſius filij in contemplatione, non
autem patris *Bart. in l. ſi filiofamilias. la 2.*
n. 2. ff. de donationib. cauſ. mort. & in l. cum
aliquis. n. 3. vbi Bald. & Caſtr. n. 2. Alex.
n. 6. C. de iur. delibar. cum alijs per *Card.*
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8.
8 *tit. 16. n. 4.* † vbi extendit, quamuis donans
filio fecerit mentionẽ patris, quia talis per-
ſona patris cenſetur adiecta gratia demon-
ſtrationis, quæ non inducit diſpoſitionem
l. his verbis. in fin. ff. de hæredib. inſtituend.
Bart. in l. vlt. C. de vſufruct. Ruin. conſ.
194. *n. 3. lib. 2.*
Contraria autem procedunt, quando eſſet facta
9 donatio ſub commemoratione patris, † &
patriæ poteſtatis, & quando ſolius patris
merita præceſſiſſent, aut filius non eſſet co-
gnitus donanti, quorum nihil verificatur in
caſu noſtro, cum potius ex claris verbis do-
nantis appareat, quod donauit ob amorem,
& beneuolentiam, qua proſequebatur filios
donatarios, & ſuos fratres reſpectiuè, prout
latè declarat *Card. Mantic. d. tit. 16. lib. 8.*
n. 5. vſque ad 8. poſt Socin. conſ. 72. n. 10. lib. 1.
plenè *Emanuel. Mendez. in repetit. l. cum*
oportet. in tex. ibi ex eius ſubſtantia. n. 16.
& 17. C. de bon. quæ liber.
Ex quibus etiã ſequitur, quod quamuis filij do-
natarij deceſſerint, adhuc tamen donatio du-
10 ret, † & bona donata ſint tranſmiſſa ad eo-
rum hæredes *l. ſenatus. §. 1. ff. de donation.*
cauſ. mort. l. 1. verſ. igitur cum dicimus.
ff. de donation. Achill. deciſ. unic. eod. tit.
Put. deciſ. 274. lib. 3. quos refert, & ſequitur
Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen-
tionib. lib. 13. tit. 21. n. 20. Rot. in d. cauſa
Viterbien. quæ eſt deciſ. 587. n. 1. in fin. p. 1.
in recent. & in eadem cauſa coram R. P. D.
Remboldo. 10. Iunij 1615.
Etenim illæ donationes factæ ab ingredienti-
11 bus monaſterium dicuntur reales, † & per-
petuæ ad effectum inſeruiendi Deo, vnde per
mortem donatarij non ceſſant, ſed ſemper
durant, neque poſſunt reuocari prætextu
cuiuſcumque læſionis *Aim. conſ. 160. col. 1.*
Couar. in c. quamuis. p. 3. §. 2. n. 5. de pact.
in 6. latè *Maſtrill. deciſ. 65. n. 12. vſque ad*
16. poſt Franc. deciſ. 375. Odd. conſ. vlt. n. 32.
& 33. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. n. 116.
& 130. Molin. de hiſpanor. primogenit. lib. 2.
12 *c. 3. n. 27. & 35.* † vbi ampliat procedere,
quamuis donans eſſet minor *Menoch. præ-*
ſumpt. 83. n. 18. lib. 4.
Et cum modo donatarij obierint, & tractetur
de ſucceſſione huiuſmodi bonorum eiſdem
donatis, & adſit pater, & mater, æqualiter
13 ſuccedent, † ſiue ſimus in bonis ex linea pa-
terna, ſiue materna, ſiue vndecumque quæ-
ſitis *Bald. in auth. defuncto. n. 3. col. 1. in*
fin. & ibi Salic. & Fulgoſ. C. ad tertullian.
Corn. in l. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de
bon. quæ liber. & conſ. 94. col. 2. lib. 1. Cuman.
conſ. 122. cui plures alij ſe ſubſcripſerunt
Capr. conſ. 34. & ſi præfato puncto. col. 1. Bo-
lognin. conſ. 69. col. 4.
Neque obſtat, quod paterna paternis, & mater-
na maternis deferantur inter aſcendentes
14 iuxta opinionem † *Bart. in d. l. quod ſcitis.*
§. ſin autem. C. de bon. quæ liber. Roman.
conſ. 40. in 2. dub. n. 4. poſt med. & n. 5. cum
alijs per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 14.*
gloſ. 2. n. 12. fol. 351. Ceuall. q. 105. ad med.
fol. 100. Theſaur. deciſ. 27. n. 3. Gabr. concl. 3.
n. 1. de ſucceſſion. ab inteſtat. Petr. Rauenn.
ſingul. 50.
Nam quidquid *Bart.* & alij ſequaces ſentiant,
15 verior eſt opinio contraria, † quod æquali-
ter ſpectet ſucceſſio filiorum ad patrem, &
matrem abſque vlla bonorum diſtinctione,
prout vltra prædictos comprobat *Roias in*
epitom. ſucceſſion. c. 29. n. 38. & 39. tom. 8.
p. 1. fol. 413. vbi quod paſſim in praxi ſerua-
tur

Digitized by Google

16 tur opinio contra *Bart.* † prout etiam latè aduerſus eum tenet *Barboſ. in l. poſt dotem. 41. n. 65. in fin. verſ. vltimo non eſt omittendum: & n.66. vſque ad n.74. ff. ſolut. matrimon. tom. 2. fol.* 481. vbi multos alios refert, & teſtatur contra *Bart.* fuiſſe iudicatũ, prout etiam latè comprobat *Phanuc. de inuentar. par.2. n.11. Nicol. de Vbald. de ſucceſſion. ab inteſt. par. 2. n.4.* cum alijs plenè adductis per *Valentin. Forſter. eod. tit. lib.3. caſ. 1. concluſ. 4. verſ. neglecta autem. Fachine. controuerſ. iur. lib.6.c.4. ad med. verſ. tertia ſententia. Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſputat.163. col.3. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut.*
17 *§.13. n.11.* † latiſſimè *Fontanell.* qui infinitos adducit *de pact. nuptialib. tom.1. clauſ.4. gloſ. 24. n.57. vſque ad 70. Miſinger. obſeruat.65. centur.6. Tiraq. de retract. lignag. §. 14. gloſ.2. n.13. in fin. Spin. de teſtament. gloſ.1. in princ. n.32. ad fin.* & opinionem *Bart.* non eſſe in praxi recipiendam teſtatur etiam *Amendol. ad Franc. deciſ.59. n.7.* Cæteros conſultò omitto, ne pro capitulo tractatum conſtruere videamur, cum infiniti poſſent adduci tam ex antiquis, quàm ex recentioribus, quos aliàs collegimus, omiſſis etiam rationibus, quæ latius per *Barboſ. Fontanell. Forſter. & alios ſupra allegatos* adducuntur, & latiſſimè etiam comprobat *Caſtill. deciſ.59. n.65. vſque ad 72. fol.307.* & ſequitur *Rot. coram R. P. D. Andrea Ro-*
18 *mana domorum. 16. Iunij* 1616. † Quia in ſucceſſione, & delatione hæreditatis non inſpicitur origo, vnde bona deueniant, ſed ſolum perſona ſequirentis *l. ſi auia veſtra. 19. C. de donat. l. fin. C. de inoffic. teſtam. Gomeſ. ad l. tauri. 6. n. 8.*

Maximè, quia in caſu noſtro non eſt opus quærere an ſit vera opinio *Bart.* cum non ſimus in bonis, quæ peruenerunt defunctò ex linea
19 paterna, ſeu materna aſcendenti, † quæ bona aſcendentium ſunt quaſi debita deſcendentibus *l. 2. ff. de bon. libert.* prout in iſtis terminis loquuntur omnes, qui *Bart.* ſunt ſecuti, ſed ſumus in ſucceſſione bonorum, quæ peruenerunt à tranſuerſalibus, quo caſu ſiue bona ſint ex linea paterna, ſiue materna, nulla ſit diſtinctio inter patrem, & matrem,
20 ſed vterque † æqualiter ſuccedit *Gabr. conſ. 136. n.1. in fin. lib.1. Viuius deciſ.173. n.12. & 13. Gardin. Thuſc. concluſ. 863. in verb. ſucceſſio. n.25. tom.7. fol. 272. poſt Ludouic. Bologuin. conſ.69. vt in præſenti cõſultatione, col.3. verſ. ſecundo principaliter præmitto. n. 11. Bald. conſ. 330. quædam puella. lib.4. Matthesil. de ſucceſſ. ab inteſt. art.3. principal. n.2.* Et ita ex prædictis tam per me, quàm per D. Io. Baptiſtã Mandoſium V.I.D. eximium in cauſa Romana ſucceſſionis coram nobis per compromiſſum vertente fuit concorditer latum laudum, in quo declarauimus medietatem bonorum, de quibus agebatur, ſpectare ad Vincentiam matrem vna cum Petropaulo patre, reſeruato eidem vſufructũ durãte eius vita in portione eiuſdẽ Vincentiæ, quod laudũ fuit poſtea confirmatum per *Rot. coram R. P. D. Merlino. 17. Iunij 1624.* vt latius in deciſione, quam infra poſui ad vtilitatem publicam, tanquam caſus ſit exemplaris, & ſæpè contingens, & Rotæ auctoritate comprobandus.

R. P. D. Merlino Romana ſucceſſionis
Lunæ. 17. Iunij 1624.

DEceſſerant Franciſcus, & Dominicus fratres nullis ſuperſtitibus liberis, ſed tantum Petropaulo, & Catherina communibus parentibus, inter quos orta fuit controuerſia circa ſucceſſionem filiorum. Et quam-
21 uis non dubitaretur, quin regula eſſet, † vt pater, & mater ad filiorum hæreditatem pro æquali portione admittantur, iuxta vulgatam diſpoſitionem *auth. defuncto. C. ad ſenatuſconſ. tertull.* & vnde ſumitur *§. ſi autem plurimi. auth. de hæred. ab inteſt. venien.* quod nullam habere dubitationem monuit *Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 22. n. 1. in fin.* cum alijs per eum allegatis.

Attamen non leuem ingeſſit difficultatem, quod ferè tota hæreditas dictorum Franciſci, & Dominici filiorum conſtabat ex bonis, quæ ad eos peruenerũt ex donatione facta à Vincentio fratre conſanguineo tantum, nempè filio eiuſdem Petripauli ex primo matrimonio, & proinde cum hæc bona prouenerint ad filios à liberalitate conſanguineorum ex latere paterno, ſaltem in his bonis, vt ad ſuum fontem reuertantur, ipſe pater in totum ad filiorum ſucceſſionem admittendus
22 videatur excluſa penitus matre, † Quemadmodum itidem ſi bona à matre, ſeu à linea materna ad eoſdem filios effluxiſſent, ipſa mater excluſo patre in totum ſuccederet; ita originaliter tradidit, & diſtinxit *Bart. in l. quod ſcitis. §. ſin autem. in princ. C. de bon. quæ liber. & in l. poſt dotẽ. n.36. ff. ſolut. matr. & in auth. itaque. n.2. C. commun. de ſucceſſ. & in conſ.18. in vlt. dub. n.4.* Quam theoricam ſequuti ſunt plures *Caſtr. in d. §. ſin autem. n.2. Iaſ. in d. l. poſt dotem. n.106. Rom. conſ.40. n.5.* vbi dicit opinionem *Bart.* eſſe veriorem *& n. ſeqq. Benedic. in c. Raynutius in verb. vxorem. n.74. de teſtament. Boer. deciſ. 192. n. 5. verſ. ergo à fortiori.* plures congeſti à *Gabr. concl. 3. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. n.1. & 3. in fin.* qui teſtatur de magis communi, & ſecundum hanc opinionem *Bart.* fuit iudicatum in *Senatu Pedemontano,* prout refert *Theſaur. deciſ. 27. in fin.* qui etiã *n.4.* aſſerit, hanc ſententiam eſſe veriorem, communiorem, & æquiorem; & de obſeruantia aliorum Tribunalium teſtantur *Modern. Neapolit. in tract. de ſucceſſ. legali. p. 2. q.1. art. 1. n. 7.* & plures alij ab his auctoribus cumulati.

Cæterum libratis rationibus, & perpenſis iuribus, quibus *Bartolus, & eius fautores* fulciun-

eiun-

Digitized by Google

cionțur; Domini in hoc articulo, *Bart.* ſen-
tentiæ non aſſentientes reſponderunt Cathe-
rinam matrem vna cum patre æqualiter ad-
mittendam eſſe ad ſucceſſionem filiorum,
nulla habita ratione, quod bona deriua-
23 uerint à linea paterna. † Et mori ſunt
quia Iuſtinianus in *d. auth. defuncto. & in*
d. §. ſi autem plurimi generaliter, & indi-
ſtinctè largitur parentibus paternis, ac ma-
ternis æqualem filiorum ſucceſſionem, nul-
lumq. diſcrimen conſtituit bonorum, vnde
filijs prouenerint, & tamen Iuſtinianus, qui
in principio *d. auth. de hered. ab inteſt.* pro-
fitetur ſe claram, & diſtinctam enucleatio-
nem circa ſucceſſiones promulgare, ſi reuera
hæc bonorum ratio habenda fuiſſet, proba-
biliter huiuſmodi diſtinctionem bonorum
non prætermiſiſſet, vel nonitu abſolutè, nec
toties, ac ita oſcitanter inculcaſſet hanc
æqualem ſucceſſionem parentum in hæredi-
tate filiorom.

Quæ & eo vrgentiora videntur, quia in vtro-
que textu fit diſtinctio gradnum in aſcen-
dentibus, qui ad ſucceſſionem liberorum
vocantur, & ideo pariter etiam de facili à
legiſlatore facta fuiſſet diſtinctio rerum, in
quibus quilibet ex parentibus ſuccedere de-
beret, ſi & huiuſmodi ſecunda diſtinctio fa-
cienda fuiſſet.

Præſertim, quia in filiorum hæreditate, vt
plurimum, vel non adſunt alia bona, quàm
ea, quæ illis ex paterna, vel materna linea
obuenerunt, vel ſaltem inter alia etiam bona
huiuſmodi reperiuntur, & ſic retenta opi-
nione *Bart.* rarò daretur caſus, in quo hæ-
reditas ipſa filij æqualiter, & pro medietate
inter patrem, & matrem diuideretur ſecun-
dum prædictam Iuſtiniani diſpoſitionem
in auth. defuncto. & in d. §. ſi aut. plurimi.
24 quæ propterea inepta foret, † ex quo caſus
illos, qui facilè, & frequentius accidunt, non
comprehenderet iuxta *l. 3. & ſeq. ff. de legib.*

Amplius videtur, quod Iuſtinianus reſpuerit
hanc bonorum diſtinctionem & patrimonio-
rum ſeparationem, dum in *d. §. ſi autem*
plurimi vtitur verbo vniuerſali *hæreditatis*,
ibi, *ſi autem eundem habēt gradum ex æquo*
inter eos hæreditas diuidatur, *& in §. ſe-*
quenti ſi vero, ibi, ſi autem pater, aut mater
fuerint, diuidenda inter eos quippe hæredi-
tate. Quod verbum, *hæreditatis*, comple-
ctitur omnium, & ſingulorum bonorum, ac
25 quorumcunque iurium ſpecies, † quæ penes
defunctum reperiebantur *l. hæreditas. ff. de*
reg. iur. l. aliud. ff. de verb. ſignif. Si autem
ad matrem ſpectat medietas quorumcunque
& ſingulorum bonorom apud filium defun-
ctum exiſtentium, non ideo in illius ſucceſ-
ſionis diminutionem ſeparanda ſunt bona ex
linea paterna ad filium iam profecta.

Demum poſtquam Vincentius vigore donatio-
nis tranſtulit bona in Dominicum, & Fran-
ciſcum, illa ſuam exuerunt primam natu-
ram, & nomen, adeo quod amplius nec ſint,
nec dici poſſint, ſaltem propriè, bona Vin-
centij, ſed transfuſa, & conſolidata fuerunt
inter alia bona ipſorum Dominici, & Fran-
26 ciſci, † ex quibus, & alijs diuerſis bonorum
ſpeciebus vndecumque acquiſitis vnum inde
conflatum reſultauit patrimonium, & vna
hæreditas eorumdem Dominici, & Franciſci
l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & pupill.
l. fin. ff. de inoff. teſtam. l. 1. §. veteres. &
ibi Gloſ. in verb. per vnum. ff. de acquir.
poſſeſſ. De quo axiomatè latè fuit dictum in
Romana Domorum. 29. Ianuarij 1616. coram
bo. me. Andrea, & in Bononien. hæreditatis
de Armis 18. Aprilis. & 12. Decembr. 1622.
coram me. Si autem hæc bona deſierunt eſſe
Vincentij, & effecta ſunt Dominici, & Fran-
ciſci, non videtur vllo modo repetenda eo-
27 rom prima origo, & natura, † nec idem
patrimonium ſcindeodum, nec diuerſo iure
cenſendum eſt, quia vbi bona fuerunt in ali-
cuius patrimonio incorporata, ſeparatio
amplius, vel diuiſio fieri non poteſt, niſi in
caſibus à iure expreſſis *argum. §. 1. inſtit. de*
hered. qualit. & differ. l. 1. § præterea. ff. de ſe-
parat. & nemo dicitur habere, niſi vnū patri-
monium *l. iuriſperitos. §. 1. ff. de excuſat. tut.*

Ex quibus rationibus, & alijs hanc opinionē,
quod Pater, & Mater æqualiter filijs ſucce-
dant nulla habita diſtinctione à quibus per-
28 ſonis bona ad filios prouenerint, †. & quod
etiam pater in maternis, & mater in paternis
pro medietate admittatur, amplexi ſunt
Rayner. de Forolïu. Din. Cin. & Alber. in
d. auth. defuncto. & in d. l. quod ſcitis. §. ſin
autem. C. de bon. quæ liber. & omnes alij
Doctores antiqui, qui fuerunt ante *Bart.*
vt animaduertunt *Theſaur. d. deciſ. 27. n. 2.*
verſ. contrarium. & Modern. Neapolit. de
legali ſucceſſ. p. 2. q. 1. art. 1. n. 7. verſ. con-
trarium. & eamdem ſenteotiam etiam poſt
Bart. ipſo reprobato tenuerunt *Bald. in*
d. auth. defuncto. n. 3. & in d. l. quod ſcitis,
n. 4. & 5. & in conſ. 31. n. 1. lib. 2. qui de
communi teſtatur *Fulgoſ. in d. l. quod ſci-*
29 *tis, n. 7. & 8.* † qui acerrimè examinat arti-
culum, & monet intrepide tenendam hanc
opinionem *Salic. in auth. itaque, C. commun.*
de ſucceſſ. n. 2. verſ. ego dubito. & Bellapert.
ibidem in medio. verſ. ſed quæritur. Corn. in
d. l. quod ſcitis. n. 3. & 4. & latius *conſ. 94.*
n. 5. lib. 1. vbi verſ. in hac parte. notat Do-
ctores *Bart.* aduerſantes loqui magis accu-
ratè, & digeſtè, & *conſ. 286. n. 3. & ſeq. vſ-*
que in fin. lib. 1. & clariùs *conſ. 265. lib. 4.*
per tot. idem acriter tuetur *Cuman. conſ. 123.*
cui acceſſerunt *Fulgoſ. & Anſald. de Mu-*
tina. Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt.
p. 2. n. 4. Couar. in epit. de ſucceſſ. ab inteſt.
n. 2. vbi verſ. alioquin. aſſerit opinionem
Bart. eſſe falſam *P. Molin. de iuſt. & iur.*
tract. 2. diſput. 163. verſ. contrariam. Io. Ma-
tienzo in Commentarijs. lib. 5. tit. 8. gloſ. 3.
n. 17.

Digitized by Google

n.17. Hieron. Trentberius in Select. diſp. 16.
Theſi 4. litera C. Ant. Gomez. in l. 6. Tauri.
n.8. qui in fine dicit hanc eſſe veritatẽ *Spinæ*
de teſtam. gloſ. 1. principali. n. 32. Io. Royas
30 *in epitom. ſucceſſ. cap. 29. n. 38. & 39.* † vbi
quod hæc opinio ſeruatur in praxi, vberrimè
Phanuc. de inuent. par. 2. n. 11. qui verio-
rem, & crebriorem appellat *Miſinger pract.*
obſeruat. cent. 6. c. 55. Andr. Fachin. contr.
Iur. lib. 7. c. 4. Craſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato.
q. 22. n. 5. Conſtant. Capreol. de ſucceſſ. ab
inteſt. lib. 2. n. 11. 12. & 17. inquit hanc eſſe
veriorem ſententiam, & in iudicando ample-
ctendam *Valentin. Forſter. de ſucceſſ. lib. 7.*
c. 4. concl. 4. n. 12. & ſeq. vſque ad n. 22. vbi
omnibus argumentis pro *Bart.* diſtinctione
ponderatis reſpondet, & in eamdem etiam
opinionem inclinat *Barboſ. in d. l. poſt do-*
tem. n. 66. verſ. nihilominus. vbi ait *Bart.*
opinionem non videri probabilem, & *n. ſeq.*
vſque ad n. 73. verſ. ex hac igitur. Fontanell.
de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 24. n. 59. & ſeq.
qui ſexcentos alios in idem placitum con-
ſpirantes cumulat, & ita fuit etiam iudica-
tum contra *Bart. in Rot. Senenſi, & in Ca-*
mera Imperiali. vt fidem faciunt *Phanuc.*
31 *& Miſinger. locis ſupra allegatis.* † quæ opi-
nio eo magis in præſenti caſu viſa eſt com-
plectenda, quia hæc bona non prouenerunt
ab eodem Petro Patre, ſeu aliquo alio aſcen-
dente paterno, ſed à fratre cõſanguineo, & ſic
à tranſuerſali, vnde tanto minus totalis horũ
bonorum ſucceſſio debita videtur fratri.

Neque obſtat *tex. in l. quod ſcitis. §. ſin au-*
tem. C. de bon. quæ lib. quem *Bart.* & illius
aſſeclæ ſingularem pro illorum ſententia ap-
pellant, & potiſſimùm illo innituntur. Quo-
32 niam omiſſo; † quod ſecundum opinionem
Cin. Din. Rayner. de Foroliu. & Bald. in
d. auth. defuncto. n. 4. & in d. §. ſin autem.
n. 4. in fin. & Corn. ibidem etiam. & in
conſ. 265. n. 2. verſ. & poſito. lib. 4. & alio-
rum diſpoſitio *d. §. ſin autem.* fuit correcta
per *d. auth. defuncto. & per §. ſi autem*
auth. de hæred. ab inteſt. vbi in princ. d. auth.
Imperator expreſsè irritas facit omnes prio-
res diſpoſitiones circa ſucceſſiones ab inte-
ſtato, quæ illius authenticæ ſanctioni aduer-
ſarentur, ibi *Prioribus legibus pro hac cauſa*
poſitis vacantibus de cætero ea ſolùm ſerua-
ri, quæ nunc conſtituimus. Et omiſſo etiam,
quod aliqui exiſtimarunt *tex. in d. l. quod*
ſcitis. §. ſin autem. procedere ſolum in lu-
33 cris nuptialibus, † non autem in alijs bonis,
vt obſeruarunt *Bald. in d. l. quod ſcitis. n. 5.*
Couar. in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 2.
qui notat ex *d. l. quod ſcitis*. non iuſtificari
diſtinctionem *Bart.* & idem fatentur *Pon-*
tan. in d. l. quod ſcitis. Corn. conſ. 286. n. 3.
lib. 1. & Theſaur. d. deciſ. 27. n. 3. verſ. &
quamuis. vbi licet *Bart.* faueat, ingenuè ta-
men agnoſcit pro *Bart.* opinione nullam
adeſſe iuris deciſionem.

Reſpondetur, quod re vera non applicatur di-
ctus textus, quia ibi non erat controuerſia
34 inter aſcendentes paternos, † & maternos
circa ſucceſſionem deſcendentis; ſed erat
ſolùm inter patrem, & auum paternum.
Vnde rectè definitum fuit, patri vti proxi-
miori debitam eſſe iure hæreditario ſucceſ-
ſionem filij, auo autem paterno dari reten-
tionem vſusfructus, quem vſque ab initio
viuente ipſo nepote ratione patriæ poteſta-
tis fuerat conſecutus; Et hic fuit intellectus
Cin. Din. Rayner. Alberic. & aliorum om-
nium antiquorum, quos ſupra retuli, & *Corn.*
d. conſ. 286. n. 4. verſ. nam communiter. lib. 1.
& in d. l. quod ſcitis. n. 3. vbi veriſſimum
appellat, & amicum litteræ, & eumdem com-
probant *Barboſ. Phanuc. Couar. & Fachin.*
locis præallegatis.

Nec vis eſt facienda in illis verbis, *quæ ad ip-*
ſum ex matre, vel ab eius linea prouenerint
quaſi quod diſcrimen cõſtituatur inter bona
quæſita ex linea materna, & alia, & conſe-
quenter detur ſeparatio, & diſtinctio bono-
rum conſiderata per *Bart. & Sectatores*.
Quoniam ibi fit mentio ſolum de bonis ma-
ternis, quia fortaſſe ibi filius, de cuius ſuc-
ceſſione tunc agebatur, habebat ſolum bona
35 materna, † vel quia ante Iuſtinianum tem-
pore Valentiniani, & Theodoſij illius *l. quod*
ſcitis. cõditorum, filius in bonis aduentitijs,
& reliquis omnibus non habebat hæredẽ ab
inteſtato, ſed pater ſtatim illa omnia tan-
quam peculium filij occupabat iure patriæ
poteſtatis *l. 2. ff. de caſtrenſ. pecul. vbi Bart.*
Caſtren. in d. l. quod ſcitis. & melius *Fulgoſ.*
n. 1. & 6. Alberic. in auth. itaque. col. 2. verſ.
item ſecus. C. comm. de ſucceſſ. & notat *Ma-*
tienzo d. lib. 5. tit. 8. gloſ. 3. de ſucceſſ. ab in-
teſtato. n. 4. (quod fuit poſtea immutatum
à Iuſtiniano in *l. cum oportet. C. de bon. quæ*
lib.) in bonis verò maternis, etiam de dicto
tempore Valentiniani, & Theodoſij erat ſpe-
ciale, quod pater non acquirebat pro pecu-
lio, niſi vſumfructum iuxta *l. 1. C. de bon.*
matern. quam condidit Conſtantinus, qui
fuit ante dictos Valentinianum, & Theodo-
ſium; Et ſic penes filium remanebat pro-
prietas in bonis tantùm maternis, quia in
reliquis, & vſumfructum, & proprietatem,
vt dixi, occupabat pater, ſeu auus ratione
36 patriæ poteſtatis. † Vnde ab ijſdem Impera-
toribus Valentiniano, & Theodoſio ſolùm
fit mentio de bonis maternis, quia tunc tem-
poris defuncto filio de bonorum materno-
rum dumtaxat ſucceſſione iure hæreditario
agi poterat, iuxta ſanctionem Conſtantini
in *d. l. 1. C. de bon. matern.* prout diſtin-
guendo tempora ita explicat *Phanuc. de*
inuent. par. 2. n. 11. & clariùs *Barboſ. in*
d. l. poſt dotem. n. 68. verſ. item aduerto. ff.
ſolut. matrim.

Denique quidquid eſſet de præmiſſis, vnum
certo certius videtur, quod ille *tex. in l. quod*
ſcitis.

ſcitis. §. ſin autem. habet varios intellectus
Bart. enim, & cum illo ſentientes interpre-
tantur, quod loquatur, & de patre matris,
& ſic auo materno, & de auo paterno; An-
tiqui verò *Doctores*, & *Bal.* & quotquot ſu-
pra enumerauimus intelligunt, vt loquatur
37 de patre, & auo paterno, † & diuerſimodè
etiam legitur, in pleriſque enim Codicibus
adeſt dictio, Idem, in alijs verò deſideratur,
quæ dictio plurimum confert ad intelligen-
tiam dicti textus, qui adeò obſcurus, & am-
biguus viſus fuit Scribentibus, vt *Salic.* ibi
in fine affirmauerit, omnes Doctores vacil-
lare in poſitione caſus illius legis, vnde cum
apertiſſima ſit diſpoſitio *auth. defuncto. C. ad*
tertull. & §. ſi autem plurimi. auth. de hæred.
ab inteſt. venien. vt pater, & mater ad to-
tam hæreditatem filij æqualiter admittan-
tur, & certa ſit regula, & concluſio quod
bona alicui prouenta illius, cui quæſita ſunt,
efficiuntur, & deſinunt eſſe, & dici illius à
quo prouenerunt, nec detur ſeparatio, vel
diſtinctio bonorum in eodem patrimonio,
niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ſupra pro-
batum fuit, non videtur recedendum à dictis
iuribus, regulis, & concluſionibus, nec in-
hærendum limitationi *Bart.* quæ deducitur
ex textu valde dubio, & fortaſſe correcto, &
qui varios intellectus, & lecturas recepit ab
38 interpretibus, † vulgatum eſt enim legem,
quæ varios habet intellectus, & diuerſimodè
legitur, non rectè ad cauſarum deciſionem
allegari iuxta theoricam eiuſdem *Bart. in*
l. in ambiguo. vbi Socin. ff. de reb. dub. Me-
noch. conſ. 243. n. 56. Quo argumento vtun-
tur in ſpecie *Corn. d. conſ. 94. n. 4. verſ. nec*
etiam. & n. 5. verſ. non obſtantibus. lib. 1. &
alij iam allegati.
Ad *l. de emancipatis. §. exceptis. C. de legit.*
hæred. ex qua *Bart.* ſectatores deducunt,
39 quod vterinus † frater ſuccedit fratri in bo-
nis à matre profectis excluſo fratre conſan-
guineo, Reſpondebatur, vel non rectè ex di-
cto textu deſumi illud axioma, & fortaſſe
iuri eſſe diſſentaneũ, prout illud impugnant,
& textum egregiè interpretantur *Fachin. d.*
lib. 6. controuerſ. iuris c. 5. per totum. &
Barboſ. in d. l. poſt dotem. n. 69. verſ. non
obſtat. & ſeq. Vel quatenus verùm eſſet illud
axioma, procedere in ſucceſſione tranſuer-
ſalium, nec inde aptè inferri ad ſucceſſionem
40 aſcendentium, † quia hæc ſucceſſio prælati-
ua eſt exorbitans, & extraordinaria, & con-
tra naturam vniuerſalis ſucceſſionis, quę eſt,
vt in omnibus bonis vocentur, nec fiat bo-
norum diſtinctio. Et eſt etiam contra omnia
iura, dum fingit defunctum habere plura
patrimonia, vnde non eſt facienda extenſio
41 ad caſus in iure non expreſſos, † vt ſupra
dixi, & pulchrè docuit *Caſtr. in auth. poſt*
fratres. la 1. C. de legit. hæred. n. 2. quem ſe-
quuntur omnes, vt per *Fontanell. de pact.*
nuptial. clauſul. 4. gloſ. 24. n. 68. Franch. de-
ciſ. 59. n. 7. & ita etiam reſpondet *Barboſ*
in allegata l. poſt dotem. n. 70. & Valentin.
Forſter. de ſucceſſ. d. lib. 7. c. 4. n. 20. & tan-
git *Fachin. d. lib. 6. c. 4. verſ. denique in*
caſu noſtro.
Neque obſtat, quod dum Vincentius donauit
Dominico, & Franciſco fratribus conſan-
guineis, cuius animum, & amorem nullis
officijs, vel meritis ſibi deuinxerant, præſu-
matur donaſſe contemplatione Petripauli
communis patris, & ideò hæc bona donata
tanquam profectitia ad eumdem patrem ſo-
lum ſpectent *§. 1. inſtit. per quas perſon. nob.*
acquir. l. filiofamilias. ff. de condit. & de-
monſtr. Cardin. Mantic. de coniectur. vlt.
42 *volunt. lib. 8. tit. 16. n. 4.* † Quoniam huic
præſumptioni aduerſantur, & iuris regula,
& ipſius donationis verba, iuris enim eſt re-
gula, vt datum filio etiam ſub patria pote-
ſtate exiſtenti, ipſius quidem filij contem-
platione, non autem patris datum cenſeatur
l. fin. vbi Gloſ. C. de vſufr. Bart. in l. filio-
familias. la 2. n. 2. ff. de donat. cauſ. mort.
Card. Mantic. d. tit. 16. n. 4. & ſeq. Menoch.
de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. n. 17. Præ-
ſertim vbi nulla facta fuit mentio patriæ po-
teſtatis, nec ipſius patris, quo caſu multò
magis vera eſt concluſio, vt per *Doctores*
allegatos. Verba etiam donationis contra
partem vrgent, quia ſignanter ibi dicitur,
fieri ob amorem, & beneuolentiam, quibus
donans dictos eius fratres proſequitur, &
proinde non parentis, ſed fratrum ratio ha-
bita fuit.
Minus etiam Catherinæ matri obſtare viſum
fuit, quod Vincentius dixerit in inſtrumen-
to, *ſe dictam donationem facere pro con-*
ſeruatione gradus, domus, & familiæ, quæ
familia conſeruatur quidem in patre, non
autem in matre, vnde vt donantis voluntas
ſuum ſortiatur effectum, patri, non autem
matri debita videantur prædicta bona do-
nata, Quoniam informantes pro Catherina
reſpondebant cauſam finalem, quæ princi-
paliter, & primario mouit Vincentium ad
renunciandum, non fuiſſe votum conſeruandi
43 agnationem, † ſed potius ingreſſum religio-
nis, vt colligitur ex prohemio, vbi renun-
cians expreſſit *qualiter diuino Spiritu du-*
ctus intendit ingredi religionem Ciſtercien.
ibiq. profeſſionem emittere; Et rurſus, *quia*
dictam donationem voluit effectum ſortiri,
quatenus ipſe emittat profeſſionem, & non
aliàs &c. Cauſa verò conſeruationis familię
potius dicenda videtur impulſiua, prout in
dubio præſumitur *l. 1. §. ſecum. ff. de poſtul.*
Gloſ. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in puncto
Rot. decíſ. 587. n. 4. p. 1. recent. Et ideò cum
familiæ conſeruatio non fuerit cauſa finalis,
non poteſt dici, de intentione donantis fuiſ-
ſe, vt ad ea bona vocaretur tantum pater,
qui eſt de familia, excluſa matre.
Verùm aliquibus ex Dominis non arridebat
hæc

hæc reſponſio, quoniam ingreſſus religionis
44 ſuaſit quidem Vincentio, † vt renunciaret,
ac ita bonis ſe ſpoliaret, quo liberins pauper
pauperem Chriſtum ſequeretur, ac terrenis
cogitationibus ſolutus, inde cœleſtibus to-
tus incumberet, ſed non ſuaſit, vt potius
fratribus renunciaret, quàm alijs, & ſic con-
ſeruatio agnationis fuit in cauſa, vt fratri-
bus renunciaret, & conſequenter videtur,
quod etiam fuerit cauſa finalis, non autem
deliberatio ingrediendi religionem, quæ po-
tius apparet impulſiua, quia dedit occaſio-
nem, & præcurſionem adhibuit, vt medtante
renunciatione in fauorem fratrum, bona
conſeruarentur in agnatione, cauſa enim
45 finalis propria illa eſt, † quæ mouet princi-
paliter diſponentem, impulſiua, quæ præbet
occaſionem, vt ex noſtratibus docent *Bald. in l. generaliter. col.* 5. *n.* 10. C. *de epiſcop. & cler. Natt. conſ.* 609. *n.* 11. *lib.* 3. *& Couar. var. reſolut. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 2. Et quamuis, ſi
Vincentius non fuiſſet ingreſſus religionem,
non renunciaſſet, hoc tamen non tollit quin
adhuc ingreſſus religionis dicatur cauſa im-
pulſiua ex his, quæ poſt *Dialecticos* tradit
Couar. vbi ſupr.

Sed eſto ſine veri præiudicio, votum conſer-
uandi agnationem fuiſſe cauſam finalem re-
nunciationis; Domini reſponderunt huiuſ-
modi rationem conſeruandi agnationem
ſatis ſuum habuiſſe effectum in ipſis fratri-
46 bus donatarijs, † quos dumtaxat vocauit ad
ſua bona Vincentius, & ſic non perpetuam,
& ſucceſſiuam, ſed limitatam deſiderauit
conſeruationem bonorum in ſua familia,
nempè in perſonis fratrum, nulla enim vr-
gent verba, nulla prohibitio alienationis,
vel alia ſuadet coniectura, quod voluerit
inducere perpetuũ fideicõmiſſum pro agna-
tis, qui nullibi vocati leguntur in dicta do-
47 natione, † & tamen regulariter perſona ex-
trinſecus non ſubintelligitur, vbi verba re-
ferri poſſunt ad perſonas expreſsè vocatas
l. ſi ita ſtipulatus. §. chriſogonus. ff. de verb. oblig. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & in ſimili *Peregr. conſ.* 52. *n.* 5. *lib.* 5.
& illa verba, *Hanc autem donationem fecit pro conſeruatione gradus, & familiæ*, tanquã
conſecutiua priori diſpoſitioni reſtrictæ ad
fratres donatarios, & prolata per modum
redditionis rationis non diſponunt de nouo,
48 ſed reſtringuntur, † & regulantur ſecundum
eamdem præcedentem diſpoſitionem, nec
illam ampliant; nec nouas perſonas intro-
ducunt ad *Dec. conſ.* 287. *n.* 11. *verſ. non obſtat. Rimin. Iun. conſ.* 71. *n.* 22. *Menoch. conſ.* 233. *n.* 28. *Surd. deciſ.* 9. *n.* 13. *&* 16. *& Peregr. præalleg. conſ.* 57. *n.* 5. *verſ. quamobrem. & n. ſeq. & n.* 11. *&* 12. *lib.* 5.

Et ita Domini vtraque parte acerrimè infor-
mante laudum per egregios Aduocatos Do-
minos Gratianum, & Mandoſium latum,
laudantes pro matre, vt admittatur æqua-
liter cum patre, ad ſucceſſionem filiorum,
reſponderunt, in quam eo libentius itum
49 eſt ſententiam, † quia cauſa matris, præ-
ſertim in luctuoſa filiorum hæreditate ma-
gnam ſemper in iure viſa eſt fouere æquita-
tem *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſtam. §. ſin autẽ. auth. de nõ eligen. ſecund. nub.* &
matri magis debitam eſſe filij ſucceſſionem
quam patri tradit *Peregrin. conſ.* 21. *n.* 22.
Et pro illa in dubio iudicandum monent *Bald. conſ.* 258. *n.* 3. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 314. *n.* 4. *& idem Peregr. conſ.* 5. *n.* 12. *lib.* 2.

E P I T O M E.

Dies quando intelligatur à media nocte præcedente vſque ad mediam noctem ſubſequentem iuxta *l. more romano. ff. de feryſ.* ¶ Et an illius diſpoſitio ſeruetur in Signatnra, & Cancellaria, & in ſolutionibus, contractibus, conuentionnibus, & quibuſcumque actibus. ¶ Et quid ſi agatur de officijs, & ritibus eccleſiaſticis, & feſtiuitatibus, an in eis incipiet dies à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas feſti. ¶ Statutum Vrbis mandans ſeruari ius ciuile Romanorum an ſit deciſorium. ¶ Pœna ſi duplicetur delinquenti in die feſto, an debeat duplicari ei, qui commiſit delictũ de nocte illius feſti. ¶ Promittens ſoluere, ſeu ſe repræſentare certa die, etiam cum iuramento an dicatur obſeruare promiſſa, ſi ſoluat, vel ſe repræſentet vſque ad mediam noctem ſeqnentem. ¶ Inter diem, & noctem an detur medium, itaut poſſit dici nox ſtatim poſt ſonum Aue-Mariæ, vel dies paulò ante ſolis ortum. ¶ Et ad hunc effectum quid attendatur ſecundum vulgi opinionem. ¶ Et quando prima hora noctis computetur in tempore nocturno. ¶ Verba ſimpliciter prolata de die an intelligatur de die naturali.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio diei comprabendit diem à media nocte praecedente vſque ad mediam noctem ſubſequentem iuxta morem romanum, prout ſeruatur in Signatura, & Cancellaria. n.* 5.

2 *Captura, & executio facta in die dominico eſt nulla.*

3 *Feſtum diei dominici fuit introductum de iure diuino.*

4 *Ius ciuile romanorum ſeruatur in Vrbe iuxta ſtatutum illius, quod eſt deciſorium.*

6 *Dies feſtiui dominica, & ſanctorum incipiunt à veſperis praecedentis diei vſque ad ſecundas veſperas ſequentis diei feſtiui, quibus abſolutis, dicitur etiam finita feſtiuitas. & n.* 7.

8 *Dies ſeruatur iuxta diſpoſitionem eccleſiæ, ſi agatur de officÿs, & ritibni eccleſiaſticis, in cæteris attenditur mos romanorum.*

Con-

Digitized by Google

9 *Conſequens ſi eſt falſum, tale etiam erit antecedens.*

10 *Pœna ſi duplicetur delinquenti in die feſto non erit duplicata ei, qui commiſit delictum de nocte illius feſti, ſed ſolum de die.*

11 *Diſpoſitio ſtatuti in odioſis reſtringitur.*

12 *Statuta ſunt propriè intelligenda in caſu vero, & non ficto.*

13 *Conſtitutio pœnalis non debet extendi, neque à maioritate rationis.*

14 *Promittens ſoluere, ſeu ſe repræſentare die certa, etiam cum iuramento, dicitur obſeruare promiſſa ſi ſoluat, vel ſe repræſentet vſque ad mediam noctem ſequentem, & Iudex tenetur deſcendere ad tribunal ad recipiendam repræſentationem. n. 15.*

16 *Inter noctem, & diem an detur medium, & an poſſit dici nox ſtatim poſt ſonum aue maria, vel dies paulo ante ſolis ortum. n. 17. & 18.*

19 *Opinio vulgi eſt attendenda, ſecundum quam non dicitur nox, ſi adhuc durat claritas, licet ſol non ſit ſuper terram.*

20 *Prima hora noctis computatur in tempore nocturno, in quo tunc non eſt claritas.*

21 *Diſpoſitio* l. more romano. ff. de fer. *ſeruanda eſt in ſolutionibus, contractibus, conuentionibus, & in quibuſcumque actibus.*

22 *Verba ſimpliciter prolata de die intelliguntur de die naturali, prout eſt ille, de quo* in l. more romano. ff. de ſer.

CAPVT DCCCCLXXII.

IN omnibus, & ſingulis diſpoſitionibus, in
quibus ciuiliter agitur, appellatione diei
1 ſemper incipit dies † à media nocte præce-
dente, & finitur media nocte ſubſequente
iuxta morem Romanum, qui in ciuilibus de-
bet ſeruari, vt eſt *tex.* clarus in *l. more ro-
mano. 8. vbi Bart. in princ. Alex. n. 7. &
omnes alij communiter. ff. de ferijs. Arehid.
in c. quod è patribus. in verb. ſabbati. 75.
diſtinct. Guid. Pap. ſing. 983. n. 1. fol. 261.
Sim. de Pret. conſ. 94 n. 11. verſ. ſumendo.
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 11. n. 7.
poſt princ.* cum alijs latè per *Polidor. de no-
cturn. tempor. c. 3. n. 10. & 17. & c. 90. n 6.
Eugen. conſ. 48. n. 24. & 27. Anton. Auguſt.
Alciat. & Catellan.* de quibus per *Menoch.
conſ. 971. n. 13. lib. 10. Viuius deciſ. 266. in
fin. fol. 365.*
Quibus ſtantibus concludendum eſt, quod ca-
2 ptura, de qua agimus, ſit omnino nulla, † cum
fuerit facta 6. Octobris, quæ erat dies Do-
minica, in cuius honorem non admittitur
aliqua executio *l. dies feſtos. quæ eſt vlt. C. de
fer. Alex. conſ. 53. n. 8. lib. 5. Theſaur. deciſ. 95.
3 n. 5. Couar. lib. 4. var. reſol. c. 19. n 5. & 6.* † vbi
etiam quod tale feſtum iure diuino fuit in-
ſtitutum *Abb. in c. 3. de ferijs. Silueſt. in
verb. dominica. Ang. in verb. feria. §. 3.*
Noque obſtat, quod prætendatur fuiſſe factam
executionem hora tertia noctis poſt diem
dominicum, Quia neque tunc poterat fieri,
cum vt dictum eſt, dies dominicus duret vſ-
4 que ad mediam noctem, † maximè in Vrbe,
in qua ſeruatur ius ciuile Romanorum ſe-
cundum *Statut. Vrb c. 42. lib. 1. fol. 51.* quod
eſt deciſorium *Achill. deciſ. 52. alias 1. n. 2.
de offic. delegat. fol. 26.* De iure autem ciuili
Romanorum dies incipit à media nocte præ-
cedente, & finitur ad aliam mediam noctem
ſequentem, vt dictum eſt ſupra iuxta *l. more
5 romano. ff. de ferijs.* † Et ita etiam ſeruari
in Signatura, & Cancellaria, quod attenda-
tur dies à media nocte ad aliam ſubſequen-
tem teſtatur *Pariſ. de reſignation. benefic.
lib. 12. q. 8. n. 34. & 35. fol. 308. tom. 2. Silu.
de benefic. p. 3. q. 46. in fin. Polidor. Rip. de
nocturn. temp. c. 3. n. 17. poſt med. fol. 9. &
c. 90. n. 6. in fin. fol. 249. Ioſeph Ludouic. de-
ciſ. Peruſ. 116. n. 7. p. 2. Gonzal.* qui plures
Rot. deciſ. adducit ad *regul. 8. gloſ. 11. n. 10.
Garzias de benefic. p. 5. c. 1. n. 523. fol. 326.*
Minus facit, quod dies feſti Dominicæ, & alij
diuerſorum Sanctorum incipiant à veſperis
6 præcedentis diei † vſque ad ſecundas veſpe-
ras ſequentis diei feſtiui, quibus abſolutis,
dicitur etiam finita feſtiuitas eiuſdem diei
*c. 1. de ferijs. c. fin. §. adijcimus. de ſent. ex-
communic. in 6.* cum alijs exaduerſo addu-
ctis, inferendo quod captura ſit valida tan-
quam facta poſt finitam feſtiuitatem, & ſic
poſt expiratam cauſam, propter quam tale
priuilegium creditoribus conceditur *c. cum
ceſſante. de appellat.*
Quia prædicta procedunt in diebus indulgen-
tiarum, qui incipiunt à veſperis vigiliæ vſ-
7 que ad veſperas finitas diei feſti, † vt in ſpe-
cie iurium exaduerſo allegatorum declarat
*Rebuff. in l. 2. col. 9. in princ. verſ. alius eſt
dies. ff. de verbor. ſignific. fol. 30. poſt Felin.
in c. eccleſia S. Mariæ. col. 15. de conſtitution.
8 Surd. conſ. 558. n. 8. lib. 4.* † vbi quod quando
agitur de officijs, & alijs eccleſiaſticis riti-
bus, ſeruatur dies iuxta diſpoſitionem ec-
cleſiæ, in cæteris vero attenditur mos Ro-
manorum *Bart. in d. l. more romano. in
princ. ff. de ferijs. Caſſan. ſuper conſuetud.
Burgund. rubr. 1. §. 8. n. 17. verſ. ſexta eſt
dies eccleſiaſtica. fol. 327.*
Maximè, quia ſi intelligeremus de huiuſmodi
diebus à primis veſperis vſque ad ſequentes,
reſultaret abſurdũ, vt in die vigiliæ, quando
incipiunt veſperæ, non poſſet executio fieri,
prout ſi eſſet feſtum, quod tamen eſt falſum,
cum paſſim ſint validæ capturæ, quæ fiunt in
primis veſperis vigiliæ alicuius feſti, vnde
9 ſi conſequens eſt falſum, † tale etiam erit an-
tecedens *Gloſ. in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi
cert. pet. Cin. & Alber. in l. apud antiquos.
C. de furt. Card. & Imol. in c. ſolita. de
maior. & obedient. Bart. Bald. & Caſtr. in
l. non videtur. C. de reſtit. in integr. Surd.
conſ. 428. n. 11. lib. 3.* cum alijs per *Euerard.*

Digitized by Google

loc.argum.127.à deſtruct.conſeq.ad deſtruct. anteced. n. 1. fol. 726.

Minus obſtat, quod ſi duplicetur per ſtatutum pœna delinquenti in die feſto, non intelli-
10 getur duplicata ei, † qui commiſit delictum de nocte illius feſti, ſed ſolum de die, quaſi tunc ille ſit proprius dies, quando ſol eſt ſupra terram, vel de veſpere ad veſperam, donec durat ipſum feſtum, cuius reſpectu iſta maior pœna imponitur Feder. conſ. 44. ſeu 45. factum tale eſt. col. 1. Felin. in c. eccleſia S. Maria. n. 53. de conſtitut.

Quia talis interpretatio admittitur ad effectum euitandi pœnam ſtatuti, tanquam in
11 odioſis diſpoſitio debeat reſtringi, † vt in ſpecie reſpondet Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 12. q. 8. n. 41. tom. 2. fol. 309. poſt Archidiacon. in c. quod à patribus. 73. diſtinct. Bald. in c. ego. de iureiur. Iaſ. in l. more ro-
12 mano. n. 6. ff. de ferijs. † vbi etiam addit ideo hoc eſſe, quia ſtatuta debent propriè intelligi in caſu vero, & non ficto, & ſic propriè in die, & non in nocte l. 3. §. hac verba. ff. de negot. geſt. Et ita etiam intelligunt Caſtr. Roman. & alij in d. l. more romano. Cott. in verb. diem. in fin. fol. 212. Felin. in c. ſi perfodiens. 3. col. 1. ante fin. verſ. niſi dicas. de
13 homicid. † vbi etiam dat illam rationem, quia ſtatutum pœnale non debet extendi, neque à maioritate rationis Gloſ. in c. vt hi qui. in verb. eoſdem. de ætat. & qualit.

Quod non eſt in alijs diſpoſitionibus non pœnalibus, ideo videmus, quod promittens ſoluere in die dominico, dicitur obſeruare promiſſa, ſi ſoluerit vſque ad mediam no-
14 ctem ſequentem, † quamuis etiam promiſſio fuerit iurata, nam licet iuramentum habeat præciſam vim, & ſit adimplendum ad vnguem, tamen in taliter ſoluente verificabitur Archidiac. in c. quod à patribus. 75. diſtinct. poſt Gloſ. in c. 1. de conſecrat. diſtinct. 3. in princ. Bald. in c. ego. col. 1. n. 3. & ibi Felin. poſt princ. verſ. & ſubdit non pertinenter. de iureiur. Idem Felin. in c. eccleſia S. Maria. col. 9. verſ. quinta declaratio. de conſtitut. & in c. conſuluit. n. 6. & ibi Dec. n. 5. verſ. ſimiliter qui iurauit. de offic. delegat. Cott. in memorab. in verb. diem more romano. in fin. verſ. ſecundo poſſent prædicta practicari. fol. 212. Surd. conſ. 558. n. 9. ad med. lib. 4. Eugen. conſ. 48. n. 40. vſque ad n. 41.

Idem eſt in eo, qui tenetur ſe repræſentare die
15 dominico, vel alia certa die, † vel in illo, qui fuit citatus pro dicta die, iſte enim poterit ſe repræſentare, & comparere media nocte eius diei, itaut Iudex teneatur deſcendere ad tribunal ad recipiendam præſentationem, & comparitionem Surd. qui dicit multum notandum conſ. 558. n. 9. lib. 4. poſt Ang. in d. l. more romano. vbi Alex. n. 7. Caſtr. n. 5. Iaſ. n. 9. ff. de ferijs. Cott. in d. verb. diem. in fin.

Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, nam veritas eſt, quod in caſu noſtro captura non fuit facta hora tertia noctis poſt diem dominicum, vt malè exaduerſo præſupponitur, ſed paulò poſt ſonum Aue Maria, vt in fide exhi-
16 bita, tunc enim non poteſt dici nox, † quamuis enim inter diem, & noctem non detur ſecundum aliquos medium, Tamen non poteſt negari, quod mane ante ſolis ortum, & veſpere poſt illius occaſum cęlum ita albeſcat, vt lumen aliquod appareat per aliquod temporis ſpatium, mane propter aduentum ſolis proximè futurum, & veſpere propter receſſum illius proximè ſecutum, itaut hoc tempus receſſus ſolis propter lumen, quod inſpicitur, potius adſcribatur diei, quàm nocti Ang. in l. 1. C. de cuſtod. reor. argumento l. titius. 25. §. lucius titius. ff. de liber. & poſthum. c. ſi perfodiens. de homicid. Bald. in l. 2. ad fin. verſ. aliud eſt enim delinquere de nocte. C. quib. res iudic. non noc. & in l. 1. in princ. C. de emendat. inſtin. codic. Iaſ. in d. l. lucius. n. 13. & 14. late Natt. conſ. 469. n. 4. vſque ad 20. Clar. in §. fin. q. 82. in ſtatut. 9. n. 4.

Et quamuis non ignorem, quod aliqui teneant
17 contrarium, vt per † Bart. in l. aut facta. §. tempus. n. 2. ff. de pœn. Eugen. conſ. 63. n. 23. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 8. n. 22. fol. 328. Tamen contraria opinio eſt verior, vt per Caſtr. in d. l. aut
18 facta. Natt. d. conſ. 469. n. 5. † Polidor. de nocturn. tempor. c. 3. n. 49. & 52. fol. 11. Viuius opin. 950. Bertaz. conſ. crim. 378. n. 9. p. 2. poſt Io. Andr. in c. alma mater. de ſent. excommunic. in 6. Maſtrill. ſuper conſuetud. ciuit. Bari. tit. quouſque dies intelligatur. n. 4. Fenut. de moment. tempor. c. 24. n. 17. verſ. alia fuit opinio. & verſ. ſi vero conſideremus hanc quæſtionem. fol. 233.

Et quidquid ſit, in huiuſmodi caſu eſt atten-
19 denda conſuetudo, & opinio vulgi, † iuxta quam non dicitur nox, quando adhuc durat claritas, licet ſol non ſit ſuper terram Bald. & Fulgoſ. in l. more romano. ff. de ferijs. Salic. in l. non minorem. n. 5. C. de tranſact. & in l. fin. C. de his quib. vt indign. Natt. conſ. 469. n. 7. 15. & 16. Alber. de ſtatut. p. 2. q. 69. verſ. deinde quæro. Fenut. de moment. tempor. c. 24. n. 17. verſ. alij vero ſunt qui arbitrantur. Polidor. de nocturn. tempor. c. 3. n. 37. fol. 10.

Quare dicimus, quod prima hora noctis com-
20 putatur in tempore nocturno, † quia tunc non eſt claritudo, ſed omnia ſunt tenebræ Iaſ. conſ. 50. placet conſtitutio. n. 1. lib. 3. Dec. conſ. 354. in caſu propoſito. n. 4. verſ. & dicitur. Bertaz. conſ. crimin. 378. n. 8. lib. 2.

Ex quibus clarè apparet de nullitate capturæ propter non ſeruatam formam, de qua in
21 l. more romano. ff. de ferijs. † cuius diſpoſitio ſeruanda eſt in ſolutionibus, contractibus, conuentionibus, & in omnibus, & qui-
buſ-

buſeumque actibus, vt in ſpecie notat *Archidiac. in c. quod à patribus. poſt princ. n.4. diſtinct. 35.* quem ſequitur *Felin. in c. conſuluit. 24. col. 4. in princ. verſ. & dicit. de offic. deleg.* vbi etiam allegat *Bald. in c. ſi*
22 *ego. de iureiur.* Cum etiam concurrat, †quod verba ſimpliciter prolata de die intelligantur de die naturali, prout eſt ille, de quo in *d. l. more romano. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 8. n. 15. fol. 326.* iuxta *eum qui certarum. ff. de verb. obligat. §. in diem. inſtit. eod. tit. l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. §. aſſeſſores. auth. de iudic.*

E P I T O M E.

TEſtamentum an ſit validũ, ſi fuerit conditum per relationem ad ſcripturam penes alium exiſtentem, & coram teſtibus traditam notario obſignatam. ¶ Et quid ſeruetur de conſuetudine. ¶ Et quando illa contra ius licitè indueatur. ¶ Hæredes quando palam ſint nuncupandi per teſtatorem, & per teſtes ſint exaudiendi. ¶ Et quo caſu talis nominatio, ſeu modus nominandi ſit de forma, itaut non poſſit aliter adimpleri. ¶ Dictio palam, omnino, euidenter, patenter, nominatim, & ſimilis quam ſignificationem habeat, & an excludat expreſſionem relatiuã. ¶ Copula quando reſoluatur in disiunctiuam. ¶ Et quo caſu in copulatiuis omnium concurſus requiratur. ¶ Inſtitutio teſtatoris ſcribentis quem hæredem codicillis fecero hæres eſto, an valeat, ſi poſtea in codicillis Titium inſtituerit. ¶ Diſpoſitio *l. aſſe toto. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat.* an ſit correcta, & quomodo intelligatur. ¶ Teſtamentum in ſcriptis quas ſolemnitates requirat. ¶ Appellatio ab interlocutoria an debeat continere expreſſionem cauſæ pro forma, itaut non ſufficiat expreſſio relatiua. ¶ Hæreditas quando poſſit dari in codicillis. ¶ Correctio legum quo caſu permittatur. ¶ Obſeruantia vnius loci an ſit extendenda ad alios. ¶ Et quando doctoribus de ea atteſtantibus ſit credendum. ¶ Comparatio litterarum quomodo ſit facienda. ¶ Et quæ ſolemnitates in ea requirantur, vt ſit valida. ¶ Clauſula codicillaris an operetur ſolum ſi adeſt defectus ſolemnitatis, non autem ſubſtantiæ. ¶ Particularis inſtitutio hæredis an æquiparetur legatis, itaut valeat ſi fiat nutu, & per coniecturas, & per relationem, prout valent legata, & fideicommiſſa. ¶ Conſuetudo teſtandi per relationem quomodo ſit intelligẽda. ¶ Et an res ad quam ſit relatio debeat eſſe indubitata, & non controuerſa. ¶ Et quando relatio habeatur pro genere expreſſi. ¶ Sermo qualificatus an ſit vnum caput indiuiduum. ¶ Et an qualitas debeat eſſe ſubſtantialis, itaut illa ſit verificanda.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum conditum per relationem ad ſcripturam coram teſtibus traditam notario obſignatam non eſt validum. n. 2. 4. & 5. Et quid ſeruetur de conſuetudine. n. 37. & 42.*

3 *Opinio vltimo loco relata cenſetur approbata.*

6 *Teſtamentum in ſcriptis quas ſolemnitates requirat, & quando poſſit ſcribi tam à teſtatore, quam ab alio. n. 17.*

7 *Hæredes palam ſunt nuncupandi per teſtatorem, itaut hæc nuncupatio exaudiatur à ſeptem teſtibus.*

8 *Dictio palam quid ſignificet.*

9 *Nominatio non conuenit illi, quæ fit per relationem, & quid dicatur nominatim fieri. n. 10.*

11 *Actus requirens expreſſionem explicitam pro forma non admittit expreſſionem implicitam per relationem.*

12 *Appellatio ab interlocutoria requirit expreſſionem cauſæ pro forma, quæ non admittit expreſſionem per relationem. & n. 13.*

14 *Relatio habetur pro genere expreſſi. Declara, vt n. 15.*

16 *Diſpoſitio, quæ debet fieri patenter, vel euidenter, ſeu nominatim non adimpletur per expreſſionem relatiuam.*

18 *In copulatiuis omnium concurſus requiritur, itaut dicantur in vnum corpus redacta. n. 19. & 26.*

20 *Copula quandoque reſoluitur in diſiunctiuam, dummodo vnum ex narratis non veniat, vt qualitas.*

21 *Sermo qualificatus eſt vnũ caput indiuiduũ.*

22 *Qualitas ſubſtantialis magis requirit illius verificationem.*

23 *Verba omnino ſunt præciſa, & neceſſitatem induunt, & habent vim decreti irritantis, & tollunt facultatem diſpenſandi.*

24 *Nominatio hæredis facienda per teſtatorem, licet ſit de forma, tamen modus, per quem debet fieri expreſſio, non debet dici de forma. Contrarium. n. 25. & 27.*

28 *Inſtitutio teſtatoris ſcribentis quem heredẽ codicillis fecero hæres eſto valet, ſi poſtea in codicillis Titium inſtituerit. n. 30. & 31.*

29 *Hæreditas non poteſt dari in codicillis.*

32 *Codicilli habent probationem quinque teſtiũ.*

33 *Intellectus* l. aſſe toto. 77. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat. *n. 34. Et an ſit correcta per* l. iubemus. C. de teſtam. *n. 35.*

36 *Correctio legum quo caſu ſit euitanda.*

38 *Conſuetudo contra ius quando licitè inducatur.*

39 *Obſeruantia, ſeu conſuetudo vnius loci non extenditur ad alios. & n. 41.*

40 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris.*

43 *Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine, & obſeruantia ſtandum eſt ſolum quo ad loca, in quibus ipſi verſantur.*

Digitized by Google

44 *Conſuetudo teſtandi per relationem intelligitur, dummodo res illa, ad quam ſit relatio ſit indubitata, & non controuerſa. n. 45. 55. & 57.*

46 *Cautela, vt valeat teſtamentum, quod de conſuetudine ſolet fieri ad relationem. n. 47. & 48.*

49 *Comparatio litterarum non inducit certitudinem ſcripturæ, niſi interueniant requiſita præſentiæ Iudicis, duplicis iuramenti calumniæ, & defectus alterius probationis cum relatione iurata peritorum non lucri cauſa, nec in alterius iniuriam. n. 51. 52. 53. & 54.*

50 *Manus, & ſcriptura alterius per multos facilè fingitur.*

56 *Veriſimilitudo attenditur in quacumque materia.*

58 *Clauſula codicillaris ſolum operatur quando adeſt defectus ſolemnitatis, ſecus ſubſtantiæ.*

59 *Legata, & fideicommiſſa poſſunt relinqui nutu, & per coniecturas. n. 60.*

61 *Inſtitutio hæredis particularis æquiparatur legatis.*

CAPVT DCCCCLXXIII.

IN quæſtione propoſita concludendum
eſt, quod non valeat teſtamentum condi-
tum per relationem ad ſcripturam coram
1 teſtibus traditam notario obſignatam, † quia
pro forma teſtamenti nuncupatiui requiri-
tur, quod nomen hæredia teſtibus audienti-
bus exprimatur ore teſtatoris, ideo non ſuf-
ficit illud exprimere per relationē ad aliud
prout in ſpecie poſt *Iacob. de Beluiſ.* tenet
*Caſtr. in l. ſi ita ſcripſero. 38. n. 3. & 4. ff.
de condit. & demonſtrat. Aret. in l. hæredes
palam. 21. n. 2. ff. de teſtam.* latè *Iaſ. in
l. hac conſultiſſima. 21. §. per nuncupatio-
nem. n. 1. vſque ad 4. C. eod. tit.* & latius in
*l. vbi autem. 75. §. illud. col. 2. & 3. ff. de
2 verb. obligat.* † & hanc opinionem in puncto
iuris teſtatur eſſe veriorem *Cardin. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. n. 7.
poſt princ. verſ. & hanc eſſe magis commu-
nem. Clar. in §. teſtamentum. q. 36. ad fin.
Alban. ad Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero. n. 2.
verſ. cæterum ſi rectè conſideretur. Guid.
Pap. deciſ. 459. hæres vniuerſalis. n. 1. & ibi
Addit. in verb. nominatim. fol. 642.* Et ita
iudicatum in Senatu Sabaudiæ teſtatur *Ant.
Faber. in ſuo codic. Fabrian. lib. 5. tit. 40.
de teſtam. definit. in vlt. edit. Colon. fol. 618.
Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 7. n. 193. in
3 fin. fol. 352.* † qui in hac opinione tanquam
vltimo loco relata dicitur reſidere *Gloſ. in
l. qui filium. 74. §. fabius. in verb. & alia.
ff. ad ſenatuſconſ. trebellian. & in l. ea le-
ge. 3. C. de condict. ob cauſ. Bald. in auth.
ex teſtamento. col. 2. C. de collat. Ang. in
l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſd. omn. iudic.
Bologn. in repet. auth. habita. n. 259. C. ne
fil. pro patr.* & quod non valeat tale teſta-
4 mentum † voluit etiam *Goffred. in l. ad te-
ſtium. 22. §. ſi quis ex teſtibus. n. 4. & 85. cum
ſeq. ff. de teſtam. Bellamer. conſ. 1. n. 32. verſ.
præterea ſciendum. Ruin. in l. ſi ita ſcri-
pſero. ff. de condit. & demonſtrat. Bellapert.
in l. in teſtamento. col. 1. verſ. ſed pone.
C. de teſtam. Rom. in l. hæredes palam. n. 1.
vbi Alber. n. 2. & 3. & Iacob. de Aren. ff. de
teſtam. Odoffr. in l. iubemus. C. eod. Hug.
Donel. in commentar. iur. ciuil. c. 6. verſ.
communis. & verſ. in teſtamento. Cin. Ful-
goſ. & alij in l. hac conſultiſſima. §. per nun-
5 cupationem C. de teſtament.* † & ita etiam
concludit *Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero.* qui
loquitur in legatis, & fideicommiſſis, licet
malè illum citent Doctores, quod loquatur
etiam in inſtitutione vniuerſali, de qua ta-
men nullum verbum, ideo debet intelligi
iuxta per eum allegata, non extendendo ad
illa, quæ habent diuerſam rationem.

Et quidem prædicta opinio eſt tenenda, cum
habeamus *tex.* clarum in *l. hac conſultiſſi-
ma. 21. §. per nuncupationem. C. de teſtam.*
6 vbi † poſtquam *in princ. d. l.* fuit dictum
quod volens nullum ſcire contenta in ſuo te-
ſtamento poteſt teſtari in ſcriptis cum ſo-
lemnitatibus ibidem adductis; deinde in
§. per nuncupationem. in ſpecie determina-
tur, quod teſtamentum factum per nuncupa-
tionem non valeat, niſi ſeptem teſtes vno, &
eodem tempore collecti voluntatem teſta-
toris audiuerint, prout etiam idem clarius
diſponitur in *l. hæredes palam. 21. in princ.
7 ff. de teſtam. & qui teſtam. facer. poſſ.* † vbi
quod hæredes palam ſunt nuncupandi, itaut
hæc nuncupatio poſſit exaudiri à ſeptem te-
ſtibus, nam alias ſine tali exauditione teſta-
mentum corruet, Vnde ſi teſtes debent au-
dire nomen hæredis palam nuncupandum,
nunquam iſta qualitas poterit verificari in
ea, quæ fit ad relationem, cum per eam non
ſit ſatisfactum auditioni, & nominationi hæ-
redis, quæ coram dictis teſtibus eſt palam
facienda, tanquam non dicatur hæres nomi-
8 natus palam, † quando per teſtes nomen ip-
ſius non fuit auditum, vt in propoſito notat
*Rebuff. in l. palam eſt coram pluribus. 33.
poſt princ. in verb. palam. ff. de verb. ſignific.
Iaſ. in l. clam. in princ. in 2. notab. ff. de
acquir. poſſeſſ.* iuxta *l. quidquid. ff. de verb.
obligat. l. ædiles. 2. ff. de ædil. edict.*

Quod etiam dicitur in *l. filiusfamilias ſi mili-
tet. 26. ff. de liber. & poſthum.* vbi requiri-
tur ſpecialis nominatio in inſtitutione, ſeu
exhæredatione filijfamilias militis tanquam
9 ſi eſſet paganus, † quæ nominatio non con-
uenit illi, quæ fit per relationem, cum no-
minatim fieri dicatur, quando nomen, &
prænomen expreſſum eſt *l. 1. & 2. ff. de liber.
& poſth. Rebuff. in l. nominis & rei. 6. col. 3.
in fin. verſ. inde nominatim. ff. de verb. ſi-
gnific.*

guiſte. vbi quod requiritur ſpecialis, & ex-
10 preſſa demonſtratio corporis, † aut alio mo-
do quo perſona poſſet certificari, & oſtendi
iuxta *Gloſ. in §. facta. in verb. nominatim.*
de elect. in prag. Itaut congrue nomen intel-
ligatur *l. nominatim. ff. de legat. 3. Bald.*
conſ. 152. ſuper primo. lib. 4.

Et prædicta confirmantur ratione, nam ſumus
in caſu, in quo expreſſio explicita requiritur
11 pro forma, † quo caſu non ſufficit expreſſio
implicita per relationem ad aliud *c. penult.*
vbi Abb. de iureiur. Iaſ. in l. vbi autem.
§. fundi. n. 4. ff. de verbor. obligation. & in
l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem.
n. 1. in fin. C. de teſtam. vbi etiam confirmat
per exemplum appellationis ab interlocuto-
12 ria, † in qua debet exprimi cauſa pro forma
clem. appellanti. de appellat. Non tamen ſuf-
ficit expreſſio per relationem ad acta *Bald.*
in l. minoribus. C. de his quib. vt indign.
Butr. in c. vt debitus. col. 2. verſ. nunquid
autem. de appellat. Ang. in l. 1. vbi Alex.
col. vlt. Aret. col. 1. ff. de liber. & poſthum.
Felin. in c. cum dilecta. col. 18. in 2. limit.
de reſcript. Thom. Faſtol. cauſ. 22. dubit. 23.
13 Quæ concluſio eſt verior, † quidquid alij cō-
trarium ſentiant, vt teſtatur *Tiraq. de legib.*
connubial. gloſ. 7. n. 190. & n. 191. ad med.
verſ. ſed his tamen non aſſentitur. fol. 352.
Dec. in c. conſuluit. il 2. col. 2. de appellat. &
in l. 1. col. 3. verſ. ſecunda concluſio. C. de
error. calcul. & in l. certum. col. 1. ff. ſi cert.
petat. Abb. in c. accedens. il 1. col. 3. n. 12. vt
lit. non conteſtat.

Nec faciunt, quæ dicuntur de relatione, quæ
14 habetur pro genere expreſſi † *l. ait prætor.*
§. 1. verſ. accipiendum ſic eſt quaſi nomina-
tim. vbi Bart. & Rip. ff. de re iudicat. Imol.
in l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituend. cum
alijs per *Tiraquel. d. gloſ. 7. n. 182. vſque*
ad 188. Quia vt dictum eſt, cum ſimus in
15 actu, qui debet impleri pro forma, † non ſuf-
ficit implementum per æquipollens, ideo
neque per relationem *Socin. conſ. 24. col. 7.*
verſ. ad quod accedit. Iaſ. in l. gallus. §. idem
credendum. col. 4. verſ. confirmo nam cum.
ff. de liber & poſthum. Rip. in l. 1. col. 9. n. 64.
ff. de vulg. & pupill. Bertr. conſ. 281. col. 2.
lib. 1. p. 1. Grat. conſ. 28. col. 1. verſ. nec ob-
ſtat ſi dicatur. lib. 1. Tiraquell. d. gloſ. 7.
n. 188. fol. 351.

Præſertim, quia expreſſio, de qua agimus, de-
16 bet fieri palam, ſeu patenter, † vel euiden-
ter, ſeu nominatim, tunc enim talis expreſſio
relatiua non ſufficit *c. per tuas. de ſent. ex-*
communic. c. 2. eod. tit. in 6. Aret. in l. ſi is
ad quem. ff. de acquir. hæred. Bertrand. conſ.
281. duo indicant. n. 5. lib. 1. p. 1. Tiraq. d.
gloſ. 7. n. 168. 197. & 200. Dec. in c. con-
ſuluit. il 2. col. 2. verſ. ſed tamen non vide-
tur. de appellationib.

Quæ tamen dicta ſunt ex abundanti; cum ha-
beamus text. clarum in *l. iubemus. 29. C. de*
teſtam. vbi diſponitur, quod licet teſtamen-
tum in ſcriptis poſſit ſcribi tam à teſtatore,
17 quam ab alio; † vt in *l. hac conſultiſſima. C.*
de teſtam. Tamen ſi nolit, vel nequeat ſub-
ſcribere, debet coram teſtamentarijs teſtibus
nomina hæredum nuncupare, vt omnino
ſciant teſtes, qui ſint ſcripti hæredes cum
alijs, de quibus in *d. l. iubemus.* vbi poſtea
ſubdit Imperator hæc formalia verba videli-
cet; quemadmodum enim in elogio, quod
ſine ſcriptura conficitur neceſſe eſt teſtato-
rem voce exprimere nomen, vel nomina hæ-
redum, ita etiam in teſtamentis per ſcriptu-
ram conficiendis, cum ipſe teſtator manu
ſua ſcribere hæredes, vel noluerit, vel mi-
nimè potuerit, voce tamen eius eos mani-
feſtari oportet, ex quibus verbis conſtat in
teſtamento nuncupatiuo nominandos eſſe
hæredes voce teſtatoris, & non per relatio-
nem ad ſcripturam clauſam, itaut teſtes om-
nino ſcire debeant, qui ſint hæredes, quod
fieri non poteſt per relationē, cum per eā non
verificetur nuncupatio nominis hæredis lin-
gua, & voce teſtatoris, nec omnimoda ſcien-
18 tia teſtium huiuſmodi nominis, † quæ om-
nia requiruntur copulatiuè, adeo vt ſi deſit
vox, & lingua teſtatoris, aut auditus, & ſcien-
tia teſtium, non dicatur ſatisfactum validi-
tati teſtamenti, cum vnum ſine alio non ſuf-
ficiat, ſed omnium concurſus requiratur *l. ſi*
hæredi plures. ff. de condit. inſtit. Aim. conſ.
80. n. 13. & in conſ. pro generi n. 31. Surd.
conſ. 187. n. 38. & conſ. 282. n. 3. lib. 2. &
conſ. 441. n. 26. & 27. lib. 3. Alex. conſ. 13.
n. 14. lib. 3. Soc. conſ. 92. n. 5. lib. 1. Bero. conſ.
29. n. 29. lib. 2. Natt. conſ. 474. n. 38. Menoch.
conſ. 440. n. 14. lib. 5. Brun. de ſtatut. exclud.
19 *fœmin. art. 6. princ. n. 321.* † tanquam ſint in
vnum corpus redacta *l. vnic. §. ſin autem*
ex his. C. de caduc. tollend. Iaſ. in l. 1. n. 2.
ff. de inſt. & iur. Oſaſc. deciſ. 71. n. 66. Surd.
conſ. 207. n. 7. lib. 2.

Maximè, quia licet quandoque copula reſolua-
tur in disiunctiuam, itaut plura copulata;
20 tunc non requirant † concurſum omnium
Menoch. conſ. 1199. n. 13. lib. 12. Nihilomi-
nus, quando, prout in caſu noſtro, vnum ex
narratis venit vt qualitas, tunc non ſufficit
probatio vnius, niſi omnium qualitatum fiat
probatio *Felin. in c. 2. n. 25. col. 14. ad fin.*
verſ. reſtringitur quinque modis. de reſcript.
vbi quod tunc ſuccumbit in toto, qui ſuc-
cumbit in huiuſmodi qualitatum probatio-
ne, quia ad vtrumque videtur facta reſtri-
21 ctio, † tanquam ſermo qualificatus ſit vnum
caput indiuiduū *Bart. in l. aurelius. §. idem*
quæſijt. in fin. ff. de liber. legat. & ita in
ſpecie concludunt omnes *in d. c. 2. vbi Butr.*
Imol. & Abb. de reſcript. Franc. in c. ſigni-
ficauit. in vlt. notab. de appellat. Bald. &
Rom. in l. titia. ff. ſolut. matrimon. Cin. &
Salic. in l. 2. C. de probation. Alex. conſ. 224.
lib. 2. Cum præſertim ſimus in qualitate

22 ſubſtantiali, † quo caſu magis requiritur il-
lius verificatio *Felin. in c. 2. n. 30. de reſcript.*
poſt Bald. in l. denunciaſſe. §. quid tamen
ad fin. ff. de adult.
Accedat, quod per legem requiritur, vt teſtes
omnino ſciant quem teſtator inſtituerit, quæ
verba omnino ſunt præciſa, & neceſſitatem
important, excludendo aliũ modum, & red-
23 dendo actum nullum aliter factum, † tan-
quam indiſtinctè, & omni parte omnia ſint
ſeruanda, prout fuit diſpoſitum, habẽdo vim
decreti irritantis, & tollendo facultatem
diſpenſandi *clem. 1. vbi Gloſ. in verb. omni-*
no. de vit. & honeſt. cleric. Imol. in clem. 1.
col. 4. verſ. ex hoc nota. de ſequeſtr. poſſeſſ.
& fruct. Dec. conſ. 356. in cauſa domina ma-
ria. col. 1. Bald. conſ. 389. reperitur quod qui-
dam. ante fin. lib. 5. & in l. ſi quis argentum,
§. fin autem. ad med. C. de donation. Salic. in
l. vlt. oppoſ. 3. C. de contrah. empt. Tiraq. in
l. ſi vnquam. in verb. reuertatur. n. 89. C. de
reuocand. donationib.
Nec faciunt multa, quæ adducuntur per Do-
ctores contrarium tenentes, de quibus latiſ-
ſimè *Magdal. de numer. teſt. in teſtam. re-*
quiſ. c. 27. limit. 12. n. 9. vſque ad 22. fol. 326.
24 Et præſertim illud, † quod reſpicit nomina-
tionem hæredis faciendam per teſtatorem,
quæ licet ſit de forma, tamen modus, per
quem debet fieri expreſſio, non debet dici de
forma, ideo ſufficiet, quod hæres nominetur
quocumque modo, ita quod certitudinaliter
de corpore ipſius conſtet *l. 2. ff. de liber. &*
poſthum. l. nominatim. ff. de manum. teſtam.
l. certum. ff. ſi cert. petat.
Quia omiſſo, quod tam modus, quam nomina-
25 tio eſt facienda expreſsè, † non per relatio-
nem ſtantibus illis verbis palam, de quibus
ſupr. verſ. præſertim quia expreſſio. n. 16.
Reſpondetur, quod etiam dato, & non con-
ceſſo, quod modus exprimendi poſſet fieri
per relationem, tamen in caſu noſtro nõ po-
teſt admitti, quia deeſt alia qualitas audi-
tus, & ſcientiæ teſtium, quæ facit, vt illius
defectus reddat teſtamentum nullum *l. in*
teſtamentis. & l. iubemus. C. de teſtam. l. hac
conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. eod.
26 *tit.* † ideo illa debet verificari, vt dictum eſt
ſupr. verſ. quæ tamen omnia. n. 18. Surd. de-
ciſ. 291. n. 12. Sim. de Pret. de interpretat.
vlt. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 3.
n. 99. & 105. fol. 140. Itaut ſtantibus prædi-
ctis etiam verius ſit, quod modus nomi-
nandi debeat eſſe expreſſus, & non per rela-
tionem, cum per eam non daretur caſus au-
ditus, & ſcientiæ teſtium, qui debent ex ore
& lingua teſtatoris audire nomen hæredis
per eum inſtituendum *d. l. iubemus. C. de*
27 *teſtam.* † Vnde cum ſimus etiam in modo
exprimendo per auditum, non poteſt dici,
quod ſola expreſſio nominis requiratur, &
non modus exprimendi, & ita loquitur
Ruin. in l. 1. n. 4. & 6. ff. de liber. & poſthum.
cum alijs adductis per *Magdal. de num. teſt.*
in teſtam. requiſ. cap. 27. limit. 12. n. 17.
& 18. fol. 326.
Minus obſtat *l. aſſe toto. 77. ff. de hæredib. in-*
28 *ſtituend.* Quia ſolum ibi deciditur, † quod
valet inſtitutio teſtatoris ſcribentis quem
hæredem codicillis fecero, hæres eſto, nam ſi
poſtea in codicillis inſtituerit Titium inſti-
tutio erit valida, quia licet non poſſit dari
directò, neque adimi hæreditas in codicil-
29 lis, † quidquid ſit per fideicõmiſſum *l. 2. vbi*
Gloſ. penult. C. de codicill. l. quidam. §. 1.
& §. ſed cum veteres. C. de neceſſar. ſeru.
hæred. inſtit. l. hæreditas. 4. C. de his quib. vt
indign. l. penult. §. fin. ff. de condit. inſtit.
l. ſceuola. ff. ad trebell. l. non codicillum.
14. C. de teſtam. Tamen iſta videtur data
30 ex teſtamento † *l. 1. C. de codicill. l. vnum*
ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de legat. 2. l. 1.
C. de manumiſſ. teſtam. cum alijs adductis
per *Gloſ. in d. l. aſſe toto. in verb. videtur. in*
princ. Quæ tamen non applicantur ad caſum
noſtrum, in quo per relationem non eſt ſa-
31 tisfactum, † vt teſtes adhibiti in teſtamento
audiuerint nomen hæredis, cum aliud ſit in
inſtitutione facta in codicillis, cum teſtes,
qui in eis interueniunt, audiant tale nomen,
& ſic videtur ſatisfieri auditui requiſito,
iuxta *l. iubemus. C. de teſtam. & l. hac con-*
ſultiſſima. §. per nuncupationem. C. eod. tit.
cum etiam ibidem relatio fiat ad ſcripturam
in ſuo genere perfectam, nempe ad codicil-
32 los, † qui habent quinque teſtium probatio-
nem *l. cum antiquitus. in fin. C. de teſtam.*
& in l. fin. §. vlt. C. de codicill. Et quamuis
in *d. l. aſſe toto.* teſtes deſcripti in teſtamento
non audiant nomen hæredis ſtante relatione
facta ad codicillos, Tamen ibi ſumus in te-
33 ſtamento in ſcriptis, † vt clarè apparet ex
lectura eiuſdem *tex. in l. aſſe toto. ff. de*
hæred. inſtit. & in l. ſi quis ita. la 2. ff. eod.
tit. & in l. inſtitutio talis. ff. de condit. &
demonſtrat. Vnde non mirum ſi poteſt teſta-
tor in tali teſtamento ſe referre ad codicil-
los, quia in huiuſmodi teſtamento in ſcri-
ptis non opus eſt, quod teſtes ſciant volun-
tatem teſtatoris, & nomen hæredis, quod ſe-
cus eſt in teſtamento nuncupatiuo, vt notãt
Doctores communiter in *d. l. hac conſultiſſi-*
ma. & ita etiam reſpondetur ad *l. ſi ita ſcri-*
34 *pſero. ff. de condit. & demonſtrat.* † quæ lo-
quitur in teſtamento in ſcriptis, ideo ſtante
diuerſitate rationis, non eſt trahenda diſpo-
ſitio de vno caſu ad alium *l. vlt. C. de ca-*
lumniat. l. papinianus. ff. de minor. Surd.
conſ. 150. n. 94. lib. 1. Menoch. conſ. 249. n. 37.
lib. 3. Maximè, quia etiam omiſſis omnibus
iſtis reſponſionibus, verius eſt quod *d. l. aſſe*
35 *toto cum alijs concordantibus.* † ſit corre-
cta per *l. iubemus. C. de teſtam. & l. hac con-*
ſultiſſima. §. per nuncupationem. C. eod. tit.
in quibus Imperator dat nouam formam
faciendi teſtamentum nuncupatiuum, cum
multis

Digitized by Google

multis qualitatibus ibidam requiſitis, quæ
prius non erant neceſſariæ, ideo ſtante illa
noua forma, illæ erit ſeruanda, omiſſa ea,
36 quæ antiquitus ſeruabatur, † quamuis enim
correctio legum ſit euitanda *l. præcipimus*.
C. de appellat. l. vt liberis. C. de collat. Aim.
conſ. 307. *n.* 4. Nihilominus hoc procedit in
dubio, ſecus quando clarè, & manifeſtè ap-
paret contrarietas, tunc enim antiqua lex
cenſetur mutata, & correcta, maximè in caſu
noſtro, quia in præfatione, de qua in *d. l. hac*
conſultiſſima. C. de teſtam. apparet, quod
Imperator voluit legem nouam ſtatuere, &
corrigere alias ad euitandas fraudes, quæ
poſſent facilè in teſtamentis interuenire,
tunc enim magis correctio admittitur, quid-
quid alias per ſubauditos intellectus illa
non admitteretur *Menoch. conſ.* 1060. *n.* 87.
cum ſeq. lib. 11. *& de recuperand. poſſeſſ.*
remed. 9. *n.* 387. *poſt Gloſ. in c. cupiente.* 5. *§. ſi*
per viginti. de election. in 6. *Socin. Iun. conſ.*
131. *n.* 50. *lib.* 4. *Aim. conſ.* 259. *n.* 2. *Ruin. in*
l. gallus. §. & quid ſi tantum. n. 95. *ff. de*
liber. & poſthum.

Nec eſt facienda vis in multis doctoribus, qui
tenent, quod ſicut in legatis, & fideicom-
miſſis attenditur relatio, ita etiam in vni-
37 uerſali hæredis inſtitutione, † Quia omnes
loquuntur de obſeruantia curiarum, in qui-
bus practicatur talis opinio, prout etiam
nos admittimus, cum per eam poſſit intro-
duci conſuetudo contra ius commune, dum-
modo tamen inducatur ab his, qui contra
38 ius poſſunt diſponere † cum alijs requiſitis,
de quibus per *Aim. conſ.* 134. *n.* 25. *& conſ.*
218. *n.* 7. vbi de conſuetudine prohibente fa-
cultatem teſtandi *Bald. conſ.* 218. *ſtatuto ci-*
uitatis. col. 1. *lib.* 2. cum ſimilibus adductis
per *Magdal. de numer. teſt. in teſtament.*
requiſ. c. 22. *limit.* 7. *n.* 19. 20. 56. 57. *&*
60. *fol.* 292.

Non tamen huiuſmodi obſeruantia, ſeu con-
39 ſuetudo vnius loci, vel ciuitatis, † ſeu plu-
rium extendetur ad alias *l.* 3. *in fin. ff. de*
teſtam. Rom. conſ. 367. *n.* 11. *Aim. conſ.* 121.
n. 8. *Oldrad. conſ.* 237. *col.* 1. *Alex. conſ.* 6. *n.* 1.
in fin. Surd. conſ. 323. *n.* 13. *lib.* 3. Nam
40 conſuetudo eſt ſtricti iuris † *Bart. in l.* 1. *§. ſi*
quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priuat.
Becc. conſ. 73. *n.* 14. Et ſicut pactum non ex-
tenditur ad alium caſum, rem, aut perſonam
41 *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* † Ita per
eamdem rationem idem dicendum eſt de
conſuetudine *Bald. in l. fin. C. commun.*
vtriuſque iudic. Natt. conſ. 46. *n.* 2. *Aim.*
conſ. 30. *n.* 9. *Roland. conſ.* 94. *n.* 16. *cum*
ſeq. lib. 2. *Cephal. conſ.* 338. *n.* 45. *lib.* 3. *Surd.*
deciſ. 131. *n.* 9.

Quod autem Doctores, qui tenent contrariam
42 opinionem, loquantur de obſeruantia, † ſeu
conſuetudine, patet ex eorum lectura, ita
enim præſupponit *Pariſ. conſ.* 19. *n.* 24. *lib.* 3.
Clar. in §. teſtamentum. q. 36. *ad fin. Magdal.*
de numer. teſt. in teſtam. requiſ. c. 22. *limit.* 7.
n. 9. *poſt med. fol.* 323. *Cardin. Mantic. de*
coniectur. vltim. voluntat. lib. 1. *tit.* 7. *poſt*
princ. verſ. & hanc eſſe magis communem
opinionem. fol. 8. *Craſſ. in §. inſtitutio. q.* 16.
n. 3. *poſt princ. verſ. & hac doctrina. fol.* 156.
& in §. teſtamentum. q. 16. *in fin. Caſtr. in*
l. hæredes palam. ff. de teſtam. & in l. hac con-
ſultiſſima. §. per nuncupationem. C. eod. tit.
Maſtrill. deciſ. 190. *n.* 3. *&* 4. *p.* 2. Cæteros
omitto, quia longum eſſet omnes recenſere
cum in illis terminis loquantur, prout ita
etiam iuxta dictam obſeruantiam hanc opi-
nionem adduxi. *ſupr. c.* 605. *n.* 36. *&* 37.

Quare licet iſta opinio per conſuetudinem
diceret conualidata, non tamen erit receden-
dum ab alia contraria ſupra firmata, quæ
43 eſt de iure verior, † nam Doctoribus atte-
ſtantibus de conſuetudine, & obſeruantia
ſtandū eſt quo ad ea loca, in quibus ipſi ſunt
verſati, non autem in alijs, quorum noti-
tiam non præſumuntur habere *Alex. conſ.* 5.
n. 7. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 472. *n.* 16. *Lup. in rubr. de*
donat. int. vir. & vxor. §. 21. *n.* 1. *Roland.*
conſ. 57. *n.* 27. *lib.* 4. *Menoch. conſ.* 54. *n.* 5.
lib. 1. *Cephal. conſ.* 361. *n.* 25. *lib.* 3. *Becc.*
conſ. 67. *n.* 32. *Surd. conſ.* 74. *n.* 14. *lib.* 1.
Durand. de art. teſtand. tit. de ſubſtitution.
caut. 35. *Iaſ. in l. de quibus. n.* 80. *ff. de legib.*

Additur, quod in caſibus, in quibus ex conſue-
tudine licitum eſt teſtari per relationem,
44 ſemper hoc debet intelligi, † dummodo res
illa, ad quā ſit relatio ſit indubitata, & adeo
certa, vt de ea non controuertatur, nam
quamuis ſit ſeruanda forma, tamen tanta
poteſt eſſe certitudo in actu, ad quem ſit re-
latio, vt videatur expreſſio nominatim fa-
cta, prout ita in ſpecie declarat *Couar. in*
c. cum tibi. n. 9. *verſ. ſatis tamen crederem*
eſſe. de teſtam. poſt Aret. in l. hæredes palam.
in princ. col. 2. *ff. eod. tit. Menoch. conſ.* 639.
n. 15. *lib.* 7. *Coſta de remed. ſubſidiar. re-*
45 *med.* 81. *n.* 4. † Et paſſim in huiuſmodi caſu,
quod debeat conſtare de identitate per cla-
ras probationes concludunt omnes in *l. ſi ita*
ſcripſero. vbi Bart. ff. de condit. & demon-
ſtrat. & in l. quem hæredis. ff. de reb. dub.
Alex. conſ. 76. *col.* 2. *n.* 5. *& ibi Addit. in*
verb. ſchedula. lib. 3. *Socin. conſ.* 142. *n.* 6.
lib. 1. *Pariſ. conſ.* 19. *n.* 26. *cum ſeq. lib.* 3.
Clar. in §. teſtamentum. q. 36. *in fin. & q.* 3.
46 *n.* 3. † vbi quod ſemper eſt probanda huiuſ-
modi identitas, ideo conſuluit, quod teſta-
tor faciat per Notarium à tergo ipſius ſche-
dulæ clauſæ apponi tempus, & nomina te-
ſtium, & rogatum, ne poſtea contingat dubi-
tari de identitate eiuſdē ſchedulæ *Maſcard.*
concluſ. 1353. *n.* 73. *in fin. p.* 3. *fol.* 296. *Coſta*
47 *d. remed.* 82. *n.* 4. † In caſu autem noſtro non
poteſt dici, quod conſtet de identitate, cum
non ſolum teſtes non ſubſcripſerint, vel ſi-
gnauerint ſcripturam, ad quam fuit facta re-
latio, vt opus erat *Coſta d. remed.* 82. *n.* 4.

Sed

Digitized by Google

ſed neque notarius à tergo eiuidem ſcriptu-
ræ adnotauerit traditionē ſibi de ea factam
cum declaratione mentis teſtatoris, prout
requirebatur, vt per *Clar. d.§.teſtamentum,
q.36. in fin. & q.3. n 3. Pariſ. conſ. 19. n.26.
cum ſeqq. lib.3. cum alijs ſupra allegatis*:

Neque obſtat, quod notarius poſt mortem te-
ſtatoris proferat teſtamentum adnotatum
in alia carta de traditione ſibi facta à teſta-
tore de quadam ſcriptura clauſa, & ſcripta
48 manu teſtatoris, † qui aſſeruit in ea ſuum
ſcripſiſſe teſtamentum, Quia dictum inſtru-
mentum quidem probat teſtatorem dediſſe
quandam ſcripturam notario, & alia feciſſe,
de quibus in inſtrumento coram ſeptem te-
ſtibus celebrato, ſed non probat identitatem
ſcripturæ, ad quam probandam ſoli notario
non eſt credendum, alias teſtes ſeruirent de
vento, cum ipſi neſciant, quæ nam ſit ſcri-
ptura, ad quam facta fuerit relatio, ſtante
quod ipſi eam non ſignificauerint, nec inte-
rius viderint, itaut eam poſſent agnoſcere,
& in materia teſtamenti non plus creditur
notario, quam vnico teſti *l. hac conſultiſſi-
ma. C. qui teſtam. fac. poſſ*.

Nec eſt aliquid tribuendum comparationi lit-
terarum, Quia ex ſola ſimplici compara-
49 tione non habetur certitudo ſcripturæ, † niſi
interueniant requiſita, de quibus per *Doctor.
in l. contractus. C. de fid. inſtrum.* cum alijs
per *Menoch. de arbitr. caſ.* 114. *per tot. fol.* 241.
vbi etiam, quod docet experientia hanc cō-
parationem litterarum eſſe multum pericu-
loſam, tanquam plures reperiantur, qui al-
50 terius manum ita fingunt, † vt illam ipſam
ſcripturam eſſe dicamus, vt refert *Marſil. in
rubr. C. de probat. n.* 318. *Zaſ. ſing. reſpon-
ſor. lib. 2. c.25. Franc. Marc. deciſ. 935. n. 1.
p. 2. Ludouic. deciſ. Peruſ. 7. n. 15. Surd. conſ.
187. n. 24. in fin.* Præſertim, quia ad hoc vt
iſtæ comparationes probēt non ſunt facien-
51 dæ † abſente Iudice per notarium *Natt. conſ.
632. n. 5. poſt Bald. in auth. ſed nouo iure
col. penult. verſ. ſed dubitauit tamen.* C. *ſi
cert. petat. Roland. conſ. 26. n. 25. lib. 1. Surd.
d. conſ. 187. n. 25. cum ſeqq. lib. 2.* vbi etiam,
quod duplex iuramentum requiritur, vnum
52 generale de calumnia, † alterum ſpeciale,
quod deficiat ſibi omnis probatio *Gloſ. in
l. comparationes. vbi Salic. col. 3. C. de fid.
inſtrum. Anchar. q. 36. n. 4. & q. 62. n. 9. lib. 2.
Corn. conſ. 169. col. 3. lib. 1. Roland. d. conſ. 26.
n. 25. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſ.* 114.
53 *n.* 54. † vbi etiam *n.* 28. quod periti, antequam
inſpiciant ſcripturas, debent iurare, quod
non facient comparationem lucri cauſa, nec
in alicuius gratiam, aut iniuriam *Purpur.
conſ. 581. n. 11. verſ. ſecundo etiam. lib. 2.*
54 vbi quod omnes † iſtæ ſolemnitates requi-
runtur pro forma, quamuis procederetur in
cauſa ſummariè cū ſimilibus clauſulis *Surd.
conſ. 187. n. 27. lib. 2.* Maximè, quia poſſibile
eſt, quod teſtator antea, vel poſtea ſcripſe-
rit ſcripturam, de qua agimus, quod tamen
non facit, vt ſit illa eadem, quæ fuit tradita
notario coram teſtibus teſtamentariis, & ſic
non eſt probata identitas, prout requiritur
55 ex ſupra allegatis *n.* 44. † & declarat *Rot. co-
ram R. P. D. Vbaldo Romana legati libra-
ria.* 10. *Maij* 1624. *poſt Ruin. conſ. 193. n. 9.
& 10 lib. 1. Rub. conſ. 14. n. 5. & 8. & conſ. 95.
n. 5. Cato. Sareb. inter conſilia vltim. volunt.
conſ. 122. col. 1. Gozad. conſ. 3. n. 11. & 12.
Menoch. conſ. 313. n. 45. lib. 4.*

Quod etiam agnitur ex lectura, & inſpectione
ipſius ſcripturę, in qua teſtator legauit vxori
prædium album cum viridario magno, cui
aſſerit confinare Albericum, qui tempore
conditi teſtamenti ad relationem, & ſcriptu-
ræ traditæ, vt prætenditur notario, non erat
in rerum natura, itaut non ſit veriſimile,
quod illius obitus à teſtatore ignoraretur,
tanquam eſſet perſona omnibus nota, quæ
magis debebat cognoſci per teſtatorem,
56 tanquam haberet agros ei cōfinantes, † itaut
ceſſante iſta veriſimilitudine minus ſit cre-
dendum præfatæ ſcripturæ, cum in probatio-
nibus multum veriſimilitudo attendatur, &
in omni materia magnā vim habeat *l. pecu-
lium autem. §. 1. ff. de pecul. l. ſi filius. cod. tit.
l. iulianus. §. præterea. ff. de act. empt.* cū alijs
latè adductis per *Tiraq. in l. ſi vnquam. in
præfat. n. 37. vſque ad 62. C. de reuoc. donat.*

Quod etiam indicant ſigilla, quibus dicta ſcri-
ptura erat clauſa, nam licet adſint inſignia
teſtatoris, potuerūt tamē illa facillimè adul-
terari, cum prætenſus hæres in eadem ſcri-
ptura inſtitutus vtatur ijſdem inſignijs, &
notarius in inſtrumento aſſerat eamdem
ſcripturam ſibi fuiſſe traditam à teſtatore
clauſam, & ſigillatam cum tribus ſigillis ha-
bentibus arma, ſeu inſignia familiæ Caſtel-
lanæ, & carta in qua erat clauſa dicta ſcri-
ptura fuerit decem locis clauſa, cum cera hi-
57 ſpana, † quod omninò non conuenit cum
narratione dicti inſtrumenti, licet in locis,
vbi eſt cera non adſint niſi tres ſigilli cum
armis, ſeu inſignijs teſtatoris, malè tamen
impreſſi, itaut ex iſtis minorem fidem faciat
dicta ſcriptura, cum tamē debeat eſſe indu-
bitata ex adductis *ſupr. verſ. additur. n.* 44.
& latè cōprobat *Menoch. conſ. 313. n. 45. lib. 4.*

Nec releuat clauſula codicillaris, Quia ſolum
operatur, quando adeſt defectus ſolemnita-
58 tis, † videlicet, ſi non interuenerit legitimus
numerus teſtium in conficiendo teſtamento
requiſitus, nam tunc faciet illum valere tan-
quam codicillum; ſecus autem ſi eſſet defe-
ctus in ſubſtantia, tunc enim nihil talis clau-
ſula operabitur *Bart. in l. 1. n. 8. in fin. ff. de
iur. codicillor. Dec. conſ. 394. n. 9. & conſ.
431. n. 5. Aim. conſ. 110. n. 5. Bero. conſ. 1.
n. 77. verſ. præterea non apparet. lib. 2. Me-
noch. conſ. 639. n. 26. lib. 4. Coſta de remed.
ſubſidiar. rem. 82. Fabr. in ſuo cod. Fabrian.
lib. 6. tit. 5. de teſtam. definit. n. 4. in fin.*

Cæ-

Cætera non indigent reſponſione, quia proce-
59 dunt in legatis, † & fideicommiſſis, quæ
etiam per cõiecturas poſſunt relinqui *l. eum
proponebatur. ff. de legat. 2. l. vnum ex fa-
milia. §. vlt. ff eod. tit. l. & in epiſtola. &
l. quamuis. C. de fideicommiſſ. Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 17. n. 6.*
60 & Iarius *lib. 8. tit. 1. n. 18. eum ſeq.* † vbi etiam
quod nutu validè relinquuntur, quãuis tunc
temporis non potuerit teſtator articulatè
loqui *Couar. in c. cum tibi. n. 3. de teſtam.*
Prout etiam eſt in inſtitutione hæredis par-
61 ticulari, quæ æquiparatur legatis *l. quoties.
C. de hæredib. inſtituend.* & in ſpecie ita
concludit *Guid. Pap. deciſ. 459. poſt med.
verſ. & eſt ratio. fol. 641.*

EPITOME.

MVlier pro aſſecuratione ſuę dotis quãdo poſſit agere, vt ſibi caueatur de reſtituendis bonis, in quibus habet hypothecam. ¶ Iudicium per patrem cæptum an tranſeat ad filium, quamuis non ſit eius hæres. ¶ In cauſa communi pluribus an poſſit vnus proſequi inſtãtiam iudicialem per aliũ cæptam. ¶ Filij an admittantur ad reuocandam alienationem bonorum maternorum per patrem factam nedum ipſo mortuo, ſed etiam eo viuente. ¶ Actio defendendi bona mariti, quæ datur vxori viuẽti pro intereſſe ſuæ dotis an poſt eius mortem continuetur in filios, itaut ad eos tranſeat inſtantia. ¶ Priuilegium fundi dotalis, quod habet mulier an ſit tranſmiſſibile ad hæredem. ¶ Reſtitutio vera an dicatur ſi mulier agit ad dotem ob vergentiam viri ad inopiam. ¶ Et an diuitiæ ſuperuenientes marito faciant, vt talis reſtitutio dotis reuocetur. ¶ Interdictum recuperandę poſſeſſionis quando concedatur in proceſſu iudiciali. ¶ Et quo caſu cõpetat hæredi, & contra hæredẽ. ¶ Prælatus quando validè agat nomine eccleſiæ, vt reſtituatur ad poſſeſſionem, qua fuit ſpoliatus ſuus anteceſſor, quamuis nunquam poſſederit. ¶ Vxor excommunicata an poſſit agere ad dotem ſi vir ad inopiam vergit. ¶ Et quando filij vtantur iure matris excommunicatæ agendo vtilibus actionibus ad propriam vtilitatem. ¶ Prædium reſtitutum mulieri pro aſſecuratione ſuæ dotis ob inopiam viri ſi fuerit euictum, vel pereat an loco illius aliud ſit eidem dandum. ¶ Iudex quando cogat patrem ad reſtituendam dotem filijs, ſeu ad illos alendum ex fructibus bonorum maternorum.

SVMMARIVM.

1 *Actio ſpolij non datur quando Iudex procedit praua citatione omniũ, qui erant citãdi.*

2 *Mulier pro aſſecuratione ſuæ dotis poteſt agere, vt ſibi caueatur de reſtituendis bonis ſibi hypothecatis.*

3 *Actio defendendi bona mariti pro intereſſe ſuæ dotis non ſolum datur mulieri viuenti, ſed etiam poſt eius mortem illa continuatur in filios, ad quos tranſit inſtantia. Contrarium n. 9. & 30. Declara, vt n. 10. 11 & 13.*

4 *Iudicium per patrem cæptum tranſit ad filium in his, quæ ad eum pertinent, quamuis non ſit hæres illius.*

5 *In cauſa communi pluribus poteſt vnus proſequi inſtantiam iudicialem per alium cæptam.*

6 *Filij admittuntur ad reuocationem alienationis bonorum maternorum per patrem factam ne dum ipſo mortuo, ſed etiam eo viuente.*

7 *Pater malè adminiſtrans bona reſtituenda filijs poſt ſuum obitum priuatur poſſeſſione illorum, quæ transfertur in filios ex quibus fructus, & alimenta patri præſtare tenentur.*

8 *Filius quando cogat patrem ad conſentiendum, vt agere poſſit.*

12 *Actio an detur pro quocumque intereſſe etiam apparente.*

14 *Defenſio fundi dotalis non ſolum permittitur mulieri, ſed etiam hæredi, qui in hoc habet idem priuilegium, quod habebat mulier. & n. 16.*

15 *Fundũ dotalis non poteſt alienari, nec pignorari.*

17 *Notoria iniuſtitia eſt neceſſaria ad hoc, vt intret ſpolium.*

18 *Notorium dicitur, quod nullam habet excuſationem, itaut nihil poſſit obijci.*

19 *Actio ſpolij datur hæredi, & contra hæredem. Declara, vt n. 20. & 21.*

22 *Prælatus poteſt agere, vt reſtituatur ad poſſeſſionem, qua fuit ſpoliatus ſuus anteceſſor, quamuis nunquam poſſederit, dummodo non experiatur nomine ſuo, ſed eccleſiæ. n. 23.*

24 *Vxor excommunicata an poſſit agere ad dotem ſi vir ad inopiam vergit, & quando filij vtantur iure matris excommunicatæ agendo vtilibus actionibus ad propriam vtilitatem. n. 25.*

26 *Reſtitutio vera an dicatur, ſi mulier agit ad dotem ob vergentiam viri ad inopiam. & n. 27.*

28 *Proceſſus inſtructus per mulierem in cauſa aſſecurationis dotis ob vergentiam viri ad inopiam, ſi moriatur maritus, poterit expediri in cauſa reſtitutionis dotis.*

29 *Prædium reſtitutum mulieri pro aſſecuratione ſuæ dotis ob inopiam viri, ſi fuerit euictum, vel pereat, an ſit aliud dandum eius loco vxori.*

31 *Iudex quo caſu cogat patrẽ ad reſtituendum dotem filijs, ſeu ad illos alendum ex fructibus bonorum maternorum.*

32 *Diuitiæ ſuperuenientes quando faciant, vt poſſit reuocari reſtitutio dotis facta vxori ob vergentiam viri ad inopiam. n. 33. 34. & 35.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT DCCCCLXXIV.

NOn potuit agi prætenſo ſpolio, cum
fuerit conceſſa immiſſio ſernatis ſer-
1 uandis, † & præuia citatione omnium, qui
erant citandi, adeo vt non poſſit dici, quod
Iudex proceſſerit, vt priuatus, & quod ex hoc
intret aliquod ſpolium, tanquam dicatur
adhibuiſſe cauſæ cognitionem, quæ opera-
tur, vt non obſtet talis exceptio, neque
competat aliqua reſtitutio *Aim. conſ. 302.*
n. 3. & 4. Felin. in c. dilectus filius. 27. n. 1.
verſ. fallit primo. & col. 2. verſ. fallit tertio.
de reſcript. cum alijs adductis *ſupr. c. 524.*
n. 25. & 26. vbi quod in iſtis ſpoliationibus
nō extraiudicialibus requiritur probatio in-
iuſtitiæ ſpoliationis propter præſumptionem
quam habet actus iudicialis iuxta *conſ. Ge-*
min. 136. alias 146. col. 1. ad med. Dec. conſ.
449. viſis duobus. n. 30. Cardin. Seraphin.
deciſ. 867. n. 1.

De huiuſmodi autem notoria iniuſtitia non
conſtat, quia in caſu noſtro fuit actum per
2 mulierem pro aſſecuratione dotis, † ad effe-
ctum, vt ſibi caueatur de reſtituendis bonis
ſibi hypothecatis in euentum reſtitutionis
dotis, quod permittitur mulieri, vt per
Neguſ. de pignorib. p. 1. membr. 5. n. 30. ad
med. iuxta diſpoſitionem *l. grege. §. fin. ff. de*
pignorib. tunc enim huiuſmodi priuilegium
non dicitur perſonale, ſed reale, tanquam
agatur ſuper aſſecuratione dotis in caſu, in
3 quo eſſet locus illius reſtitutionis, † & per
conſequens non ſolum mulieri datur iſta
actio defendendi bona mariti pro intereſſe
ſuæ dotis, ſed etiam ipſa mortua eadem
actio continuabitur in filios, quibus com-
petit talis defenſio, ne bona materna, & do-
talia diſſipentur, adeo vt propter tale in-
tereſſe, & propter actionem realem non ſit
perempta inſtantia, ſed tranſeat in filium
Mohed. decis. 1. de iudic. Peregr. de fidei-
commiſſ. art. 53. n. 25. Rot. coram R.P.D. Bu-
ratto Cluſina poſtæ Puteoli. 18. Iunij 1618.
verſ. ſecundo non procedere. Pariſ. conſ. 108.
n. 2. lib. 1. Socin. Iun. conſ. 34. n. 13. lib. 3.
iuxta doctrinam *Bart. in l. lucius. §. roga-*
tus. ff. ad trebellian.

Maximè, quia dos pertinet ad filium, vnde in
4 his, quæ ad eum tranſeunt, vt ad filium, † in-
ſtantia per parentes cæpta tranſit ad filium
etiam quod non eſſet hæres *l. ſi operarum. &*
ibi Gloſ. in verb. dandam. ff. de oper. libert.
Caſtr. in l. ſi eum hominem. n. 2. verſ. &
è contra. ff. de fideiuſſorib. & in l. tam ex con-
tractu. in fin. ff. de iudic. Dec. in c. quia
vero. n. 20. & 21. eod. tit. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 53. n. 26. Rot. in d. Cluſina poſtæ
puteoli, verſ. tertio locum non habere. Aſin. in
prax. §. 2. c. 13. n. 1. verſ. verum idem quoque.
Bald. Nouell. de dot. p. 9. priuil. 10. fol. 48.

Immo quando actio eſt communis pluribus, po-
teſt vnus proſequi iudicialem inſtantiam
5 per alium cæptam † *l. 1. §. & hoc ex rei. C. de*
rei vxor. action. l. ſed ſi vnius. §. filiofami-
lias. verſ. ſed & ſi pater lite conteſtata. ff. de
iniur. & famoſ. libell. Peregr. de fideicōmiſſ.
art. 53. n. 24. in fin. Et paſſim admittuntur
filij ad defenſionem bonorum maternorum,
immo ad reuocationem alienationis factæ
per patrem de iſtis bonis, nē dum ipſo mor-
6 tuo, ſed etiam eo viuente, † vt concludit
Valaſc. conſultat. 69. n. 16. Ludouic. decis.
Peruſ. 13. n. 15. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 74. C. de
bon. matern. Menoch. conſ. 279. n. 34. lib. 3.
& latius *Idem Menoch.* qui omnibus con-
trarijs reſpondet *conſ. 626. n. 30. vſque ad 61.*
lib. 7. vbi etiam *n. 57.* quod quando pater
7 malè adminiſtrat bona, † quæ poſt mortem
ſuam tenetur reſtituere filijs, poſſeſſio ipſo-
rum bonorum aufertur ab eo, & transfertur
in ipſos filios, qui deinde fructus, & alimenta
patri præſtant *Boer. q. 61. n. 17. in fin. Socin.*
conſ. 34. q. 6. lib. 1. Itaut in talibus caſibus
8 pater poſſit cogi per filium conſentire, † vt
valeat agere, quamuis iurauerit non contra-
uenire *Bald. in l. fin. §. in computatione. n. 7.*
C. de iur. deliber. Valaſc. conſultat. 69. n. 16.

Non obſtat, quod diſpoſitio legis dantis repe-
titionem dotis propter vergentiam viri ad
inopiam prouideat ſolum mulieri conſtante
matrimonio, quo diſſoluto per mortem mu-
lieris non poſſunt filij tale remedium inten-
9 tare, † cum ſit perſonale, quod extinguitur
per mortem vxoris, & per conſequens fini-
tur inſtantia, & actio eſt extincta per eius
obitum, vt in ſpecie latè concludit *Anchar.*
q. 22. per tot. Alber. in l. poſt finitam. ad med.
ff. de ſuſpect. tut. Campeg. de dot. q. 43. p. 3.
Quia prædicta procedunt, quando mulier
petijſſet dotem ob vergentiam viri ad ino-
piam, vt ſe & familiam aleret iuxta *l. vbi*
10 *adhuc. C. de iur. dot.* † tunc enim ſi filij ha-
bent vnde ſe alant, & mater decedat penden-
te tali iudicio, euaneſcit actio, & non tranſit
inſtantia in filios, quia illud erat priuilegium
perſonale datum mulieri, quod finitur ex-
tincta illius perſona, prout declarat *Idem*
Anchar. d. q. 22. n. 10. Aliud eſt in caſu no-
ſtro, in quo fuit actum per mulierem ſuper
aſſecuratione dotis ad effectum, vt ſibi ca-
ueatur in caſu dotis reſtituendæ, vt ſupra
dictum eſt, nam tunc ſumus in actione reali,
11 quæ competit etiam filijs † propter eorum
intereſſe, ob quod poſſunt etiam reuocare
alienata per patrem ex ſupra allegatis *n. 6.*
& conſequenter non dicitur finita inſtantia,
ſed tam actiuè, quàm paſſiuè tranſit, vt per
Socin. Iun. Peregrin. Rot. & alios ſuperius
12 *adductos. n. 4.* † Et quomodocumque intereſſe
poſſit conſtare, datur actio *Bald. in l. ſi de-*
functus. in princ. verſ. ſed contra hæc oppono.
C. de ſuis & legitim. Abb. in c. veniens. il 2.
n. 9. de teſtib. vbi quod ſufficiet intereſſe ap-
parens *Curt. ad Alex. in l. ille à quo. §. ſi de*
teſtamento. n. 3. ff. ad trebell.

Immo

Immo cum filij in caſu noſtro non habeant vn-
de ſe alant, tunc non finitur actio intentata
per matrem pro repetitione dotis ob vergen-
tiam viri ad inopiam, nam etiam poſt eius
mortem pendente tali iudicio & lite, durat
inſtantia ad fauorem filiorum, qui habent
ius etiam viuente matre in rebus dotalibus,
13 ſaltem † vt ex eis debeant ali, ita in ſpecie
notat *Io. Fab. inſtit. quib. alienar. licet vel
non. in princ. n. 9.* quem etiam approbat
Ancbar. d. q. 22. n. 11. vſque ad 14. vbi licet
contra eum teneat, quando filij haberent
aliunde alimenta, Tamen in caſu, in quo non
poſſent aliter ali, ipſe etiam admittit talem
opinionem, quam etiam ita intellectam ap-
probat *Alciat. per Ancbar.* citatus in *c. cum
contingat. de iureiur.* quidquid aliud contra
Fabr. teneat *Imol. in l. cum vir. 42. col. 9. ad
med. ff. de vſucapion.*

Accedat, quod ſumus in fundo dotali, cuius
14 defenſio non ſolum permittitur mulieri, † ſed
etiam hæredi, qui in hoc habet idem priui-
gium quod habebat mulier *l. dotale prædiũ.
13. poſt princ. verſ. hæredi quoque. vbi Gloſ.
in verb. præſtaretur. ff. de fund. dotal.* quid-
quid alias priuilegium dotis hæredi non de-
tur *l. 1. C. de priuileg. dot.* Ideo neque pro
15 debito viri, † & vxoris poteſt fieri immiſſio in
fundo dotali, nec pro debito vtriuſque ſi-
mul, cum fundus dotalis non poſſit alie-
nari, nec pignorari, vt notat *Bald. in l. 2. in
fin. C. ne vxor pro marit. per tex. in l. ſi præ-
dium. C. de iur. dot. Neguſ. de pignorib. p. 5.
16 membr. 1. n. 34.* † vbi quod iſte eſt caſus ſpe-
cialis, in quo licet vxori etiam conſtante
matrimonio defendere fundum dotalem
Bald. Nouell. de dot. p. 7. priuileg. 18.

Ex prædictis patet non poſſe dici, quod conſtet
17 de notoria iniuſtitia, † quæ eſt neceſſaria ad
effectum, vt intret ſpolium *Aim. conſ. 65. n. 4.
poſt med. & conſ. 302. n. 3. cum alijs ſupra
allegatis.* Cum notorium ſit illud, quod nul-
lam habet excuſationem, & quod ex euiden-
tia rei patet, itaut nihil poſſit obijci, &
18 quod nullo modo poſſit velari, † cum alias ſi
patiatur aliquam difficultatem facti, ſeu iu-
ris, non diceretur notorium *Surd. conſ. 188.
n. 13. & 14. lib. 2. poſt Abb. in c. olim. de
verb. ſignific. Contard. in l. vnic. limit. 3.
n. 38. C. ſi de moment. poſſeſſ. Imol. Franc. &
Dec. in c. cum ſpeciali. §. porro. de appellat.
Card. in c. cum ſit romana. n. 3. eod. tit.*

Quibus additur, quod per hæredes aduerſarios
non poterat agi prætenſo ſpolio, quamuis
19 enim talis actio detur hæredi, † & contra
hæredem *Creſcent. deciſ. 3. alias 84. de reſtit.
ſpoliator. Menoch. de recuper. poſſeſſ. rem. 1.
q. 14. n. 157.* Tamen debet conſtare, quod
defunctus in vita fuit ſpoliatus, hoc enim
non probato, ius recuperandi poſſeſſionem
non eſſet formatum in perſona defuncti,
20 vnde non eſſet tranſmiſſibile † ad hæredem,
ſed deberet agi interdicto adipiſcendæ poſ-
ſeſſionis *Corn. conſ. 329. col. 7. lib. 1. Cagnol.
in l. hæredem. n. 17. de regul. iur. Gabr. de
reſtit. ſpoliator. concluſ. 5. n. 20. verſ. declara
vt hoc procedat. Benintend. deciſ. 12. n. 3. verſ.
& præmiſſa ſanè ſunt intelligenda. Alex.
conſ. 40. lib. 3. & in l. cum hæredes. de acquir.
poſſeſſ. Affl. ſuper conſtit. regn. rubr. 25. incip.
21 circa violentiarum. col. 2. n. 3. & 4. lib. 1.* † vbi
quod ad hoc, vt competat ſpolium hæredi
opus eſt, vt defunctus fuerit ſpoliatus, & non
poſſideat tempore mortis, nam alias ſi de-
functus poſſidebat tempore mortis, & ſta-
tutum vellet, quod poſſeſſio defuncti conti-
nuetur in hæredem, & eo tempore alius in-
trauit poſſeſſionem ipſam, quam defunctus
poſſidebat, tunc hæredi non competit hoc
interdictum recuperandæ poſſeſſionis *Bald.
in auth. defuncto. col. 3. C. ad tertullian. Ra-
phael Cuman. in l. pomponius. §. quæſitum.
ff. de acquir. poſſeſſ.*

Contraria autem procedunt in Prælato, qui vult
agere nomine Eccleſiæ, vt reſtituatur ad poſ-
22 ſeſſionem, † qua fuerat ſpoliatus ſuus ante-
ceſſor, quamuis enim ſucceſſor nunquam
poſſederit, tamen eccleſia eſt illa, quæ poſ-
ſedit, non autem prælatus, qui non poſſidet,
ſed retinet tanquam diſpenſator, & admini-
ſtrator, ideo quocumque tempore tales poſ-
ſunt nomine eccleſiæ experiri interdicto re-
cuperandæ *Innoc. in c. cum ſuper. col. 1.* vbi
latè *Bellamer. n. 7. & 8. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 1.
*n. 411. poſt princ. verſ. rurſus eſt quod hic
23 animaduertamus. fol. 316.* † vbi tamen decla-
rat dummodo Prælatus experiatur nomine
eccleſiæ, nam ſi proprio nomine experiretur
nullum eſſet ei dandum interdictum, cum
nunquam poſſederit, nec ante appræhenſio-
nem de iure communi in eum continuatur
poſſeſſio *l. cum hæredes. in princ. ff. de ac-
quir. poſſeſſ.*

In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod
quamuis excommunicatus non admittatur
ad agendum *c. intelleximus. de iudic. c. cum
inter. de except.* Nihilominus mulier excom-
municata poterit agere ad dotem, quãdo vir
24 ad inopiam vergit, † dummodo periculum
ſit in mora, & non poſſit prius procurare
abſolutionem, & dummodo agat per procu-
ratorem *Surd. de alim. priuil. 83. n. 8. 9. 10.
& 20. iuxta Gloſ. in c. paſtoralis. §. verum.
in fin. de appellat. Præpoſ. in c. præter hæc.
n. 32. diſtinct. 9. Felin. in c. apoſtolicæ. col. 5.
de exception. Franc. Marc. deciſ. 881. n. 28.
& 29. p. 2. Couar. lib. 3. var. reſolut. c. 15.
verſ. duodecimo hinc etiam. n. 8.* In caſibus
tamen in quibus mulier excommunicata non
poſſet agere ad dictam reſtitutionem, ſeu
aſſecurationem, poterunt agere filij, qui licet
25 vtantur iure matris, † tamen agunt vtilibus
actionibus ad propriam vtilitatem iuxta
opinionem *Bart. in l. ſi conſtante. n. 64. &
ibi Nouell. n. 62. ff. ſolut. matrim.* quæ tamen
non

Digitized by Google

non approbatur per *Crot. ibid.n.86.& Imol.*
col.5.in fin. & de eius veritate *Surd de alim.*
priuileg.83.n.18. Lup. in c.per veſtras.§.27.
n.13. de donat. int. vir. & vxor.

Quando autẽ mulier agit ad dotem ob vergentiã
viri ad inopiã an ſimus in vera reſtitutione,
26 licet multi teneant opinionẽ affirmatiuã,† vt
per *Burſat.conſ.120.n.35.Rom.conſ.392.n.2.*
vbi Mandoſ.in verb.reſtitutionem Theſaur.
q.65.n.9.Imol.conſ.100.Viu. decis.558.n.11.
& 15. Dec. conſ.45. quod ſupra maturè.n.2.
Nihilominus contraria opinio negatiua eſt
27 magis approbata, † quòd non ſit vera reſti-
tutio, ſed quædam aſſecuratio, vt ſe, & ma-
ritum ac liberos alat *l. mutus. §. manente.*
ff. de iur. dot. Bart. in l. ſi quis ſtipuletur.
*ff.ſolut.matrim. Menoch.*qui de magis com-
muni *conſ. 1124. n. 25. & 26. lib. 12. Gail.*
obſeruat. 83. n.17. lib.2. & obſeruat.92.n.7.
& 9. eod. lib. Card. *Mantic.de tacit.& am-*
big. conuentionib. lib. 11. tit.30. n.10. & ita
etiam ſeruat *Rot.per Put.decis.356.n.2.lib.3.*
& in omni tribunali ita ſeruari teſtatur latè
Giurb. decis. 16. n. 2. Franc. decis.54. & de-
cis.617.per tot.Hering.de fideiuſſor.c.6.n.193.

Quare cum non ſit vera reſtitutio, ſed aſſecu-
28 ratio, dicunt Doctores, † quod ſi fuerit in-
ſtructus proceſſus per mulierẽ in cauſa talis
aſſecurationis ob vergentiam viri ad inopiã,
ſi moriatur maritus, poterit talis proceſſus
expediri in cauſa reſtitutionis dotis *Bart.in*
l.poſt finitam.ff.de ſuſpect.tut Ann.ſing.597.
Maſul. ad Capic. decis. 46. n. 4. poſt med.
verſ. & ſi proceſſus. Giurb. decis.16. n.5. ad
29 *fin.* † vbi etiam quod ſi prædium ſit reſtitu-
tum, & ſine culpa vxoris fuerit euictum, vel
pereat, iterum vxor deberet aſſecurari *Ang.*
in l. noxalis. §. eſt autem. ff. de pecul. Crot.
in l. ſi conſtante. n.219. ff. ſolut. matrim.

Addendum eſt etiam, quod *Io. Andr. in addit,*
ad Specul. de dot. poſt diuort. reſtit. in fin.
30 prius tenet, † quod filij poſſunt proſequi iu-
dicium matris, quæ obijt lite pendente ſu-
per reſtitutione dotis ob vergentiam viri ad
inopiam, poſtea arguit in contrarium, quæ
omnia refert *Lup. in c. per veſtras. §. 27.*
n. 19. vſque ad 21.de donat.int.vir.& vxor.
fol.262. Maximè, quia filij contra patrem
non poſſunt litem mouere *l. lis nulla. ff. de*
31 *iudic.* Verũ quidquid ſit de prædictis,† con-
ſuletur filijs, vt Iudex cogat patrem, vt do-
tem filijs reſtituat, ſeruato patri vſufructu,
vel quod pecunia ſequeſtretur apud merca-
torem, vel res aliqua loco pecuniæ aſſigne-
tur, vt vſusfructus nihilominus ſit patris,
niſi fortè filij egerent, & non haberent aliun-
de, vbi ſe poſſent alere, quia tunc debet eis
prouideri de alimentis, quæ tenetur præſtare
pater filijs de proprio, vnde multò magis de
vſufructu bonorum maternorum, vt prædi-
cta omnia latè comprobat *Lup. in c. per ve-*
ſtras. §.27. n. 20. & 21. de donation.int.vir.
& vxor. & dicam infra Deo dante in capite
particulari, vbi multæ diſtinctiones in hu-
iuſmodi materia adducentur.

Obſeruandum eſt etiam, quod reſtitutio dotis
facta propter vergentiam viri ad inopiam
32 non reuocatur, † quamuis eidem viro diui-
tiæ ſuperuenirent *Bald. in l.vbi adhuc. n.26.*
C.de iur.dot. Io. Andr. in c.per veſtras.col.2.
& ibi Card. col. penult. verſ. ſed quæro poſt
hanc. Butr. col. 2. oppoſ. 2. ad fin. de donat.
int. vir. & vxor. Alber. in l. ſi conſtante.
ad med. verſ. item quærit ſi dote exacta.
Imol. col.vlt. q.9. Alex. col. fin. ff. ſolut. ma-
trimon. Bart. in l. pluribus quæ eſt penult.
§. & ſi placeat. col. 2. verſ. induco ad quæ-
ſtionem. & ibi Caſtr. col.1. verſ. ſed oppono
contra regulam. ff. de verb. obligat. Idem
Caſtr. in l. ſciendum. §. vlt. in fin. ff. qui
ſatiſd.cogant.Campeg.de dot.q.47.p.3.Socin.
conſ. 60. col. 3. verſ. præterea ad quid. lib.1.
Marſil in l. ſi redhibitus.col.2.verſ. & fa-
cit. ff. de quæſtion.

Et quamuis aliqui contrarium teneant, de qui-
bus per *Tiraq. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 14.*
33 *n. 4.* † Tamen verior eſt opinio ſuperius fir-
mata, prout alias dixi in caſu occurrenti, in
quo magis illa erat admittenda, quia poſt-
quam maritus fuit conuentus per vxorem
ad reſtitutionem dotis propter illius inopiã,
iam erat finitum iudicium, quando ſuperue-
nerunt eidem marito diuitiæ, & facta exe-
cutio, & dos mulieri aſſignata, ideo non de-
bebat ceſſare talis reſtitutio, ſeu aſſignatio,
nam contraria procedunt, quando pendente
34 iudicio maritus deſijſſet eſſe pauper, † tunc
enim æquius eſſet, vt ceſſaret tale iudicium
ceſſante cauſa illius, prout in ſpecie ita di-
ſtinguit *Capoll. in l. actioni. n.9. ff. de edilit.*
edict. quem ſequitur *Tiraq. ceſſ. cauſ. limit.*
14. n.8. fol.145. Maximè, quia in hac mate-
ria non ſatis eſt, quod maritus ſit factus di-
ues, ſed etiam requiritur diſcretio in diui-
tijs conſeruandis, ideo non ſufficit, quod ca-
ſus ſuperueniens tendens ad eumdem effe-
ctum cum actu geſto tollat quod geſtum
35 eſt, † cum hoc non procedat ſtante intereſſe
mulieris iuxta *l. ſi fideiuſſor. §.1. ff. qui ſa-*
tiſd. cogant. l. 1. §. 2. ff. de curator. furioſ.
Aret. in l. pluribus. §. & ſi placeat. col. 2.
verſ. vel ſi vis dicere. ff.de verb. obligat.Ti-
raquel. d. limit.14. in fin. & ita etiam, quod
dictum eſt de diſcretione viri notat *Henric.*
Boich. in c. per veſtras.in fin.vbi Lup.§.25.
incip. ampliabis quarto. in fin. de donat. int.
vir. & vxor.

E P I T O M E.

SOlemnitates iuris communis, ſeu ſtatuti an ſint ſeruandæ per minorem donantem bona ſua extraneo propter ingreſſum religionis. ¶ Et quando illo deficiente donatio ſit reuocanda. ¶ Et an illa æquiparetur donationi cauſa mortis. ¶ Et an in ea requira-

tur

tur inſinuatio. ¶ Et quid ſtante ſtatuto de donationibus inſinuandis. ¶ Volens ingredi religionem an habeat licentiam ſuis vti quo voluerit modo. ¶ Et quomodo iſta verba intelligantur. ¶ Dictio liberè quando inducat facultatem faciendi actũ abſque alicuius requiſitione. ¶ Statuta requirẽtia decretum Iudicis in contractibus minorum an ſint fauorabilia, ſeu odioſa. ¶ Dominium rerum donatarum ob cauſam mortis an ipſo iure transeat in donantem, ſi donatio reuocetur cum repetitione fructuum, tam pendentium, quàm perceptorum. ¶ Decretum Iudicis quando conualidet donationẽ minoris etiam ſi illum habilitaret pro legitima perſona. ¶ Minor habens curatorem an poſſit donare cauſa mortis ſine illius auctoritate. ¶ Teſtamentum factum per volentem ingredi monaſterium an valeat ſine ſolemnitatibus iuris: ¶ In donatione ob cauſam facta per minores quando requirantur ſolemnitates ſtatuti, ſeu iuris communis. ¶ Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *c.*16. an procedat ſolum in renunciatione facta ab ingreſſo monaſterium tempore nouitiatus, vel etiam quando eſt in ſæculo. ¶ Præiudicium aliquod an conſideretur in minore donante abſque ſolemnitatibus propter ingreſſum religionis.

SVMMARIVM.

1 *Minor donans bona ſua extraneo propter ingreſſum religionis an teneatur ſeruare ſolemnitates iuris communis, ſeu ſtatuti. n.* 30. 32. *&* 44.

2 *Alienatio bonorum prohibetur minori.*

3 *Excipiens à regula tenetur probare ſpecialiter exceptionem propoſitam.*

4 *Volens ingredi religionem habet licentiam ſuis vti quo voluerit modo. n.* 42. *Et quomodo iſta verba intelligantur. n.*5.

6 *Teſtamentum factum per volentem ingredi monaſterium an valeat ſine ſolemnitatibus iuris. n.* 7. 23. *&* 24.

8 *Princeps non præſumitur voluiſſe euertere formam iuris requiſitam in teſtamentis.*

9 *Præiudicium aliquod an poſſit conſiderari in minore donante abſque ſolemnitatibus propter ingreſſum religionis. & n.*11.

10 *Donatio facta per ingredientem religionem nullum ſortitur effectũ, ſi deficit ingreſſus.*

12 *Decretum Iudicis facit ceſſare omnem fraudem, & dolum.*

13 *Priuilegium non poteſt dici, quod minor poſſit diſponere de bonis ſuis ſine ſolemnitatibus iuris.*

14 *Statuta requirentia decretum Iudicis in contractibus minorum ſunt fauorabilia, non autem odioſa.*

15 *Donatio facta per minores volentes ingredi monaſterium an æquiparetur donationi cauſa mortis, & an poſſit reuocari, ſicut*

Stephani Gratiani

reuocatur donatio cauſa mortis. n. 16. 19. 33. 35. *&* 36.

17 *Dominium rerum donatarum ob cauſam mortis ipſo iure tranſit in donantem, ſi donatio reuocetur cum repetitione fructuum tam pendentium, quàm perceptorum. n.*18.

20 *Minor an poſſit donare cauſa mortis abſque ſolemnitatibus ſtatuti, quamuis illud loqueretur de contractibus. n.* 21. *&* 27.

22 *Verba liberè inducunt licentiam faciendi actum abſque auctoritate ſuperioris, & ſine iuris ſolemnitate. & n.*43. *Declara, vt n.*25.

26 *Donatio facta per minorem contemplatione religionis an valeat tanquam ob cauſam nuptiarum ſpiritualium. n.* 41.

28 *Decretum Iudicis, & auctoritas curatoris non conualidat donationem minoris. Amplia, quamuis ille per ſtatutum habilitaretur pro legitima perſona. n.* 29.

31 *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 25. c.16. *loquitur tantum de renunciatione facta ab ingreſſo monaſterium tempore nouitiatus, non autem quando eſt in ſæculo.*

34 *Ingreſſus religionis dicitur mors ciuilis, quæ naturali æquiparatur.*

37 *Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis.*

38 *Statutum loquens de donationibus inſinuandis non comprahendit donationem cauſa mortis. n.* 39.

40 *Minor habens curatorem poterit ſine illius auctoritate donare cauſa mortis. Contrarium. n.* 45.

CAPVT DCCCCLXXV.

DOnatio, de qua agimus, fuit facta per Excellentiſſimum Principem, licet minorem, tamen contemplatione ingreſſus in religionem Hieroſolymitanam, & cauſa profeſſionis in ea emittendæ, Vnde videbatur
1 prima facie dicendum, † quod non poſſit dici de eius inualiditate, quamuis non interuenerint conſanguinei, cum decreto, & alijs ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum, ſeu ius commune, etenim iſta cauſa ingreſſus religionis habet vim decreti, & aliarum ſolemnitatum, cum plura priuilegia concedantur pro huiuſmodi ingreſſu, vt diuinus cultus augeatur, quare etiam valebit donatio per eum facta abſque ſolemnitatibus tanquam priuilegiata, præſertim, quia cum minor donat priuato intuitu ingreſſus, non læditur, neque in aliquo poteſt decipi, tanquam poſt ingreſſum non egeat bonis temporalibus, ita in ſpecie per prædictas, & alias ſimiles rationes concludit *Bero. in c. in præſentia. n.*155. *&* 156. *de probation.*

Verum huiuſmodi opinio non eſt tuta, quia minoribus eſt prohibita alienatio ſuorum
2 bonorum † abſque ſolemnitatibus *l.* 1. *& l. magis. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. l. ſi ad reſoluendam. cum ſeq.* C. *de præd. & alijs reb.*

minor. l. 1. in princip. & in fin. ff. de minorib. Vnde niſi doceatur in ſpecie de derogatione iſtius prohibitionis, ralis alienatio non erit admittenda, cnm excipienti à re-
3 gula † incumbat onus probandi ſpecialiter talem exceptionem *Bart. in l. quoties. ff. ſi quis caution. Iaſ. in l. fin. col. 3. C. de teſtam. Dec. in l. iubere cauere. n. 7. ff. de iuriſd. omn. iudic. Roman. conſ. 123. n. 4. Aim. conſ. 168. n. 8. Surd. conſ. 339. n. 6. lib. 3. Curt. Sen. conſ. 73. n. 2.*

Neque obſtat, quod qui in monaſterium voluerit introire, antequam illud ingrediatur,
4 habet licentiã ſuis vti, † quo voluerit modo *§. ſi quis autem fortè. verſ. illud quoque decernimus. auth. de monach.* Quia iſta verba quo voluerit modo ſunt intelligenda de illis modis, quibus iura permittunt rerum ſuarum alienationem, & quatenus diſponat ſe-
5 cundum ordinem iuris, † adeo vt non ſit dicendum, quod ſolemnitates per leges requiſitæ relaxentur, ita in ſpecie illum *tex.* declarat *Dec. in c. in præſentia. col. 33. in princ. verſ. hoc patet quia illa verba profe-runt. n. 60. de probation.*

Minus obſtat, quod volens ingredi religionem
6 poſſit facere teſtamentum † etiam nõ ſeruata iuris ſolemnitate *Abb. in d. c. in præſentia. n. 49. vbi Pariſ. n. 146. vſque ad 152. de probat.* Quia omiſſo, quod contrarium ſequitur *Dec. ibid. n. 60.* cum alijs per eum relatis, & per *Doctor. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.* Reſpondetur, quod tunc conceditur teſtari abſque ſolemnitatibus, quando talis facultas teſtandi eſſet data habili, ſecus autem quando illa concederetur
7 inhabili, † nam tunc non cenſeretur per eam remiſſa ſolemnitas, vt declarat *Idem Pariſ. in d. c. in præſentia. n. 150.* iuxta *l. ſi quando. 35. C. de inoffic. teſtam. & l. fin. C. eod. tit.* vbi datur licentia teſtandi de quaſi caſtrenſi, ſeruata tamen forma iuris, quæ erit ſeruanda ne tota obſeruantia teſtamentorum multis
8 vigilijs excogitata, † & inuenta euertatur, quod non eſt credendum Principem voluiſſe, qui iura tuetur *d. l. ſi quando. vbi Gloſ. in verb. conceditur. & in verb. teſtamenti. C. de inoff. teſtam. & in c. cauſam quæ. in verb. inſerenda. de reſcript. Roman. conſ. 350. n. 24.*

Nec facit, quod nullum poteſt conſiderari præiudicium ex huiuſmodi donatione facta per
9 minorem abſque ſolemnitatibus, † cum poſt ingreſſum nulla bona eſſet habiturus *c. fin. de condit. appoſ. c. cum ad monaſterium. de ſtat. monachor.* ſi autem non ingreditur donatio nullum ſortitur effectum, tanquam
10 deficiat cauſa, † ob quam fuit donatum *Gloſ. in c. quod à te. 3. in verb. redire. poſt princ. de cleric. coniugat.* iuxta *c. nuper. de dot. poſt diuort. reſtituend. l. vnic. §. cum*
11 *autem. C. de rei vxor. action.* † Quia immo poteſt læſio contingere, cum à die ingreſſus vſque ad tempus profeſſionis detur mutatio voluntatis eorum, de quibus forſan abſque conſilio alicuius diſpoſuit, & in fauorem, & commodum eorum, quibus non erat condecens donare, in quo etiam conſiſtit læſio, quod non eſt, quando interuenerunt ſolemnitates cum decreto Iudicis, nam pro illius rectitudine præſumitur, itaut non ſit credendum, quod minor malè diſpoſuerit de rebus ſuis, prout poſſet contingere, quando ſua ſponte talem diſpoſitionẽ fecit, tanquam nulla cauſæ cognitio interuenerit, ideo non eſt æquum, vt obligetur, prout obligatur
12 præuio decreto Iudicis, † quod facit ceſſare omnem fraudem, & dolum, & omnem ſiniſtram ſuſpicionem, & quod adſit vtilitas ipſius minoris *l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. Bald. in c. 1. in princ. col. 2. n. 7. qui feud. dar. poſſ. & in c. ſicut. ad fin. de re iudic. Dec. conſ. 124. placet mihi & omnibus. n. 7. & conſ. 341. n. 12. Sim de Pret. conſ. 109. n. 17. Menoch. conſ. 287. n. 56. lib. 3.*

Nec ſubſiſtit, quod volens ingredi religionem eſt in multis priuilegiatus, vnde etiam dicendum eſt, quod debeat habere hoc priuilegium diſponendi liberè de rebus ſuis abſ-
13 que aliqua ſolemnitate, & decreto, † Quia non poteſt dici priuilegium, quod minor non firmus ætate, & iudicio donet bona ſua ſine alicuius interuentu, cum immo mandetur per ius commune, & ſtatuta, vt ad eius commodum, & fauorem ſolemnitates interponantur, tanquam ob imperfectionem, & inualiditatem conſilij non poſſit ipſe diſcernere, quid facturus ſit *Bald. in l. 2. n. 28. C. de reſcind. vendit. Ang. conſ. 191. n. 1. Tiraq.*
14 *de legib. connubial. gloſ. 8. n. 214.* † vbi propterea concludit huiuſmodi ſtatuta requirẽtia decretum Iudicis, & alias ſolemnitates in contractibus minorum eſſe fauorabilia, & facta ob priuilegium illorum, non autem odioſa, quidquid alij malè contrarium ſentiant, quod prius voluit *Bart. in l. qui exceptionem. n. 4. ff. de condict. indeb. Alex. conſ. 107. col. 2. lib. 6. Socin. conſ. 77. col. penult. Creſcent. deciſ. 3. n. 7. de conſtitut.* & de communi *Lamberteng. de contract. cor. in præfat. n. 4. Ruin. conſ. 52. n. 6. in fin. lib. 1. Iaſ. in l. more. col. 4. ff. de acquir. hæredit.*

Nec aduerſatur, quod donatio facta per minores volentes ingredi monaſterium æquipa-
15 paretur donationi cauſa mortis, † in qua non requiritur aliquod decretum, aut ſolemnitas *Bald. conſ. 169. per tot. lib. 4. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 5. n. 66.* Quia iſta æquiparatio ſolum procedit reſpectu confirmationis, ſicut enim donatio cauſa mortis confirmatur morte naturali, ita etiam donatio ob ingreſſum religionis confirmabitur morte ciuili, in reliquis autem iſtæ donationes multum inter ſe differunt, cum donatio cauſa mortis quandocumque ante
16 mortem poſſit reuocari, tàm expreſsè, † quàm tacitè per alienationem rei donatæ voluntarie

riè factam ab ipſo donatore Din. & Bald. in
l. ſtichum qui meus. ff. de legat. 1. Alex. in
l. 2. ff. eod. tit. Ruin. conſ. 123. n. 4. lib. 1.
Rimin. Iun. inſtit. de donation. in princip.
n. 399. cum alijs per Craſſ. in §. donatio cau-
17 ſa mortis. q. 21. n. 1. & 5. † vbi etiam quod
ipſo iure per talem reuocationem reuertitur
dominium in donantem Gloſ. in l. ſi mortis.
ff. de donat. cauſ. mort. Gomeſ. var. reſolut.
18 tom. 2. tit. 4. n. 20. † vbi etiam, quod facta re-
uocatione repetuntur fructus, tam penden-
tes, quàm percepti à tempore donationis
Bart. in d. l. ſi mortis. Rimin. Iun. inſtit. de
donat. in princ. n. 601. Quod non eſt in do-
19 natione inter viuos † facta contemplatione
ingreſſus, quamuis enim donans non ingre-
diendo reddat illam inefficacem, nihilomi-
nus, ſi velit ingredi, non poterit eam reuo-
care Bero. in c. in præſentia. n. 124. de
probationib.

Præterea non eſt admittenda ſupradicta opinio,
quod minor poſſit donare cauſa mortis abſ-
que ſolemnitatibus ſtatuti, cum immo con-
20 traria ſententia ſit verlor, † & magis recepta,
nam conſenſus propinquorum requiſitus per
ſtatutum reſpicit ſolemnitatem donationis
cauſa mortis, & ſic modum ineundi, vnde
non mirum ſi ſtatutũ etiam loquens de con-
tractu compræhendat talem donationem,
quæ in hoc æquiparatur contractui, prout
per prædictas, & ſimiles rationes concludit
Rip. in l. 2. n. 10. & ibi Socin. Iun. n. 48. ff. de
legat. 2. Couar. in rubr. de teſtam. p. 3. n. 12.
Rimin. Iun. inſtit. de donationib. in princ.
n. 592. cum ſeq. poſt Abb. conſ. 40. col. 2. lib. 2.
Anchar. conſ. 384. dubium. col. 2. Iaſ. in
§. 1. col. 6. inſtit. de action. Craſſ. qui de com-
muni in §. donatio cauſa mortis. q. 2. n. 8. cum
alijs per Tiraq. de legib. connubialib. gloſ. 5.
n. 64. & 75. Pariſ. conſ. 97. n. 4. lib. 3. Lam-
berteng. de contract. cor. gloſ. 23. n. 2. Car-
pan. ad conſtitut. Mediolan. c. 329. n. 5. Ro-
21 land. conſ. 82. n. 12. lib. 1. † Maximè ſi per
ſtatutum prohiberetur contractus ſine dictis
ſolemnitatibus cum dictione aliquis, vel ſi-
mili Surd. deciſ. 283. n. 10. poſt Corn. conſ.
41. col. 2. lib. 1. & conſ. 243. col 2. lib. 3.

Nec debet attendi diſpoſitio tex. in c. de his. in
fin. de ſepultur. vbi permittitur volentibus
tranſire ad loca religioſa, vt poſſint liberè
conferre bona ſua non ſolum religioſis, ſed
22 etiã quibuſuis perſonis priuatis, † quæ verba
liberè inducunt licentiam faciendi actum
ſua ſponte abſque auctoritate ſuperioris, &
ſine iuris ſolemnitate Gloſ. in clem. 2. §. pe-
nult. vbi Card. de iurepatronat. Alex. in l. ſi
mihi & titio. ff. de verbor. obligat. Archid.
in c. 1. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.

Quia diſpoſitio iſtius tex. procedit quando eſ-
ſemus in perſona habili, non autem inhabili,
vt eſt minor, cui intelligitur data facultas
23 iuris ordine ſeruato, † vt dictum eſt ſupr.
verſ. minus obſtat quod volẽs ingredi religio-
ſè. n. 6. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. & benè
declarat Menoch. de arbitr. q. 7. n. 39. vbi
quod ſi impedito teſtari concedatur libera
facultas teſtandi, intelligetur ſeruato iuris
ordine, cum aliud ſit, quando concederetur
24 ei qui alias teſtari poſſet, † talis enim pote-
rit condere teſtamentum abſque vlla iuris
ſolemnitate Bart. in repet. l. 1. n. 54. C. de
ſacroſan. eccleſ. Iaſ in l. ſi quando. in princ.
n. 3. C. de inoffic. teſtam. & in l. præſes. n. 6.
C. de tranſact. Ruin conſ. 100. n. 2. lib. 1.
Dec. conſ. 512. cum reuerendiſſimus. in fin.
Curt. Iun. conſ. 105. n. 3. & conſ. 178. n. 20.

Cum etiam verbum liberè recipiat reſtrictio-
nem à iure, cuius diſpoſitio non intelligitur
25 per talem dictionem ſublata † l. 1. verſ. liber
ſit ſtylus. C. de ſacroſan. eccleſ. l. libertas.
verſ. niſi quod vi aut iure. ff. de ſtat. homin.
Gloſ. in l. procurator cui libera. ff. de pro-
curat. & in c. cum nobis olim. 19. in verb.
libera. de elect. cum alijs per Alex. conſ. 180.
n. 12. lib. 1. Aret. conſ. 76. diligenter. n. 3. Dec.
in c. repræhenſibilis. n. 5. poſt princ. de ap-
pellat. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 53. n. 24. Bar-
boſ. dict. 164. n. 6.

Neque etiam oberit, quod donatio facta per
minorem contemplatione religionis debeat
26 valere † tanquam dicatur ob cauſam nuptia-
tum ſpiritualium Hoſt. & Io. Andr. in c. ſta-
tuimus. de regular. poſt Gloſ. in c. quod à te.
de cleric. coniugat. Calder. conſ. 97. col. 1.
Quia omiſſo, quod prædicti loquũtur in do-
natione facta ipſi eccleſiæ, & monaſterio, in
quod ingreditur ipſe donator, Reſpondetur,
quod etiam in donatione ob cauſam facta
per minorem requiruntur ſolemnitates per
27 ſtatutum, † ſeu ius commune requiſitæ, cum
non ſpectet ad minorem diſcernere an cauſa
ſit talis, ob quam debeat donare l. vlt. in
fin. C. ſi maior. fact. alienat. rat. l. 2. C. ſi ad-
uerſ. donat. Bero. in c. in præſentia. n. 155.
verſ. ſed aduertas. de probation. Iaſ. in l. cum
filiofamilias. n. 168. & 170 ff. de legat. 1. Lam-
bert. de contract. cor. gloſ. 23. n. 14. 15. & 18.

Maximè, quia in donatione ſimplici facta per
minorem, clarum eſt, quod illa non valet,
quamuis non fuiſſet interpoſitum decretum
Iudicis cum omnibus ſolemnitatibus à iure
28 communi, † ſeu municipali requiſitis, cum
in hoc caſu decretum nihil operetur, nec au-
ctoritas curatoris, & conſanguineorum
l. 1. in princ. ff. de tut. & ration. diſtrah. l. vlt.
§. cum mater. C. ſi maior. fact. alienat. ſine
decret. rat. habuer. Ruin. conſ. 200. n. 2. lib. 1.
Ladereh. conſ. 139. n. 2. Menoch. conſ. 1153.
n. 45. lib. 12. & conſ. 29. n. 14. lib. 1. Honded.
conſ. 42. n. 2. lib. 1. Surd. de alim. tit. 8. pri-
uil. 56. n. 107. vſque ad 110. cum alijs addu-
ctis ſupr. c. 333. n. 10. tom. 2.

Quæ etiam procedunt, quamuis ſtatutum di-
ſponeret, quod minor decem & octo anno-
29 rum habeatur pro legitima perſona, † licet
enim talis pronunciatio ſoleat operari habi-

litationem ad contrahendum, non tamen
habilitat ad donandum, tanquam ſtatutum
non debeat eſſe maioris auctoritatis, & effi-
caciæ, quam decretum Iudicis, & præſentia
curatoris *Caſtr. conſ. 102. alias 161. non eſt
dubium. col.2. in princ. lib.2. Socin. conſ.130.
n.3. lib.1. Menoch. conſ. 465. n. 6. lib.5.* In-
telligendo iuxta ea, quæ dixi *ſupr. c. 233.
n. 22. cum ſeq.*

Reiectis igitur rationibus, quæ pro ſententia
Bero. adducuntur tanquam non veris, neque
ad rem facientibus, non erit diſcedendum
ab opinione ſuperius firmata, quod non ſit
valida donatio, de qua agimus, per mino-
rem facta extraneo, quamuis adſit contem-
30 platio religionis, † cum ſit verior ex multis
ſupra adductis, prout etiam tenet *Simoncell.
de decret. minor. lib.3. tit.8. inſpect.14. n.105.
vſque ad* 107. *fol. 134.* & ita etiam declarat
*Menoch. conſ.388. n.7. cum ſeqq. lib.4. &
de arbitrar. in addit. ad caſ.436. n.2. fol.187.*
vbi in ſpecie notat, quod cogitans ingredi
religionem, & diſponens ob iſtam cauſam
de bonis ſuis inter viuos renunciando, ſeu
donando conſanguineis, ſiue alijs transfert
in eos bona donata, quæ efficientur illius, cui
talis donatio, ſeu renunciatio eſt facta, dum-
modo tamen iure communi inſpecto illa ſit
31 valida, neque poſſit reuocari, † & hoc caſu
non habebit locum *Concil. Trident. ſeſſ. 25.
c.16.* quod loquitur tantum de renunciatione
facta ab ingreſſo ipſo tempore nouitiatus,
non autem quando adhuc eſt omnino in ſæ-
culo iuxta declarationem congregationis
einſdem concilij, de qua latè *Menoch. d. caſ.
436. n. 3. & 4.*

Quamuis autem omnia ſuperius firmata ſint
veriſſima, nihilominus obſeruandum eſt,
32 quod opinionem † *Bero.* ſimpliciter ſequitur
*Cornaz. deciſ. 56. Rot. coram R. P. D. Bu-
ratto Romana donationis de Melchiorris. 16.
Martij* 1620. *poſt Sim. de Pret. conſ.72. n.8.
& 9. Manent. conſ.58. n.4. Dec. conſ.31. di-
ligenter conſideratis omnibus. col.2. poſt med.
verſ. & iſta præſertim videntur. & verſ. li-
cet. n.3.* quem allegat *Purpur. In l. fin. n.193.
ad med. C. de pact.* adducendo *tex. in §. il-
lud. auth. de monach.* & videtur etiam eſſe
de mente *Io. Andr. in c. præſentia. 9. col.4. in
princ. verſ. minor annis & hoc fuit proba-
tum. de probation.* pro quibus etiam eſt vi-
dendus *Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 1.
c.3. n. 99. & p.3. c.7. n.26. fol.347.* vbi addu-
cit *Caball. conſ. ciuil. 104.*

In dicta autem deciſione firmata fuit concluſio,
quod donatio facta ex cauſa ingreſſus reli-
33 gionis non requirat inſinuationem, † nam
talis donatio æquiparatur donationi cauſa
mortis *Io. Andr. in c. ſtatuimus. poſt princ.
vbi Hoſtien. col.2. ad med. verſ. quid de his
qua legauerat. Anchar. n.7. verſ. conclude
ergo. Butr. n.2. verſ. quid ſi quis animo. Abb.
n. 4. Card. ad fin. verſ. quarto quæro. de
regular. Dec. conſ.86. n.5. verſ. nam dum
inquit. Bero. in c. in præſentia. 9. n. 154. de
probation.* latè *Cæſar Manent. conſ.57. n.1.*
34 Etenim religionis † ingreſſus dicitur mors
ciuilis, quæ naturali æquiparatur *§. ſin au-
tem. vbi Bart. & Ang. auth. de monach.* &
notatur *in d. c. in præſentia. de probat. &
in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.*

Maximè ſtante expreſſa conditione quatenus
donans profeſſionem in monaſterio emittat,
& non alias, quæ facit, vt donatio cenſeatur
35 cauſa mortis † *Io. Andr. Hoſtien. & Card. in
d. c. ſtatuimus. de regularib. Pappon. conſ.
120. n. 7. cum ſeq.* prout etiã in dubio præ-
ſumeretur talis *Iaſ. in l. ſi qua mulier. in
fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Rimin. Iun. inſtit.
de donation. in princ. n. 375. Menoch. præ-
36 ſumpt.36. n.11. lib.3.* † Præſertim ad effectum
illam ſuſtinendi, quia ſi non valet, vt dona-
tio inter viuos, ſit interpretatio, vt ſit cauſa
mortis *Caſtr. conſ.75. col.2. verſ. poteſt dici
melius. lib. 2. Socin. conſ.137. n. 1. lib.1. Ro-
land. conſ.8. n. 23. lib.1. Craſſ. in §. donatio
cauſa mortis. n.5. Rimin. Iun. inſtit. de donat.
in princip.*

In donatione autem cauſa mortis non requiri-
37 tur inſinuatio *l. fin. vbi Gloſ. in princ.* † *Odofr.
Bart. & Ang. C. de donationib. cauſ. mort.
Gabr concluſ.1. n.70. de donat.* vbi quod per
d. l. fin. eſt correctus *tex. in l. donatio. C. eod.
tit. de donat. Guid. Pap. q.610. Bald. conſ.169.
verſ. item quod donatio. lib 4.*

Quæ etiam habent locum, quamuis adeſſet ſta-
tutum, quod licet loqueretur de donationi-
38 bus inſinuandis, † tamen non comprehen-
deret donationem cauſa mortis *Bart. in l. fi-
liusfamilias. §. 1. ff. de donation. Iaſ. in l. ſi
tibi pecuniam. n. 6. ff. ſi cert. petat. Bald. in
l. fin. n.1. verſ & per hanc legem. C. de do-
nat. cauſ. mort. & conſ.169. lib.4. Rot. coram
R. P. D. Pamphilio Spoletana donationis.* 10.
Februarij 1619. *Tiraq. de legib. connubial.
gloſ.5. n.66.* Cum enim ſtatutum recipiat in-
39 terpretationem iuris communis, † procedit
ſolum in donationibus, quæ de iure requi-
runt inſinuationem *Cuman. conſ.28. ad med.
verſ. nec videtur obſtare.*

Quare etiam minor habens de iure curatorem
40 poterit ſine illius auctoritate † donare cauſa
mortis *Gabr. conſ. 42. n. 12. cum ſeq. lib.1.
Tiraq. de legib. connubial. l.16. gloſ.5. n.72.
poſt Bald. & Alex. in l. ſi curatorem. C. de
in integr. reſtit. minor. Anan. in c. quia ex
omnibus. col.15. q.4. de vſur. Iaſ. in l. 2. col.3.
verſ. licet omnes. ff. de legat.2. Rub. conſ.27.
difficultas caſus. in fin. Alciat. in l. 2. in
princ. n.14. ff. de verbor. obligation.*

Cum etiam huiuſmodi donatio ob ingreſſum
41 religionis ſit donatio ob cauſam † *Calder.
conſ. 17. de regular.* vnde non requiret inſi-
nuationem *Bart. in l. aquilius regulus. n.3.
ff. de donat. Gabr. eod. tit. concluſ. 1. n. 62.
Cappell. Tholoſ. deciſ. 381. Carpan. ad ſtatut.*
me-

mediolan. c. 324. n.64. & 65. Clar. in §. do-
natio. q. 16. verſ. ſed quid dicendum . Socin.
Iun. conſ. 77. n.15. lib. 1. Gabr. conſ.6. n.1.
& 10. lib. 2.
Quæ comprobantur auctoritate *tex. in § illud*
quoque. auth. de monach. vbi conceditur in-
gredienti monaſteriũ licentia ſuis vti quo
42 voluerit modo, † quæ verba debent intelligi
abſque ſolemnitatibus, cum alias nihil ope-
rarentur *Bart. in l. 1. n. 40. C. de ſacroſan.*
eccleſ. Abb. in c. in præſentia . n. 54. & ibi
Bero. n.150. & 155. de probation. Dec.conſ.
31. n. 3. Sim. de Pret. conſ.72. n.8. Manent.
conſ.58. n. 4. qui etiam ampliat ne dum hoc
procedere per viam teſtamenti, ſed etiam in
alia diſpoſitione inter viuos *Salic. in auth.*
ſi qua mulier . n. 6. verſ. & licet eorum au-
ctoritas. C. de ſacroſan. eccleſ.
Stantibus præſertim alijs verbis appoſitis in
c. de his . in fin. de ſepult. vbi diſponitur,
quod transſerentibus ſe ad loca religioſa
liberum ſit ſua bona quibuſue perſonis pri-
43 uatis conferre, † cum verbum illud liberum
remoueat omnem iuris ſolemnitatem, præ-
ſertim vbi diſpoſitio nullum alium ſortire-
tur effectum, vt in ſpecie conſiderat *Bero. in*
c. in præſentia. n. 155. verſ. quinto loco. de
probation Sim. de Pret. conſ.72. n.9. Manent.
conſ.58. n. 9. poſt Iaſ. in l. 1. n.20. C. de ſa-
croſan. eccleſ. & in l. ſi quando. C. de inoffic.
teſtam. cum alijs per *Tiraq. in l. ſi vnquam.*
in præfat. n.34. C. de reuoc. donat.
Hactenus deciſio, in qua tamen non eſt inſiſten-
dum, cum enim fuerit dubitatum de eius va-
44 liditate, † Domini ex ſolita benignitate man-
darunt iterum cauſam proponi, & cum denuo
fuiſſet propoſita, nulla fuit capta reſolutio,
tanquam non liqueret, & quidem rectè, cum
articulus ſit multum dubius, ideo non rece-
derem ab his, quæ ſuperius firmaui in cauſa
Neapolitana donationis vertente in parti-
bus, in qua ſcripſi pro nullitate donationis,
cum verior ſit opinio ex rationibus ſuperius
adductis, & concluſionibus ibidem firmatis
ex quibus tolluntur aliæ contrariæ, præſer-
tim, quia doctrinæ pro eis adductæ non ſunt
tutæ, vt liquet ex *Tiraq. de legib. connubial.*
gloſ. 5. n. 75. cum ſeq. vbi multa ponit ad-
uerſus ea, quæ prius dixerat *n.72.* cum etiam
45 illa, † quæ dicta ſunt de minore habente cu-
ratorem, quod poſſit donare cauſa mortis
non ſint tuta, vt latè infinitos adducens re-
ſpondendo omnibus contrarijs comprobat
Caldas in comment. ad l. ſi curatorem ha-
bens. in verb. hunc contractum. col.35. vſque
ad 40. n.22. cum ſeq. C. de in integr. reſtit.
minor. prout latius etiam ſuper omnibus
concluſionibus in hoc capite contentis ſcri-
bam alias Deo dante expectata prius Rotæ
deciſione, quam ſemper tanquam præcipuam
decet in honore habendam eſſe ab omnibus.
Alia, quæ adducuntur, non pertinent ad caſum
noſtrum, cum habeant locum in prohibito
obligare bona, qui tamen poterit illa tranſ-
ferre in monaſterium, † tanquam hoc ſit in
conſequentiam ingreſſus religionis *Lap. al-*
legat. 26. in princ. & in 2. dub. Franc. in
rubr. de teſtam. in 6. col. 4. in fin. Lamber-
teng. de contract. mulier. gloſ. 1. n. 13. & 14.
vbi ex hoc infert, quod minor 25. annis ſicut
poteſt ingredi religionem, ita quoque pote-
rit in eandem bona ſua transferre ipſo iure,
& ipſo facto abſque aliqua ſolemnitate *Ti-*
raquel. de legib. connub. gloſ. 8. n. 80. poſt
Bald. in c. in præſentia. col 5. vbi Dec. in 14.
notab. de probat. Prout neque applicatur il-
lud de muliere intrante religionem an poſſit
interim contrahere ſine ſolemnitatibus ſta-
tuti, de qua quæſtione *Caſtr. conſ.342. col.2.*
lib. 1. & multa adducit *Lamberteng. vbi ſup.*
gloſ. 2. n.59. vſque ad 72. Tiraq. de retract.
lignag. §. 1. gloſ. 8. n. 21. & 40.

E P I T O M E.

STatus præſens quandò ſit conſiderandus non habito reſpectu ad præteritũ. ¶ Statutum de non admittendis ad Collegium ciuem natum ex obſcuris parentibus quomodo intelligatur. ¶ Et an habeat locum, quamuis deſiſtant à negotiatione, & poſtea nobiliter viuant. ¶ Præſcriptio omnis maculæ, & quæſtus illiberalis, ſeu nobilitatis quo tempore præſcribatur. ¶ Filia mulieris ſcenicę nata poſt dimiſſam talem conditionẽ inhoneſtã an poſſit dici filia mulieris ſcenicę. ¶ Conſtitutio mandans, quod filius, ſeu vxor banniti non poſſit ſtare in Ciuitate an procedat poſt illius obitum. ¶ Diſpoſitio loquens de primogenito, qui debeat ſuccedere in comitatu an habeat locum ſolum in filio nato poſt adeptam dignitatem comitatus, vel etiam in eo, qui ante illam eſt ortus. ¶ Communis exiſtimatio an faciat probationem circa nobilitatem, & honorificentiam. ¶ Progenitus ex ruſtico an poſſit dici nobilis. ¶ Filij an dicantur eſſe de genere vxoris, quæ poſt finitam ſuam lineam tranſtulit familiam, & omnia ſua iura in virum, & patrimonium ipſius. ¶ Mulier quomodo dicatur ſequi conditionem mariti, itaut amittat propriam. ¶ Senatoris filius quis dicatur, ſi illius pater ſit amotus à ſenatu.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum de non admittendis ad collegium ciuem natum ex obſcuris parentibus quomodo intelligatur. n. 2.*

3 *Qualitates ſtatuti, tàm temporis, quam alia quaecumque ſunt probandæ per eum, qui illo vult vti.*

4 *Status præſens debet conſiderari, non autem qui alias fuit.*

5 *Deſiſtens à negotiatione, & nobiliter viuens*

an dicatur nobilis, itaut gaudeat priuilegijs nobilium.

6 *Statutum eſt declarandum, vt minus corrigat ius commune.*

7 *Statutum generale non ſe referens ad tempus natiuitatis filij an verificetur de vno tempore ante, vel poſt natiuitatem. & n. 28.*

8 *Receſſus à iure communi tanquam odioſus eſt reſtringendus.*

9 *Præſcriptio omnis macula, & quæſtus illiberalis inducitur per ſpatium triginta annorum. & n. 18.*

10 *Filia mulieris ſcenicæ nata poſt dimiſſam talem conditionem inhoneſtam non dicitur filia mulieris ſcenicæ, nec ſubijcitur legibus ſcenicarum.*

11 *Ceſſante cauſa impedimenti, & prohibitionis, ceſſat etiam prohibitio, & impedimentum.*

12 *Statutum, quod filius, ſeu vxor banniti non poſſit ſtare in Ciuitate, intelligitur de filio, & vxore banniti viuentis.*

13 *Diſpoſitio loquens de primogenito, qui debeat ſuccedere in comitatu an intelligatur ſolum de filio nato poſt adeptam dignitatem comitatus, non autem de eo, qui ante illam eſt ortus. & n. 15.*

14 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

16 *Communis exiſtimatio multum confert ad probandum honeſtam, & honorificam, & nobilem vitam parentum.*

17 *Nobilitas quanto tempore præſcribatur.*

19 *Progenitus ex ruſtico poteſt dici nobilis ſi nobiliter viuat, & ſtatum nobilitatis retineat.*

20 *Honeſtè viuere, quis dicatur.*

21 *Nullum ius extenditur vltra triginta annos. Declara, vt n. 22.*

23 *Conditio honeſtatis non debet eſſe deterior alijs rebus.*

24 *Nobilitas an deducatur ex materno ſanguine.*

25 *Forma participat de materia.*

26 *Mulier quomodo dicatur ſequi conditionem, & familiam mariti, itaut amittat propriam.*

27 *Filij an dicantur eſſe de familia vxoris, quæ poſt finitam ſuam lineam tranſtulit genus, & omnia ſua iura in familiam, & patrimonium viri.*

29 *Filius ſenatoris non dicitur, cuius pater motus eſt à ſenatu, antequam filius naſceretur. & n. 30.*

CAPVT DCCCCLXXVI.

PRohibetur in ſtatuto exhibito, quod nemo etiam huius ciuitatis originarius
1 ciuis, † qui ex obſcuris, & illiberalis, aut
ſordidi quæſtus parentibus natus fuerit, ad collegium admitti poſſit abſque noſtro ſpeciali iuſſu. Ad idem collegium petitur modo admitti Hieronymum, qui ex patre iamdudum aromatario natus fuit, ſed huiuſmodi mercaturam, & artem penitus dereliquit iam ſunt triginta & octo anni, & ſemper poſtea ex proprijs introitibus nobiliter vixit, & poſt dictam artem relictam duxit nobilem vxorem, ex qua ſuſcepit eumdem Hieronymum filium.

Quæritur an eidem Hieronymo obſtet prædictum ſtatutum, & breuiter concludendum
2 eſt negatiuè, † Quia ſtatuentes prohibent
admitti ad collegium illum, qui natus fuerit ex parentibus obſcuris, & illiberalis, aut ſordidi quæſtus, & ſic conſiderarunt ſtatum natiuitatis filij, & tempus in quo ortus eſt, quæ diſpoſitio non verificatur in caſu noſtro, cum præſupponatur, quod de tempore natiuitatis Hieronymi, pater illius vitam nobilem degebat, & cum vxore nobili ſe in matrimonium collocauerat, Vnde non verificata qualitate temporis per ſtatutum
3 conſiderata, ceſſat etiam ſtatutum, † cum
illo vtens debeat probare omnes qualitates tàm temporis, quàm alias quaſcumque ab eo requiſitas *Bart. in l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. ne quid in flumin. publ. Felin. in c. 2. de reſcript.* cum alijs per *Surd. deciſ. 75. n. 10. & 11. & conſ. 45. n. 14. Menoch. conſ. 257. n. 17. lib. 3.*

Maximè, quia ſemper debet conſiderari ſtatus
4 præſens, non autem, † qui alias fuit *l. vbi
autem. §. idem marcellus. ff. de in diem adiect. Caſtr. conſ. 432. cum ſtatutum principaliter. in fin. lib. 1. & conſ. 428. viſis & conſideratis. n. 2. eod. lib. Aim. conſ. 906. n. 4. tom. 5. Surd. conſ. 338. n. 11. lib. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. n. 25.*

Et in ſpecie nobilitatis paſſim ſeruatur, vt quamuis quis non poſſit dici nobilis dum verſatur in officio vili, ſeu exercitio artis
5 mechanicæ, † Tamen ſtatim, quod deſiſtit à
tali negotiatione, & nobiliter viuit, habetur pro nobili, & gaudet priuilegijs nobilium *Guid. Pap. deciſ. 196. n. 1. in fin. vbi Ranchin. in addit. in princ. Idem Guid. Pap. deciſ. 391. n. 2. in princ. & conſ. 217. n. 2. & 3.* iuxta *l. ingenuum. & ibi Gloſ. C. de ingen. & manum. & c. vlt. de vit. & honeſt. cleric. & clem. 1. eod. tit. Maſuer. de tall. ſeu collect. verſ. item illi qui ſunt nobilitate decorati. Caſſan. conſ. 64. viſo proceſſu. col. penult. ad med. n. 35. Tiraq. de nobilit. c. 27. n. 5. Rebuff. de mercat. minut. vendent. art. 1. gloſ. 1. n. 21. tom. 2. fol. 262.*

Quibus additur, quod ſtatuta ſemper debemus interpretari, vt minus corrigant ius commu-
6 ne, † quam fieri poſſit, & vt ab eo interpre-
tationem recipiant *l. ſi ſerui. C. de noxalib. c. cum dilectus. de conſuetud. Bald. in l. gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthum. Pariſ. conſ. 84. n. 11. lib. 2. Surd. conſ. 4. n. 49. lib. 1.* Vnde quamuis ſtatutum noſtrum etiam eſſet generale, & non ſe referret ad tempus natiui-

Digitized by Google

uitatis filij. de quo tempore pater non amplius erat mercator, ſed vitam nobilem ge-
7 rebat, † Tamen ſufficeret, quod illud verificaretur de vno tantum tempore ante natiuitatem filij, non autem quando natus eſt, vt minus lædatur ius commune, itaut ſatis ſit, quod vnum tempus operetur Rom. conſ. 199. n.6. Rot. diuerſ. deciſ. 432. n. 10. p.1. Quaſi omnis receſſus à iure communi ſit odioſus,
8 ideo reſtringendus † c.1. & 2. de fil. presbyt. in 6. c quod dilectio. 3. de conſang. & affinit. Roman. conſ. 448. n. 2.

Accedat, quod ſunt elapſi triginta octo anni, per quorum ſpatium eſt ſublatum omne ius, quod poſſet prætendi contra exercentes ali-
9 quam artem contrariã ſtatuto, † prout tale tempus inducit præſcriptionem omnis maculæ, & quæſtus illiberalis, de quo ſit mentio in eodem ſtatuto, itaut propter nobilitatem acquiſitam per dicti temporis ſpatiũ, non ſit amplius quærendum de præterito impedimento abolito, & præſcripto, adeo vt per deſiſtentiam à dicto quæſtu cenſeatur quis nouus homo, & dicatur illum nunquam fuiſſe talem, qualis erat tempore dicti exercitij c. ferrum. 50. diſtinct. §. nequaquam enim damus licentiam. auth. de monach. Card. Alex. in c. legem. col. vlt. 53. diſtinct. cum alijs per Addent. ad Din. in c. ſemel malus. de regnl. iur. in 6.

Quare filij nati poſt deteriorem, ſeu viliorem conditionem patris cenſentur progeniti ex nouo, ſeu alio homine l. imperialis. 23. §. his
10 illud. C. de nupt. † vbi filiæ mulieris ſcenicæ natæ poſtquam mater ſpreta inhoneſta conditione ad meliorem ſententiam migrauit non dicuntur filiæ mulieris ſcenicæ, nec ſubiacent legibus, quæ prohibuerunt filias ſcenicarum certos homines in matrimonium docere l. in delictis. §.1. ff. de noxal. act. l. ſi tutoris. §. ſi iuſſu. ff. quod iuſſ. l. de eo. ff. ad leg. cornel. de falſ. l. Titius. ff. de milit. teſtam. l. 2. §. in filijs. ff. de decurion. l. vlt. C. eod. tit.
11 lib. 10. † Ceſſante enim cauſa impedimenti, & prohibitionis, ceſſat etiam prohibitio, & impedimentum l.1. §. ſextum ff. de liber. & poſthum. l. libertorum. §.1. ff. de his qui not. infam. l. totus. §. fin. ff. de legat. 3. l. alienigena. §. quamuis. ff. de iurepatron.

Quare ſtatutũ, quod filius, ſeu vxor banniti non poſſit ſtare in ciuitate, debet intelligi de fi-
12 lio, † & vxore banniti viuentis, cũ mortuo patre, ſeu marito ceſſet ratio odij Bart. in l. titia ſeio. §. vſuras ff. de leg. 2. Alex. cõſ. 20. n.5. lib. 2. & in l. ſi filius à patre. §. filiusfamilias. n.3. ff. de liber. & poſthum. & in l. eius qui. n. 2. ff. cert. petat.

Quemadmodum etiam ſi extet ſtatutum, quod
13 primogenitus ſuccedat in comitatu, † ſi aliquis haberet filium antequam eſſet Comes, & poſt adeptam dignitatem comitatus procreaſſet alterum filium, ſuccederet ſecundus Alber. lib. 1. ſtatut. q. 156. Bart. in l. cum ſatis. n.10. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & in l. ſi ſenator. C. de dignitat. lib. 12. & in
14 l. 2. §. in filijs. ff. de decurion. † Qualitas enim adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi, cui adiungitur l. in delictis. 4. §. ſi extraneus. ff. de noxal. action. iuxta ſententiam Artaphernis, qui Regem declarauit Xerſem filium Darij poſt regnum
15 patri quæſitum, † & excluſit Artabazanem natum antequam pater eſſet Rex, vt apud Iuſtinum hiſt. lib. 2. de quo latè Natt. conſ. 637. n. 19. tanquam non dicatur primogenitus Regis, qui natus eſt ante dignitatem regalem Bart. in d. l. cum ſatis. n. 11. C. de agricol. & cenſit. lib. 12. Addit. ad eumdem Bart. in l. ſi ſenator. C. de dignitat. lib. 12. Bald. in l. imperialis. n. 10. C. de nupt. Franc. Cremen. ſing. 50. incip. vbi pulchrè. n. 1.

Additur, quod magis illuſtratur fortuna naſcendi, quando parentes honeſtam, ac honorificam vitam proſequuntur Bald. in l. petitiones. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Tiraq. de
16 nobilit. c. 17. n. 2. † Prout propter iſtam honorificentiam ex communi omnium exiſtimatione reputantur tales perſonæ pro honeſtis, & in ſimilibus ſtatutis compræhenſi, tanquam illa communis exiſtimatio ad huiuſmodi effectum ſufficiat Alber. p. 1. ſtatut. q. 136. Luc. de Penn. in l. mulieres. col. 3. verſ. nono. C. de dignitat. lib. 12. Caſtr. conſ. 22. col. 2. lib. 2. & conſ. 107. col. 1. eod. lib. Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. n. 17. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. prouidendum. C. de poſtuland. Dec. in c. 1. n. 38. de appellat. Barbat. conſ. 57. col. 3. & vlt. lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 84. col. antepenult. Calcan. conſ. 8. col. 7. Socin. conſ. 246. col. 2. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 18. iuxta l. cum de lanionis. 18. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct. Maſcard. concluſ. 1094. n. 8. p. 2. Tiraq. de nobilit. c. 10. n. 6.

Stante præſertim longiſſima temporis præſcriptione triginta octo annorum, per quorum ſpatium ſemper pater nobiliter vixit, vt dictum eſt ſupr. n. 9. itaut iſtud tempus iunctum cum exiſtimatione communi hominũ, & conditione naſcendi poſt artem dimiſſam magis operetur, vt filius ad collegium ſit
17 admittendus, † non obſtante, quod dicatur nullo vnquam tempore, niſi immemorabili poſſe nobilitatem præſcribi, vt per Tiraq. de nobilit. c. 14. per tot. Maſcard. concluſ. 1094. n. 2. Etenim ſtatutum non loquitur cum iſta qualitate nobilitatis, quæ differt ab hone-
18 ſtate, † ſicut genus à ſpecie, cum omnis nobilis ſit honeſtus, non autem omnis honeſtus ſit nobilis, neque enim opus eſt, quod honeſtas, ſicut nobilitas proueniat à genere, ſeu à liberalitate Principis, tanquam honeſtas poſſit facto hominis acquiri per deſiſtentiam ab arte vili, vt in progenito ex ruſtico, qui poteſt dici nobilis, ſi probus exiſtat, &
19 nobiliter viuat, † & ſtatum nobilitatis retineat Bart. in l. 1. col. 6. in 3. opin. verſ. pone

ru-

Digitized by Google

ruſticus. n.52. C. de dignitat. lib. 12. Addit. ad Guid. Pap. deciſ.41. in princ. fol.62. Maximè, quia neque honeſtas eſt dignitas, ſed
20 quædam vrbanitas, † & vitæ honorificentia
Alber. in l. imperatores. ff. de decurion. prout neque per eam affertur aliquod præiudicium Principi, aut regimini ciuitatis, ſicut per nobilitatem *Bart. in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de public. & vectigal. Tiraq. de nobilit. c.14. n.2.* Viri enim honeſti ſimpliciter non dotantur prærogatiuis, vt nobiles aduerſus Principem, & Magiſtratum *Idem Tiraq. ibid. c. 25. per tot.*

Vnde non erit inconueniens, quod talis præſcriptio currat ſpatio triginta annorum abſque eo, quod ſimus in tempore immemora-
21 bili, † cum nullum ius extendatur vltra triginta annos *l. omnes. C. de præſcript. trig. annor. l. in omnibus. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* exceptis caſibus Romanæ Eccleſiæ, & Principis *c. ad aures. & c. ad illud. de*
22 *præſcript.* † *§. cũ enim. auth. vt eccl. rom. cent. ann. ſpat. gaud. §. vt autem lex. vbi Gloſ. in verb. nec multum. auth. de non alien. aut permut.* Et exceptis conditionibus curialium, & exactionibus tributorum *l. præſcriptionem. & l. cum petit. C. de præſcript. trig. annor. Azo. in ſumm. C. ne rei dominic. vel templ. n. 15.* & exceptis alijs per *Tiraq. de*
23 *nobilit. c.14.* † Ne deterior videatur conditio honeſtatis, quam aliarum rerum *l. cohortalis. C. de cohortal. lib. 12. Azo. in ſumm. C. de long. temp. præſcript. decem vel vig. annor. n. 3. & de præſcription. long. temp. quæ pro libertat.*

Et vltra prædicta in caſu noſtro adeſt etiam mater ex familia nobiliſſima, vt latè in facto oſtenditur, ex qua cum natus ſit Hieronymus, magis eſt admittendus ad huiuſmodi collegium, Quamuis enim aliqui teneant, quod nobilitas non deducatur ex materno
24 ſanguine, † Tamen verius eſt, quod ſit nobilior, qui ſortitus eſt vtrumque parentem nobilem, & honeſtum, quam qui alterum tantum, nam licet pater formam tribuat filijs matre ſuppeditante materiam, & forma ſit fortior, & potentior, quam materia, nihilominus ſi ad honeſtæ conditionis formam accedat nobilitas materiæ, forma dicetur illuſtrior, prout in ſtatuis, quæ nobiliores ſunt, ſi fingantur ex ære, argento, vel auro, quam ſi ex luto *Natt. conſ. 637. n.18. & 19.* vbi multa exempla in propoſito adducit, &
25 reſpondet contrarijs, † quia verè forma latè participat de nobilitate materiæ, cum omne compoſitum participet de vtroque *Felin. in c. nouit. n. 2. de iudic. poſt Bald. in l. vlt. in fin. C. de ſeru. fugit.* & in ſpecie de matre *Tiraq. de nobilit. c.18. n.26. Bon. Curt. eod. tit. p.4. col.6. Alciat. in c. 1. §. cæteri. col.3. quis dicat. dux com. & march. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 32. incip. ſed ſuper iſta. col. 1, & 2.*

Nec oberit, quod mulier ſequatur conditionẽ, & familiam mariti *l. fœmina. ff. de ſenator. l. cum ſe. & l. vlt. C. de nupt.* Quia non ex
26 hoc amittitur familia propria, † cum per rem tam licitam, & honeſtam, prout eſt matrimonium, non debeat mulier nobilis perdere iura ſuæ nobilitatis, quamuis enim ſplendor, & dignitas accidentalis obſcuretur, ſi nobilis nubat ignobili, & ſordido, tamen ſecus eſt, ſi nupſerit viro honeſto, & honorifico, prout eſt in caſu noſtro de tempore nuptiarum *Bald. in l. cum quædam puella. col. 1. vbi Cagnol. n. 15. cum ſeq. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. Anchar. conſ. 389. n. 3.*

Amplius in caſu, de quo agimus, mulier iſta nobilis, quæ nupſit patri Hieronymi tranſtulit in familiam eiuſdem viri patrimoniũ,
27 & genus, & omnia iura corporalia, † & incorporalia propter ſuam lineam finitam, tunc enim eius filij dicuntur eſſe de genere illius, à quo ipſa originem ducit *Caſtr. in l. 1. col. 1. C. de condit. inſert.* vbi quod ita conſuluit pro veritate, quod eſt *conſ. 313. Imol. conſ. 62. Socin. conſ. 25. Corn. conſ. 243. lib. 4. Dec. in c. nouit. n. 32. & 36. poſt Butr. ibid. notab. 4. verſ. non igitur. de iudic. Alex. conſ. 59. col. 1. & conſ. 23. col. 1. lib. 2. & conſ. 18. in fin. lib. 1.*

Quæ omnia dicta ſint ex abundanti, cum ſufficiat ratio ſuperius adducta, quod ſit ſtan-
28 dum tempori natiuitatis, † maximè in materia fauorabili, prout eſt iſta, de qua agimus *l. inter pares. ff. de re iudic. l. & ſeruorum. §. ingenui. & l. qui in vtero. ff. de ſtat. homin. Bart. in l. ſi ſenator. C. de dignitat. lib. 12.* iuxta *l. emancipatum. 7. ff. de*
29 *ſenator.* vbi nõ dicitur filius ſenatoris, † cuius pater motus eſt à ſenatu, antequam filius naſceretur, Vnde è conuerſo, neque in caſu noſtro mercatoris filius dicetur ille, cuius pater à mercatura iam deſtitit antequam ille oriretur, ſicut enim memoria ſenatoriæ dignitatis non proficit naſcenti poſt eam, ita neque mercatoriæ illiberalitatis memoria poſt ipſam nato officiet *l. qui ad tempus.*
30 *2. §. ſed ſi pater. ff. de decurion.* † Etenim ſi naſcendi tempus non conſideraretur, nulla differẽtia eſſet inter virum honeſtum, & nobilem, & inter liberalem, & obſcurum, quod eſſet abſurdum, ad quod euitandum diſponitur, quod natus ex priuato patre, qui poſtea adeptus eſt dignitatẽ ſenatoriam, illam non conſequatur, quod ſecus eſt in eo, qui naſcitur ex patre tunc temporis in dignitate conſtituto, nam in eo illa legitimè perpetuatur *l. ſenator. 11. C. de dignit. lib. 12. Duaren. lib. 2. diſputat. c. 29. Concennat. lib. 2. quæſtion. c. 11. Coraſ. in l. ſenatoris. ff. de ſenator. Affl. ſuper conſtitut. regn. lib. 3. tit. 59. de vendit. liber. homin. n.4. Iacob. de Ardiz. in ſumm. de ſucceſſ. feud. §. maritus. in fin. Ottoman. quæſt. illuſtr. c. 2.*

EPI-

EPITOME.

APpellatione parentum, ſeu patris quando veniat auus etiam ex propria ſignificatione in quibuſcumque diſpoſitionibus. ¶ Patria poteſtas an concedatur etiam iudæis ſicut chriſtianis. ¶ Et an illam retineat auus conuerſus ad fidem in filios, & nepotes non catholicos. ¶ Et quando de ea ſit habenda conſideratio in ſpiritualibus. ¶ Paruuli iudæorum an poſſint baptizari inuitis parentibus. ¶ Et quo caſu auus conſentiens baptiſmo nepotis præferatur contradictioni patris. ¶ Et quomodo intelligantur ad hunc effectum verba illa, quod conſenſus parentum, vel alterius ipſorum ſit neceſſarius. ¶ Et quando dictio altero verificetur ſolum in duobus. ¶ Filij patris infidelis an debeant potius aſſignari auo conuerſo propter conditionem magis proficuam animæ. ¶ Fauor religionis an debeat extendi de caſu ad caſum. ¶ Conſenſus matris an præualeat contradictioni patris quo ad baptiſmum dandum filio. ¶ Seruus an habeat liberum arbitrium nubendi filiam. ¶ Et an illa debeat obedire auo potius quam patri. ¶ Oblatio filij impuberis ad religionem an poſſit fieri per patrem inuito auo. ¶ Et quando poſſit reuocari pupillus oblatus monaſterio per tutorem, vel per parentes. ¶ Et quo caſu tales inuicem ſe impediant.

SVMMARIVM.

1 *Paruuli hebræorum non poſſunt baptizari inuitis parentibus.*

2 *Auus paternus conſentiens nepotem baptizari præfertur contradictioni patris. Contrarium concludit Nauarra. vt n. 18. Sed contra eum fuit iudicatum. n. 19. & 27.*

3 *Appellatione parentum venit auus etiam ex propria ſignificatione.*

4 *Auus paternus comprehenditur ſub nomine patris in quibuſcumque diſpoſitionibus, & ſtatutis.*

5 *Auia venit appellatione matris.*

6 *Nepos eſt in poteſtate aui, non patris.*

7 *Patria poteſtas conceditur etiam iudæis, ſicut chriſtianis. & n. 8.*

9 *Auus conuerſus ad fidem non amittit ius patriæ poteſtatis, quam retinet in filios, & nepotes non catholicos.*

10 *Patria poteſtas non conſideratur in ſpiritualibus.*

11 *Cauſa vna iuncta cum alia magis operatur effectum diſpoſitionis.*

12 *Seruus habet liberum arbitrium contrahendi matrimonium, & nubendi filiam, quæ tamen potius debet obedire auo, quam patri in nuptijs faciendis. n. 13.*

14 *Conſenſus parentum, vel alterius ipſorum requiritur in baptiſmo iudæi paruuli, & an dicta verba alterius ipſorum referantur ſolum ad patrem & matrem, & non ad auum. n. 15. & 16.*

17 *Dictio altero quando verificetur ſolum in duobus.*

20 *Conſenſus matris præualet contradictioni patris quo ad baptiſmum dandum filio. & n. 24.*

21 *Filij patris infidelis debent aſſignari potius auo conuerſo, quam patri propter conditionem magis proficuam animæ. & n. 25.*

22 *Fauor religionis eſt ampliſſimus, & debet extendi de caſu ad caſum.*

23 *Pater effectus Chriſtianus poteſt infantem baptizare reclamante matre.*

26 *Conditio, quæ eſt magis vtilis filijs debet attendi.*

28 *Pater inuito auo an poſſit offerre filium impuberem religioni, & quid è contra, & quando pater, & mater ad hunc effectum ſe inuicem impediant. n. 29.*

30 *Mater an poſſit offerre filium impuberem monaſterio, vel ſolus pater.*

CAPVT DCCCCLXXVII.

PAruuli hebræorum, quamuis inuitis pa-
1 rentibus † nō poſſint baptizari *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. vlt. Gloſ. in c. iudæorum. 28. q. 1. Abb. Felin. Card. & Socin. in c. ſicut. de iud. Calder. conſ. 3. eod. tit. Burſat. conſ. 23. n. 1.* cum alijs, de quibus latè *Affl. deciſ. 151. n. 1. cum ſeq. fol.* 102.

Nihilominus aliud eſt dicendum in caſu noſtro,
2 cum adſit conſenſus aui paterni, † qui debet præferri contradictioni patris, tanquam ſit magis dignus, & maiorem auctoritatem habeat, & præcipiat rem ad fauorem fidei *D. Auguſt. ſerm. 6. de verb. domin. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. quæ contra mores. in fin. diſtinct.* 8.

Maximè, quia non poteſt dici, quod contraueniatur opinioni *D. Thom. & aliorum* communiter receptæ, dum volunt, quod iſti pueri non baptizentur inuitis parentibus,
3 cum enim conſentiat auus, † ſufficit tāquam veniat appellatione parentum *l. appellatione parentis. 51. ff. de verbor. ſignific. Laurus de Palat. de ſtatut. n. 210. tom. 2. fol.* 281. vbi quod hoc etiam procedit ex propria ſignificatione iuxta *l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de gradib. & affinib. Bart. de Spin. de poteſt. Pap. n. 103. tom. 13. fol. 29.*

Immo etiam appellatione patris venit auus paternus *l. iuſta interpretatione. 201. vbi Gloſ. in verb. auus. ff. de verb. ſignific. Et ibid. Re-*
4 *buff. col. 2. in princ.* notat † hoc eſſe ex iuſta, & propria ſignificatione *Cardin. in c. cum haberet. in fin. de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adulter. Clement. de patr. poteſt. effect. 1. n. 22. tom. 8. p. 2. fol. 104. poſt Bald. in l. ſcimus. n. 12. C. de inoffic. teſtam.* vbi etiam quod habet locum in quibuſcumque diſpoſitionibus, & ſtatutis, quamuis ſtrictè debeant intelligi *Surd. de aliment. tit. 6.*

Digitized by Google

tit. 6. quæſt. 8. n. 16. Boer. conſ. 17. n. 7.

Prout etiam appellatione matris venit auia
Bart. in l. 2. §. videndum. ff. ad tertul-
5 lian. † Bald. in l. neſennius. n. 2. ff. de ne-
got. geſt. & in l. quidquid. in princ. C. de
bon. matern. & conſ. 137. n. 3. lib. 5. Surd. de
aliment. tit. 6. q. 8. n. 14. & 16. poſt Innoc. in
c. ſi verè. §. illud quoque. de ſent. excommun.
in 6. Dec. conſ. 656. iuridicam. in princ. Re-
buff. in l. iuſta interpretatione. 201. col. 2. ad
med. ff. de verbor. ſignificat.

Et magis iſta prælatio conſenſus baptiſmatis
eſt danda auo, non obſtante contradictione
6 patris, † cum auus habeat nepotem in po-
teſtate, non autem filius, qui eſt ſub pote-
ſtate ſui patris, & non poteſt habere alios
ſub ſua poteſtate l. ſic eueniet. ff. de adulter.
Roman. in l. multum. col. 2. ff. de verb. obli-
gation. poſt Gloſ. in c. vnic. in verb. neptis.
ad fin. 32. q. 3.

Quæ patria poteſtas conceditur etiam iudæis,
ſicut Chriſtianis, tanquam habeant omnia,
7 quæ competunt Romanis, † quorum iure
vtuntur Bald. in l. ſpadonum. §. iam autem.
ff. de excuſat. tutor. Becc. conſ. 84. per tot.
Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. n. 74. & 75. & ita
in ſpecie de patria poteſtate concludit Abb.
in c. 2. de conuerſ. infid. Bald. in l. item in
poteſtate. ff. de iur. perſonar. Alex. conſ. 99.
n. 6. lib. 6. & conſ. 13. n. 9. lib. 7. Socin. conſ. 62.
col. 5. verſ. ſecundo pro hac parte. lib. 1. Quid-
quid aliud ſentiat Afft. deciſ. 151. n. 4. & 9.
Angel. in ſumm. in verb. baptiſmus. 166.
8 Pariſ. conſ. 2. n. 39. lib. 4. † Cum contra eos
ſit verior opinio, vt per Felin. in c. iudæi.
il 2. n 8. de iudæis. Brun. in tract. quod ſtatib.
maſcul. art. 6. princip. fol. 15. col. 3. & 4.
Clement. de patr. poteſt. effect. 7. n. 6. Mar-
quard. de iudæis. p. 3. c. 4. n. 10. Surd. de
alim. tit. 2. q. 15. n. 76. Natt. conſ. 434. n. 5.
Burſatt. conſ. 152. n. 70. lib. 2.

Et quamuis ſimus in auo conuerſo ad fidem,
non tamen ex hoc amiſit ius patriæ poteſta-
9 tis, † quam retinet in filios, & nepotes non
catholicos, cum propter conuerſionem non
debeat eius conditio fieri deterior, vt per
Clement. de patr. poteſt. effect. 7. n. 6. col. 1. ad
med. verſ. ſed quæro diximus. tom. 8. par. 2.
fol. 112. iuxta notata per Io. Lecirier. de
primogen. q. 17. n. 1. lib. 1. & per Anan. in
c. iudæi. il 2. de iudæis.

Neque obſtat, quod patria poteſtas non conſi-
10 deretur in ſpiritualibus, † cum ſit de iure
ciuili introducta c. vlt. de iudic. in 6. Me-
noch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 320. Dec.
conſ. 432. cum ſit quod almericus. n. 9. & in
l. bonorum poſſeſſio. n. 3. C. qui admitt. Abb.
in c. cum voluntate. n. 8. de ſent. excommun.
Iaſ. in l. patre furioſo. n. 8. ff. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur. Clem. de patr. poteſtat. c. 3.
n. 2. in fin. tom. 8. p. 2. fol. 99. Quia huiuſmodi
patria poteſtas non adducitur ad effectum,
vt illa attendatur in ſpiritualibus, & in con-
cernentibus ad animam, ſed vt per eam
amplietur fauor religionis, quamuis enim
ſufficeret, quod auus veniat appellatione
parentũ, vt dictũ eſt ad hoc, vt non poſſit dici
nepotẽ baptizari abſque conſenſu parentis,
11 tamen † multò magis adiuuabitur vna cauſa
iuncta cum alia ad excludendam contradi-
ctionem patris c. 1. de treug. & pac. l. penult.
§. ſi vero. C. de adoption. b. Bero. conſ. 96.
n. 2. cum ſeq. lib. 2. Becc. conſ. 24. n. 26. &
conſ. 59. n. 10.

Quare etiam videmus, quod licet ſeruus ha-
beat liberum arbitrium contrahendi matri-
12 monium † c. ſi quis liber. 29. q. 2. prout etiam
idem habet liberum arbitrium in maritanda
filia Arebid. in c. vnic. in fin. 32. q. 3. Ta-
men in huiuſmodi matrimonio contrahendo
puella debet ſequi volũtatem aui liberi, non
autem patris ſerui, licet enim in ſpirituali-
bus teneatur potius filia obedire patri, quã
auo tanquam in eis ſit ſeruanda ratio natu-
13 ralis, † nihilominus hoc non obſtante præ-
fertur auus contradictioni patris, prout eſt
tex. notabilis in d. c. vnic. 32. q. 3.

Nec facit conſtitutio Martini Quinti de anno
1429. per quam conceditur Iudæis, quod ne-
mo ex eis, vel eorum filijs, qui nondum
peregerint annum duodecimum ſuæ ætatis,
aut aliter doli mali, vel diſcretionis capaces
14 non fuerint, ſine expreſſo parentum, † aut
altero eorum conſenſu, & voluntate non
baptizentur Burſatt. qui dictam conſtitu-
tionem refert conſ. 231. n. 6. lib. 3. Nauar.
conſ. 4. n. 20. de conuerſ. infidel. vbi etiam
quod fuit confirmata per Eugeniũ IV. per
15 quæ verba aut eorum altero † videtur ſolum
reſtringi diſpoſitio ad patrem, & matrem,
quidquid alias appellatione parentum ve-
niat etiam auus Rebuff. in l. appellatione
parentis, 51. col. 3. ad med. verſ. tertio non
procedit. ff. de verb. ſignific. & ſuper con-
cordat. rubr. de collation. §. cum vero. in
gloſ. ex vtroque parente. verſ. nec obeſt quod
dictio. fol. 208. Et ita in propoſito noſtro ar-
16 guit Nauar. d. conſ. 4. n. 20. † Quia iſta ver-
ba, & eorum altero non faciunt talem reſtri-
ctionem ad patrem & matrem tantum, cum
etiam ſi expreſsè cõſtitutio diſpoſuiſſet non
de parentibus, ſed de patre, tamen poſſet
etiam verificari in auo, qui venit appella-
tione patris in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris,
vnde multò magis, quando eſt facienda in-
terpretatio fauorabilis ad fauorẽ fidei Surd.
de alim. tit. 6. q. 8. n. 16. cum alijs de quibus
ſupr. verſ. immo etiam appellatione. n. 4.

Præſertim, quia non eſt admittendum; quod
dictio altero verificetur ſolum in duobus,
17 prout exaduerſo præſupponitur, † Cum
immo intelligatur de pluribus, maxime,
quando, prout in caſu noſtro, reſultaret in-
tellectus contra rem fauorabilem, prout eſt
ratio fidei, & religionis Gloſ. in l. ancillæ.
vbi Bart. n. 5. Bald. n. 3. C. de furt. Cin. in
l. an-

Digitized by Google

l. ancilla, vbi Bart. n. 5. Bald. n. 3. C. de furt. Cin. in l. cum ex filio, §. quidem, vbi Alex. n. 2. ff. de vulg. & pupill. Gemin. in c. ſi pro te. n. 3. de reſcript. in 6. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 58. n. 37. Bertazol. clauſul. 20. gloſ. 31. n. 3.

Minus obſtant, quæ allegantur per *Nauar. conſ. 4. de conuerſ. infidel. & conſ. 1. de baptiſm.*
18 vbi in ſpecie † concludit contra auũ ad fauorem matris, quæ contradicebat eidem auo ne filius ſuus baptizaretur, Quia contra opinionem *Nauar.* fuit iudicatum ideo ſuper eius auctoritate non eſt faciendum fundamentum, prout etiam notatur *in fin. d.*
19 *conſ. 4. & 1.* † & aduertit etiam *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. c. 7. n. 4. fol. 96.* Et quidem rectè, nam auus debet præferri ex rationibus ſupra allegatis, cum præſertim
20 in concurſu patris & matris, † ſemper prævaleat conſenſus eiuſdem matris fauore religionis, excluſa contradictione patris *c. 2. vbi Gloſ. in verb. perducendus. in fin. de conuerſ. infidel. & in c. iudai. 28. q. 1. Barbat. conſ. 58. n. 8. lib. 3. Vrſill ad Affl. deciſ. 151. n. 8. Bertazol conſ. crimin. 250. n. 9. p. 1. Ioſeph. de Abbatib. in conſ.* ſuo impreſſo per *Marquard. de iudais. p. 3. c. 8. tom. 14. fol. 67.* Vnde multò magis debet prævalere conſenſus aui contra patrem, cum maior ſit poteſtas aui in nepo-
21 tem, quam matris in filium, † Maximè, quia ſumus in auo conuerſo, cui potius debent aſſignari filij patris infidelis, vt ſequantur conditionem conuerſi tanquam magis fauorabilem animæ, & religioni, prout eſt faciendum in huiuſmodi materia *c. ex litteris. de conuerſ. infidel. Ioſeph. de Abbatib. d. conſ.* relato per *Marquard. de iudais. par. 3. c. 8. col. 1. ad med.*

Quibus additur, quod fauor fidei eſt ampliſſi-
22 mus *c. in fidei fauorem. de haret. in 6.* † *c. fin. de conuerſ. infidel. c. iudai. 38. q. 1.* Vnde, quamuis etiam conſtitutio Martini V. ſolum loqueretur de patre & matre, tamen ob dictum fauorem erit extendenda ad auũ, cum eadẽ ratio fauoris fidei militet tàm in vno, quàm in alio, prout videmus, quod licet in *c. fin. de regular.* pater effectus Chriſtianus
23 poſſit infantem baptizare † reclamante matre, Nihilominus diſpoſitio illius *tex.* quamuis loquatur de ſolo patre, tamen extenditur ad matrem effectam Chriſtianam, quæ patre iudæo reclamante præfertur illi quo ad baptiſmum dandum filio, cum permitta-
24 tur talis extenſio de perſona † ad perſonam fauore fidei, vnde etiam poterit ex eadem cauſa extendi ad auum, reclamante patre, prout in ſpecie in tali caſu ob dictam rationem fidei dari talem extenſionem notat *Barbat conſ. 58. n. 3. in fin. verſ. facit etiam lib. 3.*

Ideo ſemper conſiderant doctores rationem ſuſpitionis parentis, qui remanet in iudaiſ-
25 mo, † tunc enim apud eum non debent ſtare paruuli, ſed ſunt conſignandi ei, qui conuerſus eſt ad fidem, vt euitetur occaſio inſidiandi ſaluti, & vitæ puerorum, vt dicitur *in c. fin. de conuerſ. infidel. Barbat. conſ. 58. n. 3. verſ. vnde ponderanda ſunt illa. lib. 3. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. c. 7. n. 10. fol. 96.*

Ex quibus concluditur, quod iſti pueri hebræorum debent ſequi conditionem aui conuerſi, & ad illius petitionem ſunt baptizandi, non obſtante contradictione patris, cuius con-
26 ditio non eſt ſequenda, † ſed abominanda tanquam deterrima illorum ſaluti, prout in ſimilibus caſibus ſemper eſt cõſideranda, illa conditio quæ ſit magis vtilis filijs *Gloſ. in c. fin. de clandeſtin. deſponſat. & in c. ex tenore. qui filij ſint legit. Bald. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. c. 7. n. 10. Barbat. conſ. 58. n. 1. lib. 3.*

Et ita ad fauorem Moyſis aui fuit concluſum de anno 1624. de menſe Iunij tempore Cardinalis Veralli protectoris Neophitorum non obſtantibus contradictionibus multorum Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum, qui pro Abraham de Bononia hebræo patre ſcripſerunt contra eumdem auum, quorum obiectis non eſt inhærẽdum, cum ſint rationes leues, & contra chriſtia-
27 nam pietatem, † ideo illis poſthabitis fuerunt duo paruuli nepotes baptizati ad petitionem eiuſdem aui conuerſi, quorum vnus poſt ſuſceptum baſptiſmum die ſubſequenti obijt, & Paradiſi gloriam acquiſiuit; Prout etiam alias in ſimili facti ſpecie fuit deciſum tempore Clemẽtis VIII. & Cardinalis Blanchetti protectoris eorumdem Neophitorum, nam Emanuel Malpenſa hebræus, & conuerſus ad fidem auus Mardochei infantis ſui neporis ex filio Iacobo hebræo adhuc viuente vnà cum ſua vxore, & matre eiuſdem nepotis pariter hebræa obtinuit, vt idem Mardocheus ſuus nepos inuitis patre & matre ſibi concederetur, & baptizaretur, prout executum fuit, & in baptiſmo ei nomen impoſitum Saluator Blanchettus, qui hodie eſt alumnus Collegij Neophytorũ in Vrbe ſtudijs Theologiæ incumbens, cuius parentes hebræi adhuc viuunt, & in Ciuitate Florentiæ morantur, prout de prædictis omnibus fuit facta fides in congregatione, itaut ex iſta obſeruantia magis præfata conualidentur, & quoniam hæc breuiter ſcripſi propter temporis anguſtiam, in alio capite particulari latius Deo dante reſpondebo rationibus exaduerſo allegatis, licet enim non ſint magni momenti, tamen vt ſatisfiat maximo numero ſcribentium pro patre, viſum fuit iterum hanc materiam pertractare, cũ modo
28 otium non detur, † vbi etiam adducam aliqua circa oblationẽ filij impuberis ad monaſterium, nam pater inuito auo poteſt offerre filium impuberem religioni, non autem è contra auus poterit illum offerre in-

uito

Digitized by Google

uito patre, tanquam in ſpiritualibus præferatur ius naturale iuri poſitiuo, vel ciuili, prout in ſpecie concludit. *Innoc. in c. ſi quis autem. 2. n. 1. Hoſtienſ. poſt princ. verſ. ſed & ſi ſit auus habet. Anan. n. 2. Anchar. n. 5. & 11. Io. Andr. in princ. verſ. ſed ſi ſit auus. Henric. Boic. ad med. verſ. item patre inuito. de regular. Federic. conſ. 274. quidam*
29 *condidit. n. 1.* † Et quod ſi pater contradicit filium offerri, & mater velit offerre inuicem ſe impediunt, quia ambo ſunt æquales, cum attendatur ratio naturalis *Butr. in d. c. ſi quis autem. n. 12. in fin. Anan. n. 3.* Et quando tutor poſſit reuocare pupillum oblatum monaſterio *Abb. ibid. n. 8.* & quod mater poſſit reuocare inuita auia *Anchar. ibid. in fin.*
30 *Federic. d. conſ. 274.* † Et quod mater non poſſit offerre, ſed ſolus pater *Archid. in c. addidiſtis. alias incip. audiſtis. vbi Bellam. ad med. 20. q. 1.* & quando filius poſſit vouere in præiudicium patris *Abb. in d. c. ſi quis autem. n. 7. de regular.* quæ omnia latius explicabũtur, vt diximus in capite particulari.

E P I T O M E.

IVs redimendi quando ſit ceſſibile. ¶ Et an illud habens ex pacto, ſeu mandato Iudicis præferatur vicino, & conſanguineo, qui ex ſtatuto poſſet vendicare rem venditam. ¶ Bona debitoris quando addicantur creditori, ſi non inuenitur emptor. ¶ Intellectus *l. 1. ff. de priuil. creditor.* ¶ Nullitas actus quando conualidetur ex iure ſuperueniente. ¶ Executio ſententiæ an poſſit peti coram primo Iudice, qui illam protulit intentando actionem iudicati. ¶ Lis quando dicatur finita per tres conformes, vel duas habentes vim trium. ¶ Obſeruantia interpretatiua quo caſu inducatur. ¶ Declaratio æſtimationis pretij tam in coactiua venditione, quàm in voluntaria an ſpectet ad Camerarium, & Magiſtros viarum, iuxta formam bullæ iuris congrui. ¶ Et quid ſi fuerint latæ ſententiæ per alios Iudices, quam per dictos Magiſtros. ¶ Decretum irritans quem effectum operetur. ¶ Induſtria perſonæ ex quibus cenſeatur electa. ¶ Et an Iudex appellationis ſubrogatus in locum primi poſſit facere illa, quæ talem induſtriam requirunt. ¶ Ius reluendi in deliberatione reſeruatum an ſit amiſſum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit reluere.

S V M M A R I V M.

1 *Deliberatio facta cum conditione, quod debitor poſſit bona reluere infra menſem, non habet locum, ſi conſtet de oblatione iudiciali per eum facta ante lapſum termini.*
2 *Ius reluendi in deliberatione reſeruatum non dicitur amiſſum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit reluere.*
3 *Actio quæcumque poteſt alteri cedi.*
4 *Ius redimendi eſt ceſſibile. & n. 5. Declara, vt n. 6. & 7.*
8 *Habens facultatem redimendi ex pacto, ſeu de mandato Iudicis præfertur vicino, & conſanguineo, qui ex iure municipali poſſet vendicare rem venditam. & n. 10.*
9 *Reſoluto iure emptoris reſoluitur ius vicini.*
11 *Quod eſt alienabile eſt etiam ceſſibile, & tranſmittitur ad hæredes extraneos.*
12 *Creditor quando præferatur in bonis debitoris, quæ ſubbaſtantur.*
13 *Intellectus* l. 1. ff. de priuil. creditor. *& n. 16.*
14 *Bona addicuntur creditori cognato, ſi non inuenitur emptor, qui offerat. Intellige, vt n. 15.*
17 *Dominus tenetur renouare emphyteuſim finitam proximioribus.*
18 *Nemo poteſt cogi plus vni, quam alteri vendere.*
19 *Habens cenſum in re vendita præfertur emptori.*
20 *Ius ſuperueniens re integra ſuffragatur, & conualidat omnem nullitatem. Declara, vt n. 21.*
22 *Executio ſententiæ poteſt peti coram primo Iudice, ſi eſt ordinarius, intentando actionem iudicati, & de ratione. n. 23.*
24 *Magiſtri viarum debent declarare æſtimationem pretij tam in coactiua venditione, quàm in voluntaria, & tam in prima ſententia, quàm in alijs per quoſcumque iudices latis. n. 25.*
26 *Sententiæ tres conformes, vel duæ habentes vim trium in iudicatum tranſactæ, & executioni demandatæ requiruntur ad hoc, vt lis dicatur finita.*
27 *Obſeruantia plurimum confert ad interpretandam mentem ſtatuentium, & ſufficiet aliquando ita eſſe obſeruatum. n. 28.*
29 *Decretum irritans inducit vim priuatiuam, & auocatiuam cuiuſuis poteſtatis tollendo omnes iuris effectus.*
30 *Obſeruantia interpretatiua non poteſt induci vbi verba ſunt clara.*
31 *Induſtria perſonæ cenſetur electa, ſi aliquid committatur arbitrio, & iudicio alicuius.*
32 *Negotium indeterminatè commiſſum operatur electionem induſtriæ perſonæ.*
33 *Iudex appellationis ſubrogatus in locum primi Iudicis non poteſt facere ea, quæ requirunt induſtriam perſonæ.*

CAPVT DCCCCLXXVIII.

SEntentiam latam in cauſa Anconitana bonorum dixi eſſe reuocandam, nam in ea mandatur præferri Antoniam in bonis, de quibus agimus, cum tamen hoc ius prælationis illi non competeret, tanquam deliberatio non fuerit facta ad eius fauorem ſim-
1 pliciter, † ſed ſub conditione, & reſeruatione,

tione, quod debirores poſſent dicta bona
reluere infra menſem, & cum conſlet de
oblatione iudiciali per eos facta ante la-
pſum termini, adimplera eſt conditio, &
eſt locus redemptioni *l. thais ancilla. §. fli-
ibus. ff. de fideicommiſſ. libertat. Bart. in
l. quibus diebus. §. termilius. n. 6. ff. de
condit. & demonſtr. Roland conſ. 63. n. 20.
lib. 4. Parſ. conſ. 19. n. 46. lib. 2. Cephal. conſ.
207. n. 52. Surd. conſ. 298. n. 2. & 3. lib. 2.*

Non obſtat, quod præfati debitores poſt obla-
tionem factã die ſequenti vendiderint bona,
2 quæ intendebant reluere † Franciſco cum
omnibus iuribus ſibi competentibus, & ab
eo maiorem quantitatem pretij receperint,
Quia non ex hoc eſt amiſſum ius reluendi in
deliberatione reſeruatũ, nam ideo declara-
runt velle redimere, vt poſſent alijs vendere,
& ſuam conditionem meliorem facere, prout
paſſim habentes facultatem redimendi illam
3 poſſunt vendere, † & alteri cedere, cum om-
nis actio poſſit cedi *tot. titul. de hæredit. vel
act. vendit. l. vlt. de rei vendicat. l. 2. vbi
Bald. C. de litigioſ. Aim. conſ. 191. col. 2. Cin.
Caſtr. & alij in l. 1. C. de alienat. iudic. mut.
4 cauſ. fact.* & in ſpecie † de iure redimendi,
quod ſit ceſſibile latè comprobat *Roland.*
qui omnibus obiectis reſpondet *conſ. 28. n.
29. & per tot. lib. 2. poſt Caſtr. conſ. 1. alias
45. lib. 2. Alex. conſ. 232. n. 1. cum ſeq. lib. 6.
Dec. conſ. 164. in fin. & conſ. 614. n. 8. Grat.
5 conſ. 157. n. 15. lib. 2.* † & frequentiſſimam
opinionem, & ſequendam dicit *Card. Mant.
de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 32.
n. 113. Aim. conſ. 191. n. 3.*

Contraria autem procedunt in iure, quod eſt
merè perſonale, tunc enim illud non poteſt
cedi, ſecus in iure perſonali, quod cohæret
perſonæ ratione rei, prout eſt ius redimendi,
6 de quo agitur † *Gozad. in l. 2. n. 105. in fin.
C. de pact. int. emptor. & vendit. Igneus in
l. dudum. n. 50. in fin. C. de contrab. empt.*
cum alijs per *Roland. conſ. 28. n. 31. ad med.
verſ. non obſtant modo quæ ex aduerſo. lib. 2.*
vbi etiam *n. 33.* quod idem eſſet in caſu, in
quo bona debent conſeruari in familia, &
7 conſanguinitate, † ex qua non debent exire,
prout loquuntur *Bald. & Ang. Cin. Caſtr.
& alij in l. ad officium. C. commun. diuid.
Ruin. conſ. 72. col. 1. lib. 1.*

Immo habens iſtam facultatem redimendi ex
pacto, ſeu de mandato Iudicis, cuius factum
dicitur factum partis, erit præferendus etiam
8 vicino, & conſanguineo, † qui ex iure muni-
cipali poſſent vendicare rem venditam, nam
quidquid illis eſt acquiſitum ex hac vendi-
tione, intelligitur cum eodem pacto, & cum
eadem conditione, niſi pretium reſtituatur
9 emptori, † aut eius ſucceſſori intra termi-
num præfixum, & conuentum, vnde reſoluto
iure emptoris, eſt etiam reſolutum ius con-
ſanguinei, & vicini *l. lex vectigali. ff. de
pignorib. l. ſi ex duobus. §. ſed & marcellus.
ff. de in diem addict.* Et ita in ſpecie, quod
præferatur venditor vicino, & alijs quando
pactum redimendi fuit appoſitum inconti-
10 nenti † latè comprobat *Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuentionib. lib. 4. tit. 32.
n. 40. & 43. poſt Caſtr. conſ. 74. n. 2. & 3.
lib. 2. Henric. Boich. in c. conſtitutus. de
reſtit. in integr. Ign in l. dudum. n. 58. C. de
contrab. emption. Rip. in l. 1. n. 20. ff. de
priuileg. creditor.*

Cum ergo illud ius redimendi poſſit cedi, vt
dictum eſt, patuit etiam per eum, qui retro
emit vigore facultatis ſibi conceſſæ, alteri
11 eadem res vendi, † cũ ſit alienabile, quod eſt
ceſſibile, & ideo etiam tranſmittitur ad hæ-
redes extraneos, cum illud ius, quod eſt in
aliquo, ſit etiam in alijs, ex quibus perue-
nitur ad illud *l. 2. de iuriſd. omn. iud. l. ora-
tio. ff. de ſponſalib.* & in propoſito notat *Ro-
land. conſ. 28. n. 11. lib. 2. poſt Rom. in l. 1.
§. fin. de nou. oper. nunciat.* iuxta diſpoſitio-
nem *l. ad officium. C. commun. diuidund.*

Nec facit, quod Antonia ſit præferenda in hu-
12 iuſmodi bonis tanquam creditrix † iuxta
l. 1. ff. de priuileg. creditor. Quia non conſtat
ipſam eſſe creditricem, cum ſolum emerit
ſub haſta, & ei tanquam plus offerenti fue-
runt bona deliberata cum reſeruatione, &
conditione, quod debitores poſſent reluere
dicta bona infra menſem, Vnde non poterat
prætendi, niſi reſtitutio pretij ſoluti in dicta
deliberatione; Quamuis etiam admiſſo, quod
13 eſſet creditrix, † non tamen eſſet præferenda
cum diſpoſitio *d. l. 1. ff. de priuileg. creditor.*
procedat ſolum in licitatione bonorum de-
bitoris, in quibus præfertur cognatus cre-
ditor debitoris data paritate oblationis,
alias erit præferẽdus ille, cui maior pecuniæ
quantitas debetur, Quando enim non inue-
nitur emptor, qui offerat, addicuntur bona
creditoribus, vel præfertur creditor cogna-
14 tus, † adeo vt non exiſtente iſta duplici qua-
litate cognationis, & crediti non detur præ-
latio, vt concludunt omnes in *l. imperator.
ff. de pact. & in d. l. 1. vbi Rip. n. 1. & 2. ff.
de priuileg. creditor.* latè *Aſin. de executio-
nib. §. 6. c. 5. 6. & 8. fol. 140. vbi poſt Iacob.
de Aren.* diſtinguit, quod aut creditor eſt
etiam cognatus, & tunc ſimpliciter præfer-
tur creditori non cognato, ſi vero non extet
quiſpiam cognatus, qui velit emere, ſed ſo-
lum adſunt creditores, tunc præfertur cre-
15 ditor maioris ſummæ, † ſi vero alij ſint cre-
ditores, & alij prorſus extranei, tunc præ-
feruntur creditores ipſis extraneis, ſi vero
extet ſtatutum præferens cognatos, illis da-
bitur prælatio, dummodo extranei plus non
offerant, ſemota tamẽ fraude, & colluſione, &
iſtam diſtinctionem communiter ſeruari te-
ſtatur *Aſin. d. c. 8. n. 5. & 6. §. 6. fol. 140. poſt
Bald. in l. 2. col. vlt. verſ. ſed hic occurrit
dubium. & ibi Cagnol. in fin. C. de reſcind.
vendit. Idẽ Bald. poſt Cin. in l. imperator. ff. de*

pact. Et quod caſus *d. l.* 1. ſit ſpecialis,& non extendendus latè concludit *Franc. decíſ.*82.
16 *n.* 3. *vſque ad* 9. † Et multa ad intellectum *d. l.* 1. *ff. de priuil. creditor. Duen. reg.*162. *&* 164. *Coſta de rat. quot. q.*140.*n.*6. *Franc. decíſ.*82. *Marant. diſput.* 8. *incip. aſſiduè in palatijs. Rol. conſ.* 21. *&* 63. *lib.* 1. *Decian. conſ.*105. *lib.* 3. *Capic. decíſ.*42. cum alijs per *Sebaſtian. Neuium in ſyſtemat. in d. l.* 1. *ff. de priuileg. creditor.*

Cætera, quæ opponuntur, non pertinent ad caſum noſtrum, cum Doctores loquantur in
17 renouatione emphyteuſis finitæ, † vel feudi, aut ſimilis rei, in quibus tenentur Domini renouare proximioribus, & ita loquitur *Anchar. conſ.*171. *n.*4. *in fin.* & declarat etiam *Aſtn. de executionib.* §. 6. *c.* 6. *n.* 10. *vſque ad* 16. *fol.* 140. iuxta opinionem *Bart. in l. penult.* §. *permittitur. ff. de aqu. quotid. & æſtiu. Roman. conſ.*22. vbi latè *Mandoſ.* cum alijs per *Rip. in l.* 1. *n.*8. *ff. de priuileg. creditor.*

Neque debet aliquid operari emptio portionis dictorum bonorum facta per Antoniam à Thoma vno ex filijs, & legatarijs, & hæredibus Liuiæ, Quia non propterea eſt præferenda in emptione portionum, quæ contigerunt alijs filijs, & cohæredibus eiuſdem Li-
18 uiæ, † cum tales portiones ſint diſtinctæ, neque poſſit aliquis cogi plus vni, quàm alijs vendere *l. nec emere. C. de iur. deliber.* niſi ſtatuto, vel conſuetudine, aut pacto contrarium diſponatur *Tiraq. de retract. lignag. in præfat. n.* 15. *cum ſeq.*

Nec obſtat prætenſa prælatio per Antoniam
19 ob cenſum, quem habet in dictis bonis † vigore ceſſionis ſibi factæ per Mariam iuxta Bullam Pij V. Quia potius eſt præferendus Franciſcus cum habeat in eiſdem bonis cenſum anteriorem, qui licet exaduerſo prætendatur nulliter impoſitus tanquam ſuper re aliena, cum antè impoſitionem cẽſus, Bernardus maritus conſignaſſet huiuſmodi bona cenſuata Liuiæ vxori pro ſua dote, Tamen valet conſtitutio cenſus etiam ſuper bonis alterius cum conſenſu domini, & ſi vllus defectus potuit conſiderari in tali conſtitutione cenſus eſt ſublatus, cum Liuia vxor obierit antequam iſta bona fuerint ſubhaſtata, & deliberata Antoniæ, & illa iure legati, & hæreditatis fuerint tranſlata in ſuos filios, & hæredes, qui erant obligati in eodem cenſu
20 ad fauorem dicti Franciſci, † adeo vt iſtud ius ſuperueniens re integra eidem Franciſco ſuffragetur, & conualidet omnem prætenſam nullitatem *Alex. conſ.* 177. *n.* 12. *lib.* 2. *& conſ.* 78. *in fin. lib.* 1. *Menoch. conſ.*364. *n.*23. *lib.*4. *Gabr. conſ.*74. *n.* 2. *lib.* 2. vbi de dominio ſuperueniente, quod conualidat cõtractũ locationis factæ non domino *Bellon. conſ.*15. *n.*2. *vſque ad* 7. & concludunt *Bart. & Caſtr. & alij in l. non poteſt videri. ff. de*
21 *iudic.* † Contraria autem procedunt quando eſſemus in iure ſuperueniente poſt litis conteſtationem, quo caſu actus, & iudicium non confirmaretur *Alex. conſ.*39. *n.*4. *lib.*5. *& conſ.* 85. *in fin. lib.*7. *Surd. conſ.*514. *n.*6. *lib.* 4. Prout etiam prædicta haberent locum quando ante ſuperuenientiam veri tituli eſſet alijs ius quæſitum *Aim. conſ.*171. *n.*19. vbi ita declarat doctrinam *Bald. in l.* 2. *C. de ſeruitut. & aqu.*

Alterum dubium, de quo agebatur in cauſa Romana executionis, dicebam decidendum eſſe affirmatiuè, quod cauſa ſit committẽda
22 Camerario, & Magiſtris Viarum, † Quia corã primo Iudice poteſt peti executio ſententiæ, quando eſt ordinarius intentando actionem iudicati tanquam coram Ordinario in genere *Felin. in c. paſtoralis.* 28. §. *præterea. n.* 14. *in gloſ. in verb. diſcuſſa. de offic. iudic. delegat. poſt Innoc. in c. cumana. in fin. de appellat. in* 6. *Bald. in l. eos.* 6. *col.* 2. *poſt med. verſ. tu diſtingue aut petitur executio. n.*6. *C. eod. tit.* Cum prima ſententia
23 non confundatur, ſed confirmetur, † tãquam ex duobus fontibus, ſeu duobus quaſi contractibus naſcantur, non enim eſt inducta nouatio, neque ſentẽtia prima eſt facta deterior per eius conualeſcentiam, & firmiorem ſtatum ſecundum *Ioan. Monac.* de quo per *Bald. in d. l. eos. n.* 6. *per l. generaliter. ff. de fideiuſſor.*

Et in caſu noſtro nulla adeſt difficultas, cum ex diſpoſitione Bullæ Gregorianæ ſuper iure
24 congrui † ſemper ſtandum ſit declarationi Magiſtrorum Viarum tam ſi agatur de æſtimatione pretij, quam in caſu diſcordiæ peritorum, tam in coactiua venditione, quam in voluntaria, & in alijs caſibus, vt in §. 2. *in fin. &* §. 3. 4. 6. 8. 10. 11. 12. *&* 13.

Quod confirmatur ex §. 15. *eiuſdem Bullæ.* vbi diſponitur, quod ſi ille, ad quem pertinet rem vendere bis monitus à Camerario, &
25 Magiſtris recuſauerit, † vel diſtulerit, ipſi nomine recuſantis vendant, pretiumq. deponant penes ædem ſacram, cum facultate eiſdem, & non alijs conceſſa tollendi fideicommiſſa, & proprietates etiam eccleſiarum, eaque transferendi in rem emendam ex pretio declarato, cum etiã vlterius agentes tam ex venditionibus coactiuis, quàm voluntarijs debeant fabricare, ac vnire, & incorporare rem emendam cum ſua propria, & expendere illud, quod Camerarius, & Magiſtri præfixerint, per quos non adimplentes cogantur adimplere, & puniantur cum facultate etiam auferendi res conceſſas non adimplentibus, & reſtituendi primis Dominis, vel alijs, qui voluerint ædificare, vt latius dicitur in §. 16. *&* 17. Itaut ex iſtis verbis clarè colligatur, quod executio ſolum ad illos, non ad alios ſpectat, cum enim iſta ſint facienda ab eis poſtquam partes obtinuerint in cauſis retractus, opus eſt neceſſario concludere, quod præceſſerit non ſolum

prima ſententia , ſed etiam ſecutæ ſint aliæ
26 donec fuerint lites terminatæ , † non enim
poteſt quis dici obtinuiſſe , niſi poſt tres ſen-
tentias conformes , vel duas habentes vim
trium conformium , vel poſt tranſitum in
rem iudicatam , & ſententias executioni de-
mandatas, cum antea non dicatur lis finita
per ſententiam *Pariſ. conſ. 30. n. 36. lib. 4. Mandoſ. regul. 34. quæſt. 27. col. 1. ad med. Sarnenſ. deciſ. 14. incip. lis dicitur. Bald. in l. 1. C. de iuram. calumn. & in l. ſi cauſam. de execut. rei iudicat.*

Accedat obſeruantia ſubſecuta per Bullam ab
anno 1575. cum pluribus ſequentibus vſque
ad annum 1617. ex qua clarè apparet , quod
partes poſt ſententias latas in cauſa appella-
tionis redierunt ad primum Iudicem Came-
rarium, pro illarum executione, prout etiam
ipſamet Camera huiuſmodi cauſas remiſit
27 ad effectum illas exequendi, † quæ obſeruan-
tia plurimum confert ad interpretandam
dictam Bullam, & mentem Summi Pontificis
Aim. conſ. 101. n. 4. & conſ. 211. n. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 503. n. 2. & deriſ. 571. n. 3 par. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 9. §. 2. n. 63. cum ſeq. Itaut etiam ſufficeret , quod ali-
28 quando fuerit ſic obſeruatum , † Vnde multò
magis ſtante ſpatio tã longi temporis *Caſtr. conſ. 347. quia circa donationem. col. fin. lib. 1. Aret. conſ. 11. col. 3. verſ. ſi tamen ex ſuperabundanti. Socin. conſ. 111. col. vlt. verſ. ſed certè poſſumus dicere. lib. 1. Aim. conſ. 118. n. 2. Dec. conſ. 156. col. fin.*

Nec facit, quod aliquando executiones ſimi-
milium ſententiarum ſint factæ per Iudices
deputatos in Camera, qui illas confirmarũt ,
29 Quia cum ſint † contra caſum legis habentis
decretum irritans, non potuit induci aliquis
effectus iuridicus, tanquam per illud induca-
tur vis priuatiua , & auocatiua cuiuſuis po-
teſtatis , & in eo adſit inhibitio in ventre
operando nullitatem actus ab initio ac tol-
lendo omnes iuris effectus *c. ſi eo tempore. de elect. in 6. Caſſad. deciſ. 1. n. 7. de reſtitut. ſpoliator. Ferret. conſ. 314. n. 10. lib. 2. Gomeſ. de trienn. q. 49. n. 3. Put. deciſ. 399. lib. 1.* laté *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloſ. 67. n. 12. vſque ad n. 19. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 16. n. 444.*

Præſertim, quia verba Bullæ ſunt adeo clara ,
30 vt non poſſit in contrarium † induci aliqua
obſeruantia interpretatiua *Dec. conſ. 49. n. 1. verſ. & ſi dicatur. Aret. conſ. 115. n. 2. Surd. conſ. 426. n. 43. lib. 3. Card. Seraph. deciſ. 1108. n. 7. Rot. coram R. P. D. Veroſpio Capuana penſionis. 6. Martij 1617. & coram R. P. D. Gypſio Cæſarauguſtana penſionis . die 11. Martij 1591.*

Maximè , quia in Bulla Summus Pontifex eli-
git ad effectus prædictos Camerariũ, & Ma-
31 giſtros viarum , † quorum arbitrio , & iudi-
cio omnia iſta committuntur, per quæ verba
cenſetur electa induſtria perſonæ *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68. n. 10. & 11. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21. n. 18. poſt Bald. in l. penult. ff. de recept. arbitr. Bologn. conſ. 6. col. 5. Rim. Sen. in l. more. n. 17. ff. de iuriſd. omn. iud.* Præſertim cum ſimus in negotijs non
determinatis, in quibus magis dicitur electa
32 induſtria perſonæ, † quando illa ita indeter-
minata mandantur *Aim. conſ. 303. n. 3. Caccialup. in d. l. more. n. 16. Felin. in c. fin. §. vlt. in 2. notab. de offic. delegat. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 68. n. 13.* Adeo vt ſtãte iſta indu-
33 ſtria perſonæ electa , non poſſit dici , † quod
Iudices appellationum tãquam ſubrogati in
locum primi Iudicis poſſint hæc facere ,
cum in huiuſmodi caſibus nulla detur ſubro-
gatio *c. vlt. §. is autem . de offic. deleg. Gloſ. in l. quiſquis. la 1. C. de epiſc. & cler. Bart. in l. continuus. §. an eo. n. 2. de verb. oblig. Alex. conſ. 10. n. 7. lib. 5. Aim. conſ. 303. n. 1. Rub. Alex. conſ. 80. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 54. n. 7. & q. 68. n. 8. cum ſeq. fol. 41. Curt. Sen. conſ. 62. n. 5.* iuxta *l. vnic. §. ne autem. C. de caduc. tollend. l. inter artifices. 31. ff. de ſolution.*

EPITOME.

SVbſtitutio per verba reſtrictiua, tunc & eo caſu , vel ſimilia quando extendatur de vno caſu ad alium . ¶ Et quid ſi fiat de certo tempore an comprehendat alterum tempus . ¶ Ius ſubſtitutionis pupillaris an ſit tranſmiſſibile, itaut ſubſtitutus ſubſtituti ſit ſubſtitutus pupilli. ¶ Primus gradus ſubſtitutionis peremptus an excludat ſecũdum. ¶ Mater an priuetur legitima per ſubſtitutionem pupillarem. ¶ Intellectus *l. quandiu. la 3. quæ eſt 68. ff. de acquir. hæredit. & l. qui habebat. quæ eſt penult. ff. de vulg. & pupill.* ¶ Subſtitutio facta in morte plurium an verificetur , ſi vnus tantum moriatur , & alius non ſit natus . ¶ Et quid ſi illa fiat in caſu , in quo poſthumus non naſcatur an habeat locum poſthumo nato. ¶ Subſtitutio inutilis, & caduca quando faciat aliã vtilem. ¶ Teſtamentũ an poſſit incipere ab expreſſa, ſeu tacita ſubſtitutione vulgari. ¶ Teſtator an videatur voluiſſe concedere plus ſecundis ſubſtitutis, quàm primis . ¶ Natura terminorum inuicem ſe opponentium an operetur, vt vno poſito in eſſe , alter remoueatur : ¶ Subſtitutus vltimus quando ſit admittendus, ſi non fuerit conditio in forma ſpecifica adimpleta.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies narratur , & queſtio inde propoſita . n. 2.*

3 *Primus gradus ſubſtitutionis peremptus facit , vt non habeat locum ſecunda ſubſtitutio .*

4 *Teſtator non videtur voluiſſe concedere plus ſecundis ſubſtitutis , quam primis .*

5 *Subſtitutio totaliter euaneſcit, ſi ille, cui eſt facta ſubſtitutio pupillaris decedat viuente teſtatore.*
6 *Nullitas maior eſt in eo, quod à toto principio, quam in illo, quod ex poſt facto deficit.*
7 *Conditionis defectus excludit ſubſtitutos, qui ex inutili ſubſtitutione non poſſunt aliquid capere.*
8 *Vocatio ſub conditione obitus alicuius, ſi non extitit, cenſetur adempta ſub contraria conditione.*
9 *Natura terminorum, qui inuicem opponuntur eſt, vt vno poſito in eſſe, alter remoueatur.*
10 *Intellectus* l. qui habebat. quæ eſt penult. ff. de vulg. & pupill. *n. 19. & 36.*
11 *Subſtitutus vltimus non admittitur, ſi non fuerit conditio in forma ſpecifica adimpleta. & n. 12.*
13 *Conditio, ſi non poteſt impleri de iure, eſt adimplenda de facto.*
14 *Subſtitutio per verba reſtrictiua tunc & eo caſu non admittit extenſionem de vno caſu ad alium, quamuis ſit fauorabilis. n. 15. & 30. Declara, vt n. 31.*
16 *Vulgaris ſubſtitutio taxatiua non continet pupillarem.*
17 *Subſtitutio facta de certo tempore non comprahendit alterum tempus.*
18 *Subſtitutus ſubſtituti non cenſetur ſubſtitutus pupilli, nec ius ſubſtitutionis pupillaris tranſmittitur. & n. 34. Contrarium. n. 24. 25. 26. & 35.*
20 *Vltimus ſubſtitutus defectu conditionis, ſicut non poteſt ſuccedere in locum medij, ita etiam non poſſet ſuccedere primo.*
21 *Subſtitutus efficitur primus, ſi perſona primi quoquomodo de medio ſubducitur.*
22 *Diſpoſitio* l. quamdiu. la 3. quæ eſt 68. ff. de acquir. hæredit. *in quibus caſibus procedat.*
23 *Compendioſa ſubſtitutio continet vulgarem.*
27 *Subſtitutio facta in morte plurium non verificatur, ſi vnus tantum moritur, & alius non eſt natus, prout ſi illa fiat in caſu, in quo poſthumus non naſcatur non habebit locum poſthumo nato. n. 28. Contrarium eſt verius. n. 29.*
32 *Subſtitutio vulgaris comprahendit caſum impotentiæ quocumque modo illa veniat.*
33 *Extenſio de caſu ad caſum datur ſi conſtat de voluntate teſtatoris non obſtantibus dictionibus limitatis.*
37 *Subſtitutio inutilis, & caduca quando faciat aliam vtilem.*
38 *Teſtamentum poteſt incipere ab expreſſa, & tacita ſubſtitutione vulgari. n. 39.*
40 *Mater priuatur legitima per pupillarem ſubſtitutionem.*
41 *Subſtitutus admittitur etiam ex alio caſu, ad quem fiet extenſio propter maiorem dilectionem.*

CAPVT DCCCCLXXIX.

PAter in teſtamento exhibito inſtituit
Lælium filium infantem, & ventrem ſuæ
vxoris Liuiæ, ſi fuerit maſculus pro æquis
1 portionibus, & eos ad inuicem ſubſtituit, † &
decedente Lælio in pupillari ætate, ac etiam
alio filio maſculo naſcituro, ac fœmina
naſcitura, tunc & eo caſu ſubſtituit Suſannam
matrem donec ſeruauerit vitam vidui-
lem, caſtam, & honeſtam, & ipſa decedente,
vel nubente tunc & eo caſu ſubſtituit in di-
midia Martam ſororem, & in alia dimidia
Angelum nepotē ex altera ſorore, per quas
tamen ſubſtitutiones noluit matrem Liuiam
priuatam eſſe ſucceſſione legitimæ filij tam
nati, quàm naſcituri, prout latius in eodem
teſtamento continetur; Die 19. Septēbr. 1623.
obijt teſtator relicto ſolo Lælio infante hæ-
rede cum vxor non extiterit prægnans; Po-
ſtea deceſſit Suſanna die 18. Septembris 1623.
Deinde Lælius hæres obijt in pupillari ætate
de menſe Iulij 1624.

Quæritur an ſtante obitu Suſannæ prius ſubſti-
2 tutæ ante Lælium hæredem, † ſit effecta ca-
duca ſubſtitutio ſecundo loco facta ad fauo-
rem Martæ ſororis, & Angeli nepotis, itant
hæreditas Lælij infantis ſit delata Liuiæ ma-
tri ex ſenatuſconſultò Tertulliano.

In prædicta facti ſpecie videtur concludendum,
quod huiuſmodi ſubſtitutio ſit caduca, nam
Suſanna fuit ſubſtituta in caſu quo decede-
ret Lælius in pupillari ætate, ac alius filius
naſciturus, vnde cum ipſa deceſſerit ante-
quam euenerit caſus mortis filiorum in pu-
3 pillari, † dicitur peremptus iſte primus gra-
dus ſubſtitutionis, quo perempto non habet
locum ſecunda ſubſtitutio facta Suſannæ de-
cedenti, ſeu nubenti ad fauorem Angeli, &
Marthæ *Roland. conſ. 57. n. 55. vſque ad 58.
lib. 3. poſt Angel. in l. qui habebat. 47. ad
med. in tex. ibi pubes. & in gloſ. vlt. ff. de
vulgar. & pupill. Burſatt. conſ. 97. n. 7. & 8.
lib. 1. Thob. conſ. 25. n. 7.* latè *Alex. conſ. 1.
n. 9. cum ſeq. lib. 1. Roman. in l. quandiu.
col. 7. ff. de acquir. haredit.* Deſtructo enim
medio, per quod deuenitur ad finem, de-
ſtruitur etiam ipſe finis *Iaſ. in d. l. qui ha-
bebat. in princ.* & ibi etiam *Imol. ante. n. 1.
Natt. conſ. 678. n. 19.*

Maximè, quia nō debent ſubſtituti plus capere,
quàm potuiſſet Suſanna, cui fuerunt ſubſti-
4 tuti, † cum teſtator non videatur voluiſſe
plus concedere ſecundis ſubſtitutis, quàm
primo loco vocatis, vt in ſpecie concludit
*Oldrad. conſ. 177. teſtator in ſuo vltimo te-
ſtamento. n. 2.* vbi loquitur de habituali po-
teſtate capiendi, quam non habuit prius vo-
catus *l. publius. §. titia. ff. de condit. & de-
monſtrat. l. qui fundum. 86. §. qui filios. in
fin. ff. ad leg. falcid.*

Præterea ſi ille, cui eſt facta ſubſtitutio pupil-
5 laris, viuente teſtatore decedat, † ſubſti-
tutio

Digitized by Google

tutio totaliter euaneſcit *l. quod ſi filius. in princ. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. lex cornelia. §. ſi vero viuo patre. ff. de vulgar. & pupill.* Vnde multò magis reddetur inualida ſubſtitutio, quando ille, cui fuit facta talis ſubſtitutio à principio, non reperitur,
6 cum maior nullitas ſit in eo, † quod à toto principio, quam in illo, quod ex poſt facto deficit *l. ſi filius. ff. de liber. & poſthum. l. poſthumus præteritus. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſtam.*

Additur, quod neptes ſubſtitutæ Suſannæ fuerunt vocatæ ſub conditione, ſi Suſanna decederet, vel nuptias contraheret, prout etiam eadem Suſanna fuit ſubſtituta Lælio decedenti in pupillari ætate, & filio maſculo naſcituro, ſeu fœminæ naſcituræ, Vnde cum iſta conditio non extiterit, quia nec maſculus, nec fœmina extiterunt, & non ſunt natæ, & Suſanna obijt antequam
7 decederet Lælius in pupillari, † talis defectus conditionis excludit neptes ſubſtitutas Suſannæ, quæ ex inutili ſubſtitutione non poſſunt aliquid capere, tanquam ſubſtitutio inutilis non faciat aliam vtilem *l. nullus ſoſius. C. de decurion. lib. 10. l. vtrum. in princ. ff. de reb. dub. Socin. conſ. 52. n. 4. lib. 1.*

Cum etiam teſtator vocauerit Suſannam ſub conditione obitus Lælij, & filij naſcituri in
8 pupillari, quæ conditio non extitit, † vnde cenſetur facta ademptio vocationis ſub contraria conditione *l. ſi alij. verſ. ſi legatum purè. ff. de adim. legat. l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. petat. l. quod purè. ff. quand. dies legat. ced.* Prout talis eſt natura terminorum, qui inuicem opponuntur, vt vno poſito in eſſe,
9 alter remoueatur † *l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. l. ex facto. §. penult. ff. ad trebell. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonſtrat.*

Quæ omnia comprobantur ex diſpoſitione *text. in l. qui habebat. quæ eſt penult. ff. de vulgar. & pupill.* vbi filio maſculo fuit ſubſtituta filia fœmina pupillariter, & eidem fœminæ decedenti in pupillari fuerunt ſubſtitutæ ſo-
10 ror, & vxor teſtatoris, † ſi contingat, quod dicta filia fœmina moriatur viuo filio maſculo, non admittuntur ſoror, & vxor ſubſtitutæ, quamuis filius maſculus poſtea impubes deceſſerit, cum filia fœmina, cui fuerunt ſoror, & vxor ſubſtitutę deceſſiſſet antè filium maſculum, in cuius perſona defece-
11 rat conditio ſubſtitutionis, † vnde cum non fuerit eadem conditio in forma ſpecifica adimpleta per talem ordinem mortis conuerſæ, non debet admitti vltimus ſubſtitutus *l. mæuius. in princ. & l. pater Seuerinam, ff. de condit. & demonſtrat.*

Quibus confert, quod conſuluit *Bald. in conſ. incip. quidā vānuccius. col. 1.* relatus per *Soc. conſ. 52. n. 4. verſ. hanc etiā partem. lib. 1.* vbi concludit, quod ſubſtituto vno ex filijs, ſi deceſſerit ſine filijs, & ſi ſubſtitutus decederet
12 poſt mortē filiorū, ſubſtituit aliū, † quod primo ſubſtituto mortuo viuētibus filijs, & poſtea mortuis filijs, quod tali ordine mortis conuerſę non admittitur vltimus ſubſtitutus propter nō adimplementū conditionis *l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtrat. Corn.*
13 *conſ. 180. n. 5. lib. 4.* † vbi etiam quod ſi conditio non poteſt impleri de iure, eſt adimplenda de facto *l. penult. ff. de ſtat. liber. l. mulier. §. ſi quis hæreditarium. ff. de condition. inſtitut.*

Quod magis eſt in caſu noſtro, quia teſtator ſubſtituit Suſannam per verba reſtrictiua,
14 tūc & eo caſu obitus filij in pupillari, † prout etiam ſubſtituti Suſannæ cum eiſdem verbis fuerunt vocati, itaut decedente Suſanna antequam pupillaris inſtitutio adimpleatur, non poſſint ſubſtituti ſubintrare in locum Suſannæ, tanquam ſolum diſpoſitio fuerit reſtricta ad vnū caſum, qui non debet extendi ad alium *Bart. in l. vxori vſumfructum. ff. de vſufr. legat. Dec. conſ. 63. & pro tenui.*
15 *n. 2. Aim. conſ. 98. n. 6. & 14.* † vbi ampliat ad diſpoſitionem fauorabilem, quæ etiam reſtringitur ex dictis verbis tunc & eo caſu *Bald. conſ. 262. recolo. in fin. lib. 1. & conſ. 456. lib. 1.* Et in ſubſtitutione vulgari taxati-
16 ua, & reſtrictiua expreſſa, † quod pupillarem non contineat *Alex. in l. 1. n. 34. vbi Socin. limit. 8. Rip. n. 169. ff. de vulg. & pupill. Caſtr. in l. iā hoc iure. n. 2. vbi Iaſ. n. 4. in fin. ff. eod. tit. Salic. in l. precibus. C. de impuber. Fulgoſ. in l. quamuis. C. eod. tit. & in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtitut. Trentacinq. in tract. de ſubſtitut. p. 1. c. 11. effect. 3. n. 2.*

Prout dicimus de ſubſtitutione facta certo tē-
17 pore, quæ non compræhendit aliud † *l. ſi ita quis. ff. de vulg. & pupill. Iaſ. in l. 1. in princ. n. 29. in fin. ff. eod. tit.* cum per talem reſtrictionem temporis, videatur omne aliud tempus excluſum *l. imperator. ff. de poſtul.*

Et ita in ſpecie, quod ſubſtitutus ſubſtituti non
18 cenſeatur ſubſtitutus pupilli, † & quod ius ſubſtitutionis pupillaris non tranſmittatur tenet *Cuiac: poſtremo tom. 2. ad 3. lib. reſponſor. Scæuol.* in explicatione *l. qui habebat. ff. de vulgar.* & latius *lib. 6. reſponſor. Papin.* ad interpretationem *l. cohæredi. ff. eod. tit. de vulgar.* iuxta diſpoſitionem *tex. in d. l. qui habebat. quæ eſt penult.* prout etiam latè *Corn. conſ. 180. n. 5. vſque ad 7. lib. 4.*
19 vbi multa ad intellectum † *d. l. qui habebat. Iaſ. in l. 1. in princ. n. 29. poſt med. verſ. contra tamen. ff. de vulgar. & pupill.*

Et faciunt multa, quæ latè adduxi *ſupr. c. 747. n. 18. vſque ad 31.* vbi reſpondetur ad *Bart. in l. quandiu. ff. de acquir. hæredit.* & comprobatur illa opinio, quod quando deficit conditio, ſub qua vltimus erat ſubſtitutus illi medio, tunc defecta conditione excludi-
20 tur ſubſtitutus, † ſicut enim vltimus defectu conditionis non poſſet ſuccedere in locum medij, ita etiam non poſſet ſuccedere primo

Peregr. conſ. 36. n. 25. vſque ad 29. lib. 1. & conſ. 55. n. 9. lib. 2. Gabr. conſ. 95. n. 21. lib. 1. Theſaur. deciſ. 86. in fin. Honded. conſ. 49. n. 42. vſque ad 46. lib. 2. quos omnes adduxi ſupr. c. 747. n. 21. poſt Zanch. Dilect. Cephal. Sim. de Pret. Burſatt. Rot. diuerſor. Surd. Natt. Alciat. Menoch. & alios ibidem allegatos.

Verum pro contraria opinione, quod ſubſtitu-
21 tio non ſit caducata multum facit, † quod
ſubſtitutus efficitur primus, quando perſo-
na primi quoquomodo de medio ſubducitur
l. cohæredi. in princ. ff. de vulgar. & pupill.
l. ſi titius. ff. eod. tit. l. 2. ff. qui potior. in
pignor. habeant. & notat in propoſito Caſtr.
conſ. 267. viuentibus dictis nepotibus. n. 2.
lib. 2. iuxta doctrinam Bart. in l. quandiu.
la 3. quæ eſt 68. n. 10. ff. de acquir. hæreditat.
22 vbi in ſpecie † decidit caſum noſtrum
dum concludit, quod ſi teſtator inſtituit fi-
lium hæredem, cui decedenti in pupillari
ſubſtituit Titium, & quandocumque deceſ-
ſerit Titius ſine liberis, ei ſubſtituit Sempro-
nium, ſi contingat, quod Titius moriatur
ante pupillum hæredem inſtitutum, & pu-
pillus poſtea decedat, tunc Sempronius po-
teſt ei ſuccedere vigore dictæ ſubſtitutionis
pupillaris, quamuis enim Sempronius fuerit
ſubſtitutus Titio, non autem pupillo, Tamen
gradu primo ſubſtitutionis perēpto admit-
titur ſequens d. l. quandiu. 68. ff. de acquir.
23 hæredit. † Maximè, quia iſte Titius fuit ſub-
ſtitutus compendioſè, quæ continet vulga-
rem l. centurio. ff. de vulgar. Vnde videtur
Titius pupillariter ſubſtitutus, & cum Titius
hæres non erit Sempronium ſubſtituo, & vi-
detur ſecundus gradus ſubſtitutionis l. pater.
ff. de vulgar. qui ſecundus gradus quo ad
Titium eſt vulgaris, quo ad pupillum eſt pu-
24 pillaris. ¶ † Hactenus Bart. cuius opinio eſt
communiter ab omnibus recepta, vt tenent
Bald. Imol. Caſtr. & Cuman. in d. l. quan-
diu. ff. de acquir. hæredit. quod tanquam
ſingulare, & menti tenendum comprobat
Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 3. de vulgar.
n. 10. ad fin. verſ. octauo infero. fol. 15. Craſſ.
in §. ſubſtitutio. q. 81. n. 5. fol. 235. latè Surd.
deciſ. 37. n. 35. in fin. verſ. confirmatur:

Neque obſtat, quod contrarium ſequatur Ro-
man. in d. l. quandiu. col. penult. ante fin.
verſ. in contrarium tamen eſt veritas. n. 26.
25 poſt † Io. Andr. in addit. ad Speculat. de
teſtam. §. 1. verſ. occurrit caſus nouiſſimus.
col. antepenult. Oldrad. conſ. 177. teſtator in
vltimo ſuo teſtamento. col. 1. Socin. conſ. 77.
n. 7. ad med. lib. 3.

Nam quidquid prædicti, & alij teneant, non
eſt diſcedendum ab opinione Bart. tanquam
26 magis communi, & veriore, † vt teſtatur &
latè comprobat Iaſ. in l. 1. in princ. col. 6.
poſt med. verſ. vndecimo facit. n. 29. ff. de
vulgar. & pupillar. & latius conſ. 148. col. 4.
vſque ad 7. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 181. de
duobus in præſenti. n. 47. lib. 2. & cōſ. 94. quia
in præſenti. n. 39. in fin. vſque ad 50. lib. 1.
vbi latè defendit Bart. contra Rom. & alios
ſupra allegatos. quod talis ſecundo ſubſtitu-
tus ſuccedit pupillo vigore pupillaris, prout
ſuccederet primo ſubſtitutus tanquam ſub-
intrans in locum illius Pariſ. conſ. 73. n. 34.
vſque ad 49. lib. 3.

Neque obſtat, quod ſubſtitutio non extenda-
tur de vno caſu ad alium Oldrad. conſ. 142.
27 & conſ. 177. † vbi ſi pater inſtituto poſthu-
mo, ſubſtituat filium ſecundo loco naſcitu-
rum, cui decedenti ſine filijs ſubſtituat fra-
trem, ſi vnicus poſthumus naſcatur, & de-
cedat ſine filijs, non tamen admittetur fra-
ter, cum enim ſubſtitutio ſit facta in morte
plurium, non verificatur quando vnus tan-
tum moritur, & alius non eſt natus, prout
paſſim ſubſtitutio facta caſu quo poſthumus
28 non naſcatur, † non habebit locum poſthu-
mo nato, vnde multò minus ſubſtitutio, de
qua agimus erit extendenda de perſona ad
perſonam Aim. conſ. 361. & conſ. 363. lib. 3.
Ruin. conſ. 175. n. 5. lib. 5. & conſ. 4. n. 5. lib. 3.
Alex. conſ. 1. n. 13. lib. 1.

Nam verior eſt ſententia, quod frater ſubſtitu-
tus ſuccedat, cum detur extenſio de caſu ad
caſum ex veriſimili mente teſtatoris, prout
contra Oldrad. & ſequaces latè concludit
29 Surd. conſ. 236. n. 26. lib. 2. † vbi quod illius
opinio eſt damnata, & ſapit iniquitatem,
Socin. Iun. conſ. 90. n. 24. lib. 1. Bero. conſ.
102. in 1. dub. lib. 2. latiſſimè Decian. conſ. 1.
lib. 1. Gardin. Mantic. de coniectur. vltim.
voluntat. lib. 11. tit. 6. Alciat. in l. commodiſ-
ſimè. n. 18. ff. de liber. & poſthum. & in
l. 1. n. 36. ff. de vulgar. & pupill. & conſ. 250.
per tot. Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita.
p. 1. n. 3. & p. 8. n. 209. ff. ad trebellian. Tiraq.
in l. ſi vnquam. in verb. libertis. n. 50. & 51.
C. de reuocand. donation. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 15. n. 16. fol. 138. & ita ſeruari
teſtatur Craſſ. in §. ſubſtitutio. quæſt. 81.
n. 6. fol. 236.

Minus obſtat, quod ſubſtitutio Marthæ, & An-
geli fuerit facta Suſannæ decedenti, vel nu-
30 benti † cum verbis tunc & eo caſu, quæ re-
ſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum
adeo vt ad aliū non trahātur Alex. conſ. 3. n. 4.
lib. 1. Aim. conſ. 98. n. 5. Soc. conſ. 259. col. pen. in
fin. lib. 2. Quia, quando, prout in caſu noſtro,
ſumus in caſu ſimili expreſſo, huiuſmodi di-
31 ctiones, † tunc & eo caſu ad illum extendun-
tur Bart. in l. gallus. §. & quid ſi tantum.
vbi Coſta. n. 99. Galiag. n. 14. ff. de liber. &
poſthum. Rip. in l. 1. n. 169. ff. de vulgar. &
pupillar. Roland. conſ. 70. n. 49. lib. 3. Pariſ.
conſ. 50. n. 52. lib. 3. Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltimar. voluntat. lib. 3. tit. 15. n. 10.
Surd. conſ. 236. n. 46. lib. 2.

Maximè, quia ſumus in caſu, in quo conſtat de
voluntate teſtatoris, cum ſubſtituerit Mar-
tham, & Angelum Suſannæ decedenti, vel
nu-

Digitized by Google

32 nubenti, † quæ ſubſtitutio tanquam vulgaris
compræhendit caſum impotentiæ quocum-
que modo illa veniat, tam ſi Suſanna more-
retur hæreditate etiam non adita, quàm ſi
pupilla non eſſet hæres *Bart. in l. cum propo-
nat. C. de haeredib. inſtituend. & in l. 3. §.
fin. ff. de liber. & poſthum. Dec. conſ. 416.
in teſtamento. n. 4. in fin. Pariſ. conſ. 73.
n. 31. lib. 3.*

Stante autem voluntate teſtatoris fit extenſio
de caſu ad caſum, quamuis ſubſtitutio fuerit
33 facta † cum dictionibus tunc, vel ſimilibus
reſtrictiuis, & limitatis *Cephal. conſ. 196.
n. 33. lib. 2. Gozad. conſ. 64. in fin. Socin. Iun.
conſ. 114. n. 29. lib. 1. & conſ. 181. n. 54. lib. 2.
Pariſ. conſ. 92. n. 60. cum ſeq. lib. 2. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3.
tit. 15. n. 10. Surd. conſ. 236. n. 47. lib. 2.*

Nec facit, quod *Bart. in d. l. quandiu. 63. ff.
34 de acquir. haereditat.* loquatur, † quando
vtraque ſubſtitutio erat fideicommiſſaria,
cum in pupillari aliud ſit dicendum, tãquam
in ea ſubſtitutus ſubſtituti nõ cenſeatur ſub-
ſtitutus pupilli *l. qui habebat. quae eſt penult.
ff. de vulgar. & pupill. Iaſ. in l. 1. in princ.
n. 29. poſt med. verſ. contra tamen. ff. eod. tit.*
cum alijs adductis *ſupr. n. 18.*

Quia *Bart.* & omnes, qui eum ſequuntur clarè
35 ponunt caſum in pupillari, † vt ex eius le-
ctura patet, & notat latè *Pariſ. conſ. 73. n. 44.
lib. 3. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 3. de
ſubſtitut. vulgar. n. 10. ad fin. verſ. octauo
infero. fol. 15. Socin. Iun. conſ. 94. n. 39. in
fin. lib. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 15.
n. 13. ad med. Gabr. conſ. 115. col. 2. lib. 1. De-
cian. conſ. 1. in 1. dub. lib. 1. Rim. Sen. conſ.
106. per tot. Iaſ. conſ. 148. col. 4. vſque ad 7.
lib. 2.* qui omnes cum alijs ſupra allegatis re-
ſpondent cunctis oppoſitionibus, quæ exad-
uerſo allegantur. & in ſpecie ad *tex. in l. qui
36 habebat. quae eſt penult. ff. de vulgar.* † quæ
procedit, quando vtraque ſubſtitutio erat
pupillaris, in qua non fit tranſmiſſio ad vlti-
mum ſubſtitutũ, ſi caſus vltimæ ſubſtitutio-
nis nõ euenit, vt poſt *Socin. Corn. Caccialup.*
& alios notat *Pariſ. d. conſ. 73. n. 40. lib. 3.*

Neque obſtit, quod ſubſtitutio prima Suſannæ
tanquam inutilis, & caduca nõ potuit facere
aliam vtilem, cum ſit deſtructum medium,
37 Quia Martha, † & Angelus non veniunt ex
perſonna Suſannæ primo loco ſubſtitutæ, ſed
ex perſona propria, non accipiendo vices ab
illo gradu caduco, & inutili, in cuius defe-
ctum vocantur, nàm teſtamentum poteſt in-
cipere à ſecundo gradu, quamuis primus
gradus eſſet inutilis, & primus ſubſtitutus
eſſet mortuus ante inſtitutum, vt in ſpecie
reſpondet *Aret. in d. l. quandiu. col. penult.
verſ. ſed ad iſtam rationem. ff. de acquir. hae-
reditat. Pariſ. conſ. 73. n. 38. lib. 3. Iaſ. conſ.
148. col. 5. verſ. non obſtat ſecundum. lib. 2.*

Et quod teſtamẽtum poſſit incipere ab expreſſa
38 ſubſtitutione vulgari † eſt [illegible] *ſupra
ſecundo. C. de caduc. tollend. l. 3. §. fin. ff. de
liber. & poſthum. Dilect. de art. teſtand. tit. 5.
caut. 3. n. 2. Iaſ. in l. ſi pater filium. n. 3. ad
fin. verſ. ex iſto intellectu. ff. de vulg. & pu-
pillar. ſubſtit. Craſſ. §. ſubſtitutio. quaeſt. 10.*
39 Immo etiam † à tacita vulgari *Gloſ. in l. lex
cornelia. in verb. non exiſtimo. ff. de vulgar.
Alex. conſ. 1. n. 8. col. 5. in princ. lib. 1.*

Quod etiam comprobatur, quia ex teſtamento
cõſtat teſtatorem magis dilexiſſe omnes ſub-
ſtitutos, quàm Liuiam vxorem, cui ſolum
mandauit non præiudicari in legitima ſibi
debita in bonis filij impuberis, cum ſciret,
40 quod mater priuatur † per pupillarem ſub-
ſtitutionem etiam legitima *c. ſi pater. de
teſtam. in 6. Couar. in c. cum eſſes. n. 11. eod.
tit. Pariſ. conſ. 58. n. 17. lib. 2. Craſſ. in §.
ſubſtitutio. q. 30. n. 2. Surd. deciſ. 273. n. 3.
Rip. in l. 2. n. 45. ff. de vulgar. & pupillar.*
Vnde excepta tali legitima alios ſubſtituit,
quos tanquam magis dilectos voluit eſſe hę-
41 redes in omnibus bonis pupilli, † itaut ſtante
huiuſmodi dilectione admittatur ſubſtitutus
ex alio caſu, ad quem fiet extenſio, quidquid
alias illa non admitteretur *Iaſ. in l. 1. in
princ. n. 30. in fin. ff. de vulgar. & pupill.*

Ex quibus patet, quod caſus propoſitus non
eſt adeo facilis, vt præſupponebatur, prout
hæc ſcripſi, vt conſtaret de cauſis, & ratio-
nibus, ob quas ab aliorum opinione diſceſſi,
nam potius libenter illam comprobaſſem,
prout faciam ſi ex reſponſionibus oblatis ad
omnia ſuperius adducta, apparebit bonum
ius, quod prætenditur pro contraria ſenten-
tia, cum interim ex meis allegationibus non
intendam aliquod præiudicium partibus li-
tigantibus inferre.

E P I T O M E.

Electio periti ad effectum ſciendi valo-
rem domus, cuius prætenditur retractus
ſine præiudicio iurium eligendorum an in-
ducat conſenſum tacitum, ſeu expreſſum ſu-
per eodem retractu. ¶ Et quando clauſulæ
præſeruatiuæ iurium dicantur contrariæ fa-
cto. ¶ Monachus an poſſit eſſe teſtis pro mo-
naſterio, ſi ſit illius procurator. ¶ Probatio
dubia qualis dicatur. ¶ Et quando repellat
teſtem ſuper ea deponentem. ¶ Conſenſus
præſtitus, vt monaſterium poſſit domum
retrahere pro illius ampliatione an debeat
intelligi ſolum ad effectũ illam incorporãdi,
vel etiã locandi, & in alios vſus conuertendi.
¶ Iuſtitia negotij principalis an faciat, vt
recedatur à denegatione audientiæ, & clau-
ſula ſublata. ¶ Conceſſio an ſit præſumenda
ex titulo preambulo. ¶ Conſenſus requi-
ſitus ad actum an debeat eſſe expreſſus, non
tacitus. ¶ Et quando fauore Reipublicæ,
ſeu Eccleſiæ tacens habeatur pro conſen-
tiente. ¶ Pater an poſſit præiudicare filijs in
aduentitijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus requiſitus ad actum debet eſſe expreſſus, non autem tacitus.*

2 *Verba in reſcriptis ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda.*

3 *Electio periti ſine præiudicio iurium eligentium ad effectum ſciendi valorem domus, cuius prætenditur retractus nõ inducit conſenſum, nec tacitum, nec expreſſum. & n.4.*

5 *Clauſulæ præſeruatiuæ iurium non dicuntur contrariæ facto.*

6 *Proteſtatio magis iuuat proteſtantem, ſi pars aduerſa illi non contradixerit.*

7 *Actus dicitur conditionalis ſtante clauſula ſine præiudicio, vel ſimili præſeruatiua iurium. & n.8.*

9 *Conſenſus conditionalis non operatur, niſi verificata conditione.*

10 *Iuſtitia negotij principalis facit, vt recedatur à denegatione audientiæ, & clauſula ſublata.*

11 *Teſtis familiaris Iudicis, & ab eo ſalariatus, & alimentatus non eſt idoneus teſtis pro ſuſtinenda illius ſententia.*

12 *Probatio nulla reſultat, ſi teſtis deponat inuerisimilia.*

13 *Conceſſio præſumitur ex titulo præambulo.*

14 *Probatio dubia, quæ poteſt referri ad conſenſum locationis, ſeu venditionis non probat talem conſenſum.*

15 *Probatio dubia dicitur, quando poteſt habere multiplicem interpretationem.*

16 *Conſenſus præſtitus, vt monaſterium poſſit domum retrahere pro illius ampliatione debet intelligi ad effectum illam incorporandi, non autem locandi, & in alios vſus conuertendi.*

17 *Cauſa limitata non poteſt producere niſi effectum limitatum.*

18 *Monachus non eſt idoneus teſtis pro monaſterio, ſi ſit illius procurator. Amplia ad procuratorem etiam finito officio. n.19.*

20 *Pater non poteſt præiudicare filijs in bonis aduentitijs, nec in illis, quæ habuit ab alijs quàm à patre.*

21 *Tacens habetur pro conſentiente fauore piæ cauſæ, pupilli, & reipublicæ.*

22 *Extenſio non eſt facienda de vna cauſa ad aliam contra mentem contrahentium.*

CAPVT DCCCCLXXX.

DE conſenſu traditionis, & conſignationis domus, de qua agimus, & poſſeſſionis poſtea captæ dixi non conſtare, cum enim ſimus in conſenſu requiſito ad actum,
1 non poteſt dici, † quod interuenerit, niſi doceatur de expreſſo conſenſu, tanquam tacitos non ſufficiat *Aret. in l. 2. §. voluntatem. in 1. notab. in fin. verſ. & aduerte. vbi Iaſ. in 3. notab. n.6. ff. ſolut. matrimon. Dec. conſ. 38. circa primum dubium. col. 3. in princ. verſ. cum enim licentia & conſenſus requiratur. n. 4. Menoch. conſ. 1168. n. 3.*
2 *lib. 12. Surd. deciſ. 302. n.6. & 7.* † Maximè, quia ſumus in reſcriptis, in quibus verba ſunt propriè, & ſtrictè intelligenda, non autem fictè, aut præſumptiuè *l.3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. Tiraquel. de leg. connubial. gloſ. 7. n. 46. cum ſeq.*

Quo ſtante non eſt diſputandum, quod conſenſus dicatur tacitè præſtitus ex electione periti, Quia cum requiratur expreſſus, vt dictum eſt, non ſufficit tacitus, qui etiam ſi ſuf-
3 ficeret, quod negatur, † Nihilominus electio ipſius periti fuit facta ſine præiudicio iurium eligentium, & ſolum ad effectum ſciendi verum valorem, & pretium domus, in euentum in quem teneretur ad illius venditionem, poſtquam Aduerſarij emiſſent domos intermedias, & proſecuti eſſent ædificium cæptum Monaſterij, qua proteſtatione ſtante, non poteſt colligi aliquis conſenſus, nec tacitus, nec expreſſus, cum proteſtans ius ſuũ illæſum eſſe voluerit *Menoch. conſ. 2.*
4 *n. 18.* † Quaſi tunc ſub hac conditione conſenſerit, vt ſcilicet ſaluum ſit ius ſuum *Idem Menoch. conſ. 38. n.26. vſque ad 30. lib. 1.* iuxta *l. ſi debitor. §.1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluit. Pariſ. conſ. 23. n. 142. lib. 1. Card. & Dec. in c. directæ. 39. de appellationib. Tiraq. de retract. lignag. §. 5. gloſ. 1. n. 2. poſt Bald. in c. 1. ad med. de benefic. fratr. Alex. conſ. 79. circa primum col. penult. verſ. conſulo tamen. lib. 1.*

Et huiuſmodi clauſulæ præſeruatiuæ iurium
5 non dicuntur contrariæ facto, † cum non tollant totum factum, ſed ſolum illud limitent. *Abb. in c. 1. n. 17. de lit. conteſt. Alex. conſ. 130. n. 13. verſ. nec obſtat ſi diceretur. lib. 4. Rot. coram Card. Pamphilio Romana anterioritatis. 23. Iunij 1603. & coram Bubalo. Senogallien. prædij. 19. Nouembris* 1583. Maximè, quia huic proteſtationi non fuit per partem aduerſam contradictum,
6 vnde magis † illi præiudicat. *Gloſ. in c. cumana. in verb. proteſtatione. de elect. & in l. ſi fideiuſſor. in verb. recuſare. ff. qui ſatiſd. cogant. Alex. conſ. 130. n. 16. lib. 4.*

Et tales clauſulæ ſine præiudicio, & ſimiles ſunt adeo præſeruatiuæ omnium iurium, vt reddant conditionale quidquid geritur, & operentur, vt quatenus inferatur præiudicium,
7 perinde ſit, † ac ſi actus non fuiſſet geſtus *l. teſtamento centurio. 51. ff. de manumiſſ. teſtam. Put. deciſ. 31. n. 1. lib. 2.* cum alijs deciſionibus relatis per *Coſt. de clauſul. c. 158. n. 2.* Itaut etiam iſta verba ſaluo iure, & ſine præiudicio, & ſimilia idem ſignificent, quod
8 nec alio modo, † quæ conditionalem conſenſum inducunt, & aliter factum reſoluunt *Menoch. conſ. 38. n. 25. & 26. lib. 1. poſt Cardin. in c. 1. ex parte. col. 3. verſ. & videtur etiam. de feud.*

Additur, quod ultra proteſtationem prædictam

ele-

electio periti non inducit aliquem conſen-
ſum præiudicialem, cum ſit facta ſub condi-
tione quatenus Aduerſarij vellent ædificare,
9 & domum, † de qua agimus illorum mona-
ſterio incorporare, quod tamen non verifi-
catur, nam ſemper eadem domus fuit per eos
locata, prout de præſenti locatur, & fabrica
non perficitur, immo eſt penitus dimiſſa,
nec fuerunt emptæ domus intermediæ, itaut
poſſit deueniri ad iſtam, quæ controuertitur,
adeo vt ſtantibus prędictis non poſſit colligi
aliquis conſenſus, niſi limitatus, & reſtri-
ctus ad caſum ſupra narratum, & de quo fuit
actum, cuius verificatio in primis, & ante
omnia requiritur, itaut illo non probato
nihil cenſeatur geſtum, ac nullus conſenſus
præſtitus, vt in propoſito concludit *Me-
noch. conſ. 38. n. 29. lib. 1.* iuxta *Gloſ. in l. item
labeo. 23. in verb. ſi purè. ff. famil. erciſcund.
Alex. conſ. 59. n. 16. lib. 4. Alciat. conſ.*
101. *n.* 12.

Ideo erit locus aperitioni oris, & proceden-
dum eſt in cauſa appellationis iuxta reſcri-
10 ptum Sanctiſſimi, † cum ex rationibus ſu-
pradictis conſtet de iuſtitia negotij prin-
cipalis, quo caſu receditur à denegatione
audientiæ, & clauſula ſublata *Gonzal. ad
regul. 8. gloſ. 66. n. 53. Valaſc. conſultat. 85.
n. 7. Marcheſ. de commiſſ. aperit. oris. c. 8.
n. 33. cum ſeq.*

Neque obſtat, quod idem conſenſus probetur
ex teſtibus nouiter examinatis per Aduerſa-
11 rios, † Quia primus eſt familiaris Iudicis,
& magiſter domus illius, & ab eodem ſala-
riatus, & alimentatus, & deponit ſuper ne-
gotio deciſo per eumdem Iudicem, & ſic pro
ſuſtinenda eius ſententia, quo caſu non di-
tur idoneus teſtis *Auffr. de reprobat. teſt.
n. 44. Farinac. de teſtib. q. 55. n. 125. & 126.*

Cum etiam idem teſtis deponat inuerſimilia,
nam Aduerſarij obtinuerunt breue de anno
1613. & tamen teſtis vult probare, quod à
viginti annis citra intuitu ſui Domini, & Iu-
dicis cauſæ, & de eius ordine, & mandato
impetrauit domum, de qua agimus, à Fabri-
tio, cum tamen de dicto tempore Aduerſarij
habitarent in Monte Quirinali in conſpectu
viridarij Comitis ſtabilis Columnæ, non au-
tem ad radicea eiuſdem Montis, vbi adeſt
12 prædicta domus, † Vnde ſtante inuerſimili-
tudine nulla dicitur facta probatio *Farinac.
de teſtib. q. 62. n. 310.* Cum veriſimilitudo
attendi debeat in qualibet diſpoſitione, &
præſertim in materia probationum *Aim.
conſ. 298. n. 16. & conſ. 61. n. 9.*

Maximè, quia depoſitio eiuſdem teſtis eſt du-
bia, cum ſolum in genere probet, quod Fa-
britius *ſi contentò laſciar la detta caſa alli
padri*, nam inter eos præceſſerat titulus lo-
cationis, prætendebant enim dicti Patres
illam conduxiſſe, cum tamen nollet Fabri-
13 tius amplius illam relocare, † Quare intuitu,
& contemplatione Iudicis fuit facta conceſ-
ſio, quæ præſumitur ex titulo præambulo
locationis *l. qui in aliena. §. ſi is qui puta-
bat. ff. de acquir. haredit. l. 1. §. 1. ff. de ex-
cept. rei iudic. Natt. conſ. 308. n. 31. Pariſ.
conſ. 114. n. 23. lib. 4.* cum alijs per *Surd.
conſ. 19. n. 18. vſque ad 29. lib. 1.*

Vnde cum probatio ſit dubia, quæ poteſt intel-
14 ligi de conſenſu locationis potius, † quàm
venditionis, non releuat *Ang. in l. in ambi-
gua. n. 1. ff. de legib. Iaſ in l. 1. n. 13. in fin.
& n. 20. ff. de iuſtit. & iur. Natt. conſ. 177.
n. 4. Farinac. de teſtib. q. 68. n. 1. vſque ad 4.*
vbi etiam, quod tunc dicitur dubia, & ob-
ſcura depoſitio, quando, prout in caſu noſtro,
poteſt habere plures, & diuerſos intellectus,
15 & multiplicem † interpretationem *Alex.
conſ. 138. n. 10. lib. 1. Pract. Corrad. in rubr.
de dub. dict. n. 36.*

Et quatenus etiam de libera venditione intel-
ligeretur huiuſmodi conceſſio, nihilominus
debet limitari ad terminos retractus, de quo
agebatur, cum enim fratres prætenderent
domum emere pro ampliatione monaſterij,
16 conſenſus poſtea † præſtitus per dominum
domus eſt declarandus iuxta prætenſionem
eorumdem volentium emere, & ſit vt pro ſe
retineant, non autem ad effectum locandi, &
non incorporandi, prout incorporatio non
poteſt ſuccedere propter multas domos in-
termedias, quas dicti Fratres Aduerſarij paſſi
ſunt ædificari, cum non habeant animum
extendendi fabricam vltra dictas domos no-
uiter ædificatas, itaut talis conſenſus præ-
ſtitus, & prætenſus ſit iuxta prædicta decla-
randus, quemadmodum etiam eſt de iure,
ſecundum quod petens retractum pro tali
ampliatione monaſterij, vel ſimili cauſa,
eſt audiendus, ſi velit retinere pro vtilitate
prædictæ ampliationis, non pro alia commo-
ditate *Franc. deciſ. 223. n. 7. Guid. Pap. de-
ciſ. 411.* cum alijs per *Giurb. deciſ. 86. n. 9.*

Et ita etiam in ſpecie fuit præſtitus conſenſus
quatenus Aduerſarij fabricare voluerint,
17 prout dicitur in breui eis conceſſo, † ad quod
idem conſenſus refertur, itaut debeat intel-
ligi cum qualitatibus ibidem contentis, &
limitatè, adeo vt non poſſit producere, niſi
effectum limitatum *l. in agris. ff. de acquir.
rer. domin. Neuiz. conſ. 52. n. 34. & conſ. 66.
n. 32. Iaſ. in l. age. C. de tranſact. Felin. in
c. cum ordinem. col. 4. de reſcript. Surd.
conſ. 145. n. 8.*

Neq; prætenſa probatio conualidatur ex alio te-
ſte, cũ ſit monachus, & Prior ipſius monaſte-
rij, qui etiam tãquam procurator interuenit
in huiuſmodi cauſa, itaut nullã fidem faciat;
nam quidquid ſit de Monacho, quando poſſit
teſtificari pro monaſterio, vt latè exaduerſo
18 dicitur, † ſatis eſt, quod in caſu noſtro ſumus
in procuratore, qui non poteſt eſſe teſtis in
cauſa, in qua eſt procurator *c. inſuper. in
fin. vbi Abb. n. 8. Dec. n. 41. Anan. n. 3. de
teſtib. Butr. in c. cum à nobis. n. 13. vbi
Felin.*

Digitized by Google

Felin. n.14. eod. tit. Pariſ. conſ.58.n.17.lib.4.
Natt. conſ.564. n.16. Farinac. de teſtib.q.6.
19 *n.196. vſque ad* 204. † vbi ampliat etiam ad
procuratorem finito officio, qui neque eſt
idoneus teſtis, quamuis non tractaretur de
eius commodo, cum ſufficiat affectio ad cau-
ſam *Aim. conſ.56. n.4. Aemil. de teſtib. p. 1.*
in verb. aduocatus. n. 11.

Additur, quod in breui requiritur conſenſus
omnium intereſſe habentium in domo, de
quo tamen conſenſu non conſtat, niſi quo ad
20 Fabritium patrem, † qui præſtitit pro ſe ip-
ſo, non pro filijs, quorum conſenſus etiam
requirebatur, tanquam ſimus in bonis ad-
uentitijs, in quibus pater non poteſt filijs
præiudicare, ſicut neque in illis, quæ habuit
ab alijs, quàm à patre *l. quaecumque. C. de*
bon. qua liberi l. ſi arrogator. ad fin. ff. de
adopt. l. eum qui. ff. de interdict. & relegat.
l. non tamen. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſ.
contr. tabul. Bald. in c. 1. §. hoc quoque.
col.2. de ſucceſſ. feud. & conſ.215. in 1. dub.
lib.5. Surd. conſ.76.n.7. lib.1. Et ita ex præ-
dictis poſt plures propoſitiones fuit deci-
ſum, quod de conſenſu non conſtet, ideo
eſſe procedendum in cauſa ad vlteriorem ex-
peditionem in negotio principali, non ha-
bita conſideratione clauſulæ ſublata, ac alijs
in breui cōtentis & non obſtantibus his, quę
21 opponebantur, † quod tacens ſit habendus
pro conſentiente fauore reipublicæ, eccleſiæ,
vel pupilli *Rom. conſ.311.n.3. & 4.* iuxta *l.1.*
vbi Bald. C. de remiſſ. pignor. Io. Andr. in
c. qui tacet. de reg. iur. in 6. Abb. in c. nonne.
de præſumpt. Socin. conſ. 291. viſis litteris.
col.7. verſ. præterea hanc partem. lib.2. Dec.
conſ.66. de duobus quæritur. col. penult. Ti-
raquel. priuil. piæ cauſ. 131. ad med. Seiſel.
in l. quæ dotis. n.37. ff. ſolut. matrim. Marſil.
in prax. crim. §. aggredior. n.62. Maſcard.
concluſ. 417. n. 20. Quia cum ex ſupradictis
oſtenſum fuerit, quod conſenſus præſtitus
fuit limitatus pro monaſterio ampliando,
non eſt quærendum an tacens habeatur pro
conſentiente fauore eccleſiæ, etenim non
adeſt aliqua taciturnitas, ſed expreſſa decla-
ratio de conſentiendo venditioni pro vna
22 cauſa tantum, † Ideo non debet extendi ad
aliam cauſam contra mentem conſentientis
Bald. in c. veneranda. n. 13. in fin. de ele-
ction. Affl. deciſ.403. n.5. Rom. conſ.444.n.3.
in fin. & conſ. 459. n. 15. iuxta *l. ſtipulatus*
et opus. & l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro
aurelio. ff. de fideiuſſor. l. ſi cum dotem. in
princ. ff. ſolut. matrimon. l. ſi extraneus. ff.
de condict. ob cauſ. Cardin. *Mant. de tacit. &*
ambig. conuent. lib.3. tit.1. n.11. cum ſeq.

E P I T O M E.

AVocatio cauſæ quando operetur atten-
tata, & nullitatem eorū, quæ ſunt prius
& poſtea geſta. ¶ Habens gratiam motu pro-
prio an ſit præferendus omnibus alijs quam-
cumque ſignaturam habentibus. ¶ Hæres
per aditionem abſque inuentario, quando
contrahat veram obligationem de obſeruan-
do quæcumque ad teſtatorem pertinentia.
¶ Et quo caſu teneatur ex contractu defun-
cti, vel quaſi contractu, tam reſpectu lega-
tariorum, quàm creditorum. ¶ Inuentarium
quando plenè probet contra conficientem.
¶ Et an ex illius omiſſione perdatur falci-
dia. ¶ Et quando illud ſit realiter producen-
dum, itaut non ſufficiat eius indicatio. ¶ Et
quid ſignificet verbum producere. ¶ Iudicia
poſſeſſoria an dentur pro præſtatione; quæ
ſoluitur ratione certæ rei. ¶ Et an pro ea
competat hypotheca. ¶ Alienatio cenſuum
an poſſit fieri ſine ſolemnitatibus. ¶ Et
quando eccleſia dicatur eſſe in poſſeſſione
illorū, itaut ſint incorporati tā in proprie-
tate, quàm in poſſeſſione, & vſufructu. ¶ Di-
ſpoſitio facta cum proteſtatione, & clauſula
ſine præiudicio an ſit reuocata, quamuis
poſtea fierent alij actus abſque tali prote-
ſtatione.

S V M M A R I V M.

1 *Narratio ſpeciei facti, & dubium inde re-*
ſultans. n.2. & eius deciſio. n.15.
3 *In obligatione camerali proceditur executi-*
uè, tàm contra hæredes, quàm pro hæredibus.
4 *Auocatio cauſæ cum ſimplici illius commiſ-*
ſione operatur nullitatem poſtea geſtorum
non autem eorum, quæ antea fuerunt fa-
cta, & quando per illam inducantur at-
tentata. n. 5.
6 *Derogatio priuilegij eſt facienda ſpecialiter*
ſtantibus clauſulis ampliſſimis in eo con-
tentis.
7 *Habēs gratiam motu proprio præfertur om-*
nibus alijs quamcumque ſignaturam ha-
bentibus.
8 *Per non ſolutionem fructuum non proba-*
tur ſimulatio, ſeu non effectuatio cōtractus.
9 *Inſtrumentum facit notorium, & fidem*
indubitatam.
10 *Exceptio ſimulationis non retardat executio-*
nem obligationis cameralis.
11 *Ceſſionarius ſuccedit in locum, & iura ce-*
dentis, & habetur pro vna, & eadem
perſona.
12 *Hæreditas ex quibus præſumatur adita,*
itaut quis poſſit tanquam hæres conueniri.
13 *Hæres debet præſtare factum defuncti.*
14 *Inuentarium plenè probat contra conficientē.*
16 *Hæres non conficiens inuentarium ſtatim*
adeundo contrahit veram obligationem
de obſeruando quæcumque ad teſtatorem
ſpectant.
17 *Pro debito hæreditario hæres non conuenitur*
ex quaſi contractu cauſato per aditionem,
ſed ex illomet, qui fuit cum defuncto cele-
bratus. Declara, vt n.20. & 21.

Ius

Digitized by Google

18 *Ius actiuum, & paſſiuum formatum in perſona defuncti tranſit ad hæredem.*

19 *Obligatio naſcitur ex contractu.*

22 *Falcidia non debetur hæredi non conficienti inuentarium.*

23 *Lex magis fauit creditoribus, quam legatarijs.*

24 *Indicatio inuentarij non ſufficit, ſed eſt realiter producendum. & n. 26.*

25 *Producere ſignificat exhibere, & videndi, ac legendi facultatem in actis præbere.*

27 *Hæres tenetur reddere rationem de bonis inuentariatis ad inſtantiam creditorum, & legatariorum, & aliorum quorumcumque intereſſe habentium. & n. 28.*

29 *Iudicia poſſeſſoria dantur pro præſtatione, quæ ſoluitur ratione certa rei.*

30 *Ius actoris non mutatur ex variatione perſonarum ex parte rei.*

31 *Exiſtens in poſſeſſione ſemper præſumitur eſſe in ea, donec ſua voluntate non receſſerit, aut probetur expulſio.*

32 *Hypotheca competit pro præſtationibus debitis ſuper re, & occaſione rei.*

33 *Exactio annua præſtationis non retardatur lite pendente.*

34 *Confeſſio probat contra confitentem, & ſuperat omnes probationes.*

35 *Remedium poſſeſſorium non datur pro penſionibus debitis ex locatione, de qua non adeſt contractus, aut obligatio cum hypotheca, quidquid ſecus ſit in penſionibus eccleſiaſticis. & n. 36.*

37 *Alienatio cenſuum non poteſt fieri ſine ſolemnitatibus, cum veniant appellatione*
38 *immobilium. & n. 38.*

39 *Eccleſia quando dicatur eſſe in poſſeſſione cenſus, itaut illi ſit incorporatus tam in proprietate, quã in poſſeſſione, & vſufructu.*

40 *Solutio cenſus abſque præiudicio iurium præſeruat ius eccleſiæ, non ſecus ac ſi illa non fuiſſet facta.*

41 *Diſpoſitio cum proteſtatione, & clauſula ſine præiudicio non cenſetur renocata, quamuis poſtea fierent alij actus abſque tali proteſtatione. Declara, vt n. 42. & 43.*

44 *Solemnitates requiſitæ in ipſo actu alienationis debent interuenire in ratificatione.*

CAPVT DCCCCLXXXI.

IMpoſuit Petrus cenſum ſcutorum 32. ſuper quadam ſua domo, illumq. vendidit
Iacobo pro ſcutis 400. cui Petro ſucceſſerunt
in eius hæreditate Moniales domus piæ, Iacobo autem Archiconfraternitas Sanctiſſimi
1 Crucifixi, & Hoſpitale Incurabilium, † quorum nomine fuerunt conuentæ dictæ moniales pro fructibus decurſis, & non ſolutis *coram R. P. D. Bubalo* Iudice deputato per
Cardinalem Protectorem, iuxta facultates
Pij IV. & obtento mandato executiuo, fuit
facta executio ſuper domibus cenſuatis hæreditarijs, Et quoniam per Moniales allegabatur incompetentia Iudicis ſub prætextu,
quod ipſæ eſſent æquè priuilegiatæ cum
Archiconfraternitate, fuit eorum nomine
adita Signatura Gratię, in qua Summus Pontifex auocando cauſam ad ſe illam commiſit
Prælato de partium conſenſu eligendo, vt
eam cognoſceret, & prout iuris fuerit terminaret, & electo *R. P. D. Carradoro* fuerunt domus ſubhaſtatæ, & deliberatæ vltimo
plus offerenti.

Et cum præfatæ moniales prædictis non acquieſcerent, iterum adeundo eamdem Signaturam, fuit reſcriptum committi cauſam
2 appellationis cum clauſula, † quod procedatur ad legitimam, & finalem executionem.
Vnde fuit datum dubium per *Rot.* an eſſet
procedendum ad vlteriora, & quoniam in
hac cauſa alias latè ſcripſi *ſupr. c. 628. per tot. tom. 4.* Ideo breuiter dixi iſtud dubium
concludẽdum eſſe affirmatiuè ob multas rationes ibidem adductas, quibus nunquam
per agentes pro monialibus fuit reſponſum,
3 ideo non erat † retardanda executio ſtante
obligatione camerali, in qua executiuè proceditur tàm contra hæredes, quàm pro hæredibus *Rot. deciſ. 641. n. 15. p. 1. Galleſ. de obligat. camer. p. 4. q. 32.*

Neque obſtabat, quod cauſa debuiſſet per
R. P. D. Carradorum ex integro cognoſci,
4 Quia cum fuerit auocata cauſa, † & ſimpliciter commiſſa, auocatio huiuſmodi cauſæ
ſolum operatur nullitatem poſteà geſtorum
coram eodem Iudice, non autem eorum,
quæ antea fuerunt facta *Benintend. deciſ. 41. n. 1. poſt Abb. in c. cum m. ferrarienſ. vbi Rip. n. 196. de conſtitut. iuxta c. 1. vbi Innoc. de conceſſ. præb. in 6. Idem Innoc. in c. cum contingat. de reſcript. Imol. in c. cæterum. eod. tit. Prapoſ. in c. vt noſtrum. 16. col. 3. ad med. verſ. & vltimo circa effectũ. n. 8. eod. tit.*
5 *Gemin. conſ. 47. ſupplicatur. col. 1.* † Et quando auocatio cauſæ cenſeatur facta, & debeat
adeſſe iuſta cauſa, & operetur effectum attentatorum *Lancell. de attent. pend. temp. ad appell. c. 10. p. 2. n. 50. vſque ad 57. fol. 183.*
Maximè, quia Iudex Archiconfraternitatis
erat competens ſtantibus ampliſſimis priuilegijs eidem per Sanctiſſimum motuproprio
6 conceſſis, † quibus erat derogandum ſpecialiter, & in indiuiduo *Caputaq. deciſ. 121. p. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 137. n. 7. p. 2.* Vnde cum
præceſſerit deputatio vigore eorumdem priuilegiorum, benè Iudices cauſam cognouerunt, itaut nullus alius potuerit in tali iuriſdictione ſe intromittere *Felin. c. paſtoralis. col. 2. poſt med. verſ. tertio limita. de offic. ordinar. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 40.*

Præſertim, quia priuilegia Archiconfraternitatis fuerunt conceſſa per Papam motuproprio, quæ clauſula non adeſt in facultatibus,
7 & priuilegijs conceſſis monialibus, † itaut
habens gratiam motuproprio cæteris paribus

Digitized by Google

bus præſeratur omnibus alijs quamcumque
Signaturam habentibus, adeo vt reddatur
gratia ſauorabilis quo ad prærogatiuam, &
pleniſſimam interpretationem recipiat *Io.
Andr. in c. cum in cunctis. col. 3. verſ. ſi
princeps. vbi Hoſt. col. 4. verſ. ſecus ſi priui-
gium. de elect. Felin. in c. cauſam quæ. col. 8.
verſ. idem limita. de reſcript. Dec. in l. 3.
n. 4. ff. quod quiſque iur. & conſ. 341. viſo
puncto & diligenter. n. 4. in fin. Gabr. de
clauſul. concluſ. 2. n. 61. vſque ad 65. Rebuff.
ſu per concordat. rubr. de form. mandat. apo-
ſtolic. in gloſ. motuproprio. in 1. effect. Gon-
zal. ad reg. 8. gloſ. 39. n. 2.*

Quod fructus cenſus nunquam fuerint ſoluti
nullibi verificatur, immo potius contra-
rium probatur, cum conſtet de illorum exa-
ctione vſque ad annum 1595. & de reductio-
ne talium fructuum ad ſeptem pro centum,
vt in breui deſuper expedito per aduerſa-
rias, & in tabella per eas confecta, & exhi-
8 bita, † itaut ex hoc appareat non poſſe dici
contractum fuiſſe ſimulatũ, vel non habuiſſe
effectum, prout prætenditur, cum ex non
ſolutione fructuum etiam per plures annos
non probetur iſta non effectuatio, vel ſimu-
latio aduerſus publicum inſtrumentum *Becc.
conſ. 53. n. 4. lib. 1. Caputaq. deciſ. 421. lib. 3.
p. 2. Farinac. conſ. 188. n. 28. lib. 2.* cum illud
9 faciat notorium, † & probationem proba-
tam, & fidem indubitatam *Bald. in l. quo-
ties. in fin. C. de iudic. Surd. conſ. 22. n. 7.
lib. 1.* & in ſpecie ſimilis cenſus *Rot. coram
Greg. XV. deciſ. 157. n. 12. cum ſeq.*

Cum etiam talis ſimulatio non poſſit retarda-
re executionem obligationis cameralis tan-
10 quam concernat petitorium † *Rot. deciſ. 307.
n. 14. & deciſ. 620. n. 4. p. 1. in recentior. &
coram Gregor. XV. deciſ. 195. n. 16.* Maximè,
quia nulla cauſa ſimulationis adducitur, ſine
qua illa non eſt præſumenda *Bart. conſ. 65.
n. 4. lib. 1. Rot. deciſ. 5. n. 4. & deciſ. 241. n. 10.
& deciſ. 413. n. 1. p. 2. in recentior. Caputaq.
deciſ. 163. n. 5. p. 3. Honded. conſ. 41. n. 28. lib. 2.*

Nec contra legitimationẽ perſonarũ poteſt ali-
quid opponi, Quia Archiconfraternitas, &
Hoſpitale ſunt hæredes Iacobi, vt conſtat ex
illius teſtamento, & ex ceſſione facta per Eli-
ſabeth vxorẽ eiuſdem Iacobi, quæ tenebatur
propter ſecũdas nuptias hereditatẽ reſtitue-
re eidem Archiconfraternitati, & Hoſpitali,
11 Vnde fructus iſtius cenſus † erant ſoluendi
ceſſionarijs, prout ſemper fuerunt ſoluti ce-
denti, tanquam in illius locum, & iura ſuc-
cedant, & cenſeantur pro vna, & eadem per-
ſona *l. emptor. vbi Bald. in 1. notab. C. de
hæredit. vel act. vendit. Crot. conſ. 83. n. 10.
Bero. conſ. 187. n. 18. cum ſeq. lib. 1.* latè
Surd. conſ. 22. n. 16. vſque ad 19. lib. 1.

Prout etiam ex parte Monialium eſt probatũ,
quod ſint hæredes Petri venditoris cenſus,
12 non ſolum † ex ſuſtentatione litis per mul-
tos annos, ſed etiam ex teſtamento eiuſdem
Petri, & aditione hæreditatis cum beneficio
legis, & inuentarij, præuijs bannimentis, &
citationibus executis contra plures credito-
res, & in ſpecie contra Eliſabeth hæredem
dicti Iacobi, vna cum inuentario omnium
bonorum eiuſdem hæreditatis, in quo parti-
culariter inter alia bona inuentariata ſunt
etiam deſcriptæ domus cẽſuatæ, adeo vt non
poſſit amplius controuerti an Moniales ſint
hæredes, & an iudicium fuerit rectè contra
eas intentatum, cum benè ſit commiſſa exe-
cutio in dictis domibus hereditarijs cenſua-
13 ris, quæ eſt habenda rata per hæredes, † qui-
bus non licet contrauenire geſtis per eorum
auctorem defunctum *l. cum à matre. C. de rei
vendicat. Natt. conſ. 214. n. 1. Surd. conſ. 73.
14 n. 34. lib. 1.* † Stante præſertim inuentario,
quod plenè probat contra conficientem *l. fin.
vbi Bald. & Salic. in princ. C. arbitr. tut.
Socin. conſ. 62. n. 1. lib. 1. Afflict. deciſ. 13. n. 25.*
cum alijs, de quibus *ſupr. c. 765. n. 59. vſ-
que ad 62. tom. 4.*

Et ita ex prædictis fuit deciſum in huiuſmodi
cauſa *Romana cenſus coram R. P. D. Na-
15 uarra. 3. Aprilis* 1623. † vbi etiam reſpon-
detur ad prætenſam iniuſtitiã ſententiæ, tan-
quam cenſus non eſſet conſtitutus in pecunia
numerata, ſed per confeſſionem contra for-
mam bullæ Pij V. Quia contrarium apparet
ex lectura inſtrumenti exhibiti, vt latè dixi
ſupr. c. 628. n. 1. vſque ad 13. vbi fuit particu-
lariter reſponſum omnibus, quæ opponeban-
tur contra cõſtitutionem dicti cenſus, prout
etiam ad incompetẽtiam Iudicis, & ad obie-
ctum, quod eſſet procedendum ex integro,
non autem ad vlteriora in conſignatione pi-
gnorum, & de auocatione cauſæ cum alijs,
quæ exaduerſo opponebantur, ita non opus
ſit amplius eadem repetere.

Quo ad ſecundum dubium, concludendum eſt,
quod mãdatum, de quo agimus, ſit exequen-
dum contra bona hæreditaria quondam Iſa-
bellæ, & contra bona propria, & perſonam
16 propriam Angeli, † Nam conſtat de illius
validitate, & relaxatione ſeruatis ſeruandis
vigore trium deciſionũ Rotalium, qua ſtante
non retardatur executio, ſed paſſim conce-
ditur contra hæredem non conficientem in-
uentarium, qui tunc adeundo cenſetur con-
trahere veram obligationem de obſeruando
quæcumque ad teſtatorem ſpectant *Bald.
in l. mutuum. §. 1. ff. de acquir. hæredit.
Curt. Iun. conſ. 120. n. 7. Surd. conſ. 143. n. 9.
lib. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art. 33. n. 9.*

Amplius hæres pro debito hæreditario non
conuenitur ex quaſi contractu cauſato per
17 aditionem, † ſed ex eodemmet contractu,
qui fuerat cum defuncto celebratus *Bart. in
l. de eo. ff. de iudic. Cuman. conſ. 176. col. 2.
Dec. in l. qui cum alio. n. 7. ff. de regul. iur.
Surd. conſ. 112. n. 69. lib. 1. & conſ. 196. n. 59.
18 lib. 2. & conſ. 221. n. 26. eod. lib.* † Vbi enim
ius actiuum, & paſſiuum eſt formatum in per-
ſona

Digitized by Google

ſona defuncti, tunc hæres illius perſonam
repræſentat, & ad eum tale ius transfunditur *Aret. conſ.123. n.4. Surd. deciſ.297.n.3. Cagnol. in l. haredem . 59. n.16. ff. de regul.*
19 *iur.* † Vnde cum hæres conueniatur ex eodem contractu, ergo etiam ex eadem obligatione, tanquam ex eo naſcatur obligatio *Surd. d. conſ. 112. n. 69. in fin. lib. 1.* Contraria autem procedunt in legatarijs, cum
20 quibus dicitur quaſi contrahere † *§. hæres. inſtit. de oblig. qua ex quas. cōtract. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actionib & obligation. Honded. conſ. 39. n.25. lib. 1.* ſecus autem
21 reſpectu creditorum, † nam cum eis non dicitur hæres contrahere, nec quaſi contrahere, ſed vt dictum eſt conuenitur ex eodem contractu geſto cum defuncto *Surd. conſ. 425. n. 29. lib. 3. & deciſ. 310. n.3. & deciſ.110. n.5.*

Ideo non confecto inuentario, ſeu non ritè, & ſolemniter confecto tenetur hæres omnia de
22 ſuo integrè ſoluere, † etiam vltra vires hæreditarias, & falcidia priuatur, & incurrit alias pœnas, de quibus per Doctores in *l. fin. §. licentia. C. de iur. deliber. & in §. ſancimus. & §. ſi vero. auth. de hæredib. & falcid.* latè *Honded. conſ. 34. n. 4. vſque ad 21. lib. 1.* Non ſolum reſpectu legatariorum,
23 ſed etiam creditorum, † quibus lex magis fauet, quam legatarijs, qui habent cauſam lucratiuam, cum tamen creditores habeant onerosam *l. ſciendum. ff. ex quib. cauſ. maior.*

Non obſtat prætenſa indicatio inuentarij per quondam Iſabellam confecti, & exhibiti de anno 1604. Quia omiſſo, quod factis diligen-
24 tijs nunquam fuit repertum, † Non ſufficit iſta ſola indicatio, neque illi eſt ſtandum; ex quo enim requiritur productio inuentarij, illud eſt deponendum apud acta, cum hoc ſignificet producere *c. imputari. de fid. inſtrument. Rebuff. in l. natura cauillationis.*
25 *177. in fin. ff. de verb. ſignification.* † Vnde producere pro exhibere, ideſt videndi, & legendi facultatem in actis præbere *l.3. §. ait prætor. ff. de liber. exhibend.* Quare etiam producere teſtes, ideſt apud acta ponere *Bud. in l.2. ff. de origin. iur. Rebuff. in d. l. natura. col. vlt. in princ.*

Et quod productio huiuſmodi inuentarij de-
26 beat eſſe realis, non verbalis † cōcludit *Aim. de antiquit. tempor. p. 1. §. quæritur etiam in hac materia. n 7. vſque ad 10. poſt Rom. conſ. 76. in cauſa nobilis viri. col. fin. verſ. præterea non obſtat. Aſin. in prax. §. 22. c.5. n.3. Rot. Gen. per Carthar deciſ.31. n.3. verſ. contrarium tamen verius. fol. 84. poſt Bald. conſ. 110. decreto domini. ad fin. lib. 1.* vbi quod in iſta verbali productione non poteſt dici, quod ſit facta aliqua productio, neque oſtenſio iurium, aut inſtrumentorum, cum illa ſolum dicantur allegata, quæ allegatio non iuuat, cum aliud ſit inuentarium producere, aliud allegare *l.1. §. edenda ſunt omnia. ff. de edend. l. produci. ff. de teſtib. l. non ex omnibus. ff. de arbitr.*

Et magis eſt producendum inuentarium,
27 cum ad inſtantiam creditorum † teneatur hæres reddere rationem de bonis inuentariatis *Specul. de inſtrum. edit. §. vlt. vbi Bald. in addit. in fin. Idem Bald. in l. cum oportet. §. non autē. C. de bon. qua liber. & in l. orphanotrophos. C. de epiſcop. & cleric. Bero. conſ.86. n.10. lib.2. & conſ. 35. n.3. eod. lib. Caſtr. & alij in l. cum tale. §. 1. ff. de conditionib. &*
28 *demonſtration.* † Cum paſſim hæres teneatur reddere rationem intereſſe habentibus de bonis conſumptis, & neglectis, & alijs omnibus in hæreditate inuentis, & per eum adminiſtratis *l. mulier. la 1. §. ſi hæres. ff. ad trebellian. Corn. conſ. 309. col. penult. in 7. dub. lib. 2. Aim. conſ. 295. in fin. & conſ. 316. col. vlt. n.5. Peregr. de fideicommiſſ. art. 10. n. 27. & art. 45. n. 14.*

Super tertio dubio obſeruandum eſt, quod domus, de qua agimus, fuit deſtructa, & incorporata palatio Matthæi, & loco penſionis ſemper fuit ſoluta annua præſtatio ſcutorum 92. vt conſtat ex ordinibus, ſeu mandatis directis mercatori factis tam per Matthæum, quam per illius hæredem, vt ſoluerent eadem ſcuta 92. ſubrogata loco dictæ penſionis, prout ſoluta fuerunt, vt apparet ex quietantijs contentis in dictis mandatis,
29 Vnde concludendum eſt, † quod Moniales ſint manutenendæ in quaſi poſſeſſione huiuſmodi præſtationis, ſeu immittendæ, cum enim illa ſoluatur ratione domus deſtructæ, & ſic ratione certæ rei, tunc ſemper dantur iudicia poſſeſſoria *c. quærelam. de election. Bertrand. conſ. 38. n. 3. ad med. verſ. ſed longe verius & honeſtius. lib. 1. p.1. & conſ. 243. n.1. & 2. lib.2. p.1. Affl. deciſ.395. n.8. Rip. in l. rem qua nobis. n. 16. ff. de acquir. poſſeſſ.* & concludunt omnes in *l. ſi certis annis. vbi Alber. col.2. n.8. C. de pact. Bald. in l.2. col. 7. verſ. ſecundum eſt autem. C. de ſeruitut. & aqua. Rom. conſ. 211. in 3. dub. Guid. Pap. deciſ.551. col.2.* cum alijs per *Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloſ. vnic. n.79. Iacob. Venent. de ann. præſtation. q.3. & q. 11. tom. 6. p. 2. fol. 245.*

Maximè, quia non ſolum iſta annua præſtatio fuit ſoluta Rectori, ſed etiam Monialibus ſucceſſoribus, & in eius locum ſubrogatis, tam per Cardinalem, quam per eius hære-
30 dem, † quamuis neque fuiſſet neceſſarium, quod hæres ſoluerit, cum ſemper potuiſſet conueniri poſſeſſorio ſuper eo, quod præceſſor erat ſolitus ſoluere, nam ex variatione perſonarum ex parte rei nunquam mutatur ius actoris *l.2. §. ex his. ff. de verbor. obligat.* Præſertim, quia exiſtens in poſſeſſione ſemper
31 præſumitur eſſe, † donec ſua voluntate non receſſerit, aut probetur expulſio *l. 3. §. non conſtat. ff. de acquir. poſſeſſ.* & ita in ſpecie concludit *Guid. Pap. deciſ.629.* cum alijs per *Iacob.*

*Iacob. Venent. de ann. præſtationib. q. 19. n. 1.
vſque ad 4. p. 1. tom. 6. p. 2. fol. 245.* vbi am-
pliat ſiue talis præſtatio debeatur à Prælato
occaſione ſui beneficij, qui dicitur vniuer-
ſalis eius ſucceſſor, ſiue à laico occaſione
alicuius poſſeſſionis *Innoc. in c. querelam.
de election.*

Cum etiam pro iſtis præſtationibus competat
hypotheca, tanquam debitis ſuper re, & oc-
32 caſione rei, † ideo transeunt cum ſuo onere
etiam contra ſingulares ſucceſſores *Alber. in
l. caius. n. 2. ff. de ann. legat. Caſtr. conſ. 333.
in princ. lib. 1. Ang. in l. hactenus tamen. in
fin. princ. ff. de vſufr.* cum alijs per *Iacob.
Venent. de ann. præſtation. q. 31. n. 6. cum
ſeq. par. 1.* iuxta *l. 1. C. de annon. & tribut.
lib. 10. Bart. in l. vnic. C. de mulier. & in
quo loc. eod. lib. l. cum fundo. ff. de ſeruit.
ruſtic. prædior.*

Neque iſta exactio debet retardari lite penden-
33 te, cum illa non obſtante † ſit ſoluenda an-
nua præſtatio *Gloſ. in c. ſeruitium. 18. q. 2.
l. penult. ff. de aqu. quotid. æſtiu. Azo. in
ſumm. C. de interdict. col. 2. verſ. item in-
terdictorum. Innoc. in c. in litteris. col. 2.
verſ. ſed primi. de reſtitut. ſpoliator. Iacob.
Venent. de ann. præſtation. q. 27. p. 1. tom. 6.
p. 2. fol. 249. poſt Ang. in l. foramen. n. 2. in
fin. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.*

De poſſeſſione autem palatij, in quo fuit incor-
porata domus, & alijs requiſitis in huiuſ-
modi poſſeſſorijs conſtat ex confeſſione hæ-
34 redis, † quæ probat contra confitentem, &
eſt melior probatio, quæ poſſit haberi, ſu-
perando Inſtrumenta, & probationes teſtium
*l. cum ſe. C. de tranſact. Bald. conſ. 192. col. 2.
lib. 2. Socin. conſ. 24. n. 8. lib. 3. Surd. conſ.
60. n. 1. lib. 1.*

Et iſtud caput præſtationis annuæ ſubrogatæ
in locum penſionis domus, debet attendi
omiſſo alio capite agendi pro locatione, pro
qua nullum datur remedium poſſeſſorium,
cum adſit ſolum obligatio perſonalis, tan-
quam non exiſtat aliquis contractus obliga-
35 tionis, nec aliqua hypotheca, † vt in ſpecie
concludit *Alex. conſ. 94. n. 1. lib. 7.* & allega-
tiones, quæ adducuntur non faciunt ad rem,
quia ſolum tangunt articulum penſionum
eccleſiaſticarum, pro quibus datur Saluia-
36 num contra fructus, & bona beneficij, † quia
illa ſunt tacitè pro eis hypothecata *Rom.
conſ. 388. n. 6. & 9. Felin. in c. ad audien-
tiam. il 2. n. 6. verſ. quinta concluſio. de re-
ſcript. Gig. de penſion. q. 51. n. 17. Surd. de
aliment. tit. 8. priuil. 51. n. 7. Caputaq. deciſ.
302. n. 5. par. 2.*

Quartum dubium eſt decidendum affirmatiuè,
quod non debeat retardari ſolutio legati, de
quo agimus ſub prætextu fructuum cenſus,
qui exaduerſo prætenduntur, Cum illi non
ſint debiti ſtante alienatione nulliter facta
37 eiuſdem cenſus † abſque beneplacito Apo-
ſtolico, & licentia Protectoris, quæ requi-
rebatur tanquam ſimus in rebus immobili-
bus, quorum appellatione veniunt cenſus
etiam in materia odioſa, ne dum fauorabili
*Gabr. conſ. 142. n. 15. vſque ad 20. lib. 2. Alex.
in l. ſi conſtante. in fin. verſ. ſi autem
eſſent annui redditus. n. 9. ff. ſolut. matrim.*
Vnde tam in vno caſu, quam in alio erant ne-
38 ceſſariæ ſolemnitates † ad hoc, vt alienatio
ſuſtineatur. *clem. 1. de reb. eccleſ. non alienand.
c. ſine exceptione. 10. q. 2. Redoan. de reb. ec-
cleſ. non alienand. rubr. de alienat. iur. &
reddit. & action. eccleſ. n. 18. fol. 87. & in
rubr. de conſtitut. ann. cenſ. in reb. eccleſ.
n. 30. & 31. fol. 103.* cum alijs per *Surd. de-
ciſ. 204. n. 3. vſque ad 8.* latè *Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 1. gloſ. 6. n. 6. ante med. Roder.
de annuis redditib. lib. 1. c. 14. n. 2.* & conclu-
dunt omnes in *l. iubemus nulli. C. de ſacroſ.
eccleſ. & in l. fin.* C. *de vendit. rer. ciuitat.
lib. 11. & in c. nulli. de reb. eccleſ. non alie-
nand.* & in ſpecie cenſus *Rot. coram Cardin.
Pamphil. Romana inualiditatis cenſus ven-
diti. 24. Maij* 1591. impreſſ. *per Pic. ad ſtat.
Vrb. deciſ. 31. n. 1. & 2. fol. 166.* vbi quod im-
poſitio cenſus eſt alienatio ad effectum, vt
in eo requirantur ſolemnitates neceſſariæ in
alienatione bonorum eccleſiæ *Couar. lib. 2.
var. reſolut. c. 17. n. 2.*

Non obſtat, quod talis cenſus non eſſet incor-
poratus eccleſiæ, & propterea debeat ſuſti-
39 neri alienatio abſque ſolemnitatibus, † Quia
contrarium conſtat ex inſtrumento vendi-
tionis, in quo eccleſia dicitur domina dicti
cenſus, & quod ad illã pleno Iure huiuſmo-
di redditus pertinet, per quæ verba dicitur
eccleſia eſſe in poſſeſſione tam proprietatis,
quàm vſusfructus *l. fin. §. ſimiliq. modo. C. de
bonis quæ liber. l. libertis. la 1. ff. de alim.
& cibar. legat. Alex. conſ. 56. n. 1. lib. 3. Bald.
& Ang. in l. mater quæ defuncto.* C. *ad ter-
tullian. Dec. conſ. 468. ſuperiori anno. col. 2.
in fin. n. 10. & conſ. 498. viſo caſu propoſito.
n. 8. col. 2. poſt med. Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltimar. voluntat. lib. 9. tit. 6. n. 19.*

Nec facit, quod pendente lite ſuper reſtitutio-
ne dicti cenſus fuerint ſoluti fructus, & po-
ſtea illo euicto, ſit facta reſtitutio ſortis prin-
40 cipalis, † Quia omnia prædicta fuerunt fa-
cta abſque præiudicio iurium ambarum par-
tium, cum obligatione de reſtituendo eoſ-
dem fructus in caſu ſuccumbentiæ, per quæ
verba eſt reſeruatum ius eccleſię, itaut quid-
quid geritur ſit conditionale, operando, vt
quatenus inferatur præiudicium, perinde ſit
ac ſi talis actus non fuiſſet geſtus *l. ſi teſta-
mento centurio. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam.
41 Put. deciſ. 32. n. 1. & 4. lib. 2.* † vbi etiam
ampliat, quod neque cenſebitur receſſum à
dicta proteſtatione facta cum clauſula ſine
præiudicio, quamuis poſtea fierent alij actus
abſque dicta proteſtatione, cum enim illa
ſit facta in ipſo actu partibus conſentienti-
bus, non attenditur, quod poſtea ſequantur
alij

Digitized by Google

alij actus ſimpliciter facti abſque proteſta-
rione, nam ab ca nunquam cenſetur receſ-
ſum, quidquid aliud ſit quando proteſtatio
42 fieret in præparatorijs ad actũ,† ſeu præam-
bulis ipſius, tunc enim ex internallo videre-
tur ab ea receſſum, & ita procedunt contra-
ria iuxta *tex. in l. eum plures. §. locator hor-
rei. ff. locat. & in l. per retentionem. C. de
vſur. Pelin. in c. cum m. ferrarienſis. col. 12.
concluſ. 1. de conſtitution.* & in propoſito be-
nè explicat *Alex. conſ. 27. attentis narratis
in themate. col. 2. in princ. n. 4. lib. 3. poſt
Imol. in l. quoties. §. tantundem. ff. de he-
redib. inſtituend. & in l. titia. §. idem re-
ſpondet in 1. ff. de verbor. obligation.* Cum
enim iſta fuerint dicta, & firmata in ipſo
43 acto, eſt acquiſitum ius parti; † itaut non ſit
veriſimile, quod etiam ex geſtis ex inter-
uallo voluerit quis iuri ſuo renũciare *l. eum
de indebito. in princ. de probation. c. ſuper
hoc. de renunciation.* & iuxta *d. deciſ. Put.*
ita etiam ſeruat *Rot. coram Card. Blanchetto
Caputaquen. præcedentiæ. 17. Iunij 1577.
& coram Cardin. Pamphilio Rauennaten.
vallium. 7. Maij 1591.*

Quamuis hoc dictum ſit ex abundanti, nam
etiam quod nulla adeſſet proteſtatio, non
poteſt dici inductam fuiſſe aliquam ratifica-
44 tionem ex dictis fructibus ſolutis, † cum
eadem ſolemnitas requiratur in ratificatio-
ne, quæ in ipſo actu alienationis *l. doli. verſ.
idemq. eſt in minore. ff. de nouationib. Roman.
conſ. 12. col. fin. verſ. ad ſecundum. n. 6. &
conſ. 54. viſis. col. 2. verſ. ſecundo idem pro-
batur. Franc. Aret. conſ. 127. eximie domi-
ne. col. 1. verſ. venio nunc. Barbat. conſ. 42.
illud in medium. col. 6. verſ. non obſtat ſi di-
catur. lib. 1. Lamberteng. ſuper ſtatut. de
contractib. mulier. in fin. q. 57. n. 182. vſque
ad 185. Calean. conſ. 57. in cauſa. col. 2. verſ.
tertio quia ratificatio. Dec. conſ. 535. pro vera
reſolutione. col. 1. poſt princ. & conſ. 536. in
cauſa col. 2. verſ. ſecundo principaliter. Corn.
conſ. 124. conſiderata. n. 18. lib. 4.*

E P I T O M E.

BEneficia reſeruata duplici reſeruatione an compræhendantur in facultate conferendi beneficia reſeruata. ¶ Poteſtas diſpenſandi quando ſit largè interpretanda. ¶ Clauſula generalis etiã ſi adſint aliæ quæcumque reſeruationes, vel affectiones præter quam per obitum apud ſedem quare ſoleat apponi, & quid operetur. ¶ Legatus de latere an poſſit conferre beneficia vacantia in curia. ¶ Et quando illa veniant in indultis Cardinalium, & in facultate conferendi quæcumque beneficia reſeruata etiam motu proprio conceſſa. ¶ Verba generalia quando compræhendant maiora expreſſis, & illa, quæ de facili non eſſet quis conceſſurus. ¶ Mentio quo caſu ſit facienda de omnibus reſeruationibus, ſi plures adſint. ¶ Et quando beneficia litigioſa dicantur reſeruata.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas conferendi beneficia reſeruata an comprahendat illa, quæ ſunt duplici reſeruatione affecta. n. 10. 12. & 13. & quæ diſtinctio ſit ſeruanda. n. 24.*
2 *Poteſtas diſpenſandi debet largè interpretari. Intellige, vt n. 23.*
3 *Clauſula generalis etiam ſi adſint aliæ quæcumque reſeruationes, vel affectiones præterquam per obitum apud ſedem, quare ſoleat apponi, & quem effectum operetur.*
4 *Reſeruatio vacationis apud ſedem habet maiorem prærogatiuam, quam alia quæcumque, & de ea debet fieri ſpecialis mentio.*
5 *Beneficia vacantia apud ſedem non veniunt in facultate conferendi quæcumque beneficia reſeruata etiam motu proprio conceſſa.*
6 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficia vacantia in curia, niſi hoc ſpecialiter ſibi concedatur.*
7 *Indulta Cardinalium non comprehendunt collationem beneficiorum vacantium apud ſedem, & de conſtitutione Gregorij XIV. declaratoria huiuſmodi indultorum. n. 8.*
9 *Papa difficilius mouetur ad faciendam gratiam de beneficijs vacantibus in curia.*
11 *Impedimento vno ſublato non cenſetur remotum alterum. & n. 16.*
14 *Duo vincula magis ligant quam vnum.*
15 *Mentio eſt facienda de omnibus reſeruationibus, ſi plures adſint. & n. 21.*
17 *Clauſula generalis non ſufficit ad effectum tollendi plures defectus.*
18 *Caſus mixtus non continetur ſub ſimplici.*
19 *In beneficijs litigioſis adeſt ſpecies reſeruationis.*
20 *Verba generalia non comprehendunt ea, quæ quis de facili non eſſet conceſſurus.*
22 *Maiora expreſſis non continentur in clauſulis generalibus poſt caſus ſpecificatos.*

CAPVT DCCCCLXXXII.

POteſtas data per Papam Nuncio Apo-
ſtolico conferendi beneficia reſeruata
an compræhendat illa beneficia, quæ ſunt
1 duplici reſeruatione affecta, † In hac quæ-
ſtione ſunt opiniones hinc inde contrariæ, &
per modum illationis, & per tranſennam
ſupr. c. 278. n. 12. ſententiam affirmatiuam
poſui ſecutus *Felin. in c. in noſtra. 32. col. 14.
poſt princ. verſ. & nota quod ſi papa. corol. 6. n. 15. de reſcript.* vbi in ſpecie con-
cludit, quod talis facultas ſit latè intelli-
genda, cum non ſit ita ambitioſa, ſicut gra-
tia impetrantis, maximè quando fieret motu
proprio, ideo potius debemus interpretari,
vt etiam beneficia reſeruata duplici reſer-

uatioue veniant in huiuſmodi facultate,
2 prout dicimus † de facultate diſpenſandi,
quàm largè interpretamur *Io. Andr. in c. fin.*
de ſimon. Felin. in d. c. in noſtra. n. 15. vbi
etiam addit, quod ita *Rot.* determinauit, vt
dicit *Aegid. Bellam. decis.* 425. *ſi papa. ad*
med. fol. 134. vbi quod ita fuit decisum, quã-
uis ipſe contrarium conaretur defendere,
prout etiam refert *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 13.
in princ. n. 101. vbi etiam adducit *Simonet.*
3 *de reſeruat. q.* 83. † ſubdens quod ad tollen-
das iſtas cõtrarietates opinionum, ſolet ap-
poni illa clauſula generalis etiam ſi adſint
aliæ quæcumque reſeruationes, vel affectio-
nes præterquam per obitum apud ſedem,
etenim iſta reſtrictiua præterquam per obi-
tum apud ſedem ponitur, quia reſeruatio
vacationis apud ſedem eſt fortior, & vehe-
4 mentior, † & maioris prærogatiuæ, quam
alia quæcumque reſeruatio *Caſſad. decis.* 23.
n. 8. *de præbend. Gomeſ. de trienn. q.* 31. *in*
princ. Ideo ſi de illa non fiat ſpecialis, & in-
diuidua mentio, non cenſetur compræhenſa
in quacumque diſpoſitione Papæ *c. 2. verſ.*
eadem auctoritate ſtatuimus. de præbend. in
6. Rot. decis. 4. *eod. tit. in nouis. Mandoſ. ad*
Lap. alleg. 84. *Simonet. de reſeruat. q.* 73. *n.* 1.
& q. 83. *n.* 4. *Gambar. de offic. legat. lib.* 3.
n. 122. *cum ſeq.*

Quare etiam neque per clauſulam motus pro-
prij contentam in facultate conferendi quæ-
5 cumque beneficia reſeruata † veniunt bene-
ficia vacantia apud ſedem *Franc. in d. c.* 2.
in vlt. notab. poſt Gemin. ibid. in fin. & An-
char. col. 1. *verſ. circa hoc etiam quærit. de*
præbend. in 6. *Gabr. de clauſul. concluſ.* 2.
n. 90. *Aeneas de falconib. de reſeruat. quæſt.* 4.
effect. 36. *&* 43. *Simonett. eod. tit. c.* 26. *n.* 9.
& q. 83. *n.* 3.

Vnde etiam neque legatus de latere poteſt con-
6 ferre beneficia in curia vacantia † *Gloſ. in*
c. 1. *in fin. de offic. legat. in* 6. Niſi aliter idem
legatus haberet ſpeciales facultates *Gonzal.*
ad regul. 8. *gloſ.* 24. *n.* 44. vbi ita intelligit
Ferret. conſ. 25. *n.* 4. *Germon. de indult. §. ac*
irritum. n. 44. *cum ſeq. Rot. decis.* 29. *n.* 2. *de*
præbend. in nouis.

Prout etiam neque vigore indultorum Cardi-
nalium poſſunt ipſi conferre beneficia va-
7 cantia in curia † *Put. decis.* 36. *lib.* 2. *Simonet.*
de reſeruat. c. 26. *n.* 10. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.*
13. *in princ.* vbi ſubdit, quod in omnibus
indultis Cardinalium adeſt clauſula extra
Romanam curiam vacantia, ſtante præſertim
conſtitutione Greg. XIV. de anno 1591. per
quam declaratur, vt nulla indulta conceſſa
Cardinalibus etiam collatoribus ordinarijs
ſuffragentur quo ad beneficia vacantia in
8 curia, † niſi ſint de beneficijs conſiſtentibus
in ſuis eccleſijs titularibus de Vrbe, etenim
Papa difficilius mouetur ad concedendam
gratiam de iſtis beneficijs vacantibus apud
ſedem, tanquam intendat ea conferre ſpecia-
libus, & dilectis perſonis, & ſuis familiari-
bus, & miniſtris in vinea Domini laboran-
9 tibus † *Rebuff. in prax.* 3. *part. ſignat. verſ.*
alia clauſula. n. 15. *Aegid. decis.* 654. *alias*
655. *verſ. ſecundo caſu. Gomeſ. de trienn.*
q. 31. vbi etiam adducit alia priuilegia ſpe-
cialia huiuſmodi reſeruationis.

Verum, cum iterum quæreretur, quæ opinio
eſſet admittenda occaſione cuiuſdam indulti
conceſſi Cardinali per Summum Pontificem
10 de conferendis beneficijs reſeruatis, † alle-
gabantur multa pro ſententia negatiua,
quod ſimilia indulta non comprædẽdant be-
neficia duplici reſeruatione affecta, quia
dempta vna reſeruatione remanet alia,
11 itaut ſublato vno impedimento † non remo-
ueatur alterum *Felin. in c. veniens. n.* 1. *de*
teſtib. Crot. conſ. 38. *n.* 5. *Natt. conſ.* 74. *n.* 7.
& conſ. 194. *n.* 10. iuxta *l. ſi domus. ff. de*
ſeruit. vrban. prædior. l. ſi quando. C. de
inoffic. teſtam. Surd. conſ. 118. *n.* 9. *lib.* 1.

Et omiſſis alijs cum ſuper prædictis ad tollen-
das lites fuerit petitum votum Rotæ, fuit
12 concluſum negatiuè, † prout in voto *R. P.*
D. Vbaldi. & R. P. D. Veroſpij. quod infra
ſubijciam, ne amplius contingat dubitari
ſuper prædicta quæſtione, nam propter au-
ctoritatem *Felin. in d. c. in noſtra. n.* 15. *de*
reſcript. poſſent multi illius opinionem ſe-
qui, cum tamen poſtea non obtinerent pro-
pter reſolutionem contrariam in *Rot.* ad-
miſſam, in qua tamen nulla de eodem *Felin.*
fuit facta mentio. *Sequitur votum.*

Opinio, quod indultum Cardinali conceſſum
de conferendis beneficijs reſeruatis, non
comprædẽdat beneficia duplici reſeruatione
13 affecta, videtur ſatis recepta, † & in iudican-
do non credimus ab illa recedendum ratio-
nibus ponderatis per *Corn. conſ.* 67. *n.* 2. *in*
fin. lib. 3. *& per Pariſ. conſ.* 138. *n.* 7. *&* 8.
lib. 4. *Caputaq. decis.* 85. *par.* 2. *Aegid. decis.*
425. *& alijs*, quos refert, & ſequitur *Mãdoſ.*
in prax. ſignat. grat. in verb. indultum con-
ferendi beneficia reſeruata. verſ. an autem.
Gonzal. ad reg. 8. *gloſ.* 13. *n.* 101. Et præſer-
tim, quia in reſeruatis duplici reſeruatione
14 duo adſunt vincula, † ex quibus reſeruatio
redditur fortior, cùm duo vincula fortiora
ſint vno *§. affinitatis. inſtit. de nupt. l. cum in*
adoptiuis. C. de adopt. Et quod duplex re-
ſeruatio ſit fortior ſimplici probatur etiam,
quod ſtantibus pluribus reſeruationibus fa-
15 cienda eſt de omnibus mentio † *Caſſad. de-*
cis. 9. *n.* 5. *de præben. Aeneas de Falconibus*
q. 4. *princ. effect.* 44. *Pariſ. conſ.* 138. *n.* 8. *lib.* 4.
Caputaq. d. decis. 85. *n.* 4. *p.* 2. *Simonet. de*
reſeruat. q. 14. *n.* 12. & alij relati per *Mo-*
dern. Hiſpan. ad reg. 8. *gloſ.* 13. *n.* 91. quod
non procederet, ſi reſeruatio duplex maio-
rem vim haberet, quam ſimplex.

Ideo data facultate conferendi beneficia reſer-
uata non veniunt affecta duplici reſeruatio-
16 ne, † quia dempta per indultum vna reſer-
ua-

Digitized by Google

uatione, remanet ſemper alia, prout in ſi-
mili videmus, quod duobus impedimentis
exiſtentibus, vno ſublato, remanet alterum
*c. paſtoralis. de priuileg. c. ex tuarum. de
autbor. & vſu pall.* Et ſicut quando ſunt plu-
ra obſtacula non ſufficit clauſula generalis,
17 ſed de ſingulis defectibus † debet fieri mẽtio
*Bald. in l. 1. n. 22. verſ. vnum etiam ſcias. C. de
furt. Felin. in c. nonnulli. n. 2. verſ. quinta
cõcluſio. de reſcript.* Ita pariter indultũ gene-
raliter diſponens, de reſeruatis non ſuffraga-
tur ad cõferenda beneficia dupliciter affecta.

Item facit pro hac parte regula generalis,
quod ſub ſimplici regulariter non contine-
18 tur caſus mixtus † *l. 2. in princ. vbi Doctores.
ff. de verb. oblig.* Item facit, quod Papa in
dicto indulto ſemper vtitur diſiunctiua, con-
cedit enim indultum conferendi beneficia
reſeruata ratione menſium Apoſtolicorum,
ſeu etiam ex eo, quod illa obtinentes fuerint
familiares Papæ, aut Sedis Apoſtolicæ nota-
rij, & infra ibi, ſeu & quauis alia cauſa, &
videtur Papa voluiſſe tantum compræhẽdere
vnam ſpeciem reſeruationis, non autẽ duas,
vel plures ſimul, alias potius locutus fuiſſet
19 per copulatiuam, † & hoc confirmatur, quia
appoſuit illam clauſulam, etiam ſi litigioſa
fuerint, quæ eſt etiam ſpecies reſeruationis
affectionis, cum in beneficijs litigioſis non
poſſint apponere manus inferiores collato-
res, Vnde ſicut dictam affectionem conceſſit
etiam ſi concurreret cum alijs expreſſis re-
ſeruationibus, ita conceſſiſſet alias reſerua-
tiones coniunctim, ſi voluiſſet *l. vnica. §. ſin
autem ad deficientes. C. de caduc. tollen.*

Non obſtant clauſulæ generales, in quibus vi-
detur fieri maximum fundamentum, Quia
20 iſtæ non compræhendunt ea, † quæ non eſſet
quis de facili conceſſurus *c. in generali. de
reg. iur. & ibi Gloſ. & Io. Monach. Chiſ-
ſanen. deciſ. 100. Felin. in c. ſedes. n. 3. in 6.
declarat. verſ. intellige ſecundo. de reſcript.
Io. de Anan. in c. 2. n. 7. de delict. pueror.* etiam
ſi clauſulæ eſſent prægnantiſſimæ *Io. Mo-
nac. in c. 1. in gloſ. in verb. natalium. de fil.
presbiter. in 6.*

Quod autem Papa non ſit de facili conceſſurus
indultum conferendi beneficia duplici reſer-
uatione affecta, tradit *Caputaq. deciſ. 85. n. 3.
21 p. 2.* † & probatur, quia ſtantibus, vt dixi, plu-
ribus reſeruationibus ſuper aliquo beneficio
debet fieri de omnibus ſpecialis mẽtio, alias
gratia eſſet ſubreptitia, ex *Caſſad. & alijs
ſupra allegatis.* Vnde ſequitur non de facili
Papam indultum concedere beneficia confe-
rendi pluribus reſeruationibus affecta.

Vltra quod clauſulæ generales poſt caſus ſpe-
cificatos, maiora expreſſis non compræhen-
22 dunt † *Gloſ. in l. ſi fugitiui. in verb. qualibet
alia pœna. C. de ſeru. fugit. Socin. conſ. 123.
n. 12. in fin. lib. 4. Aim. conſ. 45. n. 10. verſ. ſed
iſti caſus. Felin. in d. c. ſedes. n. 3. de reſcript.*
in indulto autem cum fiat mentio de pluri-
bus reſeruationibus ſimplicibus, non debet
illud ad reſeruationes extendi duplici vin-
culo obnoxias vigore dictæ clauſulæ genera-
lis poſtea ſubſequutæ, nam alias eſſet com-
præhendere maiora expreſſis, Itaut non ob-
ſtet illa clauſula quouis modo reſeruata,
hoc enim intelligitur de qualibet reſerua-
tione ſingulari, non de duplici, nec de illis,
quæ ſpeciali nota ſunt dignæ, vt iſte, de
quibus agitur.

Non obſtat, quod indultum latè ſit interpre-
tandum contra concedentem vbi de ſolo ip-
ſius concedentis intereſſe agitur, Nam iſta
23 concluſio non eſt generaliter vera, † cum
indultum conferendi ſimpliciter beneficia,
quamuis concernat ſolum concedentis præ-
iudicium, non propterea cõpræhendit bene-
ficia reſeruata *Rot. de præbend. in nou. de-
ciſ. 29.* etiam ſi conceptum fuerit ſub verbis
generalibus quæcumque beneficia vacantia
conferendi *Ferrett. conſ. 4. n. 7.* Vltra quod
non agitur hic de ſolo intereſſe Papæ conce-
dentis indultum, ſed de intereſſe illorum,
qui prouidendi ſunt à Papa. *Idem Ferrett.
conſ. 314. n. 9. in fin.*

Minus obſtat *Aegid. deciſ. 425.* cum alijs rela-
tis per *Modern. Hiſpan. ad reg. 8. in gloſ. 13.
in fin.* Quia vltra quod *Aegid.* contrarium
24 ibidẽ ſentire fatetur, † Iſtæ opiniones inter ſe
mediante diſtinctione poſſunt cõciliari, quia
aut ſumus in pluribus reſeruationibus di-
ſparibus, videlicet in reſeruatione reali, &
perſonali, vel in duplici reſeruatione perſo-
nali, vna tamen, quæ ſit alteri inferior, nẽpe,
quia fuerit aliquis familiaris Papæ, & Car-
dinalis, tũc duplex reſeruatio nõ impedit in-
dultum. Quando autẽ ſunt duo reſeruationes
perſonales, & coequales, vt ſi fuerit quis fa-
miliaris Papæ, & Prothonotarius, tunc non
extenditur indultum ad beneficia reſeruata
duplici reſeruatione, vt per *Sarnen. ad re-
gul. de impetran. beneficia vacant. per obi-
tum familiar. cardin. quaſt. 15. n. 7. verſ.
ſed quando concurrunt. Caſſador. deciſ. 9.
n. 5. de præbend.*

EPITOME.

VAriatio in legitima an detur filio, &
illius ſucceſſori. ¶ Et quando in eam
ſint imputanda omnia accepta ex bonis pa-
ternis, ſiue titulo legati, ſiue vſusfructus, ſeu
alimentorum. ¶ Et an illius petitio tranſ-
mittatur ad hæredes etiam extraneos. ¶ In-
tellectus *l. cum patronus. ff. de legat. 2.* ¶ Et
an per eam limitetur *tex. in l. quoniam in
prioribus. C. de inoffic. teſtam.* ¶ Detractio
legitimæ an detur filio, ſi pater ei reliquerit
hæreditatem, ſeu legitimam, & filius eam-
dem hæreditatem acceptauerit. ¶ Diſpoſitio
l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. in quibus
caſibus procedat. ¶ Hæres filij an poſſit con-
tradicere oneri iniuncto in legitima, ſeu tre-

Digitized by Google

belliauica, ſi idem filius viuens illud non impugnauit. ¶ Et in quo differat tranſmiſſio legitimæ à grauamine in ea appoſito, itaut reiectio grauaminis ſit priuilegium perſonale ipſius filij non tranſitorium ad hæredes. ¶ Et quid in legitima patroni ſit ſtatuendum. ¶ Probibitio facta filio, vt eius legitima non tranſeat ad fiſcũ ex delicto per eum committendo an contineat prouiſionem ipſi fauorabilem, propter quam fiſcus in ea non poſſit ſuccedere. ¶ Et quando onus appoſitum in legitima admittatur, ſiue filius ſit maior, ſiue minor. ¶ Acceptatio legitimæ in bonis mobilibus an operetur, vt filius debeat accipere ſupplementum in ſimilibus bonis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor non poteſt variare in legitima debita filio auctori, ſicut non daretur variatio eidem filio.*

2 *Pater poteſt relinquere filio legitimam in aliquibus bonis, & de reliquis diſponere prout voluerit.*

3 *Detractio legitimæ non datur filio, ſi pater ei reliquerit hæreditatem, ſeu legitimam, & filius eandem hæreditatem acceptauerit. & n. 4.*

5 *Filius non poteſt conqueri de inofficioſo teſtamento, cum integra legitima ſibi relinquitur, ſi paternæ voluntati non acquieſcat.*

6 *Filius in legitima tenetur imputare quidquid ex bonis paternis eſt conſecutus ex patrii diſpoſitione, ſiue titulo legati, ſiue vſusfructus, & alimentorum. n. 7.*

8 *Legitima eſt danda filijs in proprietate, & non in vſufructu. Declara, vt n. 10.*

9 *Diſpoſitio* l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. *procedit vbi tractatur de æſtimanda vita hominis, ſiue ſimus in falcidia, ſiue in legitima.*

11 *Habens cauſam à filio nõ poteſt contradicere oneri iniuncto in legitima, quamuis idem filius poſſet onus impugnare. Contrarium n. 13. Sed prima opinio eſt verior. n. 14. & 21.*

12 *Detractio trebellianicæ licet non poſſit prohiberi filijs primi gradus, tamen poterit ipſius ſucceſſoribus iniungi onus reſtituendi abſque tali detractione.*

15 *Petitio legitimæ, ſeu eius ſupplementum tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos. n. 17. & 20.*

16 *Tranſmiſſio legitimæ differt à grauamine in ea iniuncto, quod poteſt reijci per filium ex priuilegio perſonali, quod non tranſit ad hæredem. n. 18. & 19.*

22 *Patronus inſtitutus hæres à ſuo liberto in legitima, quæ hodie eſt tertia, non poteſt in ea grauari, ſi tamen non cõtradixerit oneri, neque eius hæres poterit contradicere. n. 23.*

24 *Diſpoſitio* l. cum patronus. ff. de legat. 2. *extenditur etiam ad filium, & per eam limitatur* tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.

25 *Probibitio facta filio, vt eius legitima non tranſeat ad fiſcum ex delicto per eum committendo continet prouiſionem ipſi fauorabilem, propter quam fiſcus in ea non ſuccedit.*

26 *Onus appoſitum in legitima ad commodum filij admittitur, ſiue filius ſit minor, ſiue maior. & n. 27.*

28 *Filius acceptans legitimam conſtitutam in pecunijs, & fructibus, ſeu bonis mobilibus, ſi illa non ſufficiant, poterit cogi ad accipiendum ſupplementum in ſimilibus rebus.*

CAPVT DCCCCLXXXIII.

OMiſſis multis, quæ in cauſa Senen. legitimæ poſſent adduci contra ea, quæ exaduerſo fuerunt firmata in primis tribus dubijs, ſatis erit inſiſtere ſuper quarto dubio, ex cuius deciſione apparebit quis litigantium meliora iura tueatur; Et quidem obſeruandum eſt, quod in caſu, de quo agimus, teſtator reliquit filio ſuam legitimam in bonis mobilibus, & ſe mouentibus, & pecunijs, & in fructibus pendentibus, & recollectis, qui reperientur in ſua hæreditate, & quatenus non ſupplerent, tunc detractio fiat in bonis ſtabilibus liberis, & non prohibitis alienari, prout latius in teſtamento exhibito continetur.

Qua aſſignatione legitimæ per patrem facta, cum poſtea per filios fuerit adita hæreditas paterna; & ſint bona mobilia acceptata cum fructibus hæreditatis, ac alijs in teſtamento relictis pro eorum legitima, concludendum eſt, quod per huiuſmodi acceptationem excluditur tam fiſcus, quàm quilibet
1 eorum ſucceſſor, † & habens cauſam ab eis à tali petitione legitimæ, niſi eo modo, quo eius auctor acceptauit, cum ſucceſſori non detur variatio in legitima, ſicut non daretur ipſi filio *Ang. in l. in quartam. col. 3. verſ. ad dicta. n. 3. vbi Socin. Iun. n. 90. Pictus n. 183. ff. ad leg. falcid. Corn. conſ. 133. n. 3. lib. 4. Alex. in l. marcellus. §. res quæ. n. 8. verſ. in eadem. ff. ad trebellian. Cephal. conſ. 189. n. 21. lib. 2. Surd. de alim. tit. 9. q. 34. n. 17. Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 186. & coram Card. Seraph. deciſ. 1365. n. 6. 15. & 20. Gabr. de legitim. concluſ. 4. n. 11. Cucc. eod. tit. in verb. ex ſubſtantia. n. 50. verſ. hanc concluſionem. fol. 95.*

Et cum legitima fuerit relicta in alijs bonis
2 non poteſt conqueri filius, † ſi pater de reliquis bonis diſpoſuit *Bald. in rubr. de rer. diuiſion. Alex. conſ. 12. perſpectis. n. 2. lib. 5. Corn. conſ. 106. lib. 2. & conſ. 180. in fin. lib. 4. Aim. conſ. 19. n. 14.* iuxta *l. parentibus. ff. de inoffic. teſtam. l. quoties. & l. filij.* C. *famil. erciſcund. l. ſi filia. §. pater. ff. eod. tit.*

Quare

Digitized by Google

Quare etiam dicimus, quod non eſt locus de-
tractioni legitimæ, ſi pater in electione
ipſius filij poſuit, vt ſi non acquieſceret oneri
ſibi iniuncto dimittendi ipſam legitimam,
3 ac aliam † quamcumque portionem quomo-
dolibet ſibi de iure debitã, recuſando onus in
aditione expreſſum, eſſet cõtentus ſua legiti-
ma, tunc enim ſi apparet de aditione hæredi-
tatis, & de illius acceptatione, non datur ali-
qua detractio legitimę, cũ in ipſius filij arbi-
trio fuerit repoſitũ an vellet hæreditatẽ, ſeu
legitimam, quo caſu dicitur conſtare de ex-
preſſa renunciatione legitimæ per electio-
nem alterius commodi alternatiuè per te-
ſtatorem relicti, & nulla alia actio compe-
tit pro legitima *Pariſ. conſ.9. n.4. lib.3. Dec.*
conſ.687. viſis & diligenter. n.2. Durand. de
art. teſtand. tit.5. de ſubſtitut. caut. 31. n.6.
in princ. & ad fin. verſ. poteſt etiam pater.
tom.8. §.1. fol.126. Socin. Iun. conſ.122. n.9.
vſque ad 25. lib.1. latè *Cucc. de legitim. tit.*
legitim. null. grauam. admitt. verſ nec vſu-
fructu defraudari liberi. n.27. vſque ad 30.
4 *fol.343. Cephal. conſ.18. n.56. lib.1.* † quid-
quid contrarium ſequatur *Ruin. conſ. 149.*
n. 13. poſt med. verſ. nec etiam per indire-
ctum. lib. 3. & Rimin. Iun. conſ. 510. n. 26.
lib. 5. Add. ad Dec. conſ. 687. in verb. acce-
ptatio. Odd. conſ.63. n. 10. & 11. Quia con-
tra eos eſt verior opinio, vt teſtatur *Peregr.*
de fideicommiſſ. art.36. n.62. poſt med. verſ.
mihi autem conſiderata. fol. 334. Engen.
conſ. 37. n. 8. & 9.

Quorum ratio eſt, quia filius non poteſt con-
queri de inofficioſo teſtamento, cum inte-
gra legitima ſibi fuerit relicta caſu quo pa-
5 ternæ voluntati noluerit acquieſcere, † vnde
illam approbando clarè conſtat noluiſſe le-
gitimam, & ab ea eſſe excluſum, cum in
recompenſationem illius habuerit aliud cõ-
modum à patre ſibi relictum, & ſic meritò
excluditur à petitione legitimæ, cum aliud
eſſet quando nihil haberet, & fuiſſet priuatus
ab omni commodo hæreditatis paternæ *Me-*
noch. conſ.71. n.9. & 10. lib.1. Eugen. conſ.
38. n.10. & cum iſta diſtinctione tranſit *Rot.*
coram R. P. D. Manzanedo Romana legiti-
mæ. 11. Decembr. 1609. & coram Clem. VIII.
Romana de Lante. 11. Februarij 1583. dixi
ſupr. c. 245. n.4. & c.249. n.10. & 11. Sim.
de Pret. de interpret. vltim. voluntat. lib.3.
dubit.6. ſolut.3. n.5. interpret.1. fol.222. Port.
Imol. concluſ. 42. in fin. lib. 1. Maſtrill. de-
ciſ. 181. n. 30. lib. 2.

Neque obſtat, quod requiratur expreſſa renun-
ciatio legitimæ, Quia non ſumus in aliqua
illius renunciatione, ſed in imputatione,
poſtquam enim filius acceptauit diſpoſitio-
6 nem patris ſibi præiudicauit, † itaut volens
detrahere legitimam teneatur in eam com-
putare quidquid ex bonis paternis eſt con-
ſequutus ex eiuſdem patris diſpoſitione;
quamuis titulo legati ei relictum fuerit, &
quamuis etiam tale legatum conſiſteret in
vſufructu, & alimentis *l. omnimodo. & l. ſci-*
mus. C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. in quar-
tam. n. 10. vbi Rip. n. 140. Bologn. n. 295.
ff. ad leg. falcid. Craſſ. in §. legitima. q.19. n.1.
latè *Rot. coram Gregor. XV. deciſ.186. n.1.*
7 *cum ſeq.* † vbi loquitur de legato alimento-
rum poſt *Surd. de alim. tit. 9. q. 34. n.17. Gabr.*
conſ.109. n.11. lib.1. Card. Seraph. deciſ.1365.
per tot. vbi de legato vſusfructus *Rot. coram*
R. P. D. Manzanedo Ciuitatis Caſtelli ſup-
plementi legitimæ. 11. Martij 1616. Iaſ. in
auth. nouiſſima. n.45. C. de inoffic. teſtam.

Quibus ſtantibus non obſtat, quod legitima
8 erat danda filijs in proprietate, † & non in
vſufructu *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 36.*
n.68. & 69. Craſſ. de legitim. q.15. n.6. Quia
procedit quãdo conſtaret de diſſenſu, & con-
tradictione filij, ſecus vbi per eum non re-
clamatur, immo acceptatur; vt in caſu no-
9 ſtro, tunc enim fiet imputatio † faciendo
æſtimationem iuxta *l. hæreditatum. ff. ad leg.*
falcid. cuius diſpoſitio procedit vbicumque
tractatur de æſtimanda vita hominis, ſiue
ſimus in falcidia, ſiue in legitima, vt per
Surd. de alim. tit.9. quæſt.34. n.27. & 28. &
10 *conſ.451. n.37.* & in propoſito noſtro † notat
Rot. coram Gregor. XV. deciſ.186. n. 4 & 5.
Card. Seraphin. deciſ. 1365. n.14. poſt Ruin.
conſ.194. n.8. lib. 2. Suarez in l. quoniam
in prioribus. ampliat. 3. n. 9. in fin. C. de
inoffic. teſtam. Rot. coram R. P. D. Andrea
Senogallien. prædij. 18. Martij 1616.

Amplius non ſolum quando filius acceptauit
legitimam cũ onere ſibi relictam, ſed etiam
quando non contradixit, neque impugnauit
teſtamentum patris, in quo tale onus adie-
ctum eſt in legitima, non poterit eius ſuc-
ceſſor, & habens cauſam ab eo contradicere,
11 eſt enim perſonale priuilegium filij, † quod
non cogatur agnoſcere grauamen iniunctum
legitimæ ſibi debitæ, nam quamuis ius le-
gitimæ trãſmittatur in ſucceſſorem filij, non
tamen tranſmittitur priuilegium, vt legiti-
mam habeat ſine onere, cum hoc ſolum
concedatur filio, non alteri etiamſi eſſemus
in fiſco ſuccedente filio, vnde multò magis
in alijs, in quorum præiudicium poteſt per
patrem imponi onus in legitima ad eos trã-
miſſa, quidquid ſit in præiudicium filij *Al-*
ciat. conſ.525. n.5. verſ. ſed quia vltra. Berb.
q.87. n.9. verſ. ſed in caſu. Cucc. de legitim.
in verb. nec vſufructu fraudari. n. 21. fol.
336. Roland. conſ. 98. n.29. verſ. vlterius di-
citur. lib. 2.

Quod etiam eſt in trebellianica, cuius detra-
ctio, licet non poſſit prohiberi filijs primi
12 gradus, † Tamen hæredibus, & ſucceſſoribus
ipſius poteſt iniungi onus reſtituendi abſque
trebellianicæ detractione, quia hoc eſt pri-
uilegium conceſſum ſolum ad fauorem filio-
rum, quod ceſſat quando ipſi filij non volunt
detrahere, ſed eorum hæredes, & ſucceſſo-
res,

Digitized by Google

res, tanquam legitima, & trebellianica ha-
beat diuerſam naturam in proprijs hæredi-
bus, quam in ipſis filijs, vt latè concludit
Surd. conſ. 580. n. 9. lib. 4. poſt Dec. conſ. 480.
in caſu, qui contingit, n. 14. ad med. Alex.
conſ. 67. & conſ. 44. col. 3. verſ. poſtremo poſſet
etiam. Ruin. conſ. 147. in fin. lib. 3. Cephal.
conſ. 153. n. 66. & 67. lib. 2. Petr. de fidei-
commiſſ. q. 15. n. 166. vſque ad 169. Coſta
in c. ſi pater. par. 2. in verb. debita. n. 20.
de teſtament.

Nec aduerſatur, quod multi contrarium te-
neant, vt etiam non reclamante filio de
13 onere ſibi in legitima relicto † poſſit fiſcus,
& eius ſucceſſor illam petere abſque vllo
grauamine, vt de veriori opinione teſtatur
Farinac. conſ. 159. n. 40. 41. & 56. cum ſeq.
lib. 2. & in addit. ad q. 25. n. 45. verſ. poſſet
autem. fol. 43. Nam quicquid ipſe dicat cum
alijs per eum adductis, non eſt recedendum
ab opinione ſuperius firmata, quam vltra
14 allegatos latè defendit † Maſtrill. deciſ. 181.
n. 9. vſque ad 20. Thob. conſ. 107. n. 4. Surd.
conſ. 394. n. 34. & conſ. 412. n. 48. vſque
ad 52. lib. 3. & conſ. 570. n. 6. cum ſeq. lib. 4.
poſt Caſtr. in l. quoniam in prioribus. verſ.
ſed tertio quæritur. vbi Roder. Suarez limit.
1. n. 19. & limit. 4. fol. 401. C. de inoff. teſtam.
Idem Caſtr. in l. 1. verſ. ſed contra hoc. C. de
bon. libertor. Bald. & Ang. in l. cum patro-
nus. & ibi Peralt. n. 13. ff. de legat. 2. Gre-
gor. Lopez in l. 11. tit. 14. p. 6. in gloſ. libre-
ment. Pedroc. conſ. 6. n. 76. Calcan. conſ. 56. ad
fin. verſ. quinimmo. Cephal. conſ. 291. n. 18.
lib. 2. Burſatt. conſ. 355. n. 45. lib. 4. Rimin.
Iun. conſ. 736. n. 75. & 76. lib. 7. Coſta in
c. ſi pater. p. 1. in verb. legauit. n. 14. de
teſtam. in 6.

Neque obſtant Doctores allegati per Farinac.
15 d. conſ. 159. n. 44. & 59. in fin. † Quia ſolum
concludunt, quod petitio legitimæ, ſeu eius
ſupplementi tranſmittitur ad hæredes etiam
extraneos, vt dicit Pariſ. conſ. 9. n. 8. lib. 2.
& conſ. 45. n. 8. eod. lib. Dec. conſ. 81. n. 1.
Cephal. conſ. 59. n. 21. lib. 1. Port. conſ. 18. n. 5.
& 12. Aret. in §. 3. n. 7. inſtit. de inoffic. te-
ſtam. Salic. in l. ſcimus. n. 4. in fin. C. eod.
tit. Rip. in l. 1. n. 7. ff. de pignor. Alex. conſ.
150. n. 8. lib. 2. Aim. conſ. 312. n. 5. Natt.
conſ. 199. n. 5. Roder. Soarez in l. quoniam
in prioribus. ampliat. 10. n. 1. cum ſeq. C. de
inoffic. teſtam. fol. 353. Iſti omnes adducun-
tur per Farinac. d. conſ. 159. n. 44. qui vt di-
ximus, nihil concludunt quo ad reiectionem
16 oneris, † aliud enim eſt, quod tranſmittatur
petitio legitimæ ad hæredes, aliud quod hæ-
res non cogatur agnoſcere grauamen iniun-
ctum filio in legitima, nam eſt priuilegium
perſonale filij, vt illud onus poſſit reijcere,
quod non egreditur eius perſonam, ideo non
tranſit ad hæredem, qui habebit quidem le-
gitimam, ſed cum onere ei annexo, tanquam
in . cum non tranſeat tale priuilegium, licet
tranſeat ius deducendi legitimam Surd. qui
bene explicat conſ. 570. n. 7. & 8. lib. 4. &
conſ. 412. n. 51. & 52.

Idem eſt dicendum de alijs Doctoribus allega-
17 tis per Farinac. in addit. ad q. 25. n. 45. † vbi
adducit Ruin. conſ. 107. n. 12. & conſ. 26. n. 12.
cum ſeq. lib. 3. Vaſq. de ſucceſſ. creat. in
repet. l. quoniam in prioribus. §. 10. n. 404.
522. & 523. C. de inoffic. teſtament. fol. 117.
Craſſ. in §. legitima. q. 37. fol. 380. Cardin.
Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7.
18 tit. 8. n. 10. fol. 155. † qui omnes ſolum con-
cludunt, quod legitima, & eius ſupplemen-
tum rtanſmittitur ad hæredes etiam extra-
neos, nihil tamen dicunt de onere in ea ap-
poſito, in quo eſt diuerſa ratio, cũ illud reij-
ciatur propter priuilegium, quod datur ſoli
filio, quod tanquam perſonale non tranſ-
mittitur, vt dictum eſt ſupr. ex Surd. conſ.
394. n. 34. lib. 3.

Et ita etiam ſecundum præfatos Doctores ſunt
19 intelligenda, quæ dixi ſupr. c. 594. n. 15. † vbi
comprobaui ſupradictam opinionem, quod
etiam legitima per filium non agnita, neque
petita tranſmittitur ad hæredes, nihil autem
dixi de qualitate oneris, quæ licet per filium
poſſit remoueri, non autem remotio iſtius
qualitatis tranſmittitur ad hæredes, & mul-
tum differt ſubſtantia actus ab ipſa quali-
tate, vnde etiam aliud erit ſtatuendum,
prout etiam dixi deciſ. 4. n. 21. & 22. vbi
quod reſpectu tranſmiſſionis ſubſtantiæ le-
20 gitimæ non requiritur petitio, † aut agnitio
filij, cum abſque ea tranſmittatur ad hæredes
etiam extraneos Ang. conſ. 287. n. 3. Marzar.
conſ. 31. n. 36. Aim. conſ. 142. n. 2. Dec. conſ.
103. in princ. Alex. conſ. 55. n. 5. lib. 2. &
conſ. 188. in princ. lib. 6.

Cum igitur habeamus auctoritates tot Docto-
rum, qui in puncto concludunt contra ſuc-
ceſſores, & hæredes filij, vt non poſſint reuo-
care onus in legitima adiectum, ſed debeant
ſolum eſſe contenti ipſa legitima, non eſt cu-
randum de Farinac. qui debet intelligi iuxta
21 doctores per eum allegatos, † præſertim,
quia multi, qui adducuntur pro illius opi-
nione, ſint ſibi contrarij, prout eſt Rim. Iun.
conſ. 50. vbi reprobat Bero. q. 87. cum tamen
Idem Rim. conſ. 736. n. 76. lib. 7. illum appro-
bet, prout etiam aduertit Maſtrill. deciſ. 181.
n. 19. Cum etiam omnibus rationibus addu-
ctis per eumdem Rimin. conſ. 50. latè reſpon-
deat Roland. conſ. 98. n. 29. lib. 2. Quod etiam
dicitur de Roder. Soar. qui licet per Farinac.
allegetur pro ſua opinione, tamen nuſquam
illam approbat, immo contrarium expreſsè
tenet in l. quoniam. in prioribus. limit. 1. n. 19.
& limit. 4. C. de inoffic. teſtament. fol. 398.
22 & 401. † vbi etiam allegat in puncto tex. in
l. cum patronus. 28. ff. de legat. 2. vbi ſi pa-
tronus fuit inſtitutus hæres à ſuo liberto in
ſua portione, ſeu legitima, quæ hodie eſt
tertia §. 1. & §. ſed noſtra. inſtit. de ſucceſſ. lib.
fidei-

fideicommiſſum relictnm ab eo præſtare non
cogitur, cum eamdem portionem debeat
habere ſine aliquo onere *d. §. ſed noſtra*.
ſi tamen patronus non agnouerit talem le-
gitimam, ſen omiſerit, ſeu repudiauerit hu-
23 iuſmodi inſtitutionem, ille, † ad qnem perne-
nerit dicta portio non agnita, & omiſſa, ac
repndiata, tenebitur ad fideicommiſſnm, nam
quod prǽſtandum eſt fauore perſonæ patroni
hoc nequaquam ad alium pertinere debet.
Hæc ſunt verba *tex. in d. l. cũ patronus. ff. de
legat.* 2. per cuius diſpoſitionem limitatur
*tex. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.
teſtam.* quamuis enim dicta *l. cum patro-
nus*. loquatur in liberto, qni tenetur ad le-
24 gitimam patroni, † tamen ex identitate ra-
tionis extenditur ad filium, qui ſi non agno-
ſcat legitimam, trãſmittit illam ad hæredes,
per quos onus prius impoſitum toleratur, &
grauamen non poteſt ſeparari, cum hoc pri-
uilęgium, vt reijciatur onus in legitima ap-
poſitum, ſit introductum in priuilęgium per-
ſonale ipſius filij, ideo non tranſit ad ſubſti-
tutum, & ſucceſſorem, prout notaut in ſpe-
cie *Ang. in d. l. cum patronus. & ibi Bald. &
Caſtr. in vtraque lectura. ff. de legat.* 2. & ſe-
quitur *Soarez in d. l. quoniam in prioribus.
limitat.* 1. *n.* 19. *& limit.* 4. *per tot. C. de
inoffic. teſtam.*

Maximè, quia prohibitio facta filio, vt eius le-
gitima non tranſeat in fiſcum ex delicto per
25 eum committendo, † nullum continet gra-
uamen, ſed ſolnm prouiſionẽ ipſi filio fauo-
rabilem, cui erit vtile, vt nõ fiat confiſcatio,
& fiſcus in ea non ſuccedat, præſertim quan-
do, prout in caſu noſtro, poſt delictum reſti-
tueretur in gratiam, & recuperaret integrè
omnia ſua bona, qua prouiſione, ſeu fauore
ſtante, ſemper legitima filij poteſt grauari
*Caſtr. in l. filiusfamilias. §. diui. vbi Rip.
n.* 24. *Crot. n.* 16. *Alciat. n.* 8. *ff. de legat.* 1.
Roland. conſ. 98. *n.* 25. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 412.
n. 52. *lib.* 3. *Bald. & Salic. in l. quoniam
in prioribus.* 32. vbi latiſſimè *Soarez limit.* 1.
n. 1. *vſque ad* 12. *C. de inoffic. teſtam. Craſſ.
in §. legitima. q.* 38. *n.* 14. *cum ſeq. fol.* 383.
*Cucc. eod. tit. in verb. nullum grauamen
admittit. n.* 16. *vſque ad* 26. *fol.* 335. *Vaſq.
de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 1. *in præfat. n.* 12.
plenè *Muta deciſ.* 46. *n.* 1. *&* 30. cum alijs per
Giurb. ſuper conſuetud. Meſſanen. c. 6. *gloſ.* 9.
n. 25. *in fin. fol.* 462. *Maſtrill. deciſ.* 181. *n.* 20.
26 *vſque ad* 28. † vbi ampliat, quod tale onns
valebit in legitima non ſolum quando eſt in-
iunctum filio minori, ſed etiam maiori,
Quidquid aliud ſentiat *Rimin. Iun. conſ.* 50.
n. 81. cum in vtroque caſu ſemper militet ea-
dem ratio prouiſionis, & vtilitatis filij, vnde
eadem diſpoſitio debet verificari, ſtante præ-
ſertim clauſula, quod filio reſtituto ad gra-
tiam bona ſibi reſtituantur, & durante con-
tumacia, & eo non reſtituto, eadem bona
27 ſtarent penes alterum, † cum hoc ſit graua-
men reſpecto temporis concernentis fauo-
rem filij, quod magis ſuſtinetur *Rimin. Iun.
conſ.* 736. *n.* 76. *lib.* 7. latè *Sim. de Pret. de
interpretat. vltim. voluntat. lib.* 3. *dubit.* 6.
ſolut. 2. *n.* 9. *Bertazol. conſ. crim.* 446. *n.* 5.
lib. 2. *Surd. conſ.* 570. *n.* 2. *lib.* 4. *Maſtrill. de-
ciſ.* 181. *n.* 23. *&* 27.

Ex quibus colligitur, quod fiſcus nullam habet
actionem in legitima, de qua agimus, cum
illa fuerit ad eum tranſmiſſa cum onere im-
poſito iuxta veriorem ſententiam, & magis
communem, & æquiorem ſupra firmatam,
de cuius veritate non erat neceſſaria diſpu-
tatio, cum ſemper militet ratio prius addu-
cta de imputatione pecuniarnm, & bonorum
mobilium, & fructuum hæreditatis, in qui-
bus dicitur filins habniſſe ſatisfactionem le-
gitimæ ſibi debitæ ex ſuperius adducta,
28 itaut etiam † quando pater in talibus bonis
mobilibus, pecunijs, & fructibus reliquit le-
gitimam filio, ſi illa non ſufficiant, tunc idem
filius teneatur accipere ſupplementum legi-
timæ in pecunijs, & ſimilibus bonis, cum
acceptando tale relictum ſibi præiudicauerit
quo ad omnia, prout Iudex ex officio illum
coget ad talem receptionem *Oldrad. conſ.*
113. *quæſtio quæ quæritur. in fin. verſ. & ſi
illa lex. Rip. in l. in quartam. n.* 129. *ff. ad
leg. falcid. Menoch. de arbitr. caſ.* 163. *n.* 30.
dixi *ſupr. c.* 50. *n.* 13. *Guid. Pap. quæſt.* 476.
& 487. *Bertazol. conſ. ciuil.* 108. *n.* 6.

EPITOME.

Donatio facta per virum ſenem, & ignobilem vxori iuueni, & nobili an ſit valida conſtante matrimonio etiam ſine iuramento, & confirmatione obitns. ¶ Et an ſi fiat expreſsè propter benemerita cenſeatur etiam facta propter iuuentutem, licet de ea nihil dictum fnerit. ¶ Et an ſit reſeruanda per vxorem filijs primi matrimonij. ¶ Et quando poſſit detrahi etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis. ¶ Et quo caſu paupertas, & iuuentus mulieris compenſetnr cum diuitijs mariti dotantis. ¶ Statutum Vrbis annullans iuramentum in donationibus de qnibus intelligatur. ¶ Confeſſio mariti de dote recepta quando ſit ſimulata in fraudem creditorum. ¶ Donatio facta per patrem filio, vt contrahat matrimonium tam in genere, quàm cum perſona particulari an ſit ob cauſam finalem, ſeu impulſiuam. ¶ Et an poſſit reuocari propter ſuperuenienriam liberorum, ſeu ingratitudinem. ¶ Et quando in ea ſit neceſſaria inſinuatio. ¶ Et an debeat concernere commodum donantis, & cauſam neceſſariam, & vtilitatem tertij, vt non dicatur ſimplex, & pura donatio. ¶ Bona ſubrogata in locum rerum donatarum quando aſſumant natnram, & qualitates illarum. ¶ Et quid ſi euincantur an licitum ſit regredi

Digitized by Google

gredi ad permutata. ¶ Dotes quando habeantur pro magnis, ſeu modicis, tam antiquis, quàm noſtris temporibus.

S V M M A R I V M.

1 *Dos conſtituta per maritum ſenem vxori iuueni propter benemerita, cenſetur etiam data in recompẽſationem iuuentutis, quamuis de ea nihil dictum fuerit.*

2 *Donatio abſque mentione meritorum cenſebitur etiam facta propter merita, ſi illa præcedunt, licet ea non ſint commemorata.*

3 *Donatio facta per virum ſenio confectum, ſeu ignobilem ad fauorem vxoris iuuenis, ſeu nobilis valet etiam ſi fiat poſt conſummatum matrimonium, & ita ſeruatur de conſuetudine, tàm per Legiſtas, quàm Canoniſtas, & Theologos. n. 4. 5. 6. & 7. etiam ſine iuramento, & ſine confirmatione obitus viri. n. 18.*

8 *Mulier nobilis, & iuuenis dotata à viro ignobili, & ſene poteſt ſoluto matrimonio talem dotem recuperare, etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, neque tenetur illam reſeruare filijs primi matrimonij. n. 9.*

10 *Paupertas, & iuuentus mulieris nubentis ſeni, & diuiti non dicitur compenſata cum diuitijs, ideo indiſtinctè talis dotatio per maritum facta ad eius fauorem valebit. n. 11. 12. & 13.*

14 *Dotes, quæ antiquitus habebantur pro magnis, noſtris temporibus reputantur modica, & tenues.*

15 *Mulieres etiam ignobiles habent dotem ſcutorum mille & quingentorum, nec reputantur exceſſiuæ.*

16 *Iuramentum confirmat donationem etiam inualidam inter virum ex vxorem. Declara, vt n. 17.*

19 *Statutum Vrbis annullat iuramentum in donationibus inter virum, & vxorem, ſecus in reciprocis, & ob cauſam, prout eſt eſt illa, quæ fit per ſenem vxori iuueni. & n 20.*

21 *Confeſſio mariti de dote recepta quando dicatur ſimulata occaſione fraudandi ſuos creditores.*

22 *Donatio facta per patrem filio, vt contrahat matrimonium cum particulari perſona, dicitur ob cauſam finalẽ, & eſt irreuocabilis, ſecus ſi in genere donaretur. n. 23. & 24.*

25 *Inſinuatio non eſt neceſſaria in donatione facta ob cauſam matrimonij. Intellige, vt n. 26.*

27 *Donatio ob cauſam nuptiarum non reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum, neque propter ingratitudinem. n. 28.*

29 *Filius non poteſt retrodare patri donanti bona ſibi per eum donata ob effectuationem matrimonij.*

30 *Donatio ob cauſam matrimonij eſt pars contractus, & cum eo confunditur.*

31 *Hypotheca anterior non præiudicat poſteriori, quamuis res ipſa eidem poſteriori fuiſſet tradita. n. 32.*

33 *Bona ſubrogata in locum rerum donatarum aſſumunt naturam earum, cum omnibus qualitatibus primordialibus, & accidentalibus, & pro eis datur rei vendicatio. n. 34.*

35 *Bona permutata ſi euincantur licitum eſt regredi ad antiqua.*

36 *Clauſula non alias aliter nec alio modo inducit formam, & conditionem, ac reſolutionem contractus.*

37 *Fundus permutatus, ſi eſt alteri obligatus, tamen ſi recuperetur, remanebit liber.*

38 *Donatio ob cauſam an debeat concernere commodum donantis, & an ſit facienda ob cauſam neceſſariam. n. 39. & 41.*

40 *Donatio reſpiciens vtilitatem donatarij, & tertij dicitur ob cauſam.*

CAPVT DCCCCLXXXIV.

DOtauit maritus ſenio confectus vxorem ſuam iuuenem, & formoſam propter multa benemerita, de quibus latius in inſtrumento exhibito, & cum præſupponatur probatam fuiſſe iuuentutem vxoris, & ſenectutem viri, dixi eamdem dotationem eſſe etiam intelligendam non ſolum ob dictam cauſam
1 meritorum expreſſam per dotantem, † ſed etiam propter recompenſationem dictæ iuuentutis, quamuis in dotatione nulla mentio fuerit facta per dotãtem de huiuſmodi adoleſcentia *Abb. in c. gemma. col. penult. de ſponſalib. Bart. Bald. Alex. & alij*, de quibus per *Surd. conſ. 164. n. 6. lib. 2. & conſ. 471. n. 29. lib. 4.* vbi de communi poſt *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 31. n. 3. in princ. verſ. intellige non ſolum. fol. 52.*
2 iuxta ea, † quæ in ſimili concludunt Doctores de donatione facta ſimpliciter abſque mentione meritorum, nam ſi verè merita præcedant, cenſebitur donatum ob eadem merita, quamuis de eis nulla ſit facta mentio, quando ſit donatio *Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. col. penult. verſ. & hic eſt aduertendum. ff. de collat. bonor. Bald. in l. & ſi mortis. verſ. quæro nunquid. C. ad leg. falcid. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. n. 71. & 74. in fin. C. de reuoc. donat.*

Quare ſtantibus meritis, & cauſa dictæ iuuentutis, valebit dotatio per virum facta ad fa-
3 uorem vxoris † etiam poſt conſummatum matrimonium *Bart. in l. ſi voluntate. 4. ad fin. verſ. ſed illud eſt verum. C. de dot. promiſ.* vbi etiam *Cin.* teſtatur ita de conſuetudine
4 ſeruari, † quod etiam dicit *Tiraq.* infinitos adducens in *tract. de nobilit. c. 18. n. 19. Ruin. conſ. 130. n. 1. & 2. lib. 1. Felin. in c. ſi cautio. n. 60. de fid. inſtrum. & in c. ſuper eo. il 2. n. 5. de teſtib. Socin. Sen. in l. 1. n. 70. 71. & 101. ff. ſolut. matrimon. Abb. in*

c. de

Digitized by Google

c. de illis. in 2. *notab. de condit. appoſit. &* *conſ.73. n.3.verſ. ſecundo poteſt.lib.2. Salic. in l.* 2. *C. de dot. caut. non numerat. Roman. conſ.* 446. *conſultatio. n.* 7. *&* 8. *Guid. Pap. deciſ.* 112. *col.* 2. *Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §.* 32. *col.* 2. *verſ. hæc tamen ſunt. Iaſ. in l. ex hac iure. col.*11. *verſ. tertius effectus. ff. de iuſtit. & iur.* latè *Sanchez de matrimon. lib.*6. *diſput.* 7. *n.*3. *ante med.*
5 *verſ. ſed dicendum eſt valere. fol.*294. † vbi quod iſta eſt verior opinio, pro qua adducit tã Legiſtas, quàm Canoniſtas, & Theologos *Molin. de iuſtit. tom.* 2. *tract.* 2. *diſput.*289. *§. tertius ſi fiat. & diſputat.* 439. *§. ſecundum ſi eadem confeſſio. Barboſ. in l. qua dotis.* 34. *ff. ſolut. matrimon. Gail. obſeruat.*40. *in fin. lib.*2. *Duen. reg.* 221. *limit.*11. *n.*11. *Caſtr. conſ.*383. *circa primum quo quæritur. n.*2. *verſ. tertius caſus. lib.*2. *Neuiz. in ſylu.*
6 *nupt. p.* 2. *n.*28. *fol.*142. † Et licet aliqui ex prædictis loquantur de nobili nubente cum ruſtico, Tamen idem eſt de iuuene nubente ſeni, vt per *Ceuall. q.*203. *n.* 10. *Mozz. de contract. tit. de donation. rubr. de perſon. int. quas eader. poſſ. donat. n.* 34. *fol.* 479. *Bald. Nouell. de dot. p.*10.*n.*10. *fol.*50. *Couar. de ſponſal. p.*2.*c.*3. *§.*3. *n.*2. *&* 3. *fol.*156.

Neque obſtat, quod contrarium ſenſerit *Aim. conſ.*51. *per tot.* quem ſequitur *Pinell. in l.*1. *p.*3.*n.*85. *C. de bon. matern. Facchin. lib.*3. *cõtrouerſ. iur. c.*80. *Harprect. in addit. ad Clar. q.*9.*n.*5. Nã quidquid ipſi, & alij ſequaces di-
7 cãt, non eſt recedendũ † à ſupradicta opinione tanquã cõmuni, prout vltra ſupra allegatos tenet etiam *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*5.*gloſ.*1.*p.*2.*n.*85. *vſque ad* 88. vbi quod ita fuit iudicatum tàm in ſene, quàm ignobili ducente in vxorem iuuenem, & nobilem poſt *Anton. Fabr. in ſuo Cod. lib.*6. *tit.* 21. *commun. de legat. & fideicommiſſ. definit.*5. *Valaſc. conſultat.* 5. *n.*18. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *tit.*20. *n.*24. *&* 25. *Surd. conſ.* 471. *n.* 28. *lib.*4. cum alijs per *Lancell. Gall. ſuper conſuetud. Alexandr. in verb. viginti. n.*128.

Quæ adeo vera ſunt, vt ſi vir ignobilis, & ſenex habẽs bona à ſuis maioribus vinculata velit accipere in vxorem nobilem, & iuuenem,
8 tanquam expediat ſuis diuitijs, † & opulentiæ bonorum talem coniunctionem facere, & non inueniat mulierem, niſi promittat augere illi dotem paruam, ſeu nullam, quàm habet in ſcutis mille, aut bis mille iuxta qualitatem perſonarum, ſi hoc fecerit, mulier poterit poſtea recuperare iſtam dotem ex bonis vinculatis ſi contigerit, quod poſt mortem viri ſine liberis fuerit factus locus fideicommiſſo, nam ex his cauſis conſtat non aliter videri pacta congrua, quam ſi maritus luat in ære, quod non habet in corpore, ita in ſpecie notat *Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.*6. *tit.*21. *commun. de legat. & fideicommiſſ. definit.*5. quem ſequitur *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*5. *gloſ.* 1. *par.* 2. *n.* 85. *&* 86. vbi etiam loquitur quando ſolum concurreret vna ex ſupradictis qualitatibus, vel quod ignobilis nuberet nobili, vel ſenex iuueni, vtroque enim caſu militat eadem ratio, vt per *Fabr. d. definit.* 5.

Amplius huiuſmodi donatio eſt adeo priuilegiata, vt efficiatur propria ipſius mulieris propter nobilitatem, vel iuuentutem, cuius
9 cauſa fuit facta, † ita vt ſi deinde mulier mortuo marito tranſeat ad ſecunda vota, non teneatur reſeruare talia bona donata filijs primi matrimonij, ſed illa tranſmittit ad ſuos hæredes *Rip. in l. fœminæ. n.*44. *C. de ſecund. nupt. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §.* 50. *n.* 35. *in fin. fol.* 115. *Surd. conſ.*471. *n.*29. *lib.*4. *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.*5. *gloſ.*1. *p.*2. *n.*89.

Neque obſtat, quod nulla adſit diſparitas quando vir ditiſſimus ignobilis ducit nobilem pauperrimam, ſeu cum ſenex diues accipit in vxorem iuuenem pauperem, quaſi tunc iuuentus ſit compenſata cum diuitijs, Quia in caſu noſtro non fuerunt probatæ iſtæ magnæ facultates, prout erant probandæ ad effectum opponendi talem compenſationem,
10 & paritatem, † Et quidquid ſit ſemper valebit huiuſmodi dotatio per ſenem diuitem facta vxori iuueni pauperi etiam conſtante matrimonio, quia poſt viri obitum manet vxor deterioris conditionis, tanquam nupſerit ſeni etiam diuiti, ideo non datur aliqua compenſatio *Lup.* in ſpecie *in rubr. de donation. int. vir. & vxor. §.* 32. *n.* 9. *ad med. verſ. ſed iſtud forte procederet. fol.* 66. quem ſequitur *Sanchez de matrimon. lib.* 6. *diſput.* 7. *n.* 4. *verſ. ſed dicendum. fol.* 924. propter quam rationem, quæ militat poſt mortem viri, non eſt diſcedendum ab opinio-
11 ne ſuperius firmata, † quod indiſtinctè valeat talis dotatio iuxta adducta *ſupr. verſ.* quare ſtãtibus meritis *n.*3. quidquid alij malè contrarium ſentiant, cum non reſpondeant prædictæ rationi, præſertim, quia *Surd.* exaduerſo allegatus *conſ.* 164. *n.*36. *lib.*2. fundet ſe in auctoritate *Lup. d. §.*32. *n.*9. qui tamen
12 tenet contrarium, vt diximus, † prout etiam idem dicendum eſt de *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*21. *tit.* 4. *n.* 19. qui mouetur per doctrinam *d. Lup. §.*32. *n.*9. cũ tamen ipſe contrariũ concludat, vt clarè ex eius lectura apparet. Quod etiam dicitur de *Bald. in l. ſi voluntate.* 4. *C. de dot. promiſſ.* qui per prædictos allegatur, quia nullum verbum ponit de hac compenſatione, & æqualitate.

Idem eſt de *Bertrand. conſ.*46. *in fin. lib.*2. *p.*1. *& Bald. Nouell. de dot. par.* 10. *n.* 9. *&* 10. *fol.* 50. qui per eoſdem allegantur pro dicta
13 opinione, † nã ſolum loquuntur, quando dos eſſet ſuper exceſſiua, & in magna inęqualitate de qua non apparet in caſu noſtro, nam ſecundum arbitrium boni viri nihil commune

habet

Digitized by Google

habet iuuentus, & ſpecies decora cum dote, de qua agimus, tanquam noſtris temporibus tenues ac paruæ habeantur dotes iſtius quã-
14 titatis, † licet olim haberentur pro magnis, & opulentis *Menoch. de arbitr. caſ.* 149. *n.* 40. *&* 41. *fol.* 156. & redditus, qui ex tali dote percipiuntur, vix ſufficiunt ad alimenta, itaut dicatur potius parua non exceſſiua *Roland. conſ.* 14. *n.* 20. *lib.* 3. *Socin. conſ.* 30. *n.* 2. *&* 11. *lib.* 4. *Port. Imol. conſ.* 97. *n.* 10. *Bald. in auth. præterea. in fin. C. vnd. vir.*
15 *& vxor.* † Cum etiã noſtris temporibus mulieres etiam ignobiles habeant dotes in ſumma mille & quingentorum ſcutorum, quæ non reputantur exceſſiuæ, ſed modicæ *Sim. de Pret. de interpret. vltim. voluntat. lib.* 4. *dub.* 10. *interpretat.* 1. *n.* 24. *fol.* 410. *& conſ.* 90. *in fin. Theſaur. deciſ.* 192. *n.* 6.

Additur iuramentum, quod confirmat donationem etiam inualidam inter virum, &
16 vxorem, † vnde multò magis quando, prout in caſu noſtro, fuit facta in recompenſationem iuuentutis *Bart. in l. ſi quis pro eo. ad fin. ff. de fideiuſſor. Bald. Nouell.* qui de communi *de dot. par.* 10. *n.* 10. *verſ. inſuper vidi dubitari. & verſ. tamen hac ſua opinio. fol.* 50. vbi quod contraria procedunt in iu-
17 ramento aſſertorio de præterito, † ſecus promiſſorio *Butr. in c. cũ contingat. membr.* 8. *& ibi Imol. membr.* 7. *Alciat. n.* 105. *&* 196. *de iureiur. Gail. obſeruat. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 3. *Fachin. lib.* 3. *controuerſ. iur. c.* 81. *poſt med. Seraph. priuil. iuram.* 71. *n.* 6. *cum ſeq.* & ibi late *Benenebendor. in addit. n.* 6. *Roland. conſ.* 8.
18 *n.* 16. *lib.* 1. † Quamuis etiam ſine iuramento talis dotatio valeret *Gail. d. obſeruat.* 40. *in fin.* Itaut neque opus eſſet confirmatione per obitum viri, licet in caſu noſtro adſit etiam ipſius mors *Fachin. d. c.* 81. *ad med.* iuxta *l. cum hic ſtatus.* 32. *§. ait oratio. ff. de donat. int. vir. & vxor. l.* 1. *& l. donatio. & l. ex verbis. C. eod. tit.*

Neque obſtabit *Statut. Vrb. c.* 135. *lib.* 1. *fol.* 209. vbi annullatur iuramẽtum in huiuſmodi do-
19 nationibus inter virum, & vxorem, † Quia ibidem excipiuntur caſus à iure permiſſi, inter quos adeſt iſte, de quo agimus, circa donationem factam à marito propter remunerationem iuuentutis, quamuis etiam ceſſante hac reſeruatione per ſtatutum facta, nihilominus huiuſmodi ſtatuta non habent locum in donatione ob cauſam, ſeu recipro-
20 ca, prout dicitur illa, † quæ fit per ſenem vxori iuueni *Gail. d. obſeruat.* 40. *n.* 7. 8. *&* 9. *lib.* 2. iuxta *l. aquilius. ff. de donation. Gloſ. in l. licet. in verb. mortis. in fin. & in verb. non veram. C. de pact. Cephal. conſ.* 61. *n.* 12. *lib.* 1. *Rot. coram R. P. D. Buratto Romana donationis de Melchioribus.* 16. *Martij* 1620. dixi *ſupr. c.* 975.

Quæ opponuntur de non probata iuuentute, & ſenectute mariti ſunt ſublata in facto, in quo ex depoſitionibus teſtium omnia concordantur, & ad veram probationem reducuntur vbi etiam quod nulla aderãt debita tempore
21 factæ dotationis, † cum etiam illa, quæ modo prætenduntur, ſint poſt multos annos conſtitutionis talis dotis, itaut nulla poſſit cadere ſuſpitio fraudandi creditores, neque aliqua ſimulatio, prout in iſtis terminis loquitur *Rot. deciſ.* 683. *n.* 5. *& per tot. p.* 2. *in recent. poſt Socin. in l.* 1. *n.* 108. *ff. ſolut. matrimon. Bald. Nouell. de dot. par.* 10. *n.* 18. *Campeg. eod. tit. p.* 1. *q.* 53. *n.* 3. *Couar. lib.* 1. *var. reſolut. c.* 7. *n.* 4. *verſ. ſecundo hinc apparet. Purpur. conſ.* 349. *n.* 12. *Gozad. conſ.* 28. *n.* 26. *Vrſill. ad Affl. deciſ.* 402. *n.* 2. *Menoch. præſumpt.* 12. *n.* 82. *& præſumpt.* 13. *n.* 27. *verſ. ſecundus eſt caſus. & n.* 28. *verſ. tertius caſus. lib.* 3. *Auffrer. ad deciſ. capell. Tholoſ.* 339. *in fin.*

Quo vero ad aliud dubium dixi illud decidendum affirmatiuè, quod aſſignatio, ſeu donatio prędij cum palatio, de quo agimus, ſit va-
22 lida, † cum appareat ex inſtrumento exhibito illam fuiſſe factam per patrem Antonio filio contẽplatione matrimonij contrahendi cum particulari perſona nominata, & pro illius effectuatione, & ad hoc vt idem ſuus filius illam ducat in vxorem ad bonum computum portionis hęreditatis paternæ ſibi obuenturæ, huiuſmodi enim cauſa, vt ſupra expreſſa dicitur iuſta, rationabilis, & honeſta, quæ facit, vt talis donatio non habeatur pro ſimplici, ſed ob cauſam, itaut illa ſecuta, nihil poſſit addi, vel minui, ſeu declarari tanquam ſit perfecta, & irreuocabilis *Dec. conſ.* 238. *primo non videtur. n.* 2. *Roland. conſ.* 44. *n.* 9. *vſque ad* 25. *lib.* 4. cum alijs quos latè adduxi *ſupr. c.* 924. *n.* 12. *vſque ad* 30.
23 Quibus additur † *Baeça de dotib. filiar. c.* 21. *n.* 8. *Monter. deciſ.* 10. *n.* 15. vbi latiſſime comprobat, quod tales donationes, quando fiunt pro cõtrahendo matrimonio cum perſona certa, & nominatim expreſſa, ſemper dicuntur ob cauſam finalem, non autẽ impulſiuam, cum contraria procedant, quando eſſet
24 donatũ in genere † pro contrahẽdo matrimonio *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 1. *n.* 16. *vſque ad* 22. vbi etiã, quod talis donatio cenſetur pars, & portio ipſius cõtractus matrimonij, & cum toto ipſo contractu confunditur concernendo vtilitatem non ſolum donatarij, ſed etiam ipſius mulieris ſecum contrahentis, & eius parentum, qui videntes tales donationes fieri ſuis generis futuris futuris, eneruant ſua patrimonia conſtituendo ampliores dotes filiabus alias non daturi, vt ditioribus eas nuptui tradant *Guid. Pap. deciſ.* 145. *n.* 2. *Natt. conſ.* 115. *n.* 2. *Roland. conſ.* 70. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 4. *Menoch. conſ.* 261. *n.* 19. *Franc. deciſ.* 205. *n.* 2. dixi *ſupr. c.* 224. *n.* 29. *vſque ad* 31.

Stante igitur qualitate huiuſmodi donationis factæ ob cauſam finalem matrimonij, non poterit opponi aliqua omiſſio ſolemnitatis

forſan

Digitized by Google

forſan per ſtatutum faciendæ, ſeu defectus
25 inſinuationis, cum ſimilibus, † nam in eis
iſta requiſita non ſunt neceſſaria *Menoch.* in
ſpecie donationis ob cauſam matrimonij
conſ.944. n.31. lib.10. iuxta *auth. vt ſponſal.*
largit. in princ. Socin. conſ.77. n. 152. lib.1.
Bald. in l. vlt. in princ. n. 5. C. de iur. dot.
Clar. in §. donatio. q. 16. verſ. ſed quid di-
cendum. fol. 102. poſt Bart. & alios. in l. at-
tilius regulus. ff. de donat. Rim. Iun. inſtit.
eod. tit. in princ. n.129. latè *Alex. conſ.113.*
n.22. lib.6. Roland. conſ.44. n.9. lib.4. Natt.
conſ.609. n.31. Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. donatione largitus. n. 143. C. de reuo-
cand. donation. Quidquid contrarium de-
26 fendat *Gabr. conſ.57. lib. 2.* † cum eius opi-
nio procedat in donatione ob cauſam ma-
trimonij impulſiuam, & non finalem, & in
matrimonio contrahendo in genere, non
cum perſona particulari *Monter. deciſ.10.*
n.1. & 2. iuncto n. 15. cum ſeq.

Quare etiam neque attendetur ſuperuenientia
liberorum, propter quam iſtæ donationes ob
27 cauſam nuptiarum † non reuocantur *Alex.*
conſ. 29. in fin. lib.3. Ruin. conſ. 123. n. 7.
lib.3. Pariſ. conſ.26. n.80. lib.2. Tiraq. in
l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus.
n. 141. & 142. C. de reuocand. donat. vbi
etiam, quod neque illæ reuocantur propter
28 ingratitudinem † *Gloſ. in l. vlt. in verb. in-*
ueniatur. C. eod. tit. Alex. conſ. 40. col. vlt.
verſ. fruſtra etiam quæritur. lib.4. Io. Fab.
& Aret. in §. ſunt præterea. verſ. idem eſt
ſi quis. poſt princ. inſtit. de actionib. Molfeſ.
ſuper conſuetud. Neapolit. quæſt. 25. n. 7.
par. 4. tom. 1.

Ex quibus ſequitur, quod non potuit filius do-
29 natarius retrodare, † ſeu retrodonare patri
donanti huiuſmodi bona ſibi donata ob effe-
ctuationem matrimonij, neque in totum,
neque in parte, cum illa non poſſint diminui
aut reuocari *Fontan. de pact. nuptial. clau-*
ſul 4. gloſ.1. n.18. Franc. deciſ. 205. n.3. &
deciſ.436. n.4. & 5. vbi etiam quod ob iſtam
cauſam valet donatio inter patrem, & filium,
quidquid alias non valeret, itaut neque fi-
30 lius poſſit vxori præiudicare, † cum ſimilis
donatio ſit pars contractus, & confundatur
cum toto ipſo contractu, & æquiparetur do-
nationibus propter nuptias, vt dixi *ſupr.*
c.924. n.33. & 34. Monter. deciſ.10. n.7.

Non poterunt itaque creditores patris aliquam
moleſtiam inferre Antonio filio ſuper iſtis
bonis donatis ob cauſam matrimonij, cum
poſt factam donationem per multum tem-
poris ſpatium contraxerint cum eodem pa-
tre, & acquiſiuerint hypothecam ad eorum
31 fauorem, † quæ tanquam poſterior non præ-
iudicat anteriori *c. qui prior. de regul. iur.*
in 6. l. potior. in princ. ff. qui potior. in pign.
hab. l. ſi fundũ. C. eod. tit. Rip. in l. priuile-
gia. n.3. ff. de priuil. credit. Cephal. conſ.658.
32 *n.2. & 3. lib.5.* † vbi etiam quod procedit,
quamuis res ipſa poſteriori creditori fuiſſet
tradita *Iaſ. conſ.5. col.6. verſ. ſexto pro iſta*
parte. & verſ. ſeptimo. lib. 3. Tiraq. de re-
tract. conuention. §. 3. gloſ. 1. n. 5. & 6.
Pariſ. conſ.69. n.156. lib.3.

Neque obſtat, quod Antonius filius retrodo-
donando patri bona ſibi donata ob cauſam
matrimonij ceciderit facto proprio à domi-
nio dictorum bonorum, itaut fuerit acquiſi-
tum ius, & hypotheca creditoribus patris in
eiſdem bonis iterum per eum acquiſitis,
Quia, vt ſupradictum eſt, retrodonatio non
33 fuit valida, † & quatenus illa valeret, fue-
runt loco rerum retrodonatarum data alia
bona, quæ tanquam ſubrogata aſſumpſerunt
naturam earum, in cuius locum fuit facta
ſubrogatio, cum omnibus qualitatibus pri-
mordialibus, & accidentalibus, quæ illis
inerant, itaut nihil ab eis differant *c. 1. de*
vaſall. decrepit. ætat. cum alijs per *Molin.*
de primogenit. hiſpan. lib.4. c.4. n.36. & per
tot. fol.483. Iaſ. conſ.231. n.1. lib.2. Tiraq.
de retract. lignag. §.32. gloſ. vnic. n.26. cum
ſeq. Peregrin. de fideicommiſſ. art.44. n.30.
& 31. fol. 414. Menoch. conſ. 70. lib. 1.
34 Adeo vt facta † alienatione detur rei vendi-
catio *Socin. Iun. conſ.90. lib.3. Burſat. conſ.*
298. n.18. lib.3. Peregr. de fideicommiſſ. art.
44. n.31. ad med. verſ. contra vero determi-
narunt. fol. 415.

Neque oberit, quod iſta bona permutata erant
prius obligata creditoribus patris, ideo non
potuerunt per patrem permutari in præiudi-
cium hypothecæ, & obligationis eis acqui-
ſitæ; Nam ſtatim, quod res permutata, & in
locum antiquæ ſubrogata euincitur, & ven-
35 dicatur, † tunc licitum eſt regredi ad bona
antiqua, & illa recuperare, cum hoc ſit de
natura permutationis *c. ſi beneficia. de præ-*
bend. in 6. Alber. in l. fin. col. 2. verſ. item
quæritur. ff. de negot. geſt. Molin. de pri-
mogenit. hiſpan. lib.4. c.4. n.47. fol.484.

Maximè, quia in caſu noſtro ipſemet Antonius
permutans reſeruauit ſibi liberum regreſſum
ad primæua ſua iura, & dominium ac poſſeſ-
ſionem ſui primi prædij in caſu alicuius eui-
36 ctionis † cum clauſula non alias aliter nec
alio modo, quæ inducit formam, & condi-
tionem reſoluendo contractum non ſecus ac
ſi nihil geſtum fuiſſet *Bald. in l. ſi quidem.*
C. de except. Menoch. conſ. 38. n. 21. & 22.
Surd. conſ.268. n. 9. lib.2. Cardin. Seraphin.
deciſ. 838. n. 7. Caputaquenſ. deciſ. 82. n. 3.
& 4. par. 3.

Et quamuis fundus permutatus ſortiatur eam-
dem naturam, quam alius, cum quo eſt per-
mutatus, vt ſuperius dictum eſt, non tamen
37 hoc procedet in caſu noſtro, † nam cum fue-
rit permutatus fundus alteri obligatus, tunc
non erit obligatus alius, vt ille erat, ideo re-
manebit liber abſque vllo nexu obligationis
apud eum, qui illum recuperauit propter
permutationem non ſecutam *Tiraq. de re-*

tract. lignag. §. 32. gloſ. vnic. n. 28. in fin. poſt Bald. in l. pro debito. col. 1. ff. de bon. auct. iud. poſſid. iuxta notata in *l. labeo. ff. de verb. ſignific. & in l. mater. C. de rei vendic.*

In prædictis etiam obſeruandum eſt, quod ad cognoſcendum an donatio ſit ob cauſam, de-
38 bet attendi, † vt concernat commodum donantis, ſecus ſi donatarij, eius enim reſpectu erit ſimplex, & pura *Aim. conſ. 85. n. 2. & conſ. 136. n. 1. & conſ. 301. n. 1. Dec. in auth. ex teſtamento. C. de collation. Roland. conſ. 44. n. 2. lib. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam. in verb. donatione largitus. n. 124. C. de reuoc. donat. & in tract. ceſſant. cauſ. limit. 1. n. 52.* iuxta *l. titio centum. in princ. ff. de condit. & demonſtrat. l. 2. §. fin. ff. de donation. l. ſi mulier. C. de iur. dot.* Prout etiam donatio ob cauſam tunc dicetur, quando fieret ob cauſam neceſſariam excludentem liberalita-
39 tem, † nec ab ea procedentem *Ang. in l. ſed & hoc. ff. de re iudic. Iaſ. in l. inter eos. eod. tit. Roland. conſ. 44. n. 25. & conſ. 70. n. 7. lib. 4. Decian. conſ. 3. n. 13. lib. 1. Tiraq. in d. verb. donatione largitus. n. 124. Faber. & Plat. in §. praterea. inſtit. de action.*

Verum in caſu noſtro iſta non obſtant, quia donatio ob cauſam matrimonij cũ perſona certa, & determinata continet commodum donatarij, & vtilitatem vxoris, & parentum, quorum maximè intereſt generum, & maritum reſpectiuè habere diuitem, tunc enim honorificentius viuent, & mulier ſecuriorem habebit dotem, & filijs prouidebitur vnde
40 poſſint viuere, † Quare ſtante commodo omnium prædictorum donatio non ſolum reſpicit vtilitatem donatarij, ſed etiam tertij, ideo dicetur ob cauſam, & non ſimplex *Bart. in l. 2. §. fin. n. 2. ff. de donat. Tiraq. in d. tract. ceſſant. cauſ. limit. 1. n. 52. Natt. conſ. 609. n. 13. Barboſ. in l. 1. p. 7. n. 41. ff. ſolut. matrim. Fontanell. de pact. dotal. clauſul. 4. n. 30. cum ſeq.* vbi etiam reſpondet ad illud,
41 quod cauſa debeat eſſe neceſſaria, † nam verius eſt, vt fiat impellente inſtinctu naturæ, & ratione naturali, ad quam faciendam pater inuitatur eodem ſtimulo, vt filius honorabilius matrimonium contrahat, & ditiorem vxorem ducat *Angel. de melio. l. 9. gloſ. 4. n. 17. verſ. nec obſtat quod non ſit vera. Couar. in epit. de ſponſal. p. 2. §. 8. c. 3. n. 8. & in c. rainaldus. §. 2. n. 6. verſ. praterea verò. ad fin. de teſtam. Roland. conſ. 44. n. 30. cum ſeq. & conſ. 70. n. 13. & 14. lib. 4. Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 1.* vbi *n. 27. vſque ad 36.* alias reſponſiones adducit.

E P I T O M E.

ALienatio neceſſaria proueniens ex lege contractus, vt redemptio cenſus dotalis, vel ſimilis an poſſit fieri per maritum abſque conſenſu vxoris. ¶ Et quando in eum tranſeat dominium fundi dotalis. ¶ Vſufructuarius ſolus an redimat cenſum ſine interuentu proprietarij. ¶ Clauſulæ in perpetuũ, & in infinitum quid operentur. ¶ Et an ſi illæ fuerint appoſitæ in cenſibus conſtitutis ante bullam Pij V. faciant, vt nunquam poſſint redimi. ¶ Et an dicta bulla comprehendat tantum cenſus creandos in futurum, non præteritos. ¶ Et quando lex noua extendatur ad caſus præteritos, qui expectant perfectionem in futurum. ¶ Procurator agens ſine mandato, vel cum mandato generali in negotio, in quo ſpeciale requiritur, an ſit puniendus tanquam falſarius, & condemnetur in damnis, & intereſſe. ¶ Actio an competat contra inuaſorem, quamuis habuiſſet mandatũ ad inuadendum. ¶ Spoliatus quando poſſit agere contra eũ, cuius nomine fuit deiectus. ¶ Et quid in eccleſia, ſeu minore an conueniantur ſpolio per illos, qui ab eorum tutore, & Prælato fuerunt ſpoliati, tàm quo ad reſtitutionem poſſeſſionis, quàm quo ad alias pœnas.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſus dotalis an poſſit retrouendi per maritum abſque conſenſu vxoris. & n. 4.*
2 *Alienatio neceſſaria proueniens ex lege contractus an prohibeatur marito. & n. 5.*
3 *Dominium fundi dotalis an tranſeat in virum conſtante matrimonio. & n. 6.*
7 *Mulier cenſetur dediſſe fundum dotalem viro, vt ſolum fructus ad eum pertineant, dummodo non ſit datus aſtimatus. n. 8.*
9 *Redemptio cenſus non poteſt fieri vſufructuario abſque interuentu proprietarij.*
10 *Cenſus conſtitutus ante bullam Pij V. non poteſt redimi, ſi fuerit venditus, vt in perpetuum duret. & n. 14. Amplia, vt n. 15.*
11 *Clauſula in perpetuum, cum ſimilibus operantur infinitatem, & comprahendunt omne tempus.*
12 *Cenſus ante bullam praſumebatur irredimibilis, neque reprobatur per conſtitutiones Martini V. & Caliſti III. & n. 13.*
16 *Conſtitutio Pij V. ſuper cenſibus extenditur ad cenſus futuros, non præteritos.*
17 *Lex noua comprahendit ſolum præterita negotia, non futura, quamuis adſit aliquis caſus præteritus, qui expectet perfectionem in futurum. n. 18. & 19.*
20 *Modicitas pretij in cenſibus non praſumitur, niſi probetur, & in eis attenditur conſuetudo loci. n. 21.*
22 *Aſſerens ſe procuratorem debet oſtendere mandatum, alias poteſt conueniri pro damnis, & intereſſe, & puniri tanquam falſarius. n. 23.*
24 *Procurator falſus dicitur, qui habet mandatum generale, & agit ſcienter in caſu, in quo ſpeciale requiritur.*
25 *Falſus procurator quot modis dicatur remiſſiuè.*

Actio

Digitized by Google

26 *Actio competit contra inuaſorem, quamuis habuiſſet mandatum ad inuadendum.*
27 *Spoliatus poteſt agere contra eum, cuius nomine fuit deiectus illo mandante, ſeu ratificante.*
28 *Eccleſia, ſeu minor poſſunt conueniri ſpolio per illos, qui ab eorum tutore, & Prælato fuerunt ſpoliati quo ad reſtitutionem poſſeſſionis, ſecus quo ad alias pœnas. n.29.*

CAPVT DCCCCLXXXV.

MAritus poteſt retrouendere cenſum
dotalem iuxta ſententiam *Roderic. de*
1 *annu. reddit.* † *lib. 2. q. 15. n. 88. Parlador.*
lib. 2. p. 2. c. vlt. §. 17. n. 4. ob illam rationem,
quia redemptio cenſus eſt alienatio neceſſaria
ex cauſa antecedenti, & ex lege contractus,
quæ non prohibetur marito *l. 2. vbi*
2 *Gloſ. C. de fund. dotal.* † *l. 1. ff. eod. tit. Rimin.*
Iun. inſtit. quib. alien. lic. vel non. in princ.
n. 310. cum ſeq. Roland. conſ. 80. n. 1. & 2.
lib. 3. Cum etiam maritus conſtante matrimonio
fit dominus rei ſibi in dotem datæ
3 *Gloſ. in l. in rebus.* † *vbi Bart. n. 3. Salic. in*
princ. C. de iur. dot. Tennin. caut. 14. n. 3.
iuxta *l. ſi prædium. C. de iur. dot. l. dotem*
ancillam. C. de rei vendicat.

Contrariam tamen opinionem ſequitur *Solis*
de cenſib. lib. 4. c. 1. n. 6. vbi quod debitor annui
redditus in dotem conſtituti non libera-
4 bitur ſoluta ſorte principali marito, † cum
non liceat ei rem immobilem in dotem datam
vendere, ſeu alienare, quamuis enim
ſimus in alienatione neceſſaria, tamen non
facit, vt maritus ſolus poſſit cenſum redimere
abſque conſenſu vxoris, qui etiam erit
5 requirendus; † cum etiam multi dubitent an
prohibitus alienare poſſit retrouendere cenſum,
& an tali poſſit fieri ſolutio, quamuis
illa eſſet neceſſaria, vt latè hinc inde multos
allegat *Giurb. deciſ. 79. n. 9. & 27.* præſertim
ad tollendas difficultates, quæ per DD. ponuntur
in quæſtione illa, an maritus ſit dominus
verus, & abſolutus bonorum dota-
6 lium, † de qua latè omnes *in l. in rebus. C. de*
iur. dot. cum alijs multis relatis per *Rimin.*
Iun. inſtit. quib. alien. lic. vel non. in princ.
n. 310. vſque ad 332. Ign. in l. 1. §. ſi vir aut
vxor. ff. ad ſyllanian. Zaſ. lib. 2. intellect. c. 5.
Maximè, quia licet dos ſit in bonis mariti,
7 tamen eſt etiam mulieris, † cum palam ſit eo
animo vxorem dediſſe fundum dotalem viro,
vt fructus ad eum pertineant, non autem
quod dominium ipſius fundi ad illum ſpectet
l. quamuis. ff. de iur. dot. l. ſi fundum in
princ. ff. ſolut. matrimon. Ign. in d. §. ſi vir
8 *aut vxor. n. 163.* † quidquid aliud ſit in rebus
æſtimatis in dotem datis, quorum dominium
ad maritum ſpectabit *l. cum poſt. §. in dotem.*
*ff. de iur. dot. l. patris & filij. ff. de vulg. ſubſtitut.
l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.*
cum æſtimatio faciat emptionem *l. plerumque.
§. inde quæri, ff. de iur. dot.*

Quare tutius erit adhibere conſenſum vxoris,
9 prout diximus de vſufructuario, † à quo ſolo
non poteſt fieri redemptio cenſus abſque interuentu
proprietarij *Cagnol. in l. 2. q. 32.*
C. de pact. int. empt. & vendit. Tiraq. de
retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. n. 29. Foller. de
*cenſib. in verb. inſtrumentum gratia pro conſimili
pretio. n. 35. Solis eod. tit. lib. 4. c. 1. n. 7.*
iuxta *l. vxori meæ. ff. de vſufr. legat.* & ita
ſeruat *Rot. coram R. P. D. Coccino Romana*
cenſus. 11. Decembris 1617. & 6. Iunij 1618.
dixi latè *ſupr. c. 636. n. 16. cum ſeq.*

Sed quidquid ſit de prædictis opinionibus, dixi
in caſu noſtro non eſſe locum redemptioni
10 præfati cenſus, † quia in inſtrumento eiuſdem
cenſus de anno 1522. conſtituto clarè
exprimitur illum non poſſe redimi, cum fuerit
venditus in perpetuum; & cum alijs clauſulis
denotantibus infinitatem, & quod ſemper
debeat durare ſine vlla temporis præfini-
11 tione, † quæ operantur, vt diſpoſitio ſe extendat
in perpetuum *l. purè. in fin. ff. de dol.*
except. l. ſeruitutes ipſo quidem iure. 4. ff. de
*ſeruitut. l. eum debere columnam. ff. de ſeruitut.
urban. prædior. Menoch. conſ. 95. n. 4.*
& conſ. 706. n. 29. Put. deciſ. 115. n. 8. par. 1.
Pinell. in l. 1. p. 3. n. 67. C. de bon. matern.
Surd. conſ. 123. n. 2. Molin. de primogenit.
hiſpan. lib. 1. c. 5. n. 33. Barboſ. in l. quia
tale. n. 7. ff. ſolut. matrim.

Præſertim, quia in dubio cenſus præſumitur
perpetuus, maximè antiquis illis tempori-
12 bus, † in quibus vſus iſtorum cenſuum irredimibilium
erat frequentiſſimus *Couar.*
var. reſolut. lib. 3. c. 10. n. 5. verſ. tertio ſi
minimè deprehendi poteſt. & verſ. quarto
quoties de iure. Pariſ. conſ. 12. n. 44. lib. 1.
Caldas de emphyteuſ. lib. 3. c. 11. n. 11. Boccac.
de cenſib. p. 1. n. 36.

Neque obſtabunt conſtitutiones Martini V. &
Caliſti III. per quas licet permittatur venditori
quandocumque redimere annuos reddi-
13 tus; † non tamen reprobantur cenſus perpetui
iuſto interueniente pretio conſtituti
Molin. de contract. diſputat. 391. n. 10.
verſ. ſecundo quorum. Sot. de iuſtit. & iur.
q. 5. art. 2. Prout paſſim perpetui cenſus ſolent
fieri, & à iure permittuntur *Idem Sot. de*
iuſtit. & iur. q. 5. art. 3. lib. 6. col. 3. Corrad.
contractib. q. 83. concluſ. 8. Molin. eod. tit.
diſput. 391. n. 10. clauſul. 9. Foller. de cenſib.
§. vt vides. n. 20. poſt med. Federic. Martin.
eod. tract. c. 6. n. 241. cum ſeq. Nauar. de
vſur. n. 98. in fin.

Et ità in ſpecie reſoluit *Rot. coram R. P. D. Veroſpio
Romana cenſus. 9. Decembris* 1619.
vbi non ſolum deciditur, quod cenſus præ-
14 dicti non poſſint redimi † ſtantibus præfatis
verbis in conſtitutione talium cenſuum appoſitis,
ſed etiam ampliatur, vt procedat,
quamuis poſtea in quietantijs fuerit promiſ-

Digitized by Google

ſum, quod fructus eorumdem cenſuum ſol-
uerentur vſque ad illius extinctionem, ſeu
redemptionem, licet enim ex hoc videatur
poſſe admitti redemptionem propter obſer-
uantiam interpretatiuam, tamen eum cenſus
fuerint ab initio creati irredimibiles, prædi-
cta verba extinctionis debent intelligi, dum-
modo interueniat vtriuſque partis conſen-
15 ſus, † tunc enim dabitur extinctio cenſuum
etiam ſi ab initio fuerint in perpetuum con-
ſtituti, nam alias non daretur aliqua redem-
ptio *l. ab emptione. ff. de pact. l. ſicut. C. de
act. & obligat.*

Nec aduerſatur conſtitutio Pij V. Cum illa pro-
16 cedat in cenſibus creandis in futurum, † non
autem in præteritis *Molin. de contract. di-
ſput. 391. n. 6. verſ. ſecundo, in fin. Nauarr.
de vſur. n. 98. in fin. Rot. coram R. P. D.
Litta Eugubina cenſus. 10. Februarij 1597.
& coram R. P. D. Iuſto Ciuitatis Caſtelli
bonorum. 24. May 1600. & coram R. P. D.
Veroſpio d. Romana cenſus. 9. Decembr. 1619.*
Cum bulla Pij V. ſit aperta, & clara, dum ibi
dicitur, poſtremo cenſus omnes in futurum
creandos, & deinde, contractus ſub alia for-
ma poſt hac celebrandos, prout paſſim nouæ
conſtitutiones futuris tantum negotijs le-
17 gem imponunt, † non autem præteritis *l. le-
ges. C. de legib. Felin. in c. vlt. de conſtitut.
Corn. conſ. 1. n. 15. lib. 3. Ruin. conſ. 49. n. 1.
lib. 3. Cephal. conſ. 51. n. 29. lib. 1. Rimin. Iun.
conſ. 56. n. 78. lib. 1. Honded. conſ. 16. n. 14.
cum ſeq. lib. 1.* vbi ampliat, quamuis adſit
aliquis caſus præteritus, qui expectet per-
18 fectionem in futurum † reſpectu executionis
*Bart. in l. omnes populi. n. 44. verſ. aut actus
perfectus. vbi Caccialup. n. 151. Crot. n. 131.
ff. de iuſtit. & iur. Abb. in d. c. vlt. n. 21. &
ibi Felin. in 4. ampliat. Dec. n. 60. de conſtitut.
Iaſ. in l. iubemus. n. 8. C. de teſtam.* Cum enim
initium ſit ſumptũ de præterito, & ab eo tẽ-
pore origo ſit tracta, quamuis perfectio ex-
19 pectetur in futurum, † nihilominus dicitur
caſus præteritus, & per conſequens in con-
ſtitutione noua non compræhenſus *Calcan.
conſ. 15. n. 12. Becc. conſ. 3. n. 74. cum ſeq.
Cephal. conſ. 591. n. 15. lib. 4.*

Neque in iſtis caſibus attendetur, quod pro
cenſu perpetuo ſoluatur modicum pretium
ad rationem ſex pro centum, nam iſta modi-
20 citas erit probanda, † tanquam pretium re-
gulariter præſumatur iuſtum *Bald. in l. per
diuerſas. q. 4. C. mandat.* iuxta *l. in minori-
bus. & l. hæreditatem. ff. de minorib. Pantal.
Cremen. in l. 2. n. 18. & 143. C. de reſcind.
vendit. Roland. conſ. 92. n. 17. lib. 2.* Præſer-
tim ſi probaretur per aliqua inſtrumenta,
quod de illo tempore conſtituerentur in tali
ſumma ſimiles cenſus perpetui, & irredimi-
21 biles, † quamuis in hac materia non poſſit
certa lex præſcribi, cum attendatur conſue-
tudo loci, vt per *Card. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 8. tit. 32. n. 8.* vbi quod
perpetuus cenſus ad rationem ſex, vel ſe-
ptem pro centum, dicitur iuſto pretio con-
ſtitutus *Rot. coram R. P. D. Veroſpio Ro-
mana cenſus. 9. Decembris 1619. in fin.*

Quo vero ad exceptionem oppoſitam contra
comparentem in iudicio, concludendum eſt,
quod aſſerens ſe eſſe procuratorem tenetur
mandatum oſtendere, alias poteſt conueniri
22 pro expenſis, † damnis, & intereſſe *l. ſi pro-
curatori falſo. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non
ſecut. l. ſi falſus. C. de furt. Bart. in l. 1. C.
euict. pignor. non deber. & in l. 1. §. iudicia-
lis. ff. de prætor. ſtipulation. & in l. pompo-
nius. §. rati. ff. de procurator. & in l. licet.
C. eod. tit. & in l. ciuitas. ff. ſi cert. petat. &
in l. ſi vno. §. vbicumque. in princ. vbi Alex.
in addit. ff. locat. Biſignet. deciſ. 12. n. 2. de
procurator. in antiquior. Cephal. conſ. 577.
n. 25. lib. 4. Vital. in rubr. de falſ. n. 2. ante
fin. verſ. item & ille committit. Milius in
verb. procurator ſi non docet. fol. 390 Vant.
de nullit. ex defect. mandat. n. 67. fol. 279.
Gutier. de tutel. par. 2. c. 13. n. 14. 15. & 19.
fol. 172. Siluan. conſ. 35. n. 40. in fin.*

Immo vltra præmiſſa poteſt puniri tanquam
fallarius, ex quo nõ ſolum ſe nominauit pro-
23 curatorem, † ſed fallaciter geſſit actus pro-
curatori cõgruentes in alterius præiudicium
*Bart. in l. ſi autem. §. item. ff. de negot. geſt.
Rot. per Biſignet. deciſ. 12. non procurator
impetrat. n. 3. de procuratorib. in antiquiorib.*
iuxta *c. nonnulli. de reſcript. Vant. de nullit.
ex defect. mand. n. 68. Boſſ. de falſ. n. 173.
Farinac. eod. tit q. 150. n. 89. vſque ad 91.
Natt. conſ. 588. n. 10.*

Falſus autem dicitur procurator non ſolum,
qui non habet mandatum, & aſſerit ſe illud
24 habere, † ſed etiam, qui habet mandatum
generale, vbi requiritur ſpeciale, & nihilo-
minus ſcienter agit, prout etiam ille, qui
non habet ſufficiens mandatum *Iaſ. in l. li-
cet, n. 4. C. de procuratorib. poſt Bald. in c. ex
parte decani. col. 1. in fin. de reſcript. & in
25 c. nonnulli. col. 1. eod. tit.* † Et quot modis
dicatur falſus procurator *Idem Bald. in d. l.
licet. & ibi Alex. C. de procuratorib.*

Quare etiam actio competit contra inuaſorem
quamuis habuiſſet mandatum ad inuaſionem
26 committendam, † quia per hoc non excuſa-
tur *Caſtr. conſ. 423. n. 1. lib. 1.* iuxta *l. ſeruus
non in omnibus. ff. de action. & obligation.
l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi armat. l. deni-
que. §. fin. ff. quod vi aut clam. l. non ſo-
lum. §. ſi mandato. ff. de iniur. l. non ideo
minus. C. de accuſationib.*

Prout quoque ſpoliatus poteſt agere aduerſus
eum, cuius nomine fuit deiectus, tanquam
27 ab illo mandante, † ſeu ratificante cenſea-
tur facta deiectio *l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi &
vi armat. Abb. in c. 1. in 3. notab. de reſtitut.
ſpoliator. Rip. in l. naturaliter. §. nihil com-
mune. n. 51. & 56. & ibi Rub. n. 142. ff. de
acquir. poſſeſſ. Aff. ſuper conſtit. regn. lib. 1.
rubr.*

rubr. 25. *n.* 39. latè *Menoch. de recuper. re-*
28 *med.* 1. *n.* 47. *cum ſeq.* † vbi etiam *n.* 60. ampliat ad eccleſias, minores, & ſimiles, quorum tutor, & prælatus ſpoliarunt, qui etiam poſſunt conueniri ſpolio, tanquam illis non ſit fauendum cum iniuria alterius *c. nuper. de donat. int. vir. & vxor. c. ex tenore. de for. compet.* prout in ſpecie concludit *Abb. in c. 1. in vlt. notab. de reſtitut. ſpoliator. Iacob. de S. Georgio. in l. ſi de vi. n. 19. verſ. duodecimo fallit. de iudic. Dec. conſ. 474. in princ. & conſ. 564. n. 1. Pariſ. conſ. 86. n. 71. lib. 2. Barbat. conſ. 31. col. 3. & conſ. 50. in fin. lib. 1. Neuiz. in ſylu. nuptial. lib. 5. n. 73.*
29 *& lib. 6. n. 28.* † Intelligendo quo ad reſtitutionem poſſeſſionis tantum, non quo ad cæteras pœnas, in quas incurrit ille, qui mandat ſpoliari *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. n. 61.*

E P I T O M E.

TEſtator quando poſſit excludere hæredem à ſua hæreditate caſu quo elegerit vitam ſacerdotalem ducere, itaut alter in eius locum ſuccedat. ¶ Bona an dicantur exire de familia per electionem clericatus ſecularis, ſicut regularis. ¶ Vocatus in maioratu an ſtatim ſuccedat poſt ſuſceptionem ſacerdotij, ſeu profeſſionem monaci. ¶ Vel potius ſit expectanda mors naturalis. ¶ Hæres quando debeat luere res legatas obnoxias pignori. ¶ Et an præſumatur relictum ſolum ius, quod legans habet in re legata. ¶ Expenſæ veſtium lugubrium an ſint faciendæ vxori, & eius ancillis expenſis hæredis, ſeu vſufructuarij. ¶ Prælatus parcius viuendo an ſibi acquirat, quod debuiſſet expendere pro vſu ſuo, & familiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Vocatus ad hæreditatem poteſt grauari, vt infra aliquod tempus deliberet an velit vitam ſæcularem, ſeu ſacerdotalem ducere, itaut eligendo ſacerdotium ab illa excludatur, & alter ſuccedat. & n. 4.*

2 *Voluntas teſtatoris aperta, & clara facit ceſſare omnem ambiguitatem.*

3 *Diſpoſitio retrahens aliquem à bono religionis eſt inualida.*

5 *Bona an dicantur exire de familia per electionem clericatus ſæcularis, ſicut regularis. & n. 6.*

7 *Per ſuſceptionem ſacerdotij, ſeu profeſſionem monaci non ſtatim vocatur ſucceſſor in maioratu, niſi ſecuta morte naturali. Contrarium. n. 8.*

9 *Hæres quando teneatur luere res legatas, ſi fuerint pignorata, ſeu alteri obligata. n. 10. Et quid ſi nō adſit ſpes luitionis. n. 11. & 12.*

13 *Teſtator an præſumatur voluiſſe legare ſolum ius, quod habet in re legata. & n. 14.*

15 *Mulier tranſiens ad ſecundā vota tenetur reſtituere omnia ſibi à viro donata, ſecus ſi de conſenſu teſtatoris nupſerit. n. 16.*

17 *Expenſa veſtium lugubrium factarum vxori, & eius ancillis ſpectant ad hæredes, non ad vxorem vſufructuariam. n. 18. & 19.*

20 *Verba potius ſunt intelligenda, vt ſint appoſita demonſtratiuè, non taxatiuè.*

21 *Prælatus parcius viuendo ſibi acquirit, quod debuiſſet expendere pro ſuo vſu, & familia.*

CAPVT DCCCCLXXXVI.

SEcundogenitum ſacerdotem dixi excludendum eſſe à ſucceſſione bonorum, de quibus agimus, ſtante diſpoſitione teſtato-
1 ris, † quod vocatus ad ſuam hæreditatem teneatur infra ſex menſes deliberare an velit vitam ſæcularem, aut ſacerdotalem ducere, & quatenus vitam ſæcularem elegerit, tunc ſuccedat, alias ipſo exiſtente in ſacris, vel vitam ſacerdotalem eligente, idem talis eo ipſo ſit excluſus, & alius proximior ſuccedat, qui ſucceſſurus fuiſſet, ſi talis clericus non extitiſſet in medio, & idem ſeruari voluit in quolibet alio ex dictis inſtitutis ingrediente aliquam religionem, quia voluit vt familia eius, & illius memoria conſeruetur, vt latius in teſtamento exhibito conti-
2 netur, † in quo, cum diſpoſitio teſtatoris ſit aperta, & clara, non eſt vlterius ambigendum *l. qui quartam. ff. de legat. 1. l. pen. eod. tit. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebell. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1.*

Et quidem huiuſmodi diſpoſitio excludens clericos, & monachos à ſucceſſione maioratus,
3 & primogenituræ, † quamuis ſecundum aliquos ſit inualida, tanquam eos retrahens à bono religionis, & illam impediens late *Odd. conſ. 19. n. 14.* Tamen ſequendo veriorem opinionem concludendum eſt illam valere, cum ſimiles diſpoſitiones non tendant, vt ab hoc ſtatu illos retrahant, ſed vt familia conſeruetur, ideo hæc conditio, velut ſatis congrua fini, ad quem ſolent inſtitui maio-
4 ratus, † & primogenituræ eſt iuſta, & valida *Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 19. n. 10. & 11. Padill. in l. cum acutiſſimi. n. 45. C. de fideicommiſſ. Spin. de teſtam. gloſ. 12. n. 33. verſ. in tertio vero caſu. Gutier. lib. 2. canonic. quæſt. c. 25. n. 6. & lib. 1. c. 32. n. 30. in 2. edit. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 12. n. 29. Borell. conſ. 17. n. 37. & 38. Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 16. n. 14. Marzar. in epit. fideicomm. q. 31. Cald. decis. Luſit. 133. n. 6. & 9. p. 1. Tapia in auth. ingreſſi. in verb. ſua. c. 16. n. 11. C. de ſacroſ. eccleſ. Caldas de nominat. emphyt. q. 16. n. 14. Molin. de iuſt. diſput. 207. concluſ. 2. col. penult. & q. 78. art. 12. col. 4. verſ. quinto certum eſt. Aluarad. de coniect. ment. defunct.*

 lib. 2.

lib.2. c.3. n.2. Flores lib. 2. var. q. 16. §.2. n.7. Sanchez oper. moral. tom. 2. lib.7. c.15. n. 6. fol. 385.
Nec facit, quod quidquid ſit in monacis, & regu-
laribus, tamen quo ad eligentes clericatum
5 ſæcularé † huiuſmodi diſpoſitio ſit inualida,
cum in eis non poſſit dici, quod exeant de
familia *Odd. conſ. 19. n. 25.* Quia talis con-
ditio eſt iuſta, & admittenda, etiam ſi
eſſemus in clerico ſæculari, cum inſtitutor
maioratus poſſit ſtatuere, vt eo ipſo, quo
poſſeſſor maioratus efficitur clericus, aut
monachus, ſtatim maioratus deuoluatur ad
6 alium, † vnde multò magis poterit prohi-
bere, vt clericus, ſeu monachus in illo non
ſuccedant *Mieres. de maiorat. p.2. q. 3. n. 1. vſque ad 5. in 2. edit. Couar. lib. 1. var. reſolut. c.19.n.10. & 11. Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. c. 25. n.6. lib. 1. c. 32. Sanchez tom. 2. oper. moral. lib.7. c.15. n.6. ad med.*
Neque oberit, quod per ſuſceptionem ſacerdo-
tij, ſeu profeſſionem monaci, non ſtatim vo-
7 cetur ſucceſſor in maioratu, † cum immo
potius hæredes illius clerici, & monaci de-
beant potiri fructibus eiuſdem maioratus,
donec vixerit naturaliter idem clericus, &
monacus, ſicuti potiretur monaſteriũ, ſi eſſet
capax bonorum *Spin. de teſtam. gloſ. 12. n. 34. & 35.* Quia in caſu noſtro teſtator diſpoſuit,
vt eo ipſo proximior ſuccedat, non ſecus ac
ſi talis clericus, aut monachus non fuiſſet in
medio, ideo ſtante tali diſpoſitione, non
poſſunt hæredes aliquid prætendere de iſtis
8 fructibus; † Quamuis etiam ſi non extaret
talis prohibitio teſtatoris, nihilominus de
iure eſt verior opinio, vt ſtatim debeatur
ſubſtituto, non expectata alia morte natu-
rali, vt latè concludit *Sanchez tom. 2. oper. moral. lib. 7. c. 15. n. 10. Molin. de primogenit. hiſpan. lib. 1. c.13. n.69. & 70. Auendan. in l. 40. taur. gloſ. 4. n. 10. Cald. de nominat. emphyt. q.6. n.14. & de renouat. emphyt. q.12. n.49. Mieres. de maiorat. p.2. q.3. n.6. in 2. edit. Manuel. quæſt. regul. tom. 2. q. 78. art. 12. poſt princ.*
Quo verò ad legatum gemmarum, & iocalium,
quæ fuerunt relicta vxori, concludendum eſt,
9 quod hæredes teneantur illa luere, † itaut le-
gataria nullum onus ſentiat, ſed eas habeat
ac ſi non exiſteret aliquod pignus, maxi-
mè, quando, prout in caſu noſtro, conſtat
quod teſtator ſciuit rem eſſe obligatam
l. licet. ff. de dot. prælegat. l. prædia. C. de fideicommiſſ. l. ſi rei obligata. 60. ff. de legat. 1. §. ſed & ſi rem. inſtit. de legat. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 12. n.39. fol. 126.
Contraria autem procedunt, quando res eſſet
10 obligata facto legatarij † *l. licet. in 2. reſponſ. ff. de dot. prælegat. Aret. in §. ſed & ſi rem obligatam. n. 1. inſtit. de legat.* vbi etiam
addit idem eſſe, quando fuiſſet factum lega-
tum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu
ſimilis rei, tunc enim tranſiret cum onere, &
commodo *l. cum pater. 79. §. menſa. ff. de legat. 2.*
In prædictis tamen eſt obſeruandum an res le-
11 gata fuerit pignorata pro tãto pretio, † quod
æquet illius valorem, itaut non ſit ſpes re-
luitionis, tunc enim iuxta opinionem mul-
torum hæres non tenetur luere, ſiue teſtator
ſciuerit, ſiue ignorauerit, quaſi teſtator ſit
magis facilis in præcipiendo res ſuas tradi,
quam in iubendo, vt alienæ redimantur,
prout dicitur res aliena quando eſt obligata
pro æquiualente pretio *Socin. in l. 1. §. per ſeruum. n. 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Neguſ. de pignor. p. 3. membr. 1. n. 29. & 30. Coru. in l. 3. C. de legat.*
Quamuis etiam ſi eſſemus in iſto caſu æquiua-
lentiæ, contraria opinio ſit magis recepta,
12 quod onus luitionis † ſpectet ad hæredem,
ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit *Gloſ. in §. ſi rem. inſtit. de legat. & in l. prædia. C. de fideicommiſſ. Iaſ. in l. ſi rei obligata. n.13. vbi Alex. n.2. & 3. ff. de legat. 1. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c.12. n.39.* & ita in praxi
tenendum eſſe dicit *Craſſ. in §. legatum. q.16. in fin. poſt Viu. lib.2. comm. opin. in verb. legatum.*
Quo ad tertium dubium videbatur concluden-
dum, quod hæres non teneatur præſtare le-
gatum dictarum gemmarum, niſi pro por-
13 tione ad teſtatorem tangente, † vnde cum
præſupponatur, quod fratres eiuſdem teſta-
toris habeant partem in præfatis gemmis,
non intelligentur illæ in totum legatæ, ne-
que illarum æſtimatio erit debita, ſed ſolum
illud ius erit relictum, quod ſpectat ad le-
gantem *l. ſerui electione. 5. §. cum fundus. vbi Gloſ. Alber. Bald. Ang. Caſtr. Imol. Alex. & alij communiter. ff. de legat. 1. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. c. 12. n. 15.* iuxta *l. ſi domus. 74. §. fin. ff. de legat. 1. l. ſeruus ab hoſtibus. 101. ff. eod. tit. Craſſ. in §. legatum. quæſt. 14. n. 9.*
Verum iſta non ſunt tuta, quia in caſu noſtro
teſtator legauit omnes, & ſingulas gemmas
cum dictionibus ita vniuerſalibus, vt potius
14 videatur legatum omne ius tàm ſuũ, † quam
ad alios pertinens, cum præſertim ſimus in
hæredibus per teſtatorem inſtitutis, qui ha-
bent ius in iſtis gemmis, tunc enim magis
dicetur tota res relicta, quidquid ſit in ex-
traneis *Bart. in l. cum filius. 78. §. dominus. ff. de legat. 2. Corn. conſ. 84. n. 7. & 8. lib. 2.*
& de communi teſtatur *Craſſ. in §. legatum. q. 14. n. 9.* Ideo vxor erit domina libera, &
abſoluta omnium gemmarũ ſibi legatarum
non obſtante, quod tranſiuerit ad ſecunda
15 vota, per quem tranſitum, † licet teneretur
ad reſtitutionem iocalium, & omnium ſibi
donatorum à ſuo viro *Bart. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Fulgoſ. conſ. 63. n. 2.* Tamen cum
teſtator expreſsè mandauerit, vt ſua vxor
ſecundo nubens ſit contenta eodem legato
gemmarum, ſatis apertè colligitur, quod non
in-

incurrit aliquam pœnam amiſſionis illarū,
16 tanquam de eius conſenſu nubat † *Præpoſ. in c. fin. col. penult. de ſecund. nupt. Ang. in autb. de non eligend. ſecund. nubent. n.* 8. *&*
conſ. 348. quem refert, & ſequitur *Bertrand. conſ.* 306. *n.* 2. *lib.* 1. *p.* 1.

Quartum dubium quo ad expenſas veſtium lugubrium factarum vxori, filijs, famulis, & an-
17 cillis, † concludendum eſt illas ſpectare ad hæredes patrimonij, non autem eidem vxori, & legatariæ, & vſufructuariæ *Dec. conſ.* 156. *quæritur de expenſis. col.* 1. *in fin. verſ. in contrarium videtur. Abb. in quæſt. incip. ſempronius clericus, in* 1. *dub. & in c. vt præterita. col. penult. verſ. & ex prædictis. de elect. Couar. in c. rainaldus.* §. 3. *n.* 2. *de teſtam. Peregr. de fideicommiſſ. art.* 35. *n.* 40. cum alijs per *Sim. de Pret. de interpret. vltim.*
18 *volunt. lib.* 3. *ſolut.* 4. *n.* 4. *fol.* 353. † vbi in ſpecie loquitur de iſtis veſtibus factis vxori tempore luctus, quas debet deferre expenſis viri defuncti, & poſtea illas reſtituit, ſi deponat habitum viduile, quaſi contemnat luctum *Bald. conſ.* 478. *quædam ſunt res. in fin. lib.* 5. *Capr. conſ.* 135. *n.* 12.

Neque obſtat, quod tutores, & curatores hæredum aſſignauerint eidem vxori vltra ſuam dotem ſcuta 700. quolibet anno pro ſe alenda cum filijs, & familia donec vitam vidui-lem ſeruauerit, Quia non ex hoc infertur, vt vxor debeat de ſuo proprio facere impenſas ſpectantea ad hæreditatem, quæ iam fuerunt factæ, ideo iſta aſſignatio intelligetur de impenſis in poſterum faciendis in alendo ſe,
19 & filios, & familiam, † non autem de illis, quæ pro honore defuncti ſunt neceſſariæ, & condecentes qualitati, conditioni, & facultatibus teſtatoris *l. at ſi quis.* §. *hac actio. ff. de relig. & ſumpt. fun. Alber. Bart. Caſtr. & alij in l.* 1. §. *fin. ff. ad leg. falcid. Sim. de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. lib.* 3. *ſolut.* 4. *n.* 2. *&* 3. *fol.* 353.

Neque ſunt diminuendi redditus aſſignati eidem vxori in ſcutis 700. quamuis non retinuerit currum, & tantam familiam, quanta fuit expreſſa in concordia, ſeu aſſignatione
20 vxori data, † Quia talis expreſſio non fuit facta limitatè, & in dubio verba potius cenſentur appoſita demonſtratiuè, quam taxatiuè *l. ſi quando. in princ. ff. de legat.* 1. *l. fideicommiſſa.* §. *ſi rem. ff. de legat.* 3. *Caſtr. conſ.* 417. *quod dicti redditus. col.* 2. *poſt princ. verſ. nec obſtat prædictis. lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 4. *n.* 36. *lib.* 4. *Rot. diuerſ. deciſ.* 684. *n.* 4. *p.* 1.

Maximè, quia talis aſſignatio fuit facta ita & taliter, vt de pecunijs aſſignatis nulla ratio reddi debeat ponendo omnia in arbitrio ipſius, adeo vt non poſſit modo quæri quid & quãtum fuerit expenſum, cum etiam potuerit vxor parcius viuendo ſibi aliquid ſubtrahere, quod ſic ſubtractum erit ſibi acquiſi-
21 tum, † exemplo eius, quod in ſimili dicunt Doctores de Prælato, qui parcius viuendo acquirit, quod debuiſſet expendere pro ſuo vſu, & familiæ, vt per *Molin. de primogenit. hiſpan. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 50. *fol.* 276. *Couar. in c. cum in officijs. n.* 2. *de teſtam. Nauar. in manual. c.* 25. *n.* 127.

E P I T O M E.

INtereſſe de intereſſe, ſeu fructus fructuū, ſiue vſuræ vſurarum quando debeantur. ¶ Et quæ ad moram contrahendam ſint neceſſaria. ¶ Damnum emergens quando ſit permiſſum. ¶ Et qualiter probetur, vt iuridicè poſſit percipi. ¶ Et an ſufficiat oſtendere cenſus, & ſocietates officiorum factas per creditorem, qui paſſus eſt moram in ſolutione ſibi facienda. ¶ Lucrum quando licitè petatur per mercatorem. ¶ Et an debeat eſſe in potentia proxima habendo rem, ex qua tantum lucratus fuiſſet, tam in foro fori, quam conſcientiæ. ¶ Appellatio an ſit admittenda, ſi addatur nouum grauamen in ſententia alias inappellabili. ¶ Creditor an poſſit exigere totum lucrum ceſſans, vel potius ſit taxandum arbitrio boni viri.

S V M M A R I V M.

1 *Facti ſpecies narratur, & quæſtio inde proueniens.*
2 *Fructus fructuum, vel intereſſe de intereſſe, ſiue vſura vſurarum nunquam debentur. Declara, vt n.* 3. *&* 4.
5 *Vſuræ non præſtantur ſine mora, ad quam contrahendam, quæ requirantur remiſſiuè, & an poſſint tranſcendere duplum ſortis. n.* 6.
7 *Damnum emergens tanquam reſtaurationem eſt omni iure permiſſum, & quomodo ſit probandum, vt poſſit peti. n.* 8. 9. *&* 17.
10 *Creditor debet declarare non ſolum, quod accipit pecunias ad vſuras ob retardatam ſolutionem, ſed etiam certificare perſonaliter debitorem, quod propter talem moram eſt coactus illa accipere. Amplia, vt n.* 11.
12 *Intereſſe de intereſſe poteſt percipi vbi agitur de damno emergente, ſecus de lucro ceſſante. Intellige, vt n.* 13.
14 *Fructus fructuum non debentur etiam in caſibus permiſſis, niſi in fine cuiuſlibet anni, ſeu ſemeſtris petatur non ſolum pecunia, ſed etiam intereſſe hucuſque decurſum ratione eiuſdem pecuniæ.*
15 *Damnum emergens an probetur per oſtenſionem inſtrumentorum cenſuum, & ſocietatum officiorum, quas creditor fecit. n.* 16. *&* 20.
18 *Intereſſe dotale an debeatur, quamuis excedat fructus dotis, & onera matrimonij. & n.* 19.
21 *Ignorantia in hærede præſumitur.*

Mer-

Digitized by Google

22 *Mercator non poteſt petere intereſſe, ſi non*
probet negotiationem de tempore moræ, &
quod lucrum ſit in potentia proxima, ba-
benda rem, ex qua tantum lucratus fuiſ-
ſet. n. 23. & 24. Et quid in foro conſcien-
tiæ. n. 25.
26 *Creditor non debet exigere totum lucrum*
ceſſans; ſed arbitrio boni viri.
27 *Recambium idem eſt, quod intereſſe de in-*
tereſſe.
28 *Appellatio admittitur, ſi addatur nouum*
grauamen in ſententia alias inappellabili.
& n. 30.
29 *Res iudicata nunquam habet locum ſtante*
notoria iniuſtitia.

CAP. DCCCCLXXXVII.

IN exhibita facti ſpecie ſcripſi alias pro
abſolutione hæredum conuentorum ad
prætenſas vſuras ex multis rationibus addu-
ctis *ſupr. c...* Verum, quia denuo aliqua
opponuntur contra eoſdem hæredes, ex qui-
bus prætenditur recedendum eſſe ab his, quæ
fuerunt firmata ad eorum fauorem, Ideo cum
iterum petatur, vt ſententiam meam profe-
ram, obſeruandum eſt, quod præſupponitur
Antoniũ nuptui tradidiſſe Angelam neptem
1 Fabio, † cum promiſſione dotis ſcuta 2500.
pro cuius dotis reſiduo hæredes Antonij fue-
runt condemnati per tres conformes ad ſol-
uendum ſcuta 500. de anno 1614. quæ vna
cum intereſſe fuerunt ſoluta per eoſdem hæ-
redes eidem Fabio, qui nulla facta reſerua-
tione ceſſit omnia & quæcumque ſua iura,
& quietauit in forma.
Deinde idem Fabius egit contra dictos hære-
des pro recuperatione pecuniarum accepta-
rum ad ſocietatem officij de anno 1570. in-
tuitu Antonij, quæ pecuniæ etiam fuerunt
ſolutæ per hæredes vna cum fructibus iuxta
ſententiam condemnatoriam, habita quie-
tantia ab eodem Fabio nulla etiam facta re-
ſeruatione.
Quibus peractis Fabius iterum egit pro vſuris
vſurarum tam reſidui dotis, quàm ſocietatis
officij, ad quarum probationẽ exhibuit plura
inſtrumenta, in quibus legitur ipſum tenuiſſe
longe maiorem ſummam pecuniarum ſub
vſuris, & in paucis inſtrumentis declarauit
ſuſcipere certam quantitatem pecuniarum
ad damnum hæredum Antonij.
Stantibus prædictis quæſitũ fuit an tales vſuræ
2 vſurarum debeantur, † Et quidem huiuſmodi
dubium eſt facilis ſolutionis, nam omnes vno
ore concludunt negatiuè, quod fructus fru-
ctuum, vel intereſſe de intereſſe, ſiue vſuræ
vſurarum nunquam poſſint peti *Alber. in*
l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. Dec. in c. cum
venerabilis. col. 6. n. 61. de exceptionib. Ruin.
conſ. 55. n. 15. & conſ. 56. n. 13. lib. 2. Peregr.
conſ. 100. n. 35. vſque ad 40. lib. 1. vbi etiam
loquitur in materia dotis priuilegiata *Idem*
Peregr. de fideicommiſſ. art. 36. n. 69. in
fin. vbi de fructibus legitimæ, ex quibus non
debentur fructus *Giurb. ſuper conſuetudin.*
Meſſanen. c. 4. n. 21. fol. 391. Affl. decif. 291.
Rim. Iun. conſ. 166. n. 15. lib. 2. Stracc. de
contractib. mercat. n. 4. Cephal. conſ. 85. n. 7.
vſque ad 10. lib. 1. Gabr. Lup. Roger. Mi-
nador. & alij, de quibus latè *Fab. de Ann.*
conſ. 48. per tot. lib. 1. Morot. conſ. 65. n. 3.
Neq; obſtat, quod intereſſe de intereſſe ſit debi-
3 tũ iuxta *Franc. decif. 254.* † *& Vincent. Ann.*
ſingul. 261. Quia loquuntur in annuis reddi-
tibus, ſeu tertijs, quæ debentur de per ſe
principaliter, & non acceſſoriè ad capitale,
quod nullo modo poteſt exigi, ideo cum ſit
ipſamet ſors, non mirum ſi pro eo poſſit peti
intereſſe, quia non eſt intereſſe de intereſſe,
4 ſed ſolum intereſſe ſortis, † cum aliud ſit,
quando, prout in caſu noſtro, iſtud intereſſe
petitur non vt ſors, ſed vt intereſſe acceſſo-
rium ad capitale, & vt fructus ipſius capita-
lis, nam tunc nullo modo debentur fructus
fructuum, nec vſuræ vſurarum, nec intereſſe
de intereſſe, ita in ſpecie dictam *decif. Franc.*
254. latè declarat *Fab. Ann. conſ. 48. n. 12.*
vſque ad 37. lib. 1. vbi latiſſimè reſpondet
omnibus contrarijs *Milaneſ.* qui etiã multa
adduxit in comprobationem prædictorum
decif. 8. n. 350. vſque ad 361. lib. 1. fol. 60.
Et ita etiam ſe ipſum declarat *Idem Franc.*
d. decif. 254. n. 9. cum ſeq. & ibi Amendol. in
addit. Vrſill. ad Affl. decif. 291. in fin. fol.
416. dixi *ſupr. cap. 206. n. 18. cum ſeq. &*
c. 840. n. 37.
Maximè, quia præſupponitur in facto, quod dos
fuerit pro maiori parte debitis temporibus
ſoluta, & quod Fabius pro reſiduo dotis con-
ſequendo obtinuit mandatum, & licet fuerit
proteſtatus de accipiendo pecunias ad in-
tereſſe, tamen hoc fuit factum vltimo loco,
& cum poſt paucos mẽſes ſecuta ſit ſolutio,
non verificatur prætenſio partis dum præ-
ſupponit tam magnam quantitatem vſurarũ,
quæ non ſunt præſtandæ ex ſupra allegatis,
5 præſertim, † quia illæ non debentur ſine mora
Aim. conſ. 220. Franc. decif. 23. n. 5. ad quam
contrahendam multa requiruntur *Caballin.*
milleloq. 291. Rot. Genue. decif. 37. & 139.
Honded. conſ. 50. n. 21. lib. 1. Maſcard. con-
6 *cluſ. 933.* † Itaut neque tale intereſſe debeat
tranſcendere duplum ſortis *Magon. decif.*
Florent. 78. n. 10.
Immo neque vſuræ, nedum vſuræ vſurarum de-
bentur in caſu, de quo agimus, nam licet ex-
aduerſo prætendatur, quod fuerit dilata ſo-
lutio per plures annos, & quod fuerint captæ
pecuniæ ad vſuras occaſione ſolutionis re-
tardatæ, & quod non potuit contingere li-
7 beratio ab vſuris, † quibus aduerſarius te-
nebatur, quas non tenuiſſet ſi ſuum creditum
fuiſſet ſibi ſolutum, adeo vt hoc damnum
tanquam reſtauratiuum ſit omni iure per-
miſſum

Digitized by Google

miſſum *Surd. deciſ. 245. n. 9. & 10. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 67. n. 1. cum ſeq. lib. 1.*

Nihilominus ad probationem damni emergentis iſta non ſufficiunt, cum non ſolum debeat
8 probari mora debitoris non ſoluentis, † ſed quod propter illam fuit creditor coactus accipere pecunias ſub vſuris, itaut aliter non potuiſſet euadere talem receptionem ſub dictis vſuris *Mohedan. deciſ. 103. poſt princ. Lup. in l. cum ab. §. 6. n. 116. C. de act. empt. Ambr. de Vignat. in c. ſalubriter. n. 264. de*
9 *vſur.* † Et eſt concluſio paſſim approbata, contra quam nullus contradicit, vt latè dixi *ſupr. c. . .* iuxta *deciſ. Rot. coram Card. Lancellotto Lucana locationis. 18. Martij. & 29. Aprilis 1611.* impreſſ. *poſt lib. 2. conſ. Farinac. deciſ. 325. n. 5. Honded. conſ. 50. n. 10. ad fin. verſ. quæ procedunt. lib. 1. Caſtill. c. 3. quotid. controuerſ. iur. n. 77. p. 2.*

Præſertim, quia ad iſtum effectum non ſatis eſt, quod creditor declaret accipere pecunias ad vſuras ob retardatam ſolutionem factam
10 per debitorem, † cum etiam vlterius requiratur, vt idem debitor citetur, & interpelletur cum certificatione, quod propter eius moram ſunt capiendæ pecuniæ ad vſuras, nam forſan idem debitor ad illas effugiendas ſoluet ſuum debitum, itaut ceſſet neceſſitas inſumendi in dictam receptionem pecuniæ ſub vſuris *Ang. in ſumm. in verb. vſura. il 1. n. 20. Rim. Iun. conſ. 67. n. 2. lib. 1. Rot.*
11 *deciſ. 52. n. 5. p. 1. in recentior.* † vbi etiam ampliatur, quamuis debitor dediſſet facultatem creditori accipiēdi pecunias ſub vſuris, ſi fuiſſet moroſus in ſoluendo, quia ſemper debet præcedere talis denunciatio, itaut neque ſufficiat illam fieri domi, cum ſit facienda perſonaliter iuxta *deciſ. Rot. coram R. P. D. Pamphilio Romana fructuum & intereſſe. 10. Decembris 1614.* impreſſ. *per Zach. de ſociet. offic. deciſ. 7. n. 6.*

Neque obſtat, quod detur intereſſe de intereſſe,
12 cum vſuris vſurarum, † quando agitur de damno emergente, quidquid aliud ſit, ſi ageretur de lucro ceſſante *Caſtill. lib. 2. controuerſ. quotid. c. 1. n. 81. Honded. conſ. 50. n. 16. lib. 1.* Prout etiam quando damnum prouenit ab extra, non autem quando proueniret ob retardatam ſolutionē *Rot. coram R. P. D. Coccino Bononien. damni & intereſſe. 4. Maij 1612.* Quia prædicta procedunt quan-
13 do prius conſtaret, † quod fuiſſet citatus debitor ad videndum accipi pecunias ſub vſuris vſurarum, & quando probaretur, quod creditor non poterat alio modo euadere huiuſmodi vſuras, quam ita accipiendo tales pecunias, nam iſtis ceſſantibus non poteſt dici, quod debeantur vſuræ vſurarum etiam ſi agatur de damno emergente *Honded. conſ.*
14 *50. in fin. lib. 1.* † Prout paſſim ad hoc vt ſint debiti fructus fructuum, & intereſſe de intereſſe, & vſuræ vſurarum requiritur, vt in fine cuiuslibet anni creditor præuia citatione ſuam pecuniam repetat, & realiter cupiat ſibi reddi à ſuo debitore non ſolum talem pecuniam, ſed etiam intereſſe huc uſque decurſum ratione eiuſdem pecuniæ non ſolutæ, nam ſi iſta interpellatio non fiat in fine cuiuslibet anni, ſeu ſemeſtris, in quo ſolutiones maturantur, nullum intereſſe de intereſſe debetur, neque vſura vſurarum, aut fructus fructuum, ita in ſpecie notat *Villagut. de vſur. q. 18. n. 34.* quem rectè locutum dicit, & ſequitur *Menoch. conſ. 181. n. 13. lib. 2.*

Minus obſtat, quod per oſtenſionem inſtrumentorum paſſiuorum cenſuum, & ſocietatum officiorum ſatis probetur damnū emer-
15 gens, † quaſi tunc creditor illud non fuiſſet paſſus, ſi habuiſſet pecunias à ſuo debitore, cum quibus extinxiſſet cenſus, & ſocietates *Caſtill. lib. 2. controuerſ. quotidian. c. 1. n. 78. poſt Ruin. conſ. 140. n. 6. lib. 4. Barboſ. in l. 3. p. 1. in princ. n. 44. & 48. ff. ſolut. matrim.* Quia *Ruin. & omnes*, qui illum ſequuntur
16 ſunt communiter reprobati, † cum non ſufficiat habere pecunias ad cenſum, & ſub vſuris, niſi etiam in ſpecie probetur, quod ſi creditores debitas pecunias habuiſſent, cenſus fuiſſent redempti, itaut hoc non probato, non ſit reficiendum damnum paſſum ob tales cenſus non redemptos, prout latè comprobat *Rot. coram R. P. D. Coccino Lugdunen. computorum. 11. Decembris 1609.* quæ eſt impreſſ. inter ſuas *deciſ. 498. n. 2. & 3. fol. 653.* vbi allegantur plures deciſiones concordantes, & latè etiam comprobauimus *ſupr. c. . . poſt Mohed. deciſ. 103. alias 3. de vſur. cum alijs ibidem allegatis.*

Nec facit, quod in intereſſe damni emergentis
17 non ſint probāda requiſita † per *Caſtr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc. vt per Card. Seraph. deciſ. 1284. n. 3. Felic. de ſociet. c. 24. n. 37.* dixi *ſupr. c. 67. n. 22.* Quia licet non ſint verificanda illa requiſita, tamen eſt probandum, quod tale damnum fuit propter carentiam pecuniarum debitarū, & quod præuia citatione debitoris fuerint acceptæ pecuniæ ſub vſuris, cum alias creditor non potuiſſet ſe ab illis eximere, vt dictum eſt *ſupr. verſ. neque obſtat. n. 1. & verſ. minus obſtat. n. 15. Alex. conſ. 141. n. 3. lib. 5. Rim. Iun. conſ. 815. n. 16. lib. 7. Burſat. conſ. 453. n. 36. lib. 4. Honded. conſ. 50. n. 30. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 119. n. 27. cum ſeq. in addit. fol. 43. Felic. de ſociet. d. c. 34. n. 36. Maſcard. concluſ. 933. n. 8.*

Nec aduerſatur, quod ſimus in intereſſe dotali, quod debetur, quamuis excederet fructus
18 dotis, † & onera matrimonij *Corn. conſ. 166. n. 9. lib. 4. Plot. de in lit. iur. §. 11. n. 18. Canalcan. deciſ. 23. n. 4. p. 4.* Quia pro tempore, quo durauit matrimonium, fuerunt ſoluti fructus dotis non receptæ per maritum, qui tamen non amplius debentur finito matrimonio per mortem vxoris, cum ſit extinctus

Digitized by Google

tinctus titulus dotis *Alex. conſ.* 74. *n.* 13. *&*
conſ. 141. *n.* 2. *in princ. lib.* 5. *Roland. conſ.* 55.
n. 3. *lib.* 2. Et ita in ſpecie reſoluit *Rot. coram*
Cardin. Mantic. Spoletan. vſusfructus. 16.
Martij 1592. quæ in impreſſ. eſt *deciſ.* 171.
n 4. *& coram R.P. D. Coccino Anconitana*
intereſſe. 28. *Iunij* 1600. in impreſſ. *deciſ.* 6. *n.* 2.

Proteſtationes, interpellationes, citationes, &
certiorationes tam iudiciales, quàm extra-
iudiciales, quæ exaduerſo allegantur non
adſunt in facto mihi exhibito, & quatenus
19 exiſterent, non obſtant, † quia ſunt ſuper
indicio intentato contra hæredes Antonij
pro ſolutione dotis, non autem percutiunt
negocium accipiendi pecunias ſub vſuris,
quod cum non habeat requiſita ſuperius ad-
ducta, non facit, vt veniant vſuræ vſurarum,
tanquam ex diuerſis non fiat illatio *l. papi-*
nianus . ff. de minorib.

Deciſio *Card. Seraph.* 935. *in fin.* non obſtat,
20 quia ſolum concludit, † quod per inſtru-
menta ſocietatum exhibita probatur dam-
num, quod tamen eſt intelligendum, dum-
modo concurrat, quod ſocietates fuerint fa-
ctæ ſeruatis ſeruandis, & quod probetur eaſ-
dē ſocietates fuiſſe extinctas, ſi creditor pe-
cunias debitas recepiſſet à ſuo debitore
iuxta *deciſ. R.P.D. Coccini.* 498. *n.* 2. *&* 3. *&*
deciſ. Card. Lancellot. Lucana locationis im-
preſſ. *poſt lib.* 2. *conſil. Farinac. deciſ.* 325. *n.* 5.
Et ita etiam reſpōdetur ad aliam *deciſ. Card.*
Seraph. 593. *n.* 3. quæ loquitur præſuppo-
ſitis terminis habilibus.

Quibus ſtantibus non eſt quærendum an ſimus
in intereſſe debito iure actionis, ſeu officio
iudicis, & an obſtet receptio ſortis abſque
reſeruatione, quia cum non fuerint probata,
quæ erant probanda ad hoc vt tale intereſſe
de intereſſe debeatur, ceſſant ſupradictę quę-
ſtiones, Non obſtante etiam ſtatuto exhibi-
to, Quia ſolum ibidem diſponitur de modo,
& forma procedendi in cauſis ciuilibus, &
21 infra quātum tempus ſint terminandæ, † non
autem enunciatur aliquid præiudiciale ipſis
hæredibus ignorantibus tam debitum dotis,
quàm cenſus, & ſocietates officij prætenſas,
prout regulariter talis ignorantia in hærede
præſumitur *l. qui in alterius.* 41. *ff. de regul.*
iur. l. fin. ff. pro ſuo. l. ſi mulier . ff. ad vel-
leian. Corn. conſ. 140. *col. fin. lib.* 1.

Ex prædictis rationibus idem dixi concluden-
dum eſſe in cauſa Florentina cenſus, quod
nullum prætenſum intereſſe debeatur, quam-
uis enim ſimus in mercatore, Tamen ad hoc,
vt illud poſſit ei licitè concedi non ſolum
probanda eſt negotiatio de tempore moræ,
22 ſed etiam, † quod lucrum verè, & realiter
ceſſauerit, non autem fictè, aut ſimulatè, &
quod idem lucrum ceſſans ſit in potentia
proxima, & probabili, quod videlicet mer-
cator habuerit præ manibus res, quibus em-
ptis tātum ſuperlucratus fuiſſet, quas emere
non potuit ob moram debitoris non ſoluen-
tis ſibi ſuum creditum *Caſtr. in l.* 3. *§. fin.*
ff. de eo quod cert. loc. Aim. conſ. 320. *n.* 3.
& 8. *Roland. conſ.* 35. *n.* 5. *&* 16. *lib.* 2. *Coler.*
de proceſſib. executiu. p. 1. *c.* 10. *n.* 130. *vſque*
ad 138. *Mohedan. deciſ.* 208. *Put. deciſ.* 237.
lib. 1. *Caballin. milleloq.* 290. *Rot. Genu. de-*
ciſ. 16. *n.* 16. *& deciſ.* 37. *n.* 139. *Aim. conſ.*
23 320. *Miſinger. obſeruat.* 56. *centur.* 4. † Cæteros
conſultò omitto, quia eſt opinio approbata,
& magis vera, prout latè etiā defendit *Me-*
noch. de arbitr. caſ. 119. *& conſ.* 1180. *n.* 18.
vſque ad 23. *lib.* 12. vbi etiam requirit, quod
verè ipſum lucrū ceſſauerit ratione, & cauſa
24 ipſius lucri, & non aliunde, † quando vide-
licet creditor haberet aliam pecuniam,
quam negotiationi poſſet exponere, & ta-
men eam tenebat otioſam, in cuius proba-
tione admittentur coniecturæ, & teſtes do-
meſtici, quæ procedunt etiam in foro fori,
25 nedum in foro conſcientiæ, † quidquid ali-
qui negeut, vt eſt verior opinio, de qua
Natt. conſ. 370. *n.* 6. *Menoch. d. conſ.* 1180.
n. 22. vbi etiam addit, quod creditor non
debet exigere totum, & integrum lucrum
ceſſans, ſed quotam aliquam iudicio viri
prudentis, & periti, ac bonæ conſcientiæ,
26 qui iuſtè, † & moderatè illud taxet conſide-
ratis laboribus, & expenſis, quas paſſus fuiſ-
ſet creditor in negotiatione huiuſmodi pe-
cuniæ *Salic. in auth. ad hac, n.* 24. *verſ. &*
intelligit ipſe. C. de vſur. Couar. lib. 3. *var.*
reſolution. c. 4. *n* 3. *in fin.*

Et iſta magis requirūtur in intereſſe de intereſſe,
27 ſeu fructibus fructuum, † & vſuris vſurarum,
ſeu recābio, quod idem eſt *Rot. Genu. deciſ.*
78. *n.* 15. *& deciſ.* 134. *n.* 3. *Menoch. conſ.* 1181.
n. 1. *lib.* 12. Cum adſit eadem ratio, immo
maior in iſto ſecundo intereſſe, quam in pri-
mo, itaut præter ſupradicta requiſita, ad-
dēdum etiam ſit, quod in fine cuiuſlibet anni
mercator faciat interpellationem, cum re-
quiſitis, de quibus *ſupr. n.* 14.

In caſu autem noſtro an iſta interuenerint ſatis
eſt remittere ſe ad facti ſpeciem, in qua nul-
lum requiſitum præſupponitur eſſe verifica-
tum, ideo ſuper hoc non erit inſiſtendum,
Maximè, quia etiam admittitur non conſtare
de aliqua mora pupilli hæredis, & cum pe-
titione pluris debito, prout in ſecunda ſen-
tentia fuit declaratum, & non verificata ceſ-
ſione, & alijs in facto relatis, quæ adeo ex-
cludunt huiuſmodi intereſſe de intereſſe, vt
28 non ſit neque quærendum de primo, † Præ-
ſertim, quia in ſententijs non fit mentio, niſi
ſolum de damnis, & intereſſe, cum tamen
in executione illarum addatur etiā intereſſe
de intereſſe, quod tanquam nouum graua-
men admittit appellationem non obſtante
prætenſa rē iudicata, quæ nunquam habet
29 locum ſtante notoria nullitate, † & iniuſtitia
Bald. conſ. 141. *n.* 7. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 36. *n.* 1.
lib. 2. *Oſaſc. deciſ.* 25. *n.* 2. *Menoch. de adipiſc.*
remed. 4. *n.* 850. *Cardin. Seraph. deciſ.* 1346.
n. 2.

Digitized by Google

n.2. & 6. Rot. deciſ.742. n. 2. p.2. in recent.
Et paſſim quando in executione infertur no-
num grauamen, & additur aliquid præiudi-
30 ciale, † conceditur appellatio *Bald. in l.ter-
minato. n.9. ad med. C. de fruct.lib.& lit. ex-
penſ. Socin.conſ.87.n.7.cum ſeq.lib.4. Felin.
in c.quo ad conſultationem. col.9. verſ. li-
mita ſecundo. n.17. de re iudic.* cum alijs per
Rot. diuerſ. deciſ. 100. *n.1. p.1.*

EPITOME.

DEmonſtratio falſa quando vitiet legatum. ¶ Et quid ſi non conſtat de certo corpore expreſſo nomine ſingulari. ¶ Æſtimatio rei alienæ legatæ, quando per hæredem ſit ſoluenda. ¶ Et quo caſu coniecturæ, & præſumptiones admittantur. ¶ Legatarij quando contribuant, ſi aliquod legatum non poteſt ſolui, ſiue conſiſtat in ſpecie, ſiue in quantitate. ¶ Locus in legato quando ſit appoſitus demonſtratiuè, ſeu taxatiuè. ¶ Et quomodo cognoſcatur iſta limitatio, ſeu demonſtratio. ¶ Et quem effectum operetur, quod diſpoſitio ſit facta ſub vnica conceptione verborum, vel ſub diuerſis orationibus. ¶ Legata de locis montium particularis erectionis, quando ſint ſoluenda per hæredem, ſi illa non exiſtant. ¶ Et ex quibus colligatur error in teſtatore, ſi referat ſe ad diſpoſitionē, in qua veritas aliter ſe haberet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in ſpecie de locis montium de tali, & tali erectione non debetur, ſi illa non reperiantur.*
2 *Demonſtratio falſa vitiat legatum, ſi non conſtat de certo corpore expreſſo nomine ſingulari, quidquid alias non vitiaret. n.3. 4. 9. 17. & 21.*
5 *Error colligitur in teſtatore circa numerum locorum montium, ad qua ſe retulit ſi in diſpoſitione relata veritas ſe aliter habeat.*
6 *Actus vitiatur per errorem, per quem impeditur conſenſus, ſine quo nulla diſpoſitio ſubſiſtit.*
7 *Relictum rei alienæ coniunctis perſonis valet ſiue ſcienter, ſiue ignoranter relinquatur. Declara, vt n. 10.*
8 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
11 *Fructus ſequuntur dominium rei.*
12 *Aeſtimatio rei legatæ nunquam debetur etiam in caſibus, in quibus alias illa eſſet debita, ſi poteſt colligi, quod teſtator ipſam rem reliquerit.*
13 *Coniectura admittuntur ad probandum, quod teſtator voluerit legare æſtimationem propter ius ſanguinis, prout è contra aliæ ſunt admittendæ, vt propter dictum ius noluerit relinquere.*
14 *Præſumptio nulla poteſt eſſe in teſtamento, contra quam alia non admittatur.*
15 *Legatarij quando contribuant, ſi aliquod legatum non poſſit ſolui, ſiue conſiſtat in ſpecie, ſiue in quantitate.*
16 *Subſtantia prius eſt probanda, antequam deueniatur ad cognitionem qualitatum, & accidentium.*
18 *Qualitas erectionis montium expreſſa demonſtratiuè operatur, vt hæres debeat ſupplere de bonis hæreditarijs, ſi dicta loca non exiſtant.*
19 *Locus in legato quando ſit appoſitus demonſtratiuè, ſeu taxatiuè. n.20. 22. 23. & 26.*
24 *Expreſſum ſub vnica conceptione verborum, vel ſub diuerſis orationibus quid operetur ad cognoſcendum an diſpoſitio dicatur cauſa limitationis, ſeu demonſtrationis. & n.25.*
27 *Voluntas teſtatoris non debet alterari, quamuis eſſet contra cauſam fauorabilem.*

CAP. DCCCCLXXXVIII.

FVerunt per teſtatorem relicta legata, de
quibus agimus, ſex perſonis nominatis
cum expreſſione particulari locorum Mon-
tium fidei, aluminum, nouennali, & viani
ſecundæ erectionis in totum decē & ſeptem,
quorum litteras patentales mandauit conſi-
gnari per hæredem eiſdem legatarijs, itaut
fructus currant, & curſere debeant ad eorum
1 commodum, † ex quibus verbis patet, quod
non fuerunt relicta loca montium in genere,
ſed particulariter, & in ſpecie de tali, & tali
erectione, vnde cum præſupponatur non
adeſſe tot loca per teſtatorem expreſſa, illa
ſolum debentur, quæ fuerint reperta, quia
hoc importat illa ſpecifica nominatio loco-
rum, quaſi ad eatantum cenſeatur ſe reſtrin-
xiſſe *l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. ff. de
legat. 1. l. ſi quis ſeruum. §. ſi quis legaue-
rit. ff. de legat. 2. l. quæſitum. §. 1. ff. de
legat.* 3. latè *Menoch. conſ. 337. n. 3. cum
ſeq. lib.* 4.
Et quidem iſta eſt quædam falſa demonſtratio,
quæ vitiat, quando prout in caſu noſtro,
2 non conſtat † de certo corpore expreſſo no-
mine ſingulari *l. quintus mutius. in 1. verſ.
quia certo corpore legato. ff. de aur. & arg.
legat. Bart. in l. demonſtratio falſa. in
princ. n.6. verſ. oppono. & n.16. verſ. item
dico in nomine fundi. ff. de condit. & de-
monſtrat. Ruin. in l. ſi quis in fundi voca-
bulo. n. 24. ff. de legat. 1. Menoch. conſ. 337.
n. 6. lib. 4.*
Neque obſtat, quod falſa demonſtratio non
3 vitiat legatum † *l. ſi ſic. §. cum ſi decem.
ff. de legat. 1. l. ſi libertate. §. 1. vbi Gloſ. ff. de
ſtatuliber. Gloſ. in l. ſi non deſignata. C. de
falſ. cauſ. adiect. legat.* Quia hoc procedit,
quando falſitas demonſtrationis non facit
deficere ſubſtantiam legati, ſecus vbi talis
4 ſubſtantia deficit, prout in caſu noſtro, † in
quo

quo non inuenitur ſubſtantia legati, tunc
enim illud non poteſt ſuſtineri, & legatum
vitiatur *Alex. in l. ſi ſic. §.1. in princ. & ibi
Iaſ. n. 11. ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 26. n. 16.
lib. 2. & conſ. 70. n. 13. eod. lib. Surd. de-
ciſ. 142. n. 6.*

Minus obſtat, quod in litteris patentibus loco-
rum Viani adſit maior numerus dictorum
locorum, adeo vt illa præſumantur extare, &
per conſequens poterunt ſolui legatarijs,
Quia non eſt curandum de tali numero, cum
viuo teſtatore, & ante conditum teſtamen-
tum duo ex dictis locis fuerint extracta, &
5 pretium ei ſolutum, † itaut ex hoc colliga-
tur error in teſtatore circa numerum loco-
rum, ad quæ ſe retulit, cum in relata diſpo-
ſitione veritas ſe aliter habeat *Dec. in l. edi-
ta. n. 86. C. de edend. Felin. in c. quoniam
abbas. col. fin. limit. 2. de offic. delegat. Pariſ.
conſ. 7. n. 5. lib. 3. Menoch. conſ. 1. n. 95.*
6 *Surd. deciſ.* 114. *n.* 18. & 19. † vbi etiam,
quod tunc per talem errorem vitiatur diſpo-
ſitio *l. ſi decem. ff. locat.* tanquam per illum
impediatur conſenſus *l. nihil conſenſui. §.
non videtur. ff. de regul. iur.* ſine quo nulla
ſtat diſpoſitio *l. conſenſu. ff. de act. & obli-
gationib.*

Nec facit, quod etiam admiſſo, quod teſtator
crederet ſe habere loca quinque Viani ſe-
cundæ erectionis, cum tamen non haberet,
7 niſi quatuor, † nihilominus ſuſtinebitur le-
gatum in quinque locis, quia in caſu noſtro
illa fuerunt relicta coniunctis perſonis, &
monacis, quorum fauore valet legatum rei
alienæ, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter ſit re-
lictum, itaut hoc caſu debeatur æſtimatio
l. cum alienam rem. 10. *C. de legat.* Nam cum
hæres ſit etiam coniunctus, non conſideratur,
quod legatum ſit relictum coniuncto, tunc
8 enim iſta priuilegia conquaſſantur, † tan-
quam priuilegiatus non vtatur priuilegio
contra pariter priuilegiatum *l. verum. §.
penult. ff. de minorib. l. non ſolum. §. 1. ff. de
rit. nupt. Abb. in c. cum cauſam. de præbend.
Natt. conſ.* 141. *n.* 4. *Surd. conſ.* 423. *n.* 21.
*lib. 3. & conſ. 335. n. 70. eod. lib. Cephal. conſ. 7.
n. 16. & 17. lib. 1.*

Præterea inter iſtos legatarios adeſt Angela,
quæ non eſt coniuncta, neque habet aliquod
priuilegium petendi æſtimationem legati rei
9 alienæ, † & cum in ſpecie eidem ſit relictus
vnus locus Montis Viani ſecundæ erectio-
nis, qui non reperitur, cum ſint tantum
quatuor, qui fuerunt relicti coniunctis per-
ſonis, clarum eſt, quod reſpectu ipſius erit
legatum nullius roboris, & momenti, tan-
quam deficiat ſubſtantia legati *l. ſi ſeruus
legatus. §. qui quinque. ff. de legat.* 1. cum
alijs ſupra adductis *n. 2. & 3.*

Et quidquid ſit, quamuis etiam eſſemus in con-
iunctis, quibus datur æſtimatio legati rei
10 alienæ, † Tamen in caſu noſtro illa non eſt
danda, quia teſtator non habuit animũ relin-
quendi æſtimationẽ, ſed locum ipſum locum
Montis Viani, cum expreſsè dixerit, quod
fructus locorum relictorum currant, & cur-
rere debeant ad commodum legatariorum,
quæ verba ſignificant rem ipſam eſſe lega-
11 tam, † nam fructus ſequuntur dominium rei
*l. fructus. l. in fundo. & l. ex diuerſo. ff. de
rei vendic. l. herennius. ff. de vſur. Bart. &
Ang. in l. in fideicommiſſariam. ff. ad tre-
bellian. Caſtr. in l. in pignore. §. ſi prædo.
ff. de pignor. act. Cephal. conſ. 49. n. 13. &
conſ. 50. n. 3.* Et per conſequens quando ex
veriſimili mente teſtatoris poteſt colligi,
12 quod fuit legata res ipſa, † nunquam debe-
tur æſtimatio etiam in caſibus, in quibus
alias illa eſſet debita, prout in ſpecie poſt
Alciat. concludit *Card. Mantic. de coniect.
vltim. voluntat. lib. 9. tit. 9. n. 11. fol. 227.
Socin. Iun. conſ. 74. n. 18. cum ſeq. lib. 1.*
13 Cum enim æſtimatio debeatur † ex conie-
cturata mente teſtatoris propter coniunctio-
nem ſanguinis, & ſimiles præſumptiones
Cardin. Mantic. d. tit. 9. n. 4. Ita etiam è
contra admittitur alia coniectura, per quam
altera tollitur *l. diuus. ff. de reſtitut. in
integr. l. licet imperator. ff. de legat. 1. l. ex
facto. §. item quæro. in fin. ff. de vulg. &
14 pupill. ſubſtit.* † Neque enim eſt aliqua præ-
ſumptio in teſtamento, contra quam alia
non admittatur *l. iam hoc iure. ad fin. ff. de
vulgar. l. in teſtamento. in fin. C. de teſtament.
milit. Bart. in l. 3. §. filius. in fin. ff. de
liber. & poſth.*

Neque obſtant alia, quæ iterum exaduerſo ad-
ducuntur, Quia procedunt ſtante exiſtentia
legatorum, tunc enim admittitur illa di-
ſtinctio an hæreditas ſit ſoluendo, nec ne, &
an confectum ſit inuentarium, vel non ad ef-
15 fectum; vt res legata debeatur, † vel lega-
tarij contribuant, ſeu diminuatur legatum
ſiue illud conſiſtat in ſpecie, ſiue in quanti-
tate iuxta *l. ſi vero compoſita. 19. §. 1. ff. de mi-
litar. teſtam. l. ſi fideicommiſſorum.* 11. *ff. vt
in poſſeſſ. legator. l. quærebatur. 81. vbi Ang.
Cuman. Caſtr. & alij. ff. ad leg. falcid. Franc.
deciſ. 236. n. 1. cum ſeq. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 4. n. 59. vſque ad 65. fol. 47.*

Sed hæc non eſt quæſtio noſtra, nam prius
eſt videndum an conſtet de legato, de quo
agimus, quo conſtito poſtea diſcutietur
16 quomodo ſit ſoluendum, † antequam enim
deueniatur ad cognitionem qualitatum, &
accidentium inhærentium alicui diſpoſitio-
ni, illius ſubſtantia prius eſt probanda *Bald.
conſ. 465. n. 1. Dec. conſ. 508. n. 5. Surd. conſ.
39. n. 12. & conſ. 150. n. 81. lib. 1. Menoch.
conſ. 66. n. 5. Becc. conſ. 37. n. 16. Aim. conſ. 21.
n. 4. Ruin. conſ. 218. n. 41. lib. 1.*

In caſu autem noſtro legatum non debetur ex
17 clara voluntate teſtatoris, † qui ſpecifice
nominauit loca montium particularis ere-
ctionis, quæ voluit per hæredem ſolui lega-
tarijs, itaut ſolum ad ea cenſeatur ſe reſtrin-
xiſſe;

xiſſe, quibus non extantibus legatum non
debetur *Menoch. conſ.* 337. *n.* 3. *cum ſeq. lib.*4. cum alijs adductis *ſupr. n.* 2. & 3.

Nec ſubſiſtit, quod qualitas erectionis mon-
18 tium fuit expreſſa demonſtratiuè, † non ta-
xatiuè, quo caſu hæres tenetur ſupplere de
bonis hæreditarijs *Bart. in l. lucius. n. 3. ff.
de alim. & cibar. legat.* Quia prædicta ha-
bent locum, quando teſtator reliquiſſet ali-
cui puta centum, quæ mandauit ſolui ex
fructu talis rei, ſeu ex tali loco montis, tunc
videtur locus poſitus cauſa demonſtratio-
nis, ideo quamuis redditus non exiſtat, ta-
19 men legatum debetur, † prout in illis ter-
minis loquuntur omnes exaduerſo allegati
iuxta opinionem *Caſtr. conſ.* 339. *n.*3. *lib.* 1.
Garz. de expenſ. c. 4. *n.* 34. *Sim. de Pret. de
interpretat. vltim. volunt. lib.*5. *dubit. vlt.
n.* 32. *fol.* 372. quemadmodum etiam in eiſ-
dem terminis prædicta comprobaui *ſupr.
c.*256. *n.*1. *exaduerſo adducto.* Diuerſum eſt
20 in caſu noſtro, † in quo non fuit dictum volo
decem dari Titio, quæ mando ſolui ex red-
ditu talis loci, ſed teſtator legauit diuerſis
perſonis nominatis loca montium Viani, &
aluminum, & fidei, & nouennalis, & fructus
illorum locorum cum litteris patentalibus,
quæ expreſſio particularis facit, vt res le-
gata ſit taxata, itaut illis non repertis non
debeat fieri ſuppletio per hæredem propter
21 taxationem per teſtatorem prolatam, † vt
per *Menoch. d. conſ.*337. *n.*3. iuxta *l. ſi ſer-
uus legatus. §. qui quinque. ff. de legat.* 1.
Idem Menoch. *conſ.*1162. *n.*16. & 17. *lib.*12.
*Surd. de alim. tit.*4. *q.*26. *n.*1. *vſque ad* 8. *poſt
Felin. in c. ad audientiam. il* 2. *col.* 7. *verſ.
ſexta concluſio. de reſcript. Gig. de penſion.
q.*62. *n.*3. *Bero. conſ.* 17. *n.* 23. *lib.* 1. *Ran-
chin. ad Guid. Pap. decis.*8. *in verb. conſti-
tuens. fol.* 15. *Sim. de Pret. conſ.* 117. *n.* 13.
& 14. cum alijs per *Cardin.* Mantic. *de
coniectur. vltimar. voluntat. lib.* 9. *tit.* 3. *n.*
20. *fol.* 215.

Maximè, quia non ſumus in diuerſis orationi-
22 bus, ſed in vna tantum, † quia teſtator ſo-
lum legauit loca montium diuerſarum ere-
ctionum, ideo etiam diuerſa ſunt legata plu-
ribus facta, neque hic tractatur de legatis
quantitatis ſoluendis ex locis montium, ſed
ſpecialiter de ipſis locis montium in indi-
uiduo expreſſis, & legatis, quibus ſtanti-
bus ceſſat motiuum demonſtrationis *Surd.
23 de aliment. tit.*4. *q.* 26. *n.*5. † Et ad cogno-
ſcendum an legatum ſit factum cauſa demõ-
ſtrationis, ſeu limitationis Doctores paſſim
concludunt hoc colligi, quando ſub diuerſis
verborum conceptionibus aliquid exprimi-
tur, vel ſub vna conceptione verborum, nam
in primo caſu diſpoſitio dicetur cauſa de-
monſtrationis, in ſecundo autem caſu ta-
xationis, ſeu limitationis *Felin. in c. ſuper
24 litteris.* 20. *n.*4. *de reſcript.* † vbi in ſpecie
dat exemplum de eo, qui mandat ſolui ſcuta
quadraginta Titio, & poſtea ſubiungit,
quod illa ſcuta quadraginta vult ſolui ex
ſcutis quadraginta ſibi debitis à Seio, tunc
iſta particula ſequens non limitat, quia
licet Seius non ſit debitor, nihilominus ſunt
ſoluẽda dicta ſcuta quadraginta, voluit enim
ſolum demonſtrare, vnde facilius ſolui poſ-
ſint abſque incommodo rei familiaris *l. qui-
dam teſtamento. in princ. ff. de legat.* 1. *l. lu-
cius. ff. de legat.* 2. *l. callimachus.* 9. *fin. ff. de
25 legat.* 3. † ſi autem ſub vna conceptione ver-
borum quis dicat mando ſolui decem, quæ
ſunt in arca, vel quæ mihi Sempronius debet
tunc videtur limitare, vnde illa decem ſint
ſoluenda, ideo aliunde non fiet ſuppletio
*l. ſi ſic. §.*1. *ff. de legat.* 1.

Et magis ſumus in legato taxato, non autem
ex cauſa demonſtrationis, quia teſtator le-
gauit diuerſa loca diuerſarum erectionum,
26 quorum vnus † eſt maioris valoris, quam
alter, itaut non eſſet ſatisfactum menti il-
lius, ſi daretur alius locus præter illum, qui
per eum fuit relictus, vnde ſtante expreſſio-
ne per eum facta potius de vno, quàm de
altero, ſatis dicitur facta taxatio, & non de-
monſtratio, propter quam taxationem non
27 eſt recedendum ab illius voluntate, † quæ
non debet alterari, quamuis eſſet contra
cauſam fauorabilem *l. ſi cui libertas. in fin.
princ. ff. ad trebellian. l. contra voluntatem.
C. de teſtam. manumiſſ. Ang. conſ.*128. *n.*5.
Socin. in l. in ambiguo. n. 4. *ff. de reb. dub.
Dec. conſ.*11. *& pro tenui facultate. in fin.
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.
lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 3.

E P I T O M E.

EXcipiens de non implemento quando ef-
ficiatur actor, licet eſſet reus in princi-
pali iudicio, itaut teneatur probare exce-
ptionem. ¶ Reuiſio an detur à relatione
periti per alios peritiores. ¶ Solutio pen-
ſionis an retardetur ſtante obligatione ca-
merali, donec per tres ſententias conformes
in iudicatum tranſactas non ſit probatum
non adimplementum. ¶ Appellatio an con-
cedatur à liquidatione in materia executi-
ua. ¶ Conductor ſciens ſtatum, & conditio-
nem rei ſibi locatæ quando ſibi præiudicet
ſi ſpecialiter ſuper ea non proſpexerit. ¶ Lo-
catio facta per patrem pro filio quando ope-
retur acquiſitionem poſſeſſionis ad fauorem
ipſius filij. ¶ Mater an poſſit priuare patrem
vſufructu bonorum relictorum filio, tam ex-
preſsè, quàm tacitè. ¶ Et quid ſtante ſta-
tuto Vrbis dante vſumfructum patri in bo-
nis aduentitijs filij. ¶ Domus empta ex pre-
tio alterius rei, & loco ipſius ſubrogata an
ſit in dominio illius, ad cuius fauorem
fuit facta ſubrogatio. ¶ Poſſeſſio, quando
acquiratur ex locationibus cum exactione
penſionum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non adimplementi impedit executionem obligationis cameralis etiam iurata. Intellige de non adimplemento non controuerſo. n. 2.*

3 *Excipiens de non implemento efficitur actor, quamuis in principali iudicio eſſet reus, & tenetur probare exceptionem. n. 4.*

5 *Executio penſionis liquida non debet retardari per exceptiones non liquidas.*

6 *Appellatio datur à liquidatione, etiam in materia executiua.*

7 *Conductor ſciens ſtatum, & conditionem rei locata ſibi praiudicat, ſi ſpecialiter ſuper ea non conuenerit.*

8 *Ceſſatio aqua in domo conducta ex facto Principis non eſt imputanda locatori.*

9 *Intereſſe conductoris ceſſat, ſi non adeſt culpa locantis.*

10 *Remiſſio datur à relatione periti per alios peritiores.*

11 *Solutio penſionis non retardatur ſtante obligatione camerali, donec per tres ſententias conformes in iudicatum tranſactas non fuerit probata exceptio non adimplementi.*

12 *Locatio facta per patrem pro iure competente filio ratione hypotheca dotis materna non praiudicat patri, vt voluerit acquirere poſſeſſionem pro filio. Declara, vt n. 13. 15. & 16.*

14 *Penſiones rei locata ſunt loco fructuum.*

17 *Pignus verè poſſidetur per creditorem.*

18 *Pater habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, tàm de iure, quam ex ſtatuto Vrbis, qui non amittitur per tranſitum ad ſecunda vota. n. 19. & 24.*

20 *Mater poteſt priuare patrem vſufructu bonorum relictorum filio, ſiue expreſſè, ſiue tacitè prohibeat. & n. 21.*

22 *Domus empta ex pretio alterius rei, & loco ipſius ſubrogata cenſetur eſſe in dominio illius, ad cuius fauorem fuit facta ſubrogatio.*

23 *Subrogatum eſt eius natura cum re, in qua ſubrogatur.*

25 *Poſſeſſio acquiritur ex locationibus, cum exactione penſionum.*

CAPVT DCCCCLXXXIX.

COnductor denegabat ſolutionem penſionis ex regula illa, quod exceptio non adimplementi impedit executionẽ obliga-
1 tionis cameralis, † etiam iuratæ *Oſaſc. deciſ. 50. n. 10. Turret. conſ. 74. n. 38. & conſ. 78. n. 15. lib. 1. Cephal. conſ. 312. n. 100. & conſ. 407. n. 15. & 19. lib. 3.* cum alijs per *Graſſ. except. 13. n. 37. & 40.*

Verum dicebam prædicta non obſtare in cauſa Romana penſionis, de qua agebatur, quia
2 illa procedunt, † quando non adimplementum eſt clarũ, & liquidum, & de eo non controuertitur, nam ſi ſuper eo adeſſet controuerſia, & quæſtio non parit exceptionem validam, per quã poſſit impediri talis executio *Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 224. in fin. Card. Seraph. deciſ. 1455. n. 2. Rot. deciſ. 686. n. 2. p. 2. in recent.* & in ſpecie locationis, & penſionis ex ea debitæ *Rot. coram R. P. D. Pirouano. Romana affictus. 30. Martij 1612.* impreſſ. *poſt tract. de obligat. camer. deciſ. 11. n. 5.*

Maximè, quia excipiens de non implemento efficitur actor, quamuis in principali iudi-
3 cio † eſſet reus *Alex. conſ. 70. n. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 415. n. 11. p. 1. in recent.* vbi de communi *Bald. in rubr. extr. de except. col. 1.* vbi quod tunc excipiens debet probare quãdo ſupponit aliquod ens in rerum natura,
4 quidquid aliud ſit, † quando ſimpliciter negaret *Felin. in d. rubr. de except. in princ. verſ. & adde. n. 1.*

Vnde donec pendet liquidatio prætenſionis ex aduerſo oppoſitæ de non implemento quo
5 ad puteum tanquam neceſſarium, † non retardatur executio penſionis liquidæ *l. ſtatuliberi rationem. ff. de ſtatuliber. l. fin. C. de compenſat. l. reſiduum. C. de diſtract. pign.*
6 *Surd. deciſ. 184. n. 4.* † itaue etiam facta liquidatione per excipientem detur appellatio *Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 232. n. 2.* Quamuis alias materia eſſet executiua, vt per *Beltram. ibid. poſt Surd. deciſ. 27. n. 9. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 3. n. 192.*

Amplius non ſolum ſumus in exceptione controuerſa, & non probata, ſed potius in penitus nulla, & non habente aliquod fundamentum, quia dum petitur, quod locator teneatur ad nouum puteum faciendum, tanquam ille ſit comprænhenſus in melioramentis neceſſarijs permiſſis, hoc eſt abſurdum, nam conductor tempore locationis ſibi factæ vidit domum, & totam benè proſpexit cum fontibus, & puteo tunc exiſtente, qui etiam
7 hodie exiſtit, † neque aliquod pactum fecit de alio puteo nouo conſtruendo, adeo vt cum omnia præuiderit, nec ſibi præcauerit, ſit ei imputandũ, ſi prætextu qualitatis aquæ non bonæ putei tunc in domo exiſtentis, modo alium puteum melioris aquæ prætendat, tanquam ſciens ſtatum, & conditionem rei conductæ debuiſſet ſibi proſpicere per ſpecialem conuentionem *Bald. in l. ſi ea. n. 3. C. de vſur. Alex. conſ. 112. n. 3. in fin. & n. 4. lib. 1. Natt. conſ. 66. n. 7. & conſ. 610. n. 9. Aret. conſ. 139. col. 1. Surd. conſ. 61. n. 9. lib. 1.* Intelligendo, vt per eumdem *Surd. conſ. 197. n. 16. lib. 2.*

Quibus ſtantibus non includitur in melioramentis neceſſarijs confectio putei, non obſtante prætenſo defectu aquæ fontium, qui
8 deſierunt fluere, † nam iſta ceſſatio aquarum fuit ex facto Principis, quod non conſideratur *l. ex locato. ff. locat. l. contractus. ff. de reg. iur. Surd. conſ. 12. n. 14. lib. 1.* Maximè

cum

Digitized by Google

cum fuerit per modicum tempus ad effectum
reſarciendi canales publicos, & ſolum hoc
obſtaret, quando culpa locatoris non expur-
garentur fontes, quod tamen nunquam fuit
negatum, immo ſemper permiſſum, prout
9 modo permittitur, ſi indigentia adſit, † cum
igitur ceſſet culpa locantis, ceſſat etiam
intereſſe conductoris *l. ſi in lege. §. colonus.
ff. locat. Becc. conſ. 45. n. 20. Roland. conſ. 69.
n. 22. lib. 4.* iuxta diſtinctionem *Bart. in l. ſi
vno, §. item cum quidam, n. 2. ff. locat. Surd.
deciſ. 131. n. 1. & deciſ. 326. n. 25. Menoch.
conſ. 27. n. 54. & conſ. 55. n. 14.*

Neque obſtat relatio periti electi, vt prætendi-
tur de conſenſu locantis, Quia talis conſen-
ſus non adeſt, neque de eo vllibi conſtat in
actis, cum ſolum fuerit deputatus ex mero
Iudicis officio, & quamuis per eumdem pe-
ritum fuerit facta relatio, quod puteus no-
10 uus eſt de melioramentis neceſſarijs, † Ta-
men à tali relatione datur appellatio. & re-
uiſio, cum nunquam impediatur probatio
per alios peritiores, per quorum iudicium
poterit relatio prima retractari *Felin. in
c. propoſuiſti. n. 10. vbi Dec. n. 8. Imol. n. 4.
de probat. poſt Bart. in l. 1. §. ſi autem. n. 2. ff. ſi
menſ. falſ. mod. dixer. Rom. conſ. 226. n. 16.
vbi Mandoſ.* de communi *in verb. retractari.
in fin. Iaffr. deciſ. 241. Rot. coram Cardin.
Lancellot. Romana pretij Fiani. 14. Ianua-
rij* 1610.

Ideo ſtante huiuſmodi lite ſuper neceſſitate pu-
tei, nõ eſt interim retardanda executio obli-
gationis cameralis, ſed ſoluenda penſio, cum
11 ſemper † exceptio oppoſita reddatur dubia,
& requirat altiorem indaginẽ, quæ nõ impe-
dit talem executionẽ, vt in ſpecie penſionis
reſoluit *Rot. coram Card. Mantic. Romana
affictus ſeu damnorum. 22. Aprilis* 1593. quæ
in impreſſis *eſt deciſ. 222. n. 7.* vbi concludi-
tur, quod donec per ſententias conformes in
iudicatum tranſactas non fuerit probata ex-
ceptio non adimplementi, nunquam exactio
penſionis retardatur ſtante obligatione ca-
merali, cum iſta ſit certa, non implementum
autem ſit illiquidum, quod non poteſt dici
perfectè liquidatum, niſi per ſententias fue-
rit prius declaratum *Bald. in l. item quia.
in 2. lect. n. 1. ad fin. verſ. nam non poteſt
dici. ff. de pact.*

Quo vero ad aliud dubium, de quo agebatur in
cauſa Romana prætenſæ reſtitutionis in in-
tegrum dixi non eſſe recedendum ab his, quæ
prius fuerunt firmata quo ad denegationem
eiuſdem reſtitutionis per patrem petitæ ex
rationibus alias latè adductis, & partibus
datis, quibus non obſtant, quæ iterum op-
ponuntur, quia in idem reincidunt, & præ-
12 ſertim dum dicitur, † quod locationes fue-
rint factæ non ad finem acquirendi poſſeſſio-
nem filio, ſed ſolum pro omni iure, quod
illi cõpetebat ratione hypothecæ dotis ma-
ternæ, & pro iuribus vxori competentibus
in dicta domo, quo caſu talis actus non
præiudicat *Surd. conſ. 311. n. 67. lib. 3. Rot.
coram R. P. D. Veroſpio Romana donatio-
nis. 24. Nouembris* 1614. Quia de iſto alio
13 fine non apparet, † cum non ſolum locatio-
nes fuerint factæ per patrem nomine filij,
ſed etiam permiſſa exactio penſionum, per
quos actus pater tranſtulit poſſeſſionem,
& ſibi quo ad illam præiudicauit, itaut in
tali poſſeſſione non ſit manutenendus pater,
ſed filius, cui fuit acquiſita poſſeſſio per tales
14 locationes, & exactiones penſionum, † quæ
ſunt loco fructuum *Alex. conſ. 88. n. 14. lib. 5.
Socin. conſ. 205. n. 5. & conſ. 166. n. 13. lib. 2.
Cardin. Mantic. deciſ. 245. n. 2.* vbi de com-
muni *Natt. conſ. 672. n. 20.* & in ſpecie
15 de patre locante pro filio † eſt deciſio *Rot.
coram R. P. D. Buratto Bononien. bonorum
17. Decembris* 1617.

Neque obſtat, quod in *d. deciſ. Bononien. bo-
norum* non aderat alia cauſa locationis fa-
ctæ per patrem, niſi pro acquirenda poſſeſ-
ſione ipſi filio, cum tamen in locationibus,
de quibus agimus, adſit altera cauſa, ob quã
motus fuit pater ad locandum pro filio pro-
pter ius hypothecæ, quod habet in domo
16 locata, † Quia huiuſmodi interpretatio non
ſubſiſtit, cum iam bona omnia patris eſſent
hypothecata ad fauorem filij, & eius vxoris
in inſtrumento dotali, ideo iſta cauſa non
aderat, & animus patris fuit ſatis declaratus,
dum locauit pro filio, & permiſit penſiones
accipi per filium, ex quibus actibus ſequitur
translatio poſſeſſionis in filium, non aſſecu-
ratio hypothecæ, præſertim, quia etiam fi-
lius locauit domum nomine proprio, & tali
nomine exegit, vnde magis eius poſſeſſio
comprobatur, ſtante titulo pignoris, & hy-
17 pothecæ, † quam in eadem domo habet, tan-
quam pignus verè poſſideatur *l. qui pignori.
ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. §. per ſeruum. vbi
Socin. n. 4. Iaſ. n. 5. ff. eod. tit.* latè *Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 9. n. 198. Surd. conſ.
221. n. 30. lib. 2.*

Maximè, quia pater nullum ius habet in dicta
domo, quamuis enim habeat vſumfructum
18 in bonis aduentitijs ipſius filij † tam de iure
communi iuxta *l. cum oportet. C. de bon. quæ
liber. Caſtill. de vſufr. c. 3. n. 32.* quam iuxta
diſpoſitionem ſtatuti Vrbis, in quo datur
plenus vſusfructus patri in bonis maternis
19 filij *Rot. deciſ. 653. p. 2. in recentior.* † qui
vſusfructus non amittitur per tranſitum pa-
tris ad ſecunda vota *l. fœminæ. §. illud. C. de
ſecund. nupt. Caſtill. de vſufr. c. 3. n. 93.*

Nihilominus, quia habemus expreſſam diſpo-
ſitionem matris priuantis virum vſufructu
omnium bonorum ſuorum eidem relicto-
rum, ſi ad ſecundas nuptias tranſiuerit, præ-
ter vſumfructum dotis, ſtandum eſt tali di-
20 ſpoſitioni, † cum poſſit mater priuare pa-
trem vſufructu bonorum relictorum filio,
itaut tunc nihil ei acquiratur, ſed omnia

bona ſint propria ipſius filij quo ad vſum-
fructum, & proprietatē *auth. excipitur.C.de*
bon. quæ liber. & in corpore vnde ſumitur
auth. vt liceat matr. & aui. in princ. cum
alijs per *Caldas de reſtit. in integr. in verb.*
læſis.n.144. vſque ad 148. Molin. de primog.
21 *hiſpan. lib. 1.c.19.n.30.cum ſeq.*† vbi exten-
dit talem prohibitionem valere, quãuis non
ſit expreſſa, ſed tacita elicita ex coniecturia
Surd. conſ.116.n.22. & 23.lib.1.& de alim.
tit. 2. q. 15. n. 24. Rot. coram R. P. D. Piro-
uano Romana tranſactionis . 26. Ianuarij
1617. Maſtrill. deciſ.59. n.7.

Neque obſtat, quod huiuſmodi priuatio re-
ſtringatur ad propria bona vxoris, non au-
tem ad domum, de qua agimus, cuius domi-
nium ad eam non pertinebat; Quia ex facto
contrarium colligitur, nam eadem domus
fuit empta ex pretio alterius domus venditæ
per matrem, & ad eam ſpectantis pro ſcutis
quingentis, vt in inſtrumento de anno 1615.
22 quæ domus † poſtea fuit perfecta ex pecu-
nijs dotalibus vxoris Bernardini filij aduer-
ſarij, adeo vt ſtante tali ſubrogatione, dica-
tur domus ſubrogata eſſe in dominio ipſius
ad cuius fauorem fuit facta ſubrogatio, tan-
quam vna ſit tranſlata in aliam, quæ ideo
habetur pro illamet, prout prius erat cum
omnibus qualitatibus in ea contentis, vt in
ſpecie reſoluit *Rot. coram Gregor. XV. de-*
ciſ. 60. & coram R. P. D. Pamphilio Aſcu-
23 *lana penſionis.1. Februarij* 1593. † Tanquam
ſubrogatum ſit eius naturæ cum re, in cuius
locum ſubrogatur, ſiue ſimus in vniuerſali-
bus, ſiue in particularibus *l. ſi donata res.*
§. ſi ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor.
Rim. Iun. conſ.111. n. 4. lib.2.

Minus obſtat, quod priuatio patris de vſufru-
ctu propter tranſitum ad ſecunda vota non
24 comprehendat bona materna dotalia, † quo-
rum vſusfructus reſeruatur patri per ſtatu-
tum ex cauſa oneroſa *Rol. de lucr. dot. q. 4.*
n. 10. itaut facto vxoris non poſſit pater pri-
uari tali vſufructu, de quo mater in præiu-
dicium ipſius nihil poteſt diſponere *Rot. de-*
ciſ.653. p.2. in recentior.

Quia mater non intellexit priuare patrem vſu-
fructu ipſi debito in bonis dotalibus, cum
potius in teſtamento diſpoſuerit, quod per
tranſitum ad ſecũda vota priuetur vſufructu
aliorum bonorum, præter illum, qui ei eſt
debitus in ſua dote, ideo non opus eſt quæ-
rere an mater intellexerit de hoc vſufructu,
cum de eo non diſpoſuerit in præiudicium
mariti, immo illum ei reliquerit iuxta for-
mam ſtatuti, ſolum diximus, & iterum dici-
mus, quod poſſeſſio huiuſmodi domus, in qua
pater prætendit vſumfructum vigore iurium
25 dotalium, fuit tranſlata in filium † ex loca-
tionibus factis eius nomine, & exactione
penſionum eidem permiſſa, ex quibus pro-
batur acquiſitio talis poſſeſſionis *Gloſ. in*
l. qui vniuerſas. in verb. colonum. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. Bart. in l. quamuis. §.2. ff. eod.
tit. Pariſ. conſ.104. n.89. lib.1. Bellon. conſ.
11. n.9. Aug. in l. quadam mulier. ff. de rei
vendic. iuxta *c. cum veniſſent. de reſtit. ſpo-*
liat. Affl. deciſ.125. n.2. Menoch. de retinend.
poſſeſſ. remed 3. n. 572. Rot. coram R. P. D.
Dunozet Auenionen. arreſti. 10. Nouembris
1617. & coram R. P. D. Vbaldo Romana de
Arronijs. 15 Ianuarij 1614. quæ eſt deciſ.555.
n.1. p.1. in recent. & deciſ. 171. n. 1. & de-
ciſ.639. n.6. p.2. in recent.

E P I T O M E.

RESidentia in beneficijs quando requi-
ratur. ¶ Et quo caſu habeat locum
pœna contra nõ reſidentes tam quo ad amiſ-
ſionem fructuum, quam priuationem. ¶ Et
quibus tales fructus ſint applicandi. ¶ Et
quid in prædictis diſponat, tam Concilium,
quàm edictum Summi Pontificis in Vrbe pu-
blicatum. ¶ Et an per illud cenſeantur reuo-
cata omnia priuilegia conceſſa Cubicularijs,
& alijs exemptis ab huiuſmodi reſidentia.
¶ Decreta Concilij an indigeant ſpeciali re-
uocatione per Papam facienda. ¶ Citatio, &
priuatio ſolemnis an requiratur contra be-
neficiatum non reſidentem. ¶ Vel ſufficiat
monitio præcedens, & priuatio ſubſequens.
¶ Licentia conceſſa ad tempus quando con-
tineat contrariam diſpoſitionem poſt illud
finitum.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna non reſidentis in cathedrali, ſeu colle-*
giata eccleſia quæ ſit, & quando ad pri-
uationem poſſit procedi. n. 2.

3 *Canonicus tenetur ad reſidentiam in ſuo ca-*
nonicatu. & n. 4.

5 *Beneficiatus non reſidens priuatur beneficio*
præcedente monitione.

6 *Edictum Summi Pontificis contra non reſi-*
dentes quas pœnas contineat, vltra conci-
lium, & conſtitutiones apoſtolicas. & n.12.

7 *Fructus, quibus priuatur non reſidens, qui-*
bus ſint applicandi.

8 *Verba ipſo facto, & abſque alia declaratione*
non requirunt aliam citationem.

9 *Priuilegium exemptionis percipiendi fru-*
ctus abſque reſidentia cenſetur reuocatum
per verba vniuerſalia reuocatoria omnium
priuilegiorum.

10 *Licentia conceſſa ad tempus continet contra-*
riam diſpoſitionem poſt illud finitum.
n. 11. & 14.

13 *Decreta omnia Concilij Tridentini cenſen-*
tur facta ſalua auctoritate ſedis Apoſtolicæ,
itaut Papa poſſit diſponere abſque illius de-
rogatione.

15 *Clauſula vniuerſalis nihil excludit idem*
operando ac ſi mentio ſpecialis de omnibus
facta fuiſſet.

Con-

Digitized by Google

16 *Conſuetudo quacumque immemorabilis de non reſidendo tollitur per Concilium.*
17 *Edictum ſummi Pontificis contra non reſidentes de amiſſione fructuum, & priuatione beneficiorum quomodo intelligatur. & n. 18.*
19 *Citatio, & priuatio ſolemnis non requiritur contra beneficiatum non reſidentem, ſed ſufficit monitio praecedens, & priuatio ſubſequens.*

CAPVT DCCCCXC.

OBtinentes in cathedralibus, & colle-
giatis eccleſijs dignitates, canonica-
1 tus, præbendas, aut portiones, † ſi non reſi-
deant, vt debent, primo anno, & prima vice,
vnuſquiſque priuatur dimidia parte fructuũ,
quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ
fecit ſuos, pro ſecundo anno omnibus fructi-
bus, quos eodem anno lucratus fuerit, cre-
ſcente vero contumacia contra eos procedi-
tur ad priuationem iuxta *Concil. Trident.
ſeſſ.* 24. *c.* 12. *poſt med. verſ. praterea obti-
nentibus. de reformat. Pariſ. de reſignat. be-
neficior. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 60. cum alijs per *Garz.
de benefic. par.* 3. *c.* 2. *n.* 140. *vſque ad* 146.
2 vbi etiam, † quod ad dictam pœnam fru-
ctuum non eſt opus præuia monitione, vt re-
ſideat iuxta decretum *Congregat. Concil.
ibid. relatum n.* 145.
Et paſſim Canonicus tenetur ad reſidentiam in
3 ſuo canonicatu † *Abb. in c. dilecti. n.* 1. *&* 2.
vbi Bald. & Dec. n. 1. *de appellat. Imol. in
c. inter quatuor. de cleric. non reſident. Ar-
chid. in c. ſi qui. in princ.* 7. *q.* 1. *Hoſtienſ.
in ſumm. de prabend. n.* 1. *Silu. de benefic.
p.* 4. *q.* 1. *n.* 5. *Rebuff. in prax. de diſpenſat. de
non reſid. n.* 1. *&* 7. *p.* 2. *fol.* 347.
Pœna autem non reſidentium eſt priuatio *Ho-
4 ſtienſ. in c. peruenit. n.* 4. *de appellat.* † *& in
ſumm. de cleric. non reſident. n.* 5. *Silueſt. in
verb. reſidentia. n.* 5. *Capr. reg.* 91. *n.* 42. *Silu.
de benefic. lib.* 4. *c.* 3. *in princ. Hoied. de
incompatib. benefic. p.* 1. *c.* 4.
Et quidem nõ reſidens in beneficio eſt ipſo iure
5 priuatus † præcedente monitione *Innoc. in
c. extirpanda. §. qui vero. de præbend.* & de
communi teſtatur *Pariſ. de reſignat. benefic.
lib.* 3. *c.* 1. *n.* 135. *fol.* 147. *poſt Hoied. de in-
compatibil. benefic. p.* 1. *c.* 18. *n.* 19. *tom.* 15.
par. 1. *fol.* 134.
Quidquid tamen ſit de prædictis, in caſu noſtro
ſeruandum eſt edictum de mandato Sanctiſ-
ſimi publicatum die 16. Februarij 1624. in
quo diſtrictè præcipitur, & mandatur, &
monentur, & requiruntur omnes, & ſinguli
beneficiati cuiuſcumque gradus, & condi-
6 tionis, ac dignitatis, † qui in ſuis eccle-
ſijs, & canonicatibus tenentur facere perſo-
nalem reſidentiam, quatenus infra nouem
dierum ſpatiũ, quorum tres aſſignantur pro
primo, tres pro ſecundo, & tres pro tertio,
& vltimo peremptorio termino, vt debeant
ab Vrbe, & Curia diſceſſiſſe omni mora poſt-
poſita, & ad ſuas eccleſias recta via contu-
liſſe, & ibidem perſonaliter reſidere, quod ſi
quis dictis monitionibus non paruerit, vltra
pœnas Concilij, & Conſtitutionũ Apoſtolica-
rum eo ipſo incurrat pœnam centum ſcuto-
rum applicandam pro medietate Cameræ, &
pro alia ſecreto denunciatori, & ſi aliquis
prædictorum elapſis præfatis terminis per
menſem neglexerit à Curia recedere ad effe-
ctum ſe conferendi ad ſuam eccleſiam, tunc
ipſo facto, & abſque aliqua declaratione non
faciat fructus ſuos, ac priuationis beneficio-
rum, atque alias arbitrio noſtro pœnas in-
currat, cum certificatione, quod contra
moroſos, & contumaces irremiſſibiliter pro-
cedetur ad executionem dictarum pœnarum,
itaut tale edictum arctet quoſcumque, ac ſi
perſonaliter intimatum fuiſſet, & oſtenſum.
Ex quibus verbis colligitur, quod cum Philip-
pus non paruerit præfato edicto, ſed per octo
menſes, ne dum per vnũ neglexerit ab Vrbe
diſcedere, & ad ſuum canonicatum ſe con-
ferre, quod perſonalem reſidentiam requirit,
vltra pœnam centum ſcutorum ibidem con-
7 tentam, non fecit fructus ſuos, † qui erunt
applicandi in vſum eccleſiæ, & illius vtilita-
tem iuxta decretũ Congregationis Concilij,
de quo per *Garz. de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 146.
cum ſeq. fol. 155. vbi etiam, quod ſi eccleſia
non indigeat, applicabuntur alteri loco pio
arbitrio ordinarij.
Et cum iſta amiſſio fructuum ſit incurſa ipſo fa-
8 cto, & abſque alia declaratione, † non erit
quærendum an iterum requiratur alia cita-
tio, cum per talia verba iam ſit declaratum
ſententiam fuiſſe latam *Gloſ. in c.* 2. *in verb.
ipſo facto. ne cleric. vel monach. & in clem.
auditor. in fin. de ſtat. monachor. Alex. conſ.*
139. *n.* 2. *lib.* 7. *Tiraq. in l. ſi vnquam. in
verb. reuertatur. n.* 142. *&* 401. *cum ſeq. C.
de reuocand. donation. Felin. in c. rodulphus.*
35. *col.* 30. *n.* 37. *cum ſeq. de reſcript. Roman.
conſ.* 282. *in fin.*
Neque obſtat priuilegium exemptionis perci-
piendi fructus canonicatus abſque eo, quod
9 fieret reſidentia, † Quia in edicto reuocan-
tur omnes, & quæcumque licentiæ quomo-
dolibet conceſſæ, quæ verba tanquam vni-
uerſalia comprehendunt omnem caſum, &
quodlibet priuilegiũ, de quo ſufficiet etiam
in genere fuiſſe cogitatum *Cardin. Seraph.
deciſ.* 350. *n.* 2. *Menoch. de recuper. remed.* 6.
n. 15. *poſt Io. Andr. Archid. & Gemin. in
c. indemnitatibus. §. ſi qua verè. de elect. in* 6.
Quamuis etiam non exiſtente reuocatione dicti
priuilegij, idem eſſet dicendum, quod illud
amplius non ſuffragetur, quia fuit conceſſum
quandiu canonicus inſeruiret Gregor. XV.
quo ſeruitio ceſſante, debet etiam ceſſare
10 priuilegium, & exemptio, † cum temporis
limitati ea ſit vis, vt contineat contrariam

diſpoſitionem *l. fratres. ff. de pœn. Bald. in probem. Digeſt. §. hac autem tria. Ang. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. ff. de pact. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. n. 45. Surd. deciſ. 75. n. 2. & deciſ. 203. n. 1. vſque ad 7.*
11 vbi in ſpecie † loquitur de ſimili licentia ad
tempus conceſſa *Ioan. Andr. ad Specul. de locat. §. nunc aliqua. n. 121. Alex. conſ. 3. n. 6. lib. 7.*

Minus obſtat, quod Concilium circa amiſſionem iſtorum fructuum propter non reſidentiam pro primo anno, ſolum priuet medietate fructuum, pro ſecundo autem anno omnibus fructibus, vt in *ſeſſ. 24. c. 12. de reformat.*
12 Quia cũ habeamus † aliam præciſam diſpo-
ſitionem de mandato Sanctiſſimi factam, &
publicatam, illi ſtandum eſt non obſtante
concilio, cuius derogatio non requiritur,
quando conſtat de voluntate Papæ, cum in
c. fin. eiuſdem Concil. ſeſſ. 25. expreſsè di-
13 ſponatur, † quod omnia illius decreta cen-
ſeantur facta ſalua auctoritate Sedis Apo-
ſtolicæ, itaut Papa vtendo ſua auctoritate
ſuperiore poſſit diſponere abſque dicti con-
cilij derogatione *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 6. n. 120.* dixi *ſupr. c. 940. n. 15. & 16.*

Nec aliquid faciunt priuilegia Cubiculario-
rum, Quia illi eximuntur à reſidentia quam-
diu ſummo Pontifici inſeruicrint, quæ verba
14 inducunt tempus limitatum, † itaut illo fi-
nito, non ſit amplius aliqua exemptio conſi-
deranda, vt dictum eſt *Dec. conſ. 61. n. 4. Surd. conſ. 88. n. 8. lib. 1. & deciſ. 244. n. 11. & deciſ. 207. n. 18.*

Cum etiam reuocatio quarumcumque licen-
tiarum de non reſidendo quomodolibet con-
ceſſarũ per Papam facta comprehendat iſtas
15 licentias, quas habẽt Cubicularij, † tanquam
per iſta verba vniuerſalia nihil excludatur
idẽ operando, ac ſi de illis eſſet facta ſpecia-
lis, & expreſſa mentio *Bart. in l. 2. ff. de nouation. Aim. conſ. 308. n. 6. Cephal. conſ. 156. n. 22. Surd. deciſ. 265. n. 30. & conſ. 73. n. 62. lib. 1.*
16 Præſertim, † quia in priuilegijs cubiculario-
rum adeſt etiam clauſula citra tamen exem-
ptiones à Concilio Tridentino ſublatas,
itaut quoque tollatur quæcumque etiam
immemorabilis conſuetudo de non reſiden-
do tanquam à iure reprobata.

Et hæc omnia, quæ dicta ſunt de amiſſione fru-
ctuum poſſent applicari ad priuationem be-
neficij, & canonicatus, cum in edicto ex-
17 preſsè dicatur, † vt talis non reſidens ipſo
facto, & abſque alia declaratione fructus
præfatorum beneficiorum non faciat ſuos,
ac priuationis eorumdem beneficiorum at-
que alias arbitrio noſtro pœnas incurrat,
nam cum omnia iſta ſub vnica clauſula con-
tineãtur, videtur quod illa verba ipſo facto,
& abſque alia declaratione cenſeantur repe-
18 tita in pœna priuationis; † ¶ Quamuis tu-
tius dicendum ſit, quod iſta pœna priuatio-
nis non cenſeatur repetita, quia potius vi-
dentur eſſe duæ orationes perfectæ, prima
enim loquitur de non faciendo fructus ſuos,
poſtea ſubſequitur altera de incurſu priua-
tionis, & aliarum pœnarum arbitrio ſummi
Pontificis, ideo pro habendo iſto arbitrio
erit neceſſaria monitio, & ſpoliatio ſubſe-
19 quens, † nam contra beneficiatum ratione
non reſidentiæ non eſt neceſſaria ſolemnis ci-
tatio, nec ſolemnis priuatio, ſed ſufficit re-
quiſitio, & reuocatio, & ſpoliatio de facto,
adeo vt non requiratur ordo iudiciarius,
ſed ſufficiat, vt dictum eſt, monitio præce-
dens, & priuatio ſubſequens *Abb. in c. ex parte. n. 4. de cleric. non reſident. Oldrad. conſ. 195. Felin. in c. 2. n. 3. de reſcript. Silu. de benefic. p. 4. q. 5. Garz. eod. tit. par. 3. c. 2. n. 130. Azeued. ad l. 27. tit. 3. lib. 1. recopilat. n. 1. Salſed. in addit. ad Diaz c. 52. in fin. Gregor. Lop. ad l. 16. tit. 16. in princ. in verb. toller.*

EPITOME.

BEneficium quando poſſit reſignari per eum, qui promotus eſt ad illius titulum ad ordines ſacros. ¶ Et an requiratur, vt aliunde viuere poſſit. ¶ Et an iſta qualitas ſit verificanda tam in reſignatione facta in curia, quam extra. ¶ Et an ad iſtum effectum forma data per Concilium poſſit adimpleri per æquipollens. ¶ Clauſula conſtito, ſeu dummodo reſignans habeat vnde ſe alat an reſpiciat ſubſtantiam gratiæ. ¶ Et quando pro illius verificatione requiratur probatio clara, & aperta, non autem præſumptiua. ¶ Verba dummodo quando importent conditionẽ, ſi iungantur actui imperfecto. ¶ Beneficiati ſcandaloſè viuentes, quando priuentur beneficijs remota quacumque appellatione, & exemptione. ¶ Et in quibus caſibus poſſit ordinarius accipere eorum reſignationes. ¶ Actio ſpolij quando concedatur reſignanti contra reſignatarium, ſi reſignatio fuit nulla ob conditiones non adimpletas. ¶ Poſſeſſio canonicatus reſignati an ſit capienda per reſignatarium capitulariter. ¶ Et quid ſi caperetur de mandato executoris litterarum Apoſtolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio beneficij non valet, niſi fiat mentio, quod reſignans fuit promotus ad ordines ſacros ad illius titulum, & quod aliunde viuere poſſit. & n. 2.*

3 *Forma data per Concilium in reſignationibus non adimpletur per æquipollens.*

4 *Conſtitutus in ſacris non poteſt reſignare beneficium, quamuis etiam ad illius titulum non eſſet promotus, niſi aliunde habeat vnde viuere poſſit, ſiue ſimus in reſignatione facta in curia, ſiue extra. n. 5. Amplia, vt n. 6. & 7.*

Clau-

8 *Clauſula conſtito, ſeu dummodo reſignans habeat vnde ſe alat, reſpicit ſubſtantiam gratiæ, & eſt verificanda, anteqnam tradatur poſſeſſio reſignatario. n.9.*

10 *Iuriſdictio non conceditur executori cum clauſula conſtito, quod reſignans habeat, vnde viuat, niſi prius talis conditio verificetur.*

11 *Probatio magis aperta, & clara requiritur, & non ſufficit præſumptiua ſtante clauſula conſtito.*

12 *Narrata in gratia ſunt iuſtificanda, ſiue adſint verba inducentia modum, ſiuè conditionem.*

13 *Clauſula dummodo iuncta ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur eſt conditionalis, & prius de tali modo debet conſtare. n. 14.*

15 *Verba dummodo appoſita actui imperfecto ſignificant conditionem, non modum.*

16 *Beneficiatus turpiter, & ſcandaloſè viuens, quando ſit priuandus beneficijs remota quacumque appellatione, & exemptione.*

17 *Ordinarius an poſſit accipere reſignationes, ſi beneficiati eccleſiæ non ſeruiunt, & obnoxij ſunt criminibus. & n.18.*

19 *Reſignans poteſt agere ſpolio contra reſignatarium, ſi reſignatio fuit nulla ob conditiones non adimpletas.*

20 *Reſignatio conditionalis habetur pro non facta, nec abdicat aliquod ius à reſignante ante conditionem non impletam, quæ afficit etiam ſucceſſores. n.21.*

22 *Cognitio cauſarum in prima inſtantia eſt facienda coram ordinario, ſeu alijs Iudicibus ſynodalibus iuxta diſpoſitionem Concilij.*

23 *Reſignatarius debet capere poſſeſſionem capitulariter canonicatus ſibi reſignati, alias non eſt manutenibilis, quamuis etiam poſſeſſio fuiſſet capta de mandato executoris litterarum Apoſtolicarum. n. 24. & 25.*

CAP. DCCCCXCI.

RESignatio canonicatus, de quo agimus,
eſt omnino nulla, cum enim reſignans
fuerit ad illius titulum promotus ad ordi-
1 nes ſacros, † eſt facienda mentio de iſta qua-
litate promotionis, & vlterius debet con-
ſtare, quod aliunde viuere commodè poſſit,
quibus duobus non verificatis, nunquam ad-
mittitur ad reſignandum, & ſi fuerit admiſſus
reſignatio non ſubſiſtit *c. episcopus. 4. & c.
tuis. 23. de prabend. & dignitatib. c. ſancto-
rum. diſtinct. 70. Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 2.
de reformat. Nauar. in manual. c. 22. n.18.
& conſ. 14. n. 2. de tempor. ordinat. Pariſ. de
reſignat. benefic. lib. 2. c. 6. n. 1. & 37. vſque
ad 41. fol. 111. Rot. coram Gregor. XV. de-
ciſ. 441. n. 1. & ibi Beltram. n.9. Gonzal. ad
reg. 8. gloſ. 5. §. 10. n. 35. Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuention. lib. 25. tit. 7. n. 44.
Garz. de benefic. par. 2. c. 5. n. 192. vſque
2 ad 195.* † vbi quod etiam ante admiſſionem
reſignationis eſt probandum, quod reſignans
habet iſtam commodam ſuſtentationem,
cum hoc ſit traditum pro forma per dictum
3 Conciliũ, † cuius diſpoſitio non poteſt adim-
pleri per æquipollens, vt in ſpecie declara-
uit *Rot. coram R. P. D. Orano Salamantina
beneficij. 15. Maij 1588. & coram Cardin.
Millino Aretina plebis. 4. Decembris* 1600.
*& coram R. P. D. Litta Mutinen. canoni-
catus. 19. Nouembris* 1602. *Gonzal. ad reg. 8.
gloſ. 5. §. 10. n. 35.* iuxta decretum Con-
gregationis Concilij, cuius tenorem refert
Garz. de benefic. p. 2. c. 5. n. 193.

Amplius, neque in ſacris conſtitutus poterit
4 vllo modo beneficium reſignare, † quamuis
etiam ad illius titulum non fuiſſet promo-
tus, niſi aliunde habeat, vnde commodè vi-
uere poſſit, vt in *conſtit. Pij V. calendis Apri-
lis* 1568. *de qua in bullar. nouo. n.* 58. quæ
conſtitutio licet loquatur in reſignationibus
factis coram ordinario, tamē ſeruatur etiam
in curia, quia militat eadem ratio, ne cum
ordinis dedecore malam vitam exerceat,
5 vnde ſemper prius † debet conſtare de tali
commoda ſuſtentatione, antequam reſigna-
tio executionem habeat coram quocumque,
ſiue Ordinario, ſiue ſummo Pontifice reſi-
gnetur, alias reſignatio eſt ipſo iure nulla,
vt per *Rot. coram R. P. D. Orano Lucana
beneficij. 5. Decembris* 1586. cum alijs quos
adduxi *ſupr. c. 159. n. 13. & 14. tom. 1. Garz.
6 de benefic. p. 2. c. 5. n. 198. vſque ad* 201. † vbi
etiam *n. 195.* ampliat ad beneficia, quæ fue-
runt obtenta ante Concilium, ad quæ etiam
extenditur diſpoſitio eiuſdem Concilij *ſeſſ.
21. c. 2.* propter eamdem rationem, quę etiam
7 in eis militat, ſicut in poſtea obtentis, † quã-
uis etiam eſſent de iurepatronatus, vt de-
clarauit Congregatio, de qua per *Garz.
ibid. n. 195. & 196.*

Quæ magis procedunt in caſu noſtro, quia fuit
admiſſa reſignatio per Papam cum clauſula
8 conſtito, † ſeu dummodo reſignans haberet,
vnde ſe alat, quæ reſpicit ſubſtantiam gratiæ
*Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. q. 6. n. 41.
Garz. de benefic. p. 2. c. 5. n. 201. & p. 6. c. 2.
n. 230. vſq; ad 233.* Vnde eius verificatio erat
faciēda coram executoribus, antequam tra-
derent poſſeſſionē reſignatario, prout paſſim
9 forma, & qualitas, † ſeu conditio expreſſa
in gratia eſt ſpecialiter, & plenè probanda
verè, & certè, & non per præſumptiones, quæ
in ſimilibus caſibus non ſufficiũt *Pariſ. conſ.
104. n. 8. cum ſeq. lib. 4.* iuxta *l. lucius. vbi
Bart. ff. de condit. & demonſtr. Alex. in l. im-
perator. ff. de legat. 1. Abb. in c. veniens. il 1.
n. 4. & ibi Dec. n. 8. de teſtib.*

Immo cũ fuerit per Papam cõmiſſa executio re-
ſignationis executoribus particulariter de-
putatis cum clauſula conſtito, ſeu dummodo
reſignãs haberet, vnde viuat, vt dictũ eſt, non
fuit

10 fuit eis data aliqua iuriſdictio, † niſi poſt
verificationem prædictorum, itaut omnia
per eos geſta, antequam de tali commoda
ſuſtentatione conſtaret, ſint ipſo iure nulla.
Socin. conſ.99. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſ.41. n. 14. & conſ.94. n. 5. lib. 4. Vant. de nullit. defect. iuriſd. deleg. n. 92. Adeo vt ſtante huiuſmodi
clauſula magis requirantur apertæ, & claræ
11 probationes, † & multum concludentes, non
præſumptiuæ, vt dictum eſt, & notat *Felin. in rubr. de probat. n. 3. Anan. in c. conſtiterit. n. 6. eod. tit. Bald. in l. bonæ fidei. n. 8. verſ. vnum reſtat. & ibi Salic. n. 28. verſ. quarto tertio. C. de reb. credit. Cott. in memorab. in verb. lex qua conditionaliter. verſ. præterea. & in verb. ſententia lata ſub conditione. Plot. de in lit. iurand. §. 2. n. 34. Rot. deciſ.522. n. 1. p. 2. in recentior.*

Et ſiue fuerit demandata executio cum clauſula conſtito, quod reſignans habeat vnde
12 viuat, † vel cum clauſula dummodo habeat,
vnde viuat, ſemper ad effectum verificandi
narrata in gratia, omnia ſunt iuſtificanda per
reſignatarium, ſeu alium, qui ſe fundat in
eadem gratia, cum nihil interſit, ſiue clauſula dummodo importet conditionem, ſiue
modum *Io. Andr. in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Felin. in c. conſtitutus. in princ. de reſcript. Rot. coram R. P. D. Rubeo Paduana penſionis. 28. Iunij 1581. & coram Card. Lancellotto Carpentoraten. penſionis. 15. Martij 1602.* vbi allegātur concordantes deciſiones.

Cum etiam clauſula dummodo ſemper importet conditionem, quando, prout in caſu no-
13 ſtro, iungitur ei, † quod venit implendum
antequam actus perficiatur, quidquid alias
modum importaret *l. thais. §. ſtichus. ff. de manumiſſ. teſtam. l. quibus diebus. §. termilius. vbi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. Butr. conſ.48. in princ. Caſtr. conſ.292. circa primum dubium. col. 1. & 2. lib. 2. Alex. conſ. 119. col. 1. lib. 1. & conſ.20. col. 2. lib. 6. Aim.*
14 *conſ. 10. n. 14.* † Itaut neque hoc caſu valeat
actus, niſi prius talis modus fuerit adimpletus *l. qui hæredi. ff. de condit. & demonſtrat. Rebuff. in l. maiore parte. 156. verſ. cum vero. ff. de verb. ſignific. Cened. ſingul. 11.*
15 *n. 4.* † Præſertim, quia dictio dummodo adiecta actui imperfecto ſemper inducit conditionem *Molin. de primog. hiſpan. lib. 2. c. 15. n. 28. Sanchez de matrimon. lib. 5. diſput. 83. n. 2.*

Neque obſtat, quod reſignans ſæpè declarauerit, quod non vult eſſe clericus, nec in habitu
clericali incedat, & quod multa delicta perpetrauerit, & quod propter illa fuerit ſuſpenſus à Capitulo, & quod non eſt dignus
ſeruire eccleſiæ, neque ab ea recipi tanquam
indignus illius protectione, cum alijs, quæ
exaduerſo adducuntur, Quia cum modo agatur de reſignatione facta coram Sanctiſſimo,
& conſtet de eius nullitate ex ſuperius adductis, non eſt quærendum de criminibus
16 obiectis, † in quibus, ſi verificabuntur, prouidet *Concil. Trident. ſeſſ.21. c. 6. de reformat.*
vbi præcipitur, quod turpiter, & ſcandalosè
viuentes poſtquā præmoniti fuerint per epiſcopos coerceantur, & caſtigentur, & ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, priuentur beneficijs iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones remota quacumque
appellatione, & exemptione *c. inuentum. 16. q. 1. clem. multorum. de pœnis. c. felicis. eod. tit. in 6. c. niſi cum pridem. de renunciat. c. ſi quis per capillos. 22. q. 1. Abb. in c. 1. de iudic. Felin. in c. ex parte. de reſcript. Genuenſ. in prax. archiepiſc. neapolit. c. 65. n. 1. & 2. Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 5. c. vlt. n. 101. vſque ad 105. fol. 279.*

Præterea adeſt *Conſtitut. Pij V. edita de anno*
17 1568. *de qua in Bullar. nouo. n. 58.* † vbi datur facultas ordinario accipiendi reſignationes in caſibus ibidem expreſſis, & præſertim in iſtis obnoxijs criminibus, & in alijs,
qui propter ſcandalum, & vitam turpem
non debent eccleſiæ inſeruire, de qua conſtitutione latè *Genuenſ. d. c. 65. per tot.* Qua
ſtante erūt partes Epiſcopi prouidere, prout
iuris fuerit, & conferre canonicatum iuxta
facultates ſibi traditas, non habita conſideratione reſignationis, quæ non poteſt ſortiri
aliquem effectum ex cauſis ſupra allegatis,
Maximè, quia executores magis ſe debebant
abſtinere in dando poſſeſſionem reſignatario,
non ſolum ex rationibus prædictis, ſed etiam
propter proteſtationem Epiſcopi patrui reſignantis, & clerici ſuæ diœceſis, per quem
fuerunt ad notitiam executorum deducta
omnia ad huiuſmodi negotium pertinentia,
18 & concernentia † nullitatē reſignationis, ob
cuius defectum agebatur de eius intereſſe,
tanquam ad ipſum ſpectaret prouiſio canonicatus, & perſonæ illum obtinentis iuxta
dictam Conſtitutionem Pij V. & diſpoſitionem *Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 6. de reformat.*

Cum igitur ex prædictis appareat reſignationem eſſe nullam tanquam conditionalem,
19 & quod conditio † non fuit per reſignatarium verificata circa commodam ſuſtentationem reſignanti reſeruatam, poterit idem
reſignans agere ſpolio contra reſignatarium
Rot. deciſ. 542. n. 5. p. 2. in recentior. & deciſ.423. n. 1. cum ſeq. p. 1. in recentior. Achill. deciſ. 10. n. 14. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 15. eod. tit. Card. Seraph. deciſ. 25. Pariſ. conſ. 5. n. 7. & 8. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 471. n. 1. cum ſeq. p. 1. & deciſ. 558. lib. 3. p. 3. & coram R. P. D. Penia Abulen. & Zamoren. beneficiorum. 17. Iunij 1594. & coram Card. Lancellot. Hiſpalen. & Corduben. beneficiorum. 14. Iunij 1600. Garz. de benefic. p. 11. c. 3. n. 41. in fin. Gabr. conſ. 185. n. 2. lib. 1. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. q. 3. n. 7. vſque ad 12. & n. 62. cum ſeq. Mobedan. deciſ. 83. & 91. Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 138.
20 *n. 6. in fin. & ibi Beltram. in fin.* † Stante
enim

enim conditione præfata nullum fuit abdi-
catum ius ab ipſo reſignante, ſed reſignatio
habetur ac ſi non eſſet facta, ideo neque
poſſeſſio fuit amiſſa ante modum, & condi-
tionē adimpletam, quidquid aliud ſit in re-
ſignatione ſimplici *Pariſ. de reſignat. benefic.
lib. 1. p. 3. n. 7. cum ſeq. Gabr. conſ. 185. n. 2.
lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 25. n. 1.* dixi *ſupr.
c. 159. n. 21. vſque ad 27. Prob. ad Monach.
in c. 2. n. 30. de renunciat. in 6. Ceuall. q. 561.
n. 11. Creſcent. deciſ. 7. de reſcript. Cardin.
Mantic. deciſ. 173. n. 2. ad med. Rot. deciſ.*
21 *631. n. 1. & 2. p. 1. in recentior.* † vbi etiam
n. 5. quod procedit tam ſi agatur de perſona
reſignatarij, quam de alio ſucceſſore in be-
neficio, cum talis conditio afficiat etiam
ſucceſſores pro conſeruatione iuris ipſius re-
ſignantis *Caputaq. deciſ. 8. n. 2. p. 3. & deciſ.
155. par. 1. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6.
quæſt. 3. n. 18.*

Quod iudicium ſpolij erit cognoſcendum in
22 partibus, cū ſimus in prima inſtantia † iuxta
diſpoſitionem *Concil. ſeſſ. 24. c. 20. de refor-
mat. & c. 1. de for. compet.* vel poterit im-
petrari reſcriptum à Sanctiſſimo, per quem
delegetur huiuſmodi cauſa, præter Ordi-
narium, alijs de quibus in *eod. Concil ſeſſ. 25.
c. 10. de reformat.* renouando conſtitutionem
*Bonifacij VIII. de qua in c. ſtatutum. de
reſcript. in 6.* coram quibus etiam erit vi-
dendum an poſſeſſio canonicatus fuerit legi-
23 timè capta per reſignatarium, † nā ad hoc, vt
ſuffragetur, debet capi capitulariter *Caſſad.
deciſ. 8. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ.
801. n. 5. p. 2. in recent. & coram Card. Sacrato
Caualicen. canonicatus. 4. Martij 1616.* Itaut
niſi fuerit capta capitulariter, non ſit manu-
24 tenibilis † *Rot. corā R. P. D. Pirouano Noua-
rien. canonicatus. 7. Iunij 1610. & corā eodem
Meten. canonicatus. 4. Iunij 1618.* vbi etiā am-
pliatur quando poſſeſſio fuiſſet capta de mā-
dato executoris litterarum Apoſtolicarum,
quia non ſubſiſteret, ſi non caperetur capi-
25 tulariter † *Rot. coram R: P: D. Litta Senen.
canonicatus. 21. Maij 1596. & coram R. P. D.
Corduba Taruiſina canonicatus ſeu ſimoniæ.
9. Maij 1597.* Et quidquid aliter *Rot.* alias
ſenſerit iſta eſt verior opinio, vt notat *Bel-
tram. ad Greg. XV. deciſ. 364. n. 6. ad med.*

EPITOME.

VSus vnius eccleſiæ quando ſit diuiduus, itaut poſſit alteri concedi. ¶ Puteus exiſtens inter domum feudatariam, & domum propriam directi Domini ad quem pertineat. ¶ Conceſſio de ſui natura præiudicialis an requirat derogationem regulæ de non tollendo iure quæſito. ¶ Iuriſdictio ordinarij quando efficiatur delegata. ¶ Summus Pontifex, & Epiſcopus, quo caſu concedat eccleſiā ſæcularem regularibus inuito Rectore. ¶ Qualitas nominis eccleſię, & illius ſituatio quando ſit narrāda. ¶ Eccleſia parochialis quo caſu veniat ſub ſimplici nomine parochiæ. ¶ Ignorātia & ſubreptio ex quibus tollatur, ſi fuerit narrata ſuperiori tota facti ſeries. ¶ Clauſula abſque præiudicio alterius an intelligatur ſolum reſpectu eorum, quæ non ſunt in gratia expreſſa. ¶ Confirmans actum inualidum an faciat illum de nouo. ¶ Et quando confirmatio Apoſtolica operetur, vt diſpoſitio ſit papalis.

SVMMARIVM.

1 *Vſus eccleſiæ parochialis quando poſſit alteri eccleſiæ concedi, & an talis vſus ſit diuiduus, & conueniat vſui vtriuſque inſolidum. n. 2. 3. & 5.*

4 *Puteus exiſtens inter domum feudatariam, & domum propriam directi domini debet deſeruire vtrique, ſi aqua tam vni, quam alteri ſufficiat, alias dominus eſſet præferendus.*

6 *Conceſſio vſus eccleſiæ eſt valida, ſi nulla cauſa contradictionis poteſt conſiderari.*

7 *Gratia de ſui natura præiudicialis non admittit ſubreptionem, & non derogationem regulæ de non tollendo iure quæſito. & n. 8.*

9 *Conceſſio abſque præiudicio alienius intelligitur ſolum reſpectu eorum, quæ non ſunt in gratia expreſſa.*

10 *Confirmatio apoſtolica operatur, vt conceſſio dicatur papalis.*

11 *Confirmans actum inualidum dicitur illum de nouo facere, non confirmare.*

12 *Iuriſdictio ordinarij ampliata, & aucta efficitur delegata.*

13 *Delegatus nihil proprium habet, ſed omnia gerit nomine delegantis.*

14 *Papa poteſt concedere eccleſiam parochialem ſæcularem clericis regularibus, etiam inuito Rectore. Et quid in Epiſcopo. n. 24.*

15 *Ignorantia & ſubreptio tollitur, ſi narretur tota ſeries facti ſuperiori, itaut confirmatio ſubſecuta valeat, & dicatur ex certa ſcientia. n. 16.*

17 *Gratia non eſt valida, ſi non exprimitur, quod eccleſia erat ſæcularis, ſi concedatur regularibus, prout è contra.*

18 *Eccleſia parochialis quando veniat ſub ſimplici nomine parochiæ.*

19 *Qualitas nominis eccleſiæ eſt narranda.*

20 *Situatio eccleſiæ quo caſu debeat exprimi.*

21 *Reſeruatio iurium Rectoris, & omnium intereſſe habentium facit, vt gratia non poſſit dici ſubreptitia.*

22 *Qualitates loci notæ ordinario quando ſint narrandæ ad effectum validitatis gratiæ.*

23 *Verba in omnibus & per omnia arbitrio ordinarij ſeu inducant liberam poteſtatem abſque alterius licentia.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT DCCCCXCII.

PRo maiori augmento diuini cultus, & ſalute animarum fuit per ſummum Pontificem conceſſus vſus Eccleſiæ parochialis
1 S. Io. Maioris Patribus Theatinis, † itaut in ea poſſint miſſas celebrare, & conuentuales canere, confeſſiones audire, & ſacramenta miniſtrare, præterquam paſchali tempore, & diuina officia diu, noctuq. in choro celebrare, verbum Dei liberè prædicare, & omnia alia facere, quæ in eccleſijs proprijs ſuorum ordinum exercent, prout latius in breui exhibito continetur.

Ex prædictis verbis colligitur, quod fuit con-
2 ceſſus ſolum vſus prædictæ eccleſiæ, † qui quidem vſus eſt diuiduus, itaut quamuis ille prius eſſet alicui conceſſus, tamen poſſet quoque alteri poſtea concedi, quia iſta eccleſia poteſt conuenire vſui vtriuſque inſolidum *Caſtr.* in ſpecie *in l. ex facto.43. §.item quæro. n.3. & ibi Alex. n.4. ff. de vulgar. & pupill.* iuxta *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commodat. l. lucius. ff. de aqu. quotid. & æſtiu. l. ſi alij. ff. de vſufr. legat.* quod etiam voluit prius *Bart. in l. quominus. 2. n. 12. & ibi Iaſ. n.58. ff. de fluminib. Idem Bart. in l. in concedendo. ad med. ff. de aqu. pluu. arcend.*
3 vbi teſtatur, † ita fuiſſe iudicatum, vt ſecunda conceſſio etiam valeat, tanquam talis vſus vtrique ſufficiat, vel ſufficere poſſit, amplians ad quodlibet ius, per quod non impediatur vſus eius iuris, quod quis prius habebat in aliqua re *l. ſed & ſi quid. §. fin. cum l. ſeq. ff. de vſufr.*

Quare etiam concludunt Doctores, quod ſi inter domum feudatariam, & domum propriam directi domini concedentis feudum,
4 ſit in medio puteus, † qui continet tantam aquam, quæ ſit ſufficiens vſui vtriuſque domus, debet ſeruire vtrique, itaut proprietarius non poſſit prohibere feudatarium ab hauſtu dictæ aquæ, quidquid aliud ſit, quando non ſufficeret vtrique, nam tunc dominus eſſet præferendus *Bald. in c. 1. §. ſi quis de manſo. n.10. col.5. ad med. de controuerſ. inueſtit. Iaſ. in l. quominus. n.58. verſ. quarto ad prædicta. ff. de fluminib. poſt Rom. in l. in concedendo. ff. de aqu. pluu. arcend. Bald. in l. ſi plures. 6. n.3. C. de fideicommiſſ.*

Quare non poteſt parochus eccleſiæ S. Io. Maioris impedire vſum dictæ eccleſiæ conceſſum Patribus, tanquam vtriſque poſſit deſer-
5 uire abſque aliquo ſuo præiudicio, † cum potius magnum eius verſetur commodum, tanquam eccleſia indigeat reparatione, & eccleſiaſticis ornamentis pro diuino cultu, quibus per Patres Theatinos ex eorum ſeruitio, & diligentia prouidebitur, quod totum redundat in vtilitatem eiuſdem Parochi, maximè, quia eccleſia eſt capax, & ſituata in loco, in quo propter copioſam multitudinem plebis ibidem exiſtentis cum maiori fructu animarum poteſt vſus eiuſdem eccle-
6 ſiæ exerceri, † quæ omnia faciunt, vt magis conceſſio executioni demandetur, cum nulla cauſa cõtradictionis poſſit conſiderari *Hoſt. in c. ad audientiam. il 1. n.1. vbi Io. Andr. n.2. Butr. n. 2. Anchar. n.2. Abb. n.16. de eccleſ. ædificand.*

Et quatenus etiam poſſet prætendi aliquod præiudicium Rectoris, de quo tamen non
7 cõſtat ex ſupradictis, † Nihilominus cũ Papa conceſſerit talem vſum iſtius eccleſiæ parochialis, ſatis dicitur derogaſſe iuri alterius, & conſideraſſe præiudicium eiuſdem Rectoris, cum in omnibus gratijs de ſui natura præiudicialibus, vt eſt vnio, exemptio, erectio cum ſimilibus non poſſit dari de ignorantia Papæ, nec de ſubreptione, nec de non derogatione regulæ de non tollendo iure quæſito *Card. Seraph. decis. 1445.* quidquid aliud ſit, quando Papa non intellexit factum, ex quo oriebatur præiudicium, prout in iſtis terminis loquuntur contrariæ deciſiones, de quibus idem *Card. Seraph. deciſ. 144. n.6.*

Et ſemper ceſſat ius alteri quæſitum, quamuis de eo non ſit facta mentio, quando
8 materia † ſuper qua cadit conceſſio affert de ſui natura præiudicium, prout in caſu noſtro, in quo illud neceſſario, & patenter continetur, nam alias conceſſio eſſet ſine effectu *Bald. in l. nec auus. 4. in princ. C. de emancipat. liberor. Corn. conſ. 83. n.16. lib. 4. Hoſtienſ. in c. cum inferior. 16. col. 2. ad med. vbi Butr. n. 11. Zabarell. n.10. Bellam. n. 8. de maiorit. & obedient. Cardin. Seraph. deciſ. 1445.* dixi *ſupr. c. 458. n.7. vſque ad 17.*

Neque obſtat, quod talis conceſſio fuerit facta
9 abſque præiudicio Rectoris, † Quia intelligitur ſolum reſpectu eorum, quæ non ſunt in gratia expreſſa *Oldrad. conſ. 14. alias 330. in fin. Pariſ. conſ. 70. n. 12. lib. 1. Caputaq. deciſ. 284. lib. 1. Mandoſ. conſ. 10. n.14. Gomeſ. de iur. quæſit. non tollend. q. 1. n. 14. Put. deciſ. 184. lib. 3.* cum alijs in *tract. de clauſul. p. 3. clauſ. 157. n. 3. Menoch. conſ. 10. n. 14. lib. 1. Rot. deciſ. 192. n.5. par. 1. in recentior. Gabr. conſ. 151. n.29. cum ſeq. lib. 2. Creſcent. deciſ. 7. in fin. de iurepatron.*

Minus obſtat, quod Archiepiſcopus non po-
10 tuerit talem conceſſionem facere, † Quia ſtante confirmatione Apoſtolica dicitur cõceſſio Papalis *Curt. Iun.* qui de communi *conſ. 342. n. 20. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 267. n.7. Honded. conſ. 5. in fin. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 153. n.1. & deciſ. 794. n.26. Rot. diuerſ. deciſ. 451. n.1. & deciſ. 369. n.3. p.1.*
Maximè, quia fuit confirmata conceſſio,
11 quæ de per ſe † non poterat ſubſiſtere, quo caſu confirmans dicitur facere actum nouum, non autem confirmare *Bart. in l. more. n.5. ff. de iuriſd. omn. iudic. Ang. Aret. conſ. 124. n.18. poſt Bald. in l. ex placito. C. de rer. permut. & in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. Pariſ. conſ. 3. n. 40. & 41. lib. 4. Rot.*

coram

Digitized by Google

coram Gregor. XV. deciſ. 267. n. 8.

Maximè, quia Archiepiſcopus in huiuſmodi
12 conceſſione proceſſit tanquam delegatus † ex facultate ſibi tradita per Sanctiſſimum cum derogatione decreti Sacræ Congregationis Regularium, ex qua fuit aucta, & ampliata iuriſdictio ipſius Ordinarij, non autem ſimpliciter excitata, quod facit, vt dicantur omnia geſta tanquam per Delegatum Apoſtolicum *Anchar. in c. licet. in fin. vbi Felin. n. 1. de offic. ordinar. Boer. deciſ. 151. n. 5. Addit. ad Matthe ſil. ſing. 89. n. 2. Lanfrant. deciſ. 49. Rim. Iun. conſ. 203. n. 11. cum ſeq. lib. 2. poſt Ang. Imol. Rom. Alex. & alios in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. Caſtr. in l. 1. §. opus nouum. ff. de nou. oper. nunciat.*

Vnde nihil adſeribendum erit Archiepiſcopo Delegato, qui in hoc nullum proprium ha-
13 buit, † ſed omnia dicentur geſta nomine Papæ delegantis *Alex. in rubr. ff. de offic. eius. n. 12. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 12. n. 5. & 6. Aleiat. in rubr. de offic. ordinar. n. 6.* iuxta *l. 1. §. qui mandatum. ff. de offic. eius Bellon. lib. 1. ſupputat. iur. c. 11.*

Valebit igitur gratia, cum de poteſtate Papæ non ſit dubitandum, qui eſt abſolutus do-
14 minus in beneficialibus, † & præcisè poſſit concedere eccleſiam parochialem ſæcularem clericis regularibus etiam inuito Rectore *Gloſ. in c. ad audientiam. il 2. in princ. vbi Hoſt. n. 1. Butr. n. 5. Anchar. n. 3. Abb. n. 6. de eccleſ. ædificand.*

Prout etiam conſtat de voluntate Papæ, cui fuit
15 narratum totum factũ, † ex cuius narratione tollitur ignorantia, & non poteſt allegari aliqua ſubreptio *Aegid. deciſ. 9. n. 2. Felin. in c. ſuper litteris. 20. n. 8. ad fin. verſ. limita hanc regulam. de reſcript. Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 10. c. 2. n. 9.* Itaut confirmatio poſtea ſubſecuta ſuper tenore facti
16 narrati dicatur validiſſima, † & ex certa ſcientia *Rot. diuerſ. deciſ. 455. n. 3. p. 1. Garz. de beneſic. p. 5. c. 2. n. 226. cum ſeq.*

Et percurrẽdo omnia narrata ſummo Pontifici apparebit non poſſe allegari aliquam ſubreptionem, ſed omnia iuxta eius mentem, & voluntatem fuiſſe conceſſa, fuit enim expoſitum, quod eccleſia erat ſæcularis, & eius
17 vſus per regulares petebatur, † quod erat neceſſarium de iure exprimere, vt gratia ſubſiſteret, prout è contra quando ſæcularis petit eccleſiam regularem *Bellam. deciſ. 172. collatio. n. 1. Caſſador. deciſ. 4. de prabend. Felin. in c. in noſtra. n. 41. & 44. de reſcript. Bald. in l. fideicommiſſi. §. ſi ſeruo. ff. de legat. 3. Silu. de beneſic. q. 11. n. 122. Menoch. de arbitr. caſ. 201. n. 86. & 87. fol. 197.*

Item fuit expreſſum, quod eccleſia erat paro-
18 chialis, cuius ſola expreſſio ſufficit, † cum non ſit parochialis qualificata cum collegio, vel ſimilibus qualitatibus, tũc enim illa non veniret ſub ſimplici nomine parochiæ, tanquam eſſet facienda etiam mentio qualitatis collegiatæ *c. licet canon. 14. & c. ſtatutum. 22. de elect. in 6. Gomeſ. de annal q. 8. ad fin. verſ. eſt tamen bene verum. Rebuff. de non promot. infra ann. n. 60. Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 3. q. 2. per tot. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. n. 2. & 3.*

Prout etiam narratum fuit nomen dictæ Ec-
19 cleſiæ S. Ioannis maioris, quæ qualitas † de iure eſt exprimenda *Gloſ. in c. quamuis. de prabend. in 6. Caſſador. deciſ. 13. eod. tit. Lap. alleg. 15. Felin. in c. cum acceſſiſſent. col. 1. de conſtitut. Aim. conſ. 114. n. 12. Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 10. c. 2. n. 22. vſque ad 25. fol. 162. Menoch. de arbitr. caſ. 201. n. 34.*

Cum etiam ex abundanti fuerit addita ſituatio eiuſdem eccleſiæ in regione ſedilis por-
20 tus, † in quo adeſt copioſa multitudo plebis cũ expreſſione capacitatis, & amplitudinis eiuſdem eccleſiæ aptæ per concurſum populi ad vſum petitum pro maiori fructu animarum, quamuis iſta non eſſent neceſſaria, niſi in caſibus, de quibus per *Silu. de beneſic. q. 11. n. 117. Menoch. de arbitr. caſ. 201. n. 72.*

Quemadmodum etiam fuerunt reſeruata tam in principio, quàm in medio, & in fine iura, introitus, & emolumenta quæcumque, quomodocumque, & qualitercumque competentia Rectori, parochialibus, & alijs pre-
21 sbyteris hebdomanarijs, † & cęteris capellanis, ſiue cõfratribus dictæ eccleſiæ, & beneficiatis, ſiue clericis quibuſcumque, quæ expreſſio ſufficit, vt gratia non poſſit dici ſubreptitia *Felin. in c. in noſtra. n. 5. de reſcript. Gemin. & Io. Andr. in c. gratia. poſt Gloſ. ibid. in verb. ignoranti eod. tit. in 6. Idem Gemin. conſ. 107. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 201. n. 138. Silu. de beneſic. par. 3. quaſt. 11. n. 3.*

Præſertim, quia omnia iſta fuerunt tractata cum Archiepiſcopo, cui per litteras Illuſtriſſimorum Cardinalium Nepotum Summorum Pontificum Gregor. & Vrbani de mandato eorum ſcriptas fuit remiſſum huiuſmodi negotium integrè decidendum in totum, & per omnia eius arbitrio, & paſtorali zelo cum facultate eligendi, & concedendi Patribus illum locum, quem magis opportunum exiſtimabit, non obſtãte decre-
22 to Congregationis Regularium, † & cum per Archiepiſcopum fuerit electus, & aſſignatus locus, de quo agimus, non erant amplius qualitates talia loci narrandæ ſummo Pontifici, cum omnes eſſent notæ eidem Archiepiſcopo, tanquã ageretur de re in eius ciuitate, & diœceſi exiſtente, quo caſu non requiritur alia expreſſio *clem. 2. de offic. ordinar. Hoſt. & Io. Andr. in c. cum noſtris. de conceſſ. prabend. Felin. in c. ad aures. n. 15. vbi Bero. n. 18. in fin. de reſcript. Gomeſ. de annal. quaſt. 9. verſ. adduertatur. Silu. de beneſic. quaſt. 12. n. 55. Menoch. de ar-*

Digitized by Google

arbitrar.caſ.201.n.70. & 150.vſque ad 158.
Ideo ſatis erat, quod omnia iſta eſſent nota Archiepiſcopo, abſque eo, quod amplius narrarentur ſummo Pontifici, cum ab eo habuerit facultatem, vt locum magis commodum Patribus aſſignaret, & in omnibus, & per omnia ſuo arbitrio huiuſmodi nego-
23 tium integrè definiret, † quæ verba ſunt adeo ampla, vt nullius licentia ſit requirenda, ſed libera poteſtas ſit conceſſa *Bald.de pac. conſtant. §. nomine. in fin. n.2. Ruin. conſ.133. n.3. lib.2. & conſ.222. n.10. lib.1. Pariſ. conſ.71. n.18. lib.3. Socin. Iun. conſ. 102. n.32. lib.2. Menoch. conſ.87.n.15.lib.1. Becc.conſ.88.n.47.* cum alijs per *Surd. conſ. 380. n.37. lib.3.*
Additur fauor religionis, vtilitas publica, cura animarum, multitudo populi, augmentum
24 cultus diuini, † eccleſiæ reparatio, cum alijs in relatione contentis, quæ omnia faciunt, vt iſta conceſſio ſit neceſſaria, & omnino facienda nedum per ſummum Pontificem, ſed etiam per quemcumque Ordinarium *Abb. in c. ad audientiam. il 2. n.6. vbi Butr. n.5. Io.Andr.Auchar. & alij. de eccleſ.ædificand.*

E P I T O M E.

ABſentes quando dicantur contrahere ſocietatem, ſi communiter poſſideant hæreditatem paternam. ¶ Communicatio in capitali, & proprietate an inferatur, ſi vnus ex fratribus ducat vxorem cum magna dote, & alter incumbat aduocationi, & vterque ponat in communi quæſita in dicto munere, & fructibus dotis. ¶ Pater an habeat aliquẽ vſumfructum in bonis per filium acquiſitis in ſeruitio Principis. ¶ Et quid ſi illa per eumdem Principem fuerint donata filio contemplatione patris, & propter illius merita. ¶ Et quãdo in eis alij fratres poſſint prætendere communionem. ¶ Societas vniuerſalis omnium bonorum ex quibus inducatur. ¶ Et an poſſit contrahi tacitè, ſicut expreſsè. ¶ Donatio maioratus facta per Principem cum onere, vt deueniat ad ſucceſſores an ſit acquiſita tam primo donatario, quam ſequentibus, itaut illum habeant liberum abſque eo, quod aliquid patri quæratur. ¶ Clericus an debeat conferre bona ex rebus eccleſiaſticis acquiſita. ¶ Et quando illa habeantur pro peculio quaſi caſtrenſe. ¶ Societas reſpectu bonorum communium patriæ an inducat ſocietatem quo ad alia bona in locis externis exiſtentia. ¶ Principes ſæculares habentes regalem dignitatem an fruantur priuilegijs Romano Imperatori cõceſſis. ¶ Argumentum à collatione bonorum ad ſocietatem an ſit validum. ¶ Peculium caſtrenſe, ſeu quaſi quando ſit communicandum inter fratres tam viuente patre, quam poſt obitum illius.

S V M M A R I V M.

1 *Societas omnium bonorum ex quibus inducatur, & quæ ſint probanda. n.2.*
3 *Abſentes non dicuntur contrahere ſocietatem, ſi inter eos non fiat communicatio lucrorum, quamuis communiter poſſederint paternam hæreditatem.*
4 *Vniuerſalis ſocietas non arguitur, ſi vnus ex fratribus poſt reditum ad patriam cum alijs ſimul habitauerit, & in communi cum eis vixerit adminiſtrando bona patrimonialia. & n. 6.*
5 *Societas reſpectu bonorum communium patria non inducit ſocietatem quo ad alia bona in locis externis acquiſita.*
7 *Frater negocia gerens ſuo proprio nomine non dicitur contraxiſſe ſocietatem vniuerſalem cum alijs fratribus, quamuis cum eis habitet, & lucra, & diſpendia communicet, & ſimul cauſas, & lites defendat. Declara, vt n. 8.*
9 *Communicatio in capitali non infertur, ſi vnus ex fratribus ducat vxorem cum magna dote, & alter incumbat aduocationi, & vterque ponat in communi quæſita in dicto munere, & fructibus dotis.*
10 *Acquiſita per vnum ex fratribus in ſeruitio Principis non ſunt communicanda alijs fratribus, nec in eis pater habet aliquem vſumfructum, ſed retinentur ad ſimilitudinem peculij caſtrenſis. n.11.*
12 *Principes ſeculares habentes regalem dignitatem fruuntur omnibus priuilegijs Romano Imperatori conceſſis.*
13 *Donatio maioratus facta per Principem cum onere, vt deueniat ad ſucceſſores, acquiritur tam primo donatario, quam ſequentibus, qui illum habebunt liberum abſque eo, quod vſusfructus patri quæratur. & n. 14.*
15 *Ius caſtrenſis peculij an ceſſet per mortẽ filij.*
16 *Bona donata per Principem filijs contemplatione patris acquiruntur in totum filijs, nec in eis pater habet aliquem vſumfructũ.*
17 *Peculium caſtrenſe non confertur.*
18 *Clericus non tenetur conferre bona ex rebus eccleſiaſticis acquiſita, quæ habentur pro peculio quaſi caſtrenſe. & n. 19.*
20 *Argumentum à collatione bonorum ad ſocietatem an ſit validum.*
21 *Peculium caſtrenſe, ſeu quaſi an ſit communicandum inter fratres, tam viuente patre, quam poſt obitum illius. & n. 22.*
23 *Societas vniuerſalis poteſt contrahi tacitè, ſicut expreſſè.*
24 *Lucra, quæ proueniunt ex communi patrimonio, ſunt communicanda inter fratres.*

CAP. DCCCCXCIII.

VNiuerſalem ſocietatem omnium bonorum, dixi non poſſe conſiderari in caſu propoſito, quia non probantur illa tria requi-

1 requiſita, † videlicet communio omniū bo-
norum, conuictus & eorum promiſcua poſ-
ſeſſio, ſecundo lucrorum vniuerſorū ex qua-
cumque cauſa, & damnorum, & onerū com-
municatio, tertio quod de ſuperlucratis ra-
tio inter eos redi ſolita non fuerit, quæ tria
probanda ſunt, itaut non ſufficiat vnum ſine
altero *Bart. in l. ſi patruus. n. 14. C. commun.
vtrinſque indic. Bald. conſ. 120. n. 3 lib. 1. &
conſ. 491. ſi duo fratres. lib. 5. Aim. conſ. 159.
n. 1. Gabr. conſ. 51. n. 1. lib. 2. Menoch. conſ. 375.
n. 6. lib. 4. Socin. conſ. 160. n. 2. lib. 2. Cephal.
conſ. 340. n. 12. lib. 3. Roland. conſ. 91. n. 29. &
30. lib. 1.* cum alijs latè adductis per *Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 6.*
2 *tit. 10. n. 2.* † vbi etiam quod ita fuit reſolu-
tum in *Rot. coram Card Lancell. Romana bo-
norum de Ceruiarijs ſiue de Cruciarijs. 20.
Februarij 1568. quæ eſt decis. 169. n. 10. p. 2.
diuerſor. & coram R. P D. Manzanedo Ro-
mana diuiſionis. 5. Nouembris 1612.*

Et minus in caſu noſtro cenſebitur contracta
talis ſocietas vniuerſalis, quia ſumus in fra-
tre abſente ſeparatim viuēdo, & Principi in-
ſeruiendo, quamuis enim poſſit eſſe ſocietas
3 inter abſentes, tamen † ſi inter eos nulla ſit
communicatio lucrorum, non dicuntur con-
traxiſſe ſocietatem, licet etiam paternā hæ-
reditatem communiter poſſederint *Decian.
conſ. 36. n. 2. lib. 1. poſt Anchar. conſ. 31. quia
quæſtio modicam. col. 1. Card.* Mantic *de tacit.
& ambig. conuention. lib. 6 tit. 10. n. 7. & 8.
Ludouic. concluſ. 53. verſ. ſecunda coniectu-
ra. Maſcard. concluſ. 1310. n. 27.*

Et quamuis præſupponatur fratrem abſentem
poſt reditū à ſeruitijs Principis ad patriam
cum alijs ſuis fratribus habitaſſe, & in com-
4 muni vixiſſe, immo gubernium, † & admini-
ſtrationem domus, & bonorum patrimonia-
lium ſuſcepiſſe, & per annū adminiſtraſſe, &
computa dati, & recepti ex dictis bonis reti-
nuiſſe, Tamen iſta non arguūt aliquam ſocie-
tatem vniuerſalem *l. ex patre. §. filius. ff. fa-
mil. erciſc. Bart. in l. titium & meuium. §. al-
tero. n 5. verſ. primo caſu. & n. 6. ff. de admi-
niſtr. tut. & in l. ſi patruus. n. 9. &* 10. *C. com-
mun. vtriuſq. iudic. Alex. conſ. 133. n. 2. verſ.
quod videtur. lib. 2. Corn. conſ. 58. n. 1. & 2.
lib. 4. Card. Mantic. d. tit. 10. n. 10. vſque ad 12.*
vbi etiam quod neq; ſufficeret ad iſtū effectū,
quod in patria originis emptiones bono-
5 rum fierent communi nomine, † nā licet quis
voluerit eſſe ſocius fratrū ſuorū quo ad bo-
na cōmunia patriæ, nō tamen ſequitur, quod
idē voluerit quo ad alia bona, quæ induſtria
ſua, & multo labore in locis externis compa-
rauit, ideo ad inducēdam ſocietatē omnium
bonorū debent eſſe coniecturę plures, & gra-
ues, quæ non poſſent fieri citra ius, & nomen
ſocietatis *Dec. conſ. 21. col. 2. ad med. verſ. talis
enim ſocietas n. 1. Cephal. conſ. 247. n. 20. vſq;
6 ad 30. lib. 2.* † vbi ſubdit, quod frater, ſeu pa-
truus gubernans perſonam, ſeu res fratris, &
nepotis non dicitur cōtraxiſſe cum eis ſocie-
tatem, quamuis bona ſimul in communi re-
tinuerit, cum potuerit moueri intuitu pieta-
tis, tanquam ad eum vti proximiorē ſpectet
talis adminiſtratio, ad cuius rationē redden-
dam tenebitur, non tamen tanquā ſocius cō-
municabit, & quatenus inter ipſos fuiſſent
cōmunicata bona hæreditaria, ſeu bonorum
fructus, ſocietas eſſet limitata ſolū reſpectu
dictorum bonorum, ſeu fructuum, non autem
omnium vniuerſorum *Dec. conſ. 435. n. 5. Sa-
lic. in l. ſi patruus. C. commun. vtrinſq. iudic.
Alex. conſ. 24. viſis dubijs. ad fin. lib. 1. Ruin.
conſ. 141. n. 24. lib. 5. Cephal. d. conſ. 247. n. 26.
& 27. lib. 2.*

Immo quamuis etiam plures coniecturæ con-
currerent ad inducendam talem ſocietatem
inter fratres veluti cohabitatio, & quęſtus &
7 lucri. & diſpendij cōmunicatio, † litium, &
cauſarum mutua defenſio, & publica vox, &
fama, quod eſſent ſocij omnium bonorū, non
tamen debemus intelligere illam eſſe cōtra-
ctam inter eos, ſi appareret, quod vnus ex ſo-
cijs ſuo proprio nomine negotia gereret, &
bona ſibi acquireret, nulla fratrum mentione
facta *Bald. conſ. 82. primo videtur dicendum.
lib. 5. Decian. conſ. 36. n. 38. verſ. & pro præ-
miſſorum. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 5.
tit. 10. n. 20. & 21.* vbi etiam ſubdit, quod licet
probaretur, quod tales fratres ſimul cohabi-
taſſent ſpatio triginta, vel quadraginta an-
norum, communiter percipiendo omnes, &
quoſcumque redditus, & prouētus bonorum
tam paternorum, quàm maternorum, non ta-
men deberet præſumi ſocietas vniuerſalis
8 omnium bonorum, † niſi probetur, quod om-
nia, & quæcūque lucra ex officijs, & ex qua-
cumque cauſa percepta acquiſiuerint *Rub.
Alex. conſ. 87. n. 1. & conſ. 91. in princ. Aim.
conſ. 159. n. 1. & conſ. 131. n. 12.* Nā ex actibus,
qui poſſunt fieri citra ius, & nomē ſocietatis
vniuerſalis omnium bonorum, illa nunquam
præſumitur *Socin. conſ. 87. n. 8. lib. 1. Dec. conſ.
548. n. 5. Corn. conſ. 58. n. 1. in fin & n. 2. verſ.
cum itaque inter dictos fratres. lib. 4. Aldobr.
conſ. 116. quod eſt vlt. n. 2. lib. 1.*

Quare etiam ſi duo fratres habent bona cōmu-
nia, & alius duxit vxorem cum magna dote,
9 & alter incumbit aduocationi, † & vterque
ponit omnia in cōmuni tam quęſita ex dicto
munere, quàm ex fructibus dotis, tamen non
ex hoc dicitur facta aliqua cōmunicatio, nec
in proprietate, nec in capitali, cū in tali ſo-
cietate tacita volūtas colligatur ex facto, &
actibus, qui illam declarant, itaut ex cōmu-
nicatione fructuum non ſequatur intentio
communicādi capitale acquiſitum ex aduo-
catione, ſeu ex dote, aut hæreditate cū ſimi-
libus, ideo vnuſquiſq; dictorum fratrum po-
terit retinere præcipuum capitale abſq; eo,
quod alter poſſit aliquid ſuper eo pretendere
*Salic. in l. ſi patruus. col. vlt. n. 14. C. commun.
vtrinſq. iud.* iuxta *l. cum duobus. §. ſi fratres.*

ff. pro ſoc. c. 1. de fratrib. de nou. benef. inueſt.
ſequitur Alex. conſ. 48. n. 6. lib. 2. Petr. de
Vbald. de duob. fratrib. q. 3. princip. Aldobr.
conſ. 116. quod eſt vlt. n. 8. lib. 1.

Ceſſante igitur ſocietatē vniuerſali, dubiū pro-
poſitum nullam recipit difficultatem, uam
licet Simon haberet tres fratres, cum quibus
in communi viuebat, & bona patrimonialia
10 poſſidebat, tamen † cū fuerit vocatus ad ſer-
uitia ſummi Pontificis, cui fuit data digniras
Cubicularij ſecreti, & participantis, & fuit
effectus Dux vnius triremis pontificiæ, & ab
eodem Pontifice habuit plures pēſiones, tam
in ſtatu eccleſiaſtico, quā in partibus hiſpa-
niarum, & multa egregia munera, ex quibus
iūcta parſimonia & induſtria, acquiſiuit ma-
gnam pecuniarum quantitatē, non eſt æquum
vt communicet ea, quæ ex liberalitate Prin-
cipis conſequutus eſt, ſiue mobilia, ſiue im-
mobilia, vt enim imperialis fortuna omnes
alias ſupereminet, ita oportet & principales
liberalitates culmen habere præcipuū, quare
huiuſmodi res omni acquiſitione abſolutas
habere debet, itaut ſolum ſibi acquirat, nec
earum vſumfructum pater, vel auus, vel pro-
auus ſibi vendicet, ſed ad ſimilitudinem ca-
ſtrenſis peculij omnem facultatem in eis fi-
lijfamilias retineant, iſta ſunt verba tex. in
l. cum multa. 7. C. de bon. quæ liber. quod etiā
dicitur in l. vnic. C. de caſtrēſ. pecul. omn pa-
11 latinor. lib. 12. † vbi omnes Palatini quidquid
quæſierint ex donis Principis, aut eorum in-
duſtria retinent, tanquam caſtrenſe pecu-
lium, quod eſt vnum ſpeciale Principis ad
fauorem Palatinorum inter multa alia pri-
uilegia eiuſdem Principis, prout etiam notat
Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 5. con-
ſider. 24. priuileg. 154. fol. 138. poſt Iacob. de
S. Georg. de feud. in verb. princeps. in penult.
ſpecial. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 26.
limit. 31. n. 5. verſ. quartū ſpeciale. fol. 57. Iaſ.
in auth. ex teſtamento. n. 11. ad fin. verſ. ſed
mirandum. C. de collat. & in l. fin. col. vlt. n. 6.
vbi Dec. n. 6. C. qui teſtam. facer. poſſ. Alex. in
l. 1. §. hoc autem. n. 5. ff. ad trebell. Suarez in
quæſt. an in bon. maiorie. pater hab. vſumfr.
n. 17. fol. 595. Cald. in l. ſi curatorem habens.
in verb. læſis. n. 106. C. de in integr. reſtit. mi-
nor. fol. 298. Mendez. in l. cum oportet. in 3.
exempl. n. 184. C. de bon. quæ liber. fol. 309.
Mantua ſing. 601. legatis ad cæſarem. n. 2.
ad med. verſ. tertio ad idem. Clement. de patr.
poteſt. effect. 2. n. 41. limit. 4. Schrader. de feud.
12 p. 10. ſect. 1. n. 31. fol. 21. † vbi extendit ad alios
Principes ſæculares habentes regalem digni-
tatem, qui fruuntur omnibus priuilegijs Ro-
mano Imperatori conceſſis Iaſ. conſ. 235. n. 1.
lib. 2. Roland. conſ. 1. n. 49. cum ſeq. lib. 3. &
conſ. 4. n. 42. eod. lib.

Amplius ſi fiat donatio maioratus, ſeu fideicō-
miſſi cū onere perpetuo, vt deueniat ad ſuc-
13 ceſſores, tā primus donatarius, † quām cæteri
ſequentes habebunt illud liberū abſque eo,
quod vſusfructus patri quæratur Suar. in d.
q. an in bon. maiorie. pat. hab. vſumfr. n. 18. cū
ſeq. Mendez in l. cū oportet. in 3. exēpl. n. 188.
in fin. verſ. ſecundo intellige. C. de bon. quæ
14 liber. † vbi quod huiuſmodi priuilegium du-
rat in quolibet poſſeſſore, qui dicitur talem
rem habere à Principe l. vnum ex familia.
67. §. ſi de falcidia ff. de legat. 2. l. cohæredi. 41.
15 §. 1. ff. de vulgar. & pupill. † ideo non conſi-
deratur, quod ius caſtrenſis peculij ceſſet per
mortem filij l. per procuratorem. 90. ff. de
acquir. hæredit. quod etiam voluit Gomeſ. in
l. 48. taur. n. 4. Palaez de Mier. de maiorat.
p. 1. q. 26. col. 2. Gregor. in l. 5. & 7. tit. 17. p. 4.
Quæ etiā procedunt, quamuis donatio fieret
16 per Principem filio contēplatione patris, † &
propter eius ſeruitia, quia nihilominus do-
nata acquiruntur in totū filijs iuxta d. l. cum
multa. 7. C. de bon. quæ liber. vt in ſpecie con-
cludit Caldas de nomin. emphyteuſ. q. 18 n. 6.
& in l. ſi curatorē. in verb. læſis. n. 106. & 107.
C. de in integr. reſtit. minor. Gomeſ. ad l. 48.
taur. n. 6. quidquid aliud ſequatur Palat.
Rub. in rubr. de donation. int. vir. & vxor.
§. 45. in fin. & Connan. lib. 1. c. 16. n. 8. Quia
contra eos eſt verior opinio, vt teſtatur
Mendez in l. cum oportet. p. 1. in princ. & in
fin. n. 188. C. de bon quæ liber. fol. 316.

Cū ergo omnia prædicta acquiſita ſint propria
17 ipſius acquirentis, † & habeantur pro pecu-
lio caſtrenſi, non conferuntur l. 1. §. nec ca-
ſtrenſe. ff. de collat. bonor. l. filia licet. C. de
collat. Gomeſ. in §. actiones. n. 15. inſtit. de
actionib. Mendez in l. cum oportet. n. 153. &
185. C. de bon. quæ liber. Prout etiam eſt in
clerico, qui non tenetur cōferre bona ex re-
18 bus eccleſiaſticis acquiſita, † cum ſint loco
peculij quaſi caſtrenſis, in quo ei permittitur
plenum ius de eo diſponendi l. ſacroſancta.
33. C. de epiſc. & cleric. Hoſt. in c. quia nos.
vbi Barbat. n. 9. & Couar. n. 2. & 3. de teſtam.
Suarez in d. q. maioratus. n. 31. & 39. Rojas de
ſucceſſ. c. 17. n. 9. Petr. Vbald. de duob. fratrib.
p. 6. q. 17. n. 18. Quæ omnes qualitates con-
currunt in caſu noſtro, cum non ſolum ſimus
19 in rebus acquiſitis in ſeruitio Principis, † ſed
etiam in bonis clerici, itaut concurrat tam
peculium caſtrenſe, quam etiam quaſi caſtrē-
ſe, quod eſt ei acquiſitum liberè, abſque vlla
collatione Ioſeph. Gond. lib. 1. var. quæſt. n.
26. Iaſ. in l. filia licet. 12. n. 4. C. de collat.
Molin. de primogen. hiſpan. c. 19. n. 29. lib. 1.

Alia ad materiam ſocietatis tacitæ, & expreſſæ
quando illa cenſeatur inter fratres cōtracta
adduxi ſupr. c. 714. & latè ponit Maſcard.
concluſ. 1310. n. 1. vſque ad 30. Aleiat. præ-
20 ſumpt. 25. regul. 3. † vbi etiam notat an ſit
arguendum à collatione bonorum ad ſocie-
tatem, dās exemplum in Doctore, qui multa
bona acquiſiuit ex quaſi caſtrenſi peculio,
cuius ſunt præcipua talia lucra, nec acqui-
runtur patri, quamuis ſit in eius poteſtate,
vnde neque communicabuntur alijs fratri-
bus,

Digitized by Google

bus, quamuis ſteterint in communione iuxta *Roman.conſ.145. ad med. Iaſ. in auth. quod locum.col.5. C. de collation. Luc.de Penn.in l.iubemus.col.penult.in princ.verſ. præterea ex hac lege quod eum ſunt plures . C. de ſi-
21 lentiar. lib.12.* † Quibus tamen diſſentit *Al-ciat. d. præſumpt.25. n.5.* vbi quod licet iſta bona non conferantur, tamen debent communicari, ſi probetur, quod fratres ſteterint in communione, & concurrant cæteræ præſumptiones inducentes ſocietatẽ, tunc enim talia bona caſtrenſia, ſeu quaſi licet ſint priuilegiata, vt non conferantur, tamen non erunt talia ad effectum, vt non cõmunicentur, ſi conſtat, quod fratres voluerunt contrahere ſocietatem, & contraria procedunt
22 in quæſitis viuente patre, † ne labores acquirentium alijs fructum afferant, ſecus in lucratis poſt mortem patris, quia ſibi imputet, qui ſimul habitando, & ſociales actus faciendo ſocietatem contraxit, & in iſtis terminis loquitur *l.iubemus. C.de ſilentiar.lib.* 10. quod quidem eſt rationi conſonum, quia præſuppoſita ſocietate vniuerſali cũ requiſitis neceſſarijs ad eam inducendam, ſequitur,
23 quod omnia ſunt communicanda, † cum illa poſſit contrahi tam expreſsè, quàm tacitè *Bald. in l. ſi patruus . C. commun. vtriuſq. iudic. Iaſ. conſ.2. col.11.verſ.octauo non obſtat. lib.2. & conſ.3. per tot. eod. lib. Roland. conſ.91. n.28. cum ſeq. lib.1. Thob. conſ.64. n.9.* & quidquid nonnulli contrarium ſentiãt iſta opinio eſt verior, & magis communis, vt teſtatur *Decian.conſ.36.n.4.lib.* 1. cum alijs per *Maſcard.concluſ.* 1310.*n.*20. dixi *ſupr.*
24 *c.643.* † Quando autem talia lucra prouenirent ex bonis communibus, minor eſſet difficultas, vt per *Luc.de Penn. in d. l. iubemus. col.penult. in princ.C.de ſilentiar. lib.12.* & in dubio vnde præſumantur acquiſita *Cin. in l. ea demum. C. de collation.*

EPITOME.

HÆres quando dicatur in mala fide poſt acceptationem legati, itaut non poſſit vnquam præſcribere. ¶ Forenſis an ligetur ſtatuto Vrbis loquente de præſcriptione. ¶ Et an illud habeat locum in tranſactione, & executione ſententiæ, ſiue laudi. ¶ Vitium litigioſi an perpetuo duret contra perſonas, aduerſus quas fuit iudicatũ. ¶ Poſt ſeu ante executionem ſentẽtiæ petitam quanto tempore præſcribatur. ¶ Et quando præſcriptio ſtatutaria reguletur iuxta eam, quæ cõpetit de iure communi, itaut ſemper ſit neceſſaria bona fides. ¶ Et quo caſu illa interrumpatur per recognitionem debiti.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio etiam triginta annorum non admittitur aduerſus executionem laudi, & ſententiæ. Declara, vt n.2. & 11.*

3 *Hæres dicitur in mala fide poſt acceptationem legati, quod tunc nunquã præſcribitur.*

4 *Præſcriptio ſtatutaria regulatur iuxta illam, quæ competit de iure communi, & in ea requiritur bona fides. n.5. Amplia, vt n.6.*

7 *Statutum Vrbis* lib.1.c.158. *procedit in creditore ex cauſa mutui, vel ſimili negligente petere debitum per ſexdecim annos, ſecus in actione competente ex laudo. n.8.*

9 *Forenſis an ligetur ſtatuto Vrbis loquente de præſcriptione.*

10 *Præſcriptio interrumpitur per recognitionem debiti.*

12 *Statutum Vrbis de præſcriptione an habeat locum in tranſactione, & executione ſententiæ ſeu laudi.*

13 *Petitio executionis ſententiæ operatur, vt nunquam currat præſcriptio.*

14 *Vitium litigioſi perpetuo durat contra perſonas, aduerſus quas fuit iudicatum.*

CAPVT DCCCCXCIV.

LAudum, de quo agimus, dixi exequendum, Nam ſtante acceptatione, & emologatione illius, ſiue tranſitu in iudicatum
1 deficit bona fides † ob cuius defectum nulla admittitur præſcriptio aduerſus executionem laudi, & ſententiæ, quamuis adſit ſpatium triginta annorum, cum ad inchoandam talem præſcriptionem requiratur bona fides poſitiuè, & quando laudum eſt acceptatum, vel ex omni parte eſt vni fauorabile, non poteſt negari, quod habens contra ſe laudum dubitat de bono iure eius, ad cuius fauorem fuit laudatum, quæ dubitatio facit, vt non adſit bona fides poſitiuè, & conſequẽter impeditur initium vſucapionis, ita in ſpecie laudi concludit *Gabr. conſ.149. n.58. vſque*
2 *ad 62. lib.2.* † vbi ita declarat opiniones doctorum concludentium præſcribi executioni ſententiæ per triginta annos, quod non habeant locum ſtante acceptatione laudi, quæ facit ceſſare bonam fidem, & per conſequens præſcriptionem *Dec.conſ.271. viſo proceſſu. col.4. in fin. n.5.* & latè etiam declarat *Felin. in c. vlt. col.3. in princ. n.4. verſ. tertia declaratio. & ibi Pariſ. col.15. in fin. n.35. cum ſeq. de præſcriptionib.*
Quod comprobatur exemplo hæredis, qui præſcribit legatum, quando non apparet de ac-
3 ceptatione, aut petitione illius, † tunc enim nõ poterit dici hæres in mala fide quaſi præſumatur, quod legatarius non ex alia cauſa omittat petere legatum, quàm quod nolit illud acceptare, ſed potius remittere, cum aliud ſit quando conſtat de acceptatione legati, nam hoc caſu nunquam currit præſcriptio etiam triginta annorum, cum non ſit dare bonam fidem in hærede poſt declarationem animi legatarij volentis acquirere legatum iuxta doctrinam *Anchar. in c. ſine poſſeſſione. col.11. in fin. verſ. item intelligas*

Digitized by Google

cum intendit. n.7. de regul. iur. in 6. Pariſ.
conſ.16.n.134.lib.2.Socin.conſ.2.in fin.lib.3.
Dec. conſ.554. quod ſupra. n.3. Rol. conſ.21.
n.54. vſque ad 58.lib.2. Natt. conſ.488.n.17.
& 20. Surd. deciſ.25.n.4.& n.25.& de alim.
4 *q.6.tit.9.n.20.* † ſubdens, quod eodem modo
in hoc regulabitur præſcriptio ſtatutaria,
quæ ſubrogabitur in locum præſcriptionis
iuris communis *Cordub. in l. ſi quis à libe-*
ris. §.vtrum. n.40. de liber. agnoſcend.

Et cum non obſtet præſcriptio triginta anno-
rum, vt dictum eſt, neque obſtabit ſtatuta-
5 ria iuxta *c.158. lib.1.*† cum in ea requiratur
bona fides, itaut quamuis creditores exclu-
dantur ab eorum iuribus, & actionibus per
ſpatium ſexdecim annorum in pœnam,& ne-
gligentiã ipſorum non petentiũ ſua credita,
tamen talia ſtatuta circa præſcriptionẽ non
ligant, quando adeſſet mala fides, quãuis etiã
eſſent confirmata per ſummum Pontificem,
cum hoc caſu talis confirmatio nihil opere-
6 tur latè *Surd. deciſ.158.n.5.vſq. ad 18.*† licet
etiam ſimilia ſtatuta dirigerent verba ad
creditorem, quia neque operabuntur cum
mala fide *Card. Seraph. deciſ. 614. & deciſ.*
632.n.1.cum ſeq. poſt Abb.conſ.76.in fin.

Quamuis neque obſtet *d. Statut. Vrb. c. 158.*
lib. 1. cum loquatur in creditore ex cauſa
7 mutui, & depoſiti, † vel cuiuſcũque contra-
ctus cum hypotheca generali, ſeu ſpeciali
tacita, vel expreſſa, qui ſi fuerit negligens
per ſexdecim annos in petẽdo debitum, præ-
ſumetur ſatisfactus, Nos autem ſumus in
actione competente ex laudo, ex quo oritur
eadem actio, ſicut ex ſententia Iudicis ordi-
narij iuxta diſpoſitionem *Statut. Vrb. c.87.*
8 *lib.1.*† Vnde ad præſcribendam talem actio-
nem requiretur idem tempus, quod requiri-
tur in ſententia, cui non præſcribitur, niſi
ſpatio triginta annorũ *Lanfranc. de arbitr.*
q.20. verſ. quod dixi per modum, n.49. tom.3.
p.5. fol.219. Innoc. & Bald. in c. vlt. in fin. de
except. Pariſ. conſ.111.n.58. lib.1. Balb. de
præſcriptionib.4.p.4.part. princ.q.31.fol.381.
Ruin. conſ.67.n.1.lib.5. Tiraq. de retract. li-
gnag.§.36.gl.2.n.40. in fin. verſ. de poſtremo.

Accedat, quod ſumus in forenſibus, in quibus
non habet locum ſtatutum prædictum de
9 præſcriptione ſexdecim annorum, † vt late
concludit *Bon. de ſtatut. vrb. præſcription.*
gloſ.19. incip. contra omnes creditores. n.156.
cum ſeq. Caputaq. deciſ. 207. p.3. iuxta no-
tata per *Oldrad. conſ.248.n.3. Alex. conſ.44.*
lib.5. & conſ.100. n.2. lib.3. quidquid aliud ſit
ſi iudicium introduxit in Vrbe *Rot. diuerſ.*
deciſ. 602. p. 1.

Amplius in caſu noſtro fuit promiſſum concor-
10 dare partem ex cauſa dicti laudi, † quæ qui-
dem promiſſio operatur recognitionem de-
biti, & per conſequens interruptionem præ-
ſcriptionis *l. cum notiſſimi. 7. §. immo & il-*
lud. verſ. ſed & ſi quis debitorum. vbi Bald.
in princ. C. de præſcription. trig. annor. Idem
Bald. in l.1. col.6. ad med. verſ. ſed numquid
in noſtra lege ſuccumbens. n.20. & ibi Add.
in verb. interrumpit. C. de furt. & ſeru. cor-
rupt. Alex. conſ.81. col. penult. ad med. verſ. ſe-
cundo reſpondeo quod talis diſpoſitio. n. 14.
vbi Natt. in addit. in verb. interrupta præ-
ſcriptio. lib.6. Idem Natt. conſ.402.n.64. vbi
etiam allegat *Aret. in l. ſi creditori. col. pe-*
nult. ff. de legat.1. & latè comprobat *Matth.*
Coler. in c. illud. n.18. & 19. de præſcription.

Ex quibus tollitur diſputatio an executioni
laudi præſcribatur ſpatio triginta annorum,
11 etiam cũ mala fide, † quæ non videtur adeſſe
tanquam poſſit exiſtimari illud eſſe iniquũ,
vt per *Bald. Abb. Rot. & alios.* de quibus
Gabr. d. conſ.149. n.57. lib.2. Quod etiam in
præſcriptione ſexdecim annorum inducta
per ſtatutũ Vrbis voluit *Bon. de ſtatut. vrb.*
præſcript. gloſ. 19. contra omnes creditores
12 *n.135. & 136. fol.98.* † vbi quod idem ſtatu-
tum procedit in tranſactione, & executione
laudi, ſeu ſententiæ *Alex. conſ.95. lib.2. Corn.*
conſ. 77. lib. 2. Dec. conſ. 39. Nouell. de iur.
prothomiſ. §. 8. n. 49.

Præſertim, quia executio dicti laudi fuit alias
petita, quo caſu nunquam datur præſcri-
13 ptio† *Caputaq. deciſ.362.n.3. & 4.p.2. Achill.*
deciſ.5. n.2. de præſcription. poſt Bald. in
rubr. eod. tit. col. vlt. verſ. dubitatur. Rot. co-
ram Guidobono Aſculana Gabellarum. 22.
Iunij 1551. vbi quod illud officium Iudicis,
vel actio in factũ, quæ datur pro executione
ſententiæ erat effecta litigioſa ſtante execu-
tione cæpta, & non finita, maximè ſi poſt de-
claratoriam ante brachium ſæculare efflu-
xerunt triginta anni, & pendente lite non
currit præſcriptio, cum de iure canonico in-
14 ſtantia nunquam perimatur, † & vitium liti-
gioſi perpetuo duret contra perſonas, con-
tra quas fuit iudicatum *l.1. vbi Gloſ. in verb.*
longi temporis. C. de præſcription. long. tem-
por. Bart. in l.1. §. fin. ff de litigioſ. Iaſ. in
l.2. col. penult. C. de edend. & ſic non currit
præſcriptio propter malam fidem, & prædi-
ctam litem, & poſt executionem petitam
Caputaq. deciſ. 362. n.4. p.2.

E P I T O M E.

ONus ſoluendi debita donantis, dũmodo non excedant fructus ſuorũ bonorum vnius anni an intelligatur de ſolutione facienda omni caſu, vel tantum condicionaliter, ſi non appareat de exceſſu. ¶ Argumentum à contrario ſenſu quando ſit validum tam in contractu bonæ fidei, quàm ſtricti iuris. ¶ Dictio dummodo an importet conditionem, ſeu modum. ¶ Et quando ſit ſimilis dictioni quatenus, & aduerſetur narratis. ¶ Penſio reſeruata dummodo non excedat tertiam partem fructuum, an propter exceſſum vitietur in totum, vel reducatur ad dictam tertiam partem. ¶ Penſio ſi reſeruatur

per

per reſignantem beneficium in certa quantitate, & non alias an ſit indiuidua, itaut in minori ſumma deficiat illius conſenſus. ¶Et quid in ea, quæ reſeruatur per Papam ſuper beneficio vacante per obitum.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validum in quacumque diſpoſitione tam bonæ fidei, quàm ſtricti iuris.*

2 *Caſus non dicitur omiſſus, qui ex defectu cauſæ, ſeu rationis finalis à contrario ſenſu colligitur.*

3 *Dictio dummodo quando importet conditionem, ſeu modũ, & ſit ſimilis dictioni quatenus, & aduerſetur narratis. n. 4. 5. 6. & 17.*

7 *Conditio cenſetur appoſita ad commodum donatarij in cauſam piam.*

8 *Onus ſoluendi debita donantis adiectum donatario, dummodo non excedant fructus ſuorum bonorum vnius anni an intelligatur de ſolutione facienda omni caſu, vel tantum conditionaliter, ſi appareat de huiuſmodi exceſſu.*

9 *Verba debent aliquid operari, itaut non detur intellectus, per quem aliqua ſuperfluitas induceatur.*

10 *Diſpoſitio eſt interpretanda, vt ſit fauorabilis animæ diſponentis.*

11 *Penſio reſeruata dummodo non excedat tertiam partem fructuum, an propter exceſſum vitietur in totum, vel reducatur ad dictam tertiam partem. n. 12. & 13.*

14 *Conditio appoſita toti diſpoſitioni inducit formam, qua non ſeruata diſpoſitio eſt omnino nulla.*

15 *Reſignans beneficium reſeruata ſibi tanta penſione. & non alias an dicatur in minori ſumma præſtitiſſe conſenſum, itaut penſio ſit indiuidua: & quid in penſione reſeruata per Papam ſuper beneficio vacante per obitum. n. 16.*

CAP. DCCCCXCV.

IN donatione, de qua agimus, fuit per donantem iniunctum onus donatariæ, vt ex fructibus primi anni bonorum donatorum ſoluantur eius debita, quæ reperientur, dummodo non excedant fructus vnius anni, ex quibus verbis colligitur, quod ſi debita excedunt dictos fructus, liberabitur donataria à dicta ſolutione, cum iſta verba idem ſigni-
1 ficent, † ac ſi donans à contrario ſenſu dixiſſet, quod in caſu exceſſus non ſint ſoluenda, quod argumentum paſſim admittitur in quacumq; diſpoſitione, & contractibus ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris *l. pecuniam. ff. ſi cert. petat. Rimin. Iun. in l. 1. n. 395. ff. eod. tit. Aim. conſ. 70. n. 3. Iaſ. conſ. 115. lib. 1. Natt. conſ. 109. n. 5. Surd. conſ. 518. n. 5. lib. 4.* latè *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. con-*
2 *uention. lib. 2. tit. 14. n. 8.* † vbi etiam, quod hoc argumentum, licet verbis non ſit expreſſum, tamen ſufficit, quod ex verbis poſſit cõcipi, itaut non dicatur caſus omiſſus, qui ex defectu cauſæ, ſeu rationis finalis à contrario ſenſu colligitur, ideo erit comprehenſus, non ſecus ac ſi ſpecialiter fuiſſet expreſſus *Galiaz. in l. 1. in princ. n. 8. ff. de verb. obligat. Chriſtoph. de Caſtellio. in l. ſi cum dotem, n. 10. ff. ſolut. matrim.*

Quæ interpretatio magis confirmatur, quia dictio dummodo idem ſignificat ac ſi dictum
3 fuiſſet ſi modo, † quæ conditionaliter ſumitur, adeo vt defectu conditionis diſpoſitio euaneſcat *Rebuff. in l. maiore parte. 156. col. 2. poſt princ. ff. de verb. ſignific.* iuxta *l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de edend. l. reſcriptum. ff. de pact. l. quantum. ff. quod met. cauſ.*

Prout etiam talis dictio dummodo eſt ſimilis
4 dictioni † quatenus *Surd. conſ. 286. n. 11. lib. 2. Rim. Iun. conſ. 139. n. 20. lib. 2.* cuius natura
5 eſt aduerſari narratis, † & conditionem inducere *Bart. in l. 1. n. 20. ff. de condit. & demonſtr. Rebuff. in l. littus publicum. col. 2. ff. de verb. ſignific. Bero. conſ. 51. n. 12. lib. 2. Honded. conſ. 68. n. 11. lib. 2. & conſ. 57. n. 21. eod. lib. Rot. diuerſ. deciſ. 381. n. 2. p. 1.*

Et paſſim iſta dictio dummodo facit conditio-
6 nem, & eſt aduerſatiua præcedentiũ † *l. cum ab eo. ff. de contrah. empt. l. thais. §. ſtichum. ff. de fideicommiſſ. libert. Bart. in l. quibus. §. termiſſus. vbi Caſtr. & Socin. ff. de condit. & demonſtr. Curt. Sen. conſ. 78. col. 8. Aim. conſ. 10. n. 14. & conſ. 794. n. 3. Menoch. conſ. 918. n. 10. lib. 10. & conſ. 60. n. 47. & de arbitr. lib. 1. q. 86. n. 28. Surd. conſ. 186. n. 11. lib. 2. & deciſ. 209. n. 4.*

Quæ quidem conditio ad commodum donata-
7 riæ in cauſam piam cenſetur appoſita † *Menoch. d. conſ. 60. n. 47. lib. 1.* Ideo de neceſſitate exigitur illud, cui adiungitur ad hoc vt diſpoſitio poſſit effectum ſuum ſortiri, denotando præciſum implementum *Io. Andr. in c. ex tuarum. verſ. dummodo. de auctor. & vſu pall. Alex. in l. 1. in princ. in 2. notab. ff. ad leg. falcid. Ruin. conſ. 215. n. 6. lib. 1. & conſ. 152. n. 2. lib. 4. Grat. conſ. 86. n. 1. lib. 2.*

Ex quibus patet, quod tale onus ſoluendi debita donantis non fuit inductum ſimpliciter donatariæ, vt teneatur omni caſu ad talem ſolutionem, ſed conditionaliter, videlicet dummodo non excedant fructus vnius anni,
8 Vnde cum appareat de exceſſu, † talis dictio debet capi de neceſſitate in contradictionẽ, vt omnino aduerſetur præcedentibus, non ſecus ac ſi dictum fuiſſet, quod ſtante exceſſu fructuũ primi anni ad nihilum teneatur, ita in ſpecie de ſimili ſolutione declarat *Pariſ. conſ. 57. n. 14. vſque ad 17. lib. 3. & conſ. 47. n. 7. eod. lib.* iuxta *l. 1. ff. de nouat. c. præterire. de elect. l. cum ab eo. ff. de contrab. empt. Surd.* qui etiam de iſto exceſſu loquitur *conſ. 186. n. 11. in fin. lib. 2.*

Digitized by Google

Maximè, quia ſi talis interpretatio non admitteretur, eſſent ſuperflua illa verba dummodò debita non excedant fructus primi anni, nam ſatis fuiſſet dicere, quod ſoluantur debita donantis de dictis fructibus, tunc enim ſolutio fieret pro cōcurrenti quantitate fructuū receptorum, vnde cum ſit adiecta clauſula
9 dummodò non excedant dictos fructus, † dicēdum eſt, quod illa debeat aliquid operari, vt ſtante exceſſu in totum annulletur diſpoſitio de ſoluēdis debitis *l. 1. in princ. ff. quod met. cauſ. Caſtr. conſ. 175. n. 4. lib. 1.* vbi quod nunquam eſt dandus intellectus, per quem incidamus in ſuperfluitatem, quando alius dari poteſt ſiue ſimus in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in iudicijs, & ſententijs, priuilegijs, atteſtationibus, & in quacunque materia *Surd. conſ. 127. n. 9. vſque ad 14. lib. 1. Aim. in reſponſ. pro gener. n. 46.*

Præſertim, quia omnes fructus ſunt reinueſtiēdi pro maritandis puellis, cum donatio ſit facta in huiuſmodi cauſam piam, & pro anima ipſius donantis, itaut dicendum ſit, quod magis idem donans voluerit, vt ſtante exceſſu debitorum omnes fructus cedāt Sanctiſſimæ
10 Annunciatæ, † ad cuius fauorē facta eſt donatio tanquam hoc ſit fauorabilius animæ donantis, ideo ita debemus interpretari talem donationem *l. vt inter diuinum. & l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. l. vitia. §. ſeia. ff. de aur. & arg. legat. l. cum perſona. ff. de relig. & ſumpt. funer.* & in propoſito noſtro notat *Genuenſ. Epiſcop. Iſerniæ de eccleſ. ſen. prædicab. eccleſiaſtic. q. 2. n. 1. & 3.*

Neque obſtat, quod iſta dictio dummodo non ſit conditionalis, ſed ſolum reſtrictiua, itaut ſit ſenſus, quod ſocietas teneatur ad ſolutionem debitorum ſaltem pro quantitate
11 fructuum primi anni † exemplo penſionis reſeruatæ, dummodo non excedat tertiam partem fructuum, quæ ob exceſſum non vitiatur in totum, ſed reducitur ad dictam tertiam partem fructuum, & debet ſuſtineri vſque ad eam partem, quæ non excedit *Card. Seraph. deciſ. 1484. n. 13. Card. Mantic. deciſ. 173. n. 1. & deciſ. 196. n. 4. & deciſ. 153. n. 2. Creſcent. deciſ. 17. n. 4. de reſcript. Pariſ. de reſign. benefic. lib. 6. q. 2. n. 144. & lib. 1. q. 3. n. 81. fol. 18. Rot. diuerſ. deciſ. 1160. ad fin. verſ. quare exiſtente valida. lib. 3. p. 3. fol. 416. Staphil. de litter. iuſtit. tit. de commiſſ. ſuper reduct. p. 5.*
12 *n. 5. Put. deciſ. 34. lib. 1.* † Quia omiſſo, quod alias *Rot.* tenuit penſionem eſſe in totum nullam, vt teſtatur *Garz. de benefic. p. 1. c. 5. n. 416. fol. 58.* vbi etiam allegat *Mandoſ. Gig. & Pariſ. idem tenentes.* Reſpondetur, quod in penſionibus, ideo ſeruatur illas non eſſe in totum nullas, quia conſtat de mente Pa-
13 pæ, † qui reſeruando maiorem penſionem multò magis videtur voluiſſe reſeruare minorem, prout notat *Garz. de benefic. p. 1. c. 5. n. 417. & 418. fol. 58.* Qui conſenſus non verificatur in caſu noſtro, cum donans voluerit ſolui debita dummodo non excedant fructus vnius anni, ex quibus verbis non verificatur conſenſus, qui tunc verificaretur, ſi voluiſſet, quod ſolutio fieret de debitis maioris quantitatis, tunc enim poſſet dici, quod intellexerit de minore quantitate, ideo non mirum ſi in totum erit nulla diſpoſitio, cum defi-
14 ciente conditione totus actus corruat, † maximè, quando conditio, prout in caſu noſtro, apponitur toti diſpoſitioni, tunc enim magis conditio inducit formam, qua non ſeruata in totum actus annullatur *Felin. in c. cum dilecta. n. 6. de reſcript.* & in propoſito noſtro ita notat *Garz. de benefic. par. 1. c. 5. n. 412. fol. 57.*

Quare in hac materia diſtinguunt Doctores, quod quando aliquis reſignat beneficium
15 reſeruata ſibi tanta penſione, † & non alias tunc penſio eſt indiuidua, ex quo in minori ſumma deficit conſenſus reſignantis, & conſequenter conſenſus Papæ ſuper eo fundatus, ideò tunc clauſula, dummodo remaneāt centum, ſeu dummodo tertiam partem non excedat, cauſat nullitatem penſionis in totum, ſi excedat, Quidquid aliud ſit in pēſione reſeruata per Papam ſuper beneficio vacante
16 per obitum, † vel alias vltra prædictum modum conditionatum, tunc enim dicta clauſula non operatur nullitatem penſionis, ſi excedit, ſed reductionem, nam adeſt conſenſus Papæ, qui reſeruando maiorem, videtur etiam voluiſſe reſeruare minorem, maximè quando illam reſeruaſſet motu proprio, & in iſto caſu loquuntur omnes deciſiones, vt latè diſtinguit *Garz. de benefic. par. 1. c. 5. n. 422. fol. 58.* vbi allegat varias Rotæ deciſiones ad hoc propoſitum, vt in *Salamantina penſionis coram R. P. D. Gypſio. 26. Maij 1593. & in Monopolitana penſionis. 17. Maij 1596. coram R. P. D. Orano.*

Hæc omnia adduxi in huiuſmodi cauſa Romana hereditatis per modū dubitationis, nam articulus eſt difficilis ſtante exemplo penſionis reſeruatæ, cū clauſula dummodo non excedat tertiam partem fructuum, quæ ob exceſſum non vitiatur in totum, ſed reducitur ad dictam tertiam partem fructuum,
17 vt dictum eſt *ſupr. n. 11.* † Præſertim, quia iſta verba dummodo, & ſimilia potius inducunt modum, quam conditionem *Menoch. conſ. 134. n. 37. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 338. n. 5. & deciſ. 349. n. 1. Surd. conſ. 186. n. 11. & conſ. 371. n. 69.* ideo pro vera reſolutione omnium prædictorum erunt videnda ea, quæ particulariter ſcripſi in alio capite, vbi multa adſunt, ex quibus poterit melius haberi deciſio præſentis quæſtionis.

EPITOME.

FEudum obligatum per vaſſallum de conſenſu domini tam expreſſo, quàm tacito an poſt illius mortem ſit deuolutum cum onere hypothecæ, itaut idem dominus teneatur

neatur creditoribus, quibus per eumdem
vaſſallum fuit hypothecatum. ¶ Et quando
talis conſenſus debeat extendi etiam ad fru-
ctus, & intereſſe. ¶ Facultas obligandi bona
pro dote conceſſa donatario an ſit intelli-
genda in ſubſidium, quatenus non habeat
alia bona libera, in quibus conſiſtat obliga-
tio. ¶ Et quid in inſtituente fideicommiſſum,
& mandante dotari fœminas quando ſit præ-
ſumendum, quod voluerit ſe conformare
cum diſpoſitione iuris communis loquentis
de dote ſubſidiaria.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus domini expreſſus, ſeu tacitus, vt bona feudalia alienentur, ſeu obligentur operatur, vt detur hypotheca pro conſecutione rei obligatæ. & n. 2.*

3 *Feudum obligatum per vaſſallum de cõſenſu domini poſt illius mortem deuoluitur cum onere hypotheca, itaut idem dominus teneatur creditoribus, quibus per eumdem vaſſallum fuit hypothecatum. Declara, vt n. 4.*

5 *Conſenſus pignorationis ſimpliciter præſtitus extenditur etiã ad fructus, & intereſſe.*

6 *Facultas obligandi bona pro dote conceſſa donatario an ſit intelligenda in ſubſidium, quatenus non habeat alia bona libera, in quibus conſiſtat obligatio. n. 7.*

8 *Inſtituens fideicommiſſum, & mandans dotari fæminas an intelligatur ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni iuris communis de dote danda in ſubſidium. & n. 10.*

9 *Conceſſio Principis debet declarari, vt minus ius commune, & tertius lædatur.*

CAPVT DCCCCXCVI.

COncedens licentiam hypothecandi, &
obligãdi pro dote bona prohibita alie-
nari videtur, quòd per talem conſenſum res
dicatur reddita alienabilis, itaut veniat ſub
1 huiuſmodi hypotheca † non obſtante prohi-
bitione, quæ tunc haberet locum, quando
conſenſus domini nõ interueniſſet, illo enim
accedente non curatur, quod ſint bona feu-
dalia, ſeu prohibita alienari, tanquam paria
ſint, quod res ſit alienabilis de ſui natura,
ſeu alienetur, & obligetur de conſenſu do-
mini, tunc enim datur hypotheca pro con-
ſecutione rei hypothecatæ latè Surd. deciſ.
220. n. 43. vſq; ad 49. Aim. conſ. 79. n. 4. Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. c. 2. n. 10. & q. 3. n. 6. eod. lib.
2. Menoch. conſ. 8. n. 19. in fin. verſ. reſpondeo
& ſecundo. lib. 1. Clar. in §. feudum. q. 31. ad
fin. verſ. præterea quæro. n. 13. & q. 31. n. 1.
2 qui etiam loquitur † de tacito conſenſu Mi-
ſinger. obſeruat. 87. centur. 4. Roſental. de
feud. c. 9. concluſ. 11.

Quare paſſim concludunt Doctores, quod ſi do-
minus conſenſerit pignorari feudum, aut ſi-
milem rem prohibitam alienari, & vaſſallus
poſtea moriatur ſine liberis, itaut feudum
ad eum ſit deuolutum, valebit pignoratio,
3 & dominus illud recuperabit † cum onere
hypothecæ, adeo vt teneatur creditoribus,
quibus per vaſſallum fuit hypothecatum
c. 1. §. & ſi clientulus. verſ. ſi vero. de alienat.
feud. l. ſeruus communis. 38. §. 1. ff. de donat.
int. vir. & vxor. & ita in ſpecie poſt Iſern.
& alios latiſſimè comprobat, & omnibus re-
ſpondet Io. Harprect. in addit. ad Clar. §.
feudum. q. 35. col. 3. 4. & 5. n. 16. vſque ad 27.
4 Facbin. lib. 7. controuerſ. iur. c. 56. per tot. † vbi
quod contraria procedunt, quando conſen-
ſus pignorationi feudi fuit præſtitus adiecta
clauſula ſaluis iuribus ipſius domini Frecc.
lib. 2. de auctorit. & poteſtat. reg. erga ſub-
feudatar. auctorit. 29. n. 8. Hartman. Piſtor.
lib. 2. part. poſter. q. 48. n. 14. cum ſeq. Ru-
dinger. lib. 1. var. lect. iur. feud. c. 69. n. 2.

Et quidem huiuſmodi conſenſus pignorationi
ſimpliciter præſtitus extenditur etiã ad fru-
5 ctus, † & ad omne illud, quod intereſt, quaſi
tunc in omnem cauſam conſentire dicatur
l. quæro. 54. in princ. ff. locat. l. lucius titius.
24. ff. depoſit. l. ſi quis pro eo. 56. §. ſi nummos.
ff. de fideiuſſor. & ita in terminis latè defendit
Facbin. lib. 7. controuerſ. iur. c. 57. poſt Hart-
man. Piſtor. lib. 2. part. poſter. q. 49. n. 18. Ca-
merar. in c. imperialem. de prohibit. feud.
alienat. per federic. Io. Harprect. ad Clar.
§. feudum. quæſt. 35. n. 28. vſque ad 30. Pa-
ſchal. de virib. patr. poteſt. p. 2. c. 7. n. 40. vſ-
que ad 77. fol. 271.

Prædicta paſſim fuerunt admiſſa, ſolum fuit re-
ſtrictũ dubium an huiuſmodi facultas obli-
gandi bona, quæ fuit conceſſa donatario pro
dote, debeat intelligi in ſubſidium, quatenus
idem donatarius non haberet alia bona li-
bera, in quibus poſſet dotem receptam hy-
6 pothecare, † In qua quæſtione adſunt diuerſæ
ſententiæ, nam ſecundum aliquos talis licen-
tia intelligitur in ſubſidium argumẽto l. pa-
ter filium. in princ. ff. de legat. 2. & ita in ſpe-
cie concludit Molin. de primogenit. hiſpan.
lib. 4. c. 7. n. 1. cum ſeq. fol. 497. poſt Rub. conſ.
124. n. 3. Ruin. conſ. 138. n. 11. lib. 2. Grat. conſ.
17. n. 21. lib. 1. Cephal. conſ. 10. n. 19. & 42. &
conſ. 105. n. 13. Marzar. de fideicommiſſ. p. 2.
q. 48. n. 75. & conſ. 1. n. 42. Celſ. Vgo. conſ. 117.
n. 5. Socin. Iun. conſ. 28. n. 4. lib. 2. Loaz. in l. fi-
liusfamilias. §. diui. n. 83. ff. de legat. 15 Petr.
de fideicommiſſ. q. 8. n. 407. Peregrin. eod. tit.
art. 42. n. 76. verſ. verum cum caſus. fol. 391.
Beltram. ad Gregor. XV. deciſ. 543. n. 5. vbi
allegat Rot. coram Card. Millino Romana.
22. Decembris 1599. & coram R. P. D. Coc-
cino Romana cenſus de Mutis. 12. Decembris
1614. Caſtr. conſ. 64. n. 4. lib. 2. Phanuc. de
dot. gloſ. 10. n. 72. tom. 9. fol. 242. Cardin.
Seraph. deciſ. 440. n. 4.

Verum, quod dicta conceſſio debeat indiſtinctè
intelligi, vt valeat hypotheca, quamuis non
7 adſint alia bona libera, † neque ſit reſtrin-

genda in ſubſidium tenet *Menoch. conſ.* 88. *n.*50.*cũ ſeq.lib.* 1.*& conſ.*183.*n.* 30.*lib.*2.*Decian.conſ.*10.*n.*25.*lib.*2.Cephal.*cõſ.*485.*n.*60. *lib.*4. *Caualcan. decif.*5.*n.*92.*p.*3.*poſt Caſtr. conſ.*102. *videndum eſt primo. n.*2. *in princ. verſ. in contrarium. lib.*2. cum alijs per *Paſchal.* qui omnibus reſponder, & de veriori opinione teſtatur *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *c.*7. *n.*19.*vſque ad* 33. *fol.*267. & iſta opinio in caſu noſtro videtur verior, quia contrariam ſententiã tenentes loquuntur de onere dotandi fœminas deſcendentes appoſito in fideicommiſſo facto pro conſeruanda agnatione, quod debet intelligi deficiẽtibus alijs bonis iuxta *auth. res quæ. C. commun. de*
8 *legat.* † cuius diſpoſitioni cẽſetur ſe voluiſſe conformare, qui fideicommiſſum inſtituit, prout in iſtis terminis loquitur *Cardin. Seraph. d. decif.*440. *n.*4. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 42. *n.* 76. *fol.* 391. Diuerſum eſt in caſu noſtro, cum ſimus in donatrice, quæ non tenebatur pro filio ad reſtitutionem dotis per eum recipiendæ, vnde ne ſit ſuperflua facultas conceſſa de obligando rem pro dote debet intelligi generaliter, non autem limitatè in ſubſidium *Aim. conſ.*135.*n.*23. *Phanuc. de dot. gloſ.* 10. *n.* 72.

Cum etiã multi ex doctoribus in contrarium allegati loquantur in facultate conceſſa per Principem, vt bona fideicõmiſſi poſſint alie-
9 nari, & obligari pro dote, † quæ facultas debet intelligi iuxta iuris diſpoſitionem, vt minus illud, & tertius lædatur *l.*2.*§. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publ. l.*2. *C. de noxal. Felin. in c.* 1. *n.* 9. *de reſcript. Curt. Iun. conſ.* 5. *n.* 17. prout in ſpecie reſpondet *Molin. de primogenit. hiſpan. d. c.* 7. *n.* 2. *ad med. fol.* 497. Maximè, quia in huiuſmodi conceſſionibus Regijs, per quas derogatur fideicommiſſis, & primogenituris, ſemper ſo-
10 let apponi clauſula illa, † quod prius obligentur bona libera, & eis deficientibus bona maioratus, itaut de ſtylo habeatur pro appoſita, quamuis non apponeretur, vt declarat *Idem Molin. d. lib.* 4. *c.* 7. *n.*2. *&* 3. Vnde cũ ſimus in diuerſis caſibus, diuerſum etiam ius eſt ſtatuendum, prout etiam latè in alio capite particulari multas rationes, & auctoritates adduxi, ex quibus redditur clara concluſio, quod non ſumus in caſu ſubſidiario, quæ modo nón adducuntur, cum reſeruentur quando de eis contigerit dubitari.

E P I T O M E.

Diuiſio feudi, & vſus iuriſdictionis quomodo ſit facienda. ¶ Et quando Caſtrũ poſſit adiudicari vni, & æquiualentia in bonis, ſeu pecunia dari alteri. ¶ Et an talis compenſatio ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt feudum, & liget etiam ſucceſſores. ¶ Diuiſio feudorum inferiorum an poſſit fieri non conſentientibus omnibus conſortibus. ¶ Et quo caſu ſemel facta, & effectum ſortita, & longo tempore obſeruata reſcindatur, & ex integro alia debeat fieri pro bono pacis, & ad preces ſubditorum.

S V M M A R I V M.

1 *Domini vnius Caſtri, ſi non concordant in vſu iuriſdictionis, debent illa vti alternis temporibus, & de alijs modis ſimilium diuiſionum. n.* 2.

3 *Caſtrum totum poteſt adiudicari vni, & æquiualentia in bonis, ſeu in pecunia dari alteri, & talis diuiſio ligat etiam poſteros. n.* 4. *&* 5.

6 *Pecunia, ſeu res quæ datur pro adequatione Caſtri diuiſi an ſit eius naturæ, cuius eſt feudum. & n.* 12.

7 *Diuiſio feudorum inferiorum an poſſit fieri ſine conſenſu omnium conſortium.*

8 *Diſpoſitio hominis ſemel rectè facta non retractatur.*

9 *Diuiſio feudi etiam effectum ſortita, & longo tempore obſeruata poteſt reſcindi, & ex integro alia fieri propter tollendas diſſenſiones dominorum, & preces ſubditorum. n.* 11. *&* 13.

10 *Princeps pro bono pacis poteſt in totum rem priuatorum auferre, vnde multò magis illam diuidere.*

CAP. DCCCCXCVII.

Plures Domini vnius caſtri, ſi non concordant in vſu iuriſdictionis, vel inter
1 eos habebit locum iudicium diuiſoriũ, † vel debent illa vti alternis temporibus *Felin. in c. quæ in eccleſiarũ. n.*99. *col. penult. verſ. caterum quamuis. de conſtitut. Alex. conſ.*2. *n.*9. *lib.*5. *Curt. Sen. conſ.*68. *n.*13. *Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur.* 72. *n.*31. *verſ. limita iſtam concluſionem. ff. de verb. obligat.* cum alijs quos adduxi *ſupr. c.*675. *n.*6. *Pacian. de probat. lib.*2. *c.*36. *n.*60. *vſque ad* 65.
2 *fol.*121. † vbi etiam ponit alios modos diuidendi huiuſmodi caſtra, & iuriſdictiones poſt *Caſtr. in l. pomponius. n.* 6. *ff. de re iudic. Boer. decif.* 5. *n.* 2.

In caſu tamen, de quo agimus, videbatur dicendum, quod potius totum caſtrum adiudicetur vni, & æquiualentia, ſeu debita compenſatio retribuatur alteri in tot bonis al-
3 lodialibus, ſeu in pecunia, † prout ſimilem diuiſionem approbat *Gloſ. in l. ſi familiæ.* 14. *in verb. pro parte. vbi Bald. n.*6. *C. famil. erciſc. Idem Bald. in l.*1. *n.*8. *q.*9. *ff. de rer. diuiſ. & in c.* 1. *§. omnes. in fin. ſi de feud. fuer. controuerſ. int. domin. & agnat.* cum alijs per *Surd. conſ.* 308. *n.* 24. *lib.* 3. *Alex. conſ.* 30. *n.* 4. *lib.* 6. *vbi Natt. in addit. in verb. quia quamuis. n.*3. ampliat ad feuda habentia annexam dignitatem *Socin. in l. gallus. §. etiam ſi a parente. ff. de liber. &*

poſt-

poſthum. & latè multos adducens compro-
bat *Roſental. de feud. c.9.membr.1. concl.53.*
n.3. & in littera c. vbi quod hoc de conſue-
tudine paſſim ſeruatur in feudo Ducatus,
Marchionatus, & Comitatus *Schrader. eod.*
4 *tit. p.8. c.2. n. 32. & 37. in fin.* † vbi etiam
ampliat, quod talis diuiſio ita facta obli-
gat non ſolum ipſos diuidentes, ſed etiam
poſteros *Alex.d.conſ.30.n.2.lib.6.Surd.conſ.*
308. n.25. poſt med. verſ. cum igitur huiuſ-
modi diuiſio. lib.3. vbi quod procedit etiam
in feudo antiquo ea pacto, & prouidentia,
nedum in hæreditario mixto, cum ſimilis di-
uiſio ſit permiſſa ex lege feudorũ, ideo obli-
gabit quoſcomque *c. 1. in princ. de natur.*
ſucceſſ. feud. Zaſ. de feud. p.9.n 40. Sonsbeeb.
eod.tit. p.13. n.21. Aluar. in c.1. col.1. de eo
qui fin. fec. agnat.

Et quidem hoc pertinet ad officium Iudicis,
qui auctoritatem ſuam interponet, vt vni
totum, vel pars maior aſſignetur, data alteri
5 æſtimatione † *l. ad officium. C. commun. di-*
uidund. Corn.conſ.48. n.6. lib.3. Alex. conſ.
25.n.26.lib.5.Schrader.de feud.p.8.c.2.n.15.
Roſental. eod.tit.c.9. membr.1.n.18. & in
littera x. itaut pecunia, quæ datur pro adæ-
quatione ſimilis diuiſionis ſit eiuſdem natu-
6 ræ, cuius eſt feudum, † intelligendo, vt per
Ruin.conſ.14.n.5.col.3. & 4.lib.1.

Neque obſtat, quod feuda inferiora non poſſint
diuidi, niſi conſentientibus omnibus con-
ſortibus *Abb.conſ.82.col.penult.lib.1.Brun.*
7 *conſ. 66. n. 16. & 17.* † *Marſil.ſing. 9. nemo*
cogitur. n.2. iuata *c.1. §. præterea. vbi Affl.*
in 3.notab.n.12.de prohibit. feud alienat.per
federic. poſt Felin. in c. quæ in eccleſiarum.
n.91. de conſtitutionib: & in c. prudentiam.
n.5. de offic. delegat. Quia contraria opinio
eſt verior, vt teſtatur *Schrader de feud. p.8.*
c.2.n.32. cũ ſeq. Roſental.eod.tit c 9.membr.1.
n.16. & in littera t. Caſſan.ſuper conſuetud.
Burgund. rubr.3. §.6.n.17. Socin.conſ.165.
n.8.cum ſeq. lib. 2. Pariſ. conſ.10. n.13.lib.1.
Mozz. de diuiſ. feudor. n.47. latè *Roland.*
conſ.81. n.44. vſque ad 51. lib.1. Iaſ.in l. ſti-
pulationes non diuiduntur. col.20. verſ ſed
aduerte pro magna limitatione.ff.de verbor.
obligation. Ruin.conſ.19.col. fin. & conſ.34.
n.9. lib.1. Alex. conſ.6. in princ.lib.5. Curt.
Sen. conſ.69. col.2. & 3.

Amplius, quamuis eſſet facta diuiſio inter con-
dominos aliter, quam ſuperius dictum eſt,
8 tamen poſſet illa reſcindi, & reiterari, † licet
enim regulariter diſpoſitio hominis ſemel
facta, & obſeruata non ſit retractanda
Bald. in l. vnic. q.4. C. de his quæ pœn.nom.
iuxta *l. diuiſionis. ff. de pact. l. per ſalutem.*
ff. de iureiur. c. contingit. de tranſaction.
nihilominus ſi ex tali diuiſione naſcerentur
odia, diſſenſiones, incommoda, & pericula
tam Dominorum, quam ſubditorum, tunc
illa deberet retractari, quamuis effectum
fuerit ſortita, & longo tempore obſeruata,
9 vt latè concludit † *Aim.conſ.264.per tot.* vbi
quod erit in hoc caſu per Iudicem proui-
dendum, vt diuiſio ex integro fiat, præſertim
ad inſtantiam ſubditorum, quorum maximè
intereſt, vt domini inter ſe conueniant *Alex.*
conſ.7.col.penult.verſ. cõfirmo prædicta.lib.
5. & conſ.25.col.1. in fin.verſ.quinimmo. n.3.
eod.lib. poſt Ang. in l.2. §.ex his. ff. de verb.
10 *obligation.* † Itaut Princeps pro bono pacis,
& commodo dominorum, & ſubditorum
poſſit in totum rem priuatorum auferre *l.lu-*
cius. ff.de euictionib. Bald. in l. bene à zeno-
ne. C. de quadriennal. præſcript. Dec. conſ.
269. col. 3. & conſ. 352. col. 1. Alex. conſ.94.
col. penult. verſ. ſed præmiſſis non obſtanti-
bus. lib. 5. Vnde multò magis poterit Prin-
ceps pro bono pacis diuiſionem iam factam
11 retractare, † mandando ex integro aliam
fieri, cum non videatur hoc caſu quis pri-
uari dominio rei ſuæ, tanquam illa non au-
feratur, ſed loco vnius alia ſubrogetur, vel
pecunia ſoluatur, vel aliter, prout iudicaue-
12 rit expediens, prouideatur, † tunc enim cen-
ſebitur eadem res cum prima *l. ſi donare.*
§. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. filia.
§. titia. ff.de condit. & demonſtrat. l.impera-
tor. §. vlt. cum l.ſeq. ff. de legat. 2. Aim. d.
conſ. 164. in fin. quod dicit approbandum
eſſe *Straceb. ibid. in addit. in fin.* & com-
probat etiam *Ruin.conſ.29.in vlt dub.n.18.*
lib.5. Et ita ex prædictis fuit deciſum in Sa-
cra Conſulta *coram R. P. D. Caſtellano* in
cauſa diuiſionis Caſtri Polini pro D. Mar-
chione Caſtello, & D.Marchioniſſa Eleonora
eius matre, cuius deciſionis, ſeu decreti te-
13 nor talis eſt. † Die Iouis 13. Ianuarij 1623. in
cauſa diuiſionis Caſtri Polini vertente inter
Illuſtriſſimos Dominos Marchioniſſã Eleo-
noram à Monte Caſtellam, & Marchionem
Iulium eius filium ex vna, & D. Ludouicum
etiam tanquam patrem, & legitimum admi-
niſtratorem ſuorum filiorum ex altera, ſacra
Conſulta cenſuit procedendum eſſe ad vlte-
riora in diuiſione, itaut etiam pro bono pa-
cis Ludouico aſſignarentur tot bona allo-
dialia æquiualentia, vel pecuniæ arbitrio
eiuſdem, & portio illius adiudicetur dictæ
D. Marchioniſſæ.

E P I T O M E.

IMpugnans inuentarium propter omiſſio-
nem bonorum non deſcriptorũ an tenea-
tur probare, quod adeſſent alia bona per de-
functum poſſeſſa tempore mortis. ¶ Singu-
laritas teſtium an præiudicet, ſi tendat ad
probandum, quod inuentarium non ſit ritè
confectum. ¶ Et an hoc caſu ſit dandum
iuramentum in ſupplementum. ¶ Procura-
tor, ſeu negociorum geſtor an poſſit conue-
niri pro omiſſis, & neglectis, & de culpa
etiam leui propter inuentarium non legiti-
mæ confectum. ¶ Dolus quando excludatur
in

in eo, qui non deſcribit omnia bona in inuentario. ¶ Et quid operetur clauſula addendi ſi apparebunt aliqua in eo omiſſa. ¶ Defectus ſubſcriptionis hæredis in inuentario an attendatur, ſi adſit decretum Iudicis. ¶ Et de ſtylo tribunalis Auditoris Cameræ. ¶ Et qualiter per notarios talis ſtylus probetur. ¶ Et quando conſuetudo loci debeat ſeruari circa ſolemnitates in inuentario adhibendas. ¶ Præſens confectioni inuentarij, & recipiens bona hæreditaria an dicatur illud approbaſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditas diminuitur per æs alienum, quod præualet legatis, legitimæ, doti, & omnibus alijs per teſtatorem relictis.*

2 *Inuentarium præſeruat hæredem, vt non teneatur vltra vires hæreditarias.*

3 *Impugnans inuentarium propter omiſſionem bonorum non deſcriptorum tenetur probare, quod adeſſent alia bona per defunctum poſſeſſa tempore mortis.*

4 *Hæres poteſt conſtituere procuratorem tam abſentem, quàm præſentem ad conficiendum inuentarium.*

5 *Procurator conuenitur pro omiſſis, & neglectis, & de culpa etiam leui propter inuentarium non legitimè confectum. Idem in negociorum geſtore. n. 6.*

7 *Teſtis tractans de ſe exonerando non probat.*

8 *Singularitas teſtium præiudicat, quando tendit ad probandum, quod inuentarium non ſit ritè confectum, neque hoc caſu poteſt dari iuramentum in ſupplementũ. n. 9.*

10 *Reperta in domo defuncti non ſunt ponenda in inuentario, niſi ſint hæreditaria, & per eum poſſeſſa.*

11 *Dolus excluditur per quamcumque cauſam.*

12 *Omittens aliquid deſcribere in inuentario non dicitur doloſus.*

13 *Clauſula addendi, ſi quid apparebit omiſſum in inuentario, excludit omnem doli præſumptionem.*

14 *Dolus eſt probandus apertis coniecturis.*

15 *Defectus ſubſcriptionis hæredis in inuentario an attendatur, ſi adſit decretum Iudicis. n. 16. Et quid ſeruetur de ſtylo tribunalis Auditoris Cameræ. n. 17.*

18 *Notario an ſtetur circa ſtylum confectionis inuentarij.*

19 *Conſuetudo loci attenditur circa ſolemnitates adhibendas in inuentarijs, Quidquid aliud ſit de iure. n. 20.*

21 *Præſens cõfectioni inuentarij, & recipiẽs bona hæreditaria dicitur approbaſſe inuentariũ.*

CAPVT DCCCCXCVIII.

PEr hæredem, dixi non eſſe præſtandum legatum, de quo agimus, de bonis hæreditarijs, Quia ex bonorum æſtimatione, de
qua in *ſummar. n. 3.* & ex ſolutione debitorum, de qua in *ſummar. n. 5.* clarè apparet
nihil adeſſe in hæreditate, ex quo poſſit le-
1 gatarijs ſatisfieri, † ideo nulla actio eis cõ-
petit contra hæredem, tanquam æs alienum
diminuat vniuerſam hæreditatem, & præua-
leat legatis, legitimę, & doti, ac trebellianicæ
& omnibus alijs per teſtatorem relictis *l. papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. l. 2. C. ad trebellian. Natt. conſ. 321. Peregr. de fideicommiſſ. art. 35. n. 39.*

Prout neque idem legatum debet præſtari de
bonis proprijs ipſius hæredis ſtante inuen-
tario per eum facto, quod præſeruat eum-
2 dem hæredem, † ne teneatur vltra vires hæ-
reditarias, non ſecus ac ſi non adiuiſſet hæ-
reditatem, quæ ad hunc effectum dicitur eſſe
iacens *l. vlt. §. & ſi præfatam. C. de iur. deliber. Iaſ. conſ. 56. col. 2. lib. 4. Ruin. conſ. 1. n. 16. & conſ. 38. n. 21. poſt med. lib. 1. Gozad. conſ. 94. n. 19. Menoch. conſ. 203. n. 27. & 28. lib. 3. Rub. conſ. 74. n. 7.*

Neque obſtat prætenſus defectus inuentarij
propter omiſſionem bonorum, quæ in eo
3 non fuerunt deſcripta, † Quia hoc erat pro-
bandum per eum, qui impugnat inuenta-
rium, quod aderant alia bona hæreditaria
per defunctum relicta, & per eum poſſeſſa
tempore mortis, nam alias hoc non probato,
inuentarium præſumitur ritè, & rectè factũ,
& non poteſt dici de eius inualiditate *Bald. conſ. 314. ad euidentiam. n. 1. lib. 1. Ang. & Imol. in l. 1. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam. per leg. falcid. Roman. conſ. 276. in fin.* vbi latè *Mandoſ. in verb. probatio. Alex. conſ. 65. n. 6. lib. 1. Honded. conſ. 35. n. 3. lib. 1. Rot. coram R. P. D. Litta Bononien. euictionis. 7. Aprilis 1606. & coram Card. Pamphil. Bononien. bonorum emphyt. 4. Iulij 1597.*

Nec aduerſatur depoſitio Darij, dum aſſerit
non fuiſſe deſcripta in inuẽtario multa mo-
bilia de ordine ipſius hæredis, Quia talis te-
ſtis eſt ipſemet procurator conſtitutus per
eumdem hæredem ad conficiendum huiuſ-
4 modi inuentarium, † ſicut poteſt conſtitui
per hæredem tam abſentem, quàm præſen-
tem *Phanuc. de inuentar. p. 3. n. 69.* iuxta
l. fin. §. ſin autem à locis. vbi Gloſ. in verb. mittendos. C. de iur. deliberand. prout etiam
eſt procurator Aduerſarij, ideo ei non cre-
ditur tanquam tractet de ſe exonerando, &
teneatur ad damna, & intereſſe ob inuenta-
5 rium non legitimè confectum, † itaut poſſit
conueniri etiam pro omiſſis, & neglectis, &
de culpą etiam leui *l. à procuratore. 13. vbi Dyn. Bart. & Bald. C. mand. Corn. conſ. 61. n. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 123. n. 4. lib. 1. Socin. conſ. 149. n. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 1085. n. 5.*
6 *vſque ad 9. lib. 11.* † vbi ampliat etiam ad
negociorum geſtorem *Bart. in l. quod nerua. q. 9. n. 31. verſ. aut in mandato venit aliquid. ff. depoſit.*

Quo intereſſe ſtante, repellitur talis teſtis, &

nihil

nihil probat, cum tractet de ſe exonerando,
7 vt dictum eſt † *l. omnibus. C. de teſtib. l. nul-*
lus. ff. eod. tit. Alex. conſ. 154. n. 4. & 6. lib. 5.
Honded. conſ. 19. n. 23. lib. 1. poſt Speculat. de
iudic. delegat. §. ſupereſt. verſ. ſed nunquid
fideiuſſor. Imol. in l. à ſententia. in princ.
ff. de appellationib.

Cum etiam ſit teſtis ſingularis, qui non probat,
dum deponit, quod aliqua bona non fuerunt
8 deſcripta in inuentario, † itaut neque ſingu-
laritas teſtium ad hũc effectum aliquid ope-
retur, quamuis teſtes ſingulares tenderent
ad eumdem rei finem, ideſt quod inuenta-
rium non ſit rectè confectum, vt latè in ſpe-
cie concludit *Bald. conſ. 499. ad euidentiam*
præmittendum eſt. n. 1. vſque ad 4. lib. 5.
Phanuc. de inuentar. par. 3. n. 50. Honded.
9 *conſ. 35. n. 12. lib. 1.* † Itaut neque hoc caſu
poſſit deferri iuramentum in ſupplementum,
tanquam agatur ad præſumptionem doli *l. 3.*
§. 1. ff. de minorib. Bald. d. conſ. 499. in
fin. lib. 5.

Accedat quod bona, quæ prętēduntur non fuiſſe
deſcripta in inuentario, verè non erant de-
ſcribenda, cum non eſſent hæreditaria Co-
mitis, prout deponunt teſtes de gemmis,
quæ ſpectabant ad matrem, ſicut etiam de
alijs ſupellectilibus, & de equis, de quibus
10 latè in facto, † tanquam non omnia, quæ ſunt
in domo defuncti tempore inuentarij debeãt
deſcribi, neque enim ſequitur bona, quæ
erant in domo non ſunt deſcripta, ergo in-
uentarium eſt nullum, cum non inferatur,
quod ſint hæreditaria, & poſſeſſa per defun-
ctum, prout requiritur *Bald. conſ. 499. ad*
euidentiam præmittendum. in princ. verſ. in
contrarium videtur. lib. 5. iuxta *l. cum*
actum. ff. de negot. geſt. Itaut ſtante huiuſ-
11 modi credulitate nullus adſit dolus, † qui ex-
cluditur per quamcumque cauſam etiam
beſtialem *l. 2. C. de plagiar. l. igitur. C. de*
liber. cauſ. Aim. conſ. 46. n. 14. Honded. conſ.
35. n. 4. & 5. lib. 1. vbi etiam, quod ad hunc
effectum ſufficient coniecturæ ad hoc, vt
probetur dolum non interueniſſe *Guid. Pap.*
conſ. 42. Port. conſ. 95. n. 9.

Et in omittente aliquid deſcribere in inuenta-
12 rio, quod dolus non præſumatur † eſt *deciſ.*
Rot. coram Gregor. XV. in cauſa Romana
inuentarij de Maſſainis. 14. Maij 1604. quæ
in impreſſ. *eſt deciſ. 169. n. 3.* quæ fuit com-
probata per *Rot. deciſ. 747. in 1. par. diuer-*
ſorum recentiorib. cum alijs per *Surd. deciſ. 222. n. 14.*
Stante præſertim clauſula, & proteſtatione,
de qua in caſu noſtro addendi ſi quid appa-
13 rebit omiſſum; † quæ excludit omnem præ-
ſumptionem doli *Bald. in auth. ſed cum te-*
ſtator. n. 18. C. ad leg. falcid. Rot. coram
Gregor. XV. d. deciſ. 169. n. 4. Surd. deciſ.
218. n. 32. Cum etiam fuerit factus procura-
tor ad tale inuentarium conficiendum per-
ſona verſata in curia, & procurator ipſiuſ-
met Aduerſarij, itaut nulla negligẽtia poſſit
hęredi imputari circa huiuſmodi omiſſionem,
14 adeo vt magis excludatur dolus, † qui in
ſimilibus actibus requiritur, vt dictum eſt,
& debet apertis coniecturis probari *Aim.*
conſ. 8. n. 1. latè *Honded. conſ. 53. n. 16.*
cum ſeq. lib. 1.

Minus obſtat alter defectus ſubſcriptionis hæ-
redis, quæ de iure requiritur pro validitate
inuentarij *Iaſ. in l. vlt. in princ. n. 4. C. de*
15 *iur. deliber.* † Quia cum ſimus in inuentario
facto cum decreto Iudicis, & apud acta non
eſt neceſſaria aliqua ſubſcriptio, tanquam
huiuſmodi defectus ſuppleatur calore iudi-
cij, & propter decretum, quod facit præ-
ſumptionem, vt omnia interuenerint *Bald.*
16 in ſpecie *conſ. 147. n. 2. & 3. lib. 4.* † quidquid
aliud ſentiat *Phanuc. de inuentar. p. 3. n. 69.*
in fin. cum contra eum nihil allegantem ſit
verior opinio, vt per *Rot. coràm R. P. D.*
Litta Bononien. euictionis. 7. Aprilis 1606.
& coram Card. Pamphilio Bononien. bono-
rum emphyt. 4. Iulij 1597.

Maximè ſtante ſtylo Auditoris cameræ, de quo
fidem faciunt omnes notarij illius Tribuna-
17 lis, † dum deponunt, quod ſubſcriptio non
requiritur, quando notarius rogatur de in-
uentario, cum ſolum ſit adhibenda, quando
bona deſcribuntur per hęredem in folio par-
ticulari, ſeu ſcriptura priuata, quæ poſtea
per eumdem hæredem exhibetur in actis,
Qui ſtylus ſeruari debet in materia inuen-
18 tarij † ad hoc vt dicatur validum, & ſtatur
notarijs de eo teſtificantibus, vt latè com-
probat *Honded. conſ. 53. n. 10. cum ſeq. lib. 1.*

Prout paſſim ſtatur conſuetudini loci circa ſo-
lemnitates adhibendas, vel non adhibendas
19 in huiuſmodi inuentarijs † *Grot. conſ. 173.*
n. 6. lib. 2. Rot. Ianuenſ. deciſ. 35. n. 2. in
fin. Honded. d. conſ. 53. n. 29. lib. 1. iuxta no-
tata per *Bart. in l. tutor qui repertorium.*
n. 18. ff. de adminiſtr. tut. Iaſ. in l. fin. in
princ. n. 5. poſt med. C. de iur. deliber. vbi
quod licet de iure tot ſolemnitates requi-
20 rantur in conficiendo inuentario, † tamen
non ſeruantur de conſuetudine, cum vix poſ-
ſet fieri aliquod inuentarium validum, ideo
attenditur conſuetudo *Bald. in d. l. fin. in*
princ. & ibi Caſtr. col. 2.

Additur, quod huiuſmodi exceptiones non
poſſunt per Aduerſarium opponi, cum fuerit
præſens, quando fuit confectum inuenta-
21 rium, † & recepit argenta hæreditaria, adeo
vt per talem receptionem approbauerit in-
uentarium tanquam rectè factum, itaut non
poſſit amplius per eum reprobari, tanquam
ex patiẽtia, & præſentia arguatur ſcientia, &
ratihabitio, quãdo, prout in caſu noſtro, cõ-
currit aliquis actus poſitiuus receptionis
argentorum *Roman. in l. quæ dotis. n. 52.*
vbi Iaſ. n. 90. Io. Bologn. n. 121. & 137. ff.
ſolut. matrimon. Galiaul. in rubr. ff. de
verb. obligation. n. 20. Natt. conſ. 132. n. 5.
Rip. in c. cum in ferrarien. n. 131. de con-
ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutionib. Pariſ. conſ. 76. n. 10. lib. 4. Menoch. conſ. 1085. n. 12. lib. 11. Et ita ex prædictis fuit decíſum pro validitate inuentarij non obſtantibus nullitatibus adductis, in huiuſmodi cauſa *Romana legati de Vrſinis coram R.P.D. Vbaldo.* 18. *Aprilis* 1622. prout etiam in eadem cauſa fuerunt reiectæ aliæ nullitates oppoſitæ contra idem inuentarium, vt dixi *ſupr. c. 797. tom. 4.*

E P I T O M E.

MAſculi deſcendentes per fœminam an ſint compræhẽſi in inueſtitura, in qua vocantur deſcendentes, & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ. ¶ Generatio maſculina an propriè verificetur in deſcendentibus per maſculos, non autem in deſcendentibus per fœminam. ¶ Conceſſio iuriſdictionalium an videatur potius facta contemplatione agnationis, ſeu propter ſexum virilem, itaut in ea contineantur maſculi ex fœminis. ¶ Iura maſculorum an minuantur propter inhabilitatem matris de medio, ſi illi veniant iure propriæ vocationis.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura, in qua vocantur deſcendentes, & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ comprehendit maſculos deſcendentes per fœminam. & n. 9.*

2 *Maſculi ex fœmina excluduntur à maſculo ex maſculo quando fuit habita ratio non ſexus, ſed agnationis. n. 4. & 5.*

3 *Generatio maſculina propriè verificatur in deſcendentibus per maſculos, non autem in deſcendentibus per fœminam.*

6 *In conceſſione iuriſdictionalium mentio maſculorum non videtur facta contemplatione agnationis, ſed ratione ſexus virilis, cuius proprium eſt illa exercere, ideo in ea continentur maſculi ex fœminis. n. 7.*

8 *Nepos maſculus veniens ad ſucceſſionem in Baronia iure propria vocationis non impeditur per inhabilitatem matris de medio, quæ non minuit iura filij maſculi.*

CAPVT DCCCCXCIX.

MAſculi deſcendentes per fœminam
1 cenſentur vocati in inueſtitura, † in qua vocantur deſcendentes & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ, quia verba maſculis & fœminis diſtinguunt ſexum, non originem, & non minus eſt maſculus, qui deſcendit ex fœmina, quàm qui à maſculo, & in materia feudali non eſt differentia inter maſculum ex maſculo, ſeu maſculum ex fœmina, quando feudum fuit conceſſum pro deſcendentibus, vel hæredibus maſculis & fœminis, vt latè concludit *Surd. conſ. 308. n. 2. vſque ad 18. lib. 3. poſt Fulgoſ. conſ. 85. n. 2. Guid. Pap. conſ. 176. in 1. dub. Ruin. conſ. 120. n. 8. cum ſeq. lib. 1. & conſ. 49. n. 2. eod. lib.* iuxta *c. 1. de eo qui ſib. & hæredib. ſuis maſcul.* & concludunt omnes in *l. gallus. §. nunc de lege. vbi Socin. n. 5. Alciat. n. 18. ff. de liber. & poſthum. Albenſ. conſ. 86. n. 4. Cardin.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 11. Corbul. de cauſ. priuation. ob lin. finit. n. 28.*

Contraria autem procedunt, quando habita
2 fuit ratio, non ſexus, ſed agnationis, † tunc enim maſculus ex fœmina excluditur à maſculo, qui ex maſculo deſcendit, & in illis terminis loquũtur *Florian. & alij* de quibus in *conſ. 359. n. 3. inter conſil. Ancbar.* & declarat *Peregr. de fideicommiſſ. art. 26. n. 2. verſ. contrarium. Menoch. conſ. 400. lib. 3. Garzon. de fœmin. ad feud. non recipiend. limitat. 2. verſ. deinde ampliatur eadem cõmunis concluſio. fol. 70. Piſtorien. de feud. q. 35. n. 27.*

3 Maximè, † quia tam prædicti Doctores, quam alij, qui eos ſequuntur, fundant ſuam deciſionem, quod non ſolum ſunt vocati maſculi, ſed etiam maſculina generatio, quæ propriè verificatur in deſcendentibus per maſculos, non autem in deſcendentibus per fœminas, prout notat *Surd. conſ. 308. n. 9. lib. 3.* & latè dixi *ſupr. c. 285. n. 1. vſque ad 15.* iuxta opinionem *Caſtr. conſ. 300. viſo quodam proceſſu. col. 2. ad med. verſ. dicunt etiam quod generatio. lib. 2.*

Et ita concludendum eſt in feudo, de quo agimus, quia illud in prima parte inueſtituræ
4 eſt ex pacto & prouidentia, † & in ea vocantur deſcendentes maſculi, in ſecunda autem parte eſt hæreditarium in defectum deſcendentium maſculorum, ſcilicet pro alijs quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, tunc enim in prima parte vocatorum ex pacto, appellatione deſcendentium maſculorum ſaltem deficientibus deſcendentibus maſculis ex maſculis, vocantur etiam deſcendentes maſculi ex fœminis exiſtentes tempore obitus vltimi maſculi ex maſculis, nam quando non fuit in
5 inueſtitura habita ratio agnationis † ſub nomine maſculorum cõprehenduntur etiam maſculi ex fœminis *Caſtr. in l. 1. n. 3. & ibi Corn. n. 2. verſ. an autem dicatur. C. de condition. inſert. Socin. in l. gallus. §. nunc de lege. in fin. vbi Claud. n. 14. ff. de liber. & poſthum. Curt. Iun. conſ. 1. n. 24. verſ. ſexto aduertendum. Rub. Alexandrin. conſ. 22. n. 12. vſque ad 15. Bero. conſ. 77. n. 33. lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 6. p. 1. & deciſ. 150. n. 9. par. 2. Burſatt. conſ. 129. n. 39. lib. 3. Cephal. conſ. 103. n. 14. lib. 1. Roland. de lucr. dot. q. 54. n. 28. Port. Imol. concluſ. 41. verſ. item nec ſciunt. Io. Thom. de Minod. de feud. tit. 11. n. 56. Surd. conſ. 308. n. 14. lib. 3. Peregrin. conſ. 5. n. 9. & conſ. 6. n. 1. cum ſeq. lib. 1. &*
6 *conſ. 25. n. 10. eod. lib.* † vbi quod in conceſſione iuriſdictionalium mentio maſculorum

non

non videtur facta contemplatione agnatio-
nis,ſed ratione ſexus *l. eum prætor. §. fin. ff.*
de iudic. l. 2. ff. de reg. iur. ideo maſculi ex
7 fœminis continentur † *Gabr. conſ. 96. n. 13.*
lib. 1. Socin. Iun. conſ. 2. n. 11. lib. 4. Pariſ.
conſ. 12. n. 20. vſque ad 34. lib. 2. & conſ. 23.
n. 55. lib. 1. Natt. conſ. 156. n. 9. Brun. conſ. 65.
Zaſ. conſ. 11. n. 7. Gail. obſeruat. 148. n. 3. lib. 2.
Bald. in c. 1. §. quin etiam. tit. epiſc. vel abbat.
cum etiam quãdo nepos maſculus iure pro-
priæ vocationis,quia maſculus,venit ad ſuc-
8 ceſſionem in Baronia,† inhabilitas matris de
medio non minuat iura filij maſculi *Ruin.*
conſ. 49. n. 3. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 1. col. 2. verſ.
& ſi dicatur. Bero. conſ. 96. col. 1. & 2. lib. 1.
Cephal. conſ. 103. n. 1. Peregr. conſ. 6. n. 2. lib. 1.
Ex quibus ita in Camera Apoſtolica deciſum
fuit in cauſa Interamnen. ſucceſſionis terræ
Pediſlupi pro DD. Marchionibus de Caſtel-
lis Lunæ 6. Martij 1606. ſuper infraſcripto
dubio, videlicet In cauſa Interamnen. Pediſ-
lupi inter DD. de Caſtellis, & Prianos. Do-
9 mini dixerunt, † quod videatur particulari-
ter an Domini Gabriel, & fratres de Caſtel-
lis veniant appellatione deſcendentium ma-
ſculorũ in caſu,de quo agitur,& dicta die 6.
Martij 1606. Domini dixerunt vti deſcen-
dentes maſculos Dominos de Caſtellis eſſe
de comprehenſis in inueſtitura Nicolai V. ad
effectum agendi ad relaxata in tranſactione
D. Ioſepho,vt in libro reſolutionum Came-
ræ Apoſtolicæ de dicto anno.

E P I T O M E.

Executio obligationis cameralis,& datio in ſolutum quando poſſit impediri per tertium venientem ad cauſam. ¶ Et an requiratur,quod ille poſſideat. ¶ Et an debeat admitti pro ſuo intereſſe, ſi aliquid in actis ſit productum, per quod de eo conſtet, quãuis ad dicendum cõtra illud pars non fuiſſet citata. ¶ Vergentia viri ad inopiam an ſit probanda,vt ſit locus reſtitutioni dotis. ¶ Et quando ſufficiat ſemiplena probatio. ¶ Verbum producere quid ſignificet. ¶ Et in quo differat ab allegatione,ſeu repetitione. ¶ Diſpoſitio an vitietur propter incertitudinem tam agendo,quam excipiendo. ¶ Citatus ſi ſua putauerit intereſſe an habilitetur in cauſa, quamuis aliunde illud non probauerit. ¶ Noticia geſtorum an ſufficiat in actu, in quo quis poteſt lædi, itaut non requiratur alia citatio. ¶ Vxor vigore conſtituti in inſtrumento ſuæ dotis appoſito an impediat executionem creditoris etiam non probata inopia mariti. ¶ Exceptio inobſeruantiæ an cõpetat illi, qui prius non adimpleuit,itaut teneatur ad obſeruandum promiſſa non ſecus ac ſi ei fuiſſet impletum. ¶ Promittens conducere granum quando incurrat pœnam ſi non conduxit propter non ſolutum pretium conductionis. ¶ De differentia inter conſtituentem ſe precario nomine poſſidere, & eum, qui ſe conſtituit poſſidere ad effectum,vt dicatur tranſlata poſſeſſio ciuilis, & naturalis. ¶ Et quid in promittente cum clauſula conſtituti, & precarij.

S V M M A R I V M.

1 *Tertius veniens ad cauſam quando poſſit opponere contra executionem obligationis cameralis, & dationem in ſolutum. n. 2. & 6.*

3 *Vergentia viri ad inopiam eſt probanda, vt ſit locus reſtitutioni dotis, & quando ſufficiat ſemiplena probatio. n. 4.*

5 *Vxor vigore conſtituti in inſtrumento ſuæ dotis appoſito poteſt impedire executionem creditoris etiam non probata inopia mariti.*

7 *Executio non impeditur per tertium, qui non poſſidet, quamuis etiam non adeſſet obligatio cameralis. n. 8. & 9.*

10 *Verba docto de intereſſe ſunt ablatiui abſoluti, & important conditionem.*

11 *Admiſſus ad cauſam cũ clauſula docto de intereſſe nõ auditur, niſi prius de eo doceatur.*

12 *Citatus ſi ſua putauerit intereſſe non habilitatur in cauſa, niſi aliũde illud probauerit.*

13 *Citatio requiritur in omni actu, in quo quis poteſt lædi, neque ſufficiet notitia geſtorum. n. 14.*

15 *Tertius admittitur ad cauſam pro ſuo intereſſe, ſi aliquid in actis ſit productum, per quod de eo conſtet, quamuis ad dicendum contra illud pars non fuiſſet citata. Intellige, vt n. 16.*

17 *Verbum producere quid ſignificet.*

18 *Allegatio, & repetitio incerta differt à reali productione.*

19 *Diſpoſitio qualibet vitiatur propter incertitudinem tam agendo, quam excipiendo. n. 20.*

21 *Exceptio inobſeruantiæ non competit illi, qui prius non adimpleuit, & cogitur ad obſeruandum promiſſa, non ſecus ac ſi ei fuiſſet impletum. n. 22. Amplia etiam ſtante iuramento. n. 23.*

24 *Mora prima nocet in contractu vltro citroque obligatorio.*

25 *Promittens conducere granum ſub pœna non tenetur ad eam, niſi prius fuerit ſibi ſolutum pretium, vt poſſit illum afferre.*

26 *Conſtituens ſe precario nomine poſſidere transfert ſolum poſſeſſionem ciuilem, ſecus ſi quis ſimpliciter conſtituat poſſidere, per quem transfertur etiam naturalis. Fallit, quando promiſit cum clauſula conſtituti, & precarij. n. 27. & 29.*

28 *Inducta ad augendum non debeat operari diminutionem.*

CAPVT M.

AD probandum, quod tertius veniens
ad cauſam poſſit opponere contra exe-
1 cutionem obligationis cameralis,† & impe-
dire adiudicationem, & dationẽ in ſolutum
do-

Digitized by Google

domus,de qua agebatur, fuit allegata deciſ. Rot. diuerſ.641. n.16. p.1. de qua per Galganett.ad ſtatut. Vrb.c.195.in fin.lib.1.& per Zacch. ad Galleſ.q.5.in fin. n.45. fol.52.

Verũ dixi prædicta & alia, quæ poſſent adduci non obſtare in huiuſmodi cauſa, quia procedunt, quando tertius vult impedire execu-
2 tionẽ ex bono ſuo iure,† & aperto,& nullam exceptionem admittente Bald. in l.ſi alienam.vbi Alex.n.10.ff.ſolut.matrim.Gabr.de reſtit.ſpoliator.concl.1.n.4.In caſu autem noſtro non ſolum non adeſt iſtud bonũ ius clarum,ſed neque principium boni iuris, quia mulier non habet aliquod ius pro ſuis dotibus conſtante matrimonio, & quatenus prætendatur exaduerſo vergentia viri ad inopiam, tamen de ea non conſtat, itaut neque fuerit cogitatum,nedum probatum,quod ſit locus reſtitutioni dotis propter talem cau-
3 ſam,† prout erat ſpecialiter probandum Caſtr.in l.ſi conſtante.n.3.vbi Alex n.24.ff.ſolut. matr. quidquid aliud ſenſerit Neguſ. de pignor. p.5.membr.1.n.9.fol.74. cum eius opinio non ſit vera, & contra eam fuerit iudicatum,vt latè teſtatur Theſaur. deciſ.107. n.2.& 3. Milaneſ.deciſ.12.n.139.Maſull. ad Capic. deciſ.41. n.4. Fab. Ann. conſ.63.n.2. Coſt. ſubſidiar.rem.1.n.12.Marcell. Cala.de mod.articuland.& proband.§.2.gloſ.1.n.153. Cartar.deciſ.8.n.2. cum alijs adductis ſupr.
4 c.872. n.19.† vbi etiam n.20. vſque ad 22. quod, quidquid ſit inter ipſos coniuges, in quibus ſufficit ſemiplenè probare talem vergentiam ad inopiam,diuerſum eſt inter mulierem, & creditores, tunc enim requiritur plena probatio, alias in nihilo eis præiudicatur quo ad executionem cæptam Pariſ. conſ.54. n.6. lib.4. Couar. lib.1.var.reſolut. c.6.n.8. vbi de communi Felin.in c.veniens. il 1.quod eſt 10.n.9. de teſtib.Lup.in c.per veſtras. §.18. n.31. ad med. de donat. int. vir. & vxor.

Et quidquid ſit de prædicta opinione, de qua Giurb. multos hinc inde adducens deciſ.61. n.15. ſatis eſt,quod in caſu noſtro nullũ adeſt
5 inſtrumentum,neque conſtitutum,†quo exiſtente poſſet vxor impedire executionẽ creditoris etiam non probata inopia mariti, vt per Grammat.deciſ.92.n.18. Cartar.deciſ.8. n.2.Vrſill.ad Affl.deciſ.199.n.2.Gaſpar Ant. Theſaur.in addit.ad Theſaur.deciſ.207.in princ. vbi quod auditur mulier,ſi vult excipere de ſua hypotheca,& velit vti retentione, & habeat in inſtrumento ſuo clauſulam
6 conſtituti Giurb. deciſ.61. n.16.† & multa quando tertius de dominio, & poſſeſſione aduerſus agentem creditorem ſe opponat,& inſtrumentum executionis impediat Idem Giurb.deciſ.62.n.1.vſque ad 34.

Præterea obſeruandũ eſt,quod omnia exaduerſo adducta habẽt locũ,quãdo tertius poſſideret, nã ſi non poſſidet, nunquam impedit talẽ executionẽ, quãuis non adeſſet obligatio came-
7 ralis,vnde multò magis quãdo adeſt,† prout in inſtrumento crediti, de quo agimus Abb. conſ.82.col.4. in fin.lib.1. Oſaſc.deciſ.37.n.4. vbi de cõmuni Boer.deciſ.79.n.2. Miſinger. obſeruat.73.n.5.centur.3. iuxta l.ſi ſtebo.ff.de rei vendicat. l.cum idem.qua eſt penult. vbi Bart.n.1. ff.de petit.hæredit. Alex & Iaſ.in l.à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic.
8 & concludunt omnes † in c.cum ſuper.17.vbi Innoc.Butr.Imol.& Felin.col.4.eod.tit Idem Felin.in c.veniens.il 2. quod eſt. 38. n.8. vbi Aret.n.3.de teſtib. Ang.& alij in l.à ſententia.ff.de appellation. Rebuff. de arreſt.& opponent.contr.ea art.1.gloſ.1.n.22.tom.3. fol.
9 562.† & eſſe communẽ omnium opinionem teſtatur Couar.pract.quaeſt.c.16 n.3.in prin. verſ.quo fit vt ſi poſt ſententiam.col.2.in fin. Rot.coram R. P. D. Corduba Bononien. ſucceſſionis. 10. Nouembris 1597. & coram R.P.D. Caualerio Giennen. Capellania: 21. Maij 1614. quæ eſt deciſ.604. n.3.p.2.in recent.Cæſar de Graſſ. deciſ.3. n.4.de verb.ſignificat. Vant. tit. quis poſſ. dicer. de nullit. n. 23. ad fin.

Præſertim,quia ſumus in tertio veniẽte ad cau-
10 ſam cũ clauſula docto † de ſuo intereſſe, quæ verba ſunt ablatiui abſoluti,& importãt cõditionẽ l.euictus.ff.de euict.l.à teſtatore.ff.de condit.& demõſtrat.Becc.conſ.39.n.18.Surd. conſ.236. n.10. lib.1. Pariſ.conſ.95.n.5.& 6. lib.4. Vant. de nullit.ex defect.iuriſdict.de-
11 legat.† Ideo non auditur, niſi prius probato ſuo intereſſe l. 1. in princ. ff. de appellat. recipiend. c.non ſolet.2.q.6. Dec.conſ.302.n.4. Aegid. deciſ. 29. in fin.

Amplius, neque tertius cenſeretur admiſſus ad cauſam, nec declaratũ eius intereſſe propter citationes de eo factas non ſimpliciter, ſed cum illa clauſula,quatenus ſua putauerit in-
12 tereſſe,† tunc enim non habilitatur citatus, nec debet audiri in cauſa, niſi aliunde ſuum intereſſe probauerit, & de eo legitimè conſtiterit Caſtr. in l. libertus aduerſus. ff.de in ius vocand. Rimin. Iun. conſ.445.n.1. & 2. lib.4.Iaſ.in l fin.n.241.vbi Alex.n.23. C.de edict. diu. adrian. toll. Roland. conſ.29. n.5. lib.2. Capic. deciſ.8. n.2. Felin. in c.cum inter.5.n.12. de exception. Decian.conſ.54.n.1. lib.3. Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.rem.4.n.616. cum alijs per Giurb.deciſ.1.n.20.& 30.

Quare ad probandũ iſtud intereſſe erit citanda
13 pars,prout in vnoquoque actu,† in quo quis poteſt lædi,& de eius præiudicio agitur,ſemper citatio debet præcedere, alias omnia ſunt nulla l.nam ita diuus.ff.de adoption.l.de vnoquoque.ff.de re iudic.c.cũ olim.de teſtib. c.1. de cauſ.poſſeſſ. & propriet. Immo neque ſufficiet notitia geſtorum, niſi etiam adeſſet citatio, cum ad hunc effectum illa requira-
14 tur,† vt in ſpecie notat Rot.diuerſ.deciſ.107. p.3.lib.2. fol.52. vbi fuit dubitatum,nunquid poſſit procedi per contradictas, & ferri ſententia contra vnum, qui nunquam fuerat ci-

tatus

tatus ad cauſam, ſed reperiebatur perſonali-
ter citatus in extractione iuriū vigore com-
pulſorialium ad cauſam illam facientium, &
ratio dubitandi fuit, quia ſicut per Innocen-
tianam cōſtitutionem Auditores Rotæ poſ-
ſent procedere vigore citationis nulliter
executę, ſi conſtet citatum habuiſſe notitiam
de citatione, eodē modo in iſto caſu diceba-
tur, ex quo enim ille habuerat ſcientiā, debe-
bat mittere procuratorem ad defendendum
cauſam, cum ſciret eam in curia tractari, ta-
men Domini dixerunt, quod non ſufficiebat
talis citatio, nec eius vigore poterat con-
demnari, quia licet habuerit notitiam de ex-
tractione iurium, tamen non habebat noti-
tiam cauſæ contra illum agitatæ, propter
ea debuit aliter citari.

In prædictis tamen obſeruandum eſt, quod ali-
quando ſine citatione poteſt tertius admitti
15 ad cauſam pro ſuo intereſſe, † ſi videlicet ali-
quid ſit in actis productum, per quod conſtet
de intereſſe, quamuis ad dicendum contra
illud pars non fuiſſet citata, nam de iſto in-
tereſſe non debet conſtare parte citata, ſed
ſatis eſt, quod conſtet quomodocumque ex
productis, vt in terminis voluit *Rot. coram
Auguſtino Hiſpalen. canonicatus*. 10. *Iunij*
1547. *de iudic.* quæ eſt impreſſ. *inter deciſ.
Rot. diuerſ. deciſ.* 109. *in fin. p.* 3. *lib.* 1. *fol.* 23.
quæ eſt duplicata *d. p.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 71. *fol.* 43.
de qua etiam *Lancellott. de attentat. lit. pen-
dent. in præfat. n.* 217. *fol.* 58. *Marcheſan. de
commiſſ. quand. tert. ad cauſ. admittatur.
n.* 66. *p.* 2. *fol.* 261.

Quæ tamen ſunt intelligenda, dummodo ſeruen-
16 tur requiſita eiuſdem deciſionis, † quod vi-
delicet conſtet de productione iurium facta
in actis, neque enim ſufficeret eorum repe-
titio, cum illa non verificetur quando eſt ne-
ceſſaria productio, tāquam hoc verbum pro-
ducere ſignificet, quod fiat realis depoſitio
apud acta, & ſignificet idem quod exhibere,
17 ideſt videndi, † ac legendi facultatem in actis
præbere *Rebuff. in l. natura cauillationis.*
177. *col. vlt. ff. de verb. ſignific.* cū alijs addu-
ctis *ſupr. c.* 981. *n.* 24. *&* 25. vbi etiam quod
in materia productionis ſemper ſeruatur, vt
illa debeat eſſe realis *Aim. de antiquit. tem-
por. p.* 1. *§. quæritur etiam. n.* 6. *vſque ad* 10.

Cum etiam ex iſta generali repetitione non
poſſit per Iudicem ſciri, quæ ſint prætenſa
iura alias producta ſtante ignorantia tēporis
productionis, & in qua cauſa illa productio
fuerit facta, prout requiritur ad effectum, vt
poſſit ſe Iudex informare de intereſſe præ-
8 tenſo † tāquam aliud ſit realiter producere,
aliud allegare, & repetere aliquid incertum
Bald. conſ. 110. *decreto domini. ad fin. lib.* 1.
iuxta *l. produci. ff. de teſtib. l. non ex omni-
bus. ff. de arbitr. l.* 1. *§. edenda ſunt omnia.
ff. de edend.*

Cum igitur ex huiuſmodi repetitione generica
non poſſit innoteſcere Iudici intereſſe repe-
tentis acta producta, neque notarius poſſit
illa reperire, & oſtendere Iudici, ſequitur,
quod ratione incertitudinis vitietur talis re-
19 petitio actorum, † prout quælibet diſpoſitio
propter eamdem rationem eſt inefficax, &
inualida *Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter.
ff. de legat.* 2. *Alex conſ.* 42. *col.* 2. *lib.* 6. *alias eſt
conſ.* 109. *n.* 10. *lib.* 5. iuxta *l. ſi fuerit. ff. de
reb. dub. l. cum ex pluribus. ff de manumiſſ.
teſtam. Aim. conſ.* 104. *n* 11. latè *Gomeſ. de
contract. c.* 11. *de qualit. contract. n.* 7. *& de
20 teſtam. c. vlt. n.* 35. *&* 42. † Quæ procedunt in
quacumque diſpoſitione, tam agendo, quàm
excipiendo, vt in probatione, poſitione, &
ſimilibus *Bart. conſ.* 193. *commune. n.* 3. *lib.* 1.
cum alijs per *Marſil. in rubr. C. de probat.
n.* 359. *cum ſeq.* quamuis etiam eſſemus in
fauorabilibus *Anchar. conſ.* 216. *n.* 4. *Alex.
conſ.* 46. *lib.* 4. Maximè in iudicialibus *Ro-
man. conſ.* 131. *in fin.*

Quo ad ſecundum dubium concludendum eſt
negatiuè, quod exceptio non adimplementi
non obſtet, quamuis enim non fuerit per ma-
ritum retenta vxor in Vrbe iuxta formam
pacti in inſtrumento contenti, Tamen cum
fructus dotis ſint debiti ipſi marito, vt poſ-
ſet ſuſtinere onera matrimonij, quorum ſo-
lutio fuit per ſocerum retardata in magna
quantitate non obſtantibus diligentijs fa-
21 ctis, & mandatis executiuis obtentis, † ſtante
huiuſmodi inobſeruātia, ad quam prius ipſe
tenebatur, nō poteſt ſe tueri exceptione non
adimplemēti mariti, ſed cogitur ad obſeruā-
dū promiſſa non ſecus ac ſi ei fuiſſet impletū
Mattheſil. ſing. 50. *nota magnum periculum.
n.* 1. vbi latè *Addit. in princ.* quod pluries ſe-
cuta eſt *Rot. corā R.P.D. Litta, Orano, Oradi-
no*, ac alijs de quibus in deciſionibus impreſ-
ſis poſt *Galleſ. deciſ.* 70. *n.* 17. *fol.* 192. *& de-
22 ciſ.* 139. *n.* 4. *&* 5. *fol.* 562. † quod prius voluit
*Bald. in l. cum proponas. C. de pact. & in l ſe-
mel mora. ff. ſolut. matrim. Io. Andr. ad Spe-
culat. in rubr. de treg. & pac. Parpal. in l. ſi
quis maior. q.* 12. *C. de tranſaction. Dec. conſ.*
380. *concluſio ſuperius firmata. n.* 1. *&* 2.
Rom. conſ. 155. *n.* 7. *Roland. conſ.* 57. *n.* 20. *cum
ſeq. lib.* 1. vbi ampliat etiam ſtante iuramen-
23 to, † quod eo caſu non aſtringit iurantem
Gozad conſ. 31. *n.* 5. *Becc. conſ.* 106. *n.* 31. *lib.* 1.
fol. 205. *Card. Tuſc. concluſ.* 50. *implere de-
bet actor. n.* 100. *&* 111. *tom.* 4. *poſt Socin. in
l. qui iurato. quæ eſt vltima. n.* 5. *ff. qui ſatiſd.
cogant.* prout ſemper mora prima nocet in
24 contractu vltro citroque obligatorio, † ma-
ximè quando fuit adiectum iuſiurandum
Alex. conſ. 113. *n.* 7. *lib.* 4. *Dec. d. conſ.* 380.
n. 2. *Bero. conſ.* 8. *n.* 28. *lib.* 3. *Becc. conſ.*
106. *n.* 38.

Et ita in ſimili caſu reſoluit *Rot. coram R.P.D.
Orano Mediolanen. grani.* de qua per *Card.
Tuſc. concluſ.* 50. *implere debet actor. n.* 12.
tom. 4. *fol.* 411. vbi quod ſi me obligauerim
ad conducēdum tot rubra granī ad aliquem
locum,

Digitized by Google

locum,& in tanto tempore ſub pœna,ſi mihi
ſolueris pretium grani ad rationem tot pro
tali rubro, & tu non ſoluas pretinm, & ego
25 non conduco granum, † non incido in ali-
quam pœnam, aut moram, quia ex ordine
intellectus, vel ſcripturæ, qui ſeruari debet,
ſemper intelligitur, vt tu mihi prius ſoluas
pretium, vt poſſim conducere granum,
Quare etiam idem erit in caſu noſtro,vt Ad-
uerſarius prius ſoluat fructus, vt poſſit vir
retinere vxorem in Vrbe, & in ea ſuſtinere
onera matrimonij *Bald.in l.1. n.22. C. de*
vſur.& fruct.legat. Socin.conſ.vlt.n.3.verſ.
non obſtat. lib. 3. Claud. Aquenſ. in l.ſi quis
maior. n.46. C. de tranſaction. Marcabr.ab
Anguill. conſ.105. n.156.

Quo ad vltimum de conſtituto concludendum
eſt, quod quando cum eo appoſitū eſt etiam
26 precarium † non dicitur translata niſi ciuilis
poſſeſſio, vnde præualebit aliud ſimplex con-
ſtitutum ſine precario, per quod transfertur
tam ciuilis, quàm naturalis *Thom. Ferrat.*
caut.48. n.3. fol.1025. vbi quod vtilius eſt,
vt quis ſimpliciter ſe conſtituat poſſidere
pro alio, quam ſi dicat conſtituit ſe precario
nomine poſſidere *Ang. in §. actionum. in*
materia conſtitut. inſtit. de action. Papienſ.
in forma libell. in contract. vendit. in verb.
conſtituens ex nunc. Capoll. conſ. crimin. 4.
viſa querela producta. Iaſ.in l.ab emptione.
col.8. ff. de pact. Tiraq. de iur.conſtit.par.2.
ampliat.20 n.2. fol.157.& latius *p.1.n.4.cum*
ſeq. fol.140. prout paſſim poſterius conſtitu-
tum præfertur præcario primo *Tiraq. ibid.*
n. 12. fol. 141.

Verum in caſu, de quo agebamus, dixi prædi-
cta non obſtare, quia in inſtrumento exhi-
bito non dicitur, quod promittens dotem
27 conſtituit ſe precario poſſidere, † ſed adſunt
illa verba promiſit cum clauſula conſtituti,
& precarij, quæ important, vt ſimul quis
habeat poſſeſſionem ciuilem ex precario, &
naturalem etiam ex conſtituto,poſſunt enim
iſta ſimul ſtare, & vnum non repugnat alteri,
28 cum iungantur iuris augendi cauſa,† vnde
non debent inducere diminutionem *l ſi man-*
cipia. ff.de fund. inſtruct. & ita in ſpecie de-
clarat *Tiraq. de iur.conſtitut. poſſeſſor. p.3.*
limit.23. n.2. fol.198. vbi quod ita loquitur
Bart. in l.interdum.de acquir. poſſeſſ. quem
ibidem ſequuntur *Raph. Com.& Alex.* quod
etiam voluit *Ferrat. in form. poſit. actor.*
verſ. item quod præſcriptus. col. vlt. verſ.
fateor tamen.

Aliud eſt,quando ſimpliciter,quis conſtituit ſe
29 precario nomine poſſidere, † tunc enim ſo-
lum fit mentio de precario, ideo non mirum
ſi transfertur ſola ciuilis poſſeſſio, & non na-
turalis, prout loquuntur omnes, qui exad-
uerſo poſſent allegari,de quibus per *Ferrat.*
caut.48. Iaſ.in l.ab emptione.col.8. ff.de pact.
cū alijs per *Capoll.conſ.crimin.4.n.5.* Mozz.
de contract. tit.de emption.& vēdition.rubr.
de natural. empt. & vendit. n. 33. fol. 399.
iuxta *l. & habet.15.§.cum qui. ff. de precar.*

Habes amice Lector, quæ viſum mihi in
hoc quinto Tomo definire, credidi vtiliſſi-
ma, & tibi vſui fore, pauca quidem mole,
ſed non pondere, & non multa, ſed multis,
ſperamus nihil omiſſum, quod propriè ad
rem faciat, ſi quid eſt, erit me inſciente,
quanquam alioqui nemo reprahenſus eſt,
qui è ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipu-
lam,alius, ſi volet, tollet; Nec meæ culpæ,
aut ignauiæ erit adſcribendum, quod non
omnia rectè perfecerim, ſed valetudini, &
alijs occupationibus,quæ interpellant,& ni-
mis ſæpè diſtrahunt,aut diuellunt, fiet alias,
ſi ille volet,qui ſuper nos vult,& poteſt; Ne-
que omittendum nos tractare Legalis diſci-
plinæ interpretationem, in qua nullus poteſt
profiteri ſe aliquid ſcire,niſi illud, quod ſin-
gulis diebus perdiſcitur,apparent enim rari
nantes in gurgite vaſto, Ideo diſcendum
ſemper eſt, nulla ætas ad perdiſcendum ſera
eſt,erubeſcat ſenectus, quæ emendare ſe non
poteſt,non annorum canicies eſt laudanda,
ſed morum, cani capilli non afferunt pru-
dentiam; Non deſipit qui aliquid ambigit,
ille magis, qui in omnibus, & ſupra omnes
ſapit; Itaque ingenuè, & verè ſemper præ-
fatus ſum me labi, & errare non tantum
poſſe, ſed debere, hominum quidquid eſt,
opinantur, vacillant, errant, Vnde inter
cætera mortalitatis incommoda, & hoc eſt,
caligo mentium, nec tantum neceſſitas er-
randi, ſed errorum amor. Et nemo eſt mor-
talium,quem non aliqua pars ignorantiæ at-
tingat, hanc contagionem ex ipſa mortali-
tate traximus, nam homo cum errat, huma-
nitas errat, calumniari autem in homine er-
rorem, eſt toti ipſi mortalitati conuicium
facere. Interim gratiæ ſunt agendæ Sanctiſ-
ſimæ Trinitati, & Beatiſſimæ Virgini, prout
immenſas ago,quibus omnia noſtra accepta
ferimus,& offerimus,ſemper ſub correctione
Sanctæ Matris Eccleſiæ, cui in omnibus me
ſubmitto, & illi adhæreo.

LAVS DEO, BEATÆQ. VIRGINI MARIÆ

FINIS.

INDEX
RERVM, AC VERBORVM
QVAE IN QVINTO TOMO
DISCEPTATIONVM CONTINENTVR.

Primus numerus caput Diſceptationis, Secundus capitis numerum ſignificant.

ABBAS *vocatur etiam pater, & Antiſtes, & Dux regularium. c. 871. n. 8. ¶ Quando poſſit eligere ſedem in vna ex ſuis eccleſijs, itaut non ſubiaceat viſitationi epiſcopi.* 870. 35. & 37. ¶ *Eſt manutenendus in poſſeſſione conferēdi ordines minores ſuis ſubditis.* 871. 1. ¶ *Habet adminiſtrationem perpetuam, & quando æquiparetur Commendatario.* 845. 41. & 42. ¶ *Poſt petitam benedictionem, & per Epiſcopum recuſatam poteſt ordines conferre.* 871. 41. ¶ *Et in quibus caſibus habeat facultatem ordinandi ſine benedictione Epiſcopi.* 871. 9. 29. 38. & 41. ¶ *Et an talis benedictio ſit potius ad bene eſſe, quam de ſubſtantia, & ante illam exerceat omnia, quæ ad eum ſpectant cum vſu baculi paſtoralis.* 871. 10. ¶ *Statim electus an perdat beneficia.* 871. 17. ¶ *Datus adminiſtrator eccleſiæ cathedrali vacanti confert ſuis diœceſanis ordines, quos poteſt conferre ſuis ſubditis.* 871. 11. ¶ *Idem eſt quod Prior quo ad dignitatem, & cæteras qualitates cum generali adminiſtratione vſus mitræ, & baculi cum alijs inſignibus epiſcopalibus.* 871. 6. ¶ *Ordinans in aliena parochia clericos alienos an imprimat characterem, & conferat ordinem, & executionem.* 871. 52. *vſque ad* 56. ¶ *Patronus vnius eccleſiæ erit etiam compatronus nouæ capellaniæ, quæ ibidem ædificatur.* 940. 35. ¶ *Habens facultatem iuriſdictionis epiſcopalis an intelligatur illam habere quo ad ordines.* 871. 22. ¶ *Non debet ordinare nouitium durante anno probationis, alias peccat, licet non ſit ſuſpenſus.* 871. 49 ¶ *An ſit examinandus in benedictione, vel ſolum faciat profeſſionem fidei.* 871. 44. ¶ *Conſtituens ſyndicum vna cum capitulo poterit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli.* 909. 20. ¶ *Quo die ſit benedicendus.* 871. 48. ¶ *Non acquirit aliquam notam ordinis ſacri ex benedictione, quæ ſolum eſt quædam precatio pro munere ſuo piè exercendo.* 871. 12. ¶ *Ex virtute propria, & conceſſione iuris habet poteſtatem conferendi ordines, non ex benedictione.* 871. 34. & 39. ¶ *An debeat eſſe ſacerdos aptitudine, vel actu.* 871. 46. ¶ *Ordinatus ab Abbate non eſt examinādus ab Epiſcopo.* 871. 43. ¶ *Sedes ordinaria Abbatis quando ſit exempta à viſitatione Epiſcopi.* 870. 6. 9. & 13. ¶ *Dicitur habere aſſiſtentiam iuris cōmunis, per quod ei datur facultas ordinandi ſuos monacos, immo etiam laicos, quæ tamen per Concilium fuit moderata quo ad ſubditos tantum, & quo ad tales eſt manutenendus in poſſeſſione.* 871. 4. ¶ *Nouitius ordinatus per Abbatem, ſi recedat à monaſterio non gaudet priuilegio ordinis.* 871. 51. ¶ *Valet conſuetudo, quod omittatur benedictio Abbatis.* 871. 15. & 30. *cum ſeq.* ¶ *Collatio ordinum facta per Abbatem quando cenſeatur approbata per Epiſcopum.* 871. 3.

Abbatiſſa *dicitur etiam Prioriſſa, & Præfecta, ſeu Præpoſita.* 871. 8.

Ablatiui *abſoluti inducunt conditionem, & formam præcisè ſeruandam.* 939. 21. & 31.

Abſens *animo ſtatim reuertendi habetur pro præſente.* 944. 32. ¶ *Cauſa reipublicæ quando teneatur procuratorem dimittere, & ſi non dimiſerit an ſit reſtituendus.* 868. 14. & 22. *cum ſeq.* ¶ *Et quid ſi talis abſens incumbat etiam ſuis negotijs.* 868. 25. & 26. ¶ *Propter vitandam litem reputatur tanquam præſens.* 851. 6. ¶ *Obligatus dare fideiuſſorem loco abſentis, non tenetur niſi pro abſentia longa.* 944. 31. & *quod tempus dicatur longum ad hunc effectum.* 868. 27. & 28. ¶ *Non petens inueſtituram infra annū excuſatur ex iuſta cauſa, nec tenetur mittere procuratorem.* 868. 21. ¶ *Renouatio fideiuſſoris propter abſentiam eſt probanda cum citatione perſonali ad*

hoc, vt poſſit quis dici in mora conſtitutus ob huiuſmodi non implementum. 944. 36. ¶ *In caſibus, in quibus abſens cogitur ad dimittendum procuratorem, petens talem dimiſſionem debet probare, quod inuenitur perſona idonea ad huiuſmodi onus ſuſcipiendum.* 868. 17.

Abſolutio *à iuramento elidit illius virtutem, & contractus remanet in ſuo ſtatu, ac ſi nõ fuiſſet appoſitũ.* 824. 25. ¶ *Et eſt petenda per eum, qui prætendit ſimulationẽ actus iurati per ipſum celebrati.* 976. 19. ¶ *Ad cautelam ſemper ſolet dari ab omnibus cẽſuris, tam latis ab homine, quã à iure, ſi eſt probabile dubium iuris, & facti, & quando ſit tale dubiũ.* 837. 7. & 8. ¶ *Excommunicationis ab vna cenſura nam contingit aliã, nec vna auget alteram, & quo ad expreſſam non adeſt ſubreptio.* 872. 15. ¶ *Poteſt concedi per Epiſcopum ſubditis in ſua diœceſi in foro interiori ab omni ſuſpenſione iuris etiã reſeruata ſedi Apoſtolica, & quomodo intelligatur.* 837. vſq; ad 12. ¶ *Non datur percutienti clericũ, niſi per ſummum Pontificem, & quid in infirmo, & ſene, & de qua infirmitate, & ſenectute intelligatur.* 805. 15. & 16. cum ſeq.

Abſurdum *eſt euitandũ, quamuis recederetur à proprietate verborum, & à regulis iuris.* 834. 13. ¶ *Et ſemper talis interpretatio eſt facienda.* 831. 30.

Acceſſorium *quod ſuo principali non omnino cohæret non continetur in tranſlatione principalis.* 839. 24. & c. 937. 23. ¶ *Et quando ſequatur naturam principalis.* 937. 22. & 24. & c. 823. 21. ¶ *Vocatio magis ampla contenta in ſecunda diſpoſitione, non poteſt dici conſecutiua, & acceſſoria ad priorem, ſed ſtat de per ſe abſque aliqua dependentia ad primam.* 828. 15. ¶ *Diſpenſatus quo ad principale an cenſeatur diſpenſatus quo ad omnia acceſſoria.* 940. 28. ¶ *Conuentio ſuper ſorte quando comprehendat acceſſorium.* 924. 47.

Accidentale *inſpicitur potius, quàm naturale.* 802. 2.

Acta *contra vnum non faciunt rem liquidam contra alium non citatum.* 948. 9. ¶ *Debent integrè tranſportari, vt operetur clauſula quæ, & quas.* 968. 5. ¶ *Et quando præſumantur integrè tranſportata.* 968. 6. ¶ *Et an onus tranſportationis illorũ ſpectet ad appellantẽ.* 968. 7. *cum ſeq.* ¶ *Si ſunt irrelenantia non tranſportantur, prout neque quando ſine illis ſententia iuſtificaretur.* 968. 10. & 11. ¶ *Quæ ſunt extra acta ſunt extra mundum, nec debent attendi.* 938. 3. ¶ *Ex reuolutione actorũ probatur negatiua non exiſtentia tutelæ, vel ſimilis rei.* 907. 26. & 27.

Actio *quando retrotrahatur ad diẽ promiſſionis.* 964. 20. ¶ *Vna ſub alia continetur, quando non datur ſeparatio.* 852. 12. ¶ *Non competit, niſi prius impletis implendis, quãuis adeſſet impedimentũ, quod ſolum excuſat à mora, & pœna non quod impeditus poſſit agere.* 852. 1. ¶ *De in rem verſo quando habeat locum.* 964. 6. & 7. ¶ *Ciuilis intentata cõtra malum adminiſtratorem facit ceſſare criminalem.* 935. 16. ¶ *Oppoſitio magis ſuſtinetur per viam exceptionis, quã actionis.* 907. 11. ¶ *Cumulatio plurium actionũ ciuilium, & criminalium, & mixtarum quando ſit admittenda.* 923. 28. ¶ *Emptio actionum cum promiſſione euictionis per cedentem facta præſumitur ſimulata, & excludit periculum exactionis, & admittit ſolum lucrum.* 826. 4. ¶ *Semel extincta non reuiuiſcit.* 962. 34.

Actor *debet probare fundamentum ſuæ intentionis.* 817. 8.

Actus *nouus dicitur, ſi aliquid addatur, ſeu minuatur actui veteri.* 913. 38. ¶ *Cenſetur factus ex poteſtate, quam quis habeat, licet non expreſſerit.* 854. 2. & 48. ¶ *Legitimè geſtus non debet retractari.* 918. 66. ¶ *Suſtinetur eo modo, quo poteſt, maximè in teſtamẽtis.* 919. 2. ¶ *Turbatiuus, & attentatus non ſuffragatur.* 918. 20. ¶ *Geſtus cum vno nec nocet, nec prodeſt alteri.* 966. 11. ¶ *Quando præſumatur factus ex preambulo titulo, & in illius executionem.* 960. 22. & 23. & c. 893. 45. & 47. & c. 939. 13. ¶ *Agentium non operatur vltra intentionem, nec vltra quam geratur.* 948. 38. ¶ *Inualidus non eſt præſumendus.* 909. 22. ¶ *Nullus habetur pro non facto.* 923. 16.

Adimplementum *habetur pro adimpleto, ſi ex facto partis debeat fieri liquidatio eius, quod debet adimpleri, & non fiat.* 851. 2. & 10. ¶ *Eſt probandum per eum, qui debet adimplere.* 926. 3. ¶ *Et in ſpecie, & ante rem in iudicium deductam.* 963. 67. & 69. ¶ *Iuuat, quamuis fiat capto iudicio ante factam oppoſitionem.* 944. 27. ¶ *Vnius modè ſufficit ex pluribus datis ad aliquid faciendum.* 946. 19. ¶ *Defectus non adimplementi non eſt probandus à ſocio dante pecunias, ſed à recipiente, qui lucrum prætendit.* 944. 44. & 45. ¶ *Exceptio non adimplementi non competit illi, qui prius non adimpleuit, & cogitur ad obſeruandum promiſſa, non ſecus ac ſi ei fuiſſet adimpletum etiam ſtante iuramento.* 1000. 21. *cum ſeq.* ¶ *Oppoſitio non adimplementi non datur ex diuerſo iure, niſi obligatio ſit correſpectiua, quæ eſt vnica non admittens prius & poſterius.* 853. 30. & 31. ¶ *Impeditur omnis actio, & immiſſio ſi obſtet non adimplementum, & an fiat ſuppletio per Iudicem, ſi pars non apponat, & an impedimentum excuſet.* 853. 1. & 50. *cum ſeq.* ¶ *Non adimplementum non opponitur, niſi per eum, cui eſt implendum, vel per alium ab eo ſpecialiter deputatum.* 944. 40. ¶ *Agens ex contractu reciproco debet prius adimplere omnia ad eum ſpectantia etiam in minimo.* 826. 47. ¶ *Exceptio non adimplementi eſt litis finita, & impedit illius ingreſſum.* 853. 4. ¶ *Non adimplens aliquid ex promiſſis non acquirit lucrum ex contractu ſocietatis, quẽ non adimpleuit, quãuis in alijs adimpleuerit.* 944. 41. & 43. ¶ *Mora regularis, ſeu irregularis, quando requiratur ad hoc, vt non obſtet non adim-*

Digitized by Google

adimplementū. 944.50.¶ Donatarius non poteſt ſe fundare in donatione, ſi ex parte ſua nõ adimpleuit. 899.9.¶ Patiētia habetur pro traditione, ſeu adimplemento in iudicialibus, & quomodo intelligatur. 939.5.6. & 7.¶ Executio obligationis cameralis impeditur ex nõ adimplemento claro, non autem controuerſo. 989.1. ¶ Non conſtat de non adimplemento, niſi per tres ſententias conformes tranſactas in iudicatū. 989. 11.¶ Defectus non adimplementi etiã in minimo an ſufficiat ad differendam executionem totius contractus. 864. 12. cum ſeq. ¶ Non adimplens cogitur ad obſeruandum. 993.53.¶ Excipiens de non adimplemento efficitur actor, quamuis in principali iudicio eſſet reus, & tenetur probare exceptionem. 989. 3. & 4. ¶ Promittens conducere granū ſub pœna, non tenetur ad eam, niſi fuerit prius ſibi adimpletum in ſoluendo pretium, ut poſſit illud afferre. 1000.25. ¶ Non dicitur quis conſtitutus in mora propter non adimplementum renouationis fideiuſſoris, niſi perſonaliter citetur. 944. 36. cum ſeq.

Aditio *hæreditatis ex quibus præſumatur, ad hoc, vt quis poſſit tanquam hæres conueniri. 981. 12.¶ Alia* vide in verb. hæreditas.

Adiuncti *non eliguntur, ſi totum capitulum deliquerit, & ad quē deuoluatur iuriſdictio. 892. 24. & 25. ¶ Electi ad formandum proceſſum vna cū Epiſcopo iuxta Concilium non debent eſſe inferioris conditionis cæteris clericis. 892. 22. & 16. ¶ Dantur per Signaturam, tam Iudicibus Romanæ Curiæ, quam extra, qui cenſebūtur dati priuatiuè, vt primus Iudex ſolus non habeat iuriſdictionem. 837. 20.¶ An ſolum procedant in cauſis criminalibus, vel etiam quando Epiſcopus vult procedere ad priuationem propter non reſidentiã, vel non promotum infra certum tēpus. 892. 22. & 23.¶ Deputantur poſt litem conteſtatam, ſi oritur ſuſpitio. 835. 21.¶ Electi per Capitulum an ſint coniudices. 893. 20. & 21.¶ Et an capitulum debeat eſſe exemptum, vt poſſit eligere adiunctos, & quid in portionarÿs an dicantur eſſe de capitulo. 892. 26. cum ſeq.*

Adminiſtratio *mala an inferat dolum, & furtū, vel temperetur ex velamine adminiſtrationis. 935. 12. & 16.¶ An debeat ſtare penes tutorem ſtante maiore numero fratrum, qui ſunt ſub eius tutela. 914. 35. cum ſeq.*

Adoptatus *de mandato teſtatoris habet omnes prærogatiuas, & excludit ſubſtitutum, & ſuccedit in feudis, & aliÿs quibuſcumque bonis non ſecus ſi eſſet de naturali familia. 930. 4. vſque ad 31.*

Adulterium *committens in camera, itaut non poſſit videri niſi per rimulam conuincitur per teſtes, ſi deponant, quod vnus poſt alium vidit. 849. 49. & 50.*

Aduocatus *dandus vigore ſtatuti mulieri pauperi, & miſerabili intelligitur etiam vt detur meretrici, quæ habetur pro tali. 962. 28.*

Ædificium *illicitè conſtructum eſt demoliēdum, & non habetur pro ædificio. 957.43.¶ Vnicuique an ſit licitū in ſuo, quãuis luminibus vicini officiat. 896. 4. & 11.¶ Sciens & patiens iuxta ſuum ſolum, vel in ſuo ſolo ædificari an ſibi præiudicet. 957. 51.¶ Conſuetudo valet, vt dominus non poſſit ædificare in proprio, & quod cogatur vēdere vicino parietem 957.47. ¶ Refectio ædificÿ præſumitur facta ex pecunia paulo ante accepta, ſi illi conueniat. 955.6. 955.6. & 7.¶ Dominus amittit poſſeſſionē per occupationem, quæ fit ædificãdo. 917.52.¶ Per ſtatutum, pactum, & conſuetudinē poteſt præſcribi certus modus in ædificãdo etiã cõtra ius, & ex eo ligabitur forenſis, & clericus. 957.44. cū ſeq.¶ Scientia eſt præciſè probãda de tēpore ædificÿ ad hoc, vt præiudicet ſciēti, nec ſufficit, quod interueniat ex poſt facto. 957.53. & 54.*

Æqualitas *quando ſit ſeruanda inter fratres. . . . . 21.*

Æquiparata *eodem iure reguntur, & vnum non poteſt ſtare ſine alio. 946.9.*

Æs alienum prius debet ſolui, antequam ſocÿ habeant portionem, quæ ei eſt debita finita ſocietate. 964.5.¶ Licet non ſit in bonis teſtatoris eſt tamen in hæreditate. 816.16. & 17.

Æſtimatio *bonorū variatur ex curſu temporis. 826.57.¶ Annonarum, & aliarum rerum victualium nõ aliunde eſt ſumenda, quã ex loco fori publici, quanti ibidem vendi, aut emi ſoleant. 811.17.¶ Quando faciat emptionem, & attendatur voluntas contrahentium tam expreſſa, quam tacita ad talem effectum. 904. 19. & c. 826.73. & 74.¶ Quomodo ſit facienda, vt cognoſcatur an actio ſit vendita iuſto pretio. 826.3.¶ Eſt declarãda per Magiſtros viarum tam in coactiua venditione, quam volūtaria, & tam in prima ſententia, quam in aliÿs per quoſcumque Iudices latis. 978.24. & 25.¶ An debeat referri ſine citatione, vt peritus ſit informatus de qualitatibus rei æſtimandæ. 929. 14. cum ſeq.¶ Eſt valida, quamuis fiat relatio abſque iuramento, ſi æſtimator fuerit electus per partes. 929.17.¶ Antiqua, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem facta non conſideratur, ſed intelligitur de tempore, quo conſignantur bona dotalia ſecundo viro, cui cedit augmentū, & diminutio. 826.68.¶ Eſt nulla, ſi fiat abſque præſentia partis per æſtimatorem etiam extraiudicialiter electum, & de cautela ſuper hoc adhibenda. 874. 33. 34. & 42.*

Æſtimi *liber probat diuiſionē inter fratres. 951. 24. ¶ Deſcriptio rei in æſtimo facta per fratrem nomine ſuo, & fratrum transfert dominium omnibus in eo deſcriptis. 854.43. & 44.*

Ætas *carceratorū quare antiquitus oſtenderetur Iudici. 805. n. 5. cū ſeq.¶ Mentio ætatis quando cenſeatur repetita in priuilegio. 940.10.*

Affinitatis *principium habet idem iudicium, quod de affinibus. 901. 31.*

Affirmatiua *probata per teſtes præualet mille negantibus. 870. 31.*

Agnatio *videtur contēplata per vocationem maſculorū. 832.11.¶ Quando ſit probanda in genere, ſeu in ſpecie diſtinguendo gradus. 969.1. & 2.*

Digitized by Google

& 2.¶ *Non conſeruatur per fœminas, ſed per maſculos, & deſcendentes ex maſculis.* 866.4. & 27.¶ *Debet probari, quãuis non opponatur.* 969.14.& 15.¶ *Argumẽtũ à ſola ratione agnationis non valet, niſi fuerit expreſſa.* 866. 25. ¶ *Subſtitutio ſola agnatorum non facit, vt ſit conſiderata agnatio, ſecus ſtantibus cõiecturis.* 866. 24. & 26. ¶ *Statutum pro conſeruatione agnationis dicitur fauorabile, non odioſum.* 890.31. ¶ *Limitata ad vnam perſonam, & caſum an extendatur ad alium.* 866.16. *cum ſeq.* ¶ *Coniectura agnationis, vel ſimilis facit recedere à regulis iuris communis.* 866. 12.

Aggregatio *familiæ operatur, vt illa ſit de ſtirpe, & ſanguine illius, cui fuit aggregata.* 930.14.

Albergator, *& hoſpes idem ſunt.* 898. 6.

Alexandri *dictum poſt ſuperatum Dariũ.* 801.57.

Alienatio *non dicitur, ſi fuerit facta, ſi & quantũ de iure poteſt fieri, vel ſi domino placuerit.* 949. 9. ¶ *Probibita extra familiã non excedit quartũ gradum, niſi adſit dictio in perpetuũ, vel ſimilis,* 930. 41. ¶ *Ciuitatum, & locorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ probibetur per Bullas Summorum Pontificũ.* 846.2. & 4.¶ *Permittitur, nõ probibetur, ſi teſtator in caſu alienationis mandauit requiri fratres hæredis eosq; præferri in bonis alienãdis.* 847.23. & 25. ¶ *Bonorũ interdicitur minori.* 975.2.¶ *Trãſactio an veniat in probibitione alienationis.* 949 2. & 3.¶ *Facta ſub conditione ſtat in ſuſpẽſo, nec præiudicat probibito alienari.* 949.5.¶ *An dicatur in hærede detrahente quartã.* 888.4. & 15. *cũ ſeq.*¶ *Re probibita alienari extra familiã, ſi non ſupereſt, niſi vnus an ille poſſit vendere.* 930.40.¶ *Propter benemerita nõ venit in probibitione alienationis.* 818.34.¶ *Rerũ eccleſiæ nulliter facta non opponitur, niſi per eccleſiã.* 819.11.¶ *Et quæ vtilitas debeat interuenire in alienatione dictarũ rerum.* 861. 3. ¶ *Onera realia, & ſeruitutes an trãſeant cũ ipſa re alienata.* 955.26.¶ *Pœna contenta in Paulina conſtitutione non habet locũ ſtante neceſſitate alienandi, & celeritate cauſæ reſpicientis alimoniã.* 931.1.3. & 5.¶ *Non inducit caducitatẽ, niſi domino volente, ſecus quo ad effectũ, vt ſuper tali re probibita alienari poſſit imponi hypotheca, ſeu cẽſus.* 855.16.¶ *Reuocatio alienationis quando cõpetat non natis tempore, quo res fuit alienata,* ... ¶ *Solẽnitates requiſitæ in ipſo actu alienationis debent interuenire in ratificatione.* 981.44.¶ *Et in trãſactione.* 846.6. & 7. ¶ *Statutũ loquẽs de alienatione an cõprehẽdat permutationẽ.* 885.10. & 12. *cũ ſeq.*¶ *Alienãs res eccleſiæ ex iuſta cauſa abſq; ſolẽnitatibus nõ incidit in pœnas Paulinæ.* 931.2.¶ *Quod eſt alienabile eſt etiã ceſſibile, & trãſmiſſibile ad hæredes.* 978.11.¶ *Probibitio alienationis operatur coniecturã, quod teſtator voluerit bona ſua cõſeruari in agnatione, excluſis fœminis.* 866. 15. ¶ *Proximior poteſt reuocare alienationẽ factã per eccleſiam in extraneũ petẽdo renouationẽ infra annum, ſeu triginta.* 934.4.¶ *Probibitio alienandi nuda, & abſque cauſa, ſi fuerit vineſtita à pœna propter contrauentionem an operetur, vt cenſeatur facta contemplatione aliorum, qui ſunt vocati.* 917. 6. & 15.

Alimenta *ſunt præſtanda vxori per maritũ, licet nulla ſit conſtituta dos, vel adeo parua, vt non ſufficiat ad illam alendam.* 857.25.¶ *Debentur nepotibus ex bonis fideicommiſſi per auum cõſtituti excluſis omnibus creditoribus.* 832. 31. ¶ *Taxantur iuxta qualitatẽ alendi, & ita Iudex debet arbitrari.* 954.37. & 38.¶ *Decurſa quãdo poſſint peti.* 815.4.¶ *Non extinguũtur per profeſſionem ad exẽplum vſusfructus.* 815.13. ¶ *Dantur patri, à quo auferuntur bona fideicõmiſſi propter dilapidationẽ, & reſtituuntur filio.* 832.20.¶ *Non præſtantur per vaſſallũ domino vltra fructus feudi.* 916.40.¶ *Sunt magis priuilegiata, & neceſſaria, quam dos.* 832. 33. ¶ *Poſſunt ſolũ peti per ſpuriũ in bonis patris abſq; aliqua ſucceſſione.* 958.16.¶ *Non renunciantur tacitè, aut expreſsè abſq; cauſa cognitione, & inconſulto prætore.* 969.29. & 30.¶ *Nõ repetuntur per patrẽ, ſi fuerint data filiæ, quã alere tenetur.* 823.22.¶ *Sũt debita iudæis carceratis per creditores chriſtianos.* 842.29.¶ *Interpretatio eſt facienda pro eo, qui debet recipere alimenta, & ad fauorẽ illius, qui liberauit, vt minus cenſeatur renunciaſſe.* 966.22. & 28.¶ *Si fuerint data per matrem filijs poſſunt per eam repeti ab illis, ad quos ſpectat onus alendi, etiam nulla facta proteſtatione.* 959.15. ¶ *Deducuntur ex bonis fideicõmiſſi in ſubſidium non extantibus bonis liberis.* 832. 40. ¶ *Non petuntur à matre per filios, niſi ſubducto patris ſubſidio.* 959.14.¶ *Petitio alimentorum præteritorum admittitur, ſi iure actionis ſint debita, quamuis alendus de ſuo ſe alimentauerit.* 954. 39.

Alternatiua *gaudet Epiſcopus, licet tempore vacationis beneficij ſit in loco exempto.* 918.14.

Amicitia *magna facit, vt amicus intimus ſit cuſtos animi, & conſiliarius, & alter ego, & vna anima.* 930.15. ¶ *Operatur coniecturã voluntatis teſtatoris.* 930.19.¶ *Præponitur coniunctioni ſanguinis, & fraternitati.* 930.18.¶ *Inducit ſcientiam geſtorum amici, ita vt facultas iurandi conceſſa defuncto tranſeat in hæredem amicum intimum.* 930. 16. ¶ *Secreta amicis intimis committuntur, & illorum conſilia in negotijs adhibentur.* 930. 17.

Anima *eſt cunctis rebus præferenda, & amicis, & cõſanguineis, & omnibus alijs.* 935.36. & c. 955.49. & 52.¶ *Diſpoſitio eſt interpretanda, vt ſit fauorabilis animæ diſponentis.* 995.10.¶ *Et extenditur, quamuis ſimus in pœnalibus, & odioſis.* 809. 10.

Anniuerſaria *quando debeant dari canonicis nouiter erectis ſimul cũ antiquis.* 867.38. *cũ ſeq.*

Annus *intelligitur in ſtatuto, quod ſit integraliter lapſus.* 946.30. & 31.¶ *Decretum camerale reſpectu anni Sancti, ob quam cauſam fuerit factum.* 927.9.¶ *Et an comprehendat horrea, fenilia, & alia ad domos pertinentia.* 927. 1. ¶ *Defectus diei, & anni non requiritur, ſi agatur contra eum, qui ſcripſit.* 951. 4.

Anteceſſoris *poſſeſſio iuuat ſucceſſorem.* 871.2.

An-

Antiquior præfertur in præbeminentijs. 893. 29. ¶ In vocatione antiquorum de domo, & generatione abſque expreſſione nominis proprij habetur reſpectus ad qualitatem antiquitatis, itaut ſucceſſore mortuo ſemper antiquior ſuccedat. 834. 6.

Apotheca quid ſit, & in quo differat à cella, & taberna. 927. 5. vſq; ad 8. ¶ Et an comprabendat borreum, ſeu granarium, & alium locum ad reponendas merces. 927. 3. & 4. ¶ Decretum anni Sancti probibens augumentum penſionis domorum, & apothecarum extenditur etiam ad granaria, & ſimilia bona. 927. 1.

Appellatio à reuocatione ſequeſtri non ſufficit, niſi etiam præcedat inbibitio Iudicis, cui fuit commiſſa cauſa talis reuocationis. 960. 9. ¶ Ab interlocutoria requirit, vt exprimãtur cauſæ pro forma. quæ non admittit expreſſionem per relationẽ. 937. 12. & 13. ¶ Excluditur per approbationem ſentẽtiæ. 903. 24. ¶ Non admiſſa, niſi ſi & in quantum, an cenſeatur admiſſa. 960. 10. & 11. ¶ Quamuis non permittatur, tamen ſemper poteſt opponi nullitas ob defectum citationis. 850. 19. ¶ Renunciata dicitur per non appellantem in tempore. 946. 10. ¶ Denegatur in poſſeſſorio, & in executiuis, & vbi adeſt obligatio cameralis. 855. 27. & c. 944. 61. ¶ Dummodo non conſtet de notorio grauamine. 850. 17. & c. 959. 16. & 24. ¶ Probibetur in cauſa commiſſa conſcientiæ Iudicis. 849. 6. ¶ Paria ſunt non appellare, ſeu non proſequi appellationem, & illi renunciare. 903. 24. ¶ An ſit concedenda, ſi non admittantur cauſæ recuſationis per Epiſcopum adductæ contra Abbatem, qui petit benedictionem, vt poſsit ordines conferre. 871. 47. ¶ In cauſa appellationis an poſsit produci, & probari, quod non fuit productum, & probatum in cauſa principali, tàm per appellantem, quàm per appellatum. 912. 20. cum ſeq. ¶ Datur à liquidatione etiam in materia executiua. 989. 6. ¶ Admittitur, ſi addatur nouum grauamen in ſententia alias inappellabili. 987. 28. & 30.

Approbatum non poteſt amplius reprobari. 941. 20. ¶ Et quando cenſeatur etiam approbata perſona, quæ actum geſsit per eum, qui ex illo agit. 944. 53.

Archidiaconus de iure non babet curam animarum, nec illam poteſt alteri committere, nec excommunicare. 865. 1. ¶ Nec confiteri, quod archidiaconatus non habet talem curam. 865. 19. ¶ Nec ei permittitur illam tollere. 865. 18.

Archiuium plenam probationem inducit inter ſubditos. 869. 38. ¶ Et quando probet contra non ſubditum. 859. 20. & 30. ¶ Non dat robur ſcripturæ priuatæ. 859. 27.

Argumentum à contrario ſenſu litteræ nõ eſt ſumendum, ſed debet etiã eſſe à contrario ſenſu mentis ſtatuentium. 885. 24. ¶ Eſt validum in quacumque diſpoſitione, tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris. 995. 1. ¶ Et in vltimis voluntatibus. 954. 35. ¶ Caſus non dicitur omiſſus, qui ex defectu cauſæ, ſeu rationis finalis à contrario ſenſu colligitur. 995. 2. ¶ Admittitur quando eſt deſumptum ex regula, ſi teſtator voluiſſet, vtique expreſſiſſet. 930. 31.

Articuli admittuntur in curia ſaluis exceptionibus, dummodo non conſtet de illorum irreleuantia. 802. 14. & 15.

Aſcendentium bona ſunt quaſi debita deſcendentibus. 971. 19.

Aſſeres quid ſignificent. 849. 22.

Aſſignatio rei facta vni ex filijs, quando impediat, vt non poſſit habere alia bona, præter aſſignata. 914. 32. & 33.

Aſinum ſuum Titium conſtituens ad agendum cenſetur illũ conſtituiſſe procuratorẽ. 829. 10.

Aſpectus indicat intuitum, qui cadit in præſentem. 817. 11.

Attentata non debent attendi propter diuerſitatem cauſarum. 914. 30. ¶ Aequiparantur delicto. 806. 1. ¶ Non dicuntur ſi conſtat de bono iure illius, qui prætenditur attentaſſe poſt inbibitionem. 960. 14. ¶ Vt euitentur præſumendum eſt actum fuiſſe geſtum ex præambulo titulo, & in illius executionem. 960. 22. & 23.

Audientia ſi denegetur cum clauſula ſublata, ab illa receditur propter iuſtitiam negotij principalis. 980. 10.

Auditores Rotæ nõ præcedunt ſubdiaconos in capella Papæ propter actuale ſeruitium, quod illi exhibent, ſecus extra. 845. 47. ¶ Dignitas etiam magna nihil affert præcipuum ſuper alios in loco particulari, vt in Auditoribus Rotæ, & ſimilibus. 845. 44.

Augumentum bonorũ dotalium ſpectat ad vxorem, ſi non eſt facta æſtimatio inducens emptionem. 826. 71. ¶ Inducta ad augumentum non debent operari diminutionem. 100. 28.

Authentica minor. C. qui tut. dar. poſſ. loquẽs de curatore procedit etiã in tutore. 830. 24. ¶ Hoc inter liberos. C. de teſtam. an habeat locũ tã ſi teſtator ſecundo diſponat ad fauorẽ extranei, quã filiorum, & an debeat eſſe ad commodum omniũ liberorũ, vel aliquorum. 902. 19. cũ ſeq. ¶ Intellectus auth. ſed in ea. C. ad leg. falc. 888. 16. ¶ Et auth. defuncto. C. ad tertull. 971. 23.

Auus paternus cõprehenditur ſub nomine patris in quibuſcũq; diſpoſitionibus, & ſtatutis. 977. 4. ¶ Continetur ſub nomine parentum etiã ex propria ſignificatione. 977. 3. ¶ Habet nepotẽ in poteſtate excluſo patre. 977. 6. ¶ An præferatur patri in offerendo filium impuberem religioni. 977. 28. & 29. ¶ Et quando poſſit facere baptizari Iudæum infantem ſuum nepotem inuito patre ibidem, & vide in verb. Iudæus. ¶ Auia venit appellatione matris. 977. 5.

Axes quid ſignificent. 849. 22.

BAptiſmus poteſt dari infanti filio ſi adſit matris cõſenſus, qui præualet cõtradictioni patris. 977. 20. & 24. ¶ Mauri Granatẽſes baptizati, qui cõtra Regẽ Hiſpaniæ rebellarũt, ſi in bello capiãtur, non poſſunt effici ſerui. 801. 21. & 22. ¶ Minor baptizatus in bello magis debet gaudere libertate, & non redigi in ſeruitutẽ,

& quid in capto tranſcurrendo, & non in actu dimicationis, & non ſuppoſito iuriſdictioni capientis. 801.23. cum ſeq. ¶ Pater effectus Chriſtianus poteſt infantem baptizare reclamante matre. 977. 23. ¶ Fons baptiſmalis an faciat eccleſiam parochialem, & curatam. 865. 14.

Barones de conſuetudine exigunt iura dominicalia propria auctoritate, & talis conſuetudo eſt valida. 809. 28.

Bellum indicitur per habentem facultatem, quæ finitur per illius obitũ. 801.35. ¶ Talleæ, quæ imponũtur captis in bello an poſſint cedi, & illas ſoluens repetat à captiuis. 801. 46. & 47. ¶ Acquiſita in bello an acquirantur Principi, ſeu capientibus, & quomodo ſint diuidenda. 801.58. vſque ad 62. ¶ Quare capti in bello fiant ſerui victoris. 801. 52. cum ſeq. ¶ Summus Pontifex poteſt Chriſtianos captos in bello iuſto libertate priuare, & in ſeruitutem redigere non obſtante contraria conſuetudine, & compenſationem omnium damnorũ, & impenſarum belli accipere. 801.37. cum ſeq. ¶ Apud Romanos, & externos ſeruatur, vt victores acquirant bona, & perſonas captorum in bello. 801.56. ¶ De Chriſtianis captis in bello quando fiant ſerui, & quid ſeruetur de conſuetudine. 801.1. ¶ Alia vide in verb. Chriſtiani.

Benedictio Abbatis eſt quædam precatio, per quam inuitatur ad ſuum munus piè exercendum. 871.12. ¶ Alia vide in verb. Abbas.

Beneficium non datur inuito, niſi alius idoneus non inueniatur, quo caſu etiam laicus cogitur ad illud accipiendum. 865.5. & 6. ¶ Obtinens quando poſſit teſtari de fructibus. 880. 47. ¶ Supprimitur propter diminutionem fructuum, & qualiter illa ſit probanda. 819. 5. & 6. ¶ Et fructus illius quibus ſint applicandi. 819. 8. & 9. ¶ Vacans apud ſedem non venit in facultate conferendi quacumque beneficia reſeruata, etiam motu proprio conceſſa. 982. 5. ¶ Habens tempore, quo non erat ordinatus, vtitur priuilegio fori, ſi poſtea ordinetur. 895. 17. ¶ Litigioſum continet ſpeciem reſeruationis. 982.19. ¶ Realiter dimiſſum, & alteri per patronos collatum, non requirit amplius verbalem dimiſſionem coram ordinario, vel alio, ad quem ſpectat. 814.5. & 6. ¶ Inualidè collatum nullum tribuit titulum, neque ius ipſi beneficiato. 809.11. ¶ Verbaliter eſt dimittendum de iure, ſufficit tamen, quod talis voluntas explicetur ſine verbis, videlicet nutu, ſigno, litteris, vel alio modo æquipollenti. 814.10. ¶ Renuncians etiam tacitè abdicat à ſe omne ius, quod in eo habebat, & non poteſt amplius ad illud regredi. 814.1. & 2. ¶ Quamuis etiam reſignatio eſſet nulla. 921. 5. ¶ Reſeruatum duplici reſeruatione an comprehendatur in facultate conferendi beneficia reſeruata. 982. 1. & 10. cum ſeq. ¶ Habens regreſſum ad beneficium reſignatum propter non ſolutionem penſionis dicitur continuare ius ſuum. 921. 1. & 26. ¶ Non poteſt reſignari, niſi fiat mentio, quod reſignans fuit promotus ad ordines ſacros, & ad illius titulum, & quod aliunde viuere poſſit. 991. 1. & 2. ¶ Indulta Cardinalium non comprehendunt collationem beneficiorum vacantium apud ſedem, & de conſtitutione Gregor. XIV. declaratoria huiuſmodi indultorum. 982. 7. & 8. ¶ Beneficiatus turpiter, & ſcandaloſè viuens, quando ſit priuandus beneficijs remota quacumque appellatione, & exemptione. 991. 16. ¶ Papa difficilius mouetur ad faciendam gratiam de beneficijs vacantibus in curia. 982.9. ¶ Appellatione beneficij à iure, ſeu conſtitutione prolati veniũt omnia beneficia, etiam in materia ſtricta. 809. 4. ¶ Ordinarius an poſſit accipere reſignationes ſi beneficiati eccleſiæ non ſeruiunt, & obnoxij ſunt criminibus. 991. 17. & 18. ¶ Dimiſſiones verbales beneficij quare requirantur. 814. 8. ¶ Collatio facta criminoſo, & indigno ex crimine non inducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad beneficia, non eſt ipſo iure nulla, ſed valida. 809. 14. ¶ Non regnatur per conſtitutum in ſacris, quamuis etiam ad illius titulum non eſſet promotus, niſi aliunde habeat vnde viuere poſſit, ſiue ſimus in reſignatione facta in curia, ſiue extra. 991. 4. & 6. ¶ Diſpoſitio c.2. de præbend. loquens de beneficijs eccleſiaſticis non comprahendit beneficia temporalia, & quid in mixtis. 818. 38. vſque ad 42.

Beneplacitum apoſtolicum præſumitur ex temporis antiquitate cum obſeruantia ſubſecuta, quamuis non fuerit enunciatum. 867. 50. & e.893.17. cum ſeq. ¶ Promittens impetrare beneplacitum quatenus opus ſit non cogitur ad illud obtinendum, niſi de eius neceſſitate doceatur. 926.4. ¶ Inſpectio ſola actorum non probat defectum beneplaciti, quando illud potuit adhiberi ante, vel poſt actum. 867.53. ¶ Non requiritur in tranſactione ſuper præeminentijs. 867.59.

Bizochæ quandò habeantur pro perſonis religioſis, & ſint ſubiectæ ſtatutis laicorum, & gaudeant priuilegio fori. 958. 25. cum ſeq.

Bona intelliguntur deducto ære alieno. 816. 11. ¶ Subrogata in locum rerum donatarũ aſſumunt naturam earum, cum omnibus qualitatibus primordialibus, & accidẽtalibus, & pro eis datur vendicatio. 984.33. & 34. ¶ Aliena non connumerantur inter bona debitoris, quãuis inter ea reperiantur. 967.2. ¶ Permutata ſi euincantur licitum eſt regredi ad antiqua. 984.35. ¶ An interdicãtur maſculis luxurioſè viuentibus. 962. 25. & 26. ¶ Mobilia, & immobilia quando includant iura, & actiones. 922. 30. ¶ Pater non poteſt præiudicare filijs in bonis aduentitijs, nec in illis, quæ habuit ab alijs, quàm à patre. 980. 20. ¶ Vita impudica in muliere arguit diſſipationem bonorum, itaut non admittatur probatio in contrarium. 962. 24. ¶ Conſtitutio loquens de bonis intelligitur de illis, quæ validè relinqui poſſunt. 936. 25.

Bona *fides poſt recognoſci per mulierē pro exoneratione conſcientiæ abſq; ſolēnitatibus*. 832. 2.

Bonæ *memoriæ verba probant mortem*. 895. 73.

Bono *viro non conuenit, vt quod ſemel dixit in vno iudicio, poſtea in alio reuocet*. 869. 29.

Bononienſes *ſcholares, & magiſtri ſunt excommunicati, ſi ante tēpus conducunt domos aliorum ſcholarium, & magiſtrorum ſine eorum conſenſu, quamuis conferant contractum in tempus finita conductionis, quod ſecus eſt in alijs*. 818. 46. *vſque ad* 49.

CAducitas *non opponitur propter alienationem, niſi domino volente, ſecus quo ad effectum, vt ſuper tali re probibita alienari poſſit conſtitui hypotheca, aut cenſus*. 855. 16. ¶ *Vt ſit incurſa, quæ probatio requiratur*. 912. 9.

Calculus *poteſt reuideri vſque ad triginta annos non obſtante illius approbatione*. 823. 35. ¶ *Dicitur ſatis reuiſus per Iudicem, ſi mandauit illum per peritum reuideri*. 938. 25. ¶ *Etiam confirmatus auctoritate rei iudicatæ retractatur ex officio Iudicis, quando ſumma eſt magna, non autem minima*. 909. 11.

Calumnia *eſt ſubmouenda, & puniendà per Iudicem*. 929. 11. ¶ *Iuramentum calumniæ non præſtatur ceſſante ſuſpitione, & vbi eſt facta plena probatio*. 909. 13. ¶ *Suſpitio calumniæ, quando ceſſat, non ſunt facienda, quæ alias deberent fieri*. 909. 12.

Cambia *non debentur, ſi verè non conſtat, quod pecunia fuerint recepta ad cambium non obſtante conuentione, quod illa accipiantur, ſi non ſoluatur, & non facta interpellatione de receptione cambiorum*. 851. 11. & 13. & c. 829. 9. ¶ *Litteræ cambij an habeant executionem paratam*. 884. 1. ¶ *Promiſſio cambiorum, quo caſu dicatur facta per contrahentes habito reſpectu ad cambia antiqua, ſeu noua*. 884. 6. ¶ *In cambijs an conſideretur, quod valor monetæ accreſcat, ſeu decreſcat*. 884. 7. ¶ *Pœnæ contra exercentes cambia probibita remiſſiuè*. 851. 16.

Camera *acquirit bona ex illicitis negotiationibus ipſo iure abſq; aliqua traditione, per quam ſunt excluſi quicumque heredes, & ſucceſſores*. 936. 20. & 23. ¶ *Habens poſſeſſionem à Camera Apoſtolica non poteſt à quocumque moleſtari actione reali, ſeu perſonali*. 907. 3.

Canon *an ſit exactus, probatur ex libris eccleſiæ*. 912. 8. ¶ *Propter non ſolutionem canonum per ſpatium quadraginta annorum contra eccleſiam quando ſit inducta aliqua præſcriptio libertatis*. 912. 40. & 42.

Canonicus *renuncians canonicatui, ſi iterum efficiatur canonicus, an habeat prælationem ex priori titulo*. 845. 10. & 11. ¶ *Nouiter erectus an acquirat mortuaria, candelas, nummos, & ſimiles diſtributiones vnà cum antiquis*. 867. 38. ¶ *Legata, quæ relinquuntur canonicis pro miſſis, & alijs operibus pijs, an illis debeantur ſeu Capitulo, & Eccleſiæ*. 862. 54. ¶ *De canonicis Valuen. & Sulmonen. qui ſint antiquiores, & quam cognitionē cauſarum habeant, & de eorum iuriſdictione, & præcedentia*. 893. 17. *cum ſeq*. ¶ *Numerus antiquorum canonicorum quādo cenſeatur fractus per creationem nouorum, itaut noui admittantur cum plenitudine iuris canonicalis, & quid ſit illud ius, & quando includat diſtributiones quotidianas*. 867. n. 1. *vſque ad* 12. ¶ *Honor eccleſiæ cōſiſtit in augmento canonicorum*. 867. 44. ¶ *Canonicatus auctoritate Papæ confirmati cum præfixione numeri, & decreto irritanti an poſſint ſupprimi per Epiſcopum*. 819. 4. & 19. ¶ *Reſignatarius debet capere poſſeſſionem capitulariter canonicatus ſibi reſignati, alias non eſt manutenibilis quamuis etiam poſſeſſio fuiſſet capta de mādato executoris litterarum apoſtolicarum*. 991. 23. ¶ *Valet ſtatutum taxans numerum canonicorum in præiudicium expectantium, prout quod impetrans canonicatum extra numerum non habeat vocem in Capitulo, & quando Papa cenſeatur in omnibus huiuſmodi ſtatuto derogare per clauſulam non obſtante ſtatuto*. 867. 10. ¶ *Obtinens dignitatem, & canonicatum, ſeu portionem in eadē eccleſia an teneatur per ſe ipſum ſubire onera vtriuſque beneficij, & non per ſubſtitutum, & percipiat duplices fructus, & diſtributiones*. 894. 23. *cum ſeq*. ¶ *Augumentum redditnum an ſit cauſa iuſta augendi numerum canonicorum, ſicut diminutio ſupprimendi*. 819. 20. ¶ *Præcedentia nouorum canonicorum qualis debeat eſſe in concurſu antiquorum*. 867. 23. ¶ *Capitulum conſtat ex vtriſque canonicis nouis, & antiquis*. 867. 43.

Capita *ordinum, quæ ſint, & an habeant facultatem ordinandi, quamuis non habuerint benedictionem*. 871. 19.

Capitulum *an debeat eſſe exemptum, vt poſſit eligere, & quid in portionarijs an dicantur de capitulo*. 892. 26. *cum ſeq*. ¶ *Succedit Epiſcopo defuncto etiam quo ad conſtitutionem Vicarij*. 941. 14. ¶ *Statutum an valeat, vt omnes nouitij ante profeſſionem renuncient vocem in capitulo per triennium à die ſuſcepti ordinis ſubdiaconatus, & an ſit contrarium Concilio*. 893. n. 2. *cū ſeq*. ¶ *Prælatus conſtituens ſyndicum vnà cum capitulo quando poſſit ſolus illum reuocare ſine requiſitione capituli*. 909. 20. ¶ *Factum ſyndici non præiudicat capitulo, nec operatur, vt aliqua pœna poſſit ei infligi*. 806. 5.

Captatoria *diſpoſitio reprobatur tanquam per indirectum auferat libertatem teſtandi*. 908. 1. ¶ *Et an ſufficiat, quod de facili cadat deceptio ad hoc, vt dicatur captatoria*. 908. 11.

Captura *facta propter ſuſpicionem fugæ non cauſat attentata*. 906. 22. ¶ *Non conceditur, niſi liquidato debito poteſt tamen iuſtificari, ſi poſtea illud probetur*. 921. 19.

Carceratio *iniuſta quando faciat, vt datio in ſolutum ad effectum ſe liberandi è carceribus ſit nulla*. 875. 18. & 33. ¶ *Faciens carcerari aliquem per Iudicem non habentem iuriſdictionem*

Digitized by Google

ctionem perdit cauſam de iure, quidquid ſit de conſuetudine, & tenetur actione iniuriarum. 875. 4. & 5. ¶ *Carceratus quando poſſit aufugere, & non teneatur redire, & licitum ſit cooperari ad fugam.* 801. 26.

Cardinalis *mandans corpus ſuum ſepeliri in eccleſia ſui tituli tempore obitus, an ſenſerit de eccleſia epiſcopali, quam tunc obtinebat.* 817. 5. & 8. ¶ *In congregationibus Cardinales antiquiores præcedunt, quamuis poſteriores ſint in admiſſione eiuſdem Congregationis.* 845. 46.

Caſtra *vocantur manſiones.* 968. 22.

Caſtrum *totum poteſt adiudicari vni, & æquiualentia in bonis, ſeu in pecunia dari alteri etiam in præiudicium poſterorum.* 997. 3. ¶ *Et an talis pecunia ſit eius naturæ, cuius eſt feudum.* 997. 6.

Cathedralis *eccleſia, de qua in Concilio quando comprahendat monaſteria, & pia loca religioſa.* 894. 11. & 18.

Cathedraticum *debetur Epiſcopo pro honore Cathedræ Epiſcopalis, & in ſignum ſubiectionis.* 893. 58.

Cauſa *propter quam quis cōdemnatur debet attendi.* 960. 25. ¶ *Cohærens diſpoſitioni dicitur finalis, prout illa, quæ totaliter in eam influit.* 824. 45. & 46. ¶ *Iuſta, vera, & probabilis ſemper præſumitur in Principe, licet non ſit expreſſa, contra quam non admittitur reuocatio gratiæ.* 959. 4. & 5. ¶ *Conceſſionis eſt concludenter probanda, & emanata ad ſupplicationem partis non attenditur.* 918. 36. & 37. ¶ *Impulſiua dicitur, quæ præbet occaſionem, finalis autem, quæ mouet principaliter diſponentem.* 971. 45. ¶ *Quæ dicatur in donante propter conſeruationem domus, & ingreſſum religionis.* 971. 5. & 43. ¶ *Limitata producit effectum etiam limitatum.* 980. 17. ¶ *Vna iuncta cum alia magis operatur effectum diſpoſitionis.* 977. 11. ¶ *Falſa reddit nullam obligationem mulieris, quamuis in ea interuenerint ſolemnitates ſtatutariæ.* 961. 4. & 5. ¶ *Solutio quando ſit acceptanda in cauſam magis veriſimilem.* 962. 45. & 46. ¶ *Factum ob aliquam cauſam, ſecundum illam determinatur.* 916. 39. ¶ *Qualitas cauſæ oneroſæ, ſi non fuit narrata Principi, operatur defectum intentionis, & annullat actum.* 891. 8. ¶ *Ademptio bonorum facta per teſtatorem ex cauſa non vera non valet.* 902. 14. ¶ *Deſcriptio bonorum facta propter vnam cauſam non extenditur ad aliā.* 937. 17. ¶ *Diſpoſitio non deficit, ſi ex pluribus cauſis in ea contentis vna ceſſet, reliquis manentibus.* 971. 6. ¶ *Facta ſunt metienda ex cauſa præambula.* 824. 48. ¶ *Ceſſante cauſa impedimenti, & prohibitionis, ceſſat etiam prohibitio, & impedimentum.* 976. 11.

Cauſa *pia ſubſtituta dicitur vocata ad ſucceſſionem vnius tantum decedentis impleta conditione, licet adeſſet perſona, quæ excluderet ſubſtitutum.* 965. 23. ¶ *Tacens habetur pro conſentiente fauore piæ cauſæ.* 980. 21. ¶ *Diſpoſitio ad pias cauſas non requirit teſtes, nec alias ſolemnitates, ſed ſufficit ſola ſubſcriptio.* 969. 17. ¶ *Æquiparatio liberorum, & piæ cauſæ quando admittatur.* 969. 20. *cum ſeq.*

Cauſæ *non ſunt trahendæ extra tribunal ſuæ eccleſiæ.* 892. 18. & 19. ¶ *Examinatus in cauſa criminali non probat in ciuili abſque repetitione, & citatione partis.* 849. 19. ¶ *Per ſimplicem admiſſionem iuriũ circumducuntur omnia in cauſa geſta.* 959. 17. & 21. ¶ *Mutatio perſonarum rei, & actionis facit cauſas diuerſas, ita ut ſufficiat, ſi vna tantũ ex eis adſit.* 914. 31. ¶ *Cognitio cauſarum in prima inſtantia eſt facienda coram ordinario, ſeu alijs Iudicibus ſynodalibus iuxta diſpoſitionem Concilij.* 991. 22. ¶ *Auocatio cauſæ cum ſimplici illius commiſſione operatur nullitatem poſtea geſtorum, non autem eorum, quæ antea fuerunt facta, & quando per illam inducantur attentata.* 981. 4. & 5. ¶ *Non debet cogi quis cauſam agere extra proprios lares.* 892. 10. ¶ *Proteſtatio abſque præiudicio actorum, & citationis ad ſententiam an operetur, vt per iura ita admiſſa non fiat reuocata omnia in cauſa facta.* 959. 18.

Caſus, *qui frequenter accidit debet attendi.* 971. 24. ¶ *Mixtus non continetur ſub ſimplici.* 982. 18. ¶ *Idem dicitur vbi adeſt ſimilitudo rationis.* 862. 37. ¶ *Omiſſus in ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.* 813. 15. ¶ *In ſuſceptione caſuum fortuitorũ non veniunt illi, qui ob culpam partis occurrunt.* 806. 8. ¶ *Neque inſolitæ mutationes ex facto Principis prouenientes.* 884. 15. ¶ *Prouiſio non eſt præſumenda in caſu non neceſſario, & ad alium effectum debet trahi.* 967. 24. ¶ *Sententia Iudicis æquiparetur caſui fortuito.* 861. 7. ¶ *Diſpoſitio loquens de vno caſu comprahendit alium eiuſdem rationis in diſpoſitione iuris communis, ſeu municipalis, ſecus in priuilegijs.* 947. 21. & 22. ¶ *Extenſio de caſu ad caſum datur ſi conſtat de voluntate teſtatoris non obſtantibus dictionibus limitatis.* 979. 33.

Cautio *de reſtituendo prioribus, & potioribus quid operetur relatiuè.* 950. 16.

Cedula *promiſſa ob non ſeruata pacta an ſit pœna, ſeu natura, & pars ipſius contractus.* 915. 16. & 17. ¶ *Qualitas cedulæ bancariæ appoſita in ſecunda locatione facit, vt ſecunda locatio, ſit noua, & non antiqua.* 927. 12. ¶ *Bancaria non præſtatur ſine detrimento patrimonij.* 915. 13.

Cenſus *eſt nomen generale comprahendens plures contractus pecuniarum datarum ad cenſum.* 951. 6. & 32. ¶ *Extinguitur, ſi dominus cenſus emat rem cenſuatam.* 826. 9. ¶ *Requirit pecuniam numeratam pro forma, cui partes non poſſunt renunciare.* 853. 27. ¶ *Ante bullam Pij V. præſumebatur irredimibilis, neque reprobatur per conſtitutiones Martini V. & Caliſti III.* c. 985. 12. & 13. ¶ *Conſtitutus ſuper re emphyteotica an ſit nullus abſque conſenſu Domini directi.* 903. 8. & c. 926. 5. & 24.

¶ *Eſt*

¶ Eſt de loco contractus, vbi deſtinatur ſolutio, & vbi eſt perſona creditoris non de loco, vbi fuit impoſitus. 885. 23. ¶ Tranſlatus quando remaneat cum yſdem obligationibus, & fideiuſſoribus prius datis. 943. 25. ¶ Quando cõputetur inter immobilia, tam ante, quam poſt ceſſionem. 811. 21. cum ſeq. & c. 981. 38. ¶ Non alienatur ſine ſolemnitatibus. 981. 37. ¶ Non redimitur, niſi etiam ſoluantur fructus. 924. 10. ¶ Aſſignatus in diuiſione vni ex fratribus illi acquiritur etiam ſine traditione. 951. 21. & 26. ¶ Præſumitur in dubio conſtitutus potius in re ipſa, quam ſuper alys iuribus. 926. 25. ¶ Impoſitus ante conſtitutionem Py V. non poteſt redimi, ſi fuerit venditus, vt in perpetuum duret. 985. 10. & 14. ¶ Extinctio cenſus non conſideratur ſtante dominio reducibili ad reuocationem. 885. 25. ¶ Non ſolet imponi ſuper bonis alienis, ſed proprys. 838. 11. ¶ Redemptio cenſuum procedit ex neceſſitate, quæ non poteſt euitari. 916. 10. ¶ Dicitur perpetuus, quamuis iuxta formam bullæ poſſit ſemper redimi. 885. 30. ¶ An ſit licitus ſine pecunia, quando adeſt verum creditum. 853. 35. cum ſeq. ¶ Emptor cenſus non tenetur probare verſionem pecuniarum in vtilitatem mariti, pro quo fuit impoſitus per vxorem. 952. 8. & 9. ¶ Solutio cenſus abſque præiudicio iurium preſeruat eis eccleſiæ, non ſecus ac ſi illa non fuiſſet facta. 981. 40. ¶ Vendens cenſum non transfert aliquod dominium in emptorem, ſed illud retinet poſſidendo, ſicut prius, itaut ex hoc ſit inepta clauſula precary, quæ ſolet apponi. 955. 31. & 32. ¶ Bulla Gregory XV. ſuper iure congrui derogat bullæ Py V. de cenſibus. 876. 17. ¶ Fructus cenſuum non debentur poſt illorum redemptionem. 951. 20. ¶ Prælatio conceditur domino cenſus, ſi vendatur res cenſuata. 955. 39. ¶ Venditor cenſus tenetur ad collectas, & ſimilia onera. 955. 29. & 44. ¶ In donatione rei cenſuatæ non poteſt conſiderari, quod reſpectu cenſus res ſit aliena. 955. 29. ¶ Habentes diuerſos cenſus in re cenſuata vendita quomodo inter eos præferantur. 876. 11. ¶ Conſtitutio Py V. ſuper cenſibus extenditur ad cenſus futuros, non præteritos. 985. 26. ¶ Modicitas pretij in cenſibus non præſumitur, niſi probetur, & in eis attenditur conſuetudo loci. 985. 20. & 21. ¶ In cenſibus quãdo habeat locum priuilegium retractus remiſſiuè. 885. 35. ¶ Ius dicendi de nullitate cenſus poteſt cedi, prout omnis actio, & omne ius etiam extraiudiciale. 903. 12. ¶ Redemptio cenſus non poteſt fieri vſufructuario abſq; interuentu proprietarij. 985. 9. ¶ Conſtitutiõ an operetur in contractu cenſuali. 855. 3. ¶ Eccleſiã quando dicatur eſſe in poſſeſſione cenſus itaut illi ſit incorporatus tã in proprietate, quam poſſeſſione, & vſufructu. 981. 39. ¶ Habẽs cenſum in re vendita præfertur emptori. 978. 19. ¶ Dominus cenſus habet ius in re cenſuata quod tranſit ad quẽcumque ſucceſſorem, eccleſiam, & fiſcum, contra quam poteſt ſit agi hypothecaria, & perſonali in rem ſcripta, tã pro futuris, quã præteritis præſtationibus. 955. 38. & 40. ¶ Teſtator non poteſt facere, vt hæres accipiat pecunias ad cenſum contra formam bullæ Py V. neque in hoc tenetur obedire illius præcepto. 853. 22. ¶ Verba pro cenſu, ſeu canone quomodo intelligantur ad effectum cognoſcendi, an ſimus in contractu cenſus, ſeu emphyteuſis. 926. 12. ¶ Retractus an habeat locum quando ſit conceſſio ſub annuo cenſu redimibili, prout quando fieret venditio. 885. 27. ¶ Quietatio pro fructibus pecuniarum, quas aliquis habet ad cenſum an faciat probationem, vt dicatur cenſus ad eum iure dominy ſpectare. . . . 10. cum ſeq.

Certum dicitur, quod poteſt certificari. 924. 32.

Ceſſio eſt inualida, ſi fiat ex cauſa donationis, & in eo, quod donatur vltra illud, quod ſoluitur, non aget, nec cedens, nec ceſſionarius. 826. 33. & 34. ¶ Non requiritur ad effectum excipiendi, & retinendi. 955. 20. ¶ In dubio an ſit præſumenda ſimulata. 826. 20. ¶ Reportata contra ordinem debitoris non producit aliquem effectum. 963. 20. ¶ Actionum facta clerico an ſit valida, vel potius ſimulata propter auaritiam. 826. 7. ¶ Soluens de pecunijs debitoris, quando poſſit reportare ceſſionem. 963. 19. ¶ Statuta prohibentia fieri ceſſiones in potentiores comprehendunt eccleſias ob difficultatem conueniendi. 826. 14. ¶ Nullitas ceſſionis non conſideratur quando adeſt ius clarum cedentis. 826. 42. ¶ Ad effectum nullitatis ceſſionis an clericus dicatur potentior laico, ſi non habet poteſtatem, vel non ſit de magno, & bellicoſa familia, vel ſufficiat priuilegium fori. 826. 11. & 13. ¶ In potentiorem permittitur ei, qui non poteſt rem ſuam recuperare ob potentiam aduerſarij, immò rem æquiualentem ſurripere ob talem cauſam etiam in foro conſcientiæ. 826. 23. & 24. ¶ Cauſa ſenectutis an excludat dolum, itaut non poſſit tunc opponi de inualiditate ceſſionis, & quid in muliere, & in paupere. 826. 21. & 22. ¶ Reuocatio ceſſionum eſt vtilis, vt cedens non teneatur ad aliquam pœnam. 826. 37. ¶ Scientia ceſſionis ex quibus probetur. 906. 11. ¶ Omnium iurium admittitur cum tranſmiſſione ad hæredes. 903. 13. ¶ Iuris redimendi an ſit concedenda. 978. 4. cum ſeq. & c. 903. 2. & 4. ¶ Inualida confirmatur iuramento, & quomodo ſit iurandum. 826. 29. ¶ Iurium, & actionum magnæ quantitatis pro modica ſumma dicitur ſimulata, & admittitur talis exceptio ad fauorem illius, contra quem fuit facta. 826. 1. & 2. ¶ Realis actionis ſemper poteſt fieri ante litis conteſtationem. 906. 24. & c. 978. 3. ¶ An ſit valida ceſſio actionum facta clerico conſanguineo, itaut excludatur dolus, & ratio maioris potentiæ. 826. 15. cum ſeq. ¶ Poſt actionem in iudicium deductam, non poteſt alius illam proſequi, etiam in caſu, in quo eſt licita ceſſio, quæ non permittitur lite pendente ad effectum, vt iudicium transferatur

Digitized by Google

tnr in ceſſionarium. 906. 15. & 16. ¶ *Impedimenta neceſſaria debent eſſe ad conualidandam ceſſionem in alium factam, itaut remaneat actio quaſi inutilis, & non adſit aliquid pro lite tuenda, quidquid aliud ſit reſpectu pœna*. 826. 25. *cum ſeq.* ¶ *Emptio actionum cum promiſſione euictionis per cedentem facta præſumitur ſimulata, & excludit periculum exactionis, & admittit ſolum lucrum*. 826. 4. ¶ *Quod eſt alienabile, admittit etiam ceſſionem, & transmittitur ad hæredes extraneos*. 978. 11. ¶ *Redditus annui, & penſiones computantur inter immobilia antequam cedantur, ſecus poſt ceſſionem factam, quia tunc comparantur fructibus à ſolo ſeparatis*. 811. 21.

Ceſſionarius *ſuccedit in ius cedētis, & cenſetur eadē perſona, & conſequitur omnia iura, quæ cedens habebat*. 906. 4. & c. 981. 11. ¶ *Non acquirit plus iuris, quam cedens haberet*. 955. 21. & c. 906. 8. ¶ *Cedens ſi promittat aliquid dare ceſſionario poſt ſecutam exactionem non poteſt per eum conueniri, & quando hoc procedat*. 826. 10. & 41. ¶ *Exceptio, quæ obſtat cedenti, debet etiam obſtare ceſſionario*. 906. 9.

Chriſtiani *capti etiam in bello iuſto non ſubijciuntur de conſuetudine iuribus captiuitatis, & poſtliminij, nec habentur pro ſeruis, quidquid aliud ſit in bonis, quæ efficiuntur captiui*. 801. 1. & 28. *cum ſeq.* ¶ *Capti in bello, quāuis non efficiantur ſerui, tenentur tamen perſoluere pretium redemptionis, & qualiter ſit illud taxandum, & quando cedat lucro capientium, ſeu Principis*. 801. 43. & 44. ¶ *Pro redimendis Chriſtianis captiuis in bello grauatis bona reſtituere licebit euertere fideicommiſſum*. 801. 48. & 49.

Cippus *domus, quid ſignificet, & qui dicantur eſſe de eo*. 890. 3. & 4. ¶ *An intelligatur de his, qui portant eadem inſignia teſtatoris*. 901. 18. ¶ *Quando comprahendat fœminas*. 901. 1. & 27. ¶ *Subſtitutio proximorum de cippo de linea maſculina, ſi extiterint, ſin autem fœmina, intelligitur, vt linea fœminina ſit vocata in defectū lineæ maſculinæ*. 901. 4. & 32.

Circuitus *ſunt euitandi*. 964. 27. & c. 887. 25. ¶ *Et quæ vtilitas inde reſultet in iudicio*. 938. 7.

Citatio *non debet fieri, ſi citandus non poterat contradicere*. 874. 41. ¶ *Requiritur in omni actu, in quo quis poteſt lædi, neque ſufficiet notitia geſtorum*. 1000. 13. & 14. ¶ *Generalis per edictum eſt facienda ſi non adſit certa perſona, quæ poſſit citari*. 859. 5. ¶ *Domi non afficit, niſi dimiſſa copia in manibus cohabitantium, vel ſi nemo recipiat, in oſtio affixa iuxta Statutum Vrbis*. 996. 11. ¶ *Eſt neceſſaria in concedenda manutentione*. 899. 2. ¶ *Debet interuenire quando iudicat ille, cuius declarationi ſtandum eſt, quāuis eſſet Princeps*. 874. 39. & 40. ¶ *Nulliter facta an conualidetur per comparitionem partis, itaut ex ea poſſit deueniri etiam ad excommunicationem non obſtante alia forma citandi data per ſtatutum*. 946. 12. *vſque ad* 16. ¶ *Quomodo ſit exequenda iuxta reformationem Pauli V*. 946. 18. ¶ *Non poteſt omitti, quamuis Iudex haberet abſolutam, & liberam poteſtatem, nec talis defectus ſuppletur ab ipſo Principe*. 898. 15. & 16. ¶ *Omiſſa non reddit actum nullum, ſi non fiat aliquod præiudicium ei, qui non fuit citatus*. 914. 7. ¶ *Iudex quando reuocet abſque citatione partis ea, quæ fecit non citatis citandis*. 914. 8. ¶ *Tabellio non facit fidem de citatione executa ſine teſtibus*. 907. 42. ¶ *Nuncius probat commiſſionem citationis ſibi per Iudicem demandatam*. 841. 4. ¶ *Legitimatio perſonæ non poteſt opponi per eum, qui citauit aliquem tanquam procuratorem*. 855. 7. ¶ *Depoſitio teſtis inter alios examinati non præiudicat non citatis*. 859. 22. ¶ *Tertius an admittatur ad cauſam pro ſuo intereſſe, ſi aliquid in actis ſit productum, per quod de ea conſtet, quamuis ad dicendum contra illud pars non fuiſſet citata*. 1000. 15. & 16. ¶ *Stylus citandi eſt validus, quod nuncius faciat fidem de dimiſſione copiæ domi ſolitæ habitationis abſque eo, quod dicat dimiſiſſe in manibus cohabitantium*. 946. 17. ¶ *Conſanguineorum non eſt facienda, quando Iudex deputat tutorem legitimum, ſecus ſi datiuum*. 914. 11. ¶ *Nullitas ob defectum citationis ſemper poteſt opponi, quamuis non eſſet permiſſa appellatio*. 850. 19. ¶ *Citatus coram vno Iudice, ſi poſtea efficiatur alterius fori, non poteſt declinare forum primi Iudicis etiam in ſummarijs, & executiuis*. 906. 6. & 7. ¶ *Non eſt neceſſaria ſtantibus verbis ipſo facto, & abſque alia declaratione*. 990. 8.

Ciuis *Romanus faciendo teſtamentum in Vrbe an præſumatur ſe voluiſſe conformare ſtatuto Vrbis excludente fœminas propter maſculos*. 930. 25. ¶ *Statutum de non admittendis ad collegium ciuem natum ex obſcuris parentibus quomodo intelligatur*. 976. 1. & 2.

Ciuitatis *appellatione venit territorium, prout etiam ſub nomine diœceſis comprehenditur ciuitas*. 893. 55. ¶ *Decreta facta per conſiliarios ciuitatis, ſeu Caſtri ſunt inualida ſi maior pars eorum non interuenerit*. 333. 1.

Clauſulæ *vniuerſales nihil excludunt idem operando, ac ſi mentio ſpecialis de omnibus facta fuiſſet*. 990. 15. ¶ *Simul iuncta operantur effectum ſuum, quāuis de per ſe non ſufficerent*. 854. 28. & 29. ¶ *Generales non habent vim ſupplendi plures defectus*. 982. 17. ¶ *Derogatoria conſtitutionis tollunt omnia in contrarium facientia*. 946. 20. ¶ *Præſeruatiua iurium non dicuntur contraria facto*. 980. 5.

Clauſula *codicillaris facit, quod ſi teſtamentum eſſet nullum, ſint grauati venientes ab inteſtato relinquere bona hæredibus ſcriptis detracta eorum legitima, non autem trebellianica*. 902. 26. *cum ſeq.* ¶ *Solum operatur quando adeſt defectus ſolemnitatis, ſecus ſubſtantiæ*. 973. 38.

Clauſula *actum ſi deficiat in inſtrumento reddit*

dit inualidam ſtipulationem, quamuis teſtes ſint ſcripti, & quis ſit illius effectus. 899. 15. & 16. ¶ *Ad habendum operatur, ut res ſit aſſignata plenè, & proprio iure, & in perpetuum, maximè ſi fiat cum ſolemnitatibus, & ſit poſita in diſpoſitiuis. 932. 5. & 6.* ¶ *Applico, approprio, & concedo inducit tranſlationem dominij, & donationem, & facultatem alienandi. 838. 2. & 17.* ¶ *Arbitria ordinarij in omnibus & per omnia an inducat liberam poteſtatem. 992. 23.* ¶ *Citra præiudicium priorum iurium, & fideiuſſorum, an faciat, ut non ſint liberati primi fideiuſſores. 962. 3. 31. & 47.* ¶ *Conſtito, requirit iudicialem indagationem, & facit executorē mixtum. 961. 9.* ¶ *Et eſt conditionalis, & non dat iuriſdictionem, niſi prius verificetur conditio. 869. 25. & c. 991. 10.* ¶ *Et probatio magis aperta tunc eſt facienda, itaut non ſufficiat præſumptiua. 991. 11.* ¶ *Et operatur, ut non poſſit dari poſſeſſio reſignatario, niſi prius verificetur, quod reſignaui habeat unde ſe alat. 991. 8.* ¶ *Conſtituti transfert omnem poſſeſſionem naturalem, & ciuilem. 954. 2.* ¶ *Mandatum de aſſociando aliū cōcedatur vigore clauſulæ conſtituti, & etiam extendatur poſt mortem conſtituentis. 954. 5. & 6.* ¶ *Et de differentia inter eum, qui conſtituit ſimpliciter ſe poſſidere, & inter illum, qui conſtituit ſe precario nomine poſſidere, & inter illum, qui promiſit cum clauſula conſtituti, & precarij. 1000. 26. & 29.* ¶ *Cum annexis incidentibus, & dependentibus, quem effectum habeat. 837. 2.* ¶ *Dummodo, iuncta ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur eſt conditionalis, & prius de tali modo debet conſtare. 991. 13. & 14.* ¶ *Hanc autem donationem, non diſponit de nouo, ſed reſtringitur iuxta præcedentem diſpoſitionem. 971. 48.* ¶ *In perpetuum, cum ſimilibus inducit infinitatem, & comprehendit omne tempus. 985. 11.* ¶ *In ſtirpes & non in capita an faciat magis præſumere vocationem filiorum in conditione poſitorum. 928. 16.* ¶ *Ipſo facto & abſque alia declaratione excludit citationem. 990. 8.* ¶ *Nec alias, nec alio modo inducunt cauſam finalem, & formam, & conditionem. 803. 34. & c. 949. 7. & c. 971. 2.* ¶ *Libere diſponendi quid importet. 919. 13. & 20.* ¶ *Nihil poſſit peti de ſuis bonis quid ſignificet. 922. 21.* ¶ *Et quando excludat compenſationem. 816. 10. vſque ad 19.* ¶ *Non obſtantibus non tollit plures defectus. 827. 20.* ¶ *Et inducit derogationem præcedentis diſpoſitionis. 876. 8.* ¶ *Omni meliori modo facit, ut actus, qui non valet, ut agitur valeat eo modo, quo valere poteſt. 830. 13.* ¶ *Placuerit quam ſignificationē habeat. 919. 13. & 20.* ¶ *Pro intereſſe habentibus apponitur per notarios in inſtrumentis. 911. 29. & quid operetur. 946. 5.* ¶ *Promittens relaxare emphyteuſim melioratam an alteret naturam illius, & impediat repetitionem melioramentorum. 934. 10. & 12.* ¶ *Quam & quas facit includi commiſſionem totius negotij principalis. 968. 4.* ¶ *Quorum intereſt continetur in obligatione camerali. 912. 13.* ¶ *Quorum tenores quare apponatur. 936. 11.* ¶ *Rebus ſic ſtantibus intelligitur in quacumque diſpoſitione. 884. 21.* ¶ *Salua gradus prærogatiua tollit repræſentationem. 836. 19.* ¶ *Sine præiudicio reddit actum conditionalem. 980. 8.* ¶ *Et quando ſit compatibilis cum diſpoſitione principali, & intelligatur de alio præiudicio, quam expreſſo. 867. 19.* ¶ *Et an præiudicet, quod ſequantur alij actus ſimpliciter geſti abſque tali reſeruatione. 867. 14.* ¶ *Et præſeruat ius, tàm in petitorio, quàm poſſeſſorio, etiam quo ad effectum manutentionis. 867. 35.* ¶ *Sine præiudicio venientium ab inteſtato non operatur conditio teſtamento. 958. 15.* ¶ *Sine præiudicio innouationis, & iura iuribus addendo quando iuuet reſeruantem. 931. 20. & 27.* ¶ *Si quid exequendum præſeruat viam executiuam, & impedit effectum ſuſpenſiuum appellationis. 968. 3.* ¶ *Vbique locorum comprehenditur in obligatione camerali, & an illa adſtrictus opponat declinatoriam fori. 875. 25.* ¶ *De uno in alium excludit conculcationem vocationum. 836. 19.* ¶ *Videbitur & placuerit, quid operetur. 919. 13. & 20.*

Clericus *debet abſtinere ab omni negotiatione, & litigio. 826. 6.* ¶ *Non eſt dominus bonorum eccleſiaſticorum. 854. 68.* ¶ *Etiam pauper dicitur potentior laico diuite. 826. 10.* ¶ *Non poteſt dari tutor in teſtamento, & agens tanquam talis reijcitur à limine iudicij, itaut neque volens admittatur. 830. 15. & 17.* ¶ *Alia vice* in verb. tutor.

Coadiutor *tenetur reſidere, & inſeruire, alias priuatur ſeruata iuris forma. 805. 31. cum ſeq.* ¶ *Reſidentia coadiutoris debet eſſe præciſa, non cauſatiua quo ad obligationem ſoluendi fructus proprietario ob non reſidentiam perditos. 805. 34. & 35.*

Coadiutoriæ *quando concedantur cum futura ſucceſſione. 818. 17.*

Codicilli *ſunt pars teſtamenti, ac illi inſunt. 922. 20.* ¶ *Habent probationem quinque teſtium .... 32.* ¶ *Facti in odium vnius ex filijs minus operantur ademptionē hæreditatis et relicta in priori teſtamento. 902. 6.* ¶ *Hæreditas an poſſit dari, ſeu adimi in codicillis. 902. 1. vſque ad 4.* ¶ *Permittitur patri declarare in codicillis, quæ fecit in teſtamento, licet hoc non permittatur per viam reuocationis. 902. 17. & 18.* ¶ *Teſtator ſi dixit in codicillis, quod nolebat hæredem in teſtamento inſtitutum quicquam habere de ſua hæreditate, non tamen ex iſtis verbis hæreditas poterit ei auferri. 902. 5.* ¶ *Cauſa expreſſa in codicillis ſuper indignitate hæreditatis ſunt verificanda per hæredem, neque ſuper eis ſtatur dicto patris. 902. 11. & 12.* ¶ *Conceditur patri per codicillum, & aliam quamcumque voluntatem minus ſolennem, & etiam per ſchedulam priuatam bona ſua inter filios diuidere,*

& de

& de illis plus vni, quam alteri aſſignare. 902. 15.¶ In codicillis poteſt declarari, quod vnus ex heredibus ſit indignus ſua hereditate. 902. 10.

Cogitatio *in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida.* 936. 16. & 25.

Cognomen *verum non impeditur, ſi de illo conſtat, quãuis aliter quis vocetur.* 869. 35. & 36.

Collegij *maior pars an ſufficiat in negotio voluntario, vel requiratur omnium conſenſus.* 933. 5.

Colonus *ſi debeat poſſidere, & retinere omnia in prædio exiſtentia quid debeat facere.* 953. 4.

Commendatarius *quando æquiparetur Abbati habenti adminiſtrationem perpetuam.* 845. 41. ¶ *Ordinis militaris an habeat facultatem alienandi, quæ conceditur veris Prælatis, & beneficiarijs.* 880. 37. ¶ *Perpetuus eccleſiæ cathedralis exigit charitatiuum ſubſidium, & exercet iuriſdictionem, ſicut Epiſcopus.* 845. 43.

Commodum *non habet, qui incommoda recuſat.* 916. 35.¶ *Factum ad commodum alicuius non debet operari contrarium effectum.* 922. 26.

Communicatio *dignitatum quando dicatur habuiſſe effectum.* 893. 50.¶ *Priuilegia communicata dicuntur eadem in ſubſtantia, & cum omnibus qualitatibus.* 871. 24. ¶ *Fauor religionis an operetur, vt quis poſſit cogi ad rem ſuam communicandum.* 896. 6.

Communio *ſolet diſcordias, & negligentiam cauſare circa res communes.* 905. 17. ¶ *Ex communione oritur quaſi contractus producens obligationem, & actionem communi diuidundo, itaut talis poſſit dici creditor, & debitor.* 830. 23.¶ *Acquiſitum per vnum ex fratribus nomine proprio, an ſit communicandum actione pro ſocio.* 851. 49. ¶ *Habens communionem cum ædificio vicini non poteſt mutare formam ædificij communis.* 896. 2.

Communis *opinio, quod quis habeat commodum in aliquo negotio inducit credulitatem iuſtam excuſabilem ab omni calumnia.* 970. 11.

Commutatio *voluntatis teſtatoris non poteſt fieri.* 916. 27.

Comparatio *litterarum non inducit certitudinem ſcripturæ, niſi interueniant requiſita præſentia Iudicis, duplicis iuramenti calumniæ, & defectus alterius probationis cum relatione iurata peritorum, non lucri cauſa, nec in alterius iniuriam.* 973. 49. & 51.

Compendioſa *ſubſtitutio continet vulgarem.* 979. 23.

Compenſatio, *& retentio non conceditur contra eum, qui repræſentat duas perſonas.* 948. 2. ¶ *Compenſandi animus colligitur ex coniecturis.* 816. 20.

Compromiſſum *ſi debeat fieri in cauſis vertentibus inter conſanguineos non comprehendit cauſas iuratas.* 853. 75.¶ *Pœna poteſt apponi in compromiſſis, & eſt debita tanquam potius facto, ſeu non paritioni laudi apponatur, quam dationi quantitatis.* 920. 18.

Compulſus *æquiparatur illi, qui poteſt compelli & ſufficit timor compulſionis.* 831. 7.

Conceſſio *generalis ad inſtar aliarum dignitatum eſt intelligenda, vt ſit conformis alijs præter expreſſa.* 940. 18.¶ *Tranſlatio dominij, & facultas alienandi an inducatur per verbum conceſſionis.* 838. 2.¶ *Modus obſeruatus in conceſſione an ſit obſeruandus in tollendo, quod fuit conceſſum.* 909. 18. & 19.

Concilij *Conſtantien. derogatio eſt neceſſaria.* 918. 30.¶ *Decreta Concilij Tridentini cenſentur facta ſalua auctoritate ſedis apoſtolicæ, itaut Papa poſſit diſponere abſque illius derogatione.* 990. 13. & c. 940. 15.¶ *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 25. c. 16. *loquitur tantum de renunciatione facta ab ingreſſo monaſterium tempore nouitiatus, non autem quando eſt in ſæculo.* 975. 31.

Concubina *an dicatur turpis perſona, ſicut meretrix.* 863. 8. ¶ *Concubinatus erat permiſſus antiquitus, ſecus hodie, itaut conditio ſi quis ſteterit cum concubina dicatur turpis.* 863. 11. & 12. ¶ *Caſtè viuere in actu concubinatus intelligitur quo ad capacitatẽ ſucceſſionis à qua non repelluntur filij per iura ciuilia, ſecus quo ad alios caſus, in quibus concubinæ ſunt viles perſonæ, & infames.* 863. 10.¶ *Grauius peccatum eſt cum concubina, quam cum muliere, ad quam furtiuus habetur acceſſus.* 863. 13.

Conditio *non nubendi quando poſſit apponi, & an intelligatur de quibuſcumque nuptijs in infinitum, & quo caſu habeat locũ cautio mutiana* 863. 1. & 2.¶ *Suſpendit actum, & nihil ponit in eſſe, & ex eo nullum dominiũ transfertur.* 949. 10. & 11. ¶ *Inducitur per verba dummodo appoſita actui imperfecto.* 991. 15. ¶ *Si non poteſt impleri de iure eſt adimplenda de facto.* 979. 13. ¶ *Quando retrotrahatur in legatis, ſicut in contractibus in præiudicium illorum, quibus medio tempore fuit quæſitum.* 856. 14. & 15. ¶ *Si deficiat excludit ſubſtitutos, qui ex inutili ſubſtitutione non poſſunt aliquid capere.* 979. 7. ¶ *Appoſita toti diſpoſitioni inducit formam, qua non ſeruata diſpoſitio eſt omnino nulla.* 995. 14. ¶ *Si ſubſequatur matrimonium an ſit poteſtatiua, ſeu caſualis, & mixta.* 804. 9. & 18. ¶ *Vocatio ſub conditione obitus alicuius, ſi non extitit, cenſetur adempta ſub contraria conditione.* 979. 8. ¶ *Donatio dicitur ſub conditione ſuſpenſiua caſualè, non reſolutiua, ſi fiat ſub illis verbis quatenus donans moreretur ſine filijs.* 856. 17. & 18. ¶ *Bona donata ſub conditione ſuſpenſiua an debeant eſſe donantis, vel de tempore purificatæ conditionis ad hoc, vt dicantur comprahenſa ſub hypotheca.* 826. 21. *cum ſeq.* ¶ *Tempus exiſtentis conditionis, quando dicatur habile tam reſpectu rei, quàm perſonæ ad hoc, vt conditio poſſit retrotrahi.* 856. 4. ¶ *Contraueniens conditioni appoſitæ in legato, ſeu inſtitutione fingitur vſque retro*

mala

Digitized by Google

mala fidei poſſeſſor, & tenetur rem cum fructibus reſtituere. 863. 20. ¶ *Narrata in gratia ſunt iuſtificanda, ſiue adſint verba inducentia modum, ſiut conditionem.* 991. 12. ¶ *Conditio an poſſit retrotrahi ſi perſona, quæ donauit ſub conditione reperiatur mortua tempore purificata conditionis.* 856. 26. & 27. ¶ *Poteſtatiua retrotrahitur ad tempus conuentionis, etiam in præiudicium tertij ob priuilegium dotis, propter quod iudicatur de ea, ſicut de caſuali.* 964. 14. ¶ *Relictum ſub conditione non nubendi alicui amittitur per tranſitum ad nuptias, & ſunt reſtituendi fructus percepti, ſiue diſpoſitio ſit conditionalis, ſiue pura ſub conditione reſoluenda.* 863. 24. ¶ *Caſualis debet retrotrahi propter ius quæſitum, quod attenditur, licet ſit conditionale, quod non eſt in poteſtatiua, in qua non dicitur initus aliquis contractus, ſed potius habitus tractatus de ineundo.* 856. 12. & 13. ¶ *Vocatio eorum, qui ſunt in conditione poſiti, quamuis admittatur, tamen procedit reſpectu portionis patris, non patrui.* 965. 32. ¶ *Prohibitio detractionis trebellianicæ an inducat vocationem eorum, quos teſtator in conditione poſuit.* 928. 14. & 15. ¶ *Filij, & deſcendentes in conditione poſiti quando dicantur vocati.* 928. 8. & c. 965. 26. ¶ *Mixta, ſeu caſualis operatur, vt debitor ſtatim illa exiſtente ſit retro obligatus, quidquid ſecus ſit in poteſtatiua.* 856. 7. ¶ *Actus dicitur ſub conditione ſtante clauſula ſine præiudicio, vel ſimili præſeruatiua iurium.* 980. 7. & 8. ¶ *Coniecturæ quales ſint, vt poſiti in conditione dicantur vocati.* 928. 12. & c. 965. 28.

Conductor *ſciens ſtatum, & conditionem rei locatæ ſibi præiudicat, ſi ſpecialiter ſuper ea non conuenit.* 989. 7. ¶ *Non poteſt prætendere aliquod intereſſe ſi non adeſt culpa locantis.* 989. 9. ¶ *Habet remiſſionem penſionis, ſi impediatur caſu fortuito pro tempore, quo durauit impedimentum.* 916. 41. ¶ *Non agit contra locatorem pro ceſſatione aquæ ex facto Principis.* 989. 8. ¶ *De magiſtris, & ſcholaribus Bononienſibus quando ſint excommunicati ſi conducant domos aliorum ſcholarium, & magiſtrorum.* 818. 46. ¶ *Pactum conductoris de reſtituendo apothecam, & domum vacuam, & liberam eſt indiuiduum, & vtramque rem continet tanquam conſiſtens in facto.* 968. 15.

Confeſſio *extraiudicialis de æquitate canonica plenam fidem facit.* 869. 10. ¶ *Solemnitas de qua in* c. fin. de confeſſ. *in docendo de errore non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ.* 825. 20. ¶ *Probat contra ipſummet confitentem, & ſuperat omnes, & quaſcumque alias probationes.* 981. 34. ¶ *Acquiparatur ſententiæ, & notorio.* 925. 14. ¶ *Non reuocatur poſt acceptationem.* 869. 35. ¶ *Teſtatoris præiudicat hæredi . . . .* 27. ¶ *Emptoris, quod res empta eſt ſubiecta canoni ad fauorem alicuius, an illi obſit, itaut ſit facta cenſualis, ſeu emphyteotica.* 912. 10. & 37. ¶ *Sine ſolemnitatibus confirmatur ex adminiculis.* 878. 14. & c. 890. 25. & c. 869. 33. ¶ *Approbata non poteſt reprobari.* 873. 14. ¶ *Ad fauorem vnius, nec prodeſt, nec nocet alij.* 966. 11. & 27. ¶ *Præfertur teſtibus, & inſtrumentis.* 870. 2. ¶ *In vno Iudicio quo caſu præiudicet in alio.* 869. 7. ¶ *Procuratoris obeſt dominio, ſecus ſi fuerit de recepto.* 873. 4. & 6. ¶ *Extraiudicialis non probatur, niſi per duos teſtes conteſtes.* 909. 2. ¶ *Non adeſt ratione incertitudinis, & de differentia, ſi teſtator confitetur, & legat, vel ſi confitetur, & non legat, vel ſi legat, & non confitetur.* 823. 4. ¶ *Quod quis detinet, ſed vitiosè, poteſt diuidi propter contrariam præſumptionem iuris.* 851. 24. ¶ *Qualis debeat eſſe, vt poſſit impediri obligatio cameralis.* 872. 6. & 7. ¶ Cedentis *non attenditur aduerſus ceſſionarium, cui iam fuerat ius quæſitum.* 873. 15. & 16. ¶ *In precibus probat contra confitentem, quamuis reſcriptum ſit ſubreptitium, & nullum.* 857 1. ¶ *Iudicialis obſtat confitenti.* 869. 10. ¶ *Prælati adminiculata admittitur etiam contra ſucceſſores.* 870. 3. ¶ *Procuratoris Monaſterij non affert ei aliquod præiudicium, maximè ſi eſt ſpontanea, & non per modum contentioſæ iuriſdictionis.* 870. 20. & 21. ¶ *Informis probat, ſi concurrat veriſimilitudo.* 878. 17. ¶ *Extra iudicium abſente parte non facit fidem, quamuis de ea deponant duo teſtes conteſtes de iure canonico, ſecus ciuili, prout ſeruatur in Vrbe.* 909. 3. & 5. ¶ *Veriſimilis nocet etiam tertio, quidquid alias non præiudicaret.* 955. 5. ¶ *Scriptura priuata probat contra ſcribentem, & habet vim confeſſionis de æquitate canonica.* 951. 1. 2. & 3.

Confines *probantur ex adminiculis.* 883. 7. ¶ *Et ex congruentia, & veriſimilitudine.* 883. 6. ¶ *Expreſſio confinium facit, vt ſit conceſſum quidquid intra confines fuit demonſtratum.* 839. 7. ¶ *Res ſi eſt incluſa intra certos confines, ſufficit de eis docere, vt dicatur probata identitas.* 855. 6. ¶ *Expreſſio loci cum confinibus, quamuis requiratur pro forma, tamen ſufficiet, quod vnus locus, vel illud confine exprimatur, ſi iſtud expreſſum non poteſt in alio loco conuenire, quam ei, de quo agitur.* 883. 13. ¶ *Domus dicitur comprehenſa in confinibus, ſi non reperiatur alia domus, cui conueniant demonſtrationes, quæ illi conueniebant, quamuis eſſent alia, quæ non conuenirent.* 883. 10. & 11. ¶ *Locus intra confines exiſtens dicitur eſſe in diœceſi.* 918. 18. ¶ *Genera-*

neralitas , & diuerſitas confinium non praiudicat , quando poſſunt conuenire ſolum vni rei , & tunc dicitur probata identitas . 883. 5.

Confirmatio *imitatur naturam confirmati* . 909. 17. ¶ *Apoſtolica facit , vt conceſſio dicatur Papalis* . 992. 10. ¶ *Actus inualidi operatur , vt ſit nouus , non confirmatus* . 992. 11.

Confiſcatio *caſtri ob delictum , & Cameræ incorporatio extinguit omne ius ex antiquis inueſtituris , itaut nouum feudum reputetur* . 839. 8. ¶ *Poſt conſtitutionem Clem. VIII. nunquam fuit tranſactum occaſione feudorum in lite exiſtentium cum Camera Apoſtolica , ſecus de bonis confiſcatis per delictum , ſeu emptis à Baronibus* . 846. 18. & 20. ¶ *Bona confiſcata cenſentur vendita , tanquam res ad Principem pertinentes , adeo vt ſi prius ſit facta venditio , reconualeſcat per confiſcationem ſubſequentem* . 907. 20.

Coniecturæ *multæ ſimul iunctæ arguunt contractum ſimulatum* . 826. 19. & 36. ¶ *Non ſunt admittendæ per Iudicem , niſi concludentes ad effectum , vt in conditione poſiti ſint vocati* . 928. 17. ¶ *Sufficiunt ad declarandum an ſimus in cenſu , ſeu emphyteuſi* . 926. 9. ¶ *Plures legitimæ faciunt , vt dicatur res euidenter apparere* . 970. 3. ¶ *Ceſſant quando ſumus in claris* . 824. 10. ¶ *Probatio per coniecturas tollitur per alias contrarias , itaut plures , & maiores præualeant* . 909. 30. ¶ *Vocationis filiorum , quod ſint legitimi , & naturales an ſufficiant , vt poſiti in conditione ſint vocati* . 965. 28. ¶ *Concurſus piæ cauſæ poſt ſubſtitutiones factas an operetur , vt in conditione poſiti ſint vocati* . 928. 12. & 13. ¶ *Animus compenſandi colligitur ex coniecturis* . 816. 20.

Coniunctio *re & verbis inducitur per deputationem ſimultaneam , per quam habet locum ius accreſcendi* . 812. 4. & 15.

Connexa *dicuntur ſi ſtatim vnum venit ad determinationem alterius , ſecus quando plura incontinenti dicuntur abſque iſta determinatione vnius ad alterum* . 828. 10. ¶ *Connexorum idem eſt iudicium* . 851. 21.

Conſanguinitas *qualiter ſit probanda , tam in materia ſucceſſionis , quàm pro dirimendo matrimonio* . 969. 13. ¶ *In antiquis conſanguinitas an probetur per teſtes de auditu , & an tales perſonæ debeant eſſe graues , & an requiratur , quod deponant ante litem motam* . 969. 9. & 12.

Conſcientia *debet exonerari per mulierem recognoſcendo bonam fidem abſque ſolemnitatibus* . 831. 1.

Conſenſus *requiſitus ad actum debet eſſe expreſſus , non autem tacitus* . 980. 1 ¶ *Requiritur , vt quis reincidat in nouam obligationem* . 960. 3. & 18. ¶ *Conditionalis non operatur , niſi verificata conditione* . 980. 9. ¶ *Pignorationi ſimpliciter præſtitus extenditur etiam ad fructus , & intereſſe* . 996. 5. ¶ *Capituli præſumitur adhibitus in ſuppreſſione , & vnione beneficij ſtante ſpatio triginta annorum cum obſeruantia ſubſecuta , quamuis non conſtet de illius enunciatione* . 819. 12. & 13. ¶ *Conſanguinei adhibitus pro conualidando actu mulieris ex neceſſitate ſtatuti non præiudicat conſentienti* . 831. 1. & 5. *cum ſeq.* ¶ *Præſtitus , vt monaſterium poſſit domum retrahere pro illius ampliatione debet intelligi ad effectum illam incorporandi , non autem locandi , & in alios vſus conuertendi* . 980. 16. ¶ *Obligatio defectu conſenſus non trahitur ad incogitata* . 966. 6. ¶ *Iuſiurandum non ſupplet conſenſum vbi lex illum non præſumit* . 852. 5. ¶ *Non operatur vltra intentionem conſentientis* . 831. 4. ¶ *Electio periti ſine præiudicio iurium eligentium ad effectum ſciendi valorem domus , cuius prætenditur retractus , non inducit conſenſum , nec tacitum , nec expreſſum* . 980. 3. & 4. ¶ *Per conſenſum primi inueſtiti , etiam ex interuallo præſtiti , tollitur votum captandæ mortis in inueſtitura facta illo viuente* . 818. 24. & 26. ¶ *Actus , qui non conſiſtit ratione deficientis conſenſus alicuius , ſemper reconualidatur per ſuperuenientiam conſenſus etiam ex interuallo* . 818. 25. ¶ *Nullitas vnionis , & ſuppreſſionis beneficij ob defectum conſenſus capituli non poteſt opponi , niſi per Capitulum* . 819. 17. & 18. ¶ *In bonis maioratus , qui ſperant ſucceſſiones an licitè paciſcantur , & renuncient etiam viuo poſſeſſore maioratus , & abſque illius conſenſu* . 818. 43. & 44. ¶ *Probatio dubia , quæ poteſt referri ad conſenſum locationis , ſeu venditionis , non probat talem conſenſum* . 980. 14. ¶ *In ipſo actu ſuppreſſionis beneficij non requiritur conſenſus capituli , ſed poteſt ex interuallo adhiberi , quod etiam eſt in alienatione rei eccleſiæ* . 819. 15. & 16. ¶ *Statutum , quod filius , non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris , non habet locum ſi pater pro eo fideiubeat , & talis conſenſus ſufficit* . 831. 16. ¶ *Verba liberè ſoluere ad omne mandatum domini non excludit iuſtam exceptionem prouenientem ex conſenſu non præſtito* . 966. 7.

Conſequens *neceſſarium dicitur , quod ſemper , & de omni verificatur* . 852. 39. ¶ *Si eſt falſum , tale etiam erit antecedens* . 972. 9. ¶ *Obligans ſe ad conſequens cenſetur etiam ſe obligaſſe ad omne neceſſarium antecedens , prout è contra* . 924. 17. & 46. ¶ *Et an tale conſequens neceſſarium ad antecedens veniat etiam in materia ſtricta , vt in ſententia , diſpenſatione , & ſimilibus* . 852. 28. ¶ *Quale dicatur conſequens neceſſarium*

ad

ad effectum, vt cauſa poſſit expediri per eum, qui alias non poterat de illa iudicare. 960. 36.

Conſiliarij *debent dare vota diſtinctè, non autem viua voce, & confuſè ad effectum validitatis rerum geſtarum, itaut huic diſpoſitioni non poſſit renunciari, nec detur ratificatio talis actus.* 933. 11. & 12. ¶ *In actibus vniuerſitatis non ſolum requiritur, quod duæ partes conſiliariorum conueniant pro illorum validitate, ſed etiam neceſſe eſt, vt duæ partes accedant, nec ſufficit, quod omnes ſint vocati.* 933. 4. ¶ *Licentia ſuperioris de congregando conſilium quando habeat vim decreti approbatiui eorum, quæ poſtea fient per conſiliarios.* 933. 10. ¶ *In conſilijs congregatis de mandato ſuperioris conſiliarij venientes an poſſint negotia Communitatis explicare, licet non facerent duas partes ex tribus.* 933. 8. ¶ *Ratificatio geſtorum per conſiliarios vniuerſitatis, ſi non poteſt fieri expreſſè, neque tacitè.* 933. 15.

Conſors *habet prælationem in re vendita, & locata per conſortem iuxta ſtatutum Vrbis, & ius commune.* 874. 3. ¶ *Etiam ſi conſortium ſit in minima parte.* 842. 13. & c. 874. 17. ¶ *Prælatio conceditur in vſu communi, commoditate, vſusfructus, habitatione domus, ſeruitute, & in quocumque ſimili iure vendito per conſortem, prout etiam in actione perſonali ad fundum.* 874. 7. & 8.

Conſortium *accipitur pro ſocietate, & ſecundum ſubiectam materiam.* 874. 9. ¶ *Non adeſt inter emptorem, & venditorem cum pacto de retrouendendo, nec in hoc caſu habet locum ſtatutum Vrbis de conſortibus.* 842. 19.

Conſuetudo *habetur pro iure à quo non licet recedere.* 892. 17. ¶ *Oneroſa eccleſiæ eſt reijcienda.* 894. 27. ¶ *Eſt valida, vt poſſit fieri inueſtitura de feudo viuentis.* 818. 29. ¶ *Contra canones preceptiuos, & contra ſubſtantiam regulæ non admittitur, & an iuuet præſcriptio.* 880. 23. & 26. ¶ *Vnius loci non extenditur ad alios.* 973. 39. ¶ *Eſt probanda in ſpecie, & non generaliter.* 909. 21. & c. 956. 24. ¶ *Permittens, vt religioſus poſſit donare in magna quantitate, debet probari præciſè de iſta notabili ſumma.* 880. 27. ¶ *An poſſit facere, vt inſtitutio captatoria valeat.* 908. 16. ¶ *Eſt tacitus conſenſus populi, & an per eam Princeps obligetur.* 801. 16. & 17. ¶ *Vniuerſalis non indiget aliqua probatione, & habetur pro lege, & pro ipſo iure communi, non autem conſuetudinario.* 801. 11. & 12. ¶ *Vt non ſeruentur iura captiuitatis quo ad Chriſtianos viget in Francia, Hiſpania, Anglica, & alijs regnis, & eſt valida, & vbique locorum ſeruanda.* 801. 2. cum ſeq. ¶ *Superior in dubio videtur velle ſequi legem, & conſuetudinem.* 801. 20. ¶ *Reges an poſſint ſtatuere, vt in ſuis Regnis, non ſeruetur conſuetudo, quod Chriſtiani capti in bello iuſto non efficiantur captiui, & quid in officialibus regijs.* 801. 13. & 14. ¶ *Miniſtri Regij deputati ad ius reddendum non poſſunt condere legem contra ius, & conſuetudinem vniuerſalem, quæ habetur pro iure.* 801. 15. ¶ *Teſtamenti factio, & erectio primogenituræ, quibus commendatarijs religionum permittatur de conſuetudine.* 880. 42. cum ſeq. ¶ *Iudex poteſt ſe informare de conſuetudine notoria ex officio, & parte non citata.* 945. 20. ¶ *Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine ſtandum eſt ſolum quo ad loca, in quibus ipſi verſantur.* 973. 43. ¶ *An valeat, vt ſuccedatur in bonis acquiſitis per clericos de redditibus eccleſiæ.* 854. 69. ¶ *Quando ſit admittenda, quod prudentiores re, & ætate habeant ſolum vocem in capitulo.* 894. 19. ¶ *Diſpoſitiua, & declaratiua regulatur à locis vicinis, etiam in oneroſis.* 945. 21. & c. 879. 6. ¶ *Vt canonici ſint in ſacris, quando cenſeatur ſublata per priuilegium.* 940. 12. & 13. ¶ *Debet aliquid operare vltra ius commune.* 871. 33. ¶ *Attenditur ad cognoſcendum an quietatio ſit generalis, ſeu particularis.* 966. 25. ¶ *Contra ius, quando licitè inducatur.* 973. 38. ¶ *Eſt ſtricti iuris.* 973. 40. ¶ *Non probatur ex inſtrumentis, niſi etiam iuſtificetur, quod illis fuerit adhibita fides.* 861. 13. ¶ *Debet probari formiter in deciſorijs, ſecus in ordinatorijs iudicijs.* 956. 22.

Conſumptio *bonorum, hoſpitij, quando præſumatur.* 897. 6.

Contemplatio *perſonæ quo caſu dicatur facta principaliter.* 924. 36. ¶ *Et quando illa attendatur.* 802. 8. ¶ *Perſona nominata in quacumque diſpoſitione non conſideratur, ſed ſolum repræſentata, & contemplata, quæ debet habere commodum, & incommodum negotij geſti, & ex quibus talis contemplatio præſumatur.* 970. 1. & 15.

Contentum *ſequitur naturam continentis, & vnum venit appellatione alterius.* 940. 32. & 33. ¶ *Dicitur abrogatum, ſi abrogetur continens.* 940. 31. ¶ *Legans cameram ſuam conductam intelligitur legare contenta in camera.* 940. 34.

Contractus *ſub conditione celebratus non eſt propriè contractus.* 949. 6. ¶ *Ante traditionem rei quando ſit imperfectus.* 804. 24. ¶ *Omnis factus cum Principe habet naturam contractuum bonæ fidei.* 818. 17. *Præſumitur cenſualis potius quàm emphyteuta, ſaltem ad euitandam caducitatẽ, & neceſſitatem conſenſus.* 926. 6. & 7. ¶ *Reſoluitur ex noua cauſa ſuperueniente.* 863. 25. ¶ *Nullitas contractus facit, vt clauſula conſtituti nihil operetur, & quod ſit deneganda manutentio.* 954. 10. & 11. ¶ *Valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra ſtante paritate rationis.* 917. 10. & c. 920. 39. & c. 917. 10. ¶ *Tẽpus contractus eſt inſpiciendum ad cognoſcendam læſionem, nõ habito re-*

ſpectu eius, quod euenit. 926. 13. & c. 952. 16. ¶ *Mens partium in contractibus præſumitur qualis de iure eſſe debet.* 966. 26. ¶ *Clauſula caſſans & irritans non eſt neceſſaria in contractibus, in quibus vltima derogant prioribus.* 876. 19. & c. 962. 55. ¶ *Per non ſolutionem fructuum contractus dicitur non effectuatus, non autem ſimulatus.* 981. 8. ¶ *Pro debito hæreditario hæres non conuenitur ex quaſi contractu cauſato per aditionem, ſed ex illomet, qui fuit cum defuncto celebratus.* 981. 17. & 21.

Contradictio *vnius ſcripturæ cum altera an faciat, vt neutri credatur.* 889. 20. & 23.

Contradictor *legitimus quis ſit ad impediendam immiſſionem.* 895. 7. & 8.

Contraria *inuicem ſe expellunt.* 891. 18. ¶ *Et vno eorum poſito remouetur alterum.* 894. 4. ¶ *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.* 857. 26.

Contrarietas *eſt euitanda, quamuis etiam recederetur à proprietate verborum.* 946. 28. & c. 839. 17. ¶ *Tollitur diſtinguendo.* 889. 8. ¶ *Non inducitur, niſi quando actus ſunt incompatibiles, & quorum finis eſt contrarius.* 894. 5. ¶ *Non conſideratur in teſte, qui prius in interrogatorijs dixit ſcire, quamuis poſtea in articulis dicat neſcire.* 960. 30. ¶ *Non attenditur circa diuerſum ſubiectum.* 922. 24.

Contrauentio *facti proprij non permittitur.* 916. 11.

Conuentio *eſt valida de renouando proximiores finita emphyteuſi per generationem.* 934. 5. ¶ *Non poteſt fieri in præiudicium anterioris creditoris, cui iam fuit ius quæſitum.* 963. 2.

Conuerſæ *ſeu ſeruitiales an aſtringantur ad clauſuram, & ad habitum, & profeſſionem.* 945. 18.

Copula *quandoque reſoluitur in diſiunctiuam, dummodo vnum ex narratis non veniat, vt qualitas.* 973. 20. ¶ *Habet naturam exequandi omnia copulata, & illa reducendi ad vniformem diſpoſitionem, maxime ſi eſt concepta ſub vnica oratione.* 808. 9. & 10. ¶ *Ponitur inter diuerſa.* 828. 47. ¶ *Coma ſuccedit loco copulæ.* 922. 5. & 9.

Copulatiua *requirunt omnium concurſum, itaut dicantur in vnum corpus redacta.* 973. 18. & 26. ¶ *Sunt verificanda in vtraque parte diſpoſitionis, & ſi vnum deficit, diſpoſitio annullatur.* 901. 19. & c. 968. 16.

Correctio *non debet dari in eodem inſtanti, neque mutatio voluntatis.* 922. 18.

Correctio *legum quando ſit euitanda.* 973. 36.

Correlatiui *ex identitate rationis faciunt, vt diſpoſitum in vno habeat locũ in altero etiam in correctorijs.* 920. 11. & 13.

Correſpectiui *contractus dicuntur, ſi vnum ſine alio partes non geſſiſſent, quamuis haberent etiam cauſam ſeparatam.* 924. 1. ¶ *Promiſſio correſpectiua intelligitur quatenus hinc inde obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectu cauſæ.* 853. 32. ¶ *In correſpectiuis vno ſublato tollitur alterum.* 960. 16. ¶ *Correſpectiua ex quibus colligãtur.* 853. 33. & c. 897. 2. ¶ *Oppoſitio in obſeruãtiæ nõ datur ex diuerſo iure, niſi in obligatione correſpectiua, quæ eſt vnica, non admittens prius, aut poſterius.* 853. 30. & 31. ¶ *Correſpectiuitas non conſideratur amplius poſt actum perfectum.* 897. 4. ¶ *Teſtamenta correſpectiua vnius ad aliud ſunt duo, non vnum, & poſſunt reuocari ad euitandam arctationem libertatis teſtandi.* 908. 7. & 9. ¶ *Quomodo probetur correſpectiuitas contractuum, quamuis non ſint facti eodem loco, & tempore, & coram eiſdem teſtibus.* 897. 13. & 14. ¶ *Poſitio vnius actus correſpectiui non poteſt dari, niſi ponatur alterum, & vtriuſque vnum eſt iudicium.* 924. 2. ¶ *Pro conſeruatione bonorum in familia, quando valeant teſtamenta correſpectiua, itaut non contineant captatoriam voluntatem.* 908. 2. & 4.

Correus *ſi liberetur an alter remaneat obligatus.* 966. 18. ¶ *Liberatio de omni eo & toto, quod eſſet debitum, ſi fiat vni, iuuat alterum correum inſolidum obligatum, ſecus ſi fuerit limitata contemplatione vnius tantum.* 966. 20. & 21.

Creditor *quando præferatur in bonis debitoris, quæ ſubhaſtantur.* 978. 12. ¶ *Dicitur ſucceſſor ſui debitoris, & plus iuris non poteſt habere, quam ipſe debitor.* 967. 16. ¶ *Anterior habet retentionem rei ſibi hypothecatæ, tenetur tamen præſtare patientiam, vt illa vendatur, & de pretio retrahendo eius creditum debet ſolui deducto reſiduo pro poſteriore creditore.* 941. 3. cum ſeq. ¶ *Prior præfertur ſecundo etiam in bonis quæſitis per debitorem poſt obligationem factam ſecundo, ſiue obligatio ſit pura, ſiue conditionalis, mixta, vel caſualis, ſecus in poteſtatiua.* 856. 8. & 20. ¶ *Debet declarare non ſolum, quod accipit pecunias ad vſuras ob retardatam ſolutionem, ſed etiam certificare perſonaliter debitorem, quod propter talem moram eſt coactus eas accipere, & quod non poterat illas inuenire, niſi ſub vſuris.* 829. 7. & c. 987. 10. ¶ *Vxor quando poſſit concurrere pro reſtitutione ſuæ dotis cum creditoribus rationis fundacariæ, quam exercebat maritus cum alijs ſocijs.* 964. 1. ¶ *Lex magis fauet creditoribus, quàm legatarijs.* 981. 23. ¶ *Debitor nomine ſocietatis, & creditor nomine proprio, ſi conueniatur nomine ſocietatis, non poteſt opponere compenſationem debiti proprij.* 948. 1. ¶ *Semiplena probatio vergentiæ viri ad inopiam ſufficit inter ipſos coniuges, ſecus inter mulierem, & creditores.* 872. 20. ¶ *Debitor, & creditor ſunt correlatiui, nec ad imparia iudicantur.* 853. 48. ¶ *Non refert, quod pecunia debita ſoluatur creditori, vel aliud de ipſius conſenſu.* 962. 35. ¶ *Pecunia ſoluta per debitorem eſt accipienda per creditorem*

in

in illam cauſam, in quam etiam ipſe ſolueret. 962. 44. ¶ Bona an addicantur creditori cognato, ſi non inuenitur emptor, qui offerat. 978. 14. ¶ Conuentio aliqua non poteſt fieri in praiudicium anterioris creditoris, cui iam fuit ius quæſitum. 963. 2. ¶ Relictum creditori ex cauſa neceſſaria admittit compenſationem. 816. 3. & 4.

Creditum debet eſſe clarum, & indubitatum, vt detur retentio, ſecus ſi requireret altiorem indaginem. 948. 5. & 14. ¶ Retentio admittitur etiam in caſibus, in quibus non daretur compenſatio dummodo debitum, & creditum hinc inde proueniat ex perſona creditoris, & debitoris. 948. 1. ¶ Creditum priuilegiatum anterius præfertur poſteriori etiam in auocando pecuniam exactam, nedum in mercibus ſibi hypothecatis. 964. 12.

Credulitas quando ſit admittenda ad effectum, vt quis non puniatur. 970. 13. ¶ Cauſata ab aſſertione viri legalis excuſat à dolo, & culpa, & pœna. 970. 10. ¶ Iuſta cauſa credulitatis dicitur, quando quis habet fidem perſonæ graui, nobili, & probatæ vitæ. 970. 8. & 9.

Cura animarum, quæ exiſtit in eccleſia collegiata non pertinet ad ſingulos canonicos, ſed ad capitulum, per quod repræſentatur vnica perſona Rectoris, & illius exercitium mandatur vni, vel pluribus inſolidum. 865. 35. & 36. ¶ Quando exercetur per plures canonicos deputatos cum Archidiacono an intelligatur, vt ſint coadiutores ipſius, ſeu principales curati. 865. 20. cum ſeq. ¶ Ex quibus arguatur, & qualiter ſolitum debeat in ea attendi. 865. 11. & 27. ¶ Fori contentioſi, & pœnitentialis non præſcribitur per laicum, ſed per clericum. 865. 9. ¶ Nullus cogitur ad ſuſcipiendam curam animarum, niſi ſtante neceſſitate, ſeu conſuetudine. 865. 2. & 7. ¶ Nihil aliud eſt, quam poteſtas adminiſtrandi Sacramenta. 865. 10. ¶ Beneficia non dicuntur curata, ſi cura animarum non pertinet ad Epiſcopum, ſecus quo ad effectum concurſus. 865. 40. & 41. ¶ Reſidet penes Epiſcopum. 865. 33. ¶ Deputati à capitulo ad exercendam curam animarum an poſſint per Epiſcopum examinari. 865. 42. ¶ Incumbens toti capitulo an poſſit transferri in vnum ex canonicis. 865. 3.

Curator dementis poteſt pro eo conſtituere domicilium, ſicut tutor pro minore. 861. 16. ¶ Non cogitur minor viginti annis, & maior quatuordecim curatorem accipere. 914. 22. ¶ Pater non dat in teſtamento curatorem filio poſt pubertatem, niſi concurrat conſenſus ipſius filij. 914. 28. ¶ Idem eſt quod defenſor & adminiſtrator, & tutor, prout è contra. 919. 1. ¶ Diſpoſitio auth. minoris. C. qui tutor. dar. poſſ. an habeat locum tam in tutore, quàm in curatore. 830. 24.

DAmnum emergens tanquam reſtaurativum eſt omni iure permiſſum, & quomodo ſit probandum, vt poſſit peti. 987. 7. & 17. ¶ Secundarium debet attendi, cum agitur de praiudicio tertij. 896. 15. ¶ Extrinſecum, & intrinſecum quale ſit, & quid veniat appellatione damni. 833. 5. ¶ Paſſum per eum, qui non potuit ſuis negotijs vacare qualiter conſideretur. 833. 8. & 27. ¶ Emergens propter intereſſe, quod ſoluebatur per venditorem, qui dedit dilationem emptori, non facit, vt per eum poſſint licitè percipi fructus, & quid ſit probandum. 911. 20. & 21. ¶ Amiſſio lucri non venit ſub nomine damni, ſed ſolum diminutio patrimonij, & vt veniat, debet fieri mentio etiam de praiudicio. 833. 9. & 10. ¶ Obligatus ad reſtitutionem eius, in quo alium damnificauit non tenetur ad damnum ex mora contingens, niſi etiam probentur alia requiſita per Caſtr. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc. 829. 12. ¶ Mercator quando repetat damna, & intereſſe, & fructus fructuum. 829. 13. & 16. ¶ Non ſufficit conſtare de damno paſſo, ſi etiam non verificetur cauſa intereſſe propter carentiam pecuniarum non ſolutarum, nec admittitur præſumptio, quod damnum non contigiſſet ſi debitor ſoluiſſet. 829. 10. & 11. ¶ Actio primaua hypothecaria datur ratione damnorũ, & intereſſe, quaſi re non tradita. 950. 20. ¶ Habens molendinum in aliquo loco an poſſit prætendere damnum, ſi aliud ibidem ædificetur. 970. 32. & 33. ¶ Dicitur ex parte eius, qui incurrit pœnam, ſecus reſpectu aliorum. 833. 11. ¶ Præuiſum, ſeu poſſibile præuideri eſt imputandũ ei, qui illud paſſus eſt. 854. 34. ¶ Non eſt propriè pœna, ſed largè, & in genere, non in ſpecie. 833. 20. & 21. ¶ Emendatur in foro contentioſo ex lege aquilia, quæ tendit ad conſeruationem patrimonij, licet quis non teneretur in foro conſcientiæ. 970. 19. ¶ Illatum in prædijs dominorum debet reſarciri præuia æſtimatione peritorum. 970. 18. ¶ Per oſtenſionem inſtrumentorum cenſuum, & ſocietatum officiorum, quas creditor fecit an probetur damnum emergens. 937. 13. & 20. ¶ Interpretatio eſt potius facienda ad fauorem eius, qui tractat de damno vitando, quam de lucro captando. 923. 13. ¶ Non habet parem rationem cum lucro. 970. 24. & 31. ¶ Intereſſe conſiſtit circa damnum, & lucrum, non tamen continet pœnam. 833. 12. & 13. ¶ Verba di ſtare al male e'l bene denotant lucrum, & damnum, non victum, & habitationem tantum. 948. 30.

Damnorum datorum emptores, ſeu conductores habent iura Principis, & fiſci. 970. 25.

Dare nemo poteſt alteri, quod quis non habet. 900. 13.

Data eſt temporis præteriti denotans actum perfectum, & tempus conſummatum. 963. 8.

Debitor non habet facultatem contraueniendi his, quæ per eum geſta ſunt, nec debitum ne-

gare. 879. 2. ¶ Inſolidum obligatus, an cenſeatur ſoluiſſe pro toto debito, ad quod tenebatur. 966. 29. & 31. ¶ Sciens ſe non eſſe ſoluendo, & promittens ſe ſoluturum magis arguit dolum. 967. 13. ¶ Non poteſt aliquid facere in praeiudicium creditoris habentis bona ſua hypothecata. 943. 10. & c. 964. 17. & 19. ¶ Quando idem iudicetur de debitore quantitatis, ſicut de debitore ſpeciei. 932. 10. ¶ Iudex declarans aliquem debitorem cenſetur etiam eum condemnare ad ſoluendum debitum. 852. 29. ¶ Paria ſunt debitum non extare, vel poſſe tolli exceptione. 948. 8.

Declaratio an poſſit fieri per alium, quam per eum, qui iudicauit. 957. 24. & 26. ¶ Simplex declaratio patris quando admittatur quo ad ea, quæ prius diſpoſuit, & in quo differat à reuocatione. 902. 24.

Declaratoria requiritur, quamuis priuatio ipſo iure ſit impoſita. 863. 22.

Decoctores ſunt perſonæ, cum quibus durum, & peſſimum eſt tractare. 916. 3.

Decretum cum clauſula, ſi & quatenus de iure declaratur præter edictum decreti interpoſiti, cuius defectum Iudex intendit ſupplere. 867. 21. ¶ Eſt ipſo iure nullum, ſi conſtat de falſitaate cauſæ expreſſè, ſeu tacitè. 961. 25. & c. 914. 14. ¶ Interponitur per Iudicem domicilij in tranſactione facta per minorē, quamuis alibi res exiſtant, itaut aliud decretum non ſit adhibendum. 861. 18. ¶ Facit ceſſare omnem fraudem, & dolum, & præſumere, quod omnia ſint verificata. 952. 23. & c. 975. 12. ¶ An debeat eſſe magiſtratus maioris, vel pedanei. 831. 2. ¶ Stante exceſſu annullatur in totum. 926. 26. ¶ Non conualidat donationem minoris, quamuis etiam habilitaretur per ſtatutum pro legima perſona 975. 28. & 29. ¶ Iudicis incompetentis non transfert poſſeſſionem manutenibilem, nec priuat poſſidentem ſua poſſeſſione antiquiori, cui potius eſt danda manutentio. 899. 3. ¶ Quando dicatur adhibitum cum cauſa cognitione, licet ſit ſtatim interpoſitum, & quid ſeruetur de conſuetudine, & an illa ſit valida, & habeat locum in quocumque negotio etiā grauiſſimo. 861. 12. & 14.

Decretum irritans tollit omnes iuris effectus, & cuncta, quæ in contrarium fiunt ligando ſcientes, & ignorantes, & inducendo vim priuatiuam, & auocatiuam cuiuſuis poteſtatis. 944. 7. & 22. & c. 978. 29. & c. 927. 2.

Defectus plures non tollluntur per clauſulam generalem. 982. 17.

Defenſio non debet eſſe exceſſiua, & quando talis exceſſus conſideretur, & faciat incurrere in pœnas tēporales, & ſpirituales. 837. 4. ¶ Repercuſſio eſt licita pro ſui defenſione, quamuis quis poſſet euadere, & non euaſit, & non habet locum pœna excommunicationis. 837. 5.

Delegatus nihil proprium habet, ſed omnia gerit nomine delegantis. 992. 13.

Deliberatio facta cum conditione, quod debitor poſſit bona reluere infra menſem non habet locum, ſi conſtat de oblatione iudiciali per eum facta ante lapſum termini. 978. 1.

Delictum circa rem commiſſum facit, vt catenus res perdatur, quatenus in ea peccatur. 860. 20. ¶ Numerus plurium delictorum inducit numerum pœnarum. 956. 5.

Dementia eſt præcisè probanda de tempore actus per eum, qui vult illum infringere cum notabili alienatione mentis. 843. 1. & 36.

Demonſtratio falſa vitiat legatum, ſi non conſtat de certo corpore expreſſo nomine ſingulari, quidquid alias non vitiaret. 988. 2. & 21. & c. 957. 7. ¶ Verba quando ſtent demonſtratiuè, ſeu limitatiuè, & quid in dubio. 916. 3. & c. 950. 15. & c. 986. 20. ¶ Expreſſum ſub vnica conceptione verborum, vel ſub diuerſis orationibus, quid operetur ad cognoſcendum an diſpoſitio dicatur cauſa limitationis, ſeu demonſtrationis. 988. 24. & 25. ¶ Qualitas erectionis montium expreſſa demonſtratiuè operatur, vt hæres debeat ſupplere de bonis hæreditarijs, ſi dicta loca non exiſtant. 988. 18. ¶ Depoſitarius debet denunciare debitori antequam ſoluat ad hoc, vt veniat ad impediendam executionem, & alia neceſſaria faciat pro eius defenſione. 906. 2. & 14. ¶ Executio debet fieri contra depoſitarium alicuius rei pro ipſa re, non pro pretio illius, niſi in defectum conſignationis præuia liquidatione, & citatione partis. 960. 42. & 43.

Depoſitum in quo differat à pacto de deponendo. 887. 30. ¶ In depoſito pecuniæ, vt tantumdem reddatur transfertur dominium in depoſitarium, & competit ius, & actio depoſiti contra eū, & pro iſto iure datur hypotheca. 943. 4.

Derogatio iuris tertij non præſumitur in Principe. 868. 17. ¶ Contraria diſpoſitio Principis poſterior derogat priori etiam abſque ſpeciali mentione illius. 940. 7. ¶ Derogatio Priuilegij eſt facienda ſpecialiter ſtantibus clauſulis ampliſſimis in eo contentis. 981. 6.

Deſtinatio ſola animi patrisfamilias an ſufficiat pro diuiſione, itaut excludat conſortium, & retractum. 874. 30. & 31. ¶ Admittur per legatum de re deſtinata factum. 936. 26. ¶ Quando conſtituat, dilatet, & limitet fundum. 947. 32. ¶ Non ſemper habetur pro facto. 937. 25.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet omnia pariformiter determinare. 940. 23.

Diaconus poteſt concionem ad populum habere, non ratione ordinis, ſed ex poteſtate ſibi à iure conceſſa. 871. 40.

Dictio altero, quando verificetur ſolum in duobus. 977. 17. ¶ Cum, coniungit æquè principaliter, & etiam acceſſoriè. 893. 40. & 41. ¶ Dummodo, importat conditionem, & modum, & eſt ſimilis dictioni quatenus, & aduerſatur narratis. 995. 4. & 17. ¶ Eodem modo, continuat, & repetit. 832. 5. & idem operatur, quod ita demum. 832. 4. & 14. ¶ Et, habet naturam, vt di-

diuerſa coniungat, & ſtat ampliatiuè iuxta proprietatem ſermonis. 844. 20. ¶ *Ex, denotat cauſam immediatam, & proximam.* 916. 28. ¶ *Immo, tollit in totum praecedentia, non ſecus ac ſi vnquam fuiſſent prolata.* 923. 9. ¶ *Immo, ſtat ampliatiuè, ſeu electiuè.* 923. 10. ¶ *Incontinenti, intelligitur arbitrio Iudicis de pluribus diebus.* 967. 8. ¶ *Ita, inducit continuationem, & repetitionem.* 832. 5. ¶ *Ita demum, quid operetur.* 832. 4. & 14. ¶ *Item, eſt relatiua omnium qualitatum, ſi ponatur inter duas orationes imperfectas.* 828. 10. & 12. ¶ *Iuxta, limitat.* 937. 14. ¶ *Maximè, ſignificat identitatem in caſu contrario exprimendo caſum minus dubitabilem, & includendo etiam magis dubitabilem.* 962. 4. ¶ *Non alias, operatur, vt nulla incurratur pœna, quamuis traditio eſſet ſubſecuta, ſi recuperatio non eſſet difficilis.* 946. . . ¶ *Nunquam, continet praeciſam naturam cũ omni tempore, & modo.* 905. 8. ¶ *Omnino includit omne tempus, & omnem modum, & cauſam.* 905. 7. ¶ *Poſtea, habet interuallum temporis maius, & minus iuxta ſubiectam materiam.* 877. 5. ¶ *Pro, efficit cauſam immediatam, & finalem non ſecus ac ſi diſponens dixiſſet, quod alias non eſſet facturus.* 924. 24. & 35. ¶ *Prout, limitat diſpoſitionem.* 937. 14. & c. 832. 5. ¶ *Qualequale, quid importet.* 896. 13. & 14. ¶ *Quandocumque, comprabendit compendioſam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem.* 869. 39. ¶ *Quatenus, eſt conditionalis, & ſimilis dictioni dummodo, & aduerſatur narratis.* 854. 40. & 49. & c. 995. 1. & 17. ¶ *Quotquot, recipit reſtrictionem de habilitate, ſi proferatur per modum legis, quidquid alias ſit vniuerſalis, & omnia comprabendat.* 903. 18. & 20. & c. 947. 20. ¶ *Secundum, ſicut, & ſimiliter, repetunt, & taxant diſpoſita cũ omnimoda ſimilitudine, & identitate.* 832. 5. & c. 937. 14. & 16. ¶ *Statim, verificatur in pluribus diebus arbitrio Iudicis.* 967. 8. ¶ *Super, dat ius in re, quae erit obnoxia pro obſeruatione promiſſionis.* 963. 18. ¶ *Vt, ſignificat cauſam finalem.* 924. 20.

Dies *ſeruatur iuxta diſpoſitionem eccleſiæ, ſi agatur de officijs, & ritibus eccleſiaſticis, in caeteris attenditur mos Romanorum.* 972. 8. ¶ *Intelligitur de die naturali, prout eſt ille, de quo in* l. more romano. ff. de fer. 972. 22. ¶ *Comprabendit diem à media nocte praecedente vſque ad mediam noctem ſubſequentẽ, iuxta morem romanorum, prout ſeruatur in Signatura, & Cancellaria.* 972. 1. & 5. ¶ *Dominicus fuit introductus de iure diuino.* 972. 3. ¶ *Et incipit à veſperis praecedentis diei vſque ad ſecundas veſperas ſequentis diei, quibus abſolutis finitur feſtiuitas.* 972. 6. ¶ *Opinio vulgi eſt attendenda, ſecundum quam non attenditur, ſi adhuc durat claritas, licet ſol non ſit ſuper terram.* 972. 19. ¶ *Inter noctem, & diem an detur medium, & an poſſit diei nox ſtatim poſt ſonum Auemaria, vel dies paulo ante ſolis ortum.* 972. 16. & 17. ¶ *Promittens ſoluere, ſeu ſe repraeſentare die certa, etiam cum iuramento dicitur obſeruare promiſſa, ſi ſoluat, vel ſe repraeſentet vſque ad mediam noctem ſequentem, & Iudex tenetur deſcendere ad tribunal ad recipiendam repraeſentationem.* 972. 14. & 15. ¶ *Captura, & executio facta in die dominico eſt nuila.* 972. 2. ¶ *Defectus diei non oberit ſi agatur contra eum, qui ſcripſit.* 951. 4.

Dignitas *per ſuperiorem collata remanet oſſibus affixa, itaut non poſſit euelli à perſona, cui fuit conceſſa.* 834. 11. ¶ *Arguitur ex inſignijs, & veſtibus, & datur ex eis praeheminentia.* 845. 50. & 51. ¶ *Habens plures dignitates praefertur habenti vnam.* 845. 32. & 45.

Dilectio *maior facit, vt admittatur extenſio de perſona ad perſonam.* 828. 49. ¶ *Succeſſio eſt debita prius nominatis, qui praeſumuntur magis dilecti.* 836. 1. ¶ *Minus dilectus non debet eſſe melioris conditionis plus dilecto.* 828. 48.

Diligentia *praeſumitur in eo, qui iurauit aliquod officium gerere.* 970. 20.

Diœceſis *quando excludatur per exemptionem perſonarum.* 918. 33. & 51. ¶ *Sub nomine diœceſis venit ciuitas.* 893. 55. ¶ *Subditus Epiſcopo, ſi extra diœceſim delinquat, & poſtea ad illam redeat non punitur pœnis per eumdem Epiſcopum ſtatutis.* 886. 16. ¶ *Alia* vide in verb. exemptio. & exemptus.

Diſcuſſio *non requiritur inter mercatores.* 967. 37.

Diſmembratio *vnius eccleſiæ ab altera eccleſia eſt valida quo ad omnia praeterquam in eis, in quibus fit praeiudicium ſuper decimis debitis canonicis prioris eccleſiæ quando adeſt clauſula ſine praeiudicio.* 867. 36.

Diſpenſatio *quo ad vnum defectum non porrigitur ad alium in diſpenſationibus, quae ſe non contingunt.* 827. 8. & 12. ¶ *Super pluribus impedimentis difficilius conceditur.* 827. 19. ¶ *Impetrata ſuper vna irregularitate eſt inualida non facta mentione de alia.* 823. 13. ¶ *Superueniens reualidat actum retro nullum.* 895. 18. ¶ *Tollit omnem maculam, per quam quis redderetur incapax ſucceſſionis.* 936. 3. 8. & 28. ¶ *Reſcriptum indulgentiae idem operatur, quod factum de iure communi, itaut diſpenſatus ſit tuendus, non ſecus ac ſi de iure communi poſſideret.* 936. 4. ¶ *Initiatus ſacris impetrans diſpenſationem, vt poſſit vxorem ducere, dicitur bene diſpenſatus, ſi poſtea impetret aliam diſpenſationem, vt ducat conſanguineam.* 827. 14. ¶ *Poteſtas diſpenſandi an debeat large interpretari.* 982. 2. & 23.

Diſpoſitio *hominis ſemel facta non retractatur.* 997. 8. ¶ *Diuerſa, & ſeparata dicitur ſi vna nullo modo ſe habet inferre ad alteram, nec eſſentialiter, nec excluſiuè.* 894. 6. ¶ *Debet intelligi, vt minus recedatur à iure communi quam fieri poſſit, & vt non trahatur ad illicita.* 848. 13. ¶ *Qualibet intelligitur rebus*

ſic

ſic ſtantibus. 916. 22. ¶ Quando dicatur oneroſa, & lucratiua. 955. 33. ¶ Rerum ſuarum vnicuique permittitur. 847. 26. ¶ Dubia, non autem clara recipit interpretationem. 966. 23. ¶ Habens ius faciendi diſpoſitionem, non cogitur reinueſtire rem ad alterius vſum, ſed poteſt etiam abutẽdo illam in mare proÿcere. 916. 17. & 18. ¶ Conceſſa diſcretiuè, & cum dictionibus vniuerſalibus an intelligatur ſolum de actu vltima voluntatis, vel etiam inter viuos. 854. 3. vſque ad 7. ¶ Quando inducatur voluntas quo ad effectum conſeruationis bonorum in familia, ſi probibeatur diſpoſitio cum verbis aliquo modo, omnino, & ſimilibus. 917. 5.

Diſtinguendo omnia concordantur. 910. 42.

Diſtributiones quotidiana quando dentur ſenibus ſeptuagenarÿs, & octuagenarÿs abſentibus. 805. 40. ¶ Acquiruntur per iniuſtè carceratum. 806. 12. ¶ Non debent percipi per abſentem pro tempore, pro quo manſit in curia, vt tueatur iura ſua prebenda. 806. 9. ¶ Veniunt appellatione emolumentorum. 867. 31. ¶ Reſidentia non ſufficit ad lucrandum diſtributiones quotidianas, ſed requiritur intereſſentia. 806. 10. ¶ Verba cum plenitudine iuris canonicalis, quando excludant diſtributiones quotidianas. 867. 6. & 9.

Diuiſio feudorum inferiorum an poſſit fieri ſine conſenſu omnium conſortium. 997. 7. ¶ Probibita per teſtatorem intelligitur quo ad dominium, non quo ad fructus. & ius fruendi. 917. 7. ¶ Inter ſocios an excludat conſortium, & prelationem, ſeu retractum in re vendita, & quo caſu debeat eſſe realis, & cum effectu cum terminorum appoſitione, itaut non ſufficiat intellectualis. 874. 12. & 26. ¶ Portio non poteſt dari ſine diuiſione. 951. 25. ¶ Nocet diuidenti, & babentibus cauſam ab eo. 869. 31. ¶ Quæ fit inter ſocios gratia commodioris cultura nou facit diuerſos fundos, ſed illi pro vno reputãtur, nec datur retractus vnius ſine alio. 874. 16. & 28. & c. 947. 2. ¶ Nunquam præſcribitur, quamuis adſit tempus, cuius memoria in contrarium non extet. 905. 14. ¶ Dicitur alienatio, & venit illius appellatione. 917. 4. & c. 905. 16. ¶ Feudi etiam effectum ſortita, & longo tempore obſeruata poteſt reſcindi, & ex integro alia fieri propter tollendas diſſenſiones dominorum, & preces ſubditorum. 997. 9. & 13. ¶ Cum clauſula de non contraueniendo intelligitur rebus ſic ſtantibus. 863. 17. & 18. ¶ Perpetua per viam conditionis an ſubſiſtat. 905. 21. ¶ Conuentio, vt certa bona nunquam diuidantur an valeat. 905. 20. ¶ Pœna appoſita per teſtatorem de nõ diuidendo quomodo euitetur. 905. 18. ¶ Pactum, ſeu preceptum de nunquam diuidendo non eſt validum, & quid ſtante iuramento. 905. 2. & 4. ¶ Ratio adminiſtrationis eſt neceſſarium antecedens ad petendam diuiſionem. 852. 27. ¶ Inæqualitas excludit præſumptionem diuiſionis, & an exceſſus debeat eſſe in magna quantitate, & quid aliud requiratur. 951. 16. & 17. ¶ Probibitio teſtatoris, quod in perpetuum non poſſit diuidi turris, ſeu palatium an ſit ſeruandum. 905. 19. ¶ Differentia, quæ ſit inter probibitionem perſonalem diuidendi in perpetuum, & realem. 905. 9. & 11. ¶ Poſſeſſio ſola decennalis ſufficit ad præſumendam diuiſionem inter fratres, quæ probatur coniecturis, nec requirit aliquam ſcripturam. 951. 30. & 31. ¶ Caſtrum totum poteſt adiudicari vni, & æquiualentia in bonis, ſeu in pecunia dari alteri, & talis diuiſio ligat etiam poſteros. 997. 3. & 4. ¶ Diſpoſitio ne fratres vllo vnquam tempore diuidant intelligitur, donec ipſi probibiti vixerint. 905. 5. & 6. & c. 917. 8. & 12. ¶ Verba in rem prolata, quod aliquid non diuidatur quando inducant probibitionem diuiſionis ſimpliciter, & omni tempore. 905. 1. ¶ Cenſus aſſignati in diuiſione vni ex fratribus acquiruntur ei etiam abſque traditione. 951. 21. & 26. ¶ Res quæ non patitur diuiſionem poteſt vni aſſignari præſtando alteri aliquid æquiualens loco ſuæ portionis. 905. 15. ¶ Probibitio diuiſionis an inducit fideicommiſſum. 917. 1. & 19. ¶ Diſcordia cobæredum facit, vt poſſit impune recedi à precepto teſtatoris de nunquam diuidendo. 905. 12. ¶ Sola animi deſtinatio patrisfamilias an ſufficiat pro diuiſione, itaut excludat conſortium, & retractum. 874. 30. ¶ Cauſa an requiratur in probibitione diuiſionis facta pluribus. 917. 3. & 17.

Doctoris dictum declaratur iuxta eum, quem allegat. 891. 48.

Dolus probatur ex coniecturis. 967. 6. & c. 957. 40. ¶ Coniecturæ autem debent eſſe apertæ. 998. 14. ¶ Verus dicitur, ſi fiat falſa aſſeueratio ſcienter cum animo fallendi. 935. 14. ¶ Non eſt præſumendus in dubio. 852. 50. ¶ Excluditur per quamcumque cauſam. 998. 11. ¶ Non debet alicui patrocinari. 906. 12. & c. 849. 11. ¶ Malus eſt omnis fallacia adbibita ad alterum decipiendum, & committitur ſiue tacendo, ſiue arte verborum contra ius, & bonos mores. 935. 13. ¶ Inducitur ex inſolitis. 967. 14. ¶ Colligitur in eo, qui non perquirit, quod debet perquirere. 906. 13. ¶ Præſumitur in præterito propter mala, quæ ſubſequuntur. 967. 11. ¶ In adminiſtratore, quando dicatur dolus verus, & non præſumptus. 935. 1. 11. & 21.

Domicilium non contrabitur etiam per centum annos, niſi adſit animus non recedendi, qui præſumitur talis ſtante babitatione decennali continuata etiam abſque vlla declaratione. 824. 38. & 40.

Dominium non eſt probatum, ſi in libro monaſterÿ aſſeratur, quod illud babet talem dominum. 838. 8. ¶ Alicui quæſitum, quo caſu per Principem poſſit tolli. 891. 29. ¶ Eſt tranſlatum per fidem babitam de pretio, ſecus ſi tempore datæ fidei aderat in emptore animus

illam

illam frangendi, & quomodo in hoc caſu dolus ſit præſumendus. 967. 2. & 5. ¶ Eſt idem quod proprietas. 838. 4. ¶ Probatur per locationem, & emptionem, ſi alia adminicula concurrant. 970. 7. ¶ Rei corporalis non poteſt ſine cauſa tolli, prout nec dominium iuriſdictionis. 891. 39. & 43. ¶ Reſeruatum operatur anterioritatem in concurſu creditorum. 900. 15. ¶ Et habet vim pacti manus iniectionis afficiendo rem ipſam, quæ à quocumque poſſeſſore poterit auferri. 946. 4. ¶ Tranſit in eccleſiam ex ſolo contractu abſque aliqua traditione. 912. 11. & 50. ¶ Eſt plenè probandum quando agitur principaliter ad deuolutionẽ, ſecus incidenter ad effectum non ſolutionis canonis. 912. 2. & 34. ¶ Rerum, quæ incidunt in commiſſum ſtatim tranſit ad Datiarium, ſicut tranſibat ad fiſcum. 970. 26. ¶ Quando probetur ex indicijs, & coniecturis. 970. 6. ¶ Venditor, qui non tranſtulit dominium rerum venditarum, poteſt illas, & pretium ex eis retractum vendicare excluſo quocumque creditore etiam priuilegiato. 967. 1. ¶ Participatio dominij an ſit neceſſaria, vt quis dicatur habere conſortium. 874. 6. ¶ Defectus dominij incontinenti probatus an impediat immiſſionem. 853. 6. & 7. ¶ Argumentum de dominio rerum corporalium ſumitur ad dominium rerum incorporalium. 891. 38.

Dominus directus iuxta ſtatutum Vrbis compellitur concedere ſucceſſoribus de eadem genealogia locationes contractus liuellarij, ſi tempore, aut defectu generationis finiantur cum iiſdem conditionibus. 918. 11. & 16. ¶ Habet facultatem retrahendi rem ſub eius proprietate exiſtentem à quocumque emptore etiam priuilegiato, excluſo quoque cenſuario, & vicino. 903. 1. & c. 957. 28. ¶ Duo domini non poſſunt inſolidum poſſidere. 900. 18. ¶ Domus dicitur, qui habet partem illius, quamuis etiam alius habeat vſumfructum. 842. 46. ¶ Factum ab officiali cenſetur factum à Domino mandante. 809. 15.

Domus accipitur pro patrimonio. 922. 15. & 17. ¶ Portiones domus conſiſtunt in hauſtu aquæ, puteo communi, balneo, acceſſu, aditu, fiſtula, canali, & ſimilibus. 842. 25. ¶ Viridarium, quod cedit domo, non efficitur feudale, quamuis domus eſſet feudalis. 896. 36. ¶ Appellatione domus, ſeu fundi venit tota domus, & fundus. Idem in rebus incorporalibus, etiam in materia retractus. 947. 3. & 5. & c. 968. 19. ¶ Teſtator legans eam partem domus, quam habitabat cenſetur legaſſe totam domum, ſi incertum ſit, quàm partem inhabitauerit. 946. 23. ¶ Permiſſio ſtandi in domo eſt ius quoddam perſonale. 922. 25. ¶ Vendita, ſeu legata domo, quando veniat viridarium. 896. 28.

Donatio eſt gratuita declaratio beneuoli affectus erga benemeritum. 913. 4. ¶ Non præſumitur, niſi probetur. 824. 17. & c. 925. 8. & 10. ¶ Facta filio, & eius deſcendentibus dicitur pro conſeruatione familiæ. 924. 39. & 40. ¶ Inofficioſa re & conſilio quando reuocetur in totum, ſeu vſque ad legitimam. 950. 1. ¶ Si fiat eccleſiæ ſub conditione, ſeu modo non reuocatur etiam non ſecuto implemento, quamuis adſit clauſula non aliter nec alio modo. 803. 18. & 32. ¶ Quando dicetur correſpectiua ad dotem. 862. 1. & 2. ¶ Non inſinuata infra terminum à ſtatuto præfixum reſoluitur. 887. 18. ¶ Abſque mentione meritorum cenſebitur etiam facta propter merita, ſi illa præcedunt, licet non ſint commemorata. 984. 2. ¶ Quæ fit ab ægroto morti proximo dicitur inter viuos. 854. 61. ¶ Pro conſeruatione, & ampliatione familiæ dicitur ob cauſam, & acquiritur omnibus contemplatis, & eſt pars contractus, & efficitur irreuocabilis. 924. 31. & 33. ¶ Cõtemplatione matrimonij an ſit ſimplex, vel ob cauſam, & nullam recipiat additionem, ſeu diminutionem. 924. 11. vſque ad 30. ¶ In recompenſationem onerum, & laborum an valeat abſque ſolemnitatibus. 910. 9. & 10. ¶ An dicatur perfecta, ſi donans ſuſpendit diſpoſitionem in tempus futurum confectionis inſtrumenti. 899. 13. & 14. ¶ Reſpiciens vtilitatem donatarij, & tertij dicitur ob cauſam. 984. 40. ¶ Eſt probanda per eum, qui ſe in illa fundat cum requiſitis neceſſarijs inſinuationis, & ſimilium etiam in ea, quæ fit iuxta l. ſi quis argentum. C. de donation. 887. 1. & 38. ¶ Ob cauſam matrimonij eſt pars contractus, & cum eo confunditur. 984. 30. ¶ Facta per patrem filio, vt contrahat matrimonium cum particulari perſona dicitur ob cauſam finalem, & eſt irreuocabilis, ſecus ſi in genere donaretur. 984. 22. & 24. ¶ Per virum ſenio confectum, ſeu ignobilem ad fauorem vxoris iuuenis, ſeu nobilis valet etiam ſi fiat poſt conſummatum matrimonium, & ita ſeruatur de conſuetudine tam per Legiſtas, quàm Canoniſtas, & Theologos etiam ſine iuramento, & confirmatione obitus. 984. 3. 7. & 18. ¶ Ab ingredientibus monaſterium dicitur realis, & perpetua, nec poteſt reuocari prætextu cuiuſcumque læſionis etiam quod fiat per minores. 971. 11. & 12. ¶ Facta contẽplatione religionis per minorem an valeat tanquã ob cauſam nuptiarũ ſpiritualium, & an æquiparetur donationi cauſa mortis. 975. 15. 26. & 41. ¶ Secunda ſi fiat iuxta formam primæ, continet omnes qualitates in prima contentas. 854. 53. ¶ Cenſetur ſolum de portione, de qua poteſt donans diſponere. 839. 5. ¶ Ob cauſam finalem debet adimpleri, alias dabitur repetitio. 924. 35. ¶ Propter cauſam nuptiarum non reuocatur propter ſuperuenientiam liberorum, neque propter ingratitudinem. 984. 27. & 28. ¶ Per ingredientem religionem nullum ſortitur effectum, ſi deficit ingreſſus. 975. 10. ¶ Inter viuos an poſſit reuocari etiam ex reſcripto Principis. 854. 31. & 32. ¶ Simplex, & pura non poteſt dici illa, quæ fit ob cauſam dotis, ſed eſt propter

pter

Digitized by Google

*pter nuptias, quamuis non ſit expreſſa qua-
litas nuptiarum, & licet maritus donauerit
aliquid extraneo, per quem poſtea illud done-
tur vxori.* 862. 3. & 12. ¶ *Propter cauſam
an debeat concernere commodum donantis, &
an ſit facienda ob cauſam neceſſariam.* 984.
38. & 41. ¶ *Vt matrimonium quis contrahat
an ipſi ſoli acquiratur, & non alijs.* 924. 44.
& 45. ¶ *In recompenſationem nobilitatis an
ſubiaceat pœnis ſecundo nubentium.* 862. 13.
& 15. ¶ *Quando reuocetur, ſi fuerit ob cau-
ſam matrimonij.* 854. 33. ¶ *Ex diuturnitate
temporis an præſumatur.* 826. 48. ¶ *Cenſetur
ſolum facta de iure, quod competit in re do-
nata.* 955. 23. & 35. ¶ *Conditio intelligitur
appoſita ad commodum donatarij ad piam
cauſam.* 995. 7. ¶ *Tranſmittitur ad hæredes.*
971. 10. & 46. ¶ *Filius non poteſt retrodare
patri donanti bona ſibi per eum donata ob ef-
fectuationem matrimonij.* 984. 19. ¶ *Forenſis
donans in Vrbe tenetur ſeruare ſolemnitates
ſtatuti Vrbis.* 887. 5. ¶ *Iudex debet ex officio
curare, vt non fiant fraudes in donationibus
in ſuo territorio factis.* 887. 7. ¶ *In donatione
eccleſiæ liberalitas cenſetur cauſa finalis, mo-
dus autem cauſa impulſiua, itaut etiam cir-
cumſcripto modo fuiſſet donatū.* 803. 21. ¶ *Pa-
ctum eſt validum, vt donatio eccleſiæ reſcin-
datur etiam ex facto ſolius Prælati contraue-
nientis conditioni per donantem appoſitæ.* 803.
42. ¶ *Donans poteſt apponere rei donatæ con-
ditiones ſibi viſas.* 803. 39. ¶ *Eccleſia, cui
fuit donata domus cum onere præſtandi ali-
menta donatori, quando illa deſtructa tenea-
tur illum alere.* 916. 14. & 20. ¶ *In donatione
per minorem viginti quinque annis requiri-
tur decretum Iudicis competentis, vel ratione
loci, in quo bona ſunt ſita, vel donatoris.* 827.
10. ¶ *Regulares an de conſuetudine, & de
iure licitè donent illud, quod parcius viuendo
acquirunt.* 880. 21. & 22. ¶ *Dominium re-
rum donatarum cauſa mortis ipſo iure tranſit
in donantem, ſi donatio reuocetur cum repeti-
tione fructuum tam pendentium, quam per-
ceptorum.* 975. 17. & 18. ¶ *Mens donantis
magis colligitur ex repetitione, & geminā-
tione verborum.* 924. 17. ¶ *Per pactum de
donãdo an acquiratur vnius in re, vel ſolum
detur actio perſonalis ad intereſſe.* 887. 32.
& 37. ¶ *Cauſa finalis donationis ſi ceſſat, do-
natum reſtituitur, & ex quibus verbis illa
colligatur.* 826. 44. & 46. ¶ *Statutum Vrbis
annullat iuramentum in donationibus inter
virum & vxorem, ſecus in reciprocis, & ob
cauſam, prout eſt illa, quæ fit per ſenem
vxori iuueni.* 984. 19. & 20. ¶ *Fructus de-
bentur etiam pro donatione propter nuptias,
ſicut de dote, tanquam acceſſorij ad dotem.*
857. 21. & 15. ¶ *Præiudicium aliquod an poſſit
conſiderari in minore donante abſque ſolem-
nitatibus propter ingreſſum religionis.* 975.
9. & 11. ¶ *Pater non poteſt relinquere, nec
donare filio naturali, niſi vnciam exiſtente
prole legitima.* 958. 10. & 11. ¶ *Iuramentum
an confirmet donationem etiam inualidam
inter virum, & vxorem.* 984. 16. & 17. ¶ *Do-
nata vxori contemplatione viri acquiruntur
ei, & ſuis hæredibus.* 862. 9. ¶ *Donatarius ſi
retrodonat donanti, qui fecerat ei donationem
ob cauſam matrimonij dicitur cõmittere frau-
dem, idem ſi alienat bona donata.* 924. 37. &
38. ¶ *Donans propter ingreſſum religionis cē-
ſetur ſolum donare, quatenus profeſſionem
emittat.* 971. 1. & 4. ¶ *Minor an poſſit donare
cauſa mortis abſque ſolemnitatibus ſtatuti,
quamuis illud loqueretur de contractibus.*
975. 20. 27. & 40. ¶ *Donatarius non debet in-
gredi poſſeſſionem rei emphyteoticæ donatæ,
niſi prius dominus directus conſenſerit.* 913.
6. & 7. ¶ *In reciproca donatione grauamen
vnius compenſatur cum grauamine alterius.*
916. 5. ¶ *Donans cum reſeruatione vſusfru-
ctus dicitur donare poſt mortem, qua ſecuta
donatio ſumit effectum, quæ prohibetur fieri
à Prælatis.* 854. 46. *Promiſſio donandi an
idem ſit, quod donatio.* 887. 20. & 29. ¶ *Bona
donata dicuntur transfuſa, & conſolidata in-
ter donatarios, & habentur pro vnico patri-
monio, & vna hæreditate illius.* 971. 26. ¶ *Onus
ſoluendi debita donantis adiectum donatario,
dummodo non excedant fructus ſuorum bo-
norū vnius anni, an intelligatur de ſolutione
facienda omni caſu, vel tantum conditiona-
liter, ſi appareat de huiuſmodi exceſſu.* 995. 8.
¶ *Minor donans bona ſua extraneo propter
ingreſſum religionis an teneatur ſeruare ſo-
lemnitates iuris communis, ſeu ſtatuti.* 975. 1.
32. & 44. ¶ *Statutum Vrbis requirit in do-
natione excedente ſummam ducatorum du-
centum inſinuationē infra ſex menſes.* 887. 4.
¶ *Inſinuatio requiritur tàm in donatione,
quàm in promiſſione donandi.* 887. 23. ¶ *Do-
nans alicui præſenti bona ſua coram teſtibus
quomodo debeat talem donationem inſinuare.*
887. 12. ¶ *Statutum loquens de donationibus
inſinuandis an comprahendat donationem
cauſa mortis.* 975. 37. & 39. ¶ *Alia* vide in
verb. inſinuatio. ¶ *Fructus donationis pro-
pter nuptias debentur de iure cõmuni.* 823. 19.

Dos *paribus paſſibus ambulat cum cauſa fiſci.*
881. 16. ¶ *Ordinaria dicitur quando eſt con-
formis ſtatuto, & conſuetudini, & ponitur
ad differentiam extraordinariæ, quæ decla-
ratur iuxta arbitrium Iudicis.* 945. 6. & 10.
¶ *Eſt danda ſorori per fratres ſuccedentes
patri.* 926. 20. ¶ *Certæ quantitatis promiſſa
primo viro, ſi poſtea promittatur ſecundo ſine
expreſſione dictæ quantitatis cum additione
certarum rerum pro dote, an dicatur data
æſtimatione tali, quæ faciat emptionem.* 826.
64. ¶ *Præſumitur ſoluta in vim præcedentis
promiſſionis.* 890. 23. ¶ *Per vnum ex fratri-
bus recepta debet reſtitui per omnes fratres vi-
uentes in communi, & exiſtentes in ſocietate
vniuerſali omnium bonorum.* 904. 1. & 3. ¶ *De
iure eſt reſtituenda patri, maximè ſi ſtipule-
tur*

Digitized by Google

tur ſibi illius reſtitntionē. 823. 23. ¶ Quæ promittitur antequam cōtrahatur matrimonium non dicitur propriè dos, nec illiu promiſſio ſubſiſtit. 804. 3. & 16. ¶ Conſtitnta per extraneum habet tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur. 983. 12. & 34. ¶ An minuatur propter expenſas factas pro illius recuperatione. 824. 11. ¶ Quando conſiſtat in quantitate, & ex ea debeantur fructus, ſiue ſit relicta in teſtamēto, ſiue in contractu. 848. 1. & 5. ¶ Per patrem conſtituta an ſoluto matrimonio ad eum reuertatur cū onere, vt deſerniat pro filia volente contrahere ſecundas nuptias. 882. 1. & 35. ¶ Quæ datur pro ingrediente monaſterium debet eſſe minor, quàm ſi fiat matrimonium carnale. 945. 22. & c. 813. 17. ¶ Recuperata per patrem ſoluto matrimonio per obitum viri, ſeu diuortium non poteſt minui, ſed eſt conſeruanda pro ſecundo viro. 882. 6. & 12. ¶ Quando ſuccedat loco legitimæ vigore ſtatuti Vrbis, ſeu teſtamenti patris. 882. 36. ¶ Per patrem conſtituta eſt reuocanda vt ſatisfiat creditoribus eius, qui illam conſtituit. 945. 14. ¶ Ex quibus colligatur an ſit in ſpecie, ſeu in quantitate, itaut ſit facta emptio, & maritus ſit effectus dominus irreuocabiliter. 932. 1. ¶ Minor legitima poteſt dici congrua, ſi moribus ſit recepta. 945. 2. & 13. ¶ Conſtituta in quantitate, quam dotans mandauit eſſe fundatam in domibus, & prædijs an dicatur eſſe fundus dotalis, itaut ex ea poſſint percipi fructus, & quid ſignificet verbum fundare. 848. 18. & 20. ¶ Per maritum ſenem vxori iuueni conſtitnta propter benemerita, cenſetur etiam data in recompenſationem iuuentutis, quamuis de ea nihil fuerit dictum. 984. 1. ¶ Quando dicatur pia cauſa. 881. 12. & 14. ¶ Integra an ſit conſeruanda per patrem pro ſecundis nuptijs ſpiritualibus, ſicut pro temporalibus. 882. 18. & 21. ¶ Augetur ex fructibus debitis poſt ſeparationem thori, & ſoluto matrimonio. 857. 4. ¶ Debetur ex bonis fideicommiſſi in ſubſidium, non extantibus bonis liberis. 832. 40. ¶ Quæ antiquitus habebatur pro magna noſtris temporibus reputatur modica, & tenuis. 984. 14. ¶ Fructus ſunt debiti ex pecunia dotali, ſicut ex prædijs. 920. 45. ¶ Lucrum dotis non dicitur eſſe in bonis teſtatoris. 816. 32. ¶ Conuentio coniugum ſuper reſtitutione dotis in executionem ſeparationis thori per Papam conceſſa facit, vt ſit acquiſitū ius vxori circa liberationem ab obſequijs matrimonialibus, itaut non detur amplius reuocatio. 959. 8. ¶ Dominium fundi dotalis an tranſeat ad virum conſtante matrimonio. 985. 3. & 6. ¶ Mulier cenſetur dediſſe fundum dotalem viro, vt ſolum fructus ad eum pertineant, dummodo non ſit datus æſtimatus. 985. 7. ¶ Vxor quando poſſit concurrere pro reſtitutione ſua dotis cum creditoribus rationis fundaria, quàm maritus exercebat cum alijs ſocijs. 964. 1. ¶ Æſtimatio in dote quando faciat emptionem, & quid ſi fuerit facta demonſtratiuè, & enunciatiuè. 56. 62. & 70. ¶ Promiſſio viri de reſtituenda dote facta poſt æſtimationem an intelligatur de reſtitutione quantitatis, ſeu fundi dotalis. 932. 9. ¶ Pater nullum pactum poteſt apponere in dote per eum recuperata danda filiæ pro ſecundis nuptijs, quod non erat in ea, quæ fuit data primo viro. 882. 13. & 15. ¶ Fructus dotis an debeantur potius ob rationē alimentorum, ſeu propter retardatam ſolutionem, tàm in patre, quàm in extraneo. 848. 14. & 16. ¶ Statutum diſponens, quod mulieres nuptæ contentæ ſint ſuis dotibus an excludat illas ſolum à ſucceſſione dotantis, vel etiam aliorum. 890. 1. & 27. ¶ Bona dotalia ſunt in ſpecie reſtituenda, ſi non eſt facta æſtimatio. 826. 60. ¶ Separatio bonorum pro credito dotali ab hæreditate ſui viri conceditur vxori illius hæredi cum beneficio legis & inuentarij, citatis tamen creditoribus, & legatarijs præuio decreto Iudicis, alias erit nulla. 932. 13. ¶ Electio pertinet ad virum, ſi ei fuerint data res dotalis æſtimata, cum pacto, vt illæ debeant reſtitui, ſeu earum valor. 826. 75. ¶ Mulier an poſſit vendicare fundum dotalem alienatum per tutorem, quamuis contra eum habeat actionem. 861. 26. ¶ Læſio non attenditur in taxatione fructuum dotis ad quinque pro centum ſtante ſtatuto Vrbis, per quod in maiori ſumma illi taxantur, maximè ſi pro bono pacis talis taxatio fiat. 959. 10. ¶ Facultates bonorum ad effectum dotis æſtimantur tempore obitus patris. 945. 5. ¶ Vergentia viri ad inopiam eſt probanda, vt ſit locus reſtitutioni dotis, & quando ſufficiat ſemiplena probatio. 1000. 3. ¶ Iudex non poteſt exequi mandatum ſuper rebus datis in ſolutū mulieri anteriori pro ſua dote, niſi prius de ea fuerit ſatisfacta. 961. 6. ¶ Traditio dotis an probetur per confeſſionem etiam parte abſente. 890. 19. & 21. ¶ Fructus dotis & donationis propter nuptias debentur de iure communi. 823. 19. Et ex officio Iudicis. 857. 5. ¶ Vſuræ dotales futuræ non poſſunt cedi per virum, qui illas percipit ratione onerum matrimonij, & ex mutatione perſonæ non debentur, quidquid ſit in præteritis. 848. 25. ¶ Gener de iure communi non computat in ſortem fructus prædiorum, quæ ſibi ſunt obligata pro ſolutione dotis. 920. 5. ¶ Mater dotans vnam ex filiabus inofficioſè dicitur donare, non dotare. 950. 2. ¶ Priuilegium mariti percipiendi fructus dotales ex pignore non tranſit ad hæredes, & quomodo illis ſuccurratur. 848. 26. ¶ Statuta Vrbis ſuper obligationibus ſub certa forma faciendis non comprehendunt dotē, & cauſas pias. 895. 48. ¶ Retentio pro dote an detur vxori contra creditores exequentes in bonis mariti ſtante vergentia viri ad inopiam poſtea probanda, & quid ſi adſit clauſula conſtituti. 1000. 5. & c. 872. 18. ¶ Maritus non facit ſuos fructus dotis, ſi non ſuſtinet

Digitized by Google

net onera matrimonij. 857. 21. ¶ *Res empta de pecunia dotali efficitur dotalis, ſi maritus effectus ſit non ſoluendo.* 964. 22. ¶ *Promiſſio de ſe obligando pro reſtitutione dotis an ſit eadem cum ipſa obligatione, itaut poſſit contra promittentem agi antequam obligetur.* 964. 24. ¶ *Conſuetudo attenditur in conſtitutione dotis.* 945. 1. ¶ *Confeſſio mariti de dote recepta quando dicatur ſimulata occaſione fraudandi creditores.* 984. 21. ¶ *Solutio dotis probatur etiam ex coniecturis.* 890. 24. & 8. 824. 1. ¶ *Fundus dotalis non poteſt alienari, nec pignorari.* 974. 15. ¶ *Statutum loquens de dote procedit etiam in donatione propter nuptias.* 820. 4. ¶ *Legatum dotis præſumitur de iure factum ſolum de dote tradita, ſecundum quod videtur teſtator diſpoſuiſſe.* 824. 4. ¶ *Fructus ſunt acceſſorij ad dotem.* 857. 3. ¶ *Pars dotis, ſi conſiſtat in quantitate quando alia pars remaneat pro fundo dotali.* 932. 4. ¶ *Præſumptio ſolutionis dotis excluditur, ſi illa erat reinueſtienda, & magis tunc erit probanda.* 824. 22. ¶ *Actio dotis inofficioſæ non datur filijs in vita parentum, & quid ſi conſenſerint.* 950. 4. & 8. ¶ *Promittens dotem in quantitate conſiſtente in domo an dicatur promiſiſſe domum, vel quantitatem.* 932. 28. & 35. ¶ *Teſtator mandans heredi, vt reſtituat dotem vxoris intelligitur ſolum mandaſſe reſtitutionem partis dotis ſolutæ, non autem totius confeſſatæ, ſecus ſi expreſſiſſet quantitatem eiuſdem dotis.* 823. 1. ¶ *Maritus dicitur debitor dotis ex cauſa neceſſaria, non voluntaria.* 954. 32. ¶ *Cauſa alimentorum eſt magis priuilegiata, & neceſſaria, quam dotis.* 832. 33. ¶ *Confitens receptionem dotis poteſt conueniri ex eodem inſtrumento ad illius reſtitutionem.* 872. 16. ¶ *Fructus dotis etiam conſiſtentis in pecunia debentur viro ſtatim, quod ſuſtinet onera matrimonij.* 823. 26. ¶ *Vxor tenetur alere maritum poſitum in neceſſitate non ſolum de ſua dote, ſed etiam de bonis paraphernalibus.* 952. 2. ¶ *Monaſterium nouiter erectum an poſſit prætendere maiorem dotem, quam ſolitam dari alijs.* 945. 3. ¶ *Diminutio, & augumentum bonorum dotalium ſpectat ad vxorem, quando non eſt facta æſtimatio inducens emptionem.* 826. 71. ¶ *Pater poteſt præſtare conſenſum, vt filia de dote ſibi prius cõſtituta poſſit liberè diſponere, & agere contra omnes obligatos pro illius reſtitutione.* 882. 25. ¶ *Mulier nobilis, & iuuenis dotata à viro ignobili, & ſene ſoluto matrimonio talem dotem recuperat, etiam ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, neque tenetur illam reſeruare filijs primi matrimonij.* 984. 8. ¶ *Portio dotis per maritum recepta operatur indiuisum, vt totam dotem receperit, quamuis confeſſus fuerit recepiſſe.* 904. 9. ¶ *Cõditio poteſtatiua retrotrahitur ad tempus etiam in præiudicium tertij ob priuilegium dotis, propter quod iudicatur de ea, ſicut de caſuali.* 964. 14. ¶ *Titulus de inofficioſis dotibus eſt introductus ad inſtar inofficioſi teſtamenti.* 950. 5. ¶ *Cenſus dotalis an poſſit retrouẽdi per maritum abſque conſenſu vxores.* 985. 1. & 4. ¶ *Paupertas, & iuuentus mulieris nubentis ſeni, & diuiti nõ dicitur compenſata cum diuitijs, ideo indiſtinctè talis dotatio per maritum facta ad eius fauorem valebit.* 984. 10. & 13. ¶ *Pater tenetur dotare filiam, & dotando præſumitur voluiſſe ſatisfacere ſuæ obligationi, non donare, ſecus in extraneo.* 882. 4. ¶ *Vxor an poſſit petere ſuam dotem vltra alimenta ſibi relicta, ſeu vſumfructum legatum.* 954. 29. ¶ *Facultas obligãdi bona pro dote conceſſa donatario an ſit intelligenda in ſubſidium, quatenus non habeat alia bona libera, in quibus conſiſtat obligatio.* 996. 6. ¶ *Donatio quando dicatur correſpectiua ad dotem.* 862. 1. ¶ *Legatum pro omni eo & toto, quod maritus poſſet prætendere occaſione portionis dotis, an operetur, vt non debeat reſtituere aliam partem dotis receptam.* 816. 21. ¶ *Nobilitas, & quantitas patrimonij, & dos conſtituta ſororibus nuptis non conſideratur in monialibus.* 945. 23. ¶ *Pars dotis vnius ſocij, ſi fuerit ſoluta omnibus ſocijs inducit probationem, quod aliæ partes etiam ſint datæ omnibus conſocijs.* 904. 6. ¶ *Mulieres etiam ignobiles habent dotem ſcutorum mille & quingentorum, nec reputantur exceſſiuæ.* 984. 15. ¶ *Subſtantia fundi dotalis an immutetur ſi per licentiam alienandi debeat aſſecurari quantitas ex dicto fundo detrahenda.* 932. 36. ¶ *Maritus an lucretur fructus dotis poſt mortem vxoris exiſtentibus liberis.* 881. 22. & c. 920. 41. ¶ *Iudex quo caſu cogat patrem ad reſtituendum dotem filijs, ſeu ad illos alendum ex fructibus bonorum maternorum.* 974. 31. ¶ *Actio defendendi bona mariti pro intereſſe ſuæ dotis an detur ſolum mulieri viuenti, vel etiam poſt eius mortem illa continuetur in filios, ad quos tranſit inſtantia.* 974. 3. & 13. ¶ *Mulier ſoluto matrimonio pro exactione ſuæ dotis poteſt accipere quæcumque bona viri etiam fideicommiſſo ſubiecta, non autem in ſubſidium, non extantibus bonis liberis.* 932. 19. ¶ *Intereſſe dotale an debeatur, quamuis excedat fructus dotis, & onera matrimonij.* 987. 10. ¶ *Reſtitutio vera non dicitur, ſi mulier agit ad dotem ob vergentiam viri ad inopiam, ſecus ſi propter illius obitũ, ſeu ob ſeparationem thori.* 857. 16. & c. 974. 26. ¶ *Lucrum dotis eſt præſtandum vxori in bonis ſui viri tanquam æs alienum.* 820. 30. ¶ *Legatum dotis ſolum continet illud, quod actio de dote originaliter continebat, & nihil plus operatur, niſi in tempore.* 823. 2. ¶ *Pecuniæ dotales datæ marito cum expreſſa hypothecæ mercium emptarum, & emendarum ante ſocietatem initam, non poſſunt ſocijs acquiri in præiudicium anterioris hypothecæ vxoris.* 964. 10. & 21. ¶ *Verba integrè reſtituat dotem, an concludant reſpectu totius dotis, vel ſolum traditæ.* 823. 5. ¶ *Legatum continens cauſam*

diuer-

diuerſam debito dotium excludit coniecturam compenſationis, & vtrumque debetur. 954. 33. ¶ *Prædium reſtitutum mulieri pro aſſecuratione ſua dotis ob inopiam viri, ſi fuerit euictum, vel pereat, an ſit aliud dandum eius loco vxori.* 974. 29. ¶ *Promiſſio dotandi ex fructibus alicuius rei ceſſat, ſi dicti fructus non extet.* 916. 1. 21. & 34. ¶ *Dies reſtitutionis dotis attenditur an maritus ſit ſoluendo, non autem remiſſionis hypotheca facta per vxorē.* 932. 24. ¶ *Defenſio fundi dotalis non ſolum permittitur mulieri, ſed etiam hæredi, qui in hoc habet idem priuilegium, quod habebat mulier.* 974. 14. & 16. ¶ *Maritus acquirit, quod ſupereſt ex fructibus dotis, vltra neceſſitatem alimētorum debitorum vxori.* 857. 24. ¶ *Mulier excommunicata an poſſit agere ad dotem, ſi vir ad inopiam vergit, & quando filij vtantur iure matris excommunicatæ agendo vtilibus actionibus ad propriam vtilitatem.* 974. 24. ¶ *Vxor retinet bona mariti poſt eius mortem pro aſſecuratione, & reſtitutione ſua dotis, neque requiritur declaratio mutationis volūtatis circa cauſam poſſeſſionis.* 954. 1. ¶ *Obligatio vxoris cum viro pro pecunijs acceptis pro cultura vineæ an ſubſiſtat, ne ipſa detrimentum patiatur in ſua dote, & an hoc intereſſe ſecundarium attendatur.* 961. 20. & 23. ¶ *Aeſtimatio rei dotalis ad effectum ſciendi quantitatem dotis, vel certitudinē deteriorationis non facit emptionem.* 932. 8. ¶ *Receptio ſortis non præiudicat quo ad fructus dotis, qui petuntur vigore ſtatuti, ſeu promiſſionis mariti, itaut debeantur etiam, quod condemnatio fructuum fuiſſet omiſſa in ſententia.* 857. 7. & 18. ¶ *Falcidia detrahitur de legato dotis.* 831. 13. ¶ *Proceſſus inſtructus per mulierem in cauſa aſſecurationis dotis ob vergētiam viri ad inopiā, ſi moriatur maritus, poterit expediri in cauſa reſtitutionis dotis.* 974. 28. ¶ *Per legatum factum vxori de dote cēſetur inducta liberatio, ſi vxor illam promiſerit. ſecus ſi pater, vel alius promiſiſſet, tunc enim datur actio vxori contra promittentem.* 823. 9. ¶ *Deterioratio fundi dotalis procedens ex culpa viri grauat eius hæredes, vt ſoluant vxori intereſſe deteriorationis.* 826. 72. ¶ *Vxor poteſt repetere dotem vnà cum fructibus, ſi habitet ſeorſum à viro propter illius culpam, & ſæuitiam ſufficientem ad ſeparationem thori.* 857. 20. ¶ *Mulier quādo poſſit retinere omnia bona mariti, donec fuerit ſatisfacta de ſua dote.* 961. 7. & 941. 7. ¶ *Appellatione dotis an veniat tota dos.* 824. 2. ¶ *Statutum, & ius cōmune, & conſuetudo poteſt taxare certam quantitatem ſoluendam pro intereſſe dotium.* 920. 24. ¶ *Maritus poſt mortem vxoris cum liberis percipit fructus ex pignore dotali iuxta ſtatutum Vrbis.* 920. 1. & 29. ¶ *Lucrum dotis ex ſtatuto proueniens dicitur debitum acceſſorium.* 816. 2. ¶ *Fructus dotis ſunt debiti, à die petitionis dotis.* 857. 9. ¶ *Aeſtimatio antiqua, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem facta non attenditur, ſed intelligitur de tempore, quo conſignantur bona dotalia ſecundo viro, cui augumentum, & diminutio cedit.* 826. 68. ¶ *Prælati monialium quomodo poſſint taxare dotes.* 945. 15. ¶ *Augumentum dotis datum à muliere, & lucrum dotis proueniens à viro non æquiparatur ipſi doti quo ad effectum prælationis, ſecus quo ad fructus.* 823. 18. ¶ *Lucrum dotale venit appellatione dotis.* 823. 16. ¶ *Maritus, qui cōfeſſus fuit ſe recepiſſe dotē, poterit conueniri executiuè pro reſtitutione eiuſdē dotis, & augumenti dotalis ex eodem inſtrumento confeſſionis, quamuis non fuerit expreſſa reſtitutio.* 852. 34. ¶ *Intereſſe dotis permittitur propter æquitatem correſpectiuā ad onera matrimonij, quæ conſiderantur ſolum reſpectu vxoris viuentis.* 872. 23. ¶ *Verba enunciatiua an inducant diſpoſitionē dotis.* 824. 5. & 16. ¶ *Fructus dotis dantur viduæ etiam diuiti, & habenti aliunde alimenta ſecundum ſtatutum Vrbis, & an requiratur interpellatio.* 920. 9. & 14. ¶ *Bona emphyteotica poſſunt dari in dotē pro qua validè obligantur, ſicut etiam pro donatione propter nuptias vigore ſtatuti Vrbis.* 881. 8. ¶ *Statuta diſponentia filias eſſe contentas dote ſibi aſſignata fundant ſe in prouidētia paterna, itaut præſumatur dotem datam fuiſſe competentem.* 890. 9. ¶ *Vidua, quæ impeditur petere ſortem, licitè percipit fructus dotis.* 920. 48. ¶ *Vxor non poteſt retardare ſubhaſtationem bonorum viri faciendam ad inſtantiam creditorū ratione ſuæ dotis, ſi per eos fuit præuentum in capienda poſſeſſione illorum.* 941. 1. ¶ *Diuitiæ ſuperuenientes quando faciant, vt poſſit reuocari reſtitutio dotis facta vxori ob vergentiam viri ad inopiam.* 974. 32. & 35. ¶ *Fructus dotis quando poſſunt percipi ex pignore.* 848. 21. ¶ *Mulier tranſiens ad ſecunda vota amittit dotē lucratam vigore ſtatuti, & quid ſi fuerit minor, & an talis priuatio dicatur pœna.* 862. 4. 18. & 35. ¶ *Non debet reſtitui dos integra per maritū vxori durante iudicio ſeparationis thori, ſed ſolū præſtantur expenſæ litis cum alimentis, & quid ſeruetur inter Principes, & quādo fuit data dos ampliſſima.* 857. 23. & 30. ¶ *Declaratio patris de dote data filiæ an aliquid probet ſi fiat in teſtamento reuocato, ſeu nullo.* 890. 5. 7. & 22. ¶ *Mulier pro aſſecuratione ſuæ dotis poteſt agere, vt ſibi caueatur de reſtituendis bonis ſibi hypothecatis,* 974. 2.

Dux, & *ſimilis titulatus gaudet priuilegijs etiam poſt refutationem factam de ſtatu cum titulo, & retinet nomen eiuſdem tituli.* 834. 28.

ECcleſia *debet renouare emphyteuſim proximioribus emphyteutæ vltimi poſſeſſoris.* 934. 1. ¶ *Eſt ad inſtar pupilli.* 955. 10. ¶ *Viſitata dicitur eſſe in loco Epiſcopi viſitantis.* 918. 19. ¶ *Per excellentiam debet intelligi de cathedrali.* 893. 32. ¶ *Tenetur vendere alteri eccleſiæ pro monaſterio conſtruendo, ſeu ampliando.* 896. 26. ¶ Col-

legiata erecta in cathedralem non tollit ius alterius. 867. 18. ¶ *Excluditur à reſtitutione in integrum per lapſum quadriennij.* 907. 13. ¶ *Habet facultatem ratificandi contractum, quamuis beneplacitum non fuerit expeditum, itaut alteri contrahenti cum eccleſia non liceat pœnitere.* 803. 45. & 48. ¶ *Acquirit rẽ emptam ex ſua pecunia cum priuilegio tacita hypothecæ, & prælationis contra anteriores creditores.* 955. 8. ¶ *Poteſt inuito contrahente ſtare cõtractui nullo ob defectum ſolemnitatum.* 838. 24. ¶ *Eximitur ab hoſpitio, ſeu albergo.* 898. 7. ¶ *Vna non debet habere duos curatos.* 865. 24. ¶ *Eſt cultrix iuſtitiæ, & mater æquitatis.* 896. 8. ¶ *Reſtituitur in integrum, vel agit via ordinaria aduerſus factum Prælati, qui etiã poterit agere nomine eccleſiæ, quamuis contrauenerit.* 803. 10. & 41. ¶ *Non incidit in pœnam, ſi Prælatus, vel Capitulum non ſeruauit modum, ſeu cõditionem.* 803. 36. & 38. ¶ *Vendicat corpus defuncti ſepultum in loco non ſuo cum omnibus oblationibus ibidẽ factis.* 817. 1. & 2. ¶ *Calciaten. & Calagurritan. ſunt æquè principaliter vnitæ, & vnaquæq; gaudet ſuis præeminẽtijs, & prærogatiuis, licet vnicus ſit earum epiſcopus.* 892. 1. ¶ *Relocatio bonorum eccleſiæ læſiua non eſt facienda.* 913. 14. ¶ *Appellatione eccleſiæ an veniat epiſcopalis etiam in generali diſpoſitione.* 817. 6. ¶ *Quæſita ex bonis eccleſiæ tranſeunt ipſo iure in eius dominium, licet nomine proprio adminiſtratoris acquirerentur etiã quo ad actionem perſonalem.* 955. 16. & 17. ¶ *Res quando dicatur eccleſiæ, itaut per Prælatum non poſſit alienari.* 803. 40. & 41. ¶ *Pecunia eccleſiæ quando habeatur pro re mobili, ſiue immobili, ſeu mixta ad cognoſcendum an ſint adhibendæ ſolẽnitates.* 931. 11. ¶ *Aedificium factũ per aliquem in ſuo ſolo ex pecunijs eccleſiæ non cedit ſolo, ſed è contra ſolum cedit ædificio.* 955. 18. & 19. ¶ *Remedium poſſeſſorium datur pro penſionibus eccleſiæ debitis ex locatione, de qua non adeſt contractus aut obligatio cum hypotheca, quidquid pro alijs non daretur.* 981. 35. & 36. ¶ *Prædia eccleſiæ non poſſunt locari, niſi per triennium, ſi quolibet anno reddunt fructus, ſecus ſi illorum recollectio fiat biẽnio, ſeu triẽnio.* 931. 13. ¶ *Cauſæ ad eccleſiam ſpectantes ſunt terminandæ ſecũdum canones in quocũque iudicio ſeculari, & eccleſiaſtico.* 803. 8. ¶ *Probatio quod eccleſia ſit ſolita renouare proximioribus non ſufficit, niſi etiã probetur conſuetudo, quod ipſa non poſſit pro ſe retinere.* 813. 36. ¶ *Et an valeat pactum, quod talis renouatio ſit facienda eiſdem proximioribus.* 813. 35. ¶ *Statutum Pratenſium mãdans, vt nullus præſumat allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non habeat in terra Prati iuriſdictionem an ſit contra libertatem eccleſiæ.* 918. 11. ¶ *Deus acceptat pro eccleſia abſente.* 893. 28. ¶ *Sulmonen. an ſit cathedralis.* 893. 28. ¶ *Diſmembratio eccleſiæ quando permittatur.* 867. 36. & 37. ¶ *Conuenitur ſpolio per eũ, qui fuit ſpoliatus ab ipſius Prælato quo ad reſtitutionem poſſeſſionis, ſecus quo ad alias pœnas.* 989. 28. & 29. ¶ *Donatio facta eccleſiæ quando poſſit reuocari non ſecuto implemẽto, & modo non ſeruato.* 803. 25. vſque ad 35. ¶ *Qualitas nominis eccleſiæ eſt narrãda.* 992. 19. ¶ *Gratia non eſt valida, ſi non exprimatur, quod eccleſia erat ſecularis, ſi concedatur regularibus, prout è contra.* 992. 17. ¶ *Cõceſſio vſus eccleſiæ parochialis an poſſit dari alteri eccleſiæ, & an talis vſus ſit diuiduus.* 992. 1. & 5. ¶ *Situatio eccleſiæ quo caſu debeat exprimi.* 992. 20. ¶ *Cẽſus, & decimæ eccleſiæ exiguntur per Epiſcopum propria auctoritate de conſuetudine, quæ eſt valida.* 809. 29. ¶ *Parochialis eccleſia conceditur per Papã regularibus inuito Rectore, & quid in Epiſcopo* 992. 14. & 24. ¶ *Per recognitionem emptoris de re non libera, & grauata canone ſtatim acquiritur ius eccleſiæ* 912. 15. & 38. ¶ *Pia loca religioſa an comprehendantur in Concilio loquente de cathedrali, vel collegiata ſeculari, vel regulari eccleſia.* 894. 11. ¶ *Pactum eſt validum, vt donatum eccleſia reſcindatur etiam ex facto ſolius Prælatæ contrauenientis conditionibus appoſitis in donatione.* 803. 42. ¶ *Liberalitas cenſetur cauſa finalis in donatione facta eccleſiæ, modus autem cauſa impulſiua.* 803. 21 ¶ *Parochialis eccleſia quando veniat ſub ſimplici nomine parochiæ.* 992. 18.

Egregiæ *perſonæ, quæ dicantur ad effectum conſequendi priuilegia, quæ talibus conceduntur.* 911. 28.

Eleemoſyna *debita pluribus an admittat æqualẽ portionẽ.* 802. 14. ¶ *Eſt danda Iudæis.* 842. 28.

Emancipatio *præſumitur per ſpatium lõgi temporis, & quantum debeat eſſe.* 820. 2. ¶ *Poſſeſſio emancipationis non ſufficit, ſi eſt quæſtio inter patrem, & filium, vel fratrẽ, ſed eſt alleganda etiam emancipatio cum tẽpore decem annorũ, vel viginti ſine allegatione emancipationis.* 820. 5. & 6. ¶ *Reſpectu extranei ſola poſſeſſio emancipationis iuuabit pro confirmando actu geſto per filiũ, qui tenebitur creditoribus, non obſtante ſtatuto, quod idem filius non poſſit obligari ſine cõſenſu patris.* 820. 4. ¶ *Differẽtia emancipationis, & patriæ poteſtatis eſt ſublata per ius nonũ quo ad effectũ ſucceſſionis.* 914. 2.

Emphyteuſis *pro ſe & filijs nõ comprehendit fœminas.* 813. 28. & 30. ¶ *Tota non perditur per alienationẽ vnius rei.* 860. 23. & 25. ¶ *Eſt renouanda proximioribus.* 978. 17. *Et pro quo pretio.* 813. 37. & 38. & c. 913. 15. ¶ *Conceſſa pluribus an intelligatur vnicuique pro rata.* 839. 2. & 19. ¶ *Bona emphyteuſis poſſunt dari in dotem, pro qua validè obligantur, ſicut etiam pro donatione propter nuptias iuxta ſtatutum Vrbis.* 881. 8. ¶ *Quando ſpectet ad maſculũ, & fœminam.* 813. 26. ¶ *Antiqua renouata eſt regulanda ſecundum naturã, & qualitatẽ illius.* 813. 22. & 24. ¶ *Non venit in generali obligatione bonorum.* 881. 7. ¶ *Alienata ſine conſenſu domini, ſi reuocetur alienatio, emphyteuta nõ priuatur.* 826. 38. ¶ *Differt ab vſufructu in aliquibus, eſt tamẽ ad inſtar illius, & cohæret perſonæ, & non trãſmittitur.* 818. 9. & 10. ¶ *Viuentis*

uentis poteſt dari per Prælatũ benemerito etiã en præiudicium ſucceſſoris. 818.33. ¶ *Pro ſe & filijs abſque mentione hæredum dicitur ex pacto & prouidentia* 813.27. ¶ *Quando eſt renouãda proximiori an ſit propter fauorem, qui præſtatur melioranti, vel propter affectionem, quam habent hæredes ad bona maiorum, & qualiter illa procedant.* 813.13. & 34. ¶ *Faciens actum de neceſſitate non apponit aliquid de nouo in præiudicium illius, cui debet fieri conceſſio ſubrogata loco primæ emphyteuſis.* 913.25. ¶ *Ius tertij licitè allegatur donec declaretur voluntas domini circa nullitatem alienationis emphyteuſis.* 855.19. ¶ *Præſumitur alienata per emphyteutam tanquam libera, & allodialis animo præiudicandi domino.* 860.25. ¶ *Subrogata habet omnia iura, quæ inerant ei, cui ſubrogatur tam rerum, quàm perſonarum.* 808.1.10. & 17. ¶ *An poſſit concedi viuente primo inueſtito poſt obitum illius, & cum clauſula exnunc, prout eſt tunc, ſiue eius conſenſu.* 818.1. & 18. ¶ *Fit ad meliorandum, quamuis non exprimatur.* 934.11. ¶ *Arguitur ex ſolutione in fructibus, non in pecunia, & in modica reſponſione.* 926.10. & 11. ¶ *Dicitur attentata, & ipſo iure ſi renouetur lite pendente.* 913.28. & 30. ¶ *In materia emphyteuſis ſemper attenditur mens diſponentis ad effectum inducendi repetitionem qualitatum etiam contra regulas iuris.* 808.7. ¶ *Pactum, vt Prælatus teneatur ad renouationem emphyteuſis an ſit validum, & quid in hoc operetur conſuetudo.* 913.9. & 10. & c.934.5. & c.813.35. ¶ *Conuentio, vt melioramenta deuoluantur domino emphyteuſis, non extenditur ad fructus.* 810.9. ¶ *Poſſeſſio acquiſita contra emphyteutam non eſt manutenibilis contra dominum directum poſt ſecutam deuolutionem.* 921.8. ¶ *Tertius quando grauetur ex recognitione emphyteuſis per aliũ facta.* 912.30. ¶ *An transferatur ſine conſenſu domini.* 913.1. & 5. ¶ *Petitur renouari infra annum, ſi alius terminus non ſit præfixus.* 934.6. ¶ *Non præſcribitur, quamuis non fuerit ſolutus canon per quadraginta annos tam per emphyteutam, quàm per ſucceſſorem.* 912.44. & 47. ¶ *Conſuetudo concedendi, & renouandi emphyteuſim confraternitatum abſque ſolemnitatibus an ſit ſeruanda.* 913.33. & 35. ¶ *Poſſeſſio non eſt capienda per dominum emphyteuſis, niſi citato emphyteuta, & ſeruatis ſeruandis.* 913.31. ¶ *Quarta generatio conceſſa prius pro maſculis in emphyteuſi, quando ſit repetita in ea, quæ poſt illos conceditur fœminis.* 808.16. & 18. ¶ *Non ſoluens canonem quo caſu cadat ab emphyteuſi, ſi vnicus fructus colligatur biennio, vel triennio, ſeu quinquennio tam in eccleſia, quàm in priuato.* 931.14. & 15. ¶ *Coniecturæ ſufficiunt ad cognoſcendũ an ſimus in cenſu, ſeu in emphyteuſi.* 926.9. ¶ *Confeſſio, & recognitio emptoris, quod res empta eſt ſubiecta canoni ad fauorem alicuius an illi præiudicet, itaut ſit facta emphyteotica.* 912.10. & 37. ¶ *Statutum excluſiuum fœminarũ operatur, vt in emphyteuſi conceſſa pro ſe & filijs maſculis & fœminis prius admittantur maſculi, poſtea in eorum defectum fœminæ.* 813.31. ¶ *An ſit facienda remiſſio in emphyteuſi ad rationem diminutionis fructuum.* 916.42. ¶ *Conceſſa pluribus an intelligatur vnicuique data pro rata.* 839.3. & 19.

Emptio *facta nomine alterius an præſumatur ſimulata ſtante ſolutione de pecunijs proprijs, & poſſeſſione capta rei emptæ.* 950.42. & 45. ¶ *Poſt emptionem omne commodum, & incommodum ſpectat ad emptorem.* 884.24. ¶ *Voluntas partium etiam tacita præualet ad effectũ, vt dicatur facta emptio per æſtimationem rei.* 932.21. & 37. ¶ *Emens rem ſub proprietate alterius debet intimare domino emptionẽ, alias eſt in lata culpa, & dolo, ſi faciat melioramenta in tali re empta.* 957.30. ¶ *Propter culpam auctoris eſt priuandus ſucceſſor, & emptor re alienata, & breui manu fit executio contra venditorem pro euictione promiſſa.* 912.16. & 39. ¶ *Per recognitionem factam ab emptore de re non libera ſtatim acquiritur ius eccleſiæ, itaut non proſit venditio facta de eadem re tanquam non grauata aliquo canone.* 912.25. & 38. ¶ *Sciens facultates ſuas ad nihilum redactas non poteſt emere abſq; certioratione venditoris.* 967.12. ¶ *Emens quando dicatur noluiſſe accipere poſſeſſionem rei emptæ.* 939.14. ¶ *Emptor an poſſit retinere pretium rei venditæ ſi eſt ſibi ſatisfactum per æquipollens pro ſuis prætenſionibus.* 864.‥ & 11. ¶ *Non excipitur per emptorem de re non tradita, ſi ſciuit rem vẽditam eſſe locatam.* 864.3. ¶ *Nomen vxoris appoſitum in emptione non attenditur, ſi vir ſoluit pretium, & habuit rem emptam.* 970.16. ¶ *Traditio rei venditæ ſolet fieri poſt contractum, & quando emptor poſſit cogitare, quod res ſibi non tradatur.* 864.6. ¶ *Pactum eſt incompatibile, quod emptor retineat pretium, & quod fructus non exigantur per venditorem.* 864.7. ¶ *Reſoluto iure emptoris reſoluitur ius vicini.* 978.9. ¶ *Emptor promittens emptori dare facultatem redimendi poteſt conueniri ad redimendum, nec tenetur agere ad dandam dictam facultatem.* 887.26.

Enunciatiuæ *ſimplices abſque cognitione cauſæ, & ſuper his, quæ non dependent à poteſtate proferentium non præiudicant eccleſiæ.* 918.23. ¶ *Nullam fidem faciunt ſtante ſuſpitione.* 893.27. ¶ *Duæ in antiquis plenè probant, ſi habent originem à diuerſis perſonis.* 912.4. ¶ *De recenti, quod terra Prati ſit nullius diœceſis nihil faciunt in præiudicium Epiſcopi.* 918.22. ¶ *Inſtrumentorum habent vim famæ, & probant in antiquis.* 870.5. ¶ *Admittuntur inter partes.* 869.32. ¶ *Debent magis attendi ſi emanarunt à perſonis informatis.* 912.6. ¶ *In antiquiſſimis faciunt plenam probationem.* 893.3. & c.918.4. ¶ *Non habens facultatẽ diſponendi multò minus habebit enunciandi, & talis enunciatia*

non valet. 918. 24. & 25. ¶ Diuerſitas enunciatiuarum obſcurat probationem, itaut hinc inde enunciatiuæ conquaſſentur. 918. 26. & c. 893. 26. ¶ Sola enunciatiua licet non ſufficiat, tamen adminiculata alijs probationibus plenam fidem facit. 911. 5.

Epiſcopus *non poteſt ſupprimere canonicatus, & beneficia abſque conſenſu capituli, nec vnire ſine legitima cauſa, & qualis debeat eſſe. 819. 1. & 7. ¶ Quando abſoluat ſubditos in ſua diœceſi in foro interiori ab omni ſuſpenſione iuris etiam reſeruata ſedi Apoſtolicæ. 837. 9. vſque ad 12. ¶ An suppleat ſolum negligentiam executorum, vel etiam caſum fortuitum abſentiæ, & mortis. 812. 21. ¶ Non ſtatuit contra ius. 894. 14. ¶ Gaudet alternatiua, quamuis tempore vacationis beneficij ſit in loco exempto. 918. 14. ¶ Transfert curam animarum incumbentem toti Capitulo in vnum ex canonicis cum conſenſu capituli. 865. 3. ¶ Ordinans in aliena parochia clericos alienos an imprimat characterem, & conferat ordinem, & executionem. 871. 52. & 56. ¶ Solus eſt rector omnium parochialium totius diœceſis, & apud eum tantum remanet cura animarum. 865. 32. & 33. ¶ In quolibet loco ſuæ diœceſis an erigat tribunal, & cauſas ſubditorum cognoſcat vbi voluerit. 892. 7. & 8. ¶ Cauſa in prima inſtantia non committitur etiam de conſenſu Epiſcopi, niſi partes conſentiant. 837. 17. ¶ Valuen. quando reaſſumpſerit nomen Sulmonen. 893. 21. ¶ Statutum Epiſcopi non eſt validum, quod nullus recipiatur in canonicum, niſi omnes conſentiant. 894. 15. ¶ An diſpenſet ſuper irregularitate. 837. 13. ¶ Viſitans contra decretum Concilij non eſt in bona fide, & non eſt manutenendus in tali poſſeſſione. 870. 14. ¶ Quando examinet deputatos à Capitulo ad exercendam curam animarum non obſtante immemorabili. 865. 42. ¶ Datum pro ſacerdotio aſſumendo eſt irreuocabile reſpectu promouendi, & Epiſcopi ne obligetur ad alendum ordinatum. 924. 6. ¶ Beneficia Epiſcopi non vacant, niſi poſt conſecrationem. 871. 17. ¶ Benedictio Abbatis facienda per Epiſcopum eſt ad bene eſſe, non autem de ſubſtantia. 871. 10. ¶ Alia* vide in verb. Abbas. & Benedictio. ¶ *Cauſa inter Epiſcopum litigantem cum aliquo eſt cognoſcenda in partibus, & committitur viciniori. 837. 22. ¶ Epiſcopatus Sulmonen. & Valuen. eſt vnus, & regitur ab vno Epiſcopo. 893. 9. & 13. ¶ Vide* in verb. Sulmo. ¶ *Omnia cenſentur reſeruata Epiſcopo, & remanent ſub eius iuriſdictione non obſtantibus priuilegijs exemptionum. 918. 11. ¶ Quo caſu reſtituat de bonis ſui patrimonij, quod conſumpſit in maioratu. 854. 66. ¶ Non poteſt ſtatuere, quod inſiſtat in ordine diaconali non habeat vocem in capitulo. 894. 12. ¶ Poſſeſſio per viſitationes, quando acquiratur Epiſcopo. 870. 13. ¶ Omnes cauſæ in prima inſtantia relinquuntur examini Epiſcopi, & eius iuriſdictioni. 837. 15. ¶ Epiſcopatus quando cenſeantur vniti æquè principaliter remanentibus firmis priuilegijs, & iuribus vtriuſque eccleſiæ. 893. 14. ¶ Concilium an inducat præceptum Epiſcopis circa ditationem ſuorum conſanguineorum ex bonis eccleſiæ. 854. 67. ¶ Non admittitur ad tutelam legitimam, & ſuorum coniunctorum. 830. 20. ¶ Dignitas etiam magna nihil affert præcipuum ſuper alios in loco particulari, vt in Epiſcopis, Camerario, & ſimilibus. 845. 44. ¶ An concedat eccleſiam parochialem ſecularem clericis regularibus inuito Rectore. 992. 24. ¶ Præſcriptio quadragenaria ſufficit contra Epiſcopum quo ad iura viſitationum. 871. 36. ¶ Suppreſſio quando fiat per Epiſcopum applicando fructus bonis communibus cum capitulo, ſiue diuiſis, ſiue ſingulis canonicis. 819. 24. ¶ Exigit propria auctoritate cenſus, & decimas ſuæ eccleſiæ. 809. 29. ¶ Quando poſſit carcerare canonicum vnius diœceſis in alia diœceſi vnita, & auocare adiunctos electos iuxta formam Concilij per Capitulum vnius eccleſiæ ad alteram eccleſiam vnitam. 892. 4.*

Error *notarij probatur ex coniecturis, & ex prothocollo. 889. 25. & c. 825. 5. ¶ Nominis appellatiui quando vitiet diſpoſitionem. 830. 8. ¶ Dicitur patens, ſi ex iure certificatur. 823. 34. ¶ In omittendo facilius corrigitur, quam in committendo. 825. 6. ¶ Eſt probatus ſi omittantur admittenda, & ponantur non ponenda, & vbi conſtat rem aliter ſe habere, & quod non ita fuit conuentum. 957. 48. & c. 823. 31. & c. 824. 21. ¶ Vnicus teſtis cum depoſitione notarij rogati probat errorem inſtrumenti. 825. 1. vſque ad 13. ¶ Solemnitas de qua* in c. fin. de confeſſ. *in docendo de errore non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ. 825. 20. ¶ In ſubſtantia influit in omnes clauſulas acceſſorias etiam ampliſſimas de plenitudine poteſtatis, non obſtantibus, ex certa ſcientia, & ſimiles. 891. 3. ¶ Iuris, & facti etiam proprij non nocet, ſi tractatur de damno vitando. 957. 49. ¶ Non vitiat actum tranſlationis periculi vitæ. 923. 18. ¶ Quando faciat, vt confeſſio debiti cum ſuſceptione termini ad ſoluendum non præiudicet. 824. 19. ¶ Præſumitur in renunciante, ſi abſque cauſa renunciauerit. 858. 24. ¶ Non creditur ſoli tabellioni quo ad errorem commiſſum, prout nec ſoli arbitro. 825. 9. ¶ Non poteſt dici conſtare de errore, niſi etiam probetur cauſa erroris. 890. 26. ¶ Per correctionem erroris non eſt aliquid factum de nouo; ſed ſolum declaratum, quod fuit geſtum. 825. 19. ¶ Colligitur in teſtatore circa numerum locorum montium, ad quæ ſe retulit, ſi in diſpoſitione relata veritas ſe aliter habeat. 988. 5. ¶ In facto proprio an excuſet, ſi non cadit in latam culpam*

vt in negotio proprio de facto longinquo. 946. 37. ¶ *Impedit conſenſum, ſine quo nulla diſpoſitio ſubſiſtit.* 988. 6. ¶ *Notarij error non debet nocere partibus.* 825. 17. ¶ *Poteſt probari contra recognitionem, non tamen interim retardatur executio.* 912. 32. ¶ *Non tollitur per geminationem actus.* 824. 58.

Euentus *mali non ſunt habendi in conſideratione.* 937. 10.

Euictio *rei in ſolutum datæ an faciat, vt ſit licitum redire ad primæua iura.* 950. 17. ¶ *Magis verificatur ſtante immiſſione ſecuta poſt ſententiam.* 950. 19. ¶ *Ex culpa auctoris priuandus eſt ſucceſſor, & emptor re alienata, & breui manu ſit executio contra venditorem pro euictione promiſſa.* 912. 16. & 39. ¶ *Res dicitur euicta, ſi poſſeſſori fuit ablata, ſicut ſi dominium, & proprietas euinceretur.* 950. 18.

Euidentia *rei attenditur reiecta calculatione.* 823. 33.

Exceptio *rei non tradita non cenſetur excluſa per ſtatutum tollens omnes exceptiones.* 873. 3. ¶ *Et quando illi cenſeatur renunciatum.* 864. 1. & 4. ¶ *Simulationis vel ſimilis requirens altiorem indaginem nõ retardat obligationem cameralem.* 981. 10. & c. 968. 12. ¶ *Magis confirmat diſpoſitionem in non exceptis.* 922. 31. ¶ *Litis pendentiæ non inuat eum, qui executiuè tenetur.* 875. 16. ¶ *Aſſertio numerationis, & renunciatio idem operatur ad excludendam exceptionem non numeratæ pecuniæ.* 879. 24. ¶ *Conceſſa in actione reali, eſt etiam admittenda in perſonali.* 887. 35. ¶ *Magis firmat, quod omnia acta ſint comprehenſa.* 948. 19. ¶ *Quæ obeſt auctori, nocet etiam ſingulari ſucceſſori.* 955. 22. ¶ *Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ an poſſit fieri in eadem ſcriptura, vel requiratur interuallum temporis.* 879. 30. ¶ *Excipiens à regula tenetur probare ſpecialiter exceptionem propoſitam.* 975. 3. ¶ *Incontinenti probanda impedit immiſſionem, ſecus ſi requirat altiorem indaginem.* 895. 3. & 10. ¶ *Et quæ dicatur iſta indago.* 895. 8. ¶ *Non numeratæ pecuniæ non tollitur per actum geminatum.* 824. 58. & 59.

Exceſſiuum *mandatum Iudicis eſt nullum in totum, & non valet in parte.* 969. 44.

Exceſſus *omnis cenſetur inutilis non exiſtente neceſſitate.* 967. 22.

Excluſio *fœminarum per ſtatutum quid operetur in emphyteuſi conceſſa pro ſe & filijs maſculis, & fœminis circa admiſſionem maſculorum, antequam veniant fœminæ.* 813. 31. ¶ *Repetitio qualitatum quando excludatur propter rationem conſeruandæ agnationis.* 828. 13. ¶ *Declaratio, & liquidatio an debeat excludi ex verbis capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.* 921. 11.

Excommunicatio *non incurritur per iactum haſtæ in clericum, ſi non ſequatur percuſſio, quamuis adſit animus percutiendi.* 837. 1. ¶ *Excluditur, ſi percutiatur clericus ob cauſam defenſionis.* 837. 2. ¶ *Vim vi repellere licet incontinenti abſque incurſu excommunicationis etiam ſcienter, atque deliberate faciendo.* 837. 3. ¶ *Ex conualidatione citationis nullæ propter comparitionem an poſſit deueniri ad excommunicationem, non obſtante alia forma citandi data per ſtatutum.* 946. 12. & 16. ¶ *Abſolutio excommunicationis ab vna cenſura non contingit aliam, nec vna auget alteram, & quo ad expreſſam non adeſt ſubreptio.* 827. 15. ¶ *Licitum eſt occurrere ante tempus, ſi quis probabiliter timet, ne à clerico percutiatur, neque ex iſta præuentione incurritur excommunicatio.* 837. 6.

Executio *tranſactionis iuratæ cum obligatione camerali an retardetur, donec plenè fuit paritum omnibus in ea contentis.* 872. 1. & 17. ¶ *Trium conformium eſt facienda reiecta quacumque oppoſitione nullitatis, & appellationis, niſi eſſet notoria reſultans ex eiſdem actis.* 876. 28. & c. 898. 1. & 5. ¶ *Sententiæ poteſt peti coram primo Iudice, ſi eſt ordinarius.* 978. 22. ¶ *Inſtrumenti an competat etiam pro illis, quæ virtualiter continentur.* 852. 24. ¶ *Capta non eſt impedienda per exceptiones turbidas.* 872. 9. ¶ *Et quando dicatur cœpta.* 872. 11. ¶ *Error poteſt probari contra recognitionem, non tamen interim retardatur executio.* 912. 31. ¶ *In executione contractus iurati, qui prætenditur vſurarius, non inducitur aliqua compenſatio de eo, quod requirit altiorem indaginem.* 872. 1. & c. 920. 40. & 50. & c. 864. 21. ¶ *Facta vigore mandati exceſſiui eſt retractanda in omnibus tanquam proueniens ex radice infecta.* 960. 45. ¶ *Non impeditur per tertium, qui non poſſidet, quamuis etiam non adeſſet obligatio cameralis.* 1000. 7. ¶ *Parata conceditur inſtrumento cum clauſula guarantigiæ.* 873. 2. ¶ *Prohibitus diſpoſitionem alterare, non prohibetur tamen addere in his, quæ reſpiciunt executionem actus.* 957. 23. ¶ *Non competit ſtante notoria iniuſtitia decreti.* 924. 42. ¶ *Obligationis cameralis non differtur per appellationem, non ſecus ac ſi adeſſet res iudicata, aut confeſſio.* 968. 1. *Niſi conſtaret de ſolutione etiam ex præſumptionibus.* 951. 19. ¶ *Clauſula non retardata executione afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe.* 872. 25. ¶ *Penſio liquida habet ſtatim executionem.* 989. 5. ¶ *Iudicati petitur in pecunijs, quæ debent reinueſtiri in ſtabilibus etiam abſque decreto Iudicis.* 943. 19. ¶ *In obligatione camerali proceditur ad executionem tam contra hæredes, quàm pro hæredibus.* 981. 3. ¶ *Nullitas, de qua fuit cognitum, non admittitur amplius ad retardandam executionem, nec requiritur reprobatio, ſed ſufficit eſſe progreſſum ad vlteriora.* 872. 13. ¶ *Reſcriptum cum clauſula non retardata executione eſt exequendum non obſtante appellatione.* 872. 24.

Digitized by Google

Executiuè quando agatur contra tertium. 926. 21. & c.881.17. ¶ Non proceditur in habentibus ſimilem, & parem titulum prouenientem ab eodem fonte, & perſona, & cauſa. 948. 54.

Executores dati ab homine non habent facultatem ſubdelegandi. 812. 12. & 22. ¶ Vnus ex pluribus executoribus, quando poſſit officium adimplere, ſi alter obierit, aut ſit abſens, aut nolit exequi. 812. 1. ¶ Ius accreſcendi an habeat locum tam in duobus executoribus, quàm in pluribus ſimul datis. 812. 17. & 20. ¶ Vltimarum voluntatum habentur pro nudis miniſtris, & adminiſtratoribus, nec lucrum, & damnum reportant, nec faciunt inuentarium, ſed ſolam deſcriptionem. 826. 76. & c.812. 7. ¶ Teſtamentarij ſunt tanquam tutores. 812. 10. ¶ Poſſunt dici procuratores. 812. 9. ¶ Et in eis ſpectandum eſt non ſolum, quod ius diſponit, ſed quod teſtator expreſſè mãdauit. 812. 11. & 25. ¶ Quando poſſint agere contra debitores hæreditarios. 812. 24. ¶ Si nõ fuerint dati per teſtatorem, onus exequendi ſpectat ad hæredem. 941. 19. ¶ Plures an ſint inſolidum. 832. 25. ¶ Non præſtant cautionem mutianam, ad quam tenentur vſufructuarij. 826. 78. ¶ Nihil agunt ante acceptatam, & viſam commiſſionem. 877. 15. ¶ In actu geſto incontinenti coram eodem notario, & executore, ac eiſdem teſtibus, & eodem die non requiritur amplius regiſtratio facultatum executoris, quæ prius erant regiſtratæ. 877. 9. & 16. ¶ Teſtator faciens executorem Titium cum Sempronio idem eſt ac ſi feciſſet Titium, & Sempronium ad effectum, vt officium vnius accreſcat alteri. 812. 6. ¶ Mulier an repellatur ab officio executoris. 826. 80.

Exempla non reſtringunt regulam. 900. 8. & 11.

Exemplum nullam fidem facit, ſi non exhibeatur originale. 859. 1. 18. & 32. ¶ Auctoritas Iudicis, & alia ſolemnitas enunciata in exemplis an faciat præſumptionem, quod citatio non interuenerit. 859. 17. ¶ Exemplum exempli nihil probat tanquam ſimile teſti de auditu auditus. 859. 32. ¶ Requirit decretum Iudicis Eccleſiaſtici in eccleſiaſticis, & laici in prophanis. 907. 33. ¶ Non facit fidem ſi non citentur intereſſe habentes, ſi ſunt certi, vel per proclama, ſi ſunt incerti. 907. 32. & 41. ¶ Sumptum auctoritate Iudicis, Legati, & Papæ an probet ſine citatione partis. 859. 3. 12. & 14. ¶ Statutum Vrbis, quam formam requirat in exemplis. 907. 35. ¶ Solemnitates præſumuntur adhibitæ in exemplis ſtante lapſu triginta annorum. 859. 15. ¶ Notario non creditur aſſerenti ſe habere facultatem exemplandi. 907. 40. ¶ Conſenſus partium operatur, vt tabellio poſſit exemplare inſtrumentum abſque commiſſione Iudicis. 907. 38. ¶ Adminicula conualidant defectũ exempli. 819. 26.

Exemptio perſonarum non facit locum exemptum, itaut excludatur diœceſis, quamuis eſſet præſcripta iuriſdictio epiſcopalis priuatiuè. 918. 33. & 51. ¶ Petens exemptionem præſupponit eſſe in diœceſi. 918. 31. ¶ Terræ Prati an ſit limitata, ſeu generalis. 918. 32. ¶ Conceſſa non citatis intereſſe habentibus, & abſque cauſa eſt inualida iuxta Concilium Lateranenſe. 918. 61. ¶ Non tollit habitum dignitatis epiſcopalis, ſed ſolum impedit exercitium illius in exemptos. 918. 53. ¶ Generalis non comprehendit exemptionem à viſitatione. 870. 7. ¶ Solum eximit à ſubiectione non autem à ſituatione, ſeu denominatione. 918. 9.

Exemptus locus an conſtituat territorium per ſe. 918. 13. ¶ Eſt de diœceſi, licet non dicatur de iuriſdictione diœceſis. 918. 10. & 52. ¶ Exẽptus habet tantum iuriſdictionem in perſonis non in locis. 918. 12. ¶ Indultum de percipiendis fructibus primi anni de vacationibus beneficiorum alicuius diœceſis comprehendit beneficia exempta. 918. 15.

Exhæredatio requirit expreſſionem cauſarum, & illarum probationem per hæredem, vt filius tanquam ingratus excludatur ab hæreditate patris. 902. 13.

Exhibitio librorum quando ſit facienda. 909. 10.

Ex nunc prout ex tunc operatur, vt diſpoſitio nunc facta, ſit collata in tempus futurum. 811. 7.

Expenſæ neceſſariæ ſunt illæ, ſine quibus res eſſet peritura, ſeu deterior futura. 957. 36. ¶ Quæ tangunt debita pupilli non ſunt ſoluenda per alios fratres. 914. 34. ¶ Factæ gratia fructuum colligendorum dantur cuicumque poſſeſſori, & illius hæredibus. 810. 10. ¶ Paupertas debet præualere paupertati eius, qui conuenitur pro expenſis ad hoc, vt illæ debeantur. 954. 28. ¶ Promittens reficere expenſas in caſu ſuccumbentiæ non tenetur ad eas, in quibus actor condemnatur perempta inſtantia. 960. 2. ¶ Sunt diuerſæ à damnis, itaut condemnatio, ſeu abſolutio ab expenſis non comprehendat damna. 833. 25. ¶ Promiſſio reficiendi expenſas intelligitur de iuſtis. 806. 7. ¶ Alia vide in verb. Damno.

Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt. 916. 38. & c. 957. 25. ¶ Et quod venit in neceſſarium antecedens. 855. 14. ¶ Et quod elicitur ex mente contrahentium. 852. 33. ¶ Lex requirens, quod aliquid expreſſè fiat quomodo ſit intelligenda. 831. 23. ¶ Statutum loquens de actu expreſſo an procedat in tacito. 831. 20. ¶ Et quando ſit eadem virtus in tacito, quæ in expreſſo tàm reſpectu qualitatum, quàm ſimiliũ. 831. 21. & 24. & c. 851. 23. & c. 962. 9. ¶ Expreſſio cauſarum exhæredationis quando requiratur. 902. 13. ¶ Vnica ratio habetur pro expreſſa, & eumdem effectum inducit. 835. 9. & 35.

Extraordinarium in quo differat ab ordinario. 945. 7. ¶ Dicitur illud, quod non habet determinatam præſtationem, neque certam formam. 945. 12.

Extenſio non eſt facienda de vna cauſa ad aliam aduerſus mentem contrahentium. 980. 22. ¶ Non dicitur, ſed potius comprehenſio propter

Digitized by Google

pter identitatem rationis. 920. 3. & c.927.10. ¶ *Non debet fieri ad caſus in iure non expreſſos*. 971. 41. ¶ *Non admittitur vltra formam ſtatuti in alterius praiudicium*.885.34.

FAcere *aliquid obligatus non tenetur, niſi petatur*. 946. 35.

Facilitas *qua quis inducitur ad faciendum primum actum, cenſetur etiam interueniſſe ad ſecundum*. 824. 60.

Factum *non dicitur, quod poteſt reuocari, nec datum, quod nō poteſt retineri*. 864. 14. ¶ *Deponens de facto proprio, quam probationem faciat*. 948.17. & c. 912. 17. & 35. ¶ *Habetur pro facto, quod non ſtat per eum, qui tenetur facere*. 956. 21. ¶ *Separatio ex diuerſitate factorum datur, itaut non ſuſpendatur vna cauſa ab alia*. 967. 19. ¶ *Cum per alium ſtat quo minus aliquid fiat habetur pro facto in eius praiudicium*. 851. 8. ¶ *Res eſt habenda pro facta, ſi obligatus ad faciendum non curat facere, quod ad eum ſpectat*. 939. 15. ¶ *Culpa non imputatur ei, qui non tenetur ad faciendum illud, de quo agitur*.939.29.

Falcidia *non debetur haredi non conficienti inuentarium*. 981. 22. ¶ *Detrahitur de legato dotis, ſecus de legato pio*. 881.13. & c.823.8. ¶ *Verba integre in legatis important praſtationem abſque falcidia*. 823. 7.

Falſitas, *vt euitetur praſumenda eſt iteratio actus*. 877. 22. ¶ *Modicus defectus vitiat depoſitiones teſtium in materia falſitatis*.843.35. ¶ *Committens falſitatem, ſi perdit cauſam ex diſpoſitione iuris communis, ſeu ſtatuti, non tamen aduerſarius obtinet, niſi ſuam intentionē probet*. 833. 16. ¶ *Suſpicio ſola falſitatis in ciuilibus quādo habeatur pro falſo, & tollat fidem ſcripturis*.877.26. & c.889.18. ¶ *Teſtes etiam inſtrumentarij debent eſſe omni exceptione maiores in crimine falſitatis*. 843. 13. ¶ *Sententia condemnans in damnis, expenſis, & intereſſe propter falſitatem commiſſam in actis non comprahendit amiſſionem cauſa*.833. 3. & 15. ¶ *Cauſarum falſitas erectionis officij in quibus conſiſtat*. 891.4. & 17. *vſque ad* 28. ¶ *Defectus intentionis Principis verificatur ob falſitatem cauſa, itaut actus tunc ſit reducendus ad viam iuris, & in totum annulletur, ſiue agatur ad inſtantiam partis, ſiue conceſſio fiat motu proprio, quamuis ex alia cauſa poſſet ſuſtineri*. 891. 1. & 6. & c.835. 14. ¶ *Stante ſtatuto, quod producens falſum inſtrumentum perdat cauſam, ſi contingat actorem, & reum falſa inſtrumenta produxiſſe, in pari cauſa erit melior conditio rei, qui veniet abſoluendus*. 833. 18. ¶ *Fabricans falſam monetam in camera, itaut non poſſit videri, niſi per rimulam conuincitur per teſtes, ſi deponant, quod vnus poſt alium vidit*. 849. 50.

Fama *in antiquis facit plenam fidem*. 918. 5.

Fama *bona cunctis rebus eſt praferenda, & crudelis eſt, qui illam negligit*. 875.21.

Fama *alicuius rei quando inducat iuſtam credulitatem, vt quis excuſetur à pœna, & quid in ſolo iuniore fama etiam non vera*. 970. 11. & 12.

Familia *ſine diuitijs ſord[illegible]*. 914. 41. ¶ *Teſtator quando dicatur int[illegible]xiſſe de deſcendentibus ex familia ipſius*. 869. 27. ¶ *Mulier quomodo dicatur ſequi familiam mariti, itaut amittat propria[illegible]*. 976. 20. ¶ *Honor familia deturpatur per nuptias cum muliere mala cōditionis, & fama, & an hac ſit cauſa iuſta exharedationis, tàm in filio, quàm in filia*. 863. 4. & 6. ¶ *Bona an dicantur exire de familia per electionem clericatus ſecularis ſicut regularis*. 986. 5. ¶ *Aggregata dicitur de ſtirpe, & ſanguine illius, cui fuit facta aggregatio*. 930.14. ¶ *Appellatione familia quando veniat ciuilis, ſeu adoptiua*. 930. 39. ¶ *Fœmina an dicantur agnata, & veniant appellatione familia*. 866. 6.

Familia *tota dicitur ſuſpecta, ſi Domini, Barones, & Comites ſint ſuſpecti, neque per eos poterit eligi Iudex, ſecus de conſuetudine*. 809. 22. & 25.

Fauore *alicuius inductum non debet in odium retorqueri*. 956. 17.

Feſtus *dies eccleſia habet plures oblationes, quam dies dominica*. 802.13. ¶ *Alia circa diem feſtum quando incipiat, & quid ſeruetur* vide in verb. dies. ¶ *Stante conſuetudine, vt Archipresbyter eccleſia habeat oblationes dominicales, Sacriſta autem eas, qua fiunt in feſto dicta eccleſia, ſi contingat feſtum venire in die dominica, cui ſpectabunt, & qualiter inter eos diuidantur*. 802. 1. 12. & 19.

Feudum *quod reuertitur ad dominū finito vſufructu per mortem vaſſalli poteſt alteri concedi etiam viuente vſufructuario*. 818. 11. ¶ *Diſpoſitum in feudo trahitur ad emphyteuſim*.818.32. ¶ *Alienatio in augumentum feudi valet ſine aſſenſu domini directi*. 818. 23. ¶ *Agnatus ſeu dominus poſt deuolutum feudum, ſi vult gaudere fructibus, an debeat ſoluere expenſas cultura haredibus vaſſalli*. 810. 25. ¶ *Feudo aperto an ſubfeudum commiſſum haredi vaſſalli defuncti debeatur inſtar fructuum*. 810. 24. ¶ *Pralatus poteſt ipſemet reuocare inueſtituram feudi illicitè conceſſam, & multò magis illius ſucceſſor*. 818. 19. ¶ *Merita quando pracedunt conceſſio feudi praſumitur facta potius in illam cauſam, quam in aliam*. 818. 35. ¶ *Pro fructibus, meliorамentis, & augumentis feudi, quando dētur remedia poſſeſſoria adipiſcenda, retinenda, & recuperanda haredibus vaſſalli contra Dominum, & agnatum*. 810. 26. ¶ *Piſcinarū, & viuariorum fructus cui cedant vaſſallo mortuo, & feudo deuoluto ad dominum*. 810. 21. ¶ *Obligatum per vaſſallum de conſenſu domini poſt illius mortem an deuoluatur cum onere hypotheca, itaut idem dominus teneatur creditoribus, quibus per eumdem vaſſallum fuit hypothecatum*. 996. 3. ¶ *Antiquum renoua-*

natum debet regulari iuxta naturam, & qualitatem illius. 913. 22. & 24. ¶ Feudalia in aliquibus differunt ab vſufructu, ſunt tamen ad inſtar illius, & [illegible]oharent perſonæ, & non tranſmittuntur. [illegible]9. ¶ Conſenſus domini expreſſus, ſeu tac[illegible]s, vt bona feudalia alienentur ſeu obligentur, operatur, vt hypotheca detur pro conſecutione rei obligatæ. 996. 1. ¶ Prælatio, ſiue retentio [illegible] feudalis an ſit ceſſibilis. 903. 1. & 7. ¶ Conceſſum pluribus an intelligatur vnicuique datum pro rata. 839. 2. ¶ Puteus exiſtens inter domum feudatariam, & domum propriam directi domini debet deſeruire vtrique, ſi aqua tã vni, quàm alteri ſufficiat, alias dominus eſſet præferendus. 992. 4. ¶ Conſtitutiones, & conſuetudines feudales ligant perſonas eccleſiaſticas in foro conſcientiæ, & canonico. 818. 30. ¶ Recognitio facta de bonis feudalibus operatur, vt illa efficiantur feudalia, quamuis alias fuiſſent libera. 911. 24. ¶ Bona feudalia redacta ad allodialia poſſunt liberè alienari. 838. 19.

Fideicommiſſarius poteſt reuocare, & vendicare alienata per hæredem. 828. 1. ¶ Poſſidens auctoritate Iudicis, & docens in continenti de iure ſuo, quo caſu dicatur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem. 954. 20. ¶ Non repetit rem alienatam per hæredem pro ſoluendo ære alieno teſtatoris, quamuis vellet reſtituere pretium ementi. 860. 3. ¶ In ſubſtitutione fideicommiſſaria tam in actiua, quàm paſſiua ſignificatione an veniant nepotes appellatione filiorum. 847. 13. ¶ Ius accreſcendi iunctum in ſubſtitutione fideicommiſſaria an faciat, vt habeat locum tranſmiſſio cum eodem iure, & quæ coniecturæ requirantur. 965. 33. ¶ Particularis, ſeu vniuerſalis poteſt de iure cogere hæredem ad cauendum de hæreditate ſeruanda, & reſtituenda, ſecus de conſuetudine. 822. 1. & 3. ¶ Hæres grauatus, quamuis teneretur præſtare cautionem fideicommiſſario, non cogitur tamen niſi pro ſua poſſibilitate, & iuxta ſuas facultates, non conſiderata valore bonorum reſtituendorum. 822. 4. & 5. ¶ Cautio de hæreditate reſtituenda fideicommiſſario non datur per hæredem ceſſante cauſa dilapidationis. 822. 6. & 7.

Fideicommiſſum eſt in ſpecie probandum. 819. 23. ¶ Conditionale quando tranſmittatur ad hæredes. 965. 30. ¶ Relictum duobus cum expreſſione nominis collectiui an debeatur, ſi in perſona vltimi conditio tantum extiterit. 965. 20. & 31. ¶ Ad fauorem familiæ quando comprehendat fœminas. 930. 20. vſque ad 35. ¶ Dicitur fauorabile non odioſum, ſi apparet de voluntate teſtatoris. 832. 1. ¶ Poteſt relinqui nutu, & per coniecturas. 973. 59. ¶ Non cenſetur remiſſum, ſi non conſtat de ſcientia omnium contentorum in teſtamento. 858. 15. ¶ Probatur per digreſſum ad gradus ſubſtitutionum. 869. 22. ¶ Expirat, ſi deficit conditio ſi ſine filijs, qui extiterunt, etiam ſi momento vixerint, & quamuis eſſemus in poſthumo extracto ex ventre matris. 847. 3. ¶ Identitas dicitur probata eo ipſo, quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtea illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco, niſi nouus titulus exhibeatur. 969. 16. ¶ Efficitur caducum, ſi ſubſtitutus decedat ante grauatum. 815. 19. ¶ An poſſit inſtitui in bonis, in quibus Papa conceſſit facultatem teſtandi. 854. 30. 44. & 58. ¶ Relictum deſcendentibus maſculis non comprehendit fœminas, neque maſculos ex fœminis, quamuis vellent ſuccedere ex perſona propria. 832. 8. ¶ Abſolutum inducitur, ſi teſtator mandat, vt loca montium ſint pro perpetuo vſu alicuius familiæ. 930. 28. ¶ Reciprocum quando inducatur inter lineas diuerſas deſcendentium inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & an debeant eſſe verba expreſſa, vel ſufficiant coniectura, & quid ſtante neceſſario antecedenti, & nominibus collectiuis, & prohibitione reali cum ſimilibus. 828. 39. & 44. ¶ Abſolutum an inducatur ſtante clauſula reſtricta ad perſonas comprehenſas in prohibitione alienationis. 828. 32. & 38. ¶ Quãdo ſit inductum propter contemplationẽ agnationis, ita ut nepotes comprehendantur ſub nomine filiorum, quamuis etiam eſſent poſiti in conditione, & quid ſi ratio conſeruationis ſit expreſſa, & quando debeat intelligi iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis. 847. 14. & 19. ¶ An inducatur, ſi teſtator prohibuit aliquam rem alienari per ſuos hæredes, volens illam firmam remanere pro ſuis nepotibus, & alijs de ſua generatione ſub aliqua pœna. 917. 13. & 20. ¶ Alienatio bonorum fideicommiſsi non permittitur, & poſſunt ſubſtituti vendicare bona alienata etiam viuente eo, qui alienauit, ſiue ſimus in mobilibus, ſiue in ſtabilibus, etiam ſi offeratur cautio, ſiue ante, ſiue poſt diſtractionem. 832. 16. & 19. ¶ Æs alienum debet ſolui ex lucro negotiationis, non autem de capitali in præiudicium fideicommiſſi per teſtatorem relicti. 832. 27. ¶ Solutio, & remiſſio fideicommiſſi, & donatio præſumitur ex diuturnitate temporis coniunctione, & ratione ſæpius calculata. 826. 48. ¶ Ratio conſeruandæ agnationis in perpetuum excludit repetitionem qualitatum præcedentium, quæ colligitur ex dictionibus repetitiuis, & inducit nouum fideicommiſſum. 828. 13. ¶ Prohibitio alienationis inducens fideicommiſſum abſolutum ad fauorem deſcendentium quando extendatur ad tranſuerſales. 828. 13. ¶ Faciens fideicommiſſum eodem modo, quo alius fecit intelligitur cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, & vocatione maſculorum, prout continetur in relato. 823. 2. ¶ Teſtator non poteſt prohibere, vt bona fideicommiſſi non poſſint alienari ex cauſa dotium, & alimentorum. 832. 38. ¶ Diſtractio bonorum fideicommiſsi non permittitur, ſi filius tempore mortis patris habuiſſet legitimam

mam ſuffiſientem ad alimenta, & dotem, & illam poſtea alienauit. 832. 41. ¶ *Interpretatio in fideicommiſſis illa eſt ſumenda, quæ conuenit voluntati teſtatoris.* 828. 50. ¶ *Clauſula ordine ſucceſſiuo operatur, vt vocati ſuccedant gradatim ad fideicommiſſum, itaut vnus primi gradus prius admittatur, & poſt eum alius ſequens adeo vt priore admiſſo cenſeatur grauatus de reſtituendo ſequenti in gradu, quidquid ſecus ſit in vulgari.* 836. 3. ¶ *Prohibitio alienationis iuncta cum ſubſtitutione præcedenti continuatiuè, & relatiuè regulatur ab ea, neque inducit nouum fideicommiſſum, ſecus ſi fiat principaliter, & per verba ſeparata, & ſine vlla acceſſione.* 828. 5. 9. & 22. ¶ *Pro reſtituendis chriſtianis captiuis in bello grauatis reſtituere licebit euertere fideicommiſſum.* 801. 48. & 51. ¶ *Inſtituens fideicommiſſum, & mandans dotari fœminas, an intelligatur ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni iuris communis de dote danda in ſubſidium.* 996. 8. & 10. ¶ *In bonis fideicommiſſi, qui ſperant ſucceſſiones licitè poſſunt facere pacta, & renunciationes etiam viuo poſſeſſore maioratus, & abſque illius conſenſu.* 818. 43. & 45. ¶ *Agens ad fideicommiſſum debet probare non ſolum hæredem mortuum, ſed etiam deceſſiſſe ſine filijs.* 869. 9. ¶ *Reſtitutio verbalis bonorum fideicommiſſi requiritur, quando grauatus deceſſit cum hærede, ſecus ſi nullus exiſtat.* 954. 25. ¶ *Creditor alimentorum, & dotium ex bonis fideicommiſſi habet fundatum intentionem in negatiua, quod alia bona libera non exiſtant.* 832. 45. ¶ *Naturales, & legitimi quando ſuccedant in bonis fideicommiſſi.* 958. 23. ¶ *Grauatus non tenetur fideicommiſſum reſtituere ſtante neceſſitate alimentorum.* 832. 36. ¶ *Alienatio bonorum fideicommiſſi admittitur pro dote conſtituenda, & reſtituenda, & multò magis pro alimentis præſtandis grauato, & liberis, & vxore, & familia ipſius.* 832. 32. & 35. ¶ *Verba inducentia fideicommiſſum an operentur, vt diſpoſitio filijfamilias reconualeſcat per ſuperuenientiam ipſius poſt obitum ſui patris.* 895. 58. ¶ *Bona fideicōmiſſi poſſunt alienari pro cauſa alimentorum, quamuis eſſent reſtituenda locis pijs.* 832. 37. ¶ *Prohibitio alienationis ſimplex, & abſque aliqua cauſa non operatur fideicommiſſum ad fauorem nepotum, vt veniant appellatione filiorum.* 847. 20. ¶ *Bona libera prius ſunt alienanda pro ſoluendis debitis teſtatoris, antequam alienentur res ſubiecta fideicommiſſo.* 832. 29. ¶ *Fideiuſſor an cenſeatur approbare contractum, & conualidare alienationem prohibitam vigore fideicommiſſi.* 831. 10. & 14. ¶ *Ratio generalis, & cauſa finalis ampliat diſpoſitionem, prout dicta ratio, & cauſa verificatur, & facit, vt ſit inductum fideicommiſſum inter omnes etiã tranſuerſales.* 828. 24. ¶ *Priuatus hæreditate ob ſpretum præceptum teſtatoris cenſetur rogatus illam reſtituere per fideicommiſſum ſubſtitutis, ſalua tamen legitima quando ſumus in filio.* 865. 21. & 23.

Fideiuſſio *eſt de ſui natura læſiua, maximè in muliere ad fauorem mariti.* 952. 18. & c. 961. 2. ¶ *Ad omne mandatu[illegible]dicis debet ſtrictè intelligi non excede[illegible]auſam, pro qua fuit ſtipulata.* 960. 17. ¶ *Non recipit extenſionem.* 966. 4.

Fideiuſſor *dicitur ille, ad quem non peruenerũt pecuniæ, quamuis ſit principaliter obligatus, ſecus reſpectu creditorum.* 962. 42. ¶ *Primus an ſit liberatus, ſi debitum in aliam perſonam transferatur.* 962. 1. & 6. ¶ *An cenſeatur approbare contractum, & conualidare alienationem prohibitam vigore fideicōmiſſi.* 831. 10. & 14. ¶ *Quamuis ſit principalis reſpectu illius, ad cuius fauorem fideiuſſit, tamen nõ eſt talis reſpectu eius, pro quo eſt facta fideiuſſio.* 970. 34. ¶ *Non poteſt obligari plus quã principalis.* 966. 1. ¶ *Datus de non offendendo in perſona, vel in rebus an poſſit conueniri ad pœnam derobationis bonorum, & homicidij.* 956. 4. ¶ *Obligatio fideiuſſoris acceſſoria magis nouatur quando eſt ſublatus contractus principalis.* 962. 7. ¶ *Vxor fideiubens pro viro præſumitur ab eo ſeducta.* 961. 3. ¶ *Exceptiones cõpetentes principali dantur etiam ipſo inuito fideiuſſori.* 966. 2. ¶ *Promiſſio fideiuſſoris an extendatur in futurũ, & poſſit trahi de vna cauſa in aliã.* 966. 3. & 10. & c. 968. 1. ¶ *Clauſula citra præiudiciũ priorum iurium, & fideiuſſorum an operetur, vt non ſint liberati primi fideiuſſores.* 962. 3. 31. & 47. ¶ *Cauſa renouationis fideiuſſoris quomodo ſit probanda ad hoc, vt quis dicatur in mora, & an ſit neceſſaria citatio perſonalis.* 944. 36.

Fides *eſt ſeruanda, maximè in contractibus de perſona ad perſonam, & illius recognitio eſt facienda.* 878. 21. ¶ *Mala probatur, quando quis ſcit rem ad alium pertinere in totum, vel in partem.* 911. 48.

Fides *abſque citatione partis, & non recognita nihil probat.* 857. 19. & c. 870. 22.

Filiatio *an debeat probari cum qualitate legitimitatis in diſpoſitione vocante filios legitimos, & naturales.* 969. 3. & 5. ¶ *Tempus antiquum quale ſit ad hoc, vt deſcendentia, & filiatio dicatur legitima, & an hoc totum ſit in arbitrio Iudicis.* 969. 7.

Filius *præſumitur naturalis, & capax ſucceſſionis, non ſpurius, & incapax.* 958. 24. ¶ *Subintrat in locum patris quando agitur de ſucceſſione aui, vel patrui, & quid ſi adſint verba ordine ſucceſſiuo, vel vocatio ſit reſtricta ad ſupradictos, & ſupranominatos, & quid talia verba operentur.* 836. 9. & 12. ¶ *Senatoris non dicitur, cuius pater motus eſt à Senatu antequã filius naſceretur.* 976. 29. ¶ *Non obligatur præcisè ad liberandum patrem, ſed ſolum ſub comminatione exhæredationis.* 952. 10. ¶ *In bonis aduentitijs, & reliquis omnibus ante Iuſtinianum non habebat hæredem ab inteſtato, ſed pater ſtatim illa omnia occupabat*

pobat iure patriæ poteſtatis tanquam peculium filij, quod poſtea fuit per Iuſtinianum immutatum. 971.35. ¶ Minor non reſtituitur quando ſe obligauit pro liberatione patris è carceribus, ſeu im[illegible]endo, ne carceraretur. 952.12. & 29. ¶ In[illegible]is eccleſiaſticis habetur pro patrefamilias, & non ligatur ſtatuto Vrbis. 944.60. ¶ Naturalis quis dicatur, & in quo differat à ſpurio tàm de iure ciuili, quàm canonico. 958.1. & 29. ¶ Poteſt teſtari de bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, & ſi efficiatur poſtea ſui iuris, valebit eius teſtamentum etiam quo ad alia bona. 895.5. & 12. ¶ Datum filio exiſtenti in patria poteſtate an dicatur datum ipſius filij contemplatione, non autem patris. 971. 7. ¶ Habitans ſeorſum à patre publicè negotiando, & contrahendo per ſpatium longi temporis præſumitur ſui iuris, & emancipatus. 820.1. ¶ Acquiſita per filium ex liberalitate fortunæ, vel ex proprijs laboribus pertinent ad patrem, quo ad vſumfructum duraturum etiam poſt mortem filij, donec pater ſuperuixerit., idem in morte ciuili, ſeu epiſcopatu per filium adepto. 820.12. & 14. ¶ Poteſt teſtamentum facere ad pias cauſas cũ conſenſu patris. 820.11. ¶ Filij an dicantur eſſe de familia vxoris, quæ poſt finitam ſuam lineam tranſtulit genus, & omnia ſua iura in familiam, & patrimonium viri. 976.27. ¶ Filij heredes matris poſſunt impugnare factũ illius nullum, & contra legis diſpoſitionem. 862.16. ¶ Et admittuntur ad reuocationem alienationis bonorum maternorum per patrem factam, nedum ipſo mortuo, ſed etiam eo viuente. 974. 6. ¶ Teſtamentum filij eſt nullum, quamuis ſit factum cum conſenſu patris, & adſit clauſula codicillaris. 820. 9. ¶ Donatum, ſeu relictum per patrem filio ſpurio cenſetur ob cauſam alimentorum. 958.91. ¶ Pater, & mater an ſuccedant æqualiter in bonis donatis filio, ſiue ſimus in quæſitis ex linea paterna, ſiue materna, ſiue tranſuerſali, ſiue vndecumque prouenientibus. 971.13.17. & 30. ¶ Statutum, quod filius, ſeu vxor banniti non poſſit ſtare in Ciuitate intelligitur de filio, & vxore banniti viuentis. 976.12. ¶ Inſtitutio vniuerſalis de filijs maſculis, & congrua datatio de filiabus an faciat, vt appellatione filiorum non veniant fœminæ, per quas deficiat conditio, ſi ſine filijs. 866. 1. & 20. ¶ Conſuetudo poteſt conferre filio ius teſtandi. 895.11. ¶ Filij omnes ſunt æqualiter inſtituendi, itaut diſpoſitio contraria dicatur contra naturalem æquitatem. 902.23. ¶ Prohibitio alienandi facta filijs non extenditur ad nepotes, & quando dicatur realis. 847.21. & 28. ¶ Aequitas ſuadet, vt bona quæſita laboribus primi viri reſeruentur liberis primi matrimonij, non autem cedant in vtilitatem vitrici, & eius filiorum. 862.24. & 27. ¶ Prælatio in retractu bonorum conceſſa filijs non extenditur ad nepotes. 847. 29. ¶ Filius non ſolum poteſt fideiubere pro patre, ſed etiam pro extraneo. 952.31. ¶ Pœnæ concernentes fauorem filiorum quo ad ſecundas nuptias ſunt communes vtriſque parentibus. 862. 6. ¶ Macedonianum obſtat filio obliganti ſe in mutuo, ſecus in recepto à fratre. 879. 16. ¶ Spurius inſtitutus hæres præteritis fratribus an faciat teſtamentum ſubiacere querelæ inofficioſi. 936. 1. ¶ Parentes ad filiorum hæreditatem pro æquali portione admittuntur. 971. 21. ¶ Verba ordine ſucceſſiuo faciunt vt filius non veniat ſimul cum patre, & deſignant idẽ ac ſi exprimatur de vno ad aliũ, & oſtendunt fideicommiſſum ſucceſſiuum. 836. 4. & 18. ¶ Decedente filio relicta filia infante, & patre, & vxore, & matre reſpectiuè, quamuis pro dicta infante nullus adiuerit hæreditatem, tamen ei ſuccedit mater excluſo auo paterno. 820. 18. ¶ Conditio, quæ eſt magis vtilis filijs, debet attendi. 977. 26. ¶ Mortuo patre ab inteſtato filij eius ſuccedunt æqualiter excluſis omnibus, itaut præferantur etiam auo. 820. 15. ¶ Nepotes an magis diligantur, quàm filij. 847. 36. ¶ Pater malè adminiſtrans bona reſtituenda filijs poſt ſuum obitum, priuatur poſſeſſione illorũ, quæ transfertur in filios, ex quibus fructus, & alimenta patri præſtare tenentur. 974. 7. ¶ Filia non continetur propriè ſub nomine filiorum, ſed ex interpretatione. 866. 13. ¶ Patre mortuo apud hoſtes filia tranſmittit eius hæreditatem non aditam à matre ex potentia ſuitatis, ſiue ex priuilegio matris, vel ſanguinis. 820. 19. ¶ Filia mulieris ſcenicæ nata poſt dimiſſam talem conditionem inhoneſtam non dicitur filia mulieris ſcenicæ, nec ſubijcitur legibus ſcenicharum. 976. 10. ¶ Si inſtituatur filia in eo, quod ſibi à iure debetur, intelligitur in debito ex iuris neceſſitate, & ſic in re certa, & particulari. 942.4. ¶ An dicatur filia de linea maſculina, cum deſcendat à patre, qui eſt maſculus, itaut cenſeatur vocata prius quam patruus, tanquam in ea verificetur qualitas maſculinitatis. 901. 21. & 29. ¶ Filia an comprehendatur ſub diſpoſitione loquente de filijs legitimis, & naturalibus, itaut fideicommiſſum iniunctum, ſi ſine filijs expiret relictis filiabus. 866. 9. ¶ Filia deſcendit à patre per virilem ſexum, non autem deſcendit per lineam maſculinam. 901. 24. ¶ Filij poſiti in conditione quando cenſeantur vocati, & reſpectu cuius portionis. 847. 30. & 35.

Finis ſolutionis quando debeat attendi. 932. 29.

Florentini pueri habent præſumptionem integritatis mentis, & indiei ſtabilis, itaut in eis ſæpe relaxentur iura, & ſtatuta. 879.15.

Fiſcus dicitur hæres anomalus condemnati, ſiue extraneus, ſiue ſucceſſor iuris, ſiue quaſi hæres loco ſucceſſoris in prælatura. 840.35. ¶ Debet vendere bona tanquam ſua, vt vero domino præiudicetur. 907. 19. ¶ Pro tota, ſeu quota bonorum publicatorum ſuccedit in omnes obligationes paſſiuas, & actiuas condemnati, & tenetur illius factũ præſtare. 840.36.

Fœ-

Fœminæ ſemel excluſæ ſemper dicuutur excluſa, niſi ſtatutum vtatur verbis illam reintegrantibus. 890.32. ¶ Nou veniunt appellatione familia, ſi nō concurrunt qualitates per teſtatorem requiſita. 930.13. ¶ An cōprabendantur appellatione filiorum, & deſcendentium. 832.6. ¶ Quaudo excludaut ſubſtitutum, & qualiter atcatur habita ratio agnationis. 866.31. ¶ Quo caſu excludantur per vocationem maſculorum. 866.14. ¶ Præſumuutur excluſa per teſtatorem, ſi adſit ſtatutum, per quod illæ excluduntur propter maſculos. 866.33. ¶ Excluſa per ſtatutum non admittuntur ad ſucceſſionem, itaut per eas uon debeat excludi ſubſtitutus. 965.22. ¶ Statutum Vrbis excludens fœmiuas propter maſculos babet etiam locum iu diſtrictu. 965.1. ¶ Et an procedat ſolum ab inteſtato, vel etiam condito teſtamento. 942.8. ¶ Et an babeat locum ſolum ad fauorem eorum, qui vigore eiuſdem ſtatuti excluduutur. 942.11. ¶ Et au ceſſet, ſi fratres, propter quos fœmina excluduntur, non ſuccedant. 942.3. ¶ Et quaudo ſtatutum excluſiuum fœminarum requirat, quod maſculi, & fœmina adſint mixtim, tam ex primo, quam ex ſecuudo matrimonio, vel ſufficiat, quod exiſtant fœmina ex vno, & maſculi ex altero. 813.1.

Forma eſt indiuidua, & in totum eſt ſeruanda, itaut ſi recedatur à parte ſit receſſum à toto, quamuis iu minimo recederetur. 853.28. ¶ Participat de materia. 976.35. ¶ Iudex nulliter procedit, ſi formam reſcripti non ſeruat etiam in minimo. 965.18. & c. 961.10.

Forum ſortiri, & ſtatutis ligari an paria ſiut. 836.5. ¶ In contractibus quis ſortitur forum loci contractus, dummodo ibi reperiatur, ſecus in delictis. 808.12.

Fratres de iure nouo, ſiue in poteſtate, ſiue emancipati ſunt legitimi tutores ſuorum fratrum. 914.1. ¶ Vterini an ſuccedant fratri in bouis à matre profectis excluſo fratre conſanguineo. 971.39. ¶ Quietatio ſororis facta vni ex fratribus de bæreditate paterna uullum commodum affert alijs, neque illam excludit, vt non poſſit petere portionem ſuā à cæteris fratribus. 966.12. ¶ Præteriti an babeontur pro mortuis reſpectu ſororis inſtitutæ. 942.12. ¶ An admittantur ad tutelam fratrum, cum quibus babet communionem bonorum, & quaudo ob dictam cauſam detur diuiſio illorum. 914.15. & 21. ¶ Domus empta pro vno ex fratribus nomiue omnium fratrum acquiritur omnibus. 852.34. ¶ Si pater decedat relicto filio maiore, & impubere, frater impuberis vocatur ad eius ſucceſſionem, & tutelam. 914.3. ¶ Querela inofficioſi datur fratri contra fratrem inſtituentem concubinam, ſicut meretricem. 863.9. ¶ Vterini an excludant ſororem vterinam vigore ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos. 813.9. & 14. ¶ Lucra, quæ proueniunt ex communi patrimouio ſunt communicanda inter fratres. 993.24.

Fratres ordinis Prædicatorum ſunt exempti à ſolutione cuiuſuis quartæ funeralis, & aliorum obuentiouum, & legatorum piorū. 925.1.

Fraus non præſumitur iu actu geſto ad ſui vtilitatem, quamuis iu conſequentiam afferatur damnum tertio. 970.23. ¶ Non eſt aperienda via fraudibus. 851.12. & c. 873.5.

Fructus dotis quando poſſint percipi ex piguore. 848.21. & 24. ¶ Recōpenſatiui ſunt præſtandi per emptorem vēditori, ne babeat rem, & pretium, & quomodo boc procedat, & an ſufficiat oblatio pretij, & quid ſi adſit periculum euictiouis. 939.16. & 19. ¶ Non debentur viduæ ob moram uou ſoluta dotis ex ſtatuto Vrbis, ſi non præcedat interpellatio, idem in fructibus lucri dotalis. 823.12. ¶ Tanquam acceſſorij ad dotem nō debentur ſublata principali actione eiuſdem dotis. 881.21. ¶ Taxantur ad ſeuta ſeptem pro centum in Tribuuali Auditoris Cameræ etiam diſſoluta ſocietate officij. 900.25. ¶ Piſciuarum, & viuariorum vaſſallo mortuo, & feudo deuoluto an cedaut bæredibus vaſſalli, ſeu domino. 810.21. ¶ Licitè percipiuntur quando nou eſt iu poteſtate creditoris, & legatarij petere ſortem principalem. 853.18. ¶ Qui deciderunt iu terram caſu non acquiruntur vſufructuario, niſi per eum, aut eius nomine moueantur de loco ad locum, ſecus in bona fidei poſſeſſore. 807.5. ¶ Conuentio de ſolueudis fructibus dotis etiam ſoluto matrimonio eſt valida. 920.20. ¶ Colouus an babeat ius percipieudi fructus, itaut illud poſſit trausferre iu alium. 953.6. ¶ Indultum de percipiendis fructibus primi anni de vacatiouibus beueficiorum alicuius diœceſis comprebendit beneficia exēpta. 918.15. ¶ Aſſignatio fructuum adiecta facto ad onus debitoris moroſi non dationi quantitatis eſt licita, & poteſt exigi abſque labe vſurarum. 853.19. ¶ Interpretatio requiſita per ſtatutum Vrbis de ſoluēdis fructibus dotalibus poteſt fieri per æquipollens. 920.21. ¶ Prælatus au poſſit iuſtituere primogenituram in fructibus Epiſcopatus, tàm in vita, quàm iu ægritudine, ex qua poſtea obijt, & quid in foro tam fori, quam poli, & in alijs caſibus. 854.39. & 65. ¶ Pactum de ſoluendo fructus peudente dilatione data ad ſoluendum eſt validum. 911.4. ¶ Diuturna ſolutio fructuum quando iuducat præſumptiouem interpellationis, & confeſſiouem debiti. 920.16. ¶ Peudente lite ſuper exceſſu fructuum non eſt priuandus quis poſſeſſione rei, ex qua dicti fructus debentur, quamuis adſit ſententia ſuper exceſſu, ſi ab ea fuit interpoſita appellatio, per quam ſuſpenditur iudicatum, & interim conceditur manutentio. 853.16. ¶ Iudex poteſt taxare fructus, ſi babeat facultatem taxaudi intereſſe. 857.10. ¶ Reſeruatio dominij facta per venditorem iu re vendita facit, vt poſſint licitè percipi fructus, donec pretium ſoluatur, cum alijs ſimilibus cautelis. 911.9. ¶ Dominus an præferatur in fructibus non exiſtentibus in fundo. 953.8.

¶ Em-

¶ Emptor tenetur præſtare venditori fructus recompenſatiuos ceſſantibus impedimentis, quæ prius aderant in re empta, ſeu poſt quam ſecutum eſt adimplementum. 939. 20. & 28. ¶ Recompenſatiui an ſint præſtandi venditori, ſi emptor illos non percepit. 939. 24. ¶ Emptor differens ſoluere pretium, an teneatur ad fructus recompenſatiuos. 911. 6. & 8. ¶ Diuiſio fructuũ quomodo ſit facienda, quãdo vaſſallus moritur ante menſem Martij, vel poſt Calendas Martij vſq; Auguſtum, vel poſt Auguſtũ, inter hæredes vaſſalli, & Dominũ, vel agnatũ, ad quorum fauorem feudum aperitur. 810. 11. 16. & 20. ¶ Computatio, quæ fit in fructibus moriente vaſſallo de menſe Martij, & Auguſti, an debeat fieri in penſionibus. 810. 18. ¶ Diſpoſitio loquens de fructibus quando procedat in penſionibus, & emolumentis, & commoditatibus. 810. 19. ¶ Non computare fructus pignoris in ſortem idem eſt, quod permittere vſuras. 920. 6. ¶ Receptio fructuum ſocietatis facit, vt illa cenſeatur ratificata, & quid ſi in receptione adſit aliqua conditio. 944. 13. 17. & 58. ¶ Per ſolutionem fructuum non dicitur debitor liberatus, ſi remanet obligatio perſonæ, & bonorum. 924. 48. ¶ Valet pactum de ſoluendis fructibus dotis vſque ad certam ſummam. 920. 7. 31. & 35. ¶ Dominium fructuum an transfeat in conductorem, quando eſt habita fides de pretio, & an tunc locator in illis præferatur, vel debeat concurrere cum creditoribus eiuſdẽ conductoris. 953. 13. ¶ Taxatio ſpecialis fructuum dotis quando admittatur. 920. 22. ¶ In diſpoſitione teſtatoris, quod diſtrahantur omnia ſua mobilia an veniant fructus immobiliũ pendentes quaſi breui ſperentur fieri mobiles, & habeantur pro collectis. 811. 26. & 32. ¶ De fructuum diuiſione inter dominum, & hæredes vaſſalli. 810. 30. ¶ Obligatio fructuum eſt impoſſibilis ceſſante ſorte principali. 823. 11. ¶ Taxatio ad ſeptem pro centum in materia l. curabit. C. de act. empt. an ſit exceſſiua tam de iure canonico, quàm de conſuetudine, & more regionis. 864. 17. & 20. ¶ Poſſeſſio quando differat à fructuũ acquiſitione. 853. 14. ¶ Creditor fructuum rei vacantis poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem illius, quando palam, & non clam fuit ingreſſus, qui poſtea conuenitur ab hærede adimplente ea, quæ debet adimplere eodem iudicio adipiſcenda. 853. 5. ¶ Fructus fructuũ quando debeantur. 987. 2. & 4. ¶ Sequuntur dominiũ rei. 988. 11. ¶ Fructus fructuum non debentur etiam in caſibus permiſſis, niſi in fine cuiuſlibet anni, ſeu ſemeſtris petatur, non ſolum pecunia, ſed etiam intereſſe huc uſque decurſum ratione eiuſdem pecuniæ. 987. 14. ¶ Quando percipiantur ex pignore, & an requiratur, quod ſit realiter traditum pro dote promiſſa. 848. 22.

Fruſtra petit, qui quod debet non impendit. 944. 42.

Fugitiuus, ſeu ſuſpectus de fuga quando opponat exceptionem incompetentiæ Iudicis. 875. 2. ¶ Et quando poſſit quis carcerari propter ſuſpitionem fugæ. 875. per tot. ¶ Alia vide in verb. ſuſpitio fugæ.

Fundus totus venit fundi nomine, quamuis ſeparatus locaretur, & licet non ſit dictum de toto fundo. 968. 18.

Funeralia reſeruantur pro medietate parochiali eccleſia, ſi recipiant diuiſionem, alias dabitur æſtimatio medietatis. 925. 2. ¶ Motus proprius Pij V. quo ad funeralia, & alias obuentiones aſſignatas pro congrua ſuſtentatione Vicarij perpetui in eccleſijs parochialibus quomodo intelligatur. 925. 15. & 20. ¶ Fratres ordinis Prædicatorum ſunt exempti à ſolutione cuiuſque quartæ funeralis. 925. 1.

Fures moriuntur abſque bonis, & contra eorum ſucceſſores parum operatur hypotheca. 935. 3. ¶ Adminiſtrator habens animum reſtituendi rem ſubtractam domino an dicatur fur. 935. 29. ¶ Contrectans rem alienam inuito domino, ſeu qui fallendo aſſerit mendacium, & negat, quod pecuniæ non adſunt, tenetur actione furtiua, quamuis etiam res habuerit originem ex contractu. 935. 18. ¶ Iudex condemnans furem an cenſeatur etiam condemnaſſe ad ſoluendum bona furto ſubtracta. 852. 29.

Futura, quæ poſſunt eſſe, & abeſſe non ſunt conſideranda, nec de eis debet aliqua mentio fieri. 944. 3. ¶ Verbum prolatum in præteritum denotat conſummationẽ actus, licet aliquando ſignificet tempus futurum, & diſpoſitio in vtroque tempore verificabitur. 918. 62. & 65. ¶ Tractus futuri temporis non pertinent ad Iudicem. 944. 24.

GAbella ſi fraudatur, cognitio ſpectat ad conductores, ſeu emptores gabellarum, qui poſſunt facere compoſitiones, & gratias de pœnis per fraudantes incurſis, ſiue ſint indicta per nomina multiplicatiua, ſeu aliter. 970. 27. & 29. ¶ Ementes gabellas habent iura Principis, & fiſci. 970. 25. ¶ Pœna contra fraudantes gabellas ſunt fructus illarum, & ſuccedunt loco rei. 970. 35.

Geminatio verborum magis indicat voluntatem teſtatoris, & partium. 834. 7. & c. 967. 27. ¶ Excludit aliam interpretationem. 836. 8. ¶ Quamuis magis operetur tamen non tollit remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec errorem, aut ignorantiam defectus. 824. 58. & 59.

Generales ordinum ſunt Prælati, & in dignitate conſtituti. 845. 35. ¶ Habentes ſedem ordinariam quando eximantur à viſitatione Epiſcopi. 870. 6. 9. & 13. ¶ Et an habeant electionem talis ſedis. 870. 35. & 37. ¶ Alia vide in verb. Abbas.

Generalis ſermo complectitur directè omnia particularia. 966. 30. ¶ Poſt caſus ſpecificatos non continentur maiora expreſſis in verbis generalibus. 982. 21. ¶ In conceſſione generali non veniunt ea, quæ de facili non eſſet

quis

Digitized by Google

quis conceſſurus. 982. 20. ¶ *Species narrata poſt generalem diſpoſitionem quando cenſeantur poſitæ limitatiuè, ſeu demonſtratiuè.* 922. 3. & 7.

Generatio *maſculina propriè verificatur in deſcendentibus per maſculos, non autem per fœminas.* 999. 3.

Genitiuus *ſignificat originem, & cauſam efficientem, quæ ab alio prouenit.* 951. 13.

Genus *continet ſub ſe omnes ſpecies.* 862. 36. ¶ *Enumeratio ſpecierum poſt diſpoſitionem generaliter factam quando deroget generi.* 922. 1. ¶ *Si nominantur indiuidua ſpeciei contenta ſub genere, non porrigitur iſtud genus ad alia, quæ in eadem ſpecie continentur.* 811. 7. ¶ *Cogitatio in genere de aliquo defectu an ſufficiat ad hoc, vt diſpenſatio Principis ſit valida.* 936. 25. ¶ *An reſtringatur genus per ſpecies poſtea enunciatas, ſi reſpiciant actum legandi.* 922. 4. & 8.

Gradus *ſecundus vocatorum, quando ſit habendus loco primi gradus caducati.* 821. 22. & 24.

Granarium *dicitur prædium vrbanum.* 927. 21. ¶ *Venit appellatione apothecæ, de qua in decreto anni Sancti.* 927. 9. ¶ Vide Apotheca.

Granum *quando ſit idem, itaut poſſit habere locum hypothecæ.* 897. 8. ¶ *Perceptum ex fundo locato eſt obligatum ipſi domino pro pretio affictus, itaut præferatur omnibus anterioribus creditoribus.* 953. 1. ¶ *Hypotheca reſeruata in grano remanet in illo, quod in eius locum ponitur.* 897. 17.

Grauari *non debet, qui non fuit honoratus.* 917. 21. ¶ *Nemo eſt grauandus duplici onere.* 947. 11.

Grex *ſubrogatus loco gregis, in quo aderat hypotheca reſeruata, recipit qualitates illius.* 897. 17.

HAbere *eum dicimus, qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur re quolibet modo acquiſita.* 838. 10. ¶ *Refertur ad dominium, & poſſeſſionem.* 838. 6. 14. & 16.

Habitatio *morte finitur.* 937. 11. ¶ *Qualis debeat eſſe, vt foreuſis ligetur ſtatuto loci, in quo habitat.* 824. 36.

Hæreditas *dicitur ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.* 866. 19. & c. 971. 25. ¶ *Non datur in codicillis.* 973. 29. ¶ *Defertur indiſtinctè maſculis, & fœminis.* 965. 14. ¶ *Non adita non tranſmittitur in maiore vigintiquinq; annis, ſecus in minore tam infante, quàm in non infante.* 820. 20. *vſq; ad* 26. ¶ *Poteſt repudiari in præiudiciũ creditorũ.* 882. 31. ¶ *Cautio de reſtituenda hæreditate fideicõmiſſario per hæredem non eſt præſtanda ceſſante cauſa dilapidationis.* 822. 7. ¶ *In delatione hæreditatis non inſpicitur origo, vnde bona deueniant, ſed perſona acquirentis, itaut non ſit amplius hæreditas, ſed patrimonium hæredis.* 840. 23. & c. 971. 18. & 27. ¶ *Priuatus hæreditate ob ſpretum præceptum teſtatoris cenſetur rogatus illam reſtituere per fideicommiſſum ſubſtitutis ſalua tamen legitima quando ſumus in filio.* 863. 21. & 23. ¶ *Deterioratio eſt verificanda præuia cauſæ cognitione, & defenſione per curatorem hæreditatis ad hoc, vt præiudicet creditoribus.* 932. 16. ¶ *Diminuitur per æs alienum, quod præualet legatis, legitimæ, doti & omnibus alijs per teſtatorem relictis.* 898. 1. ¶ *Vocatus ad hæreditatem poteſt grauari, vt deliberet an velit vitam vidualem, ſeu ſacerdotalem ducere, itaut eligendo ſacerdotium ab illa excludatur, & alter ſuccedat.* 986. 1. & 4.

Hæres *obligatus ad reinueſtiendum pecunias ad commodum alterius tenetur ſtatim reinueſtire, & fructus ſoluere abſque interpellatione.* 941. 23. ¶ *Debet totam hæreditatem acceptare, ſeu repudiare, & adeundo approbat voluntatem defuncti, neque illam poteſt alterare.* 916. 30. & c. 878. 11. ¶ *Non cadit à tota hæreditate per alienationem vnius rei, ſed ſolum à re alienata.* 860. 19. & 22. ¶ *Rectè ſibi ſoluit creditum, quod habet cũ teſtatore.* 860. 11. ¶ *Quando cogatur liberare rem legatam, ſeu donatam à cenſibus, & hypothecis in ea exiſtentibus.* 955. 25. & 55. & c. 986. 12. ¶ *Palam eſt nuncupandus per teſtatorem, itaut hæc nuncupatio exaudiatur à ſeptem teſtibus.* 973. 7. ¶ *Impugnat, quæ teſtator contra legem diſpoſuit, prout etiam poſſet ipſomet teſtator, neque adeundo cenſetur approbare, niſi ea, quæ de iure poteſt præcipere.* 853. 24. & 26. ¶ *Non habet ex inuentario aliquod priuilegium, vt creditum ſuum poſterius efficiatur anterius, & an ei detur electio, in qua re velit ſibi ſatisfieri.* 932. 14. ¶ *An poſſit continuare negotiationem teſtatoris, ſeu aliam nouam inſtituere.* 832. 22. ¶ *Grauatus reddit rationem de omnibus adminiſtratis, & conſumptis, & ſoluit omnia damna, & intereſſe.* 832. 30. ¶ *Præſtat cautionem fideicommiſſario pro ſua poſſibilitate, non conſiderato valore bonorum reſtituendorum.* 822. 4. ¶ *Vendit bona hæreditaria etiam ſubiecta fideicommiſſo pro ſatisfaciendis creditoribus, & pro impenſa funeris, ac legatis relictis.* 860. 1. ¶ *Non diminuit dotem filiæ taxatam à teſtatore.* 916. 23. ¶ *Adeundo contrahit veram obligationem de obſeruando omnia in teſtamento contenta.* 839. 4. ¶ *Cum beneficio legis & inuentarij obligans ſe ad ſolutionem legatorum non poteſt prætendere, quod vires hæreditariæ non ſufficiant.* 916. 31. ¶ *Inſtitutio hæredis particularis æquiparatur legatis.* 973. 61. ¶ *Verba imperſonaliter prolata non vitiant diſpoſitionem in vltimis voluntatibus, ſed referuntur ad hæredem.* 941. 17. ¶ *Pœna non tranſit ad hæredem.* 862. 28. ¶ *Declaratio reſpiciens inſtitutionem hæredis, quando requirat ſeptem teſtes, vel duos.* 922. 32. ¶ *Poſt aditionem ſtatim acquirit dominium rerum hæreditariarum.* 828. 37. ¶ *Citatio per edictum eſt facienda per hæredem quo ad creditores*

incertoi. 932. 15. ¶ *Quo caſu detur actio ſpolij hæredi, & contra hæredem. 974. 20.* ¶ *Declaratoria requiritur, quod hæres contrauenient ſit priuatus hæreditate. 860. 16.* ¶ *Teſtator non præſumitur voluiſſe grauare hæredem duplici onere, ſed minus quàm fieri poſſit. 816. 23.* ¶ *Nomen hæredis non eſt exprimendum in codicillis. 895. 60.* ¶ *Nominatio hæredis per teſtatorem facienda eſt de forma, prout etiam modus, per quem debet exprimi. 973. 24. & 27.* ¶ *Poteſt grauari in proprijs bonis, nec admittitur recuſatio talis oneris, ſi hæreditas aditur. 878. 13.* ¶ *Verba, quod hæres teneat aliquem domi ſuis expenſis idem important ac ſi alimenta eſſent relicta. 969. 26.* ¶ *Inſtitutio teſtatoris ſcribentis quem hæredem in codicillis fecero hæres eſto, valet ſi poſtea in codicillis Titium inſtituerit. 973. 28.* ¶ *Nominatur ad interrogationem alterius tam in teſtamento nuncupatiuo, quàm in ſcriptis. 843. 28.* ¶ *Non adit hæreditatem non ſeruatis, & adimpletis, quæ teſtator mandauit ſeruari, & adimpleri. 878. 10.* ¶ *Deſcriptio, quàm tenetur facere hæres grauatus, quomodo fiat, & cuius expenſis. 822. 16.* ¶ *Hæredis inſtitutio quando comprehendat bona, quorum diſpoſitio non ſpectabat ad teſtatorem. 853. 8.* ¶ *Contrahens cum aliquo tanquam cum hærede non poteſt negare illum eſſe talem. 967. 33.* ¶ *Dicitur in mala fide poſt acceptationem legati, quod tunc nunquam præſcribit. 994. 3.* ¶ *Expenſæ veſtium lugrubrium ſpectant ad hæredem, non ad vſufructuarium. 986. 17. & 19.* ¶ *Non conuenitur ex quaſi contractu cauſato per aditionem, ſed ex illomet, qui fuit cum defuncto celebratus. 981. 17. & 21.* ¶ *Præſumitur in hærede ignorantia. 987. 21.*

Hiſtoriarum *libri plenam fidem faciunt, & inducunt notorium, maximè ſi loquantur per verba diſpoſitiua. 893. 6. & 8.*

Honeſtas *non debet eſſe deterioris conditionis alijs rebus. 976. 23.*

Honeſte *viuere quis dicatur. 976. 20.*

Hortus *quando debeat dici paratus propter cauſam domus. 896. 29.* ¶ *An ſit res ruſtica, ſeu vrbana. 896. 31.*

Hoſpes *eſt tam qui recipit, quam qui recipitur. 898. 9.* ¶ *Profeſſores artium, & doctores legum ſunt immunes ab hoſpitum ſuſceptione, prout ipſorum vxores. 898. 8.* ¶ *Hoſpitis recipiendi munus patrimonij fuit. 898. 10.* ¶ *Quo loco ſit ponendus. 898. 21.* ¶ *An veniat nomine mercatoris 898. 22.* ¶ *Quando dicatur tabernarius. 898. 2.* ¶ *Quid debeat dare militibus, & officialibus. 898. 24.*

Hoſpitalitas *laudanda, & neceſſaria. 898. 20.*

Hoſpitiola *dicebantur antiquitus etiam hoſpitalia, quibus aduenientes hoſpites recipiebantur. 898. 11.*

Hoſpitium *frequenter pro amicitia ponitur. 898. 12.* ¶ *Dicitur etiam domus, in qua ſit taberna. 898. 4.* ¶ *Habens hoſpitium in aliquo loco an poſſit prohibere, ne aliud ibidem vicinum conſtruatur. 898. 26.*

Hypotheca *ſpecialis, quando operetur prælationem in bonis emptis ad fauorẽ poſterioris creditoris, qui illam ſibi reſeruauit. 964. 23.* ¶ *Inducitur per dictionem ſuper ſiue ponatur in omnibus bonis, ſiue in particularibus, non tamen operatur, vt ſolutio debita in quantitate poſſit fieri in bonis hypothecatis. 853. 86. vſque ad 90. & c. 848. 19.* ¶ *An confirmetur, ſi tẽpore, quo venit cauſa confirmationis, non reperitur res in bonis debitoris. 856. 2.* ¶ *Ceſſat ſtante immixtione pecuniarum receptarum per creditorem cũ ſuis pecunijs. 897. 1.* ¶ *Tacita eſt eiuſdem virtutis, cuius eſt expreſſa quo ad priuilegium prælationis. 935. 38.* ¶ *Incipit currere à die accepta adminiſtrationis, nõ autem dãni illati, ſeu malæ geſtionis. 935. 5. 22. et 25.* ¶ *Præſcribitur per tertium ſpatio decennij etiam contra fiſcum, quãdo ſumus in ſucceſſore particulari, ſecus vniuerſali, in quo requiruntur triginta anni. 881. 1. 9. & 15.* ¶ *Cõpetit pro ſolutione canonis. 912. 1.* ¶ *Specialis reſeruata ſuper bonis vẽditis, donec reſiduum pretij ſoluatur, operatur, vt à quocumque illa poſſint auocari pro ſolutione pretij conuenti, ſecus ceſſante tali reſeruatione. 911. 24.* ¶ *Tacita cum priuilegio prælationis quando detur contra mulierem habentem expreſſam poſteriorẽ. 935. 34.* ¶ *Reſeruata in mercibus, & rebus venalibus remanet in illis, quæ eius loco ſubrogãtur idem in grege, grano, vino, oleo, & alijs mobilibus. 897. 16. & 18.* ¶ *Generalis comprehendit bona futura. 856. 1.* ¶ *Eſt acceſſoria ad principalem obligationem, ſine qua nihil operatur. 804. 17.* ¶ *Dotalis an præſcribatur decennio per tertium poſſeſſorẽ, ſicut in eccleſia. 881. 10.* ¶ *Anterior mulieris præfertur quibuſcumque poſterioribus etiã erogantibus pecunias ad emptionem militiæ, immo etiã fiſco, excepta cauſa primipilari. 964. 8.* ¶ *Accedens obligationi conditionali trahitur retro ad diẽ contractus, ſi exiſtat conditio caſualis, & mixta, ſecus in meri poteſtatiua. 804. 8.* ¶ *Tacita inducitur in bonis prædonis pro reſtitutione rerum ablatarum, & ad hunc effectum an requiratur illius confeſſio. 935. 2. & 4.* ¶ *Eſt ipſo iure nulla, ſi cõſtituatur ſuper re, quæ prohibetur alienari, & de nullitate poteſt tertius opponere. 855. 17.* ¶ *Expreſſa, ſeu tacita in dote an attendatur iuxta tempus promiſſionis, ſeu ſolutionis dotis, & an debeat eſſe contractum matrimoniũ. 804. 1. 15. & 27.* ¶ *Si ceſſat, facit etiam ceſſare actionem, retentionẽ, & Saluianũ. 855. 26.* ¶ *Dicitur prohibita per ſpecialem prohibitionem alienationis. 881. 6.* ¶ *Dotalis nõ præfertur alteri priuilegiatæ. 935. 40.* ¶ *Anterior non præiudicat poſteriori, quãuis res ipſa eidẽ poſteriori fuiſſet tradita. 984. 31.* ¶ *Non datur in bonis ſimplicis adminiſtratoris, ſecus ſi etiã fuerit fur, & prædo. 935. 24.* ¶ *Cõpetit pro malè ablatis propter ſolam rationẽ liberationis animarum. 935. 8.* ¶ *Scientia inuectorũ, & illatorũ in domo loca-*

ta

ta an requiratur ad effectũ hypotheca. 953. 3. ¶ Bona expreſsè, ſeu tacitè prohibita alienari an veniant in generali obligatione. 855. 10. vſque ad 16. ¶ Habens hypothecam dicitur habere ius in re, quæ magis afficit ſi fuerit ſpecialis, non generalis. 912. 27. ¶ Poſterior expreſſa quando præferatur tacitæ anteriori fauore dotis. 935. 39. ¶ Vxor renuncians ſuæ hypothecæ ſuper aliquibus bonis mariti, quando poſſit illam amplius exercere ſuper iiſdem bonis, & an debeat probare non adeſſe alia bona mariti. 932. 21. cum ſeq. ¶ Hypothecaria an ſit merè realis, & poſſit intentari tam in loco rei hypothecatæ, quàm domicilij, & contra quemcumque poſſeſſorem. 964. 10. & c. 912. 29. ¶ Creditor anterior auocat res ſibi hypothecatas ab emptore, & quolibet tertio poſſeſſore. 943. 9. ¶ Conceditur vxori in mercibus, & alijs rebus venalibus, ſi fuerint omnia bona generaliter obligata. 964. 9. ¶ Mulier non poteſt ſe iuuare ex ſua expreſſa hypotheca contra tacitam habentem vim expreſſæ cum prælatione. 935. 10. ¶ Actio primæua hypothecaria datur ratione damnorum, & intereſſe, quaſi re non tradita. 950. 20. ¶ Vxor non præfertur creditoribus mariti, quamuis habeat inſtrumentum dotale cum hypotheca bonorum viri celebratum ante contractum matrimonium. 804. 6. ¶ Eſt danda non ſolum pro exactis contra adminiſtratorem doloſum, ſed etiam pro intereſſe. 935. 6.

Iactatio in dubio non præſumitur. 967. 26.

Identitas probatur ex coniecturis, & leuioribus probationibus, & quales debeant eſſe. 897. 9. & c. 969. 14. & c. 883. 8. ¶ Et de probanda identitate domus. 855. 5. & c. 954. 9. ¶ Teſtes deponentes, quod bona poſſeſſa ab vno hodie poſſideantur ab alio probant identitatem illorum. 969. 15. ¶ Probatur per duas demonſtrationes, ſeu confines, quamuis alia non conuenirent, & quomodo hoc intelligatur. 883. 1. & 4. & c. 911. 33. ¶ Pecuniarum qualiter probetur, vt praiudicet creditoribus, & an ſufficiant indicia. 897. 5. & c. 955. 2. ¶ Pecunia accepta pro ſolutione rerum emptarum quando faciant præſumere identitatem pecuniarum. 897. 10. ¶ Dicitur probata eo ipſo, quod conſtat fideicommittentem poſſediſſe bona in aliquo loco, ſi poſtremo illa poſſideantur per deſcendentes in eodem loco, niſi nouus titulus exhibeatur. 969. 16. ¶ In vino, grano, mercibus, & ſimilibus eſt probanda identitas ad hoc, vt habeat locum hypotheca. 897. 8. ¶ In antiquis ſufficit ſemiplena probatio identitatis. 883. 9. ¶ Breuitas temporis inducit præſumptionem identitatis pecuniarum, quas venditor cenſus habuit, & ſtatim illas attulit ad bancum, concurrere præſertim paupertate. 955. 3. ¶ De identitate folij. 951. 14. ¶ Ceſſat ſtante immixtione pecuniarum receptarum per creditorem cum ſuis pecunijs. 897. 1.

Ignorantia Iudicis, cui non fuit notificata minor ætas, vel ſimilis defectus operatur, vt ſententia non poſſit dici nulla. 950. 25. ¶ Iuris non excuſat. 920. 33. ¶ Defectus contractus non inducit ratihabitionem. 823. 29. ¶ Facit, vt quis non dicatur contemnere, aut contrauenire. 944. 38. ¶ Non tollitur ignorantia defectus per geminationem actus. 824. 58.

Illatio non fit ex diuerſis. 875. 31. & c. 876. 18. ¶ Quãuis diuerſitas ſit in ſola ratione. 859. 10.

Immemorabilis operatur, vt poſſit allegari quicumque titulus, & quodcumque priuilegium magis proficuum. 871. 18. ¶ Quomodo probetur, & per quos actus excludatur. 918. 39. & 40.

Impedimentum excuſat impeditum à quocumque temporis lapſu, itaut habeatur pro facto, quod erat faciendum. 929. 1. ¶ Actus non poteſt ſuffragari ei, qui impedimentum præſtat, vt non ſit validus. 815. 15. ¶ Impedimento vno ſublato, non cenſetur remotum alterum. 928. 11. & 16. ¶ Impeditus adimplere propter impedimentum partis an debeat illam interpellare. 851. 27.

Imperator quando habeat priuilegium l. bene à zenone. C. de quadrienn. præſcript. & quid in alijs habentibus iura imperij. 907. 22. & 25.

Imperſonalia verba vitiant diſpoſitionem in contractibus, ſecus in vltima voluntate, in qua referuntur ad heredem. 941. 17.

Implementum habetur pro adimpleto, ſi ex facto partis debeat fieri liquidatio eius, quod debet adimpleri, & non fiat. 851. 2. & 10. ¶ Alia vide in verb. adimplementum.

Impugnans diſpoſitionem an ſit excluſus omni commodo, & vſu illius. 967. 28.

Incertitudo vitiat quamcumque diſpoſitionem tam agẽdo, quàm excipiendo. 1000. 19. & c. 923. 3. ¶ Tollitur per ſecundam diſpoſitionem, quæ verificatur ex præcedentibus. 946. 27. ¶ De incertitudine partiti deciſiui quando debeat attendi. 946. 26. & 29. ¶ Impeditus adimplere propter incertitudinem debet offerre ſe paratum ad omnia, quæ ſibi incumbunt. 851. 25.

Incertus euentus non eſt expectandus, & ſatius eſt rem ſaluam fore, quàm tabulas cautionis habere. 832. 18.

Incolatus non acquiritur abſque animo perpetuo permanendi. 824. 37.

Incompatibilitas facit, vt ſit receſſum per ſecundum actum à primo. 876. 16.

Incontinenti, quæ fiunt, cenſentur ineſſe. 877. 12.

Incluſio rerum inuectarum, quando detur. 953. 19.

Indemnitas, quæ venit in conſequentiam, cenſetur promiſſa in recognitione bonæ fidei. 831. 19.

Indiuiduum poteſt fieri diuiduum ex voluntate contrahentium. 968. 24. ¶ Sermo qualificatus eſt caput indiuiduum. 973. 21.

Induſtria perſonæ cenſetur electa, ſi aliquid committatur arbitrio, & iudicio alicuius. 978. 31. ¶ Negotium indeterminatè commiſſum operatur electionem induſtriæ perſonæ. 978. 32.

32. ¶ *Iudex appellationis ſubrogatus in locum primi Iudicis non poteſt facere ea, quæ requirunt induſtriam perſonæ*. 978. 33.

Infamia *non irrogatur ex condemnatione criminis priuati, ſecus publici*. 960. 26. ¶ *In caſibus, in quibus fieret condemnatio propter priuatum delictum inducens infamiam requiritur, vt quis condemnetur ratione doli, non latæ culpæ*. 960. 27.

Infirmare *quid ſignificet*. 902. 8.

Infirmus, *& ſenex quando æquiparentur, itaut ſtatutum loquens de vno procedat in alio*. 805. 9. & 12. ¶ *Non carceratur*. 805. 14.

Inhibitio *an concedatur ſine cauſæ cognitione*. 914. 23. & 27. ¶ *Dicitur attentata poſt litis pendentiam*. 914. 29.

Inimicitia *excludit teſtem deponentem pro matrimonio, prout etiam ſingularitas*. 849. 17.

Iniuſtitia *notoria quæ dicatur ad effectum retardandi executionem inſtrumenti iurati*. 872. 4. ¶ *Res iudicata nunquam habet locum ſtante notoria iniuſtitia*. 987. 29.

Inquiſitores *hæreticæ prauitatis habent iuriſdictionem etiam ſine territorio*. 918. 39.

Inſcriptiones *in antiquis plenam probationem faciunt*. 918. 8. & c. 893. 31. ¶ *Secus contra tertium*. 859. 21.

Inſinuatio *quando requiratur in teſtamẽto iuxta ſtatutum Peruſinum; & an ſit neceſſaria petitio, & ſententia*. 869. 1. ¶ *Præſumitur ſtante diuturnitate temporis*. 869. 4. ¶ *An ſit neceſſaria in donatione facta ob cauſam matrimonij*. 984. 25. ¶ *Requiritur in donatione facta tàm extraneo, quàm coniuncto*. 887. 19. ¶ *Decretum Iudicis non eſt adhibendum in inſinuatione, nec aliqua cauſæ cognitio*. 827. 5. ¶ *Facultas inſinuandi donationem non competit hæredi*. 887. 14. ¶ *Defectus inſinuationis poteſt remitti per Principem*. 854. 47. ¶ *Donatio requirens inſinuationem non valet, niſi facta ſit in ſcriptis*. 887. 8. ¶ *Eſt facienda, vt vitentur fraudes, & vt magis donans poſſit deliberare an expediat donaſſe*. 854. 42. & c. 887. 24. ¶ *Renunciari an poſſit inſinuationi*. 854. 39. ¶ *Eſt imperfecta donatio antequam inſinuetur, neque donans poteſt cogi ad inſinuandum, & de varijs effectibus inſinuationis, & an ſit probanda per ſcripturam, vel ſtetur confeſſioni donantis, & donatarij, quod fuerit facta, & quid in alia ſolemnitate*. 854. 36. & 38. ¶ *Si fiat donatio coram Iudice, propter aliam ſolemnitatem per ſtatutum requiſitam, quam propter inſinuationem, non tamen dicetur inſinuata, tanquam ad alium effectum Iudex adeatur*. 827. 6. & 9. ¶ *Omnes clauſulæ, & obligationes dependentes à principali donatione expirant non ſecuta inſinuatione*. 854. 54. ¶ *Ante inſinuationem eſt imperfecta, & ſolum incipit valere à die inſinuationis, & ante illam donatarius non facit fructus ſuos, quamuis bona donata in eum fuerint tranſlata*. 887. 17. ¶ *Defectus inſinuationis quando ſit ſublatus per patientiam, & ſcientiam eius, qui potuiſſet de eo opponere*. 869. 5. ¶ *Concernit ſolemnitatem actus illius loci, in quo fit*. 887. 6. ¶ *Eſt neceſſaria in renunciatione hæreditatum delatarum, & deferendarum, & in remiſſione iuris quærendi*. 858. 30. ¶ *Inſtrumentum factum coram Iudice decretum interponente an cenſeatur inſinuatum, quamuis Iudex non pronunciauerit ſuper inſinuatione*. 827. 1. & 4. ¶ *Hæres poteſt opponere, quod donatio non fuit inſinuata, ſicut poterat ipſemet defunctus, qui donauit*. 887. 13. ¶ *Princeps concedendo facultatem teſtandi, ſeu donandi, an ſolum remoueat neceſſitatem inſinuationis*. 854. 38. & 57.

Inſtantia *iudicialis per alium capta quando poſſit per vnum proſequi in cauſa communi pluribus*. 974. 5.

Inſtitor *poteſt præiudicare domino, qui illum præpoſuit*. 851. 17.

Inſtitutio *hæredis inuicem facta an poſſit reuocari, itaut non conſideretur deceptio, quamuis vnus crederet alium permanſurum in voluntate non reuocandi*. 908. 10. ¶ Vide in verb. hæres.

Inſtrumentum *dicitur probatio probata, & caſus legis, & contra illud veniens grauatur duriori probatione*. 963. 10. & c. 939. 41. & c. 874. 2. ¶ *Habet vim definitionis cauſæ, & facit notorium, & fidem indubitatam*. 952. 13. & c. 981. 9. ¶ *Simulatum eſt nullius roboris, & momenti*. 876. 23. ¶ *Factum coram Iudice an cenſeatur inſinuatum*. 827. 1. & 4. ¶ *Non eſt curandum de matrice, vbi adeſt inſtrumentum*. 889. 13. ¶ *Publicatum à notario cum ſolito ſuo ſigno dicitur originale, non exemplum, & plenè probat, quamuis non reperiatur in prothocollo*. 877. 24.

Integrè *intelligitur in legatis abſque detractione falcidiæ*. 823. 7.

Interdictum *Saluianum, quod competit ſuper aliqua re debet etiam concedi ſuper alia, quæ eius loco ſubrogatur*. 943. 24.

Intereſſe *tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis debetur mulieri propter dotem non ſolutam*. 823. 15. ¶ *Conſiſtit circa damnum emergens, & lucrum ceſſans, non tamen continet pœnam*. 833. 12. ¶ *Proportionabile, & veriſimile, quando poſſit ab initio taxari*. 911. 18. ¶ *Sors principalis ſuccedit loco intereſſe, quæ eſt deponenda pro ſecuritate eius, cui debet impleri*. 946. 7. ¶ *Recambium idem eſt, quod intereſſe de intereſſe*. 987. 27. ¶ *Promittens reſtituere granum cum intereſſe tenetur ad intereſſe quanti plurimi ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa reſtitutio*. 852. 36. ¶ *Lucri ceſſantis quam probationem requirat*. 839. 14. ¶ *Quando debeatur intereſſe de intereſſe*. 987. 2. & 12. ¶ *Quo caſu poſſit peti per mercatorem, & ſit probanda negotiatio de tempore moræ, & quod lucrum ſit in potentia proxima, & quid in foro*

con-

conſcientia. 989. 22. ¶ *Actio hypothecaria datur ratione damnorum, & intereſſe, quaſi re non tradita*. 950. 20. ¶ *Interpellatio capiendi pecunias ad intereſſe eſt facienda perſonaliter* 829. 8.

Intereſſe *prætendens in cauſa non auditur, niſi de eo docuerit*. 869. 24. & c. 1000. 11. ¶ *Verba dicto de intereſſe ſunt ablatiui abſoluti, & important conditionem*. 1000. 10.

Interlocutoria *non requiritur ſuper reuiſione calculi, ſed debet procedi ad vlteriora in negotio principali executiuo ad euitandam appellationem* 938. 5. ¶ *Reuocatur per quemcumque Iudicem, etiam inferiorem*. 959. 23. ¶ *Alia* vide in verb. Iudex.

Interpellatio *requiritur in obligatione ad diem incertum*. 853. 49. & 54. ¶ *Iudicialis facit, vt pars teneatur magis illi credere*. 944. 47. ¶ *Non eſt neceſſaria quo ad acquiſitionem fructuum ad fauorem viduæ, ſi debitor agnouit bonam fidem, & ſe debitorem conſtituat*. 824. 54. ¶ *Debitor abſens quanto tempore ſit expectandus poſt interpellationem*. 853. 57. ¶ Capiendi pecunias ad intereſſe eſt facienda perſonaliter. 829. 8.

Interpretatio *non admittitur in claris*. 927. 22. ¶ *Semper eſt facienda ad actum non voluntarium*. 967. 25. ¶ *Priuilegiorum, reſcriptorum, extrauagantium, ſententiarum, & ſimilium ad quem ſpectet*. 927. 10. ¶ *Debet fieri, vt minus lædatur ius commune*. 942. 27. ¶ *Extenſiua non excluditur, ſi ex mente contrahentium prouenit*. 957. 58. ¶ *Ex æquitate, & mediocritate contra conuentionem non admittitur quando adeſſet aliqua captio*. 957. 57. ¶ *In dubio fit contra eum, qui poterat apertius loqui*. 883. 31. ¶ *Quando Iudex poſſit interpretari dubia iuris in ſtatuto contenta, & quo caſu pro tali interpretatione ſit recurrendum ad ſuperiorem*. 927. 18.

Interrogatoria *quando conualident examen teſtium etiam facta publicatione*. 890. 11.

Intimatio *an ſit reproducenda ad effectum, vt quis poſſit dici habuiſſe ſcientiam venditionis*. 957. 10.

Inuentarium, & *deſcriptio bonorum multum differunt*. 822. 18. ¶ *Plenè probat contra conficientem*. 981. 14 ¶ *Præſeruat hæredem, vt non teneatur vltra vires hæreditarias*. 998. 2. ¶ *An requirat viſum teſtium*. 849. 54. ¶ *Procurator, & negotiorum geſtor conueniuntur pro omiſſis, & neglectis, & de culpa etiam leui propter inuentarium non legitimè confectum*. 998. 5. ¶ *Eſt realiter producendum, nec ſufficit illius indicatio*. 981. 24. & 26 ¶ *Notario an ſtetur circa ſtylum confectionis inuentarij*. 998. 18. ¶ *Defectus ſubſcriptionis hæredis in inuentario an attendatur, ſi adſit decretum Iudicis, & quid ſeruetur de ſtylo Auditoris Cameræ*. 998. 15. ¶ *Conſuetudo loci attenditur circa ſolemnitates adhibendas in inuentarijs, quidquid aliud ſit de iure*. 998. 19. ¶ *Grauatus reſtituere poſt mortem, non tamen cogitur ad conficiendum inuentarium, ſed ad ſolam deſcriptionem bonorum*. 822. 14. ¶ *Reperta in domo defuncti non ſunt ponenda in inuentario, niſi ſint hæreditaria, & per eum poſſeſſa*. 998. 10. ¶ *Impugnans inuentarium propter omiſſionem bonorum non deſcriptorum tenetur probare, quod adeſſent alia bona per defuncti poſſeſſa tempore mortis*. 998. 3. ¶ *Clauſula addendi ſi quid apparebit omiſſum in inuentario excludit omnem doli præſumptionem*. 998. 13. ¶ *Hæres poteſt conſtituere procuratorem tam abſentem, quàm præſentem ad conficiendum inuentarium*. 998. 4. ¶ *Singularitas teſtium præiudicat quando tendit ad probandum, quod inuentarium non ſit ritè confectum, neque hoc caſu poteſt dari iuramentum in ſupplementum*. 998. 8. ¶ *Præſens confectioni inuentarij, & recipiens bona hæreditaria dicitur approbaſſe inuentarium*. 998. 21. ¶ *Omittens aliquid deſcribere in inuentario non dicitur doloſus*. 998. 12. ¶ *Hæres non conficiens inuentarium ſtatim adeundo contrahit veram obligationem de obſeruando quæcumque ad teſtatorem ſpectant*. 981. 16. ¶ *Ad inſtantiam creditorum, & legatariorum, & aliorum quorumcumque intereſſe habentium tenetur hæres reddere rationem de bonis deſcriptis in inuentario*. 981. 27.

Inueſtitura *facta viuente primo inueſtito an induceat votum captandæ mortis, ob quod debeat reprobari, vel potius dicatur de caducitate ſucceſſionis*. 818. 21. ¶ *In qua vocantur deſcendentes, & hæredes tam maſculi, quàm fœminæ comprehendit maſculos deſcendentes per fœminam*. 999. 1. ¶ *In inueſtituris coniunctis copulatiuè conditiones ad omnia præcedentia referuntur, & ad cuncta ſubſequentia cenſentur repetita*. 808. 2. ¶ *Annus, qui alicui præſcribitur ad ſuſcipiendam inueſtituram non debet ei currere, cum patitur controuerſiam ſuper feudo, & multa ſimilia*. 929. 4.

Irregularitas *quando poſſit diſpenſari per Epiſcopum*. 837. 13.

Iudæi *carcerati ſunt alendi per creditores chriſtianos*. 842. 29. ¶ *Habent beneficium retractus*. 842. 30. & 33. ¶ *Ligantur ſtatuto, quod ſtantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant*. 842. 32. ¶ *Adſtringuntur iuramento quo ad obſeruantiam illius, & puniuntur pœnis temporalibus, ſi tranſgrediantur, ſecus ſpiritualibus*. 842. 12. vſque ad 17. ¶ *Patria poteſtas conceditur etiā iudæis, ſicut chriſtianis*. 977. 7. ¶ *Non petunt delationem iuramenti in ſupplementum, ſi agatur contra chriſtianos, ſecus inter Iudæos, vel contra Chriſtianum ſuſpectum de iudaiſmo*. 842. 5. & 7. cum ſeq. ¶ *Rigor, vel æquitas an debeat ſeruari Iudæis*. 842. 26. ¶ *Confeſſio Iudæi non probat contra Chriſtianum*. 879. 19. ¶ *Paruuli iudæorum non debent baptizari inuitis pa-*

rentibus. 977. 1. ¶ Et an præferatur auus conſentiens nepotem iudæum baptizari contradictioni patris, & quo caſu ſufficiat conſenſus parentum, vel alterius ipſorum. 977. 2. & 14. ¶ An habeat ius inquilinatus. 842. 21.

Iudex quandocumque poteſt ſe informare de notorio. 824. 29. ¶ Secundus an potius debeat reuocare, quam confirmare ſententiam primi Iudicis. 965. 35. ¶ Sine iuriſdictione remanet merè priuatus. 960. 37. ¶ Eſt miniſter iuris, & non debet derogare priuilegio per ius conceſſo maximè ad petitionem partis. 868. 35. ¶ Pedaneus, & inferior quando cognoſcat de cauſa ſtatus. 960. 39. ¶ Pro bono pacis, & ex alia legitima cauſa mediam viam ſequitur. 820. 27. ¶ Quo caſu dicatur certus de ſua iuriſdictione ad effectum, vt tranſlatio penſionis ſit valida. 877. 1. 7. & 19. ¶ Appellationis quandoque in peius reformat ſententias latas. 965. 36. ¶ An poſſit interpretari dubia iuris in ſtatuto contenta. 927. 18. ¶ Non alterat obligationem partium contra formam pacti. 960. 46. ¶ Subrogatus in locum primi Iudicis non poteſt facere ea, quæ requirunt induſtriam perſonæ. 978. 33. ¶ Vnus an ſine alijs proferat ſententiam diffinitiuam, ſeu interlocutoriam, & quando admittatur ratificatio Cõiudicum. 812. 35. & 37. ¶ Ordinarius non recuſatur de iure ciuili, ſed datur adiunctus, ſecus de iure canonico. 837. 18. ¶ Creditur Iudici atteſtanti de pertinentibus ad cauſam, in qua iudicauit, ſi concurrant adminicula. 938. 10. & 12. ¶ Opinio Iudicis ſufficit, & habetur pro perfecta ſcientia ſi pronunciauit iuxta formam calculi in actis exhibiti per peritum ab eo electum, quamuis illius tenorem non viderit. 938. 16. ¶ Aſſertio Iudicis cum dicto notarij non probat, quod viderit facultates ſuæ iuriſdictionis. 877. 8. ¶ Relatio periti poſita in actis cenſetur per Iudicem viſa, & ſecundum illius tenorem iudicatum. 938. 18. ¶ Regalia, & prærogatiuæ dantur Iudici propter ſcientiam, & probitatem, quam reſpicit munus iudicandi. 840. 18. ¶ Efficitur quis Iudex cauſæ, quàm alias non poſſet cognoſcere ratione dependentiæ, & connexitatis. 960. 34. ¶ Reus an poſſit opponere in competentiam Iudicis, quamuis ſe obligauerit, vt conueniatur vbique locorum, & coram quocumque Iudice. 875. 14. ¶ Quilibet inferior reuocat interlocutorias abſque reſcripto ſuperioris. 959. 23.

Iudicium ceptum ex neceſſitate ſuſpitionis fugæ, ſeu actionis tempore perituræ, vel ſimilis cauſæ coram vno Iudice poterit agitari coram alio. 906. 19. ¶ Non reconualeſcit per ius ſuperueniens. 895. 19. ¶ Per patrem ceptum tranſit ad filium in his, quæ ad eum pertinent, quamuis non ſit hæres illius. 974. 4. ¶ Coram vno Iudice ceptum ibidem eſt terminandum. 906. 5.

Iudicium idem non datur de vno in aliud inſeparabilibus. 839. 25.

Iura plura habens præfertur habenti pauciora. 874. 20. ¶ Subueniunt vigilantibus, & non dormientibus. 941. 2. ¶ Duo ſi concurrant in vno homine faciunt illum reputari pro duobus hominibus. 803. 18.

Iuramentum conualidat contractum geſtum etiam ſine cauſa. 911. 26. ¶ Non præſumitur appoſitum in vanum. 876. 24. ¶ Non requiritur in æſtimatore communiter electo, ſed ſolum monitio partis ad videndum fieri æſtimationem, & calculum. 874. 35. ¶ De calumnia an ſit præſtandum per eum, qui petit iurari ſuper partito litis deciſiuo, antequam quis teneatur ſuper eo iurare. 946. 33. ¶ Deciſiuum habet executionem paratam, ſecus promiſſorium, ſeu aſſertorium. 946. 25. ¶ In ſupplementum datur, ſi fuerit ſemiplenè probatum. 842. 4. ¶ Generaliter præſtitum non trahitur ad ea, quæ debent ſpecialiter exprimi. 852. 6. ¶ Abſolutio à iuramento elidit illius virtutem, & contractus remanet in ſuo ſtatu, ac ſi non fuiſſet appoſitum. 824. 25. ¶ An recedatur à diſpoſitione continente iuramentum, niſi probetur cauſa, & magna impoſſibilitas. 853. 77. & 79. ¶ Diſpoſitio nunquam trahitur ad caſum, in quo interuenit iuſiurandum. 853. 73. ¶ Cauſa noua ſuperueniens non eſt comprehenſa in contractu etiam iurato, & tenaciſſimo. 884. 9. ¶ In conceſſione reuocationis non venit actus iuratus. 854. 19. ¶ Quantitas promiſſa poteſt ſolui inter coniunctos, ſecus ſtante iuramento, per quod tollitur quodcumque priuilegium coniunctionis. 853. 70. & 72. ¶ Difficultas inueniendi fideiuſſorem probatur iuramento, & quid debeat continere iuſiurandum, & per quæ verba concipiatur. 822. 11. ¶ Perſona, quæ repellitur à teſtimonio, eſt etiam repellendus à iuramento in ſupplementum. 842. 8. ¶ In obligationibus facti debet quis præciſè cogi ad illud, ſi poteſt, ſtante præſertim iuramento, & intereſſe taxatur, ſi non poſſet factum præſtari. 915. 18. ¶ Clauſula omni meliori modo non comprehendit modum per iuramentum. 854. 21. ¶ Quando liget Iudæos, & quo caſu poſſit ei deferri iuramentum in ſupplementum. 842. 7. vſque ad 17. ¶ Litis deciſiuum an detur, ſi adeſt præſumptio obliuionis ſpatio decem annorum. 946. 36. ¶ Iurans per Deum, & ad ſacra Dei Euangelia non ligatur iuramento conſtito de errore. 824. 24.

Iuriſdictio cenſetur per Principem conceſſa cumulatiuè, non priuatiuè. 891. 55. ¶ Ordinaria ampliata, & aucta efficitur delegata. 992. 12. ¶ Non poteſt minui, ſi ſit conceſſa ex titulo oneroſo. 891. 35. ¶ Eſt vnicuique ſeruanda, alias ordo confunditur. 837. 16. ¶ Quando expiret per mortem mandantis in cauſis ceptis .... 12. & c. 941. 9. & 12. ¶ Cum mero, & mixto imperio tribuit dignitatem, & præheminentiam. 845. 31. ¶ An detur ſine territorio. 918. 56. ¶ Quando poſſit vendi, & recipiat æſtimationem. 891. 41. ¶ Delegati eſt de-

debilior, & minus fauorabilis, quam ordinaria. 960. 38. ¶ Rectorum ſcholarium, arbitrorum iuris, conſeruatorum, & ſimilium qualis ſit. 918. 59. ¶ Idem eſt, quod dominium. 891. 37. ¶ Domini vnius caſtri, ſi non concordant in vſu iuriſdictionis debent illa vti alternis temporibus, & de alijs modis ſimilium diuiſionum. 997. 1. ¶ Conceſſa per Principem qualiter reuocetur. 891. 45. vſque ad. 62. ¶ Cognitio cauſæ eſt iuriſdictionis, & delegabilis, prout etiam licentia dandi Iudicem. 941. 16. ¶ Caſtrum poteſt eſſe vnius, iuriſdictio autem alterius. 839. 21. ¶ Baro poteſt priuari iuriſdictione gratuitè habita, ſecus ſi ex titulo venditionis, quo caſu neque ob ſæuitiam priuatur, ſed cogitur illam vendere. 891. 58. ¶ An dicatur gratuitè data, ſi pretium non æquiualet dignitati, & prærogatiuæ iuriſdictionis. 891. 63. ¶ Adminiſtratio feudi iuriſdictionalis an poſſit relinqui per patrem filio primogenito. 839. 23. ¶ Mentio maſculorum an videatur facta contemplatione agnationis, ſeu ratione ſexus virilis, ſi concedantur iuriſdictionalia. 999. 6. ¶ Facultas per Papam conceſſa delegandi Iudicem facit, vt iuriſdictio talis Iudicis delegati non expiret per obitum delegantis. 941. 15. ¶ In mandato delegatorio ad vniuerſitatem cauſarum, ſi vna cauſa erit cœpta, an perpetuetur iuriſdictio quo ad illam ſolum, vel etiam quo ad alias non cœptas. 941. 10. ¶ In iuriſdictione ſimpliciter conceſſa patri ſuccedunt filij æqualiter, abſque prælatione primogenituræ. 839. 13. ¶ Forma reſcripti mandantis per Iudicem reuideri calculum, an & quando dicatur ſeruata, itaut non poſſit dubitari de illius iuriſdictione. 938. 1. ¶ Obligatio de ſe repræſentando, vel de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, quando inducat conſenſum in iuriſdictionem. 875. 17. & 32. ¶ Si cauſa committatur infra certum tempus decidenda, per lapſum dies expirat iuriſdictio, niſi partes prorogent. 929. 12. ¶ In generali renunciatione iuriſdictionis an comprehendatur titulus. 834. 14. ¶ Aſſertio Iudicis, & notarij non probat, quod viderit facultates ſuæ iuriſdictionis. 877. 8. ¶ Præeminentiæ ſpectant ad eos, qui habent iuriſdictionem ex propria dignitate. 893. 24.

Ius accreſcendi excluditur per verba inſtitutionis limitata. 942. 16. ¶ Habet locum in reali, & verbali coniunctione, & etiam in verbali tantum. 807. 25. ¶ An procedat inter coniunctos coniunctione legali. 942. 18. ¶ In ſubſtitutione fideicommiſſaria iuncta cum iure accreſcendi an habeat locum tranſmiſſio cum eodem iure, & quæ coniectura requirantur. 965. 33. ¶ Teſtator faciens executorem Titium cum Sempronio, idem eſt ac ſi feciſſet Titium, & Sempronium ad effectum, vt officium vnius accreſcat alteri. 812. 5. ¶ Inſtitutus in eo, quod ſibi debetur ex neceſſitate iuris non poteſt petere niſi tertiam tertiæ, & ſi vltra petit erit iure accreſcendi. 942. 15. ¶ Tranſmiſſio petitionis legitimæ, quæ fit ad hæredes etiam extraneos, præfertur iuri accreſcendi. 807. 33.

Ius actiuum, & paſſiuum formatur in perſona defuncti. 981. 18. ¶ Ius actoris non mutatur ex variatione perſonarũ ex parte rei. 981. 30.

Ius ciuile Romanorum ſeruatur in Vrbe iuxta ſtatutum illius, quod eſt deciſorium. 972. 4.

Ius commune eſt fauorabile, itaut omnis receſſus ab eo ſit reſtringendus. 976. 8.

Ius congrui admittitur, quamuis res vendita exiſtat iuxta murum communem. 874. 23. ¶ Bulla iuris congrui ſolum exigit ornatum. 903. 19. & c. 947. 12. 14. & 19. ¶ Et quam ſcientiam requirat. 957. 8. ¶ Et an procedat in iuribus incorporalibus, ſeu vendente proprietario ad fauorem domini vtilis. 842. 38. ¶ Et an habeat locum in ſola parte rei, in qua cadit neceſſitas, vel potius in omnibus illa circumſcripta. 947. 6. vſque ad 10. ¶ Ratio eadem facit, vt ſtatutum iuris congrui extendatur. 903. 16. ¶ Vicinitas ad effectum conſtitutionis iuris congrui an debeat eſſe ex parte anteriori, vel etiam ex parte retro. 903. 14. 17. & 21. & c. 947. 16.

Ius exequendi, quod Iudicis auctoritate eſt faciendum, æquiparatur conuentioni partium. 840. 25.

Ius futurum poteſt renunciari in præiudicium quorumcumque creditorum. 882. 29. & c. 970. 22. & 30.

Ius inquilinatus an detur Hebræis in domibus, quas habitant, & quid ſignificet Gazagà, & an ſit ceſſibile, & tranſmiſſibile, & quando dicatur diuiſus propter commoditatem. 842. 21. 42. & 47.

Ius patronatus an debeat exprimi per reſignantem beneficium de iurepatronatus. 835. 1. & 4. ¶ Permutatio reſciſſa ob contradictionem patroni, tanquam facta ſine eius conſenſu, operatur, vt permutantes non poſſint redire ad beneficia permutata, ſi conſtat illos habuiſſe ſcientiam iuriſpatronatus. 835. 6. ¶ Beneficia iuriſpatronatus non comprehenduntur in conſtitutione Pij V. prohibente Epiſcopis, ne conferant beneficia in eorum manibus reſignata ſuis familiaribus, & affinibus. 809. 3. & 7. ¶ In caſu extrauag. execrabilis, & regula reſeruatoria veniunt beneficia iuriſpatronatus eccleſiaſtici, ſecus laicorum, & mixta clericorum, & laicorum. 809. 5.

Ius quæſitum non tollitur per diſquiſitionem poſteriorem. 882. 28. ¶ Conuentio aliqua non poteſt fieri in præiudicium anterioris creditoris, cui iam fuit quæſitum. 963. 2. ¶ Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo non eſt neceſſaria, quando materia, ſuper qua cadit conceſſio eſt de ſui natura præiudicialis. 940. 14.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, & lite, & appellatione pendente, an iuuet. 873. 27. ¶ Re integra quando ſuffragetur, & conualidet omnem nullitatem, tam aliqui-

ri, quàm reo. 903. 22. & c. 978. 20.

Iuſtitia non eſt euertenda ab eo, qui eſt Dei miniſter. 891. 31.

LÆſio non ſufficit pro concedenda aperitione oris, ſed aliud plus eſt probandum. 959. 12. ¶ Enormiſſima arguit exiſtentiam dolı ex propoſito, & data opera, per quem anullatur contractus etiam cum maiore geſtus. 823. 38. ¶ Qualis debeat eſſe ad effectum reſcindendi tranſactionem factam ex cauſa litis. 861. 4. 6. & 28. ¶ Ex quibus colligatur in minore, & quando audiatur ſuper quacumque læſione. 823. 25. & c. 952. 33. ¶ Eſt concludenter probanda ad effectum reſciſſionis calculi, & quomodo illa probetur. 824. 42. ¶ Vltra dimidiam non conſideratur in contractibus, in quibus nõ datur aliquid hinc inde, ſeu vnum pro alio non promittitur. 952. 25. ¶ Facit, vt ſuccurratur læſo, etiam iuranti per Deum, & ſub fide Principis, & quanta debeat eſſe læſio. 823. 28. & c. 824. 29. & 41. ¶ Non eſt ſublata, quamuis remoueantur defectus nullitatis. 824. 50. ¶ Exceptio læſionis tanquam requirens altiorem indaginem non retardat remedium manutentionis, & iudicium executiuum. 942. 27.

Legatarius quando poſſit eſſe teſtis de contentis in teſtamento. 895. 37. 39. & 75. ¶ Prohibitus petere legatum ad tempus, interim licitè percipit vſuras à teſtatore relictas. 920. 28. & 38. ¶ Accipiens poſſeſſionem abſque licentia hæredis dicitur occupator, non poſſeſſor. 920. 14. ¶ Simpliciter agnoſcens legatum videtur ſuſcepiſſe onus iniunctum, itaut nil aliud petere poſſit. 816. 9. ¶ Non priuatur legato propter litem motam hæredi, quamuis per teſtatorem fuiſſet prohibita. 844. 12. ¶ Teſtator mandans legatarias eſſe alendas expenſis hæredis, quando cenſeatur ſe reſtrinxiſſe ad fructus rerum legatarum, ſeu reliquiſſe plena alimenta. 969. 25. & 27. ¶ Renunciatio litis permittitur legatario refectis tamen expenſis. 844. 16. ¶ Petitio ſortis quando cenſeatur per teſtatorem prohibita legatario. 848. 10. & 12. ¶ Relictum in recompenſationem ſeruitiorũ, & pro eo, quod poſſet pretendi quocumque modo, cauſa, & ratione comprehendit quæcumque iura poſſent legatario cõpetere etiam diſſimilia ab expreſſis. 844. 11. ¶ Moleſtia prohibita per teſtatorem non inducit pœnam priuationis, ſi non habuit effectũ. 844. 13. ¶ Fructus rei legatæ poſſunt licitè percipi per legatarium, ſi non ſit in facultate ipſius ſortem petere. 843. 6. & 9. ¶ Aequiparatur hæredi in re legata, quam tenetur accipere cum onere appoſito, ſicut hæres. 844. 1. & 3. ¶ Teſtator, ſi iubeat bona vendi, & pretium dari pauperibus, tūc pauperes dicuntur eſſe legatarij pretij, prout è contra. 932. 30. ¶ Hæredi magis eſt fauendum, quando tractat de damno vitando, quàm legatario. 816. 22. ¶ Relictum ad vſum legatarij, & pro eius alimentis eſt perpetuum, & tranſmiſſibile ad ſucceſſores, niſi adſit clauſula eius vita durante, vel ſimilis. 937. 2. ¶ Quando legatarij contribuant, ſi aliquod legatum non poſſit ſolui, ſiue conſiſtat in ſpecie, ſiue in quantitate. 988. 15.

Legatum quantitatis reinueſtienda habetur pro ſpecie, itaut ex eo poſſint licitè percipi fructus. 941. 22. ¶ In ſpecie de locis montium de tali, & tali erectione, non debetur, ſi illa non reperiantur. 988. 1. ¶ De re aliena factum loco pio valet, & eſt ſoluendum per hæredem, prout ſi fieret coniuncto, & amico, & pro libertate, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, tàm de iure ciuili, quàm canonico. 955. 34. 37. 46. & 51. ¶ Factum ſorori quando veniat detrahendum de legitima matris. 942. 7. ¶ Primum & ſecundum quando poſſit peti. 922. 19. & 23. ¶ Cenſetur illud, quod minus eſt. 922. 37. ¶ Certi fundi comprehendit quidquid ſub tali nomine nuncupatur. 947. 28. ¶ Purum tranſmittitur ad hæredes legatarij, ſecus ſi fieret per verba limitatiui temporis. 937. 1. & 12. ¶ Poteſt relinqui nutu, & per coniecturas. 973. 59. ¶ Eſt donatio afferens maiorem vtilitatẽ, quàm inſtitutio. 922. 29. ¶ Non debet extendi de vna re ad aliam etiam ſi fiat coniuncto. 816. 25. ¶ Eſt præſtandum de manu hæredis, nec debetur ante aditam hæreditatem. 922. 27. ¶ Si transferatur videtur transferri cum qualitate prioris legati. 808. 13. ¶ Quando cenſeatur relictum animo compenſandi cum lucro dotali. 816. 1. ¶ Relictum contemplatione maſculorum pro vſu familiæ quando comprehendat fœminas. 930. 7. & 9. ¶ Rei alienæ ſcienter factum valet, quamuis teſtator dixerit lego fundum illum meum. Idem ſi ſciret dictam rem alienam eſſe alteri obligatam. 955. 53. ¶ Tranſit ad hæredes legatarij. 937. 20. ¶ Eſt indiuiduum, & vnica voluntas, nec datur illius acceptatio ſine qualitatibus, & oneribus in eo expreſſis. 844. 4. ¶ Qualitas poſita in primo legato quando cenſeatur repetita in alio ſtanti dictione pariter, vel alia repetitiua. 937. 3. & 5. ¶ Hæres quando teneatur luere res legatas, ſeu alteri obligatas. 986. 10. ¶ Legans cameram ſuam conductam intelligitur legare contenta in camera. 940. 34. ¶ Poteſt repudiari in præiudicium creditorum. 882. 31. ¶ Identitas rationis an operetur, vt conditio primi legati ſit repetita in ſequentibus, & quando ad hoc probandum ſufficiant præſumptiones. 937. 6. & 9. ¶ Teſtator legando fundum communem cenſetur legaſſe partem ſuam, ſecus fauore piæ cauſa. 955. 47. & 50. ¶ Legans omne penum præter vinum, quod erat Romæ, dicitur reſtrinxiſſe legatum ad penum Romæ exiſtens. 922. 11. & 13. ¶ Fratres ordinis Prædicatorum ſunt exempti à ſolutione cuiuſque quartæ debitæ ex legatis pijs. 926. 1. ¶ Relictum rei alienæ coniunctis perſonis an valeat, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter legetur. 988. 7. & 10. ¶ In ſpecie debita ex teſtamento non veniunt

vſura

vſuræ ex mora, ſi illa ſit redigenda ad pecuniam, ſecus ſi legetur pecunia, vt inde ematur ſpecies. 932. 33. ¶ *Non adimplens onus in legato iniunctum dicitur voluntatem teſtatoris circumuenire.* 844. 2. ¶ *Traditio legati facta in vita teſtatoris an extinguet naturam ipſius legati, itaut transferatur in donationem irreuocabilem* 910. 6. 8. & 24. ¶ *Ius accreſcendi procedit in legato proprietatis etiam inter verbis coniunctos.* 892. 28 ¶ *Aeſtimatio rei legatæ nunquam debetur etiam in caſibus, in quibus ætas illa eſſet debita, ſi poteſt colligi, quod teſtator ipſam rem reliquerit.* 988. 12. ¶ *Locus in legato quando ſit appoſitus demonſtratiuè, ſeu taxatiuè.* 988. 19. 23. & 26. ¶ *Hæres dicitur in mala fide poſt acceptationem legati, quod tunc nunquam præſcribit.* 994. 3. ¶ *Teſtator declarans, quod vxor tranſiens ad ſecunda vota non poſſit petere legatum victus, & veſtitus, & habitationis à contrario ſenſu, ſi remaneat in viduitate, poterit illud petere.* 954. 34. ¶ *Coniecturæ admittuntur ad probandum, quod teſtator voluerit legare æſtimationem propter ius ſanguinis, prout è contra alia ſunt admittenda, vt propter dictum ius noluerit relinquere.* 988. 13. ¶ *Hæreditas diminuitur per æs alienum, quod præualet legatis per teſtatorem relictis.* 998. 1. ¶ *Teſtator an præſumatur voluiſſe legare ſolum ius, quod habet in re legata.* 986. 13. ¶ *Interpretatio ſemper eſt facienda, vt minus hæres ſit grauatus etiam in legato facto vxori.* 922. 36. ¶ *In legato fundi Meuiani quando veniat ſolum vnus fundus, quamuis plures fundos Meuianos teſtator haberet.* 947. 29. ¶ *Vſus loquendi per teſtatorem obſeruatus præualet in interpretatione legati.* 947. 31.

Legatus *de latere nihil ſtatuit contra ius commune.* 859. 7. ¶ *Non poteſt conferre beneficia vacantia in curia, niſi hoc ſpecialiter ſibi concedatur.* 982. 6.

Legendæ *ſanctorum probant.* 893. 10.

Legitima *eſt tertia pars portionis ab inteſtato prouenientis.* 942. 4. ¶ *Debetur filio poſt mortem patris, & matris, non autem ipſis viuentibus.* 950. 6. ¶ *Deducitur ex lucro mariti quando dos eſt inofficioſa.* 950. 12. ¶ *Non eſt debita matri ſtante pupillari ſubſtitutione.* 979. 40. ¶ *Recipit onus ad commodum filij tam minoris, quàm maioris.* 983. 26. ¶ *An ſit danda filijs in proprietate, & non in vſufructu.* 983. 8. ¶ *Tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos, ſicut eius ſupplementū, itaut talis tranſmiſſio præferatur etiam iuri accreſcendi.* 897. 33. & c. 983. 15. ¶ *Non petitur per filium à monaſterio, quamuis pater profeſſionem emiſerit.* 815. 9. & 11. ¶ *Matris an ſit tertia pars totius hæreditatis filij, ſeu tertia eius, quod habitura eſſet ab inteſtato.* 942. 1. 17. & 21. ¶ *Non detrahitur per filium, ſi pater ei reliquerit hæreditatem, ſeu legitimam, & filius eādem hæreditatem acceptauerit.* 983. 3. ¶ *Eſt danda auiæ in bonis neptis.* 942. 2. ¶ *Poteſt relinqui per patrem filio in aliquibus bonis, facta diſpoſitione de reliquis, prout voluerit.* 983. 2. ¶ *Poteſt peti vſque ad triginta annos non obſtante ſtatuto Vrbis, quod in ea non habet locum.* 807. 34. ¶ *Eſt ſoluenda in rebus corporalibus hæreditarijs, niſi filius conſentiat, vt in pecunia ſoluatur, ſeu per ſtatutum ita mandetur.* 853. 42. & 44. ¶ *Pater vltra legitimam non tenetur aliquid filio relinquere.* 863. 7. ¶ *Filia non poteſt præiudicare matri in legitima, quamuis aliquid ei relinquatur, ideo dabitur ſupplementum vſque ad debitum bonorum ſubſidium, licet ſimus in matre binuba.* 950. 10. ¶ *In legitima an detur ſucceſſio vniuerſalis.* 942. 19. ¶ *Habens cauſam à filio non poteſt contradicere oneri iniuncto in legitima, quamuis idem filius poſſet impugnare.* 983. 11. 14. & 21. ¶ *Hæreditas diminuitur per æs alienum, quod præualet legitimæ.* 998. 1. ¶ *Diſpoſitio facta filio, vt eius legitima non tranſeat ad fiſcum ex delicto per eum committendo continet promiſſionem ipſi fauorabilem, propter quam fiſcus in ea non ſuccedit.* 983. 25. ¶ *Filius non poteſt conquæri de inofficioſo teſtamento, cum integra legitima ſibi relinquitur ſi paternæ voluntati non acquieſcat.* 983. 5. ¶ *Filius acceptans legitimam conſtitutam in pecunijs, & fructibus, ſeu bonis mobilibus, ſi illa non ſufficiant poterit cogi ad accipiendum ſupplementum in ſimilibus rebus.* 983. 28. ¶ *Succeſſor non poteſt variare in legitima debita filio auctori, ſicut non daretur variatio eidem filio.* 983. 1. ¶ *Bona in ſolutum quando poſſint dari creditori loco quantitatis promiſſæ pro legitima.* 853. 80. ¶ *Filiæ excluſæ per ſtatutum an faciant partem in legitima matris, & illam minuant, etiam ſi per teſtatorem vocentur.* 942. 5. & 26. ¶ *Tranſmiſſio legitimæ differt à grauamine in ea iniuncto, quod poteſt reijci per filium ex priuilegio perſonali, quod non tranſit ad hæredem.* 983. 16. & 19. ¶ *Filius in legitima tenetur imputare quidquid ex bonis paternis eſt conſecutus ex patris diſpoſitione, ſiue titulo legati, ſiue vſusfructus, & alimentorum.* 983. 6. ¶ *Nepos ſi inſtituat extraneum præterita ſorore, & inſtituta Auia in eo, quod ſibi de iure debetur, illius legitima erit dimidia, & ſic ſexta, non autem tertia totius.* 442. 22. ¶ *Patronus inſtitutus hæres à ſuo liberto in legitima, quæ hodie eſt tertia, non poteſt in ea grauari, & ſi non contradixit oneri, neque eius hæres poterit contradicere.* 983. 22. ¶ *An poſſit reputari in præiudicium creditorum.* 882. 31.

Legitimatio *non facta mentione filiorum, quando ſit valida, & quid operentur clauſulæ non obſtantibus, derogatoriæ, vel ſimiles.* 958. 18. & 20. ¶ *Quæ concernit præiudicium tertij reſpectu bonorum, de quibus pater poterat diſponere, dicitur fauorabilis, & latam interpretationem recipit.* 958. 32. ¶ *Habilitationes*

illegi-

illegitimorum, vt ſuccedant in portione eis aſſignanda per parentes habent vim legitimationis. 936. 5. 7. & 9. ¶ Immiſſio in poſſeſſionem bonorum iuxta l. fin. C. de edict. diu. adrian. tollend. eſt concedenda filio legitimato per patrem hæredi inſtituto. 958. 21. ¶ Inſtitutio filij naturalis, quamuis non legitimitati an valeat. 958. 5. 7. & 14.

Legitimitas præſumitur pro filio, & agnato exiſtente in poſſeſſione filiationis, & bonorum. 969. 6.

Lex noua comprahendit ſolum præterita negotia, non futura, quamuis adſit aliquis caſus præteritus, qui expectet perfectionem in futurum. 985. 7. & 19. ¶ Caſus legis tollit omnem dubitationem. 867. 24 & c. 940. 2. ¶ Conuentio facta lege permittente non eſt impugnanda. 970. 21.

L. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituend. quomodo intelligatur. 973. 33. ¶ L. balneum. §. titia prædium. ff. qui potior. in pign. habeant. exponitur. 856. 5. & 24. ¶ L. bene à zenone. C. de quadrienn. præſcript. quo caſu procedat. 907. 7. & 22. ¶ L. cum pater filios. §. pater certam. ff. de legat. 2. declaratur. 916. 24. & 29. ¶ L. cum patronus. ff. de legat. 2. comprahendit etiam filium; & de eius intellectu. 983. 24. ¶ L. de his. ff. de tranſaction. quando habeat locum. 858. 16. & 18. ¶ L. final. C. de vendend. reb. ciuitat. lib. 11. extenditur etiam ad Caſtra, & ſimilia, præter ibi contenta. 933. 14. ¶ L. fin. C. de edict. diu. adrian. tollend. an debeat operari in beneficium filiorum alias incapacium pro illa parte, pro qua poſſunt inſtitui, vt in vncia, vel ſimili. 958. 22. ¶ L. final. C. de nouation. quid diſponat. 962. 2. ¶ L. fratres. C. de inoffícioſ. teſtam. ad quos caſus porrigatur, & quando illi cenſeatur derogatum. 936. 2. 10. & 14. ¶ L. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. ampliatur ad omnia, in quibus tractatur de æſtimanda vita hominis, ſiue ſimus in falcidia, ſiue in legitima. 983. 9. ¶ L. interdum. ff. qui potior. in pign. habeant. qualiter ſit intelligenda. 953. 17. ¶ L. iubemus. C. de teſtam. intellectus. 973. 35. ¶ L. more romano. ff. de ſer. ſeruanda eſt in ſolutionibus, contractibus, conuentionibus, & in quibuſcumque actibus. 972. 21. ¶ L. penult. ff. de pretor. ſtipulation. an ſit correcta. 962. 2. ¶ L. 1. ff. de priuileg. creditor. quid contineat. 978. 13. & 16. ¶ L. quandiu. §. 3. ff. de acquir. hæredit. in quibus caſibus procedat. 979. 20. ¶ L. qui habebat. quæ eſt penult. ff. de vulg. & pupill. qualiter ſit declaranda. 979. 10. 19. & 36. ¶ L. qui ſic ſoluit. ff. de ſolution. quem ſenſum habeat. 962. 38. ¶ L. qui ſolidum. §. 1. ff. de legatis. quomodo intelligatur. 802. 16. ¶ L. quod ſcitis. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber. an ſit correcta, & propter varios ſenſus an poſſit allegari ad deciſionem cauſarum. 971. 32. vſque ad 38. ¶ L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. quomodo limitetur. 983. 24. ¶ L. ſcripturas. C. qui potior. in pign. habeant. non attenditur, vbi ceſſat ſuſpitio antidata. 964. 28. ¶ L. 2. C. de reſcind. vendit. an tollatur per actus geminatos. 824. 58. ¶ L. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. publ. exponitur. 896. 12. & 16. ¶ L. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtrat. an ſit correcta. 973. 35. ¶ L. ſi quis argentum. C. de donation. porrigitur etiam ad pactum de donando, & quando procedat. 887. 10. & 22. ¶ L. ſi quis in tantam. C. vnd. vi. an militet contra conſocium. 948. 52.

Liberare eſt luere, & nexum pignoris diſſoluere. 924. 50.

Liberatio non dicitur facta per partem ſolutionis debiti. 966. 16.

Liberè verbum an inducat licentiam faciendi di actum abſque alicuius auctoritate. 975. 22. & 45.

Libertas eſt res ineſtimabilis, & cauſa pia, & priuilegiata. 801. 50. ¶ Relicta ſeruis ſub conditione aliquid faciendi non eſt ſuſpenſa, quamuis non pareant iuſſioni, ſed ſtatim ſunt liberi, & ſufficit, vt ex officio Iudicis compellantur ad obſeruandum onus iniunctum. 803. 22. ¶ Valet argumentum de libertate ad piam cauſam. 803. 23.

Liberum non eſt, quod alicui ſeruit, aut alteri eſt obligatum. 924. 51.

Limitata cauſa limitatum producit effectum. 897. 7. & c. 940. 17.

Linea tranſuerſalis an debeat eſſe potior illis, qui recto iure deſcendunt. 832. 10.

Liquidatio admittit appellationem etiam in materia executiua. 989. 6. ¶ Captura non conceditur, niſi liquidato debito, poteſt tamen iuſtificari, ſi poſtea illud probetur. 921. 19.

Lis habetur pro conteſtata, ſi impeditur, vt conteſtatio non fiat. 939. 9. & c. 851. 4. & 7. ¶ Non poteſt dici iuſta, vel iniuſta, niſi ſecuta ſententia. 844. 14. ¶ Succumbens in lite mota ſuper relatione facienda præſumitur malo animo feciſſe, vt tempus curreret perito, ne poſſet referre. 929. 6. ¶ Eſt execranda, maximè in perſonis eccleſiaſticis. 913. 12. ¶ Tempus litis eſt ſubducendum, quod non currit ei, qui tenetur relationem facere. 929. 3. ¶ Sumptus litis quando ſint præſtandi; & an debeantur, ſi non conſtat de paupertate, & de magna præſumptione pro iure actoris pauperis. 954. 26. ¶ Dubius eſt litis euentus vſque ad terminationem cauſæ. 846. 17. & c. 850. 4. ¶ Vitium litigioſi perpetuo durat contra perſonas, aduerſus quas fuit iudicatum. 994. 14. ¶ Proceſſus ſuper retractu non retardatur propter litem motam ſuper nullitate ſubhaſtationis. 876. 29. ¶ Exactio annuæ præſtationis non impeditur lite pendente. 981. 33. ¶ Sententiæ, & tres conformes, vel duæ habentes vim trium in iudicatum tranſacta, & executioni demandatæ requiruntur ad hoc, vt lis dicatur finita. 978. 26. ¶ Actio litigioſa, licet poſſit legari in teſtamento, proſecutio tamen eſt facienda per hæredem. 906. 17. ¶ Lucrum

con-

conſequitur, qui diſcedit à lite. 861. 14.

Litteræ Sacræ Conſulta habent vim litterarum Summi Pontificis. 839. 20.

Loca montium non vacabilia veniunt ſub diſpoſitione immobilium, & in eis datur remedium Salniani, prout in ſtabilibus, & quid in locis montium, & officijs vacabilibus. 943. 20. & 23.

Locatio permiſſa ad certum tempus, vel vſque ad tertiam generationem, ſi fiat pro maiori tempore, vel vſque ad quartam generationem in totum vitiabitur, nec valebit pro tempore permiſſo. 905. 10. ¶ Nona dicitur propter augumentum penſionis, itaut non poſſit dici relocatio. 913. 19. ¶ Plurium rerum dicitur vnica, ſi fuerit ſub vnico pretio facta, ſecus ſi illud eſſet diuiſum in ſingulas res. 968. 23. ¶ Facta per patrem pro iure competente filio ratione hypothecæ dotis maternæ an præiudicet patri, vt voluerit acquirere poſſeſſionem pro filio. 989. 12. & 16. ¶ Secnnda non poteſt dici, quod ſit continuatio primæ locationis, quando alterantur illius ſubſtãtialia. 927. 17. ¶ Penſiones rei locatæ ſunt loco fructuum. 989. 14. ¶ Frumentum perceptum ex fundo locato eſt obligatum ipſi domino pro pretio penſionis, itaut præferatur omnibus anterioribus creditoribus. 953. 1. ¶ Remedium poſſeſſorium non datur pro penſionibus debitis ex locatione, de qua non adeſt contractus, aut obligatio cum hypotheca, quidquid aliud ſit in penſionibus eccleſiaſticis. 981. 35.

Locator poteſt ante diem habere proſecutionem rerum inquilini ſuſpecti quo ad ius pignoris, licèt ſecus ſit quo ad exactionem penſionis. 953. 21. ¶ An ratione correlatiuorum, ſeu participationis incurrat pœnam, quam incurrunt Magiſtri, & ſcholares conducentes domum ante finitam locationem in ſtudio Bononienſi. 818. 48. ¶ Prælatio an concedatur locatori in fructibus pro aſſecuratione penſionis futuræ. 953. 20. ¶ Frater locans domum communi nomine omnium fratrum an eis aliquid acquirat. 852. 46. ¶ Prædia eccleſiæ non poſſunt locari, niſi per trienninm, quando quolibet anno reddunt fructus, ſecus ſi illorum recollectio fiat biennio, ſeu triennio. 931. 13.

Locus appoſitus in vna re legata an ſufficiat ad hoc, vt referatur ad alias res per teſtatorē relictas. 922. 10. ¶ Perſona dicitur eſſe in loco vbi amat potius quã vbi animat. 944. 33. ¶ Appoſitio loci eſt vna de perfectionibus in inſtrumēto requiſitis, alias ſi deficiat, illud erit nullum, itaut requiratur etiam locus loci. 899. 17. ¶ Adiectio loci præſumitur poſita potius ad excludendam reſtrictionem. 922. 14.

Lucrum ceſſans quando debeatur. 911. 22. ¶ Totum non eſt exigendum per creditorem, ſed eſt taxandum arbitrio Iudicis. 987. 26. ¶ Eſt dandum ei, qui participat de damno. 948. 34. ¶ Dotale, & legale poteſt repudiari in præiudicium creditorum. 882. 31. ¶ Legitima deducitur ex lucro mariti quando dos eſt inofficioſa. 950. 12.

Lumen ex lateribus an ſit ſpectandum, vel potius illud, quod eſt ante proſpectum domus. 896. 17.

MAior pars in collegio, ſeu conſilio, vel capitulo non poteſt dici reſpectu minoris partis, ſed totius collegij, & omnium, qui illud conſtituunt, ſecus in electione Prouincialis de ordine minorum. 933. 2.

Mala fides impedit præſcriptionem, & nocet ſucceſſoribus. 918. 41.

Mandatum primum factum cum auctoritate Iudicis an reuocetur, ſi fiat ſecundum abſque illius auctoritate. 909. 15. ¶ In quo differat d'ſceſſione. 873. 21. ¶ Speciale requiritur ad delinquendum. 806. 4. ¶ Et ad declarandum voluntatem domini. 944. 49. ¶ Et ad retrahendam rem venditam. 957. 17. ¶ An præſumatur ex ſola ſcientia, & patientia principalis. 909. 26. ¶ In dubio quando ſit præſumendum. 909. 27. ¶ Irreuocabile, & in rem ſuam non expirat morte, quidquid ſecus ſit in alijs mandatis. 812. 8. & 10. ¶ Generale non ſufficit ad incurrendam pœnam. 806. 2. ¶ Non creditur aſſerenti ſe ſcripſiſſe de mandato alterius, quod erit probandum per duos teſtes. 948. 15. ¶ Exigens vigore mandati non requirentis aliquam quietantiam an teneatur de exactis rationem reddere. 967. 30. ¶ Proſecutio iudicij capti per procuratorem non habentem mandatum inducit ratificationem omnium per eum geſtorum. 944. 56. ¶ Ratificatio æquiparatur mandato, quamuis ſpeciale requireretur. 926. 19. ¶ Aſſerens ſe procuratorem debet oſtendere mandatum, alias poteſt conueniri pro damnis, & intereſſe, & puniri tanquam falſarius. 985. 22. ¶ Actio competit contra inuaſorem, quamuis habuiſſet mandatum ad inuadendum. 985. 26. ¶ Spoliatus poteſt agere contra eum, cuius nomine fuit deiectus illo mandante, ſeu ratificante. 985. 27.

Manere quid ſignificet. 968. 21.

Manſio quid importet. 968. 21.

Manus alterius per multos facilè fingitur. 973. 50. ¶ Verba per manus intelliguntur tanquam quis ſit miniſter. 970. 5.

Manutentio conceditur, ſi probetur poſſeſſio de tempore litis. 921. 3. & c. 910. 1. & c. 899. 1. ¶ Non ritè, & rectè decreta non attenditur. 911. 55. ¶ Datur etiam lata ſententia contra poſſeſſorem, & pendente reſtitutione in integrum, & non obſtante appellatione. 872. 8. & c. 871. 13. & c. 948. 10. ¶ Eſt deneganda, ſi ius reſiſtat. 801. 27. & c. 870. 17. & 19. ¶ Eſt potius concedenda habenti poſſeſſionem cum titulo, quam ei, qui non habet niſi ſolam poſſeſſionem. 870. 32. ¶ An competat proprietario poſt obitum vſufructuarij contra illius heredes. 899. 6. ¶ Debet concedi habenti aſſiſtentiam iuris etiam non docto de poſſeſſione. 870. 8. & c. 898. 18. ¶ In concurſu manutentionis præfertur poſſeſſio magis antiqua. 910. 12. ¶ Sententia notoriè nulla debet eſſe ad hoc, vt quis habeat

ma-

*manutentionem in poſſeſſione, qua fuit ex-
pulſus vigore dictæ ſententiæ.* 950.31. ¶ *Pro-
batio facta per beneficiatum ſuper valore be-
neficiy minore, quam fuit expreſſum non fa-
cit, vt denegetur manutentio penſionario, qui
poterit meliores probationes afferre.* 948. 13.
¶ *Teſtis vnicus ſufficit pro concedenda ma-
nutentione.* 910. 21. ¶ *Prædo habet manuten-
tionem in ſua poſſeſſione, dummodo ex eiſdem
actis non appareat illum eſſe prædonem.* 899.
21. & 22. ¶ *Poſſeſſio acquiſita auctore præto-
re, & ſeruatis ſeruandis eſt manutenenda,
non habita conſideratione anterioris poſſeſſio-
nis, quæ fuit amiſſa.* 950. 30. ¶ *Quando com-
petat marito in poſſeſſione vxoris tàm ante,
quàm poſt conſummatum matrimonium.* 850.
1. *vſque ad* 16.

Maritus *approbans ſeparationem thori non po-
teſt contra eam venire.* 959. 6. ¶ *An præſuma-
tur habere ſcientiam ſtatuti originis.* 886. 25.
¶ *Pro ſuis neceſſitatibus habet facultatem
ſibi ſubueniendi de bonis vxoris etiam recla-
mantis.* 952. 11. ¶ *Non eſt affinis, ſed princi-
pium affinitatis.* 901. 30. ¶ *Non debet ad im-
paria iudicari cum vxore.* 920. 12. ¶ *Quam
actionem habeat pro dote, & vſuris dotalibus
tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio.* 920.
18. ¶ *Aes alienum mariti dicitur eſſe pro-
prium vxoris.* 952. 6. ¶ *An prohibeatur facere
alienationem neceſſariam.* 985. 4.

Maſculi *ex fœmina excluduntur à maſculo,
quando fuit habita ratio, non ſexus, ſed agna-
tionis.* 999. 2. ¶ *Linea maſculina incipit in
maſculo, fœminina autem linea incipit in
fœmina.* 901. 5. & 28. ¶ *Qualitas maſculorum
expreſſa in vna parte teſtamenti quando cen-
ſeatur repetita in alia.* 832. 12. & c. 866. 7. &
c. 930. 32. ¶ Contemplatio nuda maſculorum
an excludat fœminas. 813. 8. ¶ *Statutum ad
fauorem maſculorum an trahatur ad commo-
dum aſcendentium.* 942. 10. ¶ *Et quid in ſta-
tuto excludente filias propter maſculos, aut
fratres an extendatur, ſi tales non adſunt, vel
ſi exiſtant filij ex dictis fratribus.* 890. 28.
¶ *Fauor maſculinitatis quando conſideretur
reſpectu ſucceſſionis matris.* 813. 6. ¶ *Genus
maſculinum non comprehendit fœmininum,
ſi agatur de agnatione conſeruanda.* 866. 5.

Mater *eſt legitima tutrix filiorum, non autem
anomala.* 919. 10. ¶ *Poteſt priuare patrem
vſufructu bonorum relictorum filio, tam ex-
preſsè, quàm tacitè.* 989. 20. ¶ *Priuatur legi-
tima per pupillarem ſubſtitutionem.* 979. 40.
¶ *An poſſit diſponere, vt filia, & eius de-
ſcendentes nihil petant à ſuis fratribus occa-
ſione bonorum paternorum, & maternorum,
& cuiuſcumque hereditatis deuolutæ, & de-
uoluendæ etiam quod aliquid receperit.* 858.
12. & 22. ¶ *An offerat filium impuberem
monaſterio, vel ſolus pater.* 977. 30. ¶ *Minor
non petens tutorem filio non priuatur eius
ſucceſſione, & an hoc ſit delictum.* 862. 20. &
32. ¶ *Auia venit appellatione matris.* 977. 5.
¶ *Cauſa matris in luctuoſa filij hereditate eſt
multum æqua, itaut ei magis ſit debita ſuc-
ceſſio filij quam patri, & pro ea in dubio eſt
iudicandum.* 971. 49. ¶ *Fauor maſculinitatis
quando conſideretur reſpectu ſucceſſionis ma-
tris.* 813. 6. ¶ *Amiſſio proprietatis ob ſecundas
nuptias non eſt verè pœna in odium matris,
ſed in fauorem filiorum.* 862. 24. ¶ *In ſucceſ-
ſione bonorum, quæ peruenerunt à tranſuer-
ſalibus pater, & mater æqualiter ſuccedunt.
ſiue bona ſint ex linea paterna, ſiue materna.*
971. 20. & 31. ¶ *Nepos maſculus veniens ad
ſucceſſionem in Baronia iure propria voca-
tionis, non impeditur per inhabilitatem ma-
tris de medio, qua non minuit iura filij ma-
ſculi.* 999. 8. ¶ *Statutum, quod mater non
ſuccedat filio habenti fratres excludit eam,
ſi vnus filius deceſſit fratre præterito, & ex-
traneo inſtituto.* 942. 23. & 25.

Matrimonium, *vt ſit de præſenti, quæ verba
ſint dicenda per parochum.* 849. 55. ¶ *Probatur
per parentes, fratres, & ſorores, ſi non adeſt
magna diſparitas inter coniuges, vel ſi non
fuerit clandeſtinum.* 849. 12. & 14. ¶ *Quando
ſit cauſa finalis donationis, & in dubio cen-
ſeatur illud contemplatum potius demonſtra-
tiuè, quàm limitatiuè.* 924. 19. 53. & 55.
¶ *Spirituale debet eſſe melioris conditionis,
quàm carnale.* 882. 16. ¶ *An transfundat
originem vxoris in originem viri, itaut
ſit de illius familia, non patris, & ciuis il-
lius ciuitatis, cuius eſt vir.* 886. 1. ¶ *Re-
quirit denunciationes etiam ante Concilium
Tridentinum.* 841. 29. ¶ *Et an illæ ſint de ſub-
ſtantia.* 841. 21. *vſque ad* 25. & *an ſint facien-
dæ ab vtroque parocho contrahentium.* 841. 1.
¶ *Et an poſſint remitti per Vicarium.* 841. 2.
& 11. ¶ *Et quando facultas diſpenſandi ſuper
eis remittatur per Cõcilium ordinario.* 841. 12.
¶ *An dicatur probatum per ſolam fidem pa-
rochi etiam abſque iuramento.* 841. 7. & 10. &
c. 849. 10. ¶ *Prohibitio de non nubendo certæ
perſonæ non requirit cauſam indignitatis, &
infamia, ſed voluntatem ſolam prohibentis,
qui poterit etiam matrimonium prohibere
cum nobili, & honeſta dummodo prohibitus
alteri poſſit nubere.* 863. 18. ¶ Conſanguinitas
*qualiter ſit probanda pro dirimendo matri-
monio.* 969. 13. ¶ *Diſpenſatio ad contrahendum
matrimonium pro vno impedimento non ſuf-
ficit, ſi aliud obſtaret.* 827. 16. ¶ *Seruus habet
liberum arbitrium contrahendi matrimoniũ,
& nubendi filiam, quæ tamen potius debet
obedire auo, quam patri in nuptijs faciendis.*
977. 12. ¶ *Qui dedit fidem etiam iuratam de
contrahendo matrimonio an poſſit, & debeat
compelli ad illud contrahendum, & quando
ſit excommunicandus, & abſolutio ſit danda
etiam non petenti.* 804. 10. 19. & 21. ¶ *Habi-
tatio coniugum in figura matrimonij facit
præſumi omnem diſpenſationem ad fauorem
filiationis.* 841. 32. ¶ *Promittens contrahere
matrimonium dicitur promittere ſponſalia,*

quæ

Digitized by Google

quæ ſunt promiſſiones futuri matrimonij. 804. 22. & 23. ¶ *Valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale ſtante identitate rationis.* 924. 9. ¶ *Committens in legem matrimonij nihil ex eo lucratur.* 857. 22. ¶ *Iudex quando debeat potius arbitrari pro inualiditate matrimonij.* 849. 32. ¶ *Maritus quo caſu ſit manutenendus in poſſeſſione vxoris, tam ante, quàm poſt matrimonium conſummatum.* 850. 5. *vſque ad* 12. ¶ *Præſentia, & intelligentia parochi non ſufficit in matrimonio contracto intermedio pariete, ſed requiritur viſus.* 849. 20. ¶ *Cæcus an poſſit eſſe teſtis in matrimonio.* 849. 21. ¶ *Coniectura quales ſint, vt legatum factũ pro matrimonio carnali debeatur etiam pro ſpirituali.* 813. 25. ¶ *Debet eſſe liberum.* 804. 26. ¶ *Pater poteſt diſponere, quod filiabus volentibus contrahere matrimonium ſpirituale detur dos monachalis.* 945. 4. & 25. ¶ *Teſtis de validitate matrimonij, vel eo dirimendo per parietem intermedium, quando faciat fidem, & quomodo debeat habere notas voces contrahentium, & an requiratur, quod illos prius vidiſſet, & audiſſet, & poſt modicum interuallum contraxiſſent, & quod alij non adeſſent.* 849. 16. 23. 28. & 30.

Matrix *qualis debeat eſſe, vt ex ea poſſit probari error notarij, qui dedit inſtrumentum diuerſum à dicta matrice.* 889. 27. & 29.

Melioramenta *non ſunt reficienda, ſi fuerint facta vt propter impotentiã non poſſint refici per eũ, qui alias teneretur ad illorum refectionẽ.* 913. 31. ¶ *An ſint ſoluenda hæredibus emphyteutæ vltimi poſſeſſoris per dominũ, ſi deuoluatur emphyteuſis ob generationem extinctã, vel ob culpã illius.* 810. 7. & c. 934. 7. & 9. ¶ *Non liquida nõ reficiuntur, & ſufficit cautio præſtanda de illis reficiendis.* 957. 41. ¶ *Debent eſſe neceſſaria, & vtilia copulatiuè, non autem ſolum vtilia ad hoc, vt ſint reficienda per retrahentem rem, in qua ſunt facta.* 957. 34. & 42. ¶ *Non deducuntur ſtante conuentione, vt illa deuoluantur etiam quod non adſit culpa emphyteutæ.* 934. 13. ¶ *Non ſoluuntur in bonis hæreditarijs, ſed in pecunia, facta æſtimatione quanti res fuerit meliorata.* 853. 46. ¶ *Oneroſa, quæ excedunt pretium, ſeu valorem rei, quæ retrahitur, non ſunt reficienda per retrahentem.* 957. 37. ¶ *Repetitio melioramentorum datur, ſi illa probentur, non ſolũ in ſpecie, ſed in genere.* 926. 17. ¶ *Conuentio, vt melioramẽta cedant domino emphyteuſis, valet tanquam ſint pars pretij.* 810. 8. ¶ *Emens rem ſub proprietate alterius debet intimare domino emptionem, alias eſt in lata culpa & dolo, ſi faciat melioramenta in tali re empta.* 957. 30. ¶ *Clauſula promittens relaxare emphyteuſim potius melioratam, non alterat naturam illius, neque impedit repetitionem melioramentorũ, maximè ſi illa ſunt ingentia & notabilia, & fuerunt facta abſque conuentione expreſſa, vt deuoluatur emphyteuſis cum melioramentis.* 934. 10. & 12.

Membra *recipiunt normam, & regulam à capite, maximè in materia præcedentiæ.* 845. 46. & 49.

Mens *in quacumque diſpoſitione attenditur, quæ omnibus dominatur.* 814. 14. ¶ *Sana probatur, quamuis teſtis deponat, quod ægrotus non dabat reſponſum, niſi interrogatio replicaretur.* 843. 9. ¶ *Teſtatoris colligitur ex teſtamento imperfecto.* 817. 12. ¶ *Et ex coniecturis.* 814. 15. ¶ *Veriſimilis ex præſumptionibus elicita eſt obſeruanda.* 814. 16. ¶ *Declaratur tàm verbis, quàm facto, immò magis facto, quàm verbis.* 944. 52.

Mercator *alienans viliori pretio, & nihil reponens in apotheca facit præſumere animum decoquendi.* 967. 9. ¶ *Nomine mercatoris an comprehendantur hoſpites, nautæ, caupones, & ſtabularij.* 898. 21.

Mercatum *ſi occurrat eadẽ die, in quo fiunt nundinæ, quomodo ſit facienda diſtributio inter eum, qui habet tres partes pedagij in die mercati, alius autem quartam partem in die nundinarum.* 802. 10.

Merces *ſubrogata loco aliarũ venditarũ an recipiãt hypothecã, quæ in eis fuit reſeruata.* 897. 16

Meretrix *poteſt expelli è vicinia etiam ſi domum propriam habitaret, & ex quibus cauſis toleretur.* 962. 19. ¶ *Cogitur recipere curatorem; ſicut furioſus, & prodigus.* 962. 22. ¶ *An gaudeat priuilegio* l. vnic. C. quand. imp. int. pupill. & vid. 962. 20. & 30.

Milites, *quæ debeãt habere ab hoſpitibus.* 898. 24. ¶ *Res empta ex pecunia militis, quando illi acquirantur cum priuilegio tacitæ hypothecæ, & prælationis contra anteriores creditores.* 955. 8. *vſque ad* 15.

Milites Hieroſolymitani *ſunt verè, & propriè religioſi & profitẽtur tria vota, & gaudẽt priuilegio fori cũ alijs effectibus, quæ cõpetunt regularibus.* 880. 1. 3. & 5. ¶ *Poſt profeſſionẽ ligantur ſtatutis illius ordinis, nec poſſunt alienare, quæ acquirũt abſque licentia Magni Magiſtri obtinẽda in ſcriptis, & in ſpecie in vita, & in morte, cũ alias non daretur extenſio de vno caſu ad aliũ.* 880. 29. 31. & 33. ¶ *An teneantur eodẽ arcto vinculo præcepti in eleemoſyna facienda, prout clerici beneficiati.* 880. 40. ¶ *Non ſibi, ſed religioni acquirunt tanquã profeſſi, nec poſſunt diſponere de eorum bonis, ſiue ſint acquiſita, ante, ſiue poſt profeſſionẽ, nec faciunt fructus ſuos, nec habent velle, neque nolle.* 880. 11. 13. & 15. ¶ *An ſuccedant in feudis, ſi eorum religio ſit capax bonorũ.* 880. 6. & 46. ¶ *An de cõſuetudine poſſint retinere bona patrimonialia, & de eis arbitrio eorũ diſponere, & an valeat talis cõſuetudo.* 880. 16. 18. et 20. ¶ *Magnus Magiſter religionis Hieroſolymitanæ quando cõcedat militibus licentiã diſponẽdi de ſuis bonis patrimonialibus.* 880. 36. ¶ *Statuta religionis Hieroſolymitanæ quomodo ſint intelligẽda remiſſiuè, & qualiter ſit ſatisfaciendum creditoribus militis defuncti.* 880. 34. ¶ *Teſtamenti factio eſt prohibita militibus Hieroſolymita-*

nis, quamuis non ſint clauſtrales, ſed præfecti commendæ. 880. 8. ¶ Teſtamentum nullum militis Hieroſolymitani conualidatur, ſi poſtea ſuperueniat facultas teſtandi. 895. 15.

Militia an præferatur in hypotheca mulieri repetenti ſuam dotem. 964. 8.

Miniſterium nudum, quando dicatur commiſſum, itaut miniſter non ſit obligatus, niſi ad illud, quod poteſt percipere. 916. 6. & 9.

Minor natu maior dignitate, vel alijs qualitatibus, quando præferatur maiori natu ætate, & quid ſi exiſtunt plures æquales in gradu, ſi diſpoſitio non poteſt cadere, niſi in vno proximiore. 834. 23. & 25. ¶ Quando habeat reſtitutionem in integrum tam in pecunia mutuo accepta, quàm in ſimilibus. 879. 8. & 952. 30. ¶ Non diſponit de ſuis bonis, nec aliquem contractum facit ſine ſolemnitatibus requiſitis in lib. 5. rubr. 25. conſtit. March. 879. 3. ¶ Pecunia quando habeatur pro re mobili, ſeu immobili ſi ſit minoris ad cognoſcendam an ſint adhibendæ ſolemnitates requiſitæ per ſtatutum, ſeu ius commune. 931. 12. ¶ Quando audiatur ſuper læſione, tam enormi, quàm enormiſſima. 952. 33. ¶ Non poſſidens bona, quæ prætenduntur deuoluta poteſt tranſigere dimittendo ea apud illum, cum quo tranſigit, neque hoc caſu dicitur alienare. 949. 16. ¶ Poteſt conueniri ſpolio per illos, qui ab eorum tutore, & Prælato fuerunt ſpoliati quo ad reſtitutionem, ſecus quo ad alias pœnas. 985. 28. ¶ Statuta requirentia decretum Iudicis in contractibus minorum ſunt fauorabilia, non autem odioſa. 975. 14. ¶ Notitia minoris de defectu contractus eſt probanda in ſpecie, vt inducatur ratihabitio. 824. 52. ¶ Forenſis non comprahenditur in ſtatuto habilitante minorem ad contrahendum in vigeſimo anno. 824. 31. 33. & 35. ¶ Priuilegium non poteſt dici, quod minor poſſit diſponere de bonis ſuis ſine ſolemnitatibus iuris. 975. 13. ¶ Diſpoſita in minoribus extenduntur ad mente captos. 861. 17. ¶ Quando obligetur ex mutuo gratuito, ſeu fœneratitio, & quo caſu præſumatur læſus, & ſit probanda verſio. 879. 7. & 12. ¶ Recipiens eum effectu pecunias an teneatur ſeruare ſolemnitates ſtatuti Vrbis. 879. 4.

Modica non ſunt attendenda. 951. 7. ¶ Quæ ſint Iudex arbitratur. 879. 20.

Monacus quando habeat teſtamenti factionem, & quid de conſuetudine, & in creato Epiſcopo. 880. 10. 24. & 48. ¶ Non eſt idoneus teſtis pro monaſterio, ſi ſit illius procurator, etiam finito officio 980. 18. ¶ Non poteſt obeſſe monaſterio, nec expreſſè nec tacitè. 870. 24. ¶ Volens ingredi religionē habet licentiam ſuis vti quo voluerit modo 975. 4. & 42. ¶ Exceptio monachatus quando opponatur contra maritum agentem ſpolio ad recuperandam vxorem remiſſiuè. 850. 10. ¶ Per ſuſceptionem ſacerdotij, ſeu profeſſionem monaci an ſtatim vocetur ſucceſſor in maioratu, quamuis non ſequatur mors naturalis. 986. 7.

Monaſterium quando excludatur per verba, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus. 815. 12. 21. & 24. ¶ Quo caſu dicatur excluſum per ſubſtitutum. 855. 6. & 20. ¶ Teſtamentum factum per volentem ingredi monaſterium an valeat ſine ſolemnitatibus iuris. 975. 6. & 24. ¶ Statutum eſt validum, ſi diſponat, quod fœminæ ingreſſa monaſterium ſint contentæ ſua dote 813. 16. ¶ Voluntas puellæ in eligendo monaſterium qualiter ſit intelligenda. 945. 17. ¶ Loca pia debent eſſe ſubſtituta immediatè, vt monaſterium non habeat priuilegium illa excludendi. 815. 6. ¶ Ampliatio monaſterij eſt concedenda, cum multis circumſtantijs, & præſertim ne magnum præiudicium vicino contingat in cogendo illum ad vendendum pro vali cauſa. 896. 9. ¶ Filius non poteſt petere legitimam à Monaſterio, quamuis pater profeſſionem emiſerit. 815. 9. & 11.

Moneta groſſa æſtimatur per minutam. 884. 14. ¶ Quando dicatur taxata. 884. 20. ¶ Tempus contractæ obligationis attenditur quo ad ſolutionem monetæ, ſecus ſi adſit timor vitiationis. 884. 25. & 27. ¶ Noua quando ſit ſoluenda, vel antiqua in contractibus, ſententijs, reſcriptis, & ſimilibus, & quid ſi debitor pro pluri illam expendiſſet propter ſuam induſtria. 884. 2. & 5. ¶ Præſumptio iuris eſt liquidiſſima, vt partes cogitarint ſoluere de moneta currente tempore contractus. 884. 21. ¶ Decreſcente valore monetæ decreſcunt omnia, quæ ex ea conſtātur. 884. 13. ¶ Tenor conuentionis an attendatur circa ſolutionē monetæ. 884. 18. ¶ Princeps mutando monetā non cenſetur mutare obligationes iā contractas. 884. 8. ¶ Solutio debet fieri de illa moneta, de qua partes cogitarūt. 884. 16.

Moniales ſtante dote congrua monaſterij validè renunciant bonis parentum, in quibus nō conſideratur læſio. 813. 18. ¶ Numerus monialium velatarum an augeatur per conuerſas. 945. 19.

Mora geminata non poteſt purgari. 915. 9. ¶ Prima nocet in contractu vltro citroque obligatorio. 1000. 24. ¶ An purgetur in diſpoſitione hominis habentis facultatem apponēdi in re ſua conditiones ſibi viſas, quidquid ſit in pœna legali. 915. 1. & 4. ¶ In omittendo facilius purgatur, quàm in committendo. 915. 10. ¶ Poteſt purgari poſt rem in iudiciū deductam, ſiue executio fiat à lege, ſiue ab homine. 921. 23. ¶ Debitoris in non ſoluēdo, non concludit, vt creditor debeat capere pecunias ſub vſuris, cū potuerit ob aliam cauſam capere. 823. 4. ¶ In præſtando cautionē facit, vt vſufructuario cadat ab vſufructu 901. 11. ¶ Renunciatio beneficij purgationis moræ in ſpecie requiritur ad hoc, vt illa non poſſit purgari, licet ſecundū alios ſufficiat generalis 915. 5. & 7. ¶ Maritus quādo acquirat fructus dotis ſtante mora obligatus ad illam ſoluendam. 920. 18. ¶ Per obligationem cameralem an ſit renunciatum purgationi moræ. 915. 22. ¶ In termino legali poſt illius lapſum non datur pugatio moræ. 957. 16. ¶ Purgatur per eum, qui tenetur repræſentare non ob-

obſtante relaxatione mandati, & executione, & ſubbaſtatione, ſi non fuit perfecta. 915. 20. & 25. ¶ *In purgatione mora ſtatur arbitrio Iudicis.* 915. 21. ¶ *Maritus de iure ciuili habet actionem de dote, vel ex ſtipulatu, & ſtante mora admittuntur vſuræ tam conſtante, quam ſoluto matrimonio.* 920. 18.

Mores *malè non dicuntur in eo, qui differt ſoluere debitum.* 875. 30.

Mors *non præſumitur, niſi legitimè probetur.* 944. 35. ¶ *Probatur per verba bonæ memoriæ, & per dictionē quondam.* 895. 23. ¶ *Incertitudo diei mortis operatur effectum conditionis, quo ad impediendam tranſmiſſionem.* 815. 23. ¶ *Ingreſſus religionis dicitur mors ciuilis, quæ naturali æquiparatur.* 975. 34. ¶ *Fides mortis extracta parte non citata nihil probat.* 944. 30. ¶ *Liber, in quo annotantur nomina mortuorum, plenè probat.* 869. 23. ¶ *Ciuilis non ſufficit per profeſſionem, quando ſumus in religione capaci bonorum ſaltem in communi.* 815. 18.

Motu *proprio ſi aliquid concedatur præfertur omnibus quamcumque ſignaturam habentibus.* 981. 7. ¶ *Verba motus proprij pro relexatione primogenituræ quomodo intelligantur.* 882. 26.

Mulier *contra mulierem nō habet aliquod priuilegiū.* 935. 37. ¶ *Tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſtituere omnia ſibi à viro donata, ſecus ſi de conſenſu teſtatoris nupſerit.* 986. 15. ¶ *Et quod in dote lucrata vigore ſtatuti, & iocalibus.* 862. 4. 7. & 22. *vſq; ad* 35. ¶ *Recipiendo an validè obligatur ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs.* 879. 9. ¶ *Non iuuatur velleiano, ſi obligat ſe ob cauſam pietatis.* 952. 3. ¶ *Si fateatur pecuniam ad ſe perueniſſe, & illam in eius vtilitatem verſam fuiſſe faciendo ſe debitricem cum viro an dicatur pro eo fideiubere.* 961. 14. ¶ *Poteſt recognoſcere bonam fidem pro exoneratione conſcientiæ abſque ſolemnitatibus.* 831. 2. & c. 878. 22. ¶ *Curialis an habeat priuilegiata, quæ dantur per ſtatutum, ſeu legem mulieribus honeſtis.* 962. 15. & 27. ¶ *Inhoneſta propter eius vilitatem non meretur inodari legum laqueis.* 962. 18. ¶ *Statutum Vrbis mandans, quod reſcindatur contractus mulieris læſiuus vltra tertiam partem, & iuramentum illi adiectum an habeatur pro doloſè extorto.* 952. 24. & 26. ¶ *Obligatio mulieris facta pro viro ob timorem carcerationis ipſius eſt valida, non ſecus ac ſi ſe obligaſſet pro illum redimendo è carceribus, quamuis non adeſſent ſolemnitates ſtatutariæ.* 952. 4. & 9. ¶ *Mulieri non ſubuenitur ceſſante deceptione.* 879. 30. ¶ *Confeſſio mulieris de pecunia recepta, & conuerſa in ſuam vtilitatem valet, quando eſt facta in figura iudicij, ſecus ſi fuerit voluntaria.* 961, 22. ¶ *Statutum Vrbis* lib. 1. c. 151. *habet locum in omnibus contractibus, in quibus mulier lædi poteſt.* 961. 1. & c. 969. 31. *Et procedit etiam in meretrice.* 962. 21. ¶ *Non autem comprahendit caſus, in quibus ſequitur liberatio ipſo iure per legalem diſpoſitionem.* 962. 13. ¶ *Obligatio mulieris an valeat, ſi non fuerit ex cauſa vtili, & an ſolum ſufficiat veritas.* 952. 20. 22. & 28. ¶ *Conſtitutio concedens mulieribus procuratorem in criminalibus non habet locum in meretrice.* 962. 17. ¶ *Prouiſio ſtatuti de dando Aduocato mulieri pauperi, & miſerabili extenditur etiam ad meretricem, quæ dicitur talis.* 962. 28. ¶ *Renunciatio iuris quærendi tam expreſſa, quàm tacita non poteſt fieri per mulierem abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.* 969. 32. ¶ *Statutum diſponens mulierem non poſſe capi perſonaliter non comprahendit curialem, & luxurioſè viuentem.* 962. 16.

Murus *ſi debeat communicari cum vicino vigore ſtatuti non debet altius tolli in magnum præiudicium ipſius.* 896. 1.

Mutare *ſedem non dicitur, qui non mutat mentem.* 944. 34.

Mutatio *monetæ quando dicatur facta.* 884. 11. ¶ Vide moneta.

Mutuum *an differat à pacto de mutuando.* 887. 30. ¶ *Probatur per duos teſtes.* 848. 21. ¶ *Quantitas autem mutui probabitur per iuramentum mutuantis.* 948. 28. ¶ *Non præſumitur acceptum per eccleſiam ad eius commodum, ſi ex alijs redditibus poterat debitum ſoluere, itaut mutuanti incumbat onus probandi neceſſitatem.* 967. 23. ¶ *Reſtitutio rei mutuatæ ineſt de natura mutui, quamuis non ſit expreſſa, & venit ex interpretatione intrinſeca per viam replicationis.* 852. 40. & 42. ¶ *Mutuans nummos reprobatos an agat pro reſtitutione bonorum, ſi pro bonis ſunt expenſi.* 839. 10. ¶ *Numeratio pecuniarum mutuatarum non probatur ex verbis habuit, & recepit, quando ſumus in apocha priuata, ſecus ſi fiat mentio numerationis.* 879. 21. ¶ *Vera numeratio ſemper dicitur præceſſiſſe, quamuis recipiens mutuum ſolum aſſerat de confeſſione eiuſdem mutui ſibi facti per tertium nomine mutuantis.* 879. 25.

NAtiuitas *filij ad quam ſe refert ſtatutum an verificetur de vno tempore ante, vel poſt natiuitatem.* 976. 7. & 28.

Naturale *potius inſpicitur, quàm accidentale.* 802. 2.

Naturalis *filius poſt hæres inſtitui etiam in primogenitura, quamuis adſint aſcendentes, dummodo tamen eis legitima relinquatur.* 958. 8. ¶ *Statuta loquentia de naturalibus, an habeant locum in natis ex famula.* 958. 4. ¶ *Immiſſio in poſſeſſionem bonorum iuxta* l. fin. C. de edict. diu. adr. tollend. *eſt concedenda filio naturali.* 958. 21. ¶ *Filius natus ex vidua, vel virgine an dicatur naturalis, vel ſpurius ex damnato coitu.* 958. 12. ¶ *Teſtamentum patris valet, in quo inſtituit hæredem filium naturalem, ſi nulli adſint filij legitimi etiam de iure canonico.* 958. 5. 7. & 14. ¶ *Na-*

tus ex famula in domo retenta an ſit naturalis, & poſſit ei aliquid relinqui. 958. 2.

Nautæ an veniāt appellatione mercatorū. 898. 22.

Neceſſitas quando imputetur ei, qui ſe in illam coniecit. 920. 46. ¶ In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. 925. 9.

Negatiua non exiſtentiæ inſtrumenti probatur ex diligentijs factis in actis. 877. 23.

Nepos quo caſu cenſeatur vocatus per teſtatorem ſtante inſtitutione ex æquis portionibus, ſiue ſimus in tranſuerſalibus, ſiue in deſcendentibus. 836. 16.

Neptis quando ſit alenda, & dotanda per patruum. 848. 17. ¶ Magis cenſetur excluſa per teſtatorem, qui excluſit filiam ab hæreditate propter maſculos. 866. 36.

Nobilitas an deducatur ex materno ſanguine. 976. 24. ¶ Quāto tempore præſcribatur. 976. 17. ¶ Perſona iuncta virtutibus tollit omnem ſuſpitionē. 875. 28. ¶ Primogenitus ex ruſtico poteſt dici nobilis, ſi nobiliter iuuat, & ſtatū nobilitatis retineat. 976. 19. ¶ Communis exiſtimatio multum confert ad probandum nobilem vitam parentum. 976. 26. ¶ Deſiſtens à negotiatione, & nobiliter viuens an dicatur nobilis, itaut gaudeat priuilegijs nobilium. 976. 5.

Nomen appellatiuum, ſi erretur, diſpoſitio non vitiatur. 919. 5. ¶ Mutatio nominis quando admittitur tam in libero homine, quam in ſeruis. 869. 17.

Nominatim quod debet fieri an adimpleatur per expreſſionem relatiuam. 973. 9. & 16.

Nominatio dicitur ius honorificū. 834. 10. ¶ Facta de fratre tanquam de condomino caſtri, & poſſeſſio illius communi nomine, & ſolutio canonis pro eo an præiudicet nominanti, & ſoluenti, & poſſidenti. 839. 26. ¶ Hæredis ore proprio quādo dicatur facta. 843. 24. & 27. ¶ Non conuenit illi, quæ ſit per relationem, & quid dicatur nominatim fieri. 973. 9. ¶ Specialis fratrum prius vocatorum facit, vt illis ſit danda prælatio, excluſa repræſentatione, ſeu admiſſione nepotum ex filio cum patruo. 836. 13.

Non entis nullæ ſunt qualitates. 899. 11.

Notarius an incurrat pœnam falſi addendo aliquid inſtrumento per eū rogato. 889. 16. ¶ Deponens de facto proprio circa minutā venditionis faciendā plenè probat ſtantibus adminiculis. 842. 2. ¶ Præfertur vni teſti. 843. 18. ¶ Poſt datā copiam authenticam an poſſit aliquid addere, & minuere. 889. 1. & 5. ¶ Debet facere, & cuſtodire prothocollū. 889. 8. ¶ Si confecit plura inſtrumēta, quorū vnum eſt plenius altero, cui ſit ſtandū. 889. 30. & 33. ¶ Non punitur ſcribens teſtatorē nominaſſe hæredem ore proprio, quamuis nominauerit ore alterius habita relatione ad interrogationē per alium factā. 843. 24. & 27. ¶ Creditur notario atteſtanti de commiſſione, ſeu deputatione ſibi per Iudicē facta de ſtylo, & quid de iure. 841. 3. & 5. ¶ Notario etiam bonæ famæ nō creditur dicenti ſe correxiſſe inſtrumentū per errorem. 889. 14. ¶ Correctio eſt facienda per Iudicem ſeruatis ſeruādis, & probato errore, quādo notarius vult aliquid addere, ſeu minuere in inſtrumēto per eū rogato, & dato parti etiā non authentico. 889. 9. & 32. ¶ Stipulatio notarij prodeſt abſenti, nō ſecus ac ſi ipſe interueniſſet. 831. 18. ¶ Inſtrumentum authenticum datum parti per notarium debet attendi, quamuis non adſit in prothocollo. 889. 12. ¶ Eſt habenda fides notario aſſerenti, quod talis ſcriptura ſit matrix. 889. 31. ¶ Cenſetur ſtipulaſſe pro omnibus intereſſe habentibus. 912. 12. ¶ Publicum inſtrumentum, quod datur à notario ipſi parti, dicitur originale, non autē copia, aut exemplum. 889. 2. ¶ Suſpitio falſi oritur ſtante diuerſitate ſcripturæ facta per notarium. 889. 17.

Notitia intellectualis æquiparatur notitiæ ſenſuali. 938. 17.

Notorium nō indiget alia probatione, ſed ſufficit eius allegatio. 925. 13. ¶ Dicitur, quod nullam habet excuſationē, itaut nihil poſſit obijci 974. 18. ¶ Iudex poteſt ſe informare in notorijs ex officio, & parte nō citata. 870. 4. & c. 925. 6. ¶ Si fuerit proceſſum tanquam in notorio, quamuis tunc non adeſſent probationes notorij, tamen ſententia valebit, ſi poſtea de eo appareat. 811. 14. ¶ Nullitas, & iniuſtitia quæ dicatur, vt poſſit retardari executio. 872. 4.

Nouatio fit ſtante incompatibilitate etiàm ſine aliqua expreſſione. 864. 8. & c. 876. 27. ¶ Hodie debet fieri expreſsè, itaut neq; ope exceptionis illa admittatur, licet etiā aliquando ſtandum ſit cōiecturis. 962. 8. & 10. ¶ Inducitur per delegationem, & quæ requirantur ad hunc effectum. 968. 13. ¶ Licet non præſumatur, tamen aliud eſt ſi caſus eſt incompatibilis, & quando dicatur talis. 962. 54. & 57. ¶ Stipulatio inutilis non facit aliquam nouationem de præcedente vtili. 962. 12.

Nouitij ſi per ſtatutum ante profeſſionē debeant renunciare vocem in capitulo per triennium à die ſuſcepti ordinis ſubdiaconatus an teneantur renunciare, vel potius ſtatutum ſit inualidum, & contrarium concilio. 893. 2. 8. & 17.

Nox quando dicatur, & an detur medium inter diem, & noctem. 972. 16. & 18. ¶ Prima hora noctis computatur in tempore nocturno, in quo tunc non eſt claritas. 972. 20. ¶ Vide in verb. dies.

Nullitas ſpectans ad tertiū poteſt deduci per habentem intereſſe maximè ſi fuerit detecta. 855. 20. ¶ Maior eſt in eo, quod à toto principio, quā in illo, quod ex poſt facto deficit. 979. 6. ¶ Notoria, quæ dicatur ad effectum retardandi executionem inſtrumenti iurati. 872. 4. ¶ Sublata ex curſu temporis non operatur, vt ſit ſublata cauſa læſionis. 823. 28.

Nummus vnus non plus valet, quā alius. 811. 10.

Nundinæ ſi occurrant in die mercati qualiter ſit facienda diſtributio, ſi quis habeat tres partes pedagij pro mercato, alius autem quartam partem pro nundinis. 802. 10.

Nuptiæ quæcumque an cenſeantur prohibitæ;

quando fuit appoſita conditio non nubendi. 863. 1. ¶ *Teſtator an poſſit apponere hæredi, ſeu legatario conditionem non nubendi, & an intelligatur de quibuſcumque nuptijs in infinitum.* 803. 1.

O Blationes *debitæ pluribus quando debeant eſſe æquales.* 802. 14.

Obligare *aliquem non poteſt tertius, niſi legitimè probetur illius conſenſus.* 948. 16.

Obligatio *naſcitur ex contractu.* 981. 19. ¶ Ca*meralis non competit pro non expreſſis.* 872. 15. ¶ *Et ex quibus arguatur vulnerata, itaut amplius pro ea non detur executio.* 968. 2. ¶ *Et an retardetur ex præſumptis ſolutionibus* 962. 49. ¶ *Et an impediatur per appellationem.* 946. 3. ¶ *Semel contracta non poteſt diſſolui.* 953. 9. ¶ *Omnis dicitur extincta per ſolutionem à tertio factam, qua ceſſante, ceſſat etiam hypotheca.* 961. 11. & c. 962. 32. ¶ *Tota non diſſoluitur per ſolutionem partis debiti.* 966. 16. ¶ *An confirmetur, ſi tempore, quo venit cauſa confirmationis, non reperitur res in bonis debitoris.* 856 2. ¶ *Generalis non comprehendit bona prohibita alienari, & hypothecari, ſecus ſi adſit expreſſa prohibitio, & quid in tacita prohibitione.* 855. 10. 13. & 16. ¶ *Semel extincta amplius non reuiuiſcit.* 944. 9.

Obligatus *ex contractu ad rem tradendam re tradita ſtatim liberatur, quamuis res denuo ad illum reuertatur.* 962. 48.

Oblitio *in homine multum implicato negocijs magis toleratur.* 946. 40. ¶ *Nunquam attenditur in facto proprio, quod eſt alteri obligatorium, etiam ſtante antiquitate temporis.* 946. 39. ¶ *Iuſiurandum litis deciſiuum an detur quando adeſt præſumptio obliuionis ſpatio decem annorum, & an requiratur exceſſus decennij.* 946. 36.

Obſeruantia *declarat voluntatem teſtatoris, & mentem ſtatuentium, & ſufficiet aliquando ita fuiſſe obſeruatum.* 978. 27. & c. 941. 31. ¶ *Non conſideratur in his, quæ ſunt contra naturã actus.* 871. 16. ¶ *Debet attendi.* 896. 20. ¶ *Eſt probanda in ſpecie caſus, de quo agitur.* 921. 11. ¶ *Præſumitur ſubſecuta ex præambula diſpoſitione.* 860. 6. ¶ *Vnius loci non extenditur ad alios.* 973. 39. ¶ *Declarat conceſſionem factam canonicis quo ad emolumenta per eos percipienda.* 867. 45. ¶ *Attendi debet tanquam tollens omnem diſpoſitionẽ dubiam, & maximè in ſpecie retractus.* 825. 14. & c. 892. 37. & c. 947. 17. ¶ *Demonſtrat ad quem finem fructus fuerint exacti per hæredẽ.* 969 28. ¶ *Interpretatio vera dicitur, quæ eſt deſumpta ab obſeruantia* 846 19 ¶ *Probatio inobſeruantiæ ad quẽ ſpectet.* 893. 42. ¶ *Dicitur probata conuẽtio per obſeruantiam ſubſecutam, etiã recedendo à proprietate verborũ.* 825. 16. ¶ *Magis operatur, ſi eſt cõformis iuri cõmuni.* 839. 27 & 29. ¶ *Interpretatiua non inducitur, ubi verba ſunt clara.* 978 30. ¶ *Scriptura longo tempore obſeruata, quamuis ſit informis, tranſit in fidem veri, nec requiritur obſeruantia præſcripta.* 951. 8. ¶ *Per obſeruantiam an poſſit fieri, vt valeat inſtitutio captatoria.* 908. 16.

Occupatio *iniqua nõ prodeſt occupatori.* 870. 16.

Odium *parere non debet, quod ad fauorem fuit inductum.* 892. 13.

Officia *empta per patrẽ filijs ſunt eis acquiſita, ſi poſtea in litteris fuerit facta deſcriptio in perſonam eorũ, quãuis nulla interuenerit traditio.* 852. 45. ¶ *Facultates percipiendi pretiũ officiorum, & de eis diſponẽdi ſunt reuocatæ per regul. Cancellar.* 63. & *de quibus officijs intelligatur.* 891. 25. & 27. ¶ *In officijs notariatus Rotæ, ſeu Auditoris Cameræ remanet dominiũ ſcripturarũ, cuius reſpectu nõ dicitur ſocietas extincta, idẽ in alijs in quibus remanet aliqua utilitas ad fauorẽ reſignantis.* 900. 6. ¶ *Promittens ſe abdicare ab aliquo officio, ſi requiſitus nõ ſe abdicat, reputabitur pro abdicato.* 851. 9. ¶ *Diſpoſitio* c. 2. de præbend. *loquẽs de beneficijs eccleſiaſticis non comprehendit officia, & quid in mixtis, & quæ ſint talia.* 818. 38. 40. & 42. ¶ *Promiſſio de officijs vacaturis valet.* 818. 36. ¶ Mãcipati *diuinis officijs in cathedrali, ſeu collegiata Eccleſia non habent vocem in capitulo, niſi fuerint conſtituti in ordine ſubdiaconatus.* 894. 1. ¶ *Reſignatio officij cum decreto quid operetur, & quando taliter reſignans ſit dominus illius vna cum fructibus, itaut ſocietas ſuper eo contracta non poſſit dici extincta.* 900. 1. 3. 14. & 17.

Omiſſum *omnino cenſetur quidquid in condemnatione non eſt expreſſum.* 833. 24.

Omnino *verba ſunt præciſa. & neceſſitatem inducunt, & habent vim decreti irritantis, & tollunt facultatem diſpenſandi.* 973. 23.

Onus *duplex ſubire debet, qui vices duarum perſonarum præſtat.* 894. 25. ¶ *Nemo eſt grauandus duplici onere.* 892. 15.

Opinio *vltimo loco relata cenſetur approbata.* 825. 11. & c. 973. 3.

Ordinarij *ſerui dicuntur, qui habent certum officium, quibus opponuntur Vicarij.* 945. 11.

Ordines *ſacri an requirantur ad hoc, vt quis admittatur ad vocẽ in capitulo, tam de iure communi, quàm iuxta Conciliũ, & quando ſit illi derogatum.* 940. 29. ¶ *Nouitius ordinatus per Abbatẽ, ſi recedat à monaſterio, nõ gaudet priuilegio ordinis.* 871. 51. ¶ *Collatio ordinum an proueniat ex benedictione Abbatis, ſeu ex virtute propria, & conceſſione iuris.* 871. 34. ¶ *Epiſcopus ordinãs in aliena parochia clericos alienos an imprimat characterẽ, & conferat ordinem, & executionẽ.* 871. 52. *vſque ad* 56. ¶ *Facultas Abbatis habẽtis iuriſdictionem Epiſcopalem an extendatur ad ordines.* 871. 22. ¶ *Executio ordinis dicitur perfectio ordinis.* 871. 57. ¶ *Mãcipati diuinis officijs non habent vocẽ, niſi fuerint in ordine ſubdiaconatus.* 894. 1. & 16.

Originarius *an ſortiatur forum loci originis, & an ſit neceſſe, vt ibidẽm fuerit repertus.* 868. 8. & 11. ¶ *Maritus quando præſumatur habere ſcientiam ſtatuti originis.* 886. 25.

Pactum generale ad omnia porrigitur. 924. 18. ¶ Non poteſt facere licitum, quod eſt illicitum. 851. 14. ¶ Magis eſt validum, ſi fuerit geſtum iuxta iuris, & ſtatuti diſpoſitionem. 920. 30. ¶ De tradendo rem arguit poſſeſſionem eſſe apud eum, qui tenetur tradere. 838. 12. ¶ Argumentum de pacto ad ſtatutum, & conſuetudinem eſt validum 920. 25. & c. 853. 45. & c. 813. 19. & c. 913. 26. ¶ Non eſt alterandum, neque extendendum extra ſuos terminos tam reales, quàm temporales. 960. 46.

Palam quid ſignificet. 973. 8.

Papa quando dicatur ſe conformare diſpoſitioni iuris, & ſtatutorum. 940. 3. ¶ Soli Deo rationem reddit. 891. 30. ¶ Semper cenſetur maiorem facultatem retinuiſſe in conceſſione alteri facta. 891. 33. ¶ Præſumitur ſcire diſpoſitiones notas, & à iure communi ſancitas. 940. 36. ¶ In beneficialibus habet pleniſſimam poteſtatem. 891. 34. ¶ Cognitio cauſæ per Papa expreſſa operatur, vt non reuocentur per eum geſta tam in matrimonio temporali, quàm ſpirituali. 959. 3. ¶ Electus à Papa præfertur electo ab inferiore. 845. 34. ¶ Aſſertioni Papæ ſtandum eſt de actu ſecum geſto. 918. 2.

Par in parem non habet imperium, & multo minus inferior in ſuperiorem. 925. 5.

Paries intermedius requiritur, ad hoc vt poſſint dici duæ domus, quando vna diuiditur in duas. 874. 27.

Parochus non habet indumenta, & alia, quæ cum cadauere deferuntur præter medietatem ceræ. 925. 5. 7. & 12. ¶ Quando poſſit percipere decimas debitas ſuæ eccleſiæ, vel potius illæ ſpectent ad Epiſcopum. 865. 38. ¶ Corpora defunctorum ſunt humanda in ſepulchro ſuorum maiorum, neque parochia in hoc eſt præferenda. 817. 13. & 16. ¶ Iura parochialia quid ſignificent, & quibus applicentur. 865. 30. ¶ Quarta parochialis quando ſit danda Rectori. 925. 17.

Pars vna reſcripti declarat mentem diſponentis, quid voluerit in alia parte. 940. 11. ¶ Teſtamenti declaratur per aliam. 834. 5. & c. 866. 8. & c. 954. 36. ¶ Notitia alicuius partis contractus infert ad ſcientiam totius, quando tractatur de ſcriptura continente totam diſpoſitionem. 944. 14. ¶ Appellatione partis non venit totum, ſed ſolum dimidia, niſi ratione incertitudinis, & propter veriſimilitudinem mentis contrahentium. 946. 21. & 24.

Pater præſumitur potius velle, quod bona perueniant ad filios, quàm ad eccleſiam. 814. 16. ¶ An poſſit relinquere plus filiæ nubenti in ſeculo, quàm ingredienti monaſterium. 813. 20. 21. & 24. ¶ Et an ſolus offerat filium impuberem monaſterio. 977. 30. ¶ Adminiſtrator habet maiorem auctoritatem in bonis filij, quàm tutor, & Prælatus. 848. 12. ¶ Acquirit vſumfructum in bonis filij tam de iure quam ex ſtatuto Vrbis, qui non amittitur per tranſitum ad ſecunda vota. 989. 18. & 24. ¶ Inuito quo an poſſit offerre filium impuberem religioni; & quid è contra, & quando pater, & mater ad hunc effectum ſe inuicem impediant. 977. 28. ¶ Filij patris debent aſſignari potius aui è conuerſo, quàm patri, propter conditionem magis proficuam animæ. 977. 21. & 25. ¶ Schedula patris ſine teſtibus eſt valida ad fauorem filiorum. 989. 19. ¶ Statutum Vrbis prohibet, vt pater non poſſit relinquere filijs legitimatis, niſi medietatem ſuorum bonorum exiſtente fratre, ſeu nepote ex eo. 936. 22. ¶ Bona donata per Principem filijs contemplatione Patris acquiruntur in totum filijs, nec in eis pater habet aliquem vſumfructum. 993. 16. ¶ Filius quando cogat patrem ad conſentiendum, vt agere poſſit. 974. 8. ¶ Affectio ordinata an conſideretur in patre quo ad filios, & deſcendentes, ita vt cenſeatur eos in conditione poſitos vocaſſe; quidquid fecit ſit in extraneis. 928. 5. ¶ Donatio maioratus facta per Principem, eum onere, vt deueniat ad ſucceſſores acquiritur tam primo donatario, quàm ſequentibus, qui illum habebunt liberum abſque eo; quod vſusfructus patri quæratur. 993. 13.

Patria poteſtas non conſideratur in ſpiritualibus. 977. 10. ¶ Differentia emancipationis patriæ poteſtatis eſt ſublata per ius nouum quo ad effectum ſucceſſionis. 914. 2. ¶ Auus conuerſus ad fidem non amittit ius patriæ poteſtatis, quàm retinet in filios, & nepotes non catholicos. 977. 9.

Patrimonij ius remittens, ad quod fuit promotus incurrit pœnam arbitrariam. 924. 7.

Patronus vnius eccleſiæ erit etiam compatronus nouæ cappellaniæ, quæ ibidem ædificatur. 940. 35. ¶ Poteſt alium præſentare ad beneficium reſignatum abſque illius conſenſu. 835. 2.

Paupertas an ſit probanda reſpectiuè ad negocium, de quo agitur. 907. 1.

Pax per obitum finitur. 956. 7. ¶ Conceſſio pro bono pacis debet eſſe firma, & perpetua, ita vt pro illius conſeruatione multa diſpenſentur, quæ alias non poſſent diſpenſari. 959. 2. ¶ Treuga eſt efficacior, quàm pax; quæ facilius rumpitur ex noua cauſa. 840. 37.

Peculium caſtrenſe non transfertur. 993. 17. ¶ An ſit communicandum inter fratres, tàm viuente patre, quàm poſt obitum illius. 993. 21. ¶ Clericus non tenetur conferre bona ex rebus eccleſiaſticis acquiſita, quæ habentur pro peculio quaſi caſtrenſe. 993. 18. ¶ Ius caſtrenſis peculij an ceſſet per mortem filij. 993. 15.

Pecunia an dicatur res mobilis, & cedat legato mobilium. 811. 1. ¶ Quæ debet reinueſtiri in ſtabilibus an habeatur pro re immobili, & illius priuilegia ſortiatur. 943. 15. & 17. ¶ An faciat pecuniam. 920. 43. ¶ Depoſitata quando habeatur pro conſumpta, & dicatur realiter ſoluta, & commixta. 943. 5. & 7. ¶ Reinueſtienda in bonis ſtabilibus non dicitur amplius quantitas, ſed potius ſpecies, & ex ea debentur fructus, ſicut abſolutè fuiſſent relicta bona ſtabilia. 920. 26. ¶ Redempta ex pecunia

Digitized by Google

cunia eccleſiæ an illi acquiratur cum priuilegio tacitæ hypothecæ, & prælationis contra anteriores creditores, prout in pupillo, milite, & ſimilibus. 955. 8. 11. & 15. ¶ Multiplicatio pecuniarum non præſumitur, quamuis adſit diuerſitas ſummarum. 897. 15. ¶ Adminiſtrator tenetur ad intereſſe pecuniæ non reinueſtitæ, & quãdo debeatur. 931. 8. & 10. ¶ Damnum emergens non iuſtificatur per receptionem pecuniarum factam per creditorem ſub vſuris, niſi probetur, quod illas recepit ob retardatam ſolutionem ſui crediti. 829. 1. & 3. ¶ Vſusfructus pecuniæ trahit ad ſe proprietatem, prout in alijs, quæ vſu conſumuntur. 943. 11. ¶ In legato omnium mobilium, & ſcutorum quingentorum non venit pecunia 811. 4. & 8. ¶ Verba realiter, & cum effectu excludunt omnem ſatisfactionem, præter quam in pecunia numerata, maximè ſi ſint geminata. 853. 38. 40. & 69. ¶ Repetitio pecuniarum quo caſu detur anteriori creditori per hypothecariam, ſeu Saluianum contra poſteriorem. 943. 8. ¶ Obligatus ad reinueſtiendum pecunias non condemnatur, ſi non reinueſtierit, non probata occaſione proxima ad reinueſtiendum. 931. 7. ¶ Ex pecunia nihil poteſt percipi ſine labe vſurarum. 823. 14.

Penſionarius exiſtens in poſſeſſione exigẽdi penſionem habet manutentionem etiã contra ſucceſſorem in beneficio, quamuis nunquam ſoluerit. 921. 6. ¶ Eo ipſo, quod negat ſibi fuiſſe ſolutam penſionem dicitur probaſſe ſuam intentionem, & beneficiato incumbit onus oſtendendi illam fuiſſe ſolutam. 921. 17.

Penſio reſeruata, dummodo non excedat tertiam partem fructuum, an propter exceſſum vitietur in totum, vel reducatur ad dictã tertiam partem. 995. 11. & 13. ¶ Facultas transferendi penſiones, ſi inſeratur in inſtrumento tranſlationis, præſumitur, quod per Iudicem fuerit viſa, & ſecundum eam præſtitus conſenſus. 877. 2. ¶ Reſignans beneficium, reſeruata ſibi tanta penſione, & non alias an dicatur in minori ſumma præſtitiſſe conſenſum, itaut penſio ſit indiuidua, & quid in penſione reſeruata per Papam ſuper beneficio vacante per obitũ. 995. 15. ¶ Iudex quando dicatur eſſe certus de ſua iuriſdictione ad effectum, vt tranſlatio penſionis ſit valida. 877. 1. 4. 8. & 19. ¶ Declaratoria an debeat præcedere, vt ſit locus regreſſui ob non ſolutionem penſionis infra certum terminum, vel ſufficiat ſolus curſus temporis. 921. 9. ¶ Validitas tranſlationis penſionis probatur per obſeruantiam ſolutionum multorum annorum. 877. 17. ¶ Poſſeſſor non eſt priuandus poſſeſſione exigendi penſionem non obſtantibus exceptionibus, quæ requirunt diſputationem. 921. 4.

Penſionis ſolutio non retardatur, ſtante obligatione camerali, donec per tres ſententias conformes in iudicatum tranſactas non fuerit probata exceptio non adimplementi. 989. 11. ¶ Penſiones computantur inter immobilia, antequam cedãtur, ſecus poſt, quia tunc comparantur fructibus à ſolo ſeparatis. 811. 21. & 24. ¶ Conſtitutio mandans ſolui penſiones an debeat intelligi ſolum de penſionibus vrbanorum prædiorum, & ædificiorum, vel aliarum rerum. 946. 32. ¶ Retentio permittitur domino loco pignoris, vt ſit tutus de penſionibus ſibi debitis. 953. 5. ¶ Adiectio noui grauaminis, & modi ſoluendi penſionem operatur, vt ſit contrauentum decreto camerali anni Sancti. 927. 15.

Perditum non poteſt dici, quod retinetur. 912. 41.

Periti præferuntur teſtibus in materia æſtimationis. 961. 11. ¶ Relatio peritorum poteſt fieri partibus abſentibus, dummodo tamen illæ fuerint prius monitæ pro certa die, & hora. 874. 37. ¶ Reuiſio datur à relatione peritiorum per alios peritiores. 989. 10. ¶ Standum eſt peritis potius, quam teſtibus, quamuis nullam rationem redderent ſuæ relationis. 926. 16.

Permutatio an comprehendatur in ſtatuto prohibente venditionem. 885. 16. ¶ Habet in ventre reſignationem, & nihil aliud eſt quam reciproca reſignatio, quæ inuicem fit inter ſtipulantes. 835. 7. ¶ Retractus non competit in re mobili permutata cum altera re immobili redimibili. 885. 31. ¶ Statutum loquens de alienatione an comprehendat permutationem. 885. 10. 13. & 15. ¶ Fundus permutatus, ſi eſt alteri obligatus, tamen ſi recuperatur remanebit liber. 984. 37. ¶ Venditio dicitur non permutatio, ſi præponderet pecunia ſpeciei permutatæ, itaut exceſſus debeat eſſe in tertia parte. 885. 18. 20. & 22.

Perſeuerantia magis præſumitur ad fauorem piæ cauſæ. 895. 69.

Perſona extrinſecus non ſubintelligitur, vbi verba referri poſſunt ad perſonas expreſſè vocatas. 971. 27. ¶ Egregia habet priuilegium, vt Iudex mittat ad eam notarium pro habenda reſponſione articulorum, & ſimilibus ad cauſam pertinentibus. 868. 1. & 3. ¶ In iudicio reaſſumendo conſideratur ius ex parte actoris, quod non mutatur, quamuis mutetur perſona ex parte rei. 911. 5. ¶ Diſpoſitio perſonalis non egreditur perſonas nominatorum. 847. 6. ¶ Conſenſus partis non requiritur ad effectum tranſmittendi notarium ad domum perſonæ egregiæ, & ſufficit ſola citatio, & an pars poſſit petere, vt ſit præſens quando iuratur coram dicto notario. 868. 5. & 7. ¶ Extenſio quando admittatur de perſona ad perſonam. 847. 9. & 21. ¶ Vnus poteſt repræſentare duplicem perſonam diſtinctam propter diuerſa iura, ob quorum diuerſitatem vnumquodque ius conſideratur de per ſe. 948. 39. ¶ Verba ſuos filios ſunt de ſui natura perſonaliſſima, & excludunt nepotes. 847. 8.

Petitio debet præcedere ad hoc, vt obligatus ad aliquid faciendum teneatur facere. 946. 35.

Petitorium quando abſorbeat poſſeſſorium. 960. 29. ¶ Differt à poſſeſſorio, itaut fideiubẽs ſuper vno nõ cenſeatur fideiuſſiſſe ſuper alio. 960. 19.

Pia cauſa habet priuilegia militiæ. 895. 67. ¶ In donatione facta locis pijs non requiritur præſentia. 895. 77. ¶ Diſpoſitio ad pias cauſas non requirit teſtes, nec alias ſolemnitates, ſed ſufficit ſola ſubſcriptio. 969. 17.

Pluralitas inſtrumentorum, & actuum, quando præſumatur. 948. 18. & e. 877. 20. ¶ Et cauſarum & ſcripturarum. 824. 47. & e 931. 25. ¶ Reſoluitur in ſingularitatem etiam in materia ſtricta. 813. 4.

Pœna nõ infligitur facienti actum ex neceſſitate, ſiue imponatur à lege, & ſtatuto, ſiue ab homine. 931. 4. ¶ Conuentionalis de non offendendo non confunditur cum pœna delicti principalis. 956. 1. ¶ Si duplicetur delinquentis in die feſto non erit duplicata ei, qui commiſit delictum de nocte illius feſti, ſed ſolum de die. 972. 10. ¶ Nunquam intelligitur impoſita niſi fiat de ea ſpecialis mentio. 833. 2. ¶ Futuri delicti poteſt minui, licet non poſſit in totum tolli. 970. 17. ¶ Deducta in ſtipulationem dicitur conuentionalis, & applicatur parti offenſæ, ſi non fuit promiſſa fiſco, ſecus de conſuetudine. 840. 29. ¶ Debita ex tregua, & ex conuentione in ea facta dicitur deſcendere ex cauſa ciuili, non criminali. 956. 8. ¶ Conuentionalis non confunditur cum alia pœna, & ſemper exigitur à promittente ultra aliam pœnam, in qua fuit condemnatus. 840. 26. ¶ Non poteſt peti ſecundum ſtatutum Vrbis, niſi iuratum fuerit tanti intereſſe præuia taxatione iudicis. 915. 13. ¶ Incurſa propter alienationem ex æquitate tollitur ſtante illius reuocatione, & dicitur facta in continenti ante quæſtionem motam. 929. 14. ¶ Factum iure permittente pœnam non meretur. 960. 15. ¶ Dilatio conceſſa reo ad ſoluendum pœnam non præiudicat Iudici, cui debetur eius portio, non ſecus ac ſi fuiſſet ſoluta, quamuis concurreret Iudex condemnans cum Iudice exequente. 956. 14. ¶ Conſuetudo dandi quartam partem pœnarum Iudici exequenti, non autem condemnanti an ſit valida, & qualiter ſit probanda 956. 20. 23. & 25. ¶ Confuſio pœnarum non eſt facienda in damnum tertij, cui aliqua portio illarum acquiritur. 840. 6. ¶ Quæ debet ſolui per reos occaſione maleficiorum, vel quaſi eſt ſoluenda in manu depoſitarij Cameræ, à quo poſtea exiguntur per officiales eorum portiones. 840. 1. & 3. ¶ Condonatio pœnarum non ſpectat ad alium, quam ad Principem. 891. 22. ¶ Fiſcus an teneatur ſoluere omnia debita condemnati in pœnam confiſcationis bonorum, ſiue proueniant ex contractu, vel quaſi, ſiue ex delicto eiuſdem rei, & quando fiſcus præferatur, & quid reſpectu intereſſe partis, in qua idem reus fuit condemnatus. 840. 11. 13. 15. & 16. ¶ Conſtitutio pœnalis non debet extendi, neque à maioritate rationis. 972. 13. ¶ Duplex pœna, ſi reſultet ex aliquo maleficio ciuilis, & criminalis, una non confundit aliam. 956. 9. ¶ Iudex, cui applicatur quarta, ſeu decima pars pœnarum, non eſt creditor delinquentis, ſed fiſci, cui ſtatim acquiritur dominium bonorum condemnati, quorum poſſeſſionẽ capit procurator fiſci etiam reo non citato. 840. 20. ¶ Confiſcatio bonorum trahitur retro ad principium prolationis ſententiæ, itaut ſufficiat actionem eſſe quæſitam ad acquirendam pœnam, quamuis adhuc non ſit incorporata. 956. 19. ¶ Diſpoſitio dicitur pœnalis, quamuis in ea non fiat mentio pœnæ. 915. 15. ¶ Applicatio pœnarum ad fauorem Iudicis ſolet fieri in præmium laborum, quos patitur in expeditione cauſæ, qui non conſiderantur in Iudice ſententiam exequente. 956. 16. & 18. ¶ Ius accreſcendi non habet locum, ſi pars, vel fiſcus portionem ſuam pœnæ noluerit. 956. 11. ¶ Numerus plurium delictorum inducit numerũ pœnarum. 956. 5. ¶ Delinquens non liberatur à pœna legali, quamuis cautio ex prima offenſione ſit fracta. 840. 12. ¶ Cumulatio pœnarum admittitur quando illæ applicantur partim fiſco, partim priuato 840. 10. ¶ Applicatio quarumcumque confiſcationum, & pœnarum non poteſt fieri niſi Cameræ, aliquando tamen fit etiam Iudici & parti, & eis debetur. 840. 2. 7. 17. & 34. ¶ Iudex non poteſt aliquid percipere ex pœna conuentionali applicata fiſco, & parti, niſi Princeps aliud ſtatuat. 956. 12. ¶ In pœnalibus, & odioſis fit reſtrictio, & admittitur æquipollens, ne quis puniatur ultra mentem diſponentis. 814. 13. ¶ Fiſcus non agit ad totam pœnam conuentionalem ſine mandato partis, ſed ſolum ad portionem, quidquid ſecus ſit in legali partim ei & partim offenſo applicanda. 956. 10. ¶ Condemnatio eſt valida in diuerſis pœnis ad effectum cumulationis pœnarum ſecundum ſtatuta mandantia, quod condemnatus in ſcutis mille poſſit impunè offendi. 840. 9. ¶ Fideiubens pro reo, an teneatur ultra pœnam promiſſam etiam ad augumentum prouenient ratione contumaciæ, ſeu inficiationis. 840. 27. ¶ Sententia eſt valida, in qua condemnatur reus in pœnam quingentorum pro pace rupta, & confiſcationis omnium bonorũ pro homicidio, itaut una non perimat aliam. 840. 4. ¶ Alia eſt pœna cautionis, & alia legis, & præcepti Iudicis. 840. 31. ¶ Sufficit ademptio cum aduerſatiua, ſi non feceris, ut dicatur pœna. 925. 14. ¶ Quarta pars pœnæ ſoluenda Iudici non debetur, niſi ei, qui condemnauit, & ſententiam executus eſt, & confiſcauit. 956. 13. ¶ De multiplicatione pœnarum remiſſiuè. 840. 17.

Pœnitentia non admittitur in præiudicium illius, cui fuit ius quæſitum. 909. 28. ¶ Quando habeat locum, antequam expediatur beneplacitum apoſtolicum. 803. 44. 47. & 49. ¶ An detur, ſi partes voluerunt de contractu conficí inſtrumentum. 842. 18. & 20. ¶ In contractibus innominatis de iure canonico an ſit locus pœnitentiæ propter non adimplementum. 803. 5. 7. & 9. ¶ Inobſeruantia contractus non facit, quod ſit locus pœnitentiæ quando ſeruit

in eccleſia, & loco pio, ſed eſt agendum, vt adimpleantur promiſſa. 803. 1. 3. & 4.

Poſitio *obligat ad reſponſionem, ſicut confeſſio.* 869. 28.

Poſſe *non dicimur, quod de honeſtate non poſſumus.* 891. 31.

Poſſeſſio *fingitur per legem acquiſita, ſi non ſtat per eum, qui debet eam apprahendere, & impeditur, ne illam adipiſcatur.* 934. 10. ¶ *Acquiritur ex locationibus cum exactione penſionum.* 989. 25. ¶ *Iniuſta debet manuteneri, dummodo non ſit notoriè iniqua.* 870. 18. ¶ *Eſt acquiſita per appoſitionem cuſtodis, & an requiratur, vt talis cuſtos habeat animum poſſidendi pro eo, qui illum poſuit.* 939. 11. & 23. ¶ *Habita à Principe dicitur iuſta, tanquam poſſideatur auctoritate magni Prætoris.* 907. 12. ¶ *Capta per modum continuandi prius acquiſitam non facit nouũ actum.* 910. 11. ¶ *Anteceſſoris iuuat ſucceſſorem.* 871. 2. ¶ *Defunctẽ operatur, vt rei ſit præſumenda in eius bonis, quãuis non conſtet de dominio.* 869. 17. ¶ *Probatur ex inſtrumẽto impoſitionis cẽſus, in quo aſſeritur, quod quis habet domum pro indiuiſo.* 838. 7. & 9. ¶ *Acquiſita in parte dicitur acquiſita in tota re.* 910. 3. ¶ *Nõ probatur, ſi in libro Monaſterij aſſeratur, quod illud habet talẽ dominiũ.* 838. 8. ¶ *Ciuilis amittitur propter ſuſpicionẽ, quam poſſidens habet ſe poſſe repelli.* 934. 7. ¶ *Poſſidens de mandato Iudicis habet remediũ retinẽdæ poſſeſſionis.* 926. 1. ¶ *Cõtinuatio poſſeſſionis vigore ſtatuti an detur in bonis, quæ non tranſmittuntur ad hæredes.* 954. 15. & 18. ¶ *Inſtrumentum an debeat tradi in conſpectu rei ad effectum tranſlationis poſſeſſionis.* 910. 29. cum ſeq. ¶ *Habens poſſeſſionem titulatam præfertur non habenti titulum.* 910. 5. ¶ *Prædo eſt manutenendus in ſua poſſeſſione, & ad illam debet reſtitui, ſecus ſi ex eiſdem actis appareat eſſe prædonem.* 899. 21. ¶ *Exiſtens in poſſeſſione ſemper præſumitur eſſe in ea, donec ſua voluntate non receſſerit, aut probetur expulſio* 981. 31. ¶ *Iudex rectè procedendo priuat poſſeſſorem omni poſſeſſione ciuili, & naturali etiam non expulſis colonis.* 926. 28. ¶ *In poſſeſſione rerum mobilium non intrat præſumptio continuatæ poſſeſſionis, quia non retinetur animo, ſicut in ſtabilibus.* 950. 39. & 41. ¶ *Statuta de continuanda poſſeſſione an habeant locum, quando poſſeſſio non eſt vacans, ſed per alium apprahenſa.* 954. 13. ¶ *Aſſociatio ad poſſeſſionem ratione hypothecæ quando detur contra tertium vigore conſtituti.* 855. 1. & 4. ¶ *Iudex nulliter procedens an priuet poſſidentem ſua poſſeſſione.* 926. 2. 18. & 22. ¶ *De duplici praxi capiendi poſſeſſionem ante, vel poſt liquidatum negotium.* 921. 14. & 16. ¶ *Spolium excluditur non probata poſſeſſione, & continuatione illius in rebus immobilibus.* 950. 43. ¶ *Expulſio indebita eſt probanda per eum, qui prætendit nulliter eſſe priuatum ſua poſſeſſione.* 950. 32. ¶ *Venditio dicitur ratificata per poſſeſſionem captam de re vendita.* 876. 25. ¶ *Verba capiẽdi poſſeſſionem propria auctoritate an excludant declarationem, & liquidationem.* 921. 11. & 13. ¶ *Traditio poſſeſſionis, quæ fit per actus fictos ab aliquo poſſeſſore an requirat præſentiam eius, cui poſſeſſio traditur.* 910. 34. & 36. ¶ *Declaratoria non eſt neceſſaria, ſi aliquid poteſt liberè fieri, & datur ingreſſus poſſeſſionis abſque requiſitione illius, qui alias deberet requiri.* 921. 20. & 22. ¶ *Ingreſſus poſſeſſionis de mandato Iudicis an ſuppleat licentiam domini.* 913. 8. ¶ *Retentio datur quando liquidatio ſuperuenit poſt ingreſſum poſſeſſionis.* 921. 18. ¶ *Inſtrumenti traditio transfert poſſeſſionem, & dominium rei in eo contentæ.* 910. 2. ¶ *Tertius non poteſt acquirere poſſeſſionem pro alio, ſi non habeat mandatum, dicetur tamen acquiſita, ſi poſtea ratificetur.* 910. 37. ¶ *Proprietarius an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate vſufructu finito, vel potius ſit agendum contra hæredem actione ad vendicandam, & euincendam illam naturalem poſſeſſionem.* 899. 4.

Poſſeſſor *non eſt priuandus poſſeſſione exigendi penſionem non obſtantibus exceptionibus, quæ requirunt diſputationem.* 921. 4. ¶ *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non dicitur ſpoliare poſſeſſorem, neque priuare aliquem ſuis iuribus, ſecus ſi ſeruatis ſeruandis ſententiam ferret.* 932. 17. ¶ *Emptor habendus eſt pro poſſeſſore, ſi per eum ſtetit, vt poſſeſſionem non accipiat.* 939. 8.

Poſſeſſorium *iudicium differt à petitorio, itaut fideiubens ſuper vno non cenſeatur fideiuſſiſſe ſuper alio.* 960. 19. ¶ *Mandatum Iudicis an priuet poſſeſſorem ſua poſſeſſione abſque aliqua eiectione.* 912. 51. ¶ *Teſtis vnicus nullam fidem facit in poſſeſſorio plenario, quod ordinatur ad finem perueniendi ad ſententiam definitiuam, ſecus in ſummariſſimo.* 950. 35. ¶ *Quæſtio poſſeſſorij ceſſat ſtante petitorio notoriè nullo, & non tribuente aliquod ius.* 899. 18. & 20. ¶ *Aduerſus ſententiam Iudicis procedentis ſeruatis ſeruandis non competit remedium poſſeſſorium, ſecus ſi adeſſet notoria iniuſtitia, & nullitas patens.* 912. 53. ¶ *Datur pro præſtatione, quæ ſoluitur ratione certæ rei.* 981. 29.

Poſterior *dignitas non præfertur antiquiori.* 845. 8.

Potentiores *debent dominari imbecillioribus, ſiue ſimus in beſtijs, ſiue in hominibus.* 801. 53.

Potuit *noluit, quod voluit adimplere nequiuit.* 809. 12.

Pratum *an ſit exemptum à iuriſdictione Epiſcopi Piſtorien.* 918. 32. ¶ *Et an ſit in illius diœceſi.* 918. 3. ¶ *Et de eius priuilegijs, & an illud conſtituant in ſtatu nullius diœceſis.* 918. 27. ¶ *Et qualis ſit eius ſituatio.* 918. 17. ¶ *Et reſpectu quarum perſonarũ dicatur nullius.* 918. 55. ¶ *Pratenſe ſtatutum mandans, vt nullus præſumat allegare, quod Præpoſitus Pratenſis non habeat in terra Prati iuriſdictionẽ an ſit contra libertatem eccleſiæ.* 918. 11.

¶ *Pri-*

¶ *Priuilegium Paul. III. conceſſum Prepoſito Pratenſi, quid contineat, & an per illud preſeruetur iuriſdictio ordinarij Epiſcopi.* 918. 34.

Præcedentiæ *cauſa eſt magni præiudicij.* 845. 1. ¶ *Conſuetudo attenditur in materia præcedentiæ.* 867. 27. ¶ *Adminiſtratio generalis ob numerum maiorum fratrum non tollit in præcedentia prærogatiuam temporis.* 845. 37. ¶ *In præcedentijs attenditur, quod Princeps, & obſeruantia particulariter diſpoſuit.* 940. 6. ¶ *Fratres S. Spiritus in Saxia præcedunt Benedictinos ad ſimilitudinem Canonicorum regularium.* 845. 39. ¶ *Præceptor S. Spiritus ex obſeruantia præcedit Generalibus aliarum religionum.* 845. 4. & 6. ¶ *Ordo S. Spiritus non eſt inter mendicantes, de quibus loquitur Bulla Pij V. dantis præcedentiam prædicatoribus.* 845. 38. ¶ *Reliqua* vide in verb. præheminentiæ.

Præceptor *S. Spiritus habet primum locum in Capella, & Concilijs ante Generales aliarum religionum.* 845. 4. & 6. ¶ *Vtitur priuilegijs antiquis, neque indiget nouis ſtante reſtitutione aduerſus ſuppreſſione præceptoriæ cum recuperatione omnium etiam in tertium alienatorum.* 845. 27. & 29. ¶ *Præceptoria S. Spiritus fuit ſuppreſſa per Iul. III. quo ad modum eligendi tantum Præceptorem, non quo ad alia iura, licet poſtea fuerit reſtituta per Paul. IV. aduerſus dictam ſuppreſſionem, & an illa ſit perpetua,* 845. 9. 18. & 40. ¶ *Inſtitutio Præceptoris S. Spiritus fuit approbata per Innoc. III. ideo præcedit ordinẽ Prædicatorũ poſtea confirmatũ per Honor. III.* 845. 7.

Præheminentiæ *ſunt fructus, & emolumenta poſſeſſionis rectoriæ, & canonicatus.* 940. 7. & 26. & c. 867. 26. ¶ *Dantur ex inſignijs, & veſtibus, quæ arguunt dignitatem.* 845. 50. ¶ *Conceduntur antiquiori.* 893. 29. ¶ *Alia* vide in verb. præcedentia.

Præiudicium *quando veniat ſub nomine damnorum, & amiſſionis lucri.* 833. 10. ¶ *Conceſſio abſque præiudicio alicuius intelligitur ſolum reſpectu eorum, quæ non ſunt in gratia expreſſa.* 991. 9. ¶ *Diſpoſitio cum clauſula ſine præiudicio an cenſeatur reuocata, quamuis poſtea fierent alij actus abſque tali proteſtatione.* 981. 41. & 43. ¶ *Confeſſio debitoris relatiua ad certam ſcripturam illi non affert præiudicium, ſi non appareat in ea aliquod debitum.* 946. 2.

Prælatus *parcius viuendo ſibi acquirit, quod debuiſſet expedere pro ſuo vſu, & familia.* 986. 21. ¶ *Non habet facultatem alienandi pecuniam magnæ quantitatis exiſtentem in proprietate eccleſiæ etiam conuertendam in illius vtilitatem ſine ſolemnitatibus.* 931. 11. ¶ *Poteſt agere, vt reſtituatur ad poſſeſſionem, qua fuit ſpoliatus ſuus anteceſſor, quamuis nunquam poſſederit, dummodo non experiatur nomine ſuo, ſed eccleſiæ.* 974. 22. ¶ *Licet teneatur reinueſtire pecunias in emptionem prædiorum, tamen debet illas retinere cauſa ſubleuandi neceſſitates eccleſiæ.* 931. 6.

Præſcriptio *habet vim pacti, ſolutionis, & priuilegij, & æquiualet veritati.* 860. 8. & 10. & c. 881. 10. ¶ *Tollit omnẽ obligationem ciuilem, & naturalẽ.* 860. 8. ¶ *Interrumpitur per recognitionem debiti.* 994. 10. ¶ *Quadragenaria non iuuat ſtante mala fide.* 870. 26. ¶ *Non datur quo ad canones futuros eccleſiæ debitos.* 912. 49. ¶ *Statutaria regulatur iuxta illam, quæ competit de iure communi, & in ea requiritur bona fides.* 994. 4. & 6. ¶ *Quando tollatur per contrarios actus, & quod tempus ſit neceſſarium.* 918. 44. ¶ *Triginta annorum an admittatur aduerſus executionem laudi, & ſententiæ.* 994. 1. & 11. ¶ *Omnis maculæ, & quæſtus illiberalis inducitur per ſpatium triginta annorum.* 976. 9. & 18. ¶ *Qualiter conſideretur quo ad actus geſtos per Præpoſitum Pratenſem, & Epiſcopum Piſtorien. in terra Prati.* 918. 48. & 50. ¶ *Eſt interrupta, ſi non poteſt interrũpi ex impedimento partis.* 851. 5. ¶ *Quadragenaria quando ſuffragetur ſine titulo, & priuilegio.* 918. 43. ¶ *Quatuor annorum poteſt allegari per eum, qui aliquid poſſidet auctoritate Principis.* 907. 8. ¶ *Triginta annorum parit debitori plenam ſecuritatem, & ſatisfactionem.* 881. 18. ¶ *Interruptio præſcriptionis non iuuat quando quis ſuccumbit in cauſa.* 881. 20. ¶ *Exceptio præſcriptionis remouet remedia poſſeſſoria.* 907. 9. ¶ *Mala fides impedit præſcriptionem, & nocet ſucceſſoribus.* 918. 41. ¶ *Tempus quinquennij quando inducat præſcriptionem, & tollat læſionem, vel ſuppleat ſolemnitatem.* 879. 17. ¶ *Per decennium præſcribitur ſtatuto, vt non dicatur vſu receptũ, ſecus ſi fuiſſet cæptum obſeruari, quia tunc requirũtur quadraginta anni* 965. 3. & 6. ¶ *Scientia domini quãdo requiratur in præſcriptione quadragenaria.* 912. 43. ¶ *Titulus non eſt neceſſarius in præſcriptione quadraginta annnorũ, ſecus ſi ius reſiſtit.* 870. 27. & 29. ¶ *Petitio executionis ſententiæ operatur, vt nunquam currat præſcriptio.* 994. 13. ¶ *Impetrans indultum exemptionis dicitur renunciaſſe præſcriptione ſibi quo ad eam competenti.* 918. 47. ¶ *In annuis præſtationibus, & fructibus cenſuum tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, neque in eis obſtabit ſtatutum Vrb. lib. 1. c. 158. & 159. loquens de præſcriptione.* 883. 14. ¶ *Tempus quinquennij quando inducat præſcriptionem.* 879. 17.

Præſumptio *cedit veritati.* 909. 23. & c. 832. 15. ¶ *Vna remouet aliam, & præualet illa, quæ eſt conformis iuri communi.* 824. 6. & 14. & c. 967. 34. ¶ *In ſpecie tollitur per præſumptionem in genere.* 961. 19. ¶ *Iuris afficit onere grauiori probandi contrarium.* 962. 50. & c. 970. 40. ¶ *Nulla poteſt eſſe in teſtamento, contra quàm alia non admittatur.* 988. 14. ¶ *Duplex eſt euitanda.* 910. 25. & c. 930. 37. ¶ *Vicinitas actuum, & breuitas temporis inducit* præ-

Digitized by Google

præſumptionem, quod ſit facta ſolutio de pecunia paulo ante accepta. 892. 11.

Præuidere quis debet, quod poteſt euenire, ne dicatur in culpa. 854. 15.

Precarium in quo differat à conſtituto, & quam poſſeſſionem transferat. 1000. 26. & 29.

Pretium auctum ex bonis æſtimatis datis in dotem eſt communicandum omnibus ſocijs. 904. 20. ¶ Affectionis, & ad magnificandum dotes non attenditur. 926. 14. ¶ Modicum quale ſit Iudex arbitratur.... 5. ¶ Iniuſtitia pretij æſtimationis rerum dotalium excludit emptionem. 826. 66. ¶ Fides de pretio quando dicatur habita, & an ſufficiant coniectura. 953. 15. ¶ Nemo præſumitur velle vendere rem minori pretio, quam valeat. 826. 67.

Prima loca non debent pratendi ambitu, & cupiditate gloriæ, ſed propter finem obſeruandi ordinis, quod eſt laudabile, & iuri conſonum, vt alter alteri præſit. 845. 2.

Primogenituræ bona redacta ad allodialia trãſmittuntur ad filios æqnis portionibus. 839. 1. ¶ Ius primogenituræ trãſlata à primo agnato in ſubſtitutum tranſit cum eadem qualitate, & conditione, quæ ſemper intelligitur tranſlata cum ipſa diſpoſitione. 808. 12. ¶ Verba motus proprij pro releuatione primogenituræ quomodo intelligantur. 882. 26.

Primogenitus cæteris præfertur in his, quæ ſunt dignitatis, tam de conſuetudine, quàm de iure. 834. 11. ¶ Dicitur, qui ſecundo genitus eſt cedente primogenito. 834 19. ¶ Teſtator vocans primogenitum, & primo deſcendentes dicitur ſenſiſſe de ſeniore reſpectu ætatis, non alterius qualitatis. 834. 1. 3. & 26. ¶ Omnes ſunt amantiores primogenitorum à natura ipſa, itaut ſecundum hoc ſit iudicandum. 834. 12. ¶ Diſpoſitio loquens de primogenito, qui debeat ſuccedere in comitatu an intelligatur ſolum de filio nato poſt adeptam dignitatem comitatus, non autem de eo, qui ante illam eſt ortus. 976. 13. & 15. ¶ Familia decor conſeruatur per primogenitum. 834. 8.

Princeps, quamuis non ligetur lege, ligatur tamen ratione legis. 801. 19. ¶ Contrahens ſeruat eaſdem leges ad quas tenentur priuati. 891. 9. ¶ Non præſumitur voluiſſe euertere formam iuris requiſitã in teſtamentis. 975. 8. ¶ Mutando monetam non cenſetur mutaſſe obligationes iam contractas. 884. 8. ¶ Secularis habens regalem dignitatem gaudet omnibus priuilegijs Romano Imperatori conceſſis. 993. 12. ¶ Pro bono pacis poteſt in totam rem priuatorum auferre, & multo magis illam diuidere. 997. 10. ¶ Obligatur ex contractu per eum geſto. 959. 9. ¶ Non cenſetur voluiſſe derogare iuri tertij, immo præcipit, vt reſcripta contra ius non obſeruentur, & quando illud cenſeatur ſublatum. 868. 18. & c. 867. 16. & c. 854. 23. & 25. ¶ Non tollit ius alterius ad commodum priuatum, & ſi hoc facit ad publicam vtilitatem, reficit damna, & quid ſi fiat per viam legis generalis. 891. 13. & 57. ¶ Conceſſio Principis debet declarari, vt minus ius commune, & tertius lædatur, & quando dicatur facta ad vtilitatem priuatam, & an intelligatur ſine præiudicio alterius. 996. 9. & c. 891. 14. & c. 947. 23. ¶ Omnes contractus Principis ſunt bonæ fidei. 891. 11. ¶ Emens à Principe non poſſidente non habet priuilegium l. bene à zenone. C. de quadr. præſcript. & cui incumbat onus probandi talem poſſeſſionem. 907. 17. ¶ Leges ſubijciuntur Principi, non contractus. 891. 12. ¶ Expreſſio cauſæ non requiritur in litteris gratioſis, & illa in Principe præſumitur. 845. 30. ¶ Contraria diſpoſitio Principis poſterior derogat priori etiam abſque ſpeciali mentione illius. 940. 37. ¶ Indultum Principis non debet eſſe fruſtratoriũ, & ſine effectu operãdi. 854. 12. ¶ Promiſſio ſub fide Principis habet vim iuramenti. 824. 23. ¶ Acquiſita per vnum ex fratribus in ſeruitio Principis non ſunt communicanda alijs fratribus, nec in eis pater habet aliquem vſumfructum, ſed retinentur ad ſimilitudinem peculij caſtrenſis. 993. 10. & 11.

Principali ſublato reſoluitur omne acceſſorium, & omne illud, quod ab eo dependet, & cuius contemplatione fuit factum. 960. 5. & 7. & c. 824. 56.

Principium malum cum effectu malo ſubſecuto inducit malam intentionẽ fraudandi. 967. 10.

Prior in tempore eſt potior in iure. 963. 1.

Priores, & Abbates an idem ſint quo ad dignitatem, & alias qualitates adminiſtrationis vſus mitræ, & baculi. 871. 5. 21. & 26. ¶ Vide in verb. Abbas.

Priuatio non habet lecum, ſi aliquid fiat de facto, non ſecuto effectu. 844. 15. ¶ Iuris quæſiti dicitur pœna. 862. 33. ¶ Actus priuationis non præcedit actum tranſlationis in alterum, ſed eſt vnus, & idem actus. 942. 24. ¶ In caſibus, in quibus datur priuatio ipſo iure, eſt neceſſaria declaratoria. 809. 13.

Priuatus aliqua ſucceſſione, ſeu lucro illud trãſmittit ad eum, cuius contemplatione remouetur, & nulli alij accreſcit. 942. 20.

Priuilegiatus, ſi non poteſt concurrere cum priuilegiato, recurritur ad ius commune. 961. 28. ¶ Cum priuilegiato non vtitur priuilegio. 896. 21. & c. 988. 8.

Priuilegium alicui conceſſum ex cauſa onerosa non reuocatur per ſecundum. 891. 61. ¶ Poſtquam eſt conceſſum non dicitur cõtra ius commune, neque in eo eſt neceſſaria clauſula non obſtantibus. 940. 5. ¶ Pauli III. conceſſum Præpoſito Pratenſi quid contineat, & an per illud præſeruetur iuriſdictio ordinaria Epiſcopi. 918. 34. ¶ In compenſationem laborum pro eccleſia eſt irreuocabile. 925. 4. ¶ Quando conquaſſetur inter mulieres, & alios priuilegiatos hinc inde contrahentes, & quid ſi tractetur de damno, ſeu lucro, & vnus ſit priuilegiatus in ſpecie, & alter in genere. 961. 13. vſque ad 29. ¶ Derogatio priuilegiorum eſt facienda. 918. 38. ¶ Et in dubio, quod potius

illis

Digitized by Google

illis non ſit derogatum. 845. 17. ¶ Sermo generalis ſtatuentium non ſufficit ad tollenda privilegia conceſſa pia cauſa. 895. 45. ¶ Tenor privilegij eſt praeciſè ſeruandus. 947. 24. ¶ Duces, Comites, & ſimiles an gaudeant eorum privilegijs poſt refutationem factam de ſtatu cum titulo. 834. 28.

Probatio debet eſſe concludens. 950. 37. ¶ Poſſeſſionis conſtituentis requiritur ad hoc, vt conſtitutum operetur contra tertiũ. 954. 8. ¶ Fruſtra expectatur, quae cum peruenit, nihil operatur. 803. 12. ¶ Non excludit probationem. 948. 12. & c. 849. 2. 7. & 9. ¶ Dubia dicitur quando poteſt habere multiplicem interpretationem. 980. 15. ¶ Vtriuſque qualitatis maſculinae, & proximitatis requiritur, ſi de vtraque eſt facta mentio. 901. 20. & 34. ¶ Non eſt anguſtianda, ſed amplianda. 892. 11. ¶ Vna excludit aliam, & quae ſit potentior. 873. 10. ¶ Dubia non releuat, & illam debemus interpretari contra probantem etiam in materia fauorabili. 874. 29. ¶ Quando dicatur eſſe incontinenti. 850. 10.

Proconſul deponit imperium quando intrat portam Vrbis. 802. 6.

Procurator falſus, quot modis dicatur. 985. 25. ¶ Et an ſit talis ille, qui habet mandatum generale, & agit ſcienter in caſu, in quo ſpeciale requiritur. 985. 1. ¶ In omittendo praeiudicat domino. 957. 2. ¶ Qui fuit litem conteſtatus non remouetur per dominum reſiſtente, & inuito aduerſario. 906. 18. ¶ Datus per teſtatorem ad exequendum ſuam voluntatem non praeſtat cautionem mutianam, ad quam tenetur vſufructuarius. 826. 78. ¶ Repraeſentat perſonam domini, itaut pro illo reputetur. 853. 62. ¶ Conſtitutus ad capiendam pecunias ad cenſum an poſſit apponere clauſulam inſolidum, & alia pacta ſolita etiam poenalia pro executione mãdati. 950. 13. ¶ Primus cenſetur reuocatus per conſtitutionem ſecundi. 909. 14. ¶ Et reuocatio debet obeſſe reuocanti. 909. 24. ¶ Non praeſumitur ita diligens in cauſis grauibus, ſicut dominus. 868. 32. ¶ Nihil agit ante acceptationem mandati. 877. 15. ¶ Debet oſtendere mandatum, vt valeant actus per eum geſti. 907. 37. ¶ Quando habeat dilationem ad certiorandum dominum abſentem. 853. 63. vſque ad 66. ¶ In rem propriam non venit in ſtatuto loquente de procuratore. 873. 25. ¶ Cőſtituens Titium aſinum ſuum ad agendum cenſetur illum conſtituiſſe procuratorem 837. 10. ¶ Faciens expenſas propter temeritatem nõ praeiudicat domino. 806. 6. ¶ Quando ſit dimittendus per dominum, qui debet abeſſe ex iuſta cauſa. 868. 27. & 30. ¶ Monacus non eſt idoneus teſtis pro monaſterio, ſi ſit illius procurator etiam finito officio. 980. 18. & 19. ¶ Conſtitutus in rem propriam non expirat morte mandantis. 873. 29. ¶ Irreuocabilis, & in rem ſuam efficitur dominus, itaut ad eum ſpectet lucrum, & damnum. 873. 23. ¶ Nemo poteſt aſtringi ad conſtituendum procuratorem. 891. 21. ¶ Statutum circa confeſſionem procuratoris de recepto quid operetur. 873. 8. ¶ Voluntas non cõtinuationis procuratoris ex quibus probetur. 909. 29. ¶ Legitimatio perſonae non poteſt opponi per eum, qui citauit aliquem tanquam procuratorem. 855. 7. ¶ Mulier licet non poſſit eſſe procuratrix, nec comparere in iudicio, poterit tamen eſſe, ſi conſtituatur in rem propriam. 873. 24.

Prodeſt, ſi quid alteri, & alijs non nocet, eſt concedendum. 867. 42.

Producere ſignificat exhibere, & videndi, ac legendi facultatem in actis praebere. 981. 25.

Productio in parte & partibus quando admittatur etiam quo ad ea, quae enunciatiuè, & incidenter exprimuntur. 851. 18. & 22. & c. 870. 1. ¶ Realis differt ab allegatione, & repetitione incerta. 1000. 18.

Productum in eſſe difficilius tollitur, quam impediatur introductio. 965. 5.

Profeſſio non ritè facta non praeiudicat, nec de conſenſu monaſterij poteſt renunciari anno probationis. 850. 15. ¶ Decretum Concilij de diſpoſitionibus faciendis cum licentia Epiſcopi intra duos menſes proximos ante profeſſionem non habet locum, niſi in actibus inter viuos. 807. 30. ¶ Statim profeſſus, quod habeat vocem eſt de iure antiquo, cum hodie ſufficiat, vt ſit in ordine ſubdiaconatus. 894. 21. ¶ Obligatio, ſeu renunciatio ante profeſſionem debet fieri cum licentia Epiſcopi, & alijs requiſitis per Concilium. 899. 19. ¶ Statutum an valeat, vt omnes nouitij ante profeſſionem renuncient vocem in capitulo per triennium à die ſuſcepti ordinis ſubdiaconatus, & an ſit contrarium concilio. 893. 2. 8. & 17.

Prohemium arguit cauſam finalem, & declarat intentionem diſponentis, quae cenſetur repetita in ſequentibus. 809. 8. & c. 947. 13. & c. 924. 22.

Prohibitio ceſſat extincta cauſa prohibitionis. 838. 20. ¶ Circa totum verificatur in qualibet parte, ſiue totum ſit integrale, vel vniuerſale. 968. 20. ¶ Realis, & in rem ſcripta an tranſeat reciprocè cum ſuo onere ad quemcumque vadat, ſiue vocatum, ſiue poſitum ſub conditione. 828. 45. ¶ Melior eſt conditio prohibentis. 896. 3. ¶ Ad tempus cenſetur ſtatim poſt illud remiſſa. 894. 9. ¶ Quod non prohibetur, vtique debet cenſeri permiſſum. 870. 36. ¶ Prohibitus aliquid facere, & acquieſcens prohibitioni ſibi praeiudicat. 918. 46.

Promiſſio ſub fide Principis habet vim iuramenti. 824. 23. ¶ Faciendi non differt ab ipſo facto. 887. 28. ¶ Declaratio contra conuentionem prius factam non valet in praeiudicium eius, cui fuit facta promiſſio. 924. 4.

Promittens aliquid facere cogitur ad obſeruantiam, ſeu ad intereſſe. 924. 3. ¶ Se obligaturum rectè conuenitur ad rem promiſſam

tra-

tradendam. 887.27.¶ *Sub fide Principis, non obligatur iuramẽto, conſtito de errore*. 824.24.

Propoſitum *in propoſito idem operatur, quod oppoſitum in oppoſito*. 932. 11.

Proprietarius *an poſſit ingredi poſſeſſionem propria auctoritate vſufructu finito, vel potius ſit agendum contra hæredem actione ad vendicandam, & enincendam illam naturalem poſſeſſionem*.899.4.¶ *Manutentio an competat proprietario poſt obitum vſufructuarij contra illius hæredes*. 899. 6.

Proprietas *nihil aliud denotat, quàm proprium patrimonium, ſiue rem ipſam propriam, quam habemus*. 838. 5.

Proprietas *verborum debet attendi, tam in materia odioſa, quam fauorabili*. 966. 24.

Proteſtatio *conſeruat iura proteſtantis*. 937.27. ¶ *Magis iuuat ſi non fuerit contradictũ proteſtationi*.980.6.¶*Semper in quolibet actu iudiciali eſt adhibenda, nam aliàs non cenſetur repetita, ſecus in extraiudicialibus*. 959. 22. ¶ *Diſpoſitio cum proteſtatione an cenſeatur reuocata, ſi poſtea fiant alij actus abſque tali proteſtatione*. 981. 41.

Prothocollum *an probet, ſi adeſt variatio in inſtrumento dato per notarium*. 889.6.¶ *Quale debeat eſſe, vt ex eo poſſit probari error notarij, qui dedit inſtrumentum diuerſum prothocollo*.889.27.& 29.¶*Error probatur per oſtenſionem prothocolli, & quid veniat eius appellatione*. 889.24.¶ *Folia reperta extra librum prothocollorum notarij, & alios rogitus quam fidem faciant*. 889. 26.

Prouentus *nomen eſt generale ad omnem redditum, quod prouenit ex facto hominis, vt funeralia, ſigillum, & ſimilia*. 867. 30.

Proximior *quo caſu excludatur per remotiorem in gradu*.965.29.¶ *Diſpoſitio excluſionis proximiorum per remotiores an dicatur odioſa odio irrationabili*. 866. 21. ¶ *Qualitas proximioritatis quomodo ſit probanda, itaut non ſufficiat probare proximitatem* 869.11.¶ *Caſtrum quando æqualiter ſpectet ad proximiores*. 839. 28.

Pupillus *an acquirat rem emptã ex ſua pecunia cum priuilegio tacita hypotheca, & prælationis contra anteriores creditores*.955.8.*vſq; ad* 15.

QValitas *non poteſt ſtare ſine ſubiecto*. 854. 51. ¶ *Subſtantialis magis requirit illius verificationem*. 973. 22. ¶ *Eadem qualificat omnia copulata, quæ ſub eadem oratione ſequuntur, & ab eodem verbo regũtur*. 940.24. ¶ *Adiuncta verbo intelligi debet ſecundum qualitatem verbi*. 976. 14.¶ *Diſpoſitio eſt acceptanda in totum cum omnibus ſuis qualitatibus*.923. 12. & c. 924. 17. & c.918. 16.¶ *Adiectio qualitatis reſtringit diſpoſitionem, & eam in diuerſa ſpecie ponit*.834. 9.¶ *Eſt probãda, vt ſit locus diſpoſitioni, & non ſufficit probatio vnius ſine altera, quando duæ qualitates requiruntur, quãuis à iure præſumantur*.890. 10.& 12.& c.829.5. & c.976.3.¶ *Adiecta diſpoſitioni reponit eam in diuerſam ſpeciem*. 854. 52. & c. 936. 24. ¶ *Loci nota ordinario quando ſit narranda ad effectum validitatis gratiæ*.992.22.¶ *Cõiecturæ quales ſint, ex quibus colligatur non eſſe factam repetitionẽ qualitatis vnius legati cũ alio*.937.5.¶ *Subſtantia negotij cenſetur difficilius repetita, quã qualitas, quæ leuiorem probationẽ requirit*. 962.59.

Quietatio *quod ſit reſtricta ad portionem vnius tantum, probatur ex coniecturis*. 966. 19.

RAtificatio *actus geſti contra formam iuris non eſt attendenda*. 933. 17. ¶ *Contractus non admittitur mortuo vno ex contrahẽtibus*. 887.16.¶ *Eſt inefficax, ſi fiat poſt tẽpus, & poſt ius alteri quæſitũ, quo caſu non retrotrahitur*. 957.18.¶*Actus nulliter geſti per minorẽ iuxta* l.fin.C. ſi maior. fact. *non procedit de iure canonico*.810.49. & c.823.27.¶ *Societatis officij, quid debeat continere, vt præiudicet ratificati*. 944.2.& 10.¶*Subſequens nõ retrotrahitur in actu, qui in totũ, & penitus eſt nullus ipſo iure, ſecus in eo, qui eſt validus*.963.4.& 6.¶ *Nõ cenſetur facta ſtante dolo præſumpto, qui colligitur in contrahente cum minore abſq; ſolemnitatibus*. 823. 30. ¶ *Solemnitates requiſitæ in ipſa alienatione debent interuenire in ratificatione*. 933. 16. & c. 981.44.¶ *Conualidat ſocietatem, vt ex nunc, non autem vt ex tunc, quando fuit facta ab initio parte abſente, & ante ratificationẽ non facit currere periculum vitæ*.963.3. & 13.¶ *In ratificatione, quæ retrotrahitur ad diſpoſitionem validam non poteſt aliquid apponi in præiudicium eorum, quibus fuit ius quæſitum*.963.7. ¶ *Societas officij dicitur ratificata per petitionem pretij, ſeu ſortis principalis*.944.51.57.& 59.¶ *Ratificans quãdo poſſit apponere legẽ ſibi viſam, & qualitates ſibi proficuas*.963.16.¶ *Actus à principio nullus an poſſit retrotrahi, itaut ſuſtineatur, vt nunc, ſeu ex tunc*. 957.19.¶ *Conſenſus ſuperueniens retrotrahitur ad tempus actus geſti etiam in requirentibus ſpeciale mandatum in præiudicium ipſius ratificantis*.963.14.¶ *Non procedit in his, quæ ſunt publici iuris*. 812.18. ¶ *Quando præſumatur per quinquenniũ*. 879. 27.¶*Magis inducitur in actu iudiciali*.944.54.

Ratihabitio, vide Ratificatio.

Ratio *eadem facit idem ius per comprehenſionẽ, non per extenſionẽ*. 918.66.¶ *Habetur pro expreſſa in diſpoſitione, quando eſt vnica, & alia non adeſt*.813.7.¶*Non poteſt reddi omniũ, quæ à maioribus noſtris conſtituta ſunt*. 810. 15. ¶ *Comprehenſio ex paritate rationis admittitur etiam in ſtatutis, & in pœnalibus*.813.2. & c. 809. 9. ¶ *Paritas rationis facit, vt diſpoſitio ſubrogata habeat omnia, quæ competebant ſubroganti, ſecus vbi eſſet ratio diuerſa*. 808. 6. & 20.

Realiter *quid ſignificet* 853. 38. 40. & 69.

Recepta *in libro rationum dicuntur connexa, & debent in totum approbari, ſeu reprobari*. 851. 19.

Recognitio *non acceptata nihil operatur*. 911. 27. ¶ *Bona fidei pro tota ſumma facit, vt commodum, & incommodum ſpectet ad eum, qui de pretio participauit*. 962. 52. ¶ *Apoca non retrotrahitur ad diem, in quo fuit confecta in praeiudicium tertij*. 873. 18. ¶ *Non ſolum praeiudicat recognoſcenti, ſed etiam haeredi, & particulari ſucceſſori*. 912. 14. ¶ *Apocha non recognita nullum fidem facit*. 907. 31. ¶ *Adminicula admittuntur ad effectum, vt recognitio plenè probet*. 895. 35. ¶ *In recognitionibus apocharum ſtatur arbitrio Iudicis*. 895. 34. ¶ *Scriptura non recognita nullam fidem facit, & de non recognitione ſemper poteſt opponi, etiam in allegationibus iuris*. 844. 28. ¶ *Statutum Vrbis mandans in recognitione priuata ſcriptura eſſe adhibendos tres teſtes quomodo intelligatur, & an habeat locum in cauſis pijs*. 895. 23. & 46.

Reddere *idem eſt, quod retrodare*. 824. 9.

Redditus *annui conſtituti ſuper re immobili iudicantur tanquam ſtabilia*. 883. 1. vſque ad 6. ¶ *In permutatione annuorum redditu um cum re ſtabili non habet locũ retractus*. 883. 7. & 9.

Redimendi *facultatem habens ex pacto, ſeu de mandato Iudicis praefertur vicino, & conſanguineo, qui ex iure municipali poſſet vendicare rem venditam*. 978. 8. & 10.

Referens *ſe ad inſtrumentũ non ſibi praeiudicat ſi de eo nõ conſtat*. 957. 50. ¶ *In vna ſcriptura continetur illud, quod adeſt in alia, ad quam refertur*. 877. 11. ¶ Vide in verb. relatio.

Regulares *profeſſi in humilitate radicati debent creſcere de virtute in virtutem* 894. 18. ¶ *Priuilegium conceſſum regularibus, vt poſſint habere vocem, quamuis non eſſent ſubdiaconi non eſt ſublatum per Concilium*. 894. 7.

Regreſſus *habet cauſam de praeterito*. 921. 2.

Reintegratio *caſtri cum verbis reſtituimus an operetur, vt feudum dicatur antiquũ*. 819. 11.

Reinueſtimentum *collatum in perſonam alterius quomodo ſit faciendum*. 916. 12. ¶ *Obligatus ad reinueſtiendum pecunias non condemnatur, ſi non reinueſtierit, non probata occaſione proxima ad reinueſtiendum*. 931. 7. ¶ *Tutores, & ſimiles licet teneantur reinueſtire pecunias in emptionem praediorum, tamen debent illas retinere cauſa ſubleuandi neceſſitates eorum, quorum habent curam*. 931. 6.

Relatio *an habeatur pro genere expreſſi*. 973. 14. & 15. ¶ *Facit, vt nihil ſit alteratũ, niſi iuxta qualitates relati*. 937. 13. ¶ *Non debet fieri ad omnia, ſed tantum ad ea, quae ſunt compatibilia cum expreſſis*. 839. 14. ¶ *Nunquam fit ad illud, de quo fuit ſpecialiter prouiſum, quamuis eſſemus in quacumque diſpoſitione generali* 839. 16. ¶ *Actus requirens expreſſionem explicitam pro forma non admittit expreſſionem implicitam per relationem*. 973. 11. ¶ *Confeſſio debitoris relatiua ad certam ſcripturam illi non praeiudicat, ſi non apparet in ea aliquod debitum*. 946. 2. ¶ *Dictio relatiua non refert expreſſa in termino referente, ſed ſolum illa, quae non ſunt ſpecificata*. 828. 28. ¶ *Dictiones relatiuae videlicet aſſertorum ſuorum haeredum, vel ſimiles an dicantur habere reſpectum ad praecedentia cum repetitione qualitatum*. 828. 26. & 27.

Religionis *fauor eſt ampliſſimus, & debet extẽdi de caſu ad caſum*. 977. 22. ¶ *Ingrediens religionem tranſit in poteſtatem ſuperioris*. 852. 14. ¶ *Idem iudicatur de religione ſuperueniente, quod de ſeruitute, quae ſuperuenit*. 852. 15. ¶ *Dos filiae ingredientis religionem qualis debeat eſſe*. 882. 22. & 24.

Remiſſoria *denegatur propter irrelevantiam articulorum, & in materia obiectiua, & inferẽte delictum*. 803. 11. & 13. ¶ *Agenti ad reſciſſionem contractus obſtat iuramentum, contra quod non datur remiſſoria, ſed talis repellitur à limine iudicij*. 803. 16.

Renunciatio *quo ad vnam cauſam non extenditur ad aliam*. 948. 41. ¶ *Nunquam praeſumitur, ſi alia coniectura ſumi poteſt*. 948. 40. ¶ *Annullatur ſi deficiant cauſae, ob quas fuit renunciatum*. 858. 23. ¶ *Generalis etiam iurata quando trahatur ad incognita*. 834. 20 ¶ *Et comprehendit exceptiones futuras*. 864. 5. ¶ *Nullus praeſumitur velle renunciare iuri ſibi acquiſito*. 867. 15. ¶ *Dignitas poteſt ſtare ſine loco, cui in dubio ſolum cenſetur renunciatum, non dignitati*. 834. 17. ¶ *Renuncians loco dicitur renunciaſſe titulum, & denominationem ſectus ſi reuiuiſcaretur loco, & dignitati*. 834. 16. ¶ *Certioratio iurium renunciatorũ debet fieri mulieri renuncianti ad hoc, vt ſit valida*. 858. 13. ¶ *Actus geſtus cum vno an proſit, vel noceat alij in renunciatione ſi ex eadem cauſa plures eſſent inſolidũ obligati*. 966. 11. 14. & 27. ¶ *Qui renunciauit non poteſt amplius redire ad iura per eum renunciata* 960. 4. ¶ *Lapſus termini à ſtatuto praefixi inducit renunciationem retractus*. 885. 13.

Repetitio *magis inducitur quando actus eſt celebratus inter eaſdem perſonas*. 808. 13. ¶ *Praecedentium quando debeat fieri in ſequentibus, & è contra* 877. 13 ¶ *Qualitatum eſt facienda in inueſtituris factis in eadem oratione, idem ſi fiant diuerſis temporibus*. 808. 11. ¶ *Dies, & annus poſitus in vno folio cẽſetur repetitus in alio habente ordinatam conſequentiã*. 944. 48. ¶ *Depoſitio teſtium in repetitione an valeat, ſi ſe referunt ad examen nulliter factum etiam ſine aliqua citatione*. 890. 14. vſq; ad 18. ¶ *Clauſula contenta in prima conceſſione cenſetur repetita in alijs*. 850. 1. ¶ *In diſpoſitione emanata vnico contextu, & coniunctim qualitas aetatis, vel ſimilis an cenſeatur repetita, tam in praerogatiuis, quàm in ſede, & voce, & alijs*. 940. 19. 21. & 27. ¶ *Clauſula, vt praefertur repetit omnia praecedentia, maximè in materia continuata* 854. 8. ¶ *Verba, quod in omnibus, & per omnia relatio habeatur ad aliquod inſtrumentum operantur, vt tenor illius ſit de verbo ad verbum tranſlatus, & repetitus*. 946. 1. ¶ *Adiectio perſonarũ in ſecunda vocatione*

tione non admittit repetitionem qualitatum prioris vocationis, quamuis adſint dictiones inducentes repetitionē. 828. 16. ¶ Qualitas ſpecialiter expreſſa in duobus legatis excludit repetitionem aliarum qualitatum in ſecundo legato. 937. 18. ¶ Clauſula repetitiua, quando inducant repetitionem qualitatum prius expreſſarū inter plura, quæ reguntur ſub eodem nomine, vel habent orationem perfectā. 937. 29.

Res iudicata magis præualet, *quando ſumus in caſu exceptionis, non exceptionis. 907. 10.*

Res *ſua nemini ſeruire poteſt. 876. 10. ¶ Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. 940. 8. & 25.*

Reſciſſio *contractus an detur quando adeſt iuramentum, & an per illud inducatur exceptio litis finitæ. 803. 16. & 17.*

Reſcriptum *redditur conditionale propter clauſulam cōſtito de intereſſe, ante cuius verificationem nulla adeſt iuriſdictio. 850. 5. ¶ Verba reſcripti ſunt propriè, ſtrictè, & ſecundum ſubiectā materiam intelligenda 938. & c. 980. 2.*

Reſeruatio *conſeruat iura reſeruata. 918. 7. & 19. ¶ Vacationis apud ſedem habet maiorem prærogatiuam, quam alia quæcunque, & de ea debet fieri ſpecialis mentio 982. 4. ¶ Præiudicij alterius debet conſeruare omnia iura intacta. 867. 32. ¶ Clauſula generalis, etiā ſi adſint alia quæcunq; reſeruationes, vel affectiones, præterquam per obitū apud ſedem, quare ſoleat apponi, & quem effectū operetur. 982. 3. ¶ Facultas conferendi beneficia reſeruata an comprehendat illa, quæ ſunt duplici reſeruatione affecta. 982. 1. 12. & 24. ¶ Mentio eſt facienda de omnibus reſeruationibus, ſi plures adſint. 982. 15. ¶ Ius reluendi in deliberatione reſeruatum non dicitur amiſſum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit reluere. 978. 2. ¶ Iurium Rectoris, & omnium intereſſe habentium facit, vt gratia non poſſit dici ſubreptitia. 992. 21.*

Reſidentia *eſt facienda per Canonicum in ſua canonicatu 990. 3. ¶ Pœna non reſidentis in cathedrali, ſeu collegiata eccleſia, quæ ſit, & quādo ad priuationem poſſit procedi. 990. 1. ¶ Fructus, quibus non reſidens priuatur cui ſint applicandi. 990. 7. ¶ Conſuetudo quæcunque etiam immemorabilis de non reſidendo tollitur per Concilium 990. 16. ¶ Priuilegium exemptionis percipiendi fructus abſque reſidentia cenſetur reuocatum per verba vniuerſalia reuocatoria omnium priuilegiorum. 990. 9. ¶ Citatio, & priuatio ſolemnis non requiritur contra beneficiatum non reſidentem, ſed ſufficit monitio præcedens, & priuatio ſubſequens. 990. 5. & 19. ¶ Edictum ſummi Pontificis contra non reſidentes quomodo intelligatur, & quas pœnas contineat vltra concilium, & conſtitutiones Apoſtolicas. 990 6. & 17.*

Reſignatio *nulliter facta an abdicet ius à reſignāte, ſiue ſit inualida ob cōtradictionē patroni, ſiue illo ſpreto, ſiue non facta derogatione iuriſpatronatus, vel ſimili cauſa. 835. 9. & 11. ¶ Beneficij non poteſt fieri per conſtitutum in ſacris, quamis ad illius titulum fuiſſet promotus, niſi aliunde habeat, vnde viuere poſſit, ſiue ſimus in reſignatione facta in curia, ſiue extra. 991. 4. & 6. ¶ Cōditionalis habetur pro non facta, nec abdicat aliquod ius ante cōditionem non impletam, quæ afficit etiam ſucceſſorem. 991. 20. ¶ Noua cauſa ſuperueniens facit, vt reſignans poſſit beneficium reſignatū habere, & quæ dicatur talis. 814. 5. ¶ Omnis diſpoſitio loquens de reſignationes, includit etiam reſignantem ex cauſa permutationis. 835. 8. ¶ Forma data per Cōcilium in reſignationibus non poteſt adimpleri per æquipollens. 991. 3. ¶ Reſignans poteſt agere ſpolio contra reſignatarium, ſi reſignatio fuit nulla ob conditiones non adimpletas. 835. 11. ¶ Excuſatur reſignans, quando habuit probabile dubium nullitatis reſignationis, quo ſtante non abdicat à ſe ius ſuum, ſecus ſi adſit aliqua culpa, ſeu mala fides. 835. 12.*

Reſignatio *officij cum decreto, quid operetur, & quando taliter reſignās ſit dominus illius vna cum fructibus, itaut ſocietas ſuper eo contracta poſſit dici extincta. 990. 1. 14. & 17.*

Reſtituo *idem ſignificat, quod reddo. 824. 15.*

Reſtitutio *ſemel denegata in beneficialibus amplius non conceditur, etiam ex inſtrumentis de nouo repertis. 938 6. ¶ Facienda ob reſolutionem actus debet fieri ſolum de receptis. 823. 10. ¶ Reponit omnia in priſtinum ſtatum, locum, & gradum, itaut nihil poſſit contra condemnatum opponi. 845. 19. vſq; ad 26. & c. 960. 28. ¶ Reſtitutus ex iuſtitia, & ex cauſa abſentiæ recuperat omnia amiſſa, & fructus etiam bona fide conſumptos, refuſis tamen expenſis, & melioramentis factis per poſſeſſorem cū intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis. 807. 22. ¶ Intelligitur de eo, quod fuit acceptū. 824. 7. ¶ Notoria iniuſtitia ſententiæ facit, vt etiam poſt lapſum quadriennij competat reſtitutio, & quando dicatur talis. 907. 14. & 16. ¶ Coactio reſtitutionis facienda ad iuſſum Iudicis non poteſt fieri, niſi probata ſuccumbentia, de qua agebatur, & non pro alia ſuperueniente. 966. 8. ¶ Non datur filiæ minori, ſi ſe obligauit pro liberatione patris è carceribus, ſeu impediendo ne carceraretur. 952. 12. & 29. ¶ An competat propter abſentiam, & ignorantiam iuris, & facti quando agitur de lucro captando. 807. 18. & 24. ¶ Conceditur mulieri læſæ vltra tertiam aduerſus quemcumque contractum ex ſtatuto Vrbis, quæ tamen læſio non conſideratur, ſi ſe obligaret pro cauſa concernente pietatem. 952. 10. & 21. ¶ Lapſus quadriennij excludit à reſtitutione in integrū eccleſiā, minorem, & loca pia. 907. 13. ¶ Index non pronūciat ſuper cauſa reſtitutionis in integrū, ſed procedit ad vlteriora, itaut tunc tacitè dicatur de ea cognouiſſe, & talis proceſſus eſt validus. 938. 6. & 8. ¶ Fructuum perceptorum reſtitutio eſt concedenda ſublato titulo, & illo redacto ad non titulum. 824. 57. ¶ Ma-*

gis datur ei, qui fuit priuatus rebus, quas habuit ex cauſa oneroſa. 891. 16.

Retentio *conceditur ex iure ſuperueniente etiam pendente lite, & etiam in non habente cauſam de præterito.* 903. 49.

Retinere *in materia depoſiti ſignificat conſeruare pecunias habitas à deponente, & accipitur etiam pro tenere, ſeu detinere.* 963. 11.

Retractus *an detur in rebus mobilibus, & deciſiis.* 842. 36. & 48. ¶ *Non habet locum in permutatione annuorum redditnum rei ſtabilis, nec in fructibus pendentibus, ſi diuiſim fine fundo venduntur tanquam cenſeantur ſtatim à fundo ſeparandi, & habentur pro mobilibus.* 811. 25. & a. 885. 7. ¶ *Conceditur in vſu communi, & commoditate vſusfructus, & habitatione domus, & alia ſeruitute, & actione perſonali, quam plures habent ad fundum.* 842. 34. & 45. ¶ *Priuilegium retractus cenſetur renunciatum per eum, qui patitur labi tempus in conſtitutione præfixum.* 947. 11. & c. 957. 15. ¶ *Vnius rei non datur ſine alia ab ea dependente.* 947. 1. ¶ *Competit in actu alienationis ſpontaneo, non neceſſario.* 876. 28. ¶ *Non ſubuenitur ei, qui non proſpicit, quod poteſt vigore legis, ſeu ſtatuti euenire, maximè in materia retractus.* 957. 32. & 39. ¶ *Vicinus præfertur in retractu habenti cenſum in rebus retrahendis non obſtante bulla Pij V. & de eius intellectu.* 876. 1. *vſque ad 6.* ¶ *Venditio facta extraneo cenſetur facta vicino habenti ius retractus, non ſecus ac ſi à principio ipſe emiſſet.* 876. 30. ¶ *Mandatum ſpeciale requiritur ad effectum retrahendi.* 957. 17. ¶ *Tempus datum ad retrahendum habetur pro denunciatione, & interpellatione.* 957. 38. ¶ *Promiſſio facta per venditorem de faciendo conſentire omnem perſonam intereſſe habentem non intelligitur de vicino volente retrahere.* 947. 25. ¶ *Ius retractus ſpectat ad proprietarium, itaut ſingatur primus emptor nunquam retro acquiſiuiſſe.* 957. 29. ¶ *In re vendita vnico pretio non retrahitur pars, ſed tota.* 947. 27. ¶ *Alia* vide in verb. Ius congrui.

Retrahens *aliquem à bono religionis non auditur.* 986. 3.

Reuerentia *eadem debetur titulari poſt amiſſum ſtatum in memoriam priſtinæ dignitatis.* 834. 32.

Reuocatio *priuilegij in dubio non eſt præſumenda.* 893. 57. ¶ *In quo differat à ſimplici declaratione eorum, quæ prius fuerunt diſpoſita.* 902. 24.

Reo *ſatis eſt negare intentionem partis.* 859. 25.

Rocchettum *per Prælatos portari ſolitum remiſſiuè.* 845. 53.

Rota deciſ. Romana anterioritatis. 23. Iun. 1603. coram Card. Pamphil. *quomodo intelligatur.* 962. 36.

Rumor *ſolus etiam non verus in aliquo negotio inducit iuſtam credulitatem excuſabilem ab omni calumnia.* 970. 11.

SAcerdotium *quando poſſit prohiberi alicui vocato ad hæreditatem, itaut illud eligendo ab ea excludatur.* 986. 1. & 4.

Salariatus *famulus non eſt idoneus teſtis pro domino.* 909. 7.

Saluianum *interdictum præſcribitur per decennium eſt titulo & bona fide in ſucceſſore particulari, ſecus vniuerſali, in quo requiritur triginta anni.* 881. 1. 5. & 9. ¶ *Repetitio pecuniarum quo caſu detur anteriori creditori per Saluianum contra poſteriorem.* 943. 8.

Satisfacere *verbum eſt generale comprehendens quemcumque modum, ex quo deſiderium venditoris impleatur.* 946. 8.

Scientia *probatur ex coniecturis.* 984. 15. ¶ *Procuratoris, & Officialis quando dicatur ſcientia domini.* 853. 20. & 60. & c. 957. 3. & 5. ¶ *Iudicialis nō requiritur, ſi ſtatutum admittit quomodocumque quis ſciuerit.* 957. 11. ¶ Certa, & *eſt omnibus qualitatibus debet eſſe in eo, cuius conſenſus in actu requiritur.* 831. 11. & 17. ¶ *Inducitur, ſi tota facti ſeries narretur ſuperiori, itaut confirmatio ſubſecuta valeat, & dicatur ex certa ſcientia.* 992. 15. ¶ *An requiratur in locatore ad hoc, vt fructus ſint hypothecati ad eius fauorem.* 953. 2. ¶ *Præſumpta ſufficit, ſi agatur de iure quærendo quo ad effectum prælationis in re vendita, ſecus vbi ageretur de priuatione iuris quæſiti.* 957. 12. ¶ *De omnibus contentis in inſtrumento præſumitur in eo, qui potuit illud legere, & eius copiam accipere.* 944. 3. ¶ *Officialium Principis ſufficit ad hoc, vt dicatur derogatum ſtatuto, ſicut ſi adeſſet ſcientia ipſius.* 965. 8. ¶ *Domus vendita probatur per habitationem emptoris, illiusq. reſtaurationem eſt ædificio aucto, itaut ad hunc effectum ſufficiant præparamenta ad ædificandum.* 957. 20. ¶ *Eſt probanda cum ſuis qualitatibus, vt præiudicet.* 824. 53. ¶ *Antecedentium inducitur per ſubſcriptionem ſubſequentium.* 873. 12. ¶ *Agens vigore inſtrumenti dicitur habere ſcientiam omnium in eo contentorum etiam, quod faciat mentionem de aliqua parte ipſius.* 853. 51. ¶ *Reproductio intimationis de aliqua re vendita an requiratur, vt quis poſſit dici habuiſſe ſcientiam venditionis.* 957. 10. ¶ Contentorū *in mandato procuratoris executoris probatur ex coniecturis.* 877. 14.

Scriptura *alterius per multos facilè ſingitur.* 973. 30. ¶ *Plenè probat propter adminicula, ſi alias non probaret.* 951. 5. ¶ *Non recognita nullam fidem facit, & de non recognitione ſemper poteſt opponi, etiam in allegationibus iuris.* 944. 28. ¶ *Aſſertio facta in ſcriptura priuata abſq; teſtibus præſumitur antidata, & non obeſt tertio.* 873. 27. ¶ *Depoſitio teſtis recipit interpretationem per ſcripturas.* 951. 23. ¶ *In vna ſcriptura continetur illud, quod adeſt in alia, ad quam refertur.* 877. 11. ¶ *Stante diuerſitate ſcripturæ per notarium factæ oritur ſuſpitio falſi.* 889. 17.

Sectiles, *aſſeres, ſeu axes quid ſignificent.* 849. 22.

Securè

ſecurè *verbum, quid importet, & an excludat ſpolium.* 907. 5.

Senex *eſt dignus multis bonoribus, & priuilegiis.* 805. 39. ¶ *Aequiparatur infirmo ad obtinendum coadiutoriam, & quæ ætas ſit neceſſaria.* 805. 9. ¶ *Statutum loquens de infirmo an habeat locum in ſene.* 805. 12. & 29. ¶ *Prælatio in ſucceſſionibus eſt danda ſenioribus.* 845. 33. ¶ *Seniorum appellatione venit maior natu ætate.* 834. 4.

Sententia *nulla & inualida habetur ac ſi non eſſet prolata, & non indiget reuocatione.* 850. 14. & c. 950. 24. ¶ *Dicitur reuocata quando in ſubſtantia vna contradicit alteri.* 898. 17. ¶ *Eſt notoriè nulla, ſi feratur diebus feſtiuis, quibus ſuſpenditur iuriſdictio, & exercitium Iudicis, neque eis poteſt renunciari.* 898. 13. ¶ *Confirmatoria, quæ fecit tranſitum in iudicatum tollit nullitatem primæ, itaut de ea non poſſit amplius opponi.* 950. 29. ¶ *In cauſa ſtatus probat contra tertium, & in alio iudicio, prout idem eſt in actis, & atteſtationibus.* 869. 16. ¶ *Prout in cedula quando ſit nulla, & detur illius ſanatio.* 950. 21. & 23. ¶ *Quando dicatur conformis, & ſit procedendum ad illius executionem non obſtante quacumque exceptione nullitatis, aut iniuſtitiæ.* 879. 26. ¶ *Terminus proſeruato quando attendatur, vt ſententia non poſſit dici nulla defectu citationis.* 898. 24. ¶ *Confirmatio ſententiæ nulla operatur, vt non poſſit amplius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ per aliam validam parte non opponente, itaut non ſufficiat oppoſitio generalis.* 950. 27. ¶ *Verba ſententiæ an ſint ſtrictè intelligenda, & in ea veniat lata interpretatio.* 833. 22. & 28. ¶ *Iudex dicitur proferre ſententiam ore proprio, quamuis poſt recitationem notarij ſolum dicat, ita pronuncio.* 843. 21. ¶ *Ante ſententiam latam, & non executam ad quem ſpectent fructus iuriſdictionis.* 810. 23. ¶ *Lata cum vno non prodeſt, nec nocet alteri.* 966. 11. 15. & 27.

Separatio *thori ex quibus concedatur inter coniuges.* 959. 1.

Septuagenarius *excuſatur à muneribus.* 805. 24. ¶ *Pro debito ciuili, & fiſcali non poteſt carcerari, & an hoc priuilegium detur etiam ſexagenario.* 805. 1. 3. & 8. ¶ *Liberatur à lege ieiunij, ſicut infirmus, & habet præſumptionem iuris, quod ſit æger, & infirmus, idem in ſexagenario.* 805. 13. & 21. ¶ *Attingens ſeptuaginta annos an perdat ſucceſſionem filij, ſi tutorem illi non petierit.* 805. 23. & 25. ¶ *An poſſit torqueri, vel ferula cædi, & an confeſſio taliter extorta valeat.* 805. 36. & 38. ¶ *Non cogitur ad teſtificandum in domo Iudicis, qui tranſmittet notarium ad ipſius domum ad hunc effectum examinis, & arbitrio Iudicis ſtatur circa talem ætatem, prout in infirmis.* 805. 26. & 28. ¶ *Dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, & in potentatibus octuaginta iuxta Pſalm. 89. quid ſignificent.* 805. 41. & 44.

Sequeſtrum *probibetur vbi conſtat de poſſeſſione.* 850. 18. & c. 853. 12. ¶ *An detur, quando petitur ab eo, qui non docuit de implemento, quamuis illud petierit ex non iure rei conuenti, & poſſeſſoris.* 853. 10. & 11. ¶ *Iniuſtum ex quibus colligatur.* 960. 13. ¶ *Perſona non inducit litis pendentiam.* 906. 20. ¶ *Reuocatio ſequeſtri etiam tacita facit, vt ſequeſtratarius poſſit conſignare ea, quæ ſub ſequeſtro habuit.* 960. 8. & 21. ¶ *Per proceſſum agitatum ſuper ſequeſtro non prohibetur quis ius ſuum alteri cedere, nec per illum dicitur res facta litigioſa.* 906. 23. ¶ *Maritus quando ſit manutenendus in poſſeſſione vxoris, itaut non ſit locus ſequeſtro.* 850. 5. & 16.

Serui *ordinarij dicuntur qui habent certum officium, quibus opponuntur vicarij.* 945. 11.

Seruitus *eſt tota in toto, & tota in qualibet parte domus, ſicut anima in corpore.* 842. 41. ¶ *Idem iudicatur de religione ſuperueniente, quod de ſeruitute, quæ ſuperuenit.* 852. 15.

Sepultura *electa ex quibus colligatur, & an ſufficiant teſtes ſingulares, & tacitus conſenſus.* 817. 10. & 13. ¶ *Actus ſepulturæ an faciat eccleſiam parochialem, & curatam.* 865. 14. ¶ *Cardinalis mandaui corpus ſuum ſepeliri in eccleſia ſui tituli tempore obitus, an cenſerit de eccleſia Epiſcopali, quam tunc obtinebat.* 817. 5. & 8.

Sigillum *diuerſum adhibere an liceat, & quo caſu ex eo probetur vnio, & collegium cum tractatu, & electione Prælati.* 895. 48.

Silua *cedua quando reddat fructus, qui ſint diuidendi inter dominum, & hæredes vaſſalli.* 810. 28.

Simulatio *non præſumitur in perſona omni exui exceptione maiore.* 952. 15. ¶ *Sine fraude, & animo nocendi non eſt punibilis.* 924. 8. ¶ *Non probatur, niſi conſtet de cauſa ſimulationis.* 878. 18. ¶ *De perſona ad perſonam valet, & ex ea acquiritur commodum perſonæ contemplatæ.* 878. 19. ¶ *Non operatur in præiudicium tertij, cui fuit ius acquiſitum ex venditione.* 876. 18. ¶ *Simulationis abſurdum eſt euitandum, tanquã illa ſit proxima fraudi.* 876. 22. ¶ *Non opponitur per contrahentes ſtante pacto obſeruandi omnia, & ſingula contenta in inſtrumento, & illa fuiſſe, & eſſe vera.* 876. 13. ¶ *Probatio cauſæ ſimulationis non requiritur de perſona ad perſonam, vt vnus habeat nudum nomen, & ſubſtantia negotij ad alium ſpectet.* 950. 46. ¶ *Numeratio pretij excludit ſimulationem cenſus.* 952. 14. ¶ *Allegans ſimulationem non auditur etiam replicando contra eum, qui non eſt particeps illius ſimulationis.* 876. 16. ¶ *Præſumptio ſimulationis excluditur per ſpatium plurium annorum.* 826. 35. ¶ *Contractus ſimulati ſunt inualidi, nec confirmantur iuramen-*

Digitized by Google

to, & quomodo ſit iurandum ad effectum excludendi præſumptionem ſimulationis. 826. 29. & 31.

Societas *eſt contractus bonæ fidei.* 852. 31. ¶ *Prima quando eſt diſſoluta, liberat fideiuſſores, quãuis poſtea ſocij in eadem conſentiant.* 962. 11. ¶ *An ſit extincta per mutationem perſonæ.* 900. 19. & 21. ¶ *Quando diſſoluatur per mortẽ ciuilem, & naturalem, & ingreſſum religionis.* 852. 1. 7. & 11. ¶ *Vniuerſalis reſpectu bonorum cõmunium patriæ non inducit ſocietatẽ quo ad alia bona in locis externis acquiſita.* 993. 5. ¶ *Poteſt conſiſtere etiam cum famulo.* 948. 37. ¶ *Omnium bonorum ex quibus inducatur, & quæ ſint probanda.* 993. 1. ¶ *Dicitur inita inter eos, qui eamdem rem ſimul conduxerunt.* 874. 1. ¶ *Vnica pro eadem ſumma non poteſt ſtare in perſona duorum.* 923. 31. ¶ *Non diſſoluitur, ſi fuerit contracta ſuper duobus officijs, quorum unum reſignatur, & aliud retinetur.* 900. 9. ¶ *Fit ad vitam, à qua non receditur, donec ſocij vixerint.* 917. 9. ¶ *Quando poſſit cõtrahi ſuper officio non vacabili.* 900. 4. ¶ *Seu alieno.* 944. 25. ¶ *An inter hæredes ſimul inſtitutos dicatur contracta.* 948. 42. ¶ *Non arguitur vniuerſalis, ſi vnus ex fratribus poſt reditum ad patriam cum alijs ſimul habitauerit, & in communi cum eis vixerit adminiſtrando bona patrimonialia.* 993. 4. & 6. ¶ *Tacita & expreſſa quando fiat inter fratres.* 993. 19. ¶ *Generalis ex quibus inducatur.* 852. 47. & 52. ¶ *Non poteſt iniri non exiſtente officio.* 900. 12. ¶ *Eſt ratificata per petitionem pretij, ſeu ſortis principalis.* 944. 51. 57. & 59. ¶ *Ante ratificationem non dicitur ſocietas, nec facit currere periculum vitæ.* 963. 3. & 11. ¶ *Error tranſlationis periculi vitæ in ſocietate quomodo probetur.* 923. 8. ¶ *Extincta per mortem vnius ex ſocijs non eſt eadem, ſi alij ſocij continuant in ſocietate, ſed eſt noua, & agendũ eſt vigore talis renouationis, quæ intelligitur facta cum conditionibus veteris ſocietatis.* 852. 16. & 18. ¶ *Debitor nomine ſocietatis, & creditor nomine proprio, ſi conueniatur nomine ſocietatis, non poteſt opponere compenſationem debiti proprij.* 948. 3. ¶ *Fructus ſoluti quando computentur in ſortem extincta ſocietate.* 900. 22. & 24. ¶ *Culpa in transferente periculum vitæ in ſocietate ſatis dicitur punita ſtatim, quod eius tranſlatio non valet.* 923. 14. ¶ *Non adimplens aliquid ex promiſſis non acquirit lucrum ex contractu ſocietatis, quem non adimpleuit, quamuis in alijs adimpleuerit.* 944. 41. ¶ *Capitale à lucro non diſtinguitur in ſocietate omnium bonorum, nec attenditur, quod vnus plus lucretur, quam alter.* 904. 17. ¶ *Nominatio in ſocietate eſt intimanda, vt afficiat.* 944. 6. ¶ *Præpoſitus adminiſtrationi ſocietatis tenetur acquirere ſocijs etiam non negotiantibus.* 852. 51. ¶ *Officium debet vocare per mortem eius, in cuius vita reſidet ſocietas ad hoc, vt illa ſubſtimatur.* 944. 21. ¶ *Argumentum à collatione bonorum ad ſocietatem an ſit validum.* 993. 20. ¶ *In renunciatione ſocietatis quando cenſeantur repetitæ conditiones in primo contentæ.* 962. 32. ¶ *Tranſlatio periculi vitæ in ſocietatibus an ſit de ſubſtantia contractus, & debeat eſſe certa, & ſit concludenter probanda, non autem per coniecturas.* 923. 2. & 19. ¶ *Plures ſocietates non poſſunt contrahi per hæredes, ſi teſtator iuſſit vnam tantum iniri.* 892. 24. ¶ *In ſocietate omnium bonorum, ſiue expreſſa, ſiue tacita vndecumque quæſita communicantur, & veniunt omnia proſpera, & aduerſa.* 904. 4. & 14. ¶ *Contractus ſocietatis non dicitur diſſolutus, niſi in totum res alienetur.* 900. 10. ¶ *Verſio ad commodum ſocietatis probatur ex coniecturis.* 904. 7. ¶ *Abſentes non dicuntur contrahere ſocietatem, ſi inter eos non fiat communicatio lucrorum, quamuis communiter poſſederint paternam hæreditatem.* 993. 3. ¶ *Frater negocia gerens ſuo proprio nomine an dicatur contraxiſſe ſocietatem vniuerſalem cum alijs fratribus, ſi cum eis habitet, & lucra, & diſpendia communicet, & ſimul lites, & cauſas defendat.* 993. 7. ¶ *Contractus initi ante ſocietatem per vnũ ex ſocijs ad eam non pertinent.* 964. 3. ¶ *Lucra, & omnes actiones poſt finitam ſocietatem tranſmittuntur ad hæredes, neque mors diſſoluit negotia præterita.* 852. 19. ¶ *Lucrũ dotale acquiſitum per vnum ex ſocijs communicatur toti ſocietati.* 904. 18. ¶ *Acquiſitiones futuræ veniunt in ſocietate generali, quamuis non adeſſet aliqua conuentio.* 852. 53. ¶ *Fructus ſoluti in ſocietate quando computentur in ſortem, ſi fuerit contracta ſuper officio, quod non vacabat, niſi per obitum plurium.* 944. 18. & 20.

Socius *quando obligetur inſolidum pro conſocio etiam reſpectu contrahentium.* 967. 35. ¶ *Non tenetur pro ſocio, niſi probetur verſio in ſocietate ſingulari, ſecus in vniuerſali.* 904. 5. & 10. ¶ *Omnium bonorum non poteſt ſe eximere ab onere dotandi filiam vnius ex ſocijs.* 904. 16. ¶ *Debet prouocare ad diuiſionem, vt poſſit vti portione ſua abſque participatione conſocij.* 948. 46. ¶ *An ſoluat debita conſocij, niſi fuerint contracta ob cauſam ſocietatis, & pro communi neceſſitate.* 904. 12. ¶ *Non obligat ſine mandato ſociorum fundacum, nec illius merces, quamuis ipſe obligetur.* 964. 2. & 4. ¶ *Dicitur habere mandatum à conſocijs de obligando omnes, ne in plures diſtinguatur ille, qui cum vno contraxit.* 967. 40. ¶ *Tenetur de pecunijs verſis in cauſam ſocietatis etiam ſingularis.* 967. 39. ¶ *Probitas ſocij facit præſumptionem, vt omnia recepta poſuerit ad vtilitatem ſociorum.* 904. 8. ¶ *Contractus non debet claudicare inter ſocios.* 944. 8. ¶ *Quilibet ſociorum habet portionem cuiuſlibet partis etiam minimæ in re communi, & pro indiuiſo poſſeſſa.* 948. 43. ¶ *Pecunia data ſocio poteſt*

teſt ab alio conſocio repeti, quamuis cum eo non fuerit contractũ, ſi ſocius, qui illam recepit, eam conuertit in ſocietatem. 964. 11. ¶ *Obligatio inſolidum habet locum inter ſocios, quãdo ipſi gerunt actus ſociales, tam per inſtitores, quã per ſe ipſos.* 967. 36. ¶ *Promiſſio ſocij de obſeruando cõtractum obligat hæredem, quãuis ſocietas per mortem illius ſit diſſoluta.* 852. 21. ¶ *Debitum contractum per vnum ex ſocijs vniuerſalibus eſt ſoluendum per omnes, & ſi fuerit in diem, vel ſub conditione præſtatur cautio de ſoluendo adueniente die, & conditione.* 904. 2. ¶ *Conuentio inter ſocios, vt fiat æqualis diuiſio finita ſocietate, detractis pecunijs poſitis pro capitali, operatur, vt competat via executiua pro reddenda ratione adminiſtrationis ex eodem inſtrumento, in quo fuit promiſſa diuiſio.* 852. 25.

Solemnitas *requiſita in ipſo actu alienationis debet interuenire in ratificatione.* 981. 44. ¶ *Dolus præſumitur in contrahente cum minore abſque ſolemnitatibus.* 823. 30. ¶ *Tẽpus quinquennij quando ſuppleat ſolemnitatẽ.* 879. 18.

Solum *cedit ædificio, quando eſt factum per aliquem ex pecunijs eccleſiæ.* 955. 18.

Solutio *eſt facienda in pecunia, ſi fuit promiſſa cum iuramento.* 853. 82. ¶ *Probatur ex coniecturis, & multò magis ex eis probabitur cauſa ſolutionis.* 966. 32. & 33. ¶ *Curſus temporis, & qualitas perſonæ non ſolitæ differre exactiones, quid operetur ad præſumendam ſolutionem.* 826. 49. & c. 960. 4. ¶ *Tollit naturalem obligationem.* 924. 49. ¶ *Partis debiti an diſſoluat totam obligationem.* 966. 16. & 17. ¶ *Pecuniæ an fiat ſtatim in ipſo contractu ſocietatis officiorum, ſeu poſtea.* 963. 9. ¶ *Præſumitur facta in cauſam antiquiorem.* 962. 41. ¶ *Soluens ad iuſſum Iudicis an liberetur, niſi præcedat contradictio.* 906. 1. ¶ *Aſſertio ſoluentis, quod ſoluerit de pecunijs alienius, non præiudicat alijs creditoribus poſt actum abſolutum.* 897. 5. ¶ *Debitor cenſetur potius ſoluiſſe debitũ ad quod tenetur nomine proprio, quam pro eo ad quod tenebatur pro alio.* 962. 40. ¶ *Finis ſolutionis quando debeat attendi.* 932. 29. ¶ *Dilatio ſolutionis eſt implicitum quoddam mutuum, ex quo nihil poteſt percipi.* 911. 17. ¶ *Adminiſtrator quando præſumatur ſibi ſoluiſſe.* 826. 31. ¶ *Pecunia ſoluta per manus alienius an præſumantur ſoluentis, vel tanquam miniſtri.* 950. 44. ¶ *Fructus ſoluti quando computentur in ſortem extincta ſocietate.* 900. 22. & 24. ¶ *Mandatum continens ſolutionem faciendam alieni tanquam factori an operetur, vt ſolutio dicatur facta taxatiuè in cauſam negotij factoriæ, vel potius demonſtratiuè.* 967. 20. & 32. ¶ *Debitum, quod deſcendit ex bonis, ſi redigatur ad pecuniam, quando poſſit ſolui in bonis.* 853. 83. & 85. ¶ *Datio inſolutum rei immobilis eſt valida etiam ſine ſubhaſtatione, ſi probetur non potuiſſe illam vendi, niſi pro pretio, pro quo fuit data in ſolutum.* 811. 13. ¶ *Allegans ſolutionem debet illam probare, & ſufficit probatio præſumptiua.* 860. 5. ¶ *Aliud pro alio non poteſt ſolui inuito creditore, nec è contra.* 853. 47. ¶ *Soluens aliquid, vt ſtatim recuperet, non liberatur, ſi reſtitutio fiat ex pacto, ſecus ſi ex liberalitate reſtituentis.* 962. 39. ¶ *Qui ſoluit non ſibi præiudicat, niſi pro illo anno, pro quo ſoluit, quamuis etiam nihil fuiſſet proteſtatus.* 933. 18.

Sors *principalis quando admittat fructus, ita ut illi ſint in eam computandi.* 920. 32. & 51. ¶ *Conuentio ſuper ſorte comprahendit acceſſoria, & vſuras.* 924. 47.

Specialia *duo ſunt euitanda.* 924. 18. & c. 947. 10. ¶ *Et quando poſſint ſimul concurrere.* 910. 26. & 28.

Spolium, *vt intret, eſt neceſſaria notoria iniuſtitia.* 974. 17. ¶ *Poſſeſſio antiquior eſt probanda ad effectum ſpolij.* 948. 45. ¶ *Actio ſpolij non datur quando Iudex procedit præuia citatione omnium, qui erant citandi.* 974. 1. ¶ *An competat hæredi, & ſocio contra cohæredem, & conſocium.* 948. 44. *vſque ad* 53.

Sponſos *duos mulier habere non poteſt.* 865. 24.

Statio, *ſeu manſio quid ſignificent.* 968. 21.

Statuæ *marmoreæ legatæ quando veniant ſi legetur omne marmor.* 811. 5.

Status *præſens attendi debet, non autem, qui alias fuit.* 976. 4. & c. 885. 29.

Statutum *debet reſtringi ad terminos iuris communis, maximè in odioſis.* 947. 15. & c. 972. 11. ¶ *Eſt ſeruandum per forenſem in concernentibus ſolemnitatem cõtractus.* 854. 30. ¶ *Vrbis mandans in recognitione priuatæ ſcripturæ eſſe adhibẽdos tres teſtes quomodo intelligatur, & an habeat locũ in cauſis pijs.* 895. 43. ¶ *Vrbis c. 158. lib. 1. procedit in creditore ex cauſa mutui, vel ſimili negligente petere debitũ per ſexdecim annos, ſecus in actione competente ex laudo.* 994. 7. ¶ *Excludens ſororem à ſucceſſione ſtantibus fratribus excludit etiã nuptam extra territoriũ.* 886. 3. ¶ *Non debet eſſe ſuperfluũ, & quando recipiat interpretationẽ à iure cõmuni.* 913. 17. ¶ *Eſt ſtrictè intelligendum in caſu vero, & nõ ficto.* 885. 11. & c. 972. 12. ¶ *Quando tollatur per non vſum.* 965. 10. ¶ *Eſt declarandũ, vt minus corrigat ius commune.* 976. 6. ¶ *An poſſit facere, vt valeat inſtitutio captatoria.* 908. 16. ¶ *Recipit paſſiuam interpretationẽ à iure cõmuni.* 920. 8. ¶ *Tollit omnẽ dubitationem, & eſt præciſè ſeruandum, & illo ſtante nil aliud quæritur.* 885. 8. & c. 956. 2. & c. 973. 1. ¶ *Vrbis tanquam confirmatum à ſede Apoſtolica cõprahendit etiam eccleſiam, & quaſcũque perſonas.* 913. 14. ¶ *Requirens ſubhaſtationẽ mobilium an habeat locum quando offertur pecunia, vt vendatur pro ſatiſfactione crediti, vel in alijs rebus, quarum pretium poteſt certificari in nundinis.* 811. 9. & 13. ¶ *Ius ciuile attenditur in cauſis decidendis vigore ſtatuti Vrbis.* 933. 9. & c. 920. 17. ¶ *Conſuetudo, per quam ſtatutum non fuit vſu receptum valet, & illud non attenditur,*

nec in foro poli, nec fori. quamuis eſſet per Papam confirmatū. 965. 2. ¶ Temporis curſus non requiritur ad hoc, vt ſit derogatum ſtatuto, ſi adeſt ſcientia ſuperioris, ſecus illo ignorante. 965. 7. ¶ Diſpoſitio ſtatuti ſuper impoſſibili nõ poteſt verificari. 954. 16. ¶ Vt ſeruetur ius ciuile in Vrbe eſt deciſoriū. 972. 4. ¶ Confirmatio ſtatutorum Vrbis præſeruat ſtatuta particularia locorum, prout etiam illorum conſuetudines. 965. 19. ¶ Forenſis an ligetur ſtatuto Vrbis loquente de præſcriptione. 994. 9. ¶ Derogatio ſtatuti exorbitãtis à iure communi magis admittitur, & quomodo probetur. 965. 16. ¶ In modica ſumma non ſunt adhibenda ſolemnitates ſtatuti. 879. 19. ¶ Originis quando præſumatur notū marito. 886. 15. ¶ Peruſinū requirens inſinuationē in teſtamento quomodo procedat. 869. 1. ¶ Non porrigit vires in exterum, nec in eum, qui non habitat, vel non poſſidet in loco ſubiecto ſtatuentibus. 824. 32. ¶ Loquens de actu expreſſo an procedat in tacito. 831. 20.

Stipulatio comprahendit omnia, quæ ex mente contrahentium intelliguntur, quamuis ex verbis non concipiantur ſubaudiendo actionem, & perſonam. 852. 30. ¶ Vtilis non nouatur per ſtipulationem inutilem. 962. 12.

Stylus variè obſeruatus non derogat conſuetudini, ſecundum quam non requiruntur ſubhaſtationes in rebus minorum. 861. 22.

Subdiaconus poteſt optare præbendam, ſeu domum vacantem. 894. 22. ¶ Præcedit Auditores Rotæ in Capella Papæ, prout Epiſcopi aſſiſtentes, Oratores Regum, ſecus extra, propter actuale ſeruitium, quod exhibetur Papæ. 845. 47. ¶ Mancipati diuinis officijs in cathedrali, ſeu collegiata non habent vocem in capitulo, niſi fuerint in ordine ſubdiaconatus. 894. 1. & 16.

Subhaſtatio an requiratur in alienatione rerum minoris, & eccleſiæ. 861. 19. & 21. ¶ Eſt fruſtratoria, quando pretium eſt adeo manifeſtum, vt non poſſit interuenire aliqua colluſio, aut fraus, nec præiudiciū, vt res debitoris vilius vendatur. 811. 11. ¶ Cum conditione, quod debitor poſſit bona reluere infra menſem, non habet locum, ſi conſtet de oblatione iudiciali per eum facta ante lapſum termini. 978. 1. ¶ Margarita, gemma, & alia pretioſa, in quibus cadit affectio, non debent vendi abſque ſubhaſtatione, & præuia æſtimatione, ſicut fit in ſtabilibus. 811. 10. ¶ Læſio ad effectum reſcindendi ſubhaſtationem debet eſſe vltra dimidiam iuſti pretij. 926. 15. ¶ Redditus annui an licitè vendantur ſine ſubhaſtatione per ſtatutum requiſita, quamuis conſtaret de ſolutione tantæ pecuniæ, quanta erat ſors principalis. 811. 20. ¶ Mobilium, ſi requiratur per ſtatutum an procedat in rebus, quarum pretium eſt certum. 811. 9. 15. & 18.

Subreptio tollitur ex clauſula ſublata, & decreto irritante cum verbis ex certa ſcientia, motu proprio, & ſimilibus. 959. 13. ¶ Vitium ſubreptionis inficit omnem conceſſionem, & per quæ verba ſit ſublatum. 891. 7. & c. 936. 17. 19. & 26. ¶ Gratia de ſui natura præiudicialis non admittit ſubreptionem, nec requirit derogationem regulæ de non tollendo iure quæſito. 992. 7. ¶ Reſeruatio iurium Rectoris, & omnium intereſſe habentium facit, vt gratia non poſſit dici ſubreptitia. 992. 21.

Subrogatum eſt eius naturæ cum re, in qua ſubrogatur, ſecus ſi in ea deficiat qualitas ſubrogantis. 989. 23. & c. 848. 28. ¶ Qualitates omnes ſubrogantis cenſentur repetitæ in ſubrogato. 943. 27. ¶ Per ſubrogationem ad fauorem ſubrogati remanet primus locus cū omnibus priuilegijs prius competentibus. 845. 16. ¶ Domus empta ex pretio alterius rei, & loco ipſius ſubrogata cenſetur eſſe in dominio illius, ad cuius fauorem fuit facta ſubrogatio. 989. 22.

Subſtantia actus, ſi non eſt certa, non poteſt ſuper ea fieri aliquod fundamentum. 923. 7. ¶ Difficilius cenſetur repetita, quam qualitas, quæ leuiorem probationem requirit. 962. 59. ¶ Negotij prius eſt terminanda, antequam deueniatur ad cognitionem accidentium, & qualitatum. 853. 29. & c. 899. 12. & c. 859. 19. & c. 988. 10.

Subſtitutio inutilis, & caduca quando faciat aliam vtilem. 979. 37. ¶ Facta de certo tempore non comprehendit alterum tempus. 979. 17. ¶ Vulgaris taxatiua nõ continet pupillarem. 979. 16. ¶ Vulgaris comprehendit caſum impotentiæ quocumque modo illa veniat. 979. 32. ¶ Facta in morte plurium, an verificetur, ſi vnus tantū moritur, & alius non eſt natus, & quid ſi illa fiat in caſu, in quo poſthumus non naſcatur an habet locū in poſthumo nato. 979. 27. & 29. ¶ Conditionalis euaneſcit propter obitum inſtitutorū cum filijs. 828. 2. & 4. ¶ Per verba reſtrictiua tunc & eo caſu an admittat extenſionem de vno ad alium, quamuis ſit fauorabilis. 979. 14. & 30. ¶ Totaliter expirat, ſi ille, cui eſt facta ſubſtitutio pupillaris decedat viuente teſtatore. 979. 5. ¶ Præcedens comprahendens omnia bona non poteſt dici correſpectiua cum ſubſequenti prohibitione alienationis continente bona particularia, ſed vtraque diſpoſitio dicitur principalis, & de per ſe conſideratur. 828. 17. ¶ Primus gradus ſubſtitutionis peremptus facit, vt non procedat ſecūda ſubſtitutio. 979. 3. ¶ Teſtamentum poteſt incipere ab expreſſa, & tacita ſubſtitutione vulgari. 979. 38. ¶ Prohibitio alienationis ſubſequens immediatè poſt ſubſtitutionem proximè præcedentem an habeat cum ea connexitatem, & acceſſionem. 828. 18. & 21. ¶ Dictiones quãdocumque, & ſi ſine filijs poſitæ in ſubſtitutionibus comprahendunt compendioſam, & fideicommiſſaria. 869. 39. ¶ Quod loco alterius ſubſtituitur in omnibus, & per omnia illud repræſentat. 807. 14. ¶ Verbum ſubſtituo eſt obliquū, & etiam commune, & an talis vocatio dicatur per fideicommiſſum, vel ſubſtitutionem ſit, quod inſtituere. 821. 19. & 21.

Subſtitutus *efficitur primus, ſi perſona primi quoquomodo de medio ſubducatur.* 979. 21. ¶ *Quãdo dicetur excludere monaſteriũ.* 815. 6. & 20. ¶ *Subſtitutus ſubſtituti an cenſeatur ſubſtitutus pupilli, & ius ſubſtitutionis pupillaris transmittatur.* 979. 18. 24. & 35. ¶ *Vltimus non admittitur, ſi conditio non fuerit in forma ſpecifica adimpleta.* 979. 11. ¶ *Liberi teſtatoris ſolum excludunt ſubſtitutum ex veriſimili mente illius.* 965. 25. ¶ *Propter defectum conditionis, ſicut vltimus ſubſtitutus non poteſt ſuccedere in locum medij, ita etiã non poterit ſuccedere primo.* 979. 20. ¶ *Admittitur etiam ex alio caſu, ad quem fiet extenſio propter maiorem dilectionem.* 979. 41. ¶ *Teſtator non videtur voluiſſe concedere plus ſecundis ſubſtitutis, quam primis.* 979. 4. ¶ *Perſona, qua ex veriſimili mente teſtatoris poſſit excludere ſubſtitutum, qualis dicatur.* 965. 21.

Succeſſio *ſimultanea ex quibus verbis excludatur.* 836. 7. ¶ *Pactũ futura ſucceſſionis reprobatur ſine conſenſu eius, de cuius hareditate agitur.* 818. 20. ¶ *Conſanguinitas qualiter ſit probanda tam in materia ſucceſſionis, quàm pro dirimendo matrimonio.* 969. 13. ¶ *In ſucceſſione, ſi adeſt concurſus, non poteſt dici, quod adſit perſona, quæ debeat admitti ex veriſimili mente teſtatoris ad excluſionem ſubſtituti.* 965. 24.

Succeſſor *nõ obligatur ex facto anteceſſoris præiudiciali eccleſia.* 916. 4. & 33. ¶ *Ligatur concordia facta per anteceſſores.* 893. 54. ¶ *In dignitate non reuocat cõtractus geſtos cum ſubdito ex cauſa oneroſa.* 891. 10. ¶ *Debet vti iure ſui auctoris cũ ſua cauſa, & vitijs approbando in omnibus eius geſta.* 967. 17. ¶ *Poteſt recuſari, ſi anteceſſor erat ſuſpectus, ſi ſuſpicio fuit cauſata reſpectu dignitatis, non perſona.* 809. 24. ¶ *Succeſſorum appellatione quo caſu veniant ſolum ſucceſſores ſanguinis.* 917. 2. ¶ *Exceptio, quæ obſtat cedenti, & auctori debet etiam obſtare ſingulari ſucceſſori.* 906. 9.

Sulmona, *vel Selmona, vel Sulmontina an ſint idẽ, quod Sulmo.* 893. 36. ¶ *Ciuitas Sulmonen. de quo tempore fuerit decorata dignitate Epiſcopali, & quando eius Epiſcopus interuenerit in Concilio.* 893. 1. ¶ *Eccleſia Sulmonen. an fuerit appellata plebania, & quomodo denominetur, & de mutatione nominis.* 893. 2. 25. & 28. ¶ *Mitra pontificalis miſſa per Innoc. VII. Eccleſiæ cathedrali Sulmonen. quid ſignificet.* 893. 38. ¶ *Epiſcopatus Sulmonen. & Valuen. eſt vnus, & ab vno Epiſcopo regitur, & vtriuſq; negotia ab eo tractãtur, prout paſſim fit in pluribus, & ſimilibus Epiſcopatibus.* 893. 9. & 12.

Sumptum *ex alio ſumpto regiſtrato in actis alterius cauſa, an faciat fidem vigore Innocentiana.* 859. 55.

Suppreſſio *an ſit facta cũ cauſa, non requirit aliquam probationem, ſi erat notoria.* 819. 11.

Surd cõſ. 135. lib. 1. *quomodo intelligatur.* 912. 23.

Suſpitio *quacunque tollitur per præſentiam Principis, qui ſupplet omnem ſolemnitatẽ, & habet vim decreti.* 824. 27. ¶ *Perſonam ſigillat, non tollit iuriſdictionem, niſi in delegato.* 809. 26. ¶ *Dilapidationis eſt præcipua cauſa conceſſionis ſequeſtri.* 853. 13. ¶ *Nobilitas perſonæ iuncta virtutibus remouet omnem ſuſpitionem.* 875. 28.

Suſpectus *de fuga, quando opponat exceptionem incompetentia Iudicis.* 875. 2. ¶ *Mandatum ſuſpitionis fugæ non datur contra nobiles.* 875. 29. ¶ *Nec contra debitorem, qui non mutauit conditionem ſuam.* 875. 13. ¶ *Et talis mutatio eſt prius probanda, & debet eſſe inſignis, alias idem mandatum eſt nullum.* 875. 15. & 16. ¶ *Neque poteſt relaxari per Iudicem eccleſiaſticum contra forenſem, niſi probetur periculum in mora per aditionem Iudicis competentis.* 875. 1. ¶ *Captura facta propter ſuſpicionem fugæ non cauſat attentata.* 906. 22. ¶ *Deficientia fidei cum malis moribus quando operetur, vt quis poſſit capi tanquam ſuſpectus de fuga, ſicut deterioratio facultatum.* 875. 20. *vſque ad* 25. ¶ *Debitor non poteſt capi tanquam ſuſpectus de fuga, ſi poſſidet bona etiam non æquiualentia debito.* 875. 11. ¶ *Captura ſuſpecti de fuga an debeat concedi per Iudicem competentem.* 875. 3. 7. & 10.

TAbernarij *an ſint illi, qui recipiunt comedentes, vel qui hoſpitantur.* 898. 2.

Tacitum *an æquiparetur expreſſo, de quo ſtatutum loquitur.* 831. 20.

Taciturnitas *minoris per quinquennium ſupplet defectum decreti, non autem iniuſtitiam aliunde cauſatam.* 824. 51.

Talleæ, *quæ imponuntur captis in bello, an poſſint cedi, & illas ſoluens repetat à captiuis.* 801. 46.

Tantum *dictio eſt taxatiua, & inducit prohibitionem iuris accreſcendi.* 821. 8. & 10.

Taxatio *fructuum à principio quid operetur, & quando propter eam non poſſit peti illud, quod alias honeſtè deberetur.* 911. 1. & 3.

Tempus *eſt præciſè probandum, quando illud eſt de ſubſtantia negotij.* 874. 44. ¶ *Contractus attenditur quo ad valorem rei.* 826. 69. ¶ *Non eſt modus ſoluendæ obligationis, niſi poſtquã fuerit inducta legitima præſcriptio.* 852. 23. ¶ *Cõuentionale præfixum à partibus ad æſtimandum an currat etiam impedito, quidquid ſit in tẽpore legali.* 929. 8. & 10. ¶ *Factũ extra tempus non iuuat, & æquiparatur non facto.* 944. 5. ¶ *Licentia conceſſa ad tempus continet contrariam diſpoſitionem poſt illud finitũ.* 929. 10. & 14. ¶ *Relatio extra tempus permiſſum eſt nullius roboris, & momẽti.* 824. 43. ¶ *Præſumptio valoris præteriti temporis cum præſenti non admittitur, maximè ſi non modicum tempus interceſſerit.* 826. 58. ¶ *Notarius non poteſt atteſtari, niſi de his, quæ fiunt in eius præſentia, & inter partes geruntur tẽpore actus.* 907. 43. ¶ *Diſpoſitio eſt nulla, ſi fiat tempore permiſſo, & conferatur in tempus prohibitum, prout è contra erit valida, ſi eſt facta tempore

*pore probibitio, & illius executio ſit collata in tempus licitum.*818.2.¶ *Deponens, quod multi tunc temporis aderāt vna cum eo, videtur nominare in conteſtem illum, qui poſtea examinatur.*948.22.¶ *Quando fiat diuiſio fructuum vltimi anni pro rata temporis inter bæredes emphyteutæ, & dominum.* 810. 1. & 3.

Tenuta *nulliter conceſſa non reuocatur, ſi de nouo eſt concedenda.* 914.25.

Termini, *qui inuicem opponuntur, habent naturam, vt vno poſito in eſſe, alter remoueatur.* 979.9.

Territorium *licet ſit de eſſe iuriſdictionis ordinariæ vniuerſalis, non tamen eſt de eſſe iuriſdictionis ordinariæ certarum perſonarū.* 918. 60. ¶ *Iuriſdictio an detur ſine territorio, & illi cobæreat paſſiuè, & materialiter, tā in ordinaria; quàm in delegata ad vniuerſitatem cauſarum, & perſonarum.*958.56.& 58.¶ *Locus exemptus an conſtituat territorium ſeparatum.* 918. 13.

Tertius *poteſt vti beneficio pacti per principalem appoſiti, ſi nō eſt penitus extraneus.*946.6. ¶ *Admiſſus ad cauſam quando poſſit opponere contra executionem obligationis cameralis, & dationis in ſolutum.* 1000. 1. & 6.¶ *Si admittatur pro ſuo intereſſe quando intelligatur admiſſus in terminis, & ſtatu, in quo cauſa reperitur.*850.13.¶ *Ius tertij excluſiuum interuentionis, & iuris agentis poteſt allegari.* 855. 22. ¶ *Executio non impeditur per tertium, qui poſſidet, quamuis etiam non adeſſet obligatio cameralis.* 1000. 7. ¶ *Datur de iure tertij ad tuendam poſſeſſionem, quamuis non ſit probata, ſed debeat probari.* 855. 24.

Teſtamentum *validum non reuocatur per alteram voluntatem imperfectā.*895.28.¶ *Pupilli an conualidetur, ſi factus maior perſeuerat in eadem voluntate.* 895. 57. ¶ *Mulieris abſque ſolēnitatibus ſtatuti loci ſuæ originis eſt nullius roboris, quamuis fuerit conditum in loco, vbi fuit nupta.* 886. 7. & 9. ¶ *Poteſt incipere ab expreſſa, & tacita ſubſtitutione vulgari.* 979. 38.¶ *In ſcriptis quas ſolemnitates requirat, & quando poſſit ſcribi tam à teſtatore, quàm ab alio.*973.6.& 17.¶ *Conditum per relationem ad ſcripturam coram teſtibus traditam notario obſignatam non eſt validum, & quid ſeruetur de conſuetudine.* 973. 14.37. & 42. ¶ *Vſurarij non ſubſiſtit, ſi non præſtetur cautio de reſtituendo vſuras, reconualeſcit tamen, ſi poſtea caueatur.* 895.13.& 88. ¶ *Filijfamilias valet ad pias cauſas cum cōſenſu patris, & an conualeſcat ſi fiat ſui iuris.* 895. 4. 55.78.& 84. ¶ *Correſpectiuū duorum vicißim ſe eorumq. filios bæredes inſtituentium eodem loco, & tempore pro conſeruatione bonorum in familia quando valeat, itaut non cōtineat captatoriam voluntatem.*908.2. & 4.¶ *De nocte eſt nullum, ſi non datur facultas videndi teſtatorem, ideo ſunt adhibenda tria luminaria.* 849. 40. *vſque ad* 46. ¶ *Ad pias cauſas valet ſine publicatione.*895.27.¶ *Quando debeat inſinuari citatis bæredibus ab inteſtato iuxta ſtatutum Peruſinum, & an requiratur petitio, & ſententia.* 869. 2.& 3. ¶ *Militis valet, quamuis ſolum ſit ſcriptum in clypeo eius ſanguine rutilante, dummodo recognoſcatur per duos teſtes.*969.18.¶ *Non probibetur fieri per Chriſtianum exiſtentem in captiuitate.*801.31. ¶ *Nouitij ante profeſſionē eſt validum, nec reuocatur per profeſſionem ſubſecutam, licet nihil ſit relictum Monaſterio pro ſua legitima.* 807.31.¶ *Condi poteſt etiam per ſemimortuū.* 843.10.¶ *Facultas teſtandi conceſſa per Papam an conſumetur in primo actu, tāquam odioſa, adeo vt ſit neceſſe exprimere, quod poſſit primum teſtamentum reuocari; & aliud confici.* 854. 13.*vſq; ad* 18.¶ *Coniectura elicita ex teſtamento indicant an teſtator ſenſerit de familia maſculina, ſeu fœminina, & quales debeāt eſſe.*930.11.¶ *Contractus poſſunt fieri in vltimis voluntatibus, & è contra, non autem poſſunt reuocari, nec irritantur, ſi teſtamentum irritetur.* 858. 2. & 4. ¶ *Conſuetudo teſtandi per relationem intelligitur dummodo res illa, ad quam ſit relatio ſit indubitata, & non cōtrouerſa.* 973.44.55.& 57.¶ *Apocha teſtamēti an præſumatur facta tempore babili, quando teſtator erat ſui iuris.* 895.70.72.& 90.¶ *Apparentia extrinſeca teſtamenti ſolum attenditur ad effectum immiſſionis, excluſa omni exceptione contra perſonam teſtatoris, quod non potuerit teſtari.*895.1.¶ *Publicatio teſtamenti quando requiratur, itaut ſit potius defectus ſolemnitatis, quam voluntatis.* 895. 24.¶ *Actus debet ſuſtineri eo modo quo poteſt in teſtamentis.*919.2.¶ *Inſtitutiones factæ mutuis affectibus ſunt validæ, ſi per eas non apponatur neceſſitas teſtādi boc aut illo modo.*908.5.¶ *Mulieri permittitur condere teſtamentum abſque ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis, non tamen ſine illis poterit in eo confiteri, aut contrabere.*858. 1.& 5.¶ *Oſtenſio teſtamēti clauſi facta per notarium teſtatrici cum interrogatione an illud eſſet ſuum teſtamentum, & reſponſione affirmatiua, quando babeat vim realis conſignationis.*843.20.¶ *Cautela vt valeat teſtamentum, quod de conſuetudine ſolet fieri ad relationem.*973.46.& 48.¶ *Monachus, Prælatus, & Miles regularis quando babeant teſtamenti factionem.* 880.49. & c.895.98.¶ *Libertas teſtandi etiā lucri cauſa an reſtringatur, prout metu pœna.*908.13.& 15.¶ *Omnia palam ſunt facienda in conſpectu teſtatoris ad euitandas fraudes.*849.37.¶ *Donatio facta in teſtamento de aliquibus bonis eſt irreuocabilis, ſecus ſi fiat de omnibus bonis.*858.7.& 9.¶ *Schedula teſtamenti inter liberos, ſeu ad piam cauſam an ſit valida, ſi caret die, & anno.* 895.40. 42. & 54. ¶ *Querela inofficioſi teſtamenti datur fratri contra fratrem inſtituentem concubinā, ſiue meretricē.* 863.9. ¶ *Nemo poteſt ſe aſtringere ad non reuocandum primum teſtamentū.* 908. 8. ¶ *Confirmatio teſtamenti facti per arrogatum, quando ſit valida, & quæ differentia ſit*

inter

inter confirmare,& declarare. 895. 97.¶ Negatiua conſignationis teſtamenti facta per teſtatricem notario non probatur, ſi teſtes non deponant, quod eadem conſignatio non potuit fieri, niſi ipſi vidiſſent. 843.13.¶ Probatio perſeuerantiæ teſtamenti an requirat ſeptem teſtes. 895. 8. vſque ad 92.¶ Aequitas prætoria quando præualeat iuri ciuili ad hoc, vt teſtamentum ſemel conditum poſſit ex ſimplici voluntate reconualeſcere, tàm in milite, quàm in pia cauſa. 895.65.& 68.¶ Originale teſtamēti ſi amittatur quomodo poſſit illius tenor probari. 859.31.¶ Imperfectio voluntatis qualis dicatur,& quæ ſit præparatio ad teſtandum, vel teſtamentū perfectū. 895.21.¶ Recognitio ſchedula teſtamenti quomodo fiat, & an ſufficiat, quod teſtes dicant ſe habere notam manum, & quid ſi teſtes dicerent ſibi videri,& eſſent de credulitate 895.30.32.& 50.¶ Statutum, quod non prohibet ſimpliciter mulierem relinquere marito, ſed ſolum vltra quartam partem abſque ſolemnitatibus an extēdatur ad eum, qui teſtatur extra territorium. 886.10.& 12.¶ In obſide quando permittatur factio teſtamenti. 801. 33. & 36.¶ Exiſtentia quaſi poſſeſſionis ſui iuris, & emancipationis non operatur quo ad validitatem teſtamenti per filium conditi, niſi probetur etiam titulus talis poſſeſſionis. 820.7.¶ An ſuſtineatur ſi teſtes non potuerunt videre teſtatorem propter parietem intermedium, quamuis deponant ſe habere notam vocem illius. 849. 33. & 48.

Teſtator an præſumendū ſit quod voluerit ſe cōformare potius diſpoſitioni iuris quam ſtatuti. 942.9.¶ Grauando vltimū ex vocatis an cēſeatur illos voluiſſe ſuccedere. 928.2.& 4.¶ Volēs teſtari in ſcriptis, ſi nō adhibeat ſolēnitates requiſitas, quando dicatur voluiſſe facere teſtamentū nuncupatiuū. 895.26.¶ Si dedit plures tutores filio, itaut vnus nihil poſſit ſine alio, ſi aliquis obierit, tutela extinguitur in totū, & defertur matri. 812.29. 31. & 33.¶ Vocando tranſuerſales non cenſetur voluiſſe illos præferre deſcendentibus fœminis. 866. 28. & 30. ¶ Coniectura admittuntur ad probandum quando teſtator voluerit plus, vel minus legare. 922.34.¶ Volūtas teſtatoris aperta,& clara facit ceſſare omnē ambiguitatem. 986.2.¶ Ordinatio expreſsè facta per teſtatorē eſt præcisè ſeruanda abſque aliqua ſuppletione. 836. 15. ¶ Diſpoſitio dicitur verificata in eo, in quo verificantur verba teſtatoris. 834.18.¶ Apoca teſtatoris continēs præparationē ad diſponendum eſt imperfecta, ſecus ſi diſpoſitionē cōtineat per verbū volo, ſeu relinquo,& quādo huiuſmodi verba diſponant. 969.23.¶ Indicia ſufficiūt ad probandū, quod teſtator voluit eum eodem teſtamento decedere ad hoc, vt illud conualeſcat. 895.62.& 64.¶ Voluntas teſtatoris non debet alterari, quāuis eſſet contra cauſam fauorabilem. 988.27.¶ Multa notabilia quo ad probationē perſeuerantiæ teſtatoris tā in teſtamento, quā in codicillis, & tam in cauſis non priuilegiatis, quàm pijs. 895.93.96.& 99.¶ Præſumitur voluiſſe, quod ius commune diſponit. 916. 26.

Teſtis vnicus nihil probat. 957. 55.¶ De auditu nullam fidem facit. 859.24.¶ Deponens aliquid factum in præſentia Titij, & Caij, ſi poſtea dicat non eſſe factū in præſentia alicuius, intelligitur præter expreſſos. 867.22.¶ Quando dicatur relatiuè deponere. 912.18.¶ In cauſa propria nihil probat, ſecus ſtantibus adminiculis. 849.1.& c.910.15.¶ Deponens de facto proprio facit fidem circa illud, quod fecit, non tamen quod fecerit de commiſſione alicuius. 910. 19. ¶ Dicens ſe ſcire, & poſtea neſcire an ſit contrarius. 948. 36.¶ Productus à parte probat contra producentē. 950. 38.¶ Sibi contrarius, vel tractans de ſe exonerando nullam probationē inducit. 843.17.& c.998.7.¶ Familiaris Iudicis,& ab eo ſalariatus, & alimētatus non eſt idoneus teſtis pro ſuſtinenda illius ſententia. 980. 11.¶ Quāuis dicat ſe velle exponere corpus pro eo, pro quo deponit, probat, cum non ſequatur, quod velit exponere animā. 960.29. ¶ Debet reddere rationem ſuæ depoſitionis in cauſa criminali etiam non interrogatus, idem in ciuilibus, quando deponit ſuper negatiua. 843.15.¶ Octauus eſt adhibendus pro teſtatore neſciente ſcribere, ſecus ſtante clauſula codicillari, vel omni meliori modo, vel ſimili. 843. 31.¶ Non formiter examinatus facit adminiculum; quod iunctum alijs inducit probationem recognitionis ſcripturæ. 895.51.¶ Deponēs de furore per verbū, videtur & de iudicio ſuo quando probet. 843.4.6. & 8.¶ Particeps criminis non eſt idoneus. 849.15.¶ Magis probat, ſi depoſuerit ſuper eo, quod de iure præſumitur. 960.24.¶ Teſtes deponentes de diuerſo tēpore, & loco ſunt ſingulares, & non probant. 909.1.¶ Debent eſſe rogati per teſtatorem, ſufficit tamē, quod à notario, ſeu ab alio præſente illo rogentur. 843.22.¶ Inducti,& reproducti probāt contra producentem. 967.13.& c.869.8. ¶ Examinati ad perpetuā rei memoriam quādo admittantur. 890.10.¶ Quamuis de tempore non deponant, præſumuntur eſſe conteſtes de eodem tempore. 895.76.¶ Parem vim habent cum inſtrumentis. 887.39.¶ Adhibiti in teſtamēto, ſi interrogentur de cauſa ſcientiæ, & reſpondeant, quod audierunt, non probant, ſed dicere debent, quod viderunt. 849.47.¶ Præſumptiones additæ teſti deponenti de facto proprio faciūt, vt ſit inducta plena probatio. 912.36.¶ In ore duorū, vel triū ſtat omne verbum. 895.47. ¶ Solemnitas ſeptem teſtium requiritur in ſublatione totius inſtitutionis, ſeu partis factæ per patrem filio in teſtamento. 902.7.¶ Depoſitio teſtis de mandato alicuius admittitur ſtantibus adminiculis,& qualia debeāt eſſe. 910.20. ¶ Nominatio in conteſtes an requiratur, & quando habeantur pro conteſtibus, etiā quo ad tempus,& locū. 948.23.25.& 26.¶ Cōtradictio vnius teſtis alteri facit, vt nemini ſit credendum. 889. 19.¶ Cautela, vt creditor poſſit probare

bare ſuum creditum, quod teſtes ſteut poſt parietē quando debitor ſoli creditori fatetur debitū, & an hoc procedat in criminalibus. 849. 51. & 53. ¶ *In inuentario an requiratur viſus teſtiū remiſſiuè.* 849. 54. ¶ *Depoſitiones teſtium ſunt ad concordiam reducendæ.* 960. 31. ¶ *In rimula non datur poſſibilis viſus omniū teſtium vnico contextu, ideo non probant, niſi dixerint, quod vnus poſt alium vidit.* 849. 31. ¶ *Singulares admittuntur ad declarandam voluntatem teſtatoris.* 890. 8. ¶ *Interpretatio in dubio ſemper eſt facienda, vt teſtes ſint conteſtes.* 948. 27. ¶ *Iudex non debet habere fidem teſtibus deponentibus incongrua, & inuerisſimilia, & non conformia rationi, & veritati.* 909. 6. ¶ *Concordia in teſtibus reducitur ex ratione per eos expreſſa.* 960. 32. ¶ *An valeat depoſitio teſtis regularis ſine licētia ſuperioris.* 950. 17. & 18. ¶ *Magis creditur duobus teſtibus deponentibus de actu affirmatiuo, quam mille denegatiuo.* 843. 19. ¶ *Cōuocatio notarij, & teſtium facta à teſtatore an impediat perfectionem voluntatis ipſius, itant teſtamentum non valeat.* 895. 23. ¶ *Qualitas quod teſtis ſit omni exceptione maior quando ſit probanda.* 950. 36. ¶ *In concurſu probationum præferuntur duo teſtes de ſana mente teſtatricis illis, qui contrariū depouunt, quamuis eſſent mille.* 843. 11. ¶ *Fabricans falſam monetā in camera, vel committens adulterium, itaut nō poſſit videri, niſi per rimulam, conuincitur per teſtes, ſi deponant, quod vnus poſt alium vidit.* 849. 49. ¶ *Probatio per aliquos teſtes facta an infirmetur, ſi alij teſtes nō probent.* 895. 53. ¶ *Caſus in quibus requiritur viſus in teſte remiſſiuè.* 849. 24. ¶ *Non probat, ſi non fuerit formiter examinatus.* 948. 20. ¶ *Mille teſtes ſingulares tantum probant quantum vnus.* 909. 6.

Timor *litis etiam extraiudicialis ſufficit, vt tranſactio indicetur valida.* 861. 1.

Tituli *Cardinalium quales ſint.* 817. 4. & 9.

Titulus *ſuperueniens conualidat diſpoſitiones à principio nullas.* 895. 16. ¶ *Renouatio non eſt titulus nouus, ſed prioris continuatio.* 913. 21. ¶ *Conceſſio præſumitur ex titulo præambulo.* 980. 13. ¶ *Sublato titulo, & illo reducto ad non titulum fructus ſunt reſtituendi.* 824. 57.

Totum *caſtrum continetur caſtri appellatione.* 839. 6.

Traditio *ſi per aliquem ſit facienda, an liberetur ſtatim re tradita, quamuis denuo res ad eum reuertatur.* 962. 48.

Tranſactio *ſuper re dubia præiudicat ſucceſſoribus.* 867. 49. ¶ *In bonis fideicommiſſi permittitur de re dubia.* 846. 1. ¶ *Comprehenditur ſub nomine alienationis.* 846. 3. ¶ *Rerum eccleſiæ non eſt valida, ſi nō adſit vtilitas.* 846. 16. ¶ *Impedit ingreſſum cauſa, & dicitur exceptio litis finitæ.* 867. 47. ¶ *Non reſcinditur, non probato defectu cauſa finalis tranſigēdi.* 824. 44. ¶ *Inita inter Canonicos Valuen. & Sulmonen. ex quibus dicatur obſeruata.* 893. 43. ¶ *In odium litium an præſumatur vtilis, quāuis non conſtet de vtilitate tranſigentis, & quando vtilitas ſit probanda.* 861. 2. 5. & 25. ¶ *Bona prohibita alienari non debent dimitti penes poſſeſſorem, ſed ſunt recuperanda ſoluta pecunia poſſidenti, ad hoc vt tranſactio ſit valida.* 846. 8. ¶ *Statutum Vrbis de præſcriptione an habeat locū in tranſactione.* 994. 12. ¶ *Dimiſſio rei per modum tranſactionis an ſit prohibita, & dicatur vera alienatio, & an ſit neceſſariū beneplacitum Apoſtolicum.* 846. 10. & 13. ¶ *Iniuſtitia clara an attendatur ad hoc vt trāſactio facta ſuper lite poſſit reſcindi.* 861. 8. & 11. ¶ *Solemnitas requiſita in alienatione eſt adhibenda in tranſactione.* 846. 6. ¶ *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *an habeat locum in tranſactione.* 867. 48. ¶ *Poſt conſtitutionem Clem. VIII. nunquam fuit tranſactum occaſione feudorum in lite exiſtentium cū Camera Apoſtolica, ſecus de bonis conſiſcatis per delictum, ſeu emptis à Baronibus.* 846. 18. & 20. ¶ *Timor litis etiam extraiudicialis ſufficit, vt tranſactio indicetur valida.* 861. 1. ¶ *Facta cum vno non prodeſt, nec nocet alteri.* 966. 11. 14. & 27.

Transferre *quid ſignificet.* 913. 2.

Tranſlatio *erronea periculi vitæ in ſocietate quomodo probetur,* 923. 8. ¶ *Alia* vide in verb. ſocietas.

Tranſumptio *eſt facienda ad petitionem eorum, qui habent intereſſe.* 907. 36.

Trebellianica *habetur pro ære alieno, quod prius debet deduci.* 888. 5. ¶ *Dicitur prohibita, ſi quis teneatur reſtituere etiam minimam partem.* 954. 23. ¶ *Non detrahitur per inſtitutum in re certa, ſed opus eſt, vt hæres grauetur per fideicommiſſum, & vti hæres.* 821. 11. ¶ *Non poteſt detrahi per vxorem relictam vſufructuariam in vita cum ſubſtitutione extraneorum poſt illius mortem.* 821. 6. ¶ *An debeatur hæredi, ſi in pœnam contrauentionis præcepti teſtatoris per fideicommiſſum auferatur ei hæreditas, & alteri applicetur.* 860. 12. & 14. ¶ *Prohiberi an poſſit tacitè, & ex verbis generalibus, & cōiecturis.* 888. 1. ¶ *Ex legato vniuerſali detrahitur tanquam ex legato fideicommiſſi.* 821. 15. ¶ *Prohibitio alienationis idem importat, ac ſi prohiberetur trebellianica.* 888. 3. ¶ *Retentio trebellianica non dicitur alienatio.* 888. 9. ¶ *Detractio trebellianica non datur ſtante alienatione bonorum, & fructus in eam ſunt computandi.* 954. 24. ¶ *Verba prohibentia trebellianicam debent determinare executionem, ſeu præſtationem mandando totam hæreditatem reſtitui, itaut debeant poni ipſimet ſubſtitutioni.* 888. 10. ¶ *Prohibens trebellianicā in vno caſu non dicitur prohibuiſſe in alio, in quo prohibitionem non expreſſit.* 888. 11. ¶ *Licet non poſſit prohiberi filijs primi gradus, tamen poterit ipſius ſucceſſoribus iniungi onus reſtituendi abſq; tali trebellianica.* 983. 12. ¶ *Ius detractionis quartæ trebellianicæ an conſumetur in primis hæredibus, vel ad vlteriores hæredes progrediatur.* 821. 16. & 18.

¶ *Hæres*

¶ Hæres inſtitutus poſt obitum uxoris vſufructuaria, & grauatus per fideicommiſſum reſtituere alijs ſubſtitutis poteſt detrahere trebellianicam. 821. 14. ¶ Verba totam hæreditatem reſtituat, & abſque diminutione an excludant detractionem trebellianica. 888. 7. & 9. & c. 869. 18. & 20. & c. 889. 11.

Treugua eſt efficacior, quam pax, quæ facilius rumpitur, quod non eſt in treugua. 840. 33.

Triclinia antiquitus dicebantur etiam hoſpitalia, quibus aduenientes hoſpites recipiebantur. 898. 11.

Tunc dictio denotat extremitatẽ temporis. 813. 40.

Tutela teſtamentaria quomodo probetur per teſtes. 907. 28. ¶ Non poteſt reuocari abſque citatione. 914. 5. ¶ Denegatur matri, ſi non renunciauit ſecundis nuptijs. 855. 8. ¶ Data pluribus, ita ut vnus ſine alio non poſſit gerere, in totum perit, ſi vnus contutorum deficiat, non ſecus ac ſi omnes defeciſſent. 830. 29. ¶ Non eſt de ſubſtantia ſatiſdationis tutela, vt facultates fideiuſſorum ſint maiores, quam patrimonium pupilli. 914. 12.

Tutor, cui adminiſtratio interdicitur nõ definit eſſe tutor. 918. 54. ¶ Non poteſt conueniri in iudicio, vel extra, niſi probatis omnibus, ad quæ tenetur. 907. 30. ¶ An debeat præſtare officium ſuum gratis, vel poſſit aliquod lucrum facere ex tutela, & ſi aliquid acceperit, an ab eo repetatur. 919. 6. & 8. ¶ Licet debeat pecunias reinueſtire in emptionem prædiorum, tamen illas retinet cauſa ſubleuandi neceſſitates eorum, quorum curam habet. 931. 6. ¶ Remouetur à tutela propter malos mores. 875. 26. ¶ Patruus an poſſit eſſe tutor ſuorum nepotum, ſi cum eis habet communionem bonorũ. 830. 22. & 25. ¶ Vnus an poſſit ſine alijs adminiſtrare, & cenſeatur in dubio illi commiſſa adminiſtratio inſolidum. 812. 26. & 28. ¶ Et an remaneat ſolus in tutela deficientibus alijs contutoribus, vel alij ſint illorum loco ſubrogandi, ſi eſt ſufficienter conſultum pupillo per ſolum ſuperſtitem idoneum ad tutelam gerendam. 830. 26. & 28. ¶ Aequiparatur curatori in omnibus concernẽtibus adminiſtrationem. 830. 4. ¶ Quo caſu debeat ſtare adminiſtratio penes tutorem ſtante maiori numero fratrum, qui ſunt ſub eius tutela. 914. 35. & 37. ¶ Dicitur adminiſtrator, & defenſor, & curator hæreditatis, & iſta nomina confunduntur. 830. 1. & c. 919. 1. ¶ Valet datio tutoris debitoris pupilli quando fit à ſciente huiuſmodi debitum, ita ut ſufficiat etiam illius cogitatio, & in iſtis ſtatur arbitrio Iudicis. 914. 16. & 18. ¶ Diſpoſitio auth. minoris. C. qui tutor. dar. poſſ. loquẽs de curatore procedit etiam in tutore. 830. 24. ¶ Scientia tutoris nocet pupillo, vt ad retractũ venire non poſſit tranſacto tempore in ſtatuto præfixo. 957. 1. ¶ Clauſula, quod vnus tutor non poſſit ſine alio adminiſtrare, poteſt per teſtatorem apponi. 812. 14. ¶ Datio tutoris non valet tãquam facta de inhabili, vel ab eo, qui non habebat facultatem illum dandi, ſuſtinebitur tamen pro adminiſtratore, & reſoluetur in gubernium, prout è cõtra. 830. 12. & 14. ¶ Proceſſus eſt validus, ſi fiat cum tutore exiſtente in poſſeſſione adminiſtrationis tutelæ. 855. 9. ¶ Verba bonorũ cuſtodiam, & adminiſtrationem an inducant conſtitutionem tutoris, vel procuratoris. 830. 3. ¶ Agnati, vel affines ſunt requirẽdi quãdo ſumus in perſona nõ habente tutorẽ. 957. 6. ¶ Appellatione tutoris venit curator, prout è contra ſub nomine curatoris comprahenditur tutor. 830. 2. & 3. ¶ Intimatio ſi fiat matri ſimpliciter, præſumitur facta tutorio nomine, ſi illa erat tutrix. 957. 14. ¶ In ſubſtantia dationis tutorũ qualibet verba ſufficiũt, ex quibus poſſit colligi, quod teſtator voluerit facere tutores, & Iudex arbitratur huiuſmodi verba confirmando talem tutorẽ, ſi inuenerit idoneũ. 830. 7. ¶ Datio tutoris quandoque reſoluitur in gubernium. 919. 3. ¶ Iudex deputãdo tutorem, cui de iure tutela debetur, decretum ſuum interponit nemine citato. 914. 6. ¶ Confeſſio tutoris obligat pupillum, qui poteſt cogi ad perſeuerandum in ea in iudicio, & quid ſi fiat ad illum obligandum, & non ad probationem veritatis. 878. 4. & 8. ¶ Inuentarium factum per tutorem nocet pupillo. 878. 3. ¶ Reſponſio tutoris ad poſitiones præiudicat pupillo. 878. 3. ¶ Mater tutrix quando poſſit eos ſiteri abſque ſolemnitatibus ſtatuti. 878. 5. ¶ Declaratio tutoris dependens à præcepto teſtatoris non requirit aliquam ſolemnitatem ſtatuti. 878. 6. & 7. ¶ Satiſdatio tutoris ſupplet defectum inquiſitionis. 914. 10.

VAliditas actus ſemper eſt in dubio præſumenda. 830. 11.

Valor iuſtus an iudicetur ex qualitatibus rei latentibus, & impotentia cautionis pro euictione, & inopia venditoris. 911. 24.

Valuen. nomen non eſt particulare, ſed comprahendit totam regionem. 893. 34.

Vaſſalli hæredes, & dominus qualiter diuidant prouentus, qui minore, vel maiore tẽporis ſpatio, quam anni colliguntur. 810. 22. ¶ Finito vſufructu per mortem vaſſalli feudum reuertitur ad dominum, qui poteſt illud alteri concedere deducto eodem vſufructu etiam viuente vſufructuario. 818. 11. & 13.

Venditio dicitur ratificata per poſſeſſionem captam de re vendita. 876. 25. ¶ Nemo poteſt cogi plus vni, quam alteri vendere. 978. 18. ¶ Propter vitium vnius rei venditæ quando omnes redhibeantur. 947. 26. ¶ Vendita domo quãdo veniat viridarium. ¶ Eccleſia tenetur vendere alteri eccleſiæ pro monaſterio conſtruendo, ſeu ampliando. 896. 26. ¶ Vicinus poteſt cogi ad vendendum pro ampliatione viridarij monialium. 896. 22. & 24. ¶ Fructus non debentur etiam in materia l. curabit. C. de act. empt. quando res vendita fortuito perijſſent. 911. 11. ¶ Vendentes carius ad tempus an ſint vſurarij. 911. 16. ¶ Venditor recuperans rem venditam vigore pacti de retrouendendo non

Digitized by Google

habet illam ex noua cauſa, ſed antiqua non recipiente nouas conditiones. 915.27. ¶ *Res vendita an ſit obligata venditori.* 911.26. ¶ *Concluſio, ſeu tractatus ex quibus verbis colligatur in venditione.* 842.1. ¶ *Ius reluendi in deliberatione reſeruatum non dicitur amiſſum per venditionem bonorum, quæ debitor intendit reluere.* 978.2.

Veneti *quare puniti per Clem. V. & de venia impetrata per Franciſcum Dandulum, dum ad menſam ſummi Pontificis proſtratus tanquam canis iacuit.* 801. 40. & 42.

Verba *in dubio cenſentur prolata potius demonſtratiuè, quàm taxatiuè.* 834. 22. & c. 937. 28. ¶ *Enunciatiua probant inter partes.* 869. 32. ¶ *Dicuntur clara, quando intellectus non laborat in intelligendo.* 901. 25. ¶ *Generalia, licet ſint apta includere diuerſa ſubiecta, tamen quando iunguntur ſpecies reſtrictiuæ generalitatis, fit reſtrictio ad ſpecies expreſſas.* 814. 6. ¶ *Vbi non conueniunt, neque conuenit diſpoſitio.* 930. 10. ¶ *Sunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.* 838. 13. ¶ *Vniuerſalia magis operantur, quam generalia, & habent vim ſingularis expreſſionis, ſiue proferantur affirmatiuè, ſiue negatiuè, etiam in materia odioſa, & pœnali.* 844. 8. ¶ *Et quos caſus contineant.* 846. 5. ¶ *In fine poſita referuntur ad præcedentia.* 895. 74. ¶ *Quæ poſſunt intelligi de actu naturali, & ciuili ſemper intelliguntur de naturali.* 834. 2. ¶ *Imperſonaliter prolata vitiant diſpoſitionem in contractibus, ſecus in vltima voluntate.* 941. 17. ¶ *Aſſertiua, & narratiua alterius diſpoſitionis quid operentur, & quando ad illius limites ſint reſtringenda.* 944. 11. ¶ *Seruiunt menti, vnde habito effectu ſecundum mentem, de verbis non eſt curandum.* 810. 7. ¶ *Legis ciuiliter ſunt accipienda, & mens præualet verbis.* 814. 11. ¶ *Debent aliquid operari, itaut non detur intellectus, per quem aliqua ſuperfluitas inducatur.* 995. 9. ¶ *Conculcatio verborum admittitur ad tollẽdam dubitationem.* 838. 15. ¶ *Nec alias aut alio modo induennt formam, & conditionem ſuſpenſiuam, qua non ſeruata ceſſat conſenſus.* 83?. 25. ¶ *Dedit, & numerauit non verſificantur in confeſſione, ſed in vera numeratione.* 879. 1. & 23. ¶ *In vita, ſeu donec vixerit intelliguntur de vita naturali.* 815. 8. ¶ *Omnis, prorſus, omnino, quomodocumque, & ſub quibuſuis cauſis, & prætextibus, quid ſignificent.* 846. 15. ¶ *Pleno, libero, & omnimodo arbitrio, & voluntati, prout videbitur, & placuerit, & faciendum duxerit an liberent à cognitione iudiciali, quæ requiritur in reuocatione actuum geſtorum inter viuos, & quid in extraiudicialibus.* 8. 54. 26. ¶ *Pro eo quo poſſet prætendi quocunque modo, cauſa, & ratione ſunt vniuerſalia, & comprehendunt omnia, quæ poſſent excogitari, & trahuntur ad caſus improprios, & quando debeant reſtringi ad cauſam expreſſam, & an referantur ad ea, quæ ſunt in ſuperlatiuo.* 844. 5. 7. & 9. ¶ *Vltra ſunt incluſiua, & confirmant omnia narrata.* 851. 29. ¶ *Vt ſupra ordinatorum ſignificant ſeriem, collocationem, & diſpoſitionem, itaut prius nominati, & magis dilecti præferantur cæteris.* 836. 14.

Veriſimilitudo *habetur pro lege, & de varijs eius effectibus.* 878. 16. & c. 873. 13. ¶ *Attenditur in probationibus, & in quacunque materia.* 973. 56. & c. 948. 32. & c. 873. 13. ¶ *Eſt ſequenda per Iudicem.* 946. 41. ¶ *Vna alteri addita inducit plenam fidem.* 948. 32. ¶ *Facit vt iudicandum ſit pro eo, pro quo illa verificatur.* 884. 32. ¶ *Teſtis deponẽs veriſimilia probat, quamuis alias ei non eſſet credendum, ſecus ſi inueriſimilia dicat.* 978. 31. & c. 980. 12. ¶ *Magis veriſimile dicitur, quod iuri conuenit, & præfertur minus veriſimili.* 948. 29. & c. 824. 22. ¶ *Iudex in materia probatoria debet iungere veriſimilitudines cum depoſitione teſtis ad effectum plenæ probationis.* 910. 22. ¶ *Dubia non dicitur res, de qua cõſtat per actus veriſimiles.* 948. 33. ¶ *Teſtis depoſitio magis comprobatur ſtante veriſimilitudine.* 957. 56.

Veritas *præſumitur ex illis, quæ communiter accidunt.* 967. 31. ¶ *Scriptura poteſt probari per illius auctorem.* 825. 4. ¶ *Magis infigitur oculata fide, quam per aures.* 849. 36. ¶ *Aſſertio contraria veritati non præiudicat.* 944. 44.

Veſtes *particulares reſeruãtur magnis viris ad decorem dignitatis, quibus ſicut alijs inſignijs non poſſunt vti perſonæ priuatæ, niſi ex conceſſione Principis.* 845. 52. ¶ *Expenſa veſtium lugubrium factarum vxori, & eius ancillis ſpectant ad heredes, non ad uxorem vſufructuariam.* 986. 17. & 19. ¶ *De veſtibus per Prælatos portari ſolitis remiſſiuè.* 845. 53.

Vicarius *foraneus dicitur delegatus, & ab eo appellatur ad Epiſcopum, ſecus in generali.* 841. 19. ¶ *Habetur pro eadem perſona cũ Epiſcopo, ideo ſi conferat inhabili, non fit deuolutio ad Epiſcopum.* 809. 15. ¶ *Habens facultatem conferendi beneficia non poteſt illa conferre Epiſcopo, ſi collatio fiat tanquam ab ordinario, ſecus ſi tanquam à delegato.* 809. 16. ¶ *Generalis debet conſtitui per Epiſcopum in amplo Epiſcopatu, per quem poſſit ſine incõmodo ſubditorum adminiſtrare iuſtitiam.* 892. 9. ¶ *Comprehenditur ſub nomine ordinarij, & nunquam excluditur per Concilium quando fit mentio de ordinario, & an dicatur medius inter ordinarium, & delegatum, ſeu faciat idem tribunal cum Epiſcopo.* 841. 13. 16. & 18. ¶ *Cognoſcit cauſas matrimoniales.* 841. 14. ¶ *Epiſcopus licet ſit ſuſpectus, poterit tamen proponere iudicium coram Vicario, vbi non agitur de re ad eum non pertinente.* 809. 21. ¶ *Non eſt Iudex in cauſa concernente commodum, vel incommodum Epiſcopi.* 809. 18. & 20.

Vicecancellariatus *dignitas, quamuis magna nihil affert præcipuum ſuper alios in loco particulari.* 845. 44.

Vincula *duo magis ligant, quam vnum.* 982. 14.

Vinum,

Vinum, *vt habeat hypothecam, probanda eſt identitas*. 897. 8.

Viridarium *quando veniat ſi vendetur ſeu legetur domus*. 896. 28. ¶ Vide in verb. Venditio.

Virtualiter, *& perſuaſiuè, quod venit ex inſtrumento non comprehenditur in eo, ſecus ſi ex neceſſitate, & inſeparabiliter*. 852. 37.

Viſitatio *facta per Epiſcopum contra expreſſam determinationē Concilij non conſtituit eum in bona fide, & talis poſſeſſio non eſt manutenibilis, & ad hunc effectum ſufficit, quod aduerſetur vehemens præſumptio iuris*. 870. 14. ¶ *Eccleſia viſitata eſt in diœceſi Epiſcopi viſitantis* 918. 19. ¶ *Exemptio generalis non comprehendit exemptionē à viſitatione*. 870. 7. ¶ *Poſſeſſio per viſitationē an acquiratur Epiſcopo, ſi fuerint facta abſque ſcientia, & patientia eorum, quibus præiudicatur*. 870. 23. & 33 ¶ *Præſcriptio quadragenaria ſufficit contr Epiſcopum, quo ad iura viſitationum* 871. 36.

Vnio *quando dicatur facta alteri eccleſiæ ſubiectiuè, ſeu aquè principaliter ad hoc, vt qualibet retineat ſua iura*. 892. 5. ¶ *An ſit nomen generale, quod contineat ſuppreſſionem, & extinctionem, & amiſſionem priuilegiorum rei vnitæ*. 845. 12. & 14. ¶ *Epiſcopatus cenſentur aquè principaliter vniti remanentibus firmis iuribus, & priuilegijs vtriuſque eccleſiæ*. 893. 14. ¶ *Reuocatio vnionum, & gratiarum non habet locum, ſi ſaltem gratia fuit ſortita effectum*. 893. 36. ¶ *De triplici vnione remiſſiuè*. 892. 5.

Voluntates *vltimæ ſūt reuocabiles, itaut ſi Princeps illas cōfirmet cenſeatur confirmaſſe iuxta naturam illarum, vt poſſint reuocari ſicut è contra* 854. 10. 22. & 41. ¶ *Explens voluntatem ſuam dicitur lucrari*. 924. 13.

Vox *mutatur propter infirmitatem*. 849. 38. ¶ *Proclius eſt quibuſdam imitari alienam vocem, vt facit Hyena*. 849. 39.

Vrbis *portam quando Proconſul intrat deponit imperium* 802. 6.

Vſufructuarius *non tenetur cauere, ſi non poteſt inuenire fideiuſſorem, & admittitur ad iuratoriam cautionem, & an requiratur, quod non ſit ſuſpectus*. 822. 9 & 13. ¶ *Dicitur ille, cui relinquitur vſusfructus donec viuit, vel quouſque ei aliquid adimpletur*. 853. 34. ¶ *Non tranſmittitur ius percipiendi fructus ad hæredes, ſed ſtatim eo mortuo ſpectat ad proprietarium*. 810 4. ¶ *Poſt factam ſpoliationem, ſi eſt vita functus, ſeu capite minutus, tunc hæres illius non reſtituitur poſſeſſioni, ſed ſolū conſequitur detrimentum paſſum propter vſumfructum amiſſum*. 899. 23. ¶ *Habet naturalem poſſeſſionem, quæ non eſt potens ex ſe ſine adminiculo ad fructuū acquiſitionem, quod adminiculum acquiſitionis poſſeſſionis fructuum requiritur per ſeparationem fructuum per ſe, vel eius nomine factam*. 807. 4. ¶ *Non præſtans cautionem petitam ab hærede, ſeu proprietario non facit fructus ſuos, quamuis poſſideat, & perceptos reſtituit, & quando excuſetur*. 901. 14. & 16. ¶ *Emphyteuta, quamuis æquiparetur vſufructuario, tamē habet potentius ius, quam vſufructuarius, & illud tranſmittit ad hæredes*. 810. 5. ¶ *Stante paupertate, & poſſibilitate præſtandi cautionē quomodo prouideatur vſufructuario, & proprietario*. 901. 13. ¶ *Nihil debetur pro rata temporis hæredibus vſufructuarij decedentis ante fructuum recollectionem*. 807. 8 ¶ *Inſtitutus poſt mortem vſufructuarij non poteſt dici fideicommiſſarius, ſed hæres vocatus per verba directa*. 811. 13. ¶ *An teneatur ad veſtes lugubres, vel potius hæres*. 986. 17. ¶ *Teſtator an poſſit remittere cautionem vſufructuario*. 901. 12.

Vſus *morte finitur*. 937. 11. ¶ *Eccleſiæ parrochialis quando poſſit alteri concedi, & an talis vſus ſit diuiduus, & conueniat vſui vtriuſque inſolidum*. 992. 1. & 5.

Vſus *loquendi per teſtatorem obſeruatus præualet in interpretatione legati*. 947. 31.

Vſus *probatio an debeat fieri in contradictorio iudicij, vel ſufficiant actus extraiudiciales*. 961. 51.

Vſusfructus *eſt ius vtendi, & fruendi ſalua rerum ſubſtantia*. 919 16. ¶ *Amittitur per eum, qui malè verſatur in bonis reſtitutioni ſubiectis*. 832. 11. ¶ *Omnium bonorū relictus vxori, ſeu matri ſtantibus filijs an reſtringatur ad alimenta*. 919. 14. ¶ *Legatus ſingulis annis non amittitur per non vſum* 807 9. ¶ *Plenus cenſetur relictus per verba dominam, madonnam, & vſufructuariam omnium bonorum cum facultate de fructibus liberè diſponendi*. 919. 12. ¶ *Non perceptus per vſufructuarium non tranſit ad hæredes, ſed ad proprietarium, quāuis fructus coluerit, & ſeminauerit*. 807. 6. ¶ *Conſiſtit in actu eius, cui debetur, nec poteſt conſiſtere, niſi adſit aliquis, qui eo vtatur fruatur, & per non vſū amittitur*. 807. 2. ¶ *Acquiſitus per patrē in bonis filij ratione patriæ poteſtatis an amittatur in totum, ſeu pro parte per eiuſdem patris profeſſionem, & quid in alio vſufructuario*. 815. 1. & 7. ¶ *In legato vſusfructus ſingulis annis non ſufficit vnica præſcriptio, & requiruntur tot præſcriptiones quot ſunt anni, ſecus ſi legetur ſimpliciter*. 807. 12. ¶ *Decurſus, & non præſtitus quando poſſit peti*. 815. 4. ¶ *Ignorantia teſtamenti, in quo fuit relictus vſusfructus facit, vt vſufructuarius reſtituatur aduerſus vſumfructum amiſſum per non vſum*. 807. 16. ¶ *Legatum vſusfructus omnium bonorum relictum vxori quando reſtringatur ad alimenta ſtantibus filijs, & quo caſu per obitum illorum vxor ſit reintegranda ad totum vſumfructum*. 901. 6. & 8. ¶ *Debitus alicui non extinguitur per profeſſionem*. 815. 3. ¶ *Portio vſusfructus debiti ei, qui non acceptauit quando accreſcat legatario*. 807. 23. & 29. ¶ *Bona fides, & titulus requiritur vltra legitimū tempus non vtendi, vt vſusfructus dicatur amiſſus*. 807. 15. ¶ *In vſufructu facilius admittitur ius accreſcēdi, quam in proprietate*. 807. 27. ¶ *Acquiſita per*

vnum

vnum ex fratribus in ſeruitio Principis non ſunt communicanda alijs fratribus, nec in eis pater habet aliquem vſumfructum, ſed retinentur ad ſimilitudinē peculij caſtrenſis. 993. 10. ¶ *Donatio maioratus cum onere, vt deueniat ad ſucceſſores acquiritur tam primo donatario, quàm ſequentibus, qui illum habebūt liberum abſque eo, quod vſusfructus patri acquiratur*. 993. 13. ¶ *Vſufructu finito per mortem vaſſalli feudum reuertitur ad dominum, qui poteſt illud alteri concedere deducto eodem vſufructu, etiam viuente vſufructuario*. 818. 11.

Vſuræ *vſurarū an debeantur*. 987. 2. & 4. ¶ *Non præſtantur ſine mora, ad quam cōtrahendam, quæ requirantur remiſſiuè, & an poſſint trāſcendere duplum*. 987. 5. ¶ *Repetitio vſurarum indebitè perceptarū admittitur*. 911. 13. ¶ *Non eſt aperienda via vſurariæ prauitati*. 851. 12. ¶ *Bona vſurarij non ſunt hypothecata pro reſtitutione vſurarum*. 935. 32. ¶ *Cōuentio ſi fiat ſuper ſorte comprehendit etiā vſuras*. 924. 47. ¶ *Vendentes carius ad tempus an ſint vſurarij*. 911. 16.

Vtile *dominium an admittat conſortiū*. 874. 11.

Vtilitas *euidens eccleſiæ qualis dicatur, & an æquiparetur neceſſitati*. 838. 21. ¶ *Alienatio vtilis rerum eccleſiæ eſt valida ſine ſolemnitatibus*. 838. 22.

Vxor *legās aliquid marito cēſetur legaſſe animo compenſandi, ſiue ſimus in dote ſoluta, ſiue promiſſa*. 816. 5. 7. & 8. ¶ *Ligatur ſtatutis loci originis, extra quem fuit nupta & tenetur ad onera in loco, vbi bona poſſidet*. 886. 2. ¶ *Debet viuere honeſtè in domo parentum, vel in monaſterio, non autem ſumptuosè pendente lite ſuper ſeparatione thori*. 857. 31. ¶ *Relicta vſufructuaria, itaut ei non poſſint reuideri computa, an dicatur potius adminiſtratrix ratione illius adiuncti, adeo vt per illud mutetur legatum vſusfructus in adminiſtrationem, & gubernium*. 919. 17. & 19. ¶ *Grauata reſtituere hæreditatem an debeat ſatisfaare ad fauorem vocatorum*. 822. 8. ¶ *Inſtituta per maritū hæres vniuerſalis in vſufructu omnium bonorum ſuorum, & hæreditatis, donec vixerit cum ſubſtitutione alteri facta poſt eius obitum, an ſit etiam hæres in proprietate, & per fideicommiſſum grauata reſtituere ſubſtitutis*. 821. 1. 3. & 5. ¶ *Indigna dicitur non ſolum illa, quæ eſt turpis perſona, ſed etiam, quæ habet aliam generis inæqualitatem*. 863. 14. ¶ *Vſufructuaria donec vitam vidualem ſeruauerit an debeat præſtare cautionem etiam proprietario non petente*. 901. 9. ¶ *Intereſt vxori habere virum locupletem pro ſuſtinendis oneribus matrimonij*. 924. 14. ¶ *Teſtator inſtituens vxorem ſuam hæredem vniuerſalem, quæ debeat eſſe vſufructuaria tantum ſuorum bonorum, dicitur ſolum feciſſe illam legatariam in re certa, itaut non poſſit petere, niſi vſumfructum*. 821. 7.

LAVS DEO, BEATÆQ. VIRGINI MARIÆ

F I N I S.

REGESTVM.

✠ * ** *** **** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.

Omnes ſunt Terniones, præter ✠ quod eſt folium cum dimidio, & **** Duernio cum folio dimidio, & Kkk, & Qqq Quaternio. In totum ſunt folia ducentum, & vnum. fol. 201.

ROMÆ, Typis Iacobi Maſcardi, Anno Iubilæi Menſe Martij. MDCXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google